6
35 N
18

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
14 . D

7-A-23

i.6.26.
7
A
26

R. PATRIS

CHRISTOPHORI

A CASTRO, OCANIENSI,

è Societate Iesv Theologi, & in Complutenſi Collegio eiuſdem Societatis Sacrarum litterarum Profeſſoris,

COMMENTARIORVM

IN IEREMIÆ PROPHETIAS, LAMENTATIONES, ET BARVCH,

Libri Sex.

Cum Indice Rerum, Verborum, & Capitum locupletiſſimo.



BIBLIOTECA ... ROMA ...

PARISIIS.
Apud Michaëlem Sonnium, via Iacobæa,
ſub ſcuto Baſilienſi.

M. DC. IX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

SVMMA PRIVILEGII.

HENRICI IIII. Galliæ, & Nauarræ Regis, Diplomate cautum eſt, ne quis in ſuo regno, aliiſue locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximos annos decem, à die impreſſionis prima inchoandos, excudat, vendat, excudendum, vendendumque quouis modo, ac ratione conetur librum, qui ſcribitut *Commentariorum in Ieremiæ Prophetias, Threnos, & Baruch. Auctore* R. P. CHRISTOPHORO A CASTRO *Ocanienſi, è Societate* IESV *Theologo, & Sacrarum Litterarum in Complutenſi Collegio, eiuſdem Societatis Profeſſore, libri ſex:* Præter Michaëlem Sonnium Bibliopolam Pariſienſem Iuratum, aut illos, quibus ipſe conceſſerit: ſub pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Patiſiis die vigeſima octaua Auguſti. Anno 1608.

De mandato Regis,

ſignatum

BOVHIER.

ILLVSTRISSIMO DOMINO D. PETRO PORTOCARRERO, COMITI METELLINO, ET REGIO OECONOMO.

CHRISTOPHORVS A CASTRO è Societate IESV S. D.

DVM hos meos commentarios ad omnem Ieremiæ prophetiarũ ſeriem explicandam, nonnullo equidem ſtudio elaboratos, in vulgus dandos adornarem, externa patrocinia (Comes illuſtriſsime) aliorum exemplo circumſpiciebam; atque illud putabam fore firmiſsimum, quod non ſolum dignitate, ſed iudicio etiam niteretur. Nam eſt moribus receptum, & natura ipſa comparatum, vt quarum rerum homines facultatem habeant aliquam, earum & faciant æſtimationem, & curam agant maiorem; quæ vero neſciant, negligant, & nauci ducant prorſus. Scilicet magno æſtimare id nemo vult, quo ipſe caret, atque ignorandi ſolatium in contemptu ſciendi plerique reponunt. Non ergo ſperabam fore vt meæ cauſæ patrocinium ſerio ſuſciperet, qui in ea videret nihil. Neque verò multum profuturam credebam aduerſus licentiam, & intemperantiam obtrectatorum, omnia obſcurare affectantium, tutelam illius, qui ad dignitatis ſplendorem ſcientiæ quoq; lucem nõ adiungeret. Cùm tamen futurum omnino confidam, vt vtroq; munimento conſtãtem auctoritatẽ nemo valeat infringere, nemo audeat temerare. Hæc mecũ ipſe reputans, atque de adſciſcendo patrono his meis lucubrationibus deliberans, conieci in te primum oculos (Comes præſtantiſsime) qui in omnem voti mei partem plurimum valeas. Allectabat me quidem præcipua nobilitas, nam & hanc vulgo homines quàm maximè attendunt. familiæ nomen cumprimis illuſtre, multorum, magnorumque virorum, quos ea numerat, eximiis virtutibus partum. Qua de re longiorem habere poſſem orationem, quàm mei ſit inſtituti; quippe ad iuſtam hiſtoriam conficiendam ſeges abunde foret: verùm notiora ſunt omnia, quàm vt meam narrationem deſiderent. Sed me penitus cepit tua cum in omni eruditionis genere, tum in hoc ipſo ſacrarum litterarum argumento facultas ſingularis. Caret ferè his bonis vita principalis, quæ tenuioris fortunæ præcipua, ac propria quaſi ſunt: attamen ſuprema Dei pronæa ita res tuas adminiſtrauit, vt aliam, & aliam expertus vitę conditionem, vniuſcuiuſque bonis cumulatus euaderes; & quæ te ad paternam ditionem ſerius aliquanto fortuna vocauit, interim amplioribus ornauit beneficiis, & eò te ad illam capeſſendam reddidit aptiorem, quò minus in ſpem illius educatus es. Scilicet ea tibi occaſio extitit in

ſtudia litterarum diutius, accuratiuſque incumbendi, atque optimarum artium cognitionem comparandi non vulgarem, quæ te poſtmodum fratri ſuperſtitem, heredem fortunæ, ac dignitatis ſummopere cohoneſtaret; atque inter alios primores viros, amplitudine, & opulentia fortaſſe pares, ſapientia (cuius potior laus eſt) efficeret ſuperiorem. Non eſt animus, alias animi dotes, virtuteſque præcipuas longius perſequi, exiguo operæpretio, nulla gratia. Neque enim ſpem allaturum me aliquid aut iucundum tibi, aut nouum aliis: nam quid tu magis es, quàm laudem exauſus? aut quid de te magnum alij præiudicatum non habeant? illud vnum proponam, ex quo cætera æſtimare liceat; quod Regius olim OEconomus, neq; apud Regem modò, ſed apud ſummos, infimoſque (rara fælicitas) apprime gratioſus, tamen ab omni mala ambitione alienus, quæ in Principum curiis viget plurimum, in tuam te collegiſti ditionem: vbi quam habeas in iure adminiſtrando æquitatem, in egenis iuuandis largitatem, in probis ornandis ſtudium, aliaſque virtutes, quæ vel publicum, vel priuatum hominem decent, nemo poſsit, dignis mactare laudibus. Itaque nil quieti præoptans, vnicè tuum iſtum receſſum amas, in quo vitam ducis ſanè Philoſophicam, vel potius Theologicam: nã & Theologiæ es apprimè gnarus, atque illi ſæpe das operam. Affinis autem exiſtit ſacrorum codicum notio, atque intellectus. Et verò cùm de hoc maximè argumento libris lectitandis otium traducere ſolitus ſis, non abs re futurum duxi, meũ hoc volumen, (quale quale demum eſt) muneris loco, certè grati animi iudicio offerre. Illud ſi tibi probatum fuerit, ſatis habeam; nec diffidam, optimo cuique non improbatum iri. Id etiam, ſi quid eſt officij, à me exigebat tuus aduerſus noſtrum ordinem ſpectatus amor, qui ab ipſa pueritia, noſtris in ſcholis ducta, cum ætate pariter incrementa ſuſcepit. Illius porrò ſat multa dediſti argumenta, quæ ſigillatim commemorare, non attinet. Ad hæc, Patris Franciſci Portucarreri è noſtra Societate reſpectus acceſsit, qui & tibi coniunctiſsimus, vtpote patronus, & mihi (ſi ita loqui fas eſt) neceſſariſsimus exiſtit, atque vt tuum erga nos omnes amorem conciliat, ita noſtram in te beneuolentiam demeretur. Equidem, vt meas haſce vigilias tibi inſcriberem, hæc, & huiuſmodi alia meditabar, quas ſi placet hilari fronte ſuſcipies, vt ſi munus muneris magnitudinem, certè non mediocrem offerentis affectum non deſpexiſſe videaris. Vale. Toleti, Nonis Aprilis anni CIↃ IↃCVIII.

IN IEREMIAM LVDOVICVS HILLESSEMIVS ANDERNACVS.

In Sacrarum Antiquitatum Monumentis.

QVAM grauibus numeris rerum mihi texitur ordo! Ierem. 1
Et liber immenſi verba doloris habet! & ſeq.
Cauſa fuit regni facies miſeranda ruentis,
Atque Iudæa graui ſceptra ſubacta iugo.
Iam fractæ Iſraelis opes, populataque regna:
Iamque potens rerum barbarus hoſtis erat.
Vnaque reſtabat pars gentis, & altera, nempe
Beniamidum, & ſoboles fortis Iuda tuæ.
Hæ quoque iam domitæ bello capita ægra trahebant,
Et vix reliquias ſuſtinuere ſuas.
Vltima reſtabant miſeræ diſcrimina genti,
Aſpera mandanti cum foret illa Deo.
Nos ea vaticinis vulgauimus omnia ſignis,
Mens vero quoniam numine plena fuit. Ierem. 6
In ſcelerum furias, ac facta nocentia vulgi,
Myſtica contractu lingua ſacrata Dei eſt.
Credita ſed duræ non ſunt oracula genti,
Et grauis immerito pœna parata mihi eſt.
Noſtra licet flammis monumenta crementur & igni, Iere. 19.
Sancta tamen cuncto tempore ſcripta manent. 37. 38.
Iamque iterum noſtras Babylonius hoſtis in oras Iere. 36.
Irruit, & Solymæ mœnia victor habet. Iere. 39.
Præda agitur, decora alta ruunt, captiua trahuntur
Agmina, direptas poſſidet hoſtis opes.
Hic finis regno, ſed non, licet omnia victor
Ceperit, æterni ſors, luit illa mali.
Diximus & mœſtas inter ſolatia curas, Iere. 29.
Lætaque decreto fata futura die. 30.
Omnia pro meritis oriuntur regna, ruuntque,
Ordine quo rerum ſtant caduntque vices.

Approbatio ex auctoritate Regij Senatus.

COmmentaria hæc Patris Chryſtophori à Caſtro Societatis Ieſu in Hieremiam Prophetam, iuſſu ſupremi Senatus Regij, accurate perlegi, in quibus nihil offendi, quod fidei orthodoxæ, aut bonis moribus aduerſetur, imo vero digniſſimos iudico, qui in communem Eccleſiæ vtilitatem edantur. Nam preterquam quod fœliciter hic Auctor ſolideque geminum vbique prophetæ ſenſus aſſequitur; illud habet ſibi præ ceteris peculiare, atque omni laude dignum, quod ſparſa, ac diuiſa inter ſe plura viſionum membra, in vnum quaſi ordinatum corpus ſeruata temporum ſerie apte coagmentauerit; vt nihil dicam de linguarum peritia, deque quamplurimus huic inde ſummo iudicio enodatis difficultatibus, quæ ad hiſtoriam pertinent, tam ſacram quã prophanam, quæque ad abſtruſos, aliorum Prophetarum erudiendos ſenſus ſummopere iuuabunt, adeo vt veriſſime dici poſſit, hoc vno libro, facem accenſam proferri, ad omnium ſacrorum librorum elucidationem atque intelligentiam. Vallisoleti 27. Maij anno domini 1607.

Fray. GREGORIO RVIH Lector Iubilado.

Facultas Præpoſiti Prouincialis.

EGO Ioannes Garcia ſocietatis Ieſu in Prouincia Toletana vice præpoſitus Prouincialis poteſtate ad id mihi facta a R. admodum Patre Claudio Aquauiua Præpoſito Generali facultatem concedo, vt libri Commentariorum in Prophetias Hieremiæ à Patre Chriſtophoro de Caſtro compoſiti, & eiuſdem noſtræ Societatis grauium, doctorumque hominum iudicio approbati typis mandentur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Madreti die 15. Februarij. Anni domini 1605.

IOANNES GARCIA.

IGnatius Armandus Societatis Ieſu, in Prouincia Franciæ Præpoſitus Prouincialis iuxta priuilegium eidem Societati à Chriſtianiſsimis Regibus Henrico III. 10. Maij 1583. & Henrico IIII. nunc regnante 20. Decemb. 1606. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos abſque ſuperiorum permiſsione imprimant, permittit Michaëli Sonnio Bibliopolæ Pariſienſi, vt Commentarios P. Chriſtophori à Caſtro Societatis Ieſu Theologi in Hieremiam Prophetam, ad ſex proximos annos imprimere ac libere diuendere poſsit. Datum Lutetiæ Pariſiorum die ſexta Decembris Anni CIƆ.IƆCVII.

IGNATIVS ARMANDVS.

Præfatio ad Lectorem.

QVÆ in his commentariis præſtiterimus, vt tuæ conſuleremus vtilitati, & Ieremiæ prophetias illuſtraremus, commemorare hîc non erit operæprecium, cùm in ſequenti Iſagoge, quæ vice proemij deſeruire poteſt, quicquid præfari poſſemus, ſiue ad auctorem ſpectans, ſiue ad libros eius, quos ſumus commentati, ſiue ad ordinem, & ſtylũ in dicendo ſeruatum, ſiue ad reddendam de labore noſtro rationem ſatis ſuperque explicatum ſit. De hoc vno te admonitum volo (ſtudioſe Lector) vniuerſum opus in ſex libros fuiſſe diſtributum, iuxta Regum ætatem, ſub quibus Ieremias prophetauit: quod ad ſermonum eius intelligentiam plurimum afferet claritatis. Nam primi quatuor quæ ſub tribus regibus Ioſia, IoaKim, & Sedecia vaticinatus eſt, & ſub obſidione Ieruſalem contigerunt, complectentur; Quintus Lamentationes Ieremiæ ſuper vrbis ſanctę vaſtitate elucidabat: Sextus conſolationem pręſtitam per Baruch, Iudæis Babylone captiuis, continebit. Niſi quod ſeriem temporum in Chronotaxi, ſtatim poſt Iſagogen ſubiecta, accuratè obſeruatam inuenies: in Commentario autem à prima prophetia ſub quatuor prædicta initia ab Ieremia denunciata, quatuor priores libros exordiemur: in reliquis Vulgati ordinem ſequemur, propter rationem inferius in præfatione Chronotaxeos aſsignatam. De hoc admonitus ad Iſagogem perlegendam gradum fac.

ISAGOGE
AD COMMENTARIOS
IN PROPHETIAS
IEREMIÆ.

*I*EREMIAM *diuinum Prophetam expoſiturus, rem quidem laborioſam, ac moleſtam, & propter ſenſuum profunditatem, quæ cum cæteris prophetis illi par eſt, & ſi etiam aliqua ex parte perſpicuus ſit, & inſtar hiſtorici procedens: & propter operis prolixitatem, operæ precium duxi quædam præmittere huic ſcriptori ſancto peculiaria, ad ea, quæ dicenda ſunt percipienda, non parum conducentia. Quis nempe fuerit harum auctor prophetiarum, quæ alia opera conſcripſerit, quo tempore, quo've ordine has ediderit prophetias, quam ſermonis rationem ſecutus fuerit; & quam nos methodum in eius explanatione ſimus ſecuturi; his enim in principio explicatis facilius commentarios ingrediemur.*

Præmittuntur quædā neceſſaria.

QVIS FVERIT AVCTOR HVIVS PROPHETIÆ?

CAPVT I.

AVCTOR huius prophetiæ, nemine contradicente, fuit Ieremias; Helciæ ſacerdotis filius, ex viculo Anathoth, cuius nomen: ירמיה latine excelſus Domini, vel ſublimitas Domini interpretatur, ipſo nomine ſaluatorem præfigurans, vt exponit Hieronymus in huius libri proemio, & in 23. caput, à verbo רום. Ram vel rum, quod eſt extollere, ſeu ſublime facere, & Dei nomine Iah, vel protectio Domini à verbo Namah quod eſt proijcere, vnde Exod. 15. verſ. 1. dicitur, equum, & aſcenſorem deiecit in mare: vt nomine ipſo huius prophetæ conditio ſignificetur, qui omnium prophetarum fuerit πολυπαθέστατος, vt vocat eum Chryſoſtomi diſcipulus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 298. Hoc eſt, calamitoſiſſimus, nā vir fuit in pluribus quàm alij prophetæ periculis verſatus, vt idem ait eiuſdem libri epiſt. 50. Adoleſcentulus has cæpit edere propherias anno Ioſiæ Regis 13. perſeuerauit autem vſque ad tranſmigrationem reliquiarum populi in Ægyptum, omnis criminis per vitam vniuerſam expers fuit, vt ſerm. 4. contra Arianos aſſerit Athanaſius; ac virginitatem ad fidem vſque coluit, vt fatentur Ignatius epiſt. ad Philadelphienſes, Hieronymus in 23. caput huius prophetæ, & lib. 1. aduerſus Iouinianum: & Iſidorus lib. de vita, & morte prophetarum c. 38. Nec mirum tot priuilegijs illum fuiſſe donatum, qui in aſperrimo tempore, & in ſumma Reipublicæ perturbatione, tam ardenter fratrum ſalutem procurauerit, & præ ceteris prophetis vita ſua, ac morte Chriſtum expreſſius adumbrauerit, vt merito illa Pauli verba potuerit vſurpare. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? & illa alia, his præmiſſa. Hebræi ſunt, & ego: Iſraëlitæ ſunt, & ego: ſemen Abrahæ ſunt, & ego: Miniſtri Chriſti ſunt, vt minus ſapiens dico, plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, nocte & die in profundo laci fui, in itineribus ſæpe periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in falſis fratribus, in labore, & ærumna, in vigilijs multis, in fame, & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate, præter illa, quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo eccleſiarum Iudaicarum. Sępe enim contumelijs affectus fuit, probris, & maledictis, ſæpe inſidijs appetitus, & falſis criminibus accuſatus, ſemel percuſſus alapis à templi præpoſito Phaſur, ſemel à principibus affectus verberibus: ſæpius ad reges delatus, ad principes, pontifices, & Sacerdotes: quater, quinquieſve à populo vniuerſo reus mortis proclamatus, & a regibus, & pōtificibus talis iudicatus: totis vinculis adſtrictus, & carceri mancipatus, ſtrictiori, aut liberiori, non pro ratione delicti, quod nullum commiſerat, ſed pro inuidiæ modo, odijque æſtu, quo illum omnes proſequebantur: aliquando enim in lacum cæno plenum immerſus eſt vſque ad collum, aliquando in facinoroſorum ergaſtula remiſſus, tres annos carcere concluſus perdurauit ab anno Sedeciæ 9. vſque ad vndecimum: vbi dabatur ei torta panis abſque pulmento, donec cōſumeretur omnis panis, & victoria potitus Nabuchodonoſor conflagrato templo, & vrbe diruta, præcepit Nabuzardan principi militiæ, vt Ieremiam eductum è carcere, & vinculis abſolutum poneret ſuper oculos ſuos, & quo vellet abire permitteret. Ille vero tam grauiter, tamque aſſiduo appetitus à fratribus inſidijs, quibus nihil antiquius erat in votis quam viro ſanctiſſimo vitam eripere, non deſiſtebat pro fratribus, imo pro hoſtibus deprecari. Recordare, inquiens, quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. Sed quid ni rogaret viuus, qui pro eiſdem mortuus tam ſolicite præcabatur, vt Onias Pontifex clariſſimo duci Machabæo declarauit 2. Machab. 15. Cum oſtenſo illa viro ætate, & gloria

Hieron. *Ieremiæ nominis etymon.* *Iſidorus Peluſiota.* *Athan.* *Ieremiæ puritas, ac virginitas.* *Ignat.* *Hieron.* *Iſidor.* *Ieremiæ charitas non diſſimilis apoſtoli.* *2. Cor. 11.* *Ibid verſ. 24.* *Ieremiæ charitas inſignis.* *Ieremiæ 18. 20.* *2. Machab. 15*

mirabili, magnique decoris, ſubiecit, hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael, hic eſt, qui multum orat pro populo,& vniuerſa ſancta ciuitate. Vt merito Gregorius cognomento Theologus in oratione ad ciues Nazianzeni, huius viri laudes ea abſoluerit ſententia, humanitate, & condolentia parem ex omnibus prophetis habuiſſe neminem. Poſt captam vrbem liber dimiſſus cum Godolia,& populi reliquijs, vt eis eſſet ſolatio, decreuit habitare, donec ſeptimo poſt menſe, compulſus eſt cum ceteris in Ægyptum fugere, vbi cum Taphnis moraretur, & ſuis,& Ægypto vniuerſæ cladem cōminaretur, quæ mox euenit, per Nabuchodonoſorem, à ſuis cæſus conciuibus,& obrutus lapidibus occubuit, vt graues referunt auctores Tertullianus in Scorpiaco cap. 8. Epiphanius libro de vita, & interitu Prophetarum. Dorotheus in Synopſi. Chryſoſtomus iudicat hom. 26. in 11. ad Hebræ. Hieronymus hic in proemio, & in caput 2. Matthæi: Auctor imperfecti in Matthæum homil.41. & Iſidorus libro de vita, & morte ſanctorum, cap.38.& demum Chriſtianus Druthmarus in 16. Matthæi & in ipſa Pharaonis Ephre Regia ſepultus eſt, quadraginta duobus annis ex quo cœperat prophetare. Ibi ab Ægyptijs ad ſepulcrum eius deuotionis ergò crebro confluentibus ob multa eius precibus beneficia præſtita ſumme cultus eſt, aſpides enim, & crocodili, immanes feræ, & hominibus illucuſque infeſtæ à finibus illis Ieremiæ opera profligabantur, & puluere è ſepulcro eius ſumpto ad eam ipſam rem non inſalubriter vtebantur. Vt referunt Epiphanius, Dorotheus, & Iſidorus illis in locis. Sententia fuit Victorini Martyris & aliorum quorundam veterum 10 11. caput Apocalypſis, adhuc in paradiſo viuere, vt in extremo tempore ad prædicandum gentibus veniat. Sed nec Hilario can. 20. in Matthæum, nec alijs probatur hæc poſitio. Talis ergo, ac tantus fuit ſanctiſſimus vir Ieremias, cuius prophetias aggredimur explicandas.

Gregor. Nazia. Ierem. percuſſus occubuit. Tertull. Epiph. Doroth. Hieron. Auctor imperfecti in Matth. Iſidorus Mira ad ſepulcrū eius patrātur Numina Paradiſo viuat Victor. Hilar.

QVOS LIBROS CONSCRIPSERIT IEREMIAS?

Cap. 2.

NOn erit à re noſtra alienum declarare, num præter hos, quos nouimus, libros alios ſcripſerit Ieremias? Certum enim eſt ſcripſiſſe aliquos, è quibus eſt etiam compertum paucos extare.

Primum ergo ſcripſit librum prophetiarum, excipiente Baruch eius diſcipulo & ſcriba, quem tanquam ſacrum venerentur omnes, & commentantur. Continetur autem 52. capitibus, quorum extremum exiſtimatur additum per Baruch ex libro 4. Regum incipit ab anno 13. Ioſiæ, ac deſinit in 11. Sedeciæ.

Compoſuit deinde carmen epicedion, ſeu lugubre in funere Ioſiæ, qui dimicans aduerſus Necaum Regem Ægypti peremptus eſt: cuius lib.2. Paralip.c.35.in hunc modum fit mentio. Mortuuſq. eſt Ioſias & ſepultus in Mauſoleo patrum ſuorum, & vniuerſus Iuda, & Ieruſalem luxerunt eum, Ieremias maxime, cuius omnes cantores atque cantatrices vſque in præſentem diem lamentationes ſuper Ioſiā replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſrael, ecce ſcriptum fertur in lamentationib. Ioſephus lib. 10. Antiquit. c 6. ad ſua tempora aſſerit hoc carmen permanſiſſe: ſed eius modo nulla exſtat memoria, quamuis ſunt, quibus videatur contineri 4. capite Threnorum, quod falſum eſſe ibi oſtendemus. Compoſuit hoc carmen propheta in principio regni Ioachaz filij Ioſiæ anno 18. poſt quā cœperat prophetare.

Tertio. Anno 22. poſtquam cœperat prophetare, qui erat quartus Ioakim filij Ioſiæ, ſcripſit excipiente Baruch, librum de vrbis euerſione, & regis, populique captiuitate, quem rex, cum coram eo legeretur, igni tradidit. Sed iubente Deo, iterum conſcriptus eſt, eadem & grauiora continens, fit eius mentio cap.36. Ieremiæ.

Quarto ſcripſit librum vnum de Babylonis vaſtatione quarto anno Sedeciæ, 34. ab initio ſuæ prophetiæ, quem dedit Saraiæ, vt ſaxo obligatum mitteret in Euphratem, de quo fit mentio cap. 51. Ieremiæ, & pars eius contineri videtur cap.50. & 51. eius prophetiæ.

Quinto. Empto agro conſobrini ſui duos libros ſcribi iuſſit propheta, emptionis, & venditionis, apertum vnum, & alterum obſignatum, vno 10. Sedeciæ, de quibus 32. capite Ieremiæ ſermo fit & hæc quidem ante vaſtatam Ieruſalem compoſita ſunt.

Sexto, refertur 2. Machab. 2. liber commentariorum, ſeu deſcriptionū Ieremiæ prophetæ, in quibus continebatur hiſtoria eorum, quæ geſſit Ieremias poſt euerſam vrbem, nam extemplo adhuc integro abſtulit tabernaculum, arcam fœderis,& altare incenſi, quæ in ſpecu montis Nebo concluſit,& ignem, quem Sacerdotes in ignoto puteo abſconderunt: ac prædixit eis, quando hæc eſſent demonſtranda, vt eo loco refertur, & apud Epiphanium,& Dorotheum in vita Ieremiæ. Continebatur etiam in eiſdem deſcriptionibus exemplar epiſtolæ, quam tradidit Ieremias ijs, qui ducebantur captiui Babylonem, in qua monebat eos legem ſeruare, & cauere idolatriam. Exſtat hæc epiſtola in cap. 6. libri Baruch.

Septimo collegit hiſtoriam tertij & quarti Regum, vt videtur Procopio Gazenſi, Iſidoro,& Moſi Kimhi, quos refert Senenſis libro 1. vſque ad Ieroſolymæ excidium, confirmat hoc, quod vltimum Ieremiæ caput fere eſt idem cum cap. 25. lib. 4. Regum. Abulenſis tamen q. 4. ſuper c. Iudicum 17. duos etiam priores dicit compoſuiſſe.

Octauo compoſuit lamentationes quatuor alphabetis contextas, quibus lamentatur Ieroſolymorum, & populi calamitates, vt aſſerit Procopius Gazeus libro de propheticorum librorum appellationibus, & nos ſuper eas adnotamus.

Nono fertur compoſuiſſe vna cum Ezechiele pſalmum ſexageſimum quintum qui incipit. Te decet hymnus Deus in Sion, & ſolus pſalmum 137. Super flumina Babylonis, quod eorum nominibus inſcripti legantur hi pſalmi apud Græcos. Multis tamen oppoſitum videtur certius, & tantum propter materiam, quam tractant, fuiſſe his prophetis adſcriptos.

Decimo poſtquam Ieremias abductus eſt in Ægyptum cum Baruch, & reliquijs Iudæorum, vt refert ipſe cap.43. Baruch Babylonem, vt librum ab Ieremia exceptum, anno 5. vaſtationis, legeret coram rege

Liber prophetiarum Ieremiæ Epicediū Ieremiæ ſuper morte Ioſiæ. 2. Paralip. 35. Ioſeph. Liber de euerſione vrbis & captiuitate Liber de Babylonis vaſtatione Liber emptionis, & venditionis. Liber deſcriptionum Ieremiæ. Euſeb. Doroth. Epiſtola ad abducendos. Libros Regum collegit Ierem. Liber lamentationum. Procop. Iſidor. Moſes Kimhi. Abulēſ. Procop Ierem. duos pſalmos fertur compoſuiſſe. Libri Baruch an Ier.

ram rege Ioachim, & omnibus Iudæis captiuis, vt refertur cap. 1. Baruch hunc librum eſſe canonicum certum eſt, atque ita fuiſſe olim habitum, patet ex clemente Alexandrino lib. 2. Pedagogi cap. 3. & Euſebio Cæſarienſi libro 6. de euangelica demonſtratione cap. 19. Quia vero diſcipulus fuit, & ſcriba Ieremiæ, & librum hunc promulgauit, ac edidit Babylone, eius nomine prænotatus eſt, cum fuerit conſuetudo veteribus Ieremiæ nomine citare, quæ ex hoc libro deſumebant teſtimonia, quod ea ex Ieremia Baruch decerpſiſſe putaretur, ſic faciunt priſci fere omnes patres, quos ſuper eum librum referemus.

Vndecimo, exiſtẽs in Ægypto ſacerdotibus Ægyptijs prædixit futurum, vt omnia eorum ſimulachra conciderent, vbi virgo in Ægyptum cum ſuo aſcenderet infante; quod ita accidiſſe cũ virgo Deipara fugit in Ægyptum, referunt Dorotheus in Synopſi, & Epiphanius in libro de vita, & interitu prophetarum, dum agunt de Ieremia.

Simulacrorum Ægypti ruinam prædicit virginis acceſſu.

Duodecimo, fertur præter hos libros compoſuiſſe Apocryphum, ex quo deſumptum putatur illud Matthæi c. 27. teſtimonium, quo dicit: Tunc impletum eſt quod ſcriptum eſt per Ieremiam dicẽtem, & acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filijs Iſrael: & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus: ſic enim exiſtimat Origenes tractat. 35. in Matthæum, & Euthymius in 27. Matthæi, imò Hieronymus eo loco, ſe legiſſe, ait, in quodam Hebraico volumine, quod ei Nazarenæ ſectæ Hebræus obtulerat, Ieremiæ Apocryphum, in quo ad verbum hæc ſcripta erant. Verum quia multis videtũr ex 11. Zachariæ hoc teſtimonium fuiſſe deſumptum, ad locum Matthæi relinquamus hunc nodum diſſoluendum.

Ieremias putatur auctor libri apocryphi. *Origen.* *Euthy.*

Demum Irænæus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 39. refert teſtimonium Ieremiæ ſic dicens, ſicut Ieremias ait. Recommemoratus eſt Dominus ſanctus Iſrael mortuorum ſuorum, qui prædormierunt in terra defenſionis, & deſcendit ad eos, vt euangelizaret eis ſalutare ſuum ad ſoluandum eos. Idem affert Iuſtinus Philoſophus, & Martyr in dialogo cum Triphone dum ait. Item ex eodem Ieremia detraxerunt hæc. Recordatus eſt Dominus Deus Iſrael mortuorum ſuorum, qui iacent in terræ tumulis & deſcendit ad eos, vt euangelizaret eis ſalutare ſuum. Vult Iuſtinus oſtendere multa ex biblijs Hebraicis detracta à Iudæis; quod viris doctiſſimis non probatur. Videtur teſtimonium hoc vtcumque deſumptum ex illis Iſaiæ verbis cap. 26. verſ. 19. viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent: & ex verbis 1. Petr. 3. 19. in quo & ijs, qui in carcere erant, ſpiritibus, veniens prædicauit.

Irenæus, Ierem. prædicit deſcenſũ Chriſti ad inferos. *Iuſtinus Martyr.* *Iſaiæ 26 19.* *1. Petr. 3. 19.*

Nos igitur cæteris omiſſis, prophetias Ieremiæ, lamentationes, & librum Baruch, qui Ieremiæ quoque eſſe exiſtimatur, explanare tantum aggredimur.

QVEM ORDINEM SERVAVERIT IEREMIAS IN SVIS EDENDIS VATICINIIS.

Cap. 3.

SI ordinem, quem ſeruauit Ieremias in ſuis edendis prophetijs exquirere velimus, inueniemus lõge diuerſum fuiſſe ab eo, ſecundum quem modo traduntur in Biblijs: Vt enim vidit Hieronymus ſuper 21. & 25. Ieremiæ, & ſuper 29. & 30. Ezechielis, in prophetis, maxime Ezechiele, & Ieremia nequaquam regum, & temporum ordo ſeruatur, ſed præpoſtere quod iuxta hiſtoriam poſtea factum ſit prius referri, & quod prius geſtum ſit poſtea; nam aliud eſt hiſtoriam, aliud prophetiam ſcribere. Animaduertit hoc ipſum Theodoretus non ſemel, ſiquidem ſuper 21. Ieremiæ, ſciendum eſt, inquit, prophetias non ex ordine poſitas eſſe: & ſuper Ezechielem ſect. 12. Hæc ait, loquendi forma apud Ieremiam quinque prophetam reperitur: etenim ille ſparſim apponit tempora, & priore loco poſitis, quæ regnante Sedecia geſta ſunt, qui poſtremus regnauit, rurſus quæ ad Ioakim. Atquæ huiuſce cauſa hæc eſt, quod non ſimpliciter ipſi hiſtoriam conſcribunt, ſed prophetias quibuſdam temporibus factas. Adnotarunt, hos ſecuti, poſteriores interpretes hunc præpoſterum ſcribendi ordinem, Hugo, ac Lyra in 21. & Dionyſius in 25. Ieremiæ. Quod autem ipſi prophetæ tribuunt, qui non ſeruauerit ordinem in ſcribendo, quod non hiſtoriam texuerit, ſed prophetia: à ratione videtur alienum, tum quod ipſe Hieronymus in primo Ieremiæ proemio librariorum errori hanc ordinis inuerſionem tribuit. Tum quia alium ordinem inuenimus in codicibus ſeptuaginta interpretum verioribus, qualis eſt vaticinus iuſſu Sixti quinti editus, alium in vulgatis editionibus correctis: & diuerſum in natiuo codice Hebræo. Quis enim affirmare auſit Ieremiam prophetam, cum anno quarto Ioakim cap 36. viſus eſt ſcribere quæcumque fuerat vaticinatus contra Ieruſalem à 13. anno Ioſiæ Regis vſque ad quartum Ioakim per viginti duos ferme annos, multas ſcripſiſſe prophetias, quas poſtea edidit ſub annis ſequentibus Ioakim, & ſub Iechonia, & Sedecia, qui poſtea regnum obtinuerunt? & tamen multas notamus modo ſcriptas ante caput illud 36. quæ ſub poſterioribus regibus editæ ab Ieremia ſunt. Non inutiliter ergo laboraret is, qui ad ſuum natiuum ordinem reuocaret, quo ſunt editæ, omnes Ieremiæ prophetias, & hiſtorias. Nec enim inficiari quis poſſit maxime illuſtrari interpretationem, & magnã lucem afferri libro, qui explanatur, ſi temporis ordo, quo ſcriptus eſt, aut ſingulæ eius narrationes accidere, in medium proferatur, & ſub quo rege quæque geſta ſint declaretur. Siquidem ex huius pendet cognitione potiſſimum, nouiſſe mores, qui rempublicam occupent, vitiaque quæ inficiant. Præſtiterunt hoc feliciter in libris alijs, præſertim in hiſtoria euangelica Tatianus, & Ammonius antiquiſſimi, qui harmoniam euangelicam contexuerunt; & ex recentioribus ſtudioſiores, qui monoteſſaron, ſeu concordiam euangelicam conſcripſerunt. Nos igitur, qui munus Ieremiam interpretandi aſſumpſimus, operæpretium lectori facturi putamus. Si in hoc in primis ſtudium incumbamus, vt in ſuum ordinem vniuerſum hunc prophetam redigamus. Quod ne ſtudioſum quemque perturbet, ac faſtidium pariat inquirenti capita huius libri duos indices ſubijciemus, vnum, qui contineat ſummam ſingulorum capitum Chronotaxeos, ſeu coordinationis prophetiarum Ieremiæ, ſe-

Ordo Ieremiæ inuerſus. *Hieron.* *Theod.*

cundum tempus quo ab eo ſunt editæ, & à nobis ſunt ante commentarius ſuo ordine referendæ: alterum, qui referat per ordinem capita, quatenus in communi Bibliorum vſu inueniuntur, adiectis etiam noſtræ Chronotaxeos capitibus, in quibus ea continentur. Adiungemus quoque capita ſingula interpretationis Septuaginta, noſtris reſpondentia, vt quanta ſit diuerſitas intelligatur. Complectitur autem vniuerſa Ieremiæ prophetia quinque regum tempora. Decem ac nouem annos Ioſiæ à 13. quo cœpit prophetare Ieremias vſque ad 31. Tres menſes Ioachaz filij Ioſiæ, annos vndecim Ioakim filij quoque Ioſiæ. Tres menſes Ieconiæ filij Ioakim, & vndecim annos Sedeciæ filij Ioſiæ.

CHRONOTAXIS, SEV COORDINATIO PROPHETIARVM IEREMIÆ SECVNDVM TEMPVS quo ſunt ab eo editæ. Cap. IV.

Sub Rege Ioſia.

Capvt 1.

Anno 13. EXorditur ſuas prophetias de ſuo munere rationem reddens, & totius operis argumentum præmittens ſub virgæ vigilantis, & ſuccenſæ ollæ ſimilitudine. Ex cap. 1. Vulgati, & Septuaginta.

Cap. 2. Contendit iudicio cum plebe Iudaica, ingrati animi eam coarguens, quod plurimis, vti ſponſa, deuincta beneficijs ſpem in Dijs gentium collocaſſet, idcirco non mirum videri debet ſi plurimis malis ſit ſubijcienda. Ex cap. 2. Vulgati, & Septuag.

Cap. 3. Arguit Iudam idololatriæ, & ad reconciliationem inuitat, modumque per Chriſtum docet. Ex cap. 3. Vulgati, & Septuag.

Cap. 4. Hortatur populum ad reſipiſcentiam, niſi velit experiri totius regni exitium per Nabuchodonoſorem. Ex cap. 4. Vulgati, & Septuag.

Cap. 5. Oſtendit merito extremè puniendum populum, in quo nec vnus inueniatur vir probus, cuius reſpectu Deus parceret multitudini. Et cap. 5. Vulgati, & Septuag.

Cap. 6. Declarata Chaldæorum feritate, varijs modis ad reſipiſcentiam hortatur. Sed nihil obtinet à Iudæis, quod reprobi ſint. Ex cap. 6. Vulgati, & Septuag.

Cap. 7. Perſtat in recenſenda imminente calamitate, nequaquam ſuperanda, neque ob templi ſanctitatem, neque ob ſacrificiorum frequentiam. Ex cap. 7. Vulgati, & Septuag.

Cap. 8. Exaggerat ſtragem futuram, quo odium excitet in peccata, quæ illam induxere. Ex cap. 8. Vulgati, & Septuag.

Cap. 9. Lamentatur populi flagitia, & extremam pœnam, qua propter illa afficiendus eſt. Ex cap. 9. Vulgati, & Septuag.

Cap. 10. Oſtendit eiſdem pœnis obnoxios filios, quibus olim patres ob irritum legis fœdus: & minatur ciuibus Anathoth extremam cladem, quod veneno voluiſſent enecare Ieremiam. Ex cap. 11. Vulgati, & Septuag.

Cap. 11. Litem mouet Deo de ſorte diuerſa proborum, & improborum, cui ſatisfit: ac excidium comminatur Iudæis, & vicinis gentibus: ſalute promiſſa, ſi legi Dei parerent. Ex cap. 12. Vulgati, & Septuag.

Cap. 12. Sterilitatem, & famem obſidionis tempore futuram denunciat, cauſam malorum reijcit in pſeudoprophetas, idcirco perituros: Rogat Deum vt populi reſipiſcentis miſereatur. Ex cap. 14. Vulgati, & Septuag.

Cap. 13. Dolet ſortem ſuam quod non audiatur, imo natus videatur ad mala denuncianda, & odium omnium concitandum. Ex cap. 15. Vulgati, & Septuag.

Cap. 14. Oſtendit ſtragem futuram Iudæis, & gentibus ob idololatriam; poſtquam reditum pollicetur è Babylone feliciorem quam olim ex Ægypto. Ex cap. 16. Vulgati, & Septuag.

Sub Ioakim Rege.

Cap. 15. Statim mortuo Ioſia, & amoto Ioachaz filio eius, fletu durante, mittitur Ieremias ad
Anno 1. domum regis Ioakim, hortaturus eum ne defleret Ioſiam, ſed potius, & Ioachaz non rediturum ex Ægypto, & ſe ipſum, qui inſepultus eſſet relinquendus. Ex cap. 22. Vulgati, à verſu 10. ad 23. & ex Septuaginta.

Cap. 16. In principio regni Ioakim, in atrio templi denunciat vrbis, templique vaſtitatem: com-
Anno 2. prehenſus reus mortis accuſatur; Sed à ſe maioribus defenſus ab Ahicam eripitur, ne plebi traderetur occidendus. Iubetur deinde ſumere catenas tempore Sedeciæ mittendas gentibus finitimis. Ex cap. 26. & 27. à verſ. 1. ad 4. Vulgati, & 33. Septuag.

Anno 3. Cap. 17. Oſtendit peccatum Iuda indelebile, quod ſuppetijs Ægypti confiſus, nollet ſe ſubiicere Babylonio iam ſe ad bellum paranti. Ex cap. 17. Vulgati, & Septuag.

Anno 4. Cap. 18. Ineunte, qui à 13. Ioſiæ erat viceſimus tertius, & primus Nabuchodonoſoris, prænunciat cladem futuram omnibus gentibus, calice propinato; & poſt Septuaginta annos liberatiuuem. Ex cap. 25. Vulgati, & 25. & 32. Septuaginta.

Cap. 19.

Cap. 19. Capta Ieruſalem, & rege Ioakim ducto Babylonem ex 1. Danial. & 2. Paralip. 36. 6. Nabuchodonoſor regem Ægypti Nechao occurrentem in charcamis pro tuendo regno Ioakim, cum exercitu ſuo fudit, iuxta prophetiam Ieremiæ. Ex capite 46. à verſ. 1. ad 12. vulgati, & 26. Septuaginta. *Anno 4*

Cap. 20. Eodem, ſimul prophetat Ægyptum ſubiugandam à Nabuchodonoſore. Ex cap. 46. à verſ. 13. Vulgari, & 51. Septuaginta. *Anno 4*

Cap. 21. Iubetur Ieremias ſcribere quæcunque propbetauerat per ſuperiores viginti tres annos, vt lectis populo conuerteretur. Baruch legere metuenti incolumitatem pollicetur. Ex cap. 36. à v. 1. ad 4. & ex cap. 45. Vulgari, & ex cap. 43. & 51. Septuaginta. *Anno 4*

Cap. 22. Poſt reditum Ioakim è Babylone ſub ſtatis conditionibus, iuſſit Barucho Ieremias vt librum legeret populo, in die ſolemni ieiunij menſe Nouembris, tum etiam Regi, qui cum librum combuſiſſet iuſſus eſt propheta iterum ſcribere, grauioribus minis adiectis. Ex cap. 36. à verſ. 5. Vulgari, & 43. Septuaginta. *Anno 5*

Cap. 23. Cum Nechabitæ metu Nabucbodonoſoris, qui venerat anno 4. Ioakim, & venturus propediem ferebatur, vt quidem venit 8. anno, ex 4. Reg. 24. 1. ex agris ſe recepiſſent in Ieruſalem, à Deo miſſus Ieremias, illorum prompta obedientia inobedientiam increpat populi. Ex cap. 35. Vulgati & 43. Septuaginta. *Anno 6.*

Cap. 24. Vel nono, iubetur coemere lumbare lineum, & ducere ad Euphratem. Laguncula quoque ſignificare hoſtis iram, & futuram calamitatem. Ex cap. 13. à verſ. 1. ad 17. Vulgati, & 13. Septuaginta. *Anno 7*

Sub Rege Ieconia.

Cap. 25. Comminatur Ieconiam ducendum eſſe Babylonem, inde numquam rediturum. Ex cap. 22. a verſ. 24. ad finem, & 22. Septuaginta. *Anno 1.*

Cap. 26. Inuehitur in Regum negligentiam, quæ duxerit populum in exilium Babylonicum: pollicetur que nouam Reipublicæ formam per Chriſtum, & Apoſtolos. Ex capite 23. Vulgati, & Septuaginta.

Sub Rege Sedecia.

Cap. 27. Ieconia tranſlato Babylonem ſub viſo duorum calathorum, ſignificauit bonam tranſmigrantium ſortem, & miſeram Hieroſolymis remanentium. Ex capite 24. Vulgati, & Septuaginta. *Anno 1.*

Cap. 28. Poſt egreſſum Ieconiam cum regina & alijs, miſit Ieremias epiſtolam tranſmigratis per legatos Sedeciæ, in qua eos admonet de mora 70. annorum, ne crederent pſeudoprophetis celeriorem reditum promittentibus. Ex cap. 29. Vulgati, & 36. Septuaginta. *Anno 1.*

Cap. 29. Prædicit felicitatem poſt captiuitatem, tam temporalem, quam ſpiritualem, per Chriſtum. Ex cap. 30. Vulgati, & 37. Septuaginta. *Anno 1*

Cap. 30. Ad ſolatium captiuorum promittit reditum ad legem euangelicam, cuius bona connumerat. Ex cap. 31. Vulgati, & 38. Septuaginta. *Anno 1*

Cap. 31. Apud figulum oſtendit propheta Deus facile ſibi eſſe reficere, ac reſtituere populum priſtinæ libertati, et ſi ob animum eius obfirmatum extremum malum illi comminatur. Ex cap. 18. Vulgati, & Septuaginta. *Anno 1.*

Cap. 32. Epiſtolam miſit Ieremias tranſmigratis, admonens eos vt caueant idololatriam. Ex cap. 50. Vulgati, & Septuaginta. *Anno 1.*

Cap. 33. Vel ſecundo, in principio regni, iubetur mittere catenas gentibus finitimis, admonens vt ſe ſubijciant Babyloniæ, ſi ſaluæ eſſe velint: quod ipſum ſuadet Sedeciæ. Ex cap. 27. à verſ. 2. & finem, & 28. verſ. 1. Vulgati & 34. Septuaginta. *Anno 1*

Cap. 34. Vel tertio, in principio regni Sedeciæ, prophetat Moab deſtruendum à Nabuchodonoſore. Ex cap. 48. Vulgati, & 31. Septuaginta. *Anno 2.*

Cap. 35. Id ipſum prophetat contra Ammonitas. Ex cap. 49. Vulgati, & 30. Septuaginta. *Anno 2*

Cap. 36. Idem contra Idumæam. Ex cap. 49. Vulgari, & 29. Septuaginta. *Anno 2*

Cap. 37. Idipſum contra Damaſcum, Cedarenos, & Ælamitas. Ex cap. 49. Vulgati, & 30. & 25. Septuaginta. *Anno 2*

Cap. 38. Lagunculæ confractione oſtendit populum per Chaldæum contereudum, in atrio templi. Ex cap. 19. Vulgati, & Septuaginta. *Anno 4.*

Cap. 39. Propterea conijcitur in carcerem, & educitur, minatur interitum Phaſur: & dolet ſortem ſuam, quod iam tæderet vincere. Ex cap 20. Vulgati, & Septuaginta. *Anno 4.*

Cap. 40. Babylonem prophetat ſubuertendam per Cyrum, & Darium ob ſuam crudelitatem. Ex cap. 50. Vulgati: & 27. Septuaginta. *Anno 4.*

Cap. 41. Varijs ſimilitudinibus idem proſequitur & mittit prophetiam in libro per Saraiam cum Sedecia Babylonem proficiſcentem, vt mittat in Euphratem in ſignum Babylonis excindendæ. Ex cap. 51. Vulgati & 28. Septuaginta. *Anno 4.*

Cap. 42. Menſe quinto, contendit cum Hanania de exitu prophetiarum, quem probat illius interitu. Ex cap. 28. Vulgati, & 35. Septuaginta. *Anno 4*

Cap. 43. Mittitur Ieremias ad Sedeciam rebellentem Nabucbodonoſori, & ad dominatricem, denunciaturus regni deſtructionem, ne ſeſe efferrent, vt dicitur 4. Reg. 24. 29. & in Ioſepho lib. 10. *Anno 8.*

Antiq. c. 10. Ex cap. 13. à verſ. 18. Volgari, & Septuaginta.

Anno 8 Cap. 44. Denunciat Sedeciam Babylonem ducendum per Nabuchodonoſorem tunc obſidentem Ieroſalem, qui receſſit contra Ægyptios ferentes opem Iudæis, poſt fœdus cum Deo renouatum quod cum ſtatim perfregiſſet Rex, Babylonij reditum denunciat. Ex cap. 34. Vulgati, & 31. Septuaginta.

Anno 8 Cap. 45. Mittitor ad Sedeciam, vt hortetur ad reſipiſcentiam, ſi liberari velit, alioquin Ieruſalem deſtruendam. Ex cap 22 à verſ. 1 ad 9. Vulgati, & Septuaginta.

Anno 9 Cap. 46. Prophetat Palæſtinos deſtruendos per Nabuchodonoſorem. Ex cap. 47. Vulgati: & 29. Septuaginta.

Anno 9 Cap. 47. Sedeciæ mittenti, vt pro ſe oraret, reſpondit Ieremias rediturum Chaldæum ad obſidionem relictam, & vrbem vaſtaturum, cumque egrederetur in Anathoth captus, detruſus eſt in carcerem. Ex cap. 37. Vulgati, & 44. Septuaginta.

Anno 10 Cap. 48. Cum cœpiſſet iterum Nabuchodonoſor obſidere Ieruſalem à 10. die menſis 10. Ex 4. Reg. 25. 1. 2. & Ierem. 39. 1. Sedeciæ mittendi vt pro hoſtis receſſu oraret, reſpondit Ieremias, non receſſurum, ſed niſi ad eum conſogerent pereundum. Ex cap. 21. Vulgati, & Septuaginta.

Anno 10 Cap. 49. Iubet Dominus Ieremiæ emere agrum patroelis, dum eſſet adhoc in carcere, quo ſpem popolus conciperet reditus, & agrorum reſtitutionis. Ex cap. 32. Vulgati, & 39. Septuaginta.

Anno 10 Cap. 50. Clauſos adhuc promittit felicitatem poſt tempus captiuitatis. Ex cap. 33. Vulgari, & 40. Septuaginta.

Anno 11 Cap. 51. Conijcitur in lacum, qood prædicaret transfugis ſalutem, & interitum rennentibus: Sed eductus ab Æthiope, & dato regi conſilio, manſit io veſtibulo carceris. Ex cap. 38. Vulgati, & 45. Septuaginta.

Anno 11 Cap. 52. Promittit Abdemelecho ætyopi incolumitatem, ob ſe è lacu liberatum, dum ciuitas irrumperetur. Ex cap. 39. a verſ. 15. Vulgati, & Septoaginta.

Anno 11 Cap. 53. Menſe quarto completur toties denunciata propheria. Nam capitur ciuitas, & Sedecias è fuga reducitur ad Nabuchodonoſorem, qui illius ocolis erutis, & filijs prius occiſis, cum reliqua plebe miſit regem Babylonem. Ex cap. 39. vſque ad verſ. 12. Vulgati: & 46. Septuaginta.

Anno 11 Cap. 54. Commeodat Nabuzardan cum reliquis principibus Ieremiam Godoliæ cõſtituto principi reliquiarum. Ex cap. 40. Vulgati, & 47. Sepruaginta.

Anno 11 Cap. 55. Liber iam Ieremias videtur ſcripſiſſe epiſtolam ad abduceodos Babylonem, contioentem monita de vero Deo colendo, quæ babetur io 6. cap. Baruch.

Anno 11 Vrbe diruta videtur compoſuiſſe ſuas Lamentationes.

Anno 11 Cap. 56. Menſe ſeptimo Iſmahel occidit Godoliam, & Iohana collegit reliquias cum Ieremia, vt fugeret in Ægypiom. Ex cap. 41. Vulgati, & 48. Septuaginta.

Anno 1 Cap. 57. Menſe eodem rogant Ieremiam, vt pro ſe oret, ille bortatur ne ſugiant, niſi velior capi à Nabochodonoſore in Ægypto. Ex cap. 42. Vulgati, & 49. Septoaginta...

Anno 12 Cap. 58. Qui erat 20. Nabuchodonoſoris, viri ſuperbi nolentes fidem habere Ieremiæ, compuleronr omnes Iodæos ire in Ægyptum, vbi in Taphnis prophetat Ieremias vaſtandam Ægyptum per Nabucbodoooſorem. Ex cap. 43. Vulgati, & 50. Septuaginta.

Anno 13 Cap. 59. Qui erat 21 Nabuchodonoſoris, comminator prophera Iudæis exiſtentibus in Ægypto captiuitatem, & regem Epbre capiendum, vt captus eſt Sedecias. Ex cap. 44. Vulgati, & 51. Septuaginta. Hac occaſione videtur lapidibus obrutus Ieremias.

Anno 15 Qni erat 23. Nabuchodonoſoris, inuaſit Chaldæis cæleſiriam, Ammooitas, & Moabitas, & alias gentes, vt prophetauerat Ieremias. Ex Ioſepho 10. antiq. cap. 11.

Anno 15 Eodem, Nabucbodonoſor ingreſſus Ægyptum, rege Vafre oceiſo, Amaſim conſtituit, repertoſqoe ibi Iudæos, ſeptiogentos quadraginta quinque, vt babetur. Ierem. 52. 30. captiuos duxit Babylonem. Ex Ioſepho eo loco, inter eos ductus eſt Barucb, nam Ieremias iam putatur interfectus.

Anno 16 & 24. Nabochodoooſoris, qui erat qoiotus captioitatis, die ſeptima menſis quiori, librum ſcriptum à ſe legit Barucb Babyloue, coram Ioacin, & populo vuiuerſo, ad flumeo Sodi. Barucb 1.

Hucuſque deduximus ooſtram Chronotaxim, in qua ordine propbetiarum, & complementi ipſarum, ab Ieremia editarum ob oculos poſito, facili negotio intelligeres, quo loco ſingula conſtitueoda ſiut. Nunc alterum indicem ſubijciemus ad inuenieoda facile capita ſecundum vulgati ordinem diſtributa.

INDEX, QVO SINGVLA IEREMIÆ CAPITA ORDINE, QVO IN EDITIONE VVLGATA DISTRIbuta ſunt, in Chronotaxi noſtra reperientur.

CAPVT V.

Vulgati.			Vulgati.		
Cap. 1.	continetur	Cap. 1.	Cap. 10.	continetur.	Cap. 32.
Cap. 2.		Cap. 2.	Cap. 11.		Cap. 10.
Cap. 3.		Cap. 3.	Cap. 12.		Cap. 11.
Cap. 4.		Cap. 4.	Cap. 13. à v. 1. ad 17. c. 24. à v. 18. ad fi. c. 43		

Vulgati.

Vulgati.	
Cap.5.	cap.5.
Cap.6.	cap.6.
Cap.7.	cap.7.
Cap.8.	cap.8.
Cap.9.	cap.9.
Cap.19.	cap.38.
Cap.20.	cap.39.
Cap.21.	cap.48.
à v.1.ad 9.	cap.45.
Cap.22.à v.10.ad 23.	cap.15.
à verſu 24.	cap.25.
Cap.23.	cap.26.
Cap.24.	cap.27.
Cap.25.	cap.18.
cap.26.	cap.16.
Cap.27.à v.2. vſque ad 1.cap.28.	cap.33.
Cap.28.à v.12.	cap.42.
Cap.29.	cap.28.
Cap.30.vſque ad verſ. 1.cap.31.	cap.29.
Cap.31. à verſu.2.	cap.30.
Cap.32.	cap.50.
Cap.33.	cap.51.
Cap.34.	cap.44.
Cap.35.	cap.23.
à verſu 1.ad 4.	cap.21.
Cap.36.à verſ.5.ad fin.	cap.22.

Vulgati	
Cap.14.	Cap.12.
cap.15.	cap.13.
cap.16.	cap.14.
cap.17.	cap.17.
cap.18.	cap.31.
cap.37.	cap.47.
cap.38.	cap.49.
cap.39. à ver.1.ad 14	cap.53.
à verſu 15.	cap.52.
cap.40.	cap.54.
cap.41.	cap.56.
cap.42.	cap.57.
cap.43.	cap.58.
cap.44.	cap.59.
cap.45.	cap.21.
à v.1. ad 12.	cap.19.
cap.46.à v.13.	cap.20.
cap.47.	cap.46.
cap.48.	cap.34.
à ver.1.ad 6.	cap.35.
cap.49.à 7.ad 23.	cap.36.
à 23. ad fin.	cap.37.
cap.50.	cap.40.
cap.51.	cap.41.
cap.52.	cap.60.
cap.6.Baruch.	cap.55.

Hoc indice, in quo ſingula Ieremiæ capita iuxta ordinem Vulgati interpretis poſita, & illis reſpondentia capita noſtræ Chronotaxeos, ſeu coordinationis ſecundum tempus, quo ſunt edita: non multum laborabis, ſtudioſe lector, in inueniendo quod libuerit. Nec vero mireris ſi vni capiti Vulgati, duo vel etiam tria reſpondeant Chronotaxeos: id enim ideo fit, quod in vno capite duo, aut tria contineantur ad diuerſa tempora ſpectantia, cum ſub diuerſis regibus acciderint, tum etiam, quod longius ſit, & diuidi fuerit opus, ne tædium pariat.

DISTRIBVTIO OPERIS VNIVERSI.
Cap. 6.

OPus vniuerſum, vt hoc etiam ad claritatem adiiciamus, in duas partes diuidemus præcipuas: in proœmium, & tractatum. Proœmium, quod primo capite continetur, tempus, & perſonas, tam dicentis, quam de quibus dicitur, & totius operis argumentum complectitur. Tractatus, qui à ſecundo capite vſque ad finem producitur, tria continet, exhortationes ad populum, & increpationes peccatorum, præſertim idololatriæ ſub comminatione vaſtitatis totius Iudeæ, diuerſis modis propoſitæ. Hiſtoriam geſtorum tempore Ieremiæ, vt ingreſſum Babyloniorum in vrbem, & quæ poſt acciderunt vſque ad ingreſſum reliquiarum in Ægyptum, quæ referuntur capit. 39.40.41.42.43.& 52. & prophetias. Et has quidem vel comminatorias ſtragis futuræ per Nabucbodonoſorem, vel in communi vniuerſæ Iudeæ, & gentibus: aut in particulari, perſonis aliquibus, vel gentibus certis. vel conſolatorias, quibus polliceatur Deus, vel libertatem è captiuitate poſt ſeptuaginta annos: vel fœlicitatem temporis Chriſti, & conuerſionis Iudæorum, & gentium. Et has vtraſque tractat propheta vel ſolis verbis, vel additis etiam, ſignis quas ſuo ordine oportet enumerare.

DE PROPHETIIS SVB SIGNIS EDITIS AB IEREMIA. Cap.7.

PRophetiæ ſub ſignis editæ ab Ieremia, tredecim numerantur.

1 Anno 13.Ioſiæ ſub ſpectro virgæ vigilantis cognouit celerē executionem latæ contra Iudæos, *Sub Ioſ.*
genteſque ſententiæ.cap.1.

2 Olla ſuccenſa intellexit aduentũ Nabucbodonoſoris. cap.1.

3 Prohibitus vxorem ducere, ſignificauit Iudeæ imminentē vaſtitatem. cap.16.

4 Calicem furoris domini iubetur propinare omnibus gentibus, anno 4. Ioakim, ſignificans Nabu- *Sub Ioa-*
chodonoſoris aduentum.c.25.& 18.Chronot. *kim.*

5 Iubetur anno 7. Ioakim coëmere, lumbare, & abſcondere apud Euphratem, vt ibi computreſceret,
ſignificans populum miſera captiuitate periturum. cap. 13. & 24. Chronotaxeos.
6 Sub parabola lagunculæ implendæ vino, comminatur omnes Iudeæ reges vino furoris Domini inebriandos. cap 13. & 24. Chronotaxeos.
7 Anno 1. Sedeciæ ſub viſo duorum calathorum ficuum optimarum, & peſſimarum, ſignificauit for-
Sub Sedecia. tem miſeram eorum, qui remanſerunt Ieroſolymis, & felicam eorum, qui cum Ioacin tranſmigrarunt. cap. 24. & 27. Chronotaxeos.
8 Anno eodem iubetur ire in domum figuli, quo doceat tam facile Deo eſſe malum imminens remouere, ſi reſipiſcant & reducere ſi renuant, quam facile eſt figulo opus factum confringere, ſeu reficere. cap. 18. & 31. Chronotaxeos.
9 Anno eodem, iubetur mittere catenas, & vincula ſuo collo impoſitas ad varias gentes, quo eas vinciendas ſignificaret per Nabuchodonoſorem. cap. 27. & 33. Chronotaxeos.
10 Anno Sedeciæ 4. iubetur accipere lagunculam teſteam, ac prædicare, illius inſtar conterendam vallem filij Ennom, nec vltra reſtaurandam. cap. 19. & 38. Chronotaxeos.
11 Anno eodem, miſit librum Ieremias continentem exitium Babilonis in Euphraten proiiciendum, quo ſignificaret ita Babilonem deuaſtandam. cap. 51. & 41. Chronotaxeos.
12 Anno 10. Sedeciæ, emere iubetur agrum, quo facto inſtrumento emptionis, & venditionis, oſtendit rediturus Iudæos, & poſſeſſuros terram cum agris ſuis. cap. 32. & 50. Chronotaxeos.
13 Anno 12. capto Sedecia, & morantibus Iudæis, qui fugerant in Ægypto, abſcondit Ieremias lapides ſub muro prope domum Pharaonis, vt ſignificaret venturum Nabuchodonoſorem, & ſolium ſuum ſuper illos erectum. cap. 43. & 58. Chronotaxeos.
Atque hæ ſunt prophetiæ ſignis editæ ab Ieremia.

DE NVMERO, ET ORDINE PROPHETIARVM IEREMIÆ VERBO EDITARVM.

Cap. 8.

Continet in ſuo opere Ieremias præter prophetias ſignis exhibitas & communem vaſtitatis Iudæorum, alias triginta quatuor, contra diuerſas gentes, ac perſonas, verbis editas, quas oportebit etiam ſuo ordine enumerare.

1 Sub Ioſia prædixit Ieremias conciues ſuos Anathothites vaſtandos in die viſitationis per Nabucho-
Sub Ioſ. donoſorem. cap. 11. & 10. Chronotaxeos.
2 Denunciat ſterilitatem, & famem ſub obſidione futuram. ca. 14. & 12. Chronot.
3 Ioachaz prophetat, ex Ægypto, quo ductus fuerat, non reuerſurum, ſed ibi interiturum. cap. 22. verſ.
Sub Ioakim. 11. & 15. Chronotaxeos.
Ioakim anno 1. illius, prophetat ſepultura aſini ſepeliendum, & extra portas Ieruſalem proiiciēdum.
4 cap. 22. v. 18. & 15. Chronot.
5 Denunciat anno 4. Ioakim Pharaonem in Charcamis vincendum. capit. 46. & 19. Chronotaxeos.
6 Eodem anno prophetat Ægyptum ſubiugandam à Nabuchodonoſore. capit. 46. & 20. Chronotaxeos.
7 Eodem anno quarto promittit Baruch miniſtro ſuo incolumitatem. capit. 45. & 21. Chronotaxeos.
8 Anno 5. Ioakim prophetat nullam eum poſteritatem habiturum, & cadauer eius inhumatum relinquendum. cap. 36. v. 30. & c. 22. Chronot.
9 Anno 6. Ioakim, prophetat ex Rechabitis, quod fuiſſent obedientes non defuturum, qui eſſet coram Deo. c. 35. in fine. & 23. Chronot.
10 Prophetat Ioakim cum matre ducendum Babylonem, vbi eſſet obiturus, ſine filio, qui ſederet in ſo-
Sub Iechonia. lio ſuo. c. 22. v. 24. & c. 25. Chronot.
Pollicetur germen iuſtum Chriſtum, & nouam formam Reip. per ipſum, & Apoſtolos. c. 23. & 26.
11 Chronot.
12 Anno 1. Sedeciæ prophetat in epiſtola ad tranſmigratos miſſa, impletis 70. annis, & non ante eos libe-
Sub Sedecia. randos. c. 29. 10. & 28. Chronotaxeos.
In eadem epiſtola comminatur Semehiam Nehelamitem deceſſurum ſine filijs, non viſa liberatione.
13 c. 29. v. 31. 32. & 28. Chronot.
14 Ibidem comminatur duos ſenes Sedeciam, & Achab percutiendos in omnium oculis, & frigendos per Nabuchodonoſorem. c. 29. 22. & 28. Chron.
15 Pollicetur eccleſiam Chriſto congregandam, & fœlicitatem euangelij. c. 30. & 31. & c. 29. & 30. Chronotaxeos.
16 In ſecundo anno Sedeciæ prophetat Moab deſtruendam per Nabuchodonoſorem. cap. 48. & 34. Chronot.
17 Idipſum contra Ammonitas. c. 49. & 35. Chronotaxeos.
18 Itidem contra Idumæam. c 49. & 36. Chronot.
19 Et contra Damaſcum. c. 49. & 37. Chronot.
20 Et contra Cedarenos. c. 49. & 37. Chronot.
21 Tum contra Elamitas. c. 49. & 37. Chronot.

Anno quarto Sedeciæ prophetat Phaſur cum ſuis ducendum Babylonem, ibique moritururum.cap. 22
20.& 39. Chronotaxeos.

Eodem anno minatur Hananiam in ipſo anno interiturum, vt quidem interiit 7.ſequenti menſe. cap. 23
28.& 42. Chronotaxeos.

Anno 8. Sedeciæ, ipſum denunciat Babylone moriturum, & comburendum eius cadauer more ma- 24
iorum. cap.34 & 44. Chronotaxeos.

Anno 9. prophetat Paleſtinos vaſtandos.cap.45.& 46.Chronotaxeos. 25

Anno eodem prophetat Chaldeos, qui receſſerant contra Ægyptios, redituros & capturos ciuitatem 26
cap.37.6.& 47. Chronotaxeos.

Iterum prædixit regi Babylonio tradendum. cap.37.16.& 47. Chronotaxeos. 27

Anno 10. prophetat Sedeciam Nabuchodonoſori tradendum, cuius non eſſet miſerturus. cap. 21.& 28
48. Chronotaxeos.

Anno eodem prophetauit ſic Sedeciæ, ſi te tradideris Babylonio liberaberis cum ciuitate, ſin minus 29
ciuitas comburetur, & tu capieris.cap.38.17.& 49. Chronotaxeos.

Anno eodem prophetat Sedeciæ, non fore ipſum tradendum à transfugis Iudæis. cap.38.17.& 49. 30
Chronotaxeos.

Anno eodem prophetat Sedeciam ducendum Babylonem, ibique manſurum, donec viſitaretur à do- 31
mino.cap.32.3.& 50.Chronotaxeos.

Pollicetur anno 11. Sedeciæ æthyopi Dei nomine liberationem ab hoſtibus.cap. 39. 15. & 52. Chro- 32
notaxeos.

Anno 11. Sedeciæ capta vrbe prophetat Iudæis ſi fugiſſent in Ægyptum, ibi capiendos, at ſi manſiſſent, 33
in pace victuros.c.42.& 57.Chronot.

In Ægypto prophetat Ægyptum cum rege Ephre capiendam, & Iudæos captiuos ducendos Babylo- 34
nem.c.44 & 59.Chronotaxeos.

Atque hæ ſunt omnes Ieremiæ prophetiæ. Præter quas varias continet exhortationes, & contra vitia, 35
præſertim idololatriam, inuectiuas, adiectis comminationibus, quibus explicat & modis multis amplificat, feritatem Babyloniorum, & futuras Iudæis calamitates.

DE GENERE SERMONIS, QVO VSVS EST IEREMIAS.
Cap. 9.

QVoniam conducit non modicum ad cuiuſuis Prophetæ intelligentiam nouiſſe idiomatis ſtylique rationem, quam ſecutus eſt, & de hoc nonnihil agamus: ſcripſit Ieremias, nemine repugnante, Hebraico ſermone vt Hebræus, & eo quidem adhuc puro, nec immiſto Chaldaico, quoniam, nō eſt vt Daniel Aggeus, & Zacharias poſt captiuitatē vaticinatus eſt, ſed ante ea tamē iam imminente, ſicut ex Ezechiel, Texuit autem ſuas prophetias, ſoluta oratione, quāuis Lamentationes rithmica de qua eo loco eſt nobis habendus ſermo; de ſtylo autem, & loquendi ratione, qua locutus eſt, ſic Hieronymus epiſtola 118. Ieremias ſermone quidem apud Hebræos Iſaiæ, & Hoſeæ, & quibuſdam aliis prophetis videtur eſſe ruſticior, ſed ſenſibus par eſt, quippe qui eodem ſpiritu prophetauerit. Porro ſimplicitas eloquij, à loco ei, in quo natus eſt accidit: Fuit enim Anathotites, qui eſt vſq; hodie viculus trib. ab Ieroſolymis diſtans milliarib. & in Procemio in ſextum librum Ieremiæ. Ieremias ait, quanquam in verbis ſimplex videtur, & facilis, tantum in maieſtate ſenſuum profundiſſimus eſt. Habet & hoc cū gente ſua cōmune, vt per varias ſimilitudines, & parabolas res ante oculos ponat, vt notauit de Chriſto hom. 45. in Matthæum beatus Chryſoſtomus. Nam familiare eſt Hebræis, inquit Hieronymus, in cap Matthæi 18. ad omnem ſermonem ſuum parabolas adiungere, vt quod per ſimplex præceptum teneri non poteſt, per ſimilitudinem, exemplaque teneatur. Affluit enim os lepos, & grata iocunditas cunctis ſyrophœnicibus in vulgari colloquio peculiaris, vt aduertit Eunapius Sardianus in vita Libanij.

QVAM METHODVM IN EXPONENDO SIMVS SECVTVRI.
Cap. 10.

VAria eſt interpretum ſententia, & legentium opinio de ratione explanandi ſcripturam, dum quidem laborum impatientes, & facile omnia faſtidientes, breues tantum expoſitiones deſiderant, quæ paraphraſtiκῶς, rem quæ explanātur, clariſſime ac breuiſſime, ante oculos ponant, quaſi ſimplex à prophetis hiſtoria, & geſtarum ordo narretur, & non ænigmatum plena ſint omnia, vt ſimilibus cenſoribus reſpondit Hieronymus, in prœmio lib. 18. in Iſaiam, quorum breuitas immoderata aufert intelligentiam, & ſtudioſorum præpedit deſiderium, vt idem ait in procemio ſecundi, in Ieremiā voluminis. Si enim dum quis breuis eſſe laborat, fit obſcurus, vt dixit ille, quo pacto, quæ obſcura ſunt illuſtrabit, qui breui paraphraſi elucidat, nulla eius reddita ratione. Alij exiſtimantes nihil aut parum vtilitatis decerpi, ex hiſtoria narratione, niſi longas videant de componendis moribus tropologias, & declamationes, deſpectui habent exanthlatos in ſtudiis labores, & oleum dictitant, & operam perdita.

Sed ſciant qui eiuſmodi ſunt, ait Hieronymus in procemio lib. 8. in Iſaiam nos ſtudioſis ſcribere, & ſanctam ſcripturam ſcire cupientibus, non faſtidioſis, & ad ſingula nauſeantibus. Qui ſi concinnas declamationes deſiderant legant Tulium, Quintilianum, Gallionem, Gabinianum, & ex noſtris Tertullianum, Cyprianum, Minutium, Arnobium, Lactantium, Hilarium. Nobis propoſitum eſt Ieremiam per nos intelligi, & nequaquam ſub Ieremiæ occaſione noſtra verba laudari.

Sententia vera Hieronymi ergo nobis ſunt ſequenda veſtigia, qui tanquam expoſitorum magiſter, & interpretum coriphæus hanc variis in locis regulam obſeruauit, & commentatoribus obſeruandam propoſuit, libro tertio Apologiæ aduerſus Ruffinom, hic eſt, inquit, commentariorum mos, & explanantium regula, vt opiniones in expoſirione varias perſequantur, & qoid vel ſibi, vel aliis videator ediſſeranr, & hoc non ſolum ſanctarum interpretes ſcriprurarum, ſed ſecularium quoque litterarum explanatores, tam Latine linguæ faciunt, quam Græcè: & in libro Apologiæ adoerſos Ruffinum, ad Pammachium, & Marcellinum. Commentarij, ait, qoid operis habent? alterius dicta ediſſerunt, quæ obſcure ſcripta ſont plano ſermone manifeſtant, multorum ſententias replicant, & dicunt, huuc locum quidam ſic ediſſerunr, alij ſic interpretantur: illi ſenſum ſuum, & intelligentiam, his teſtimoniis, & hac oituntur ratione firmare; vr prudens lector cum diuerſas explanationes legerit, & multorum, vel probaoda, vel improbanda didicerir, iodicet quid verius ſit, & quaſi bonus trapezita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet. Probat id diuerſorum interprerum vſu, tam Latinorum, quam Græcorum, reperitque inferius, & in procemio primo Ieremiæ, & in illa verba 22. capitis: Vioo ego dicit dominus: Soleo, inquit, in coommentariis, & explanatiooibus, quorum mos eſt diuerſas ſeotentias ponere inrerpretom, huiuſcemodi miſcere ſermonem, quidam hoc dicunt: alij hoc autumant, *August.* nonnulli ſic ſeutiunt. Commendator ab Auguſtino libro de vtilitare credendi ad Honoratum cap. 3. modus exponendi ætiologicus, cum oſtendirur quid, qua de cauſa, vel factum, vel dictum ſir. Cum ſcripturarum elocidatori conueniat eapendere verba, quibus ſenſus teguntur, & rerum rationes, quæ dicuntur perſcrutari, quia verba quandoque ambigua ſunt, & res diuerſas habent cauſas, & rationes, ſummopere conducit varietas expoſitionum: nam & ſenſus verus, propoſiris aliis, & cum eo collatis, verior oſtenditur, & illuſtrior, aut ſi probabilis cum aliis ſit, copia ad loquendum affluentur ex variis ſenſibos proponitur lectori, dum vnum locum diuerſis legir probabilibus eaplanatum interpretationibus: è quibus amplas poſſir ad conformandos mores elicere tropologias. Quis enim ſi locom illum, quem exempli gratia producimus, Iere. 17. Maledictus homo qui confidir in homine, & erir tanquam myricæ io deſerto, & cetera, expooat, ſingulis verbis expenſis: quid nempe nomine maledictionis intelligatur è nomine oppoſito benedictionis, cur pro homine priori loco poſuerit Gueber, quod eſt vir à virture ſic dictus, quod omnibus rebus ſuperior ſit, & poſteriori loco Adam, rubeus ſeu terrenus, & cur comparauerir myricæ arbori apod gentes infelici: & infauſtæ, & diis inferis deuotæ, & nō *Methodi sequē da ratio* alij vel arbori, vel plantæ: & ſimilibus alijs conſideratis non affluet copia dicendi? Nos igitur priorum deſiderio ſatisfacientes curaolmus ſingula capita paraphraſtice diſſerere, & explanare: deinde ioxta Hieronymi regulam varios ſenſus expoſitorum adducere, ſingulorum rationibus expenſis: Poſtremo vt poſterioribos qooad poſſimus, morem geramos, anſas, & occaſiooes, non ioconcinnas præbebimus ex ipſis rationibus ſenſuum adductis, & varios ſenſus tropologicos eruendos. Atque hic nobis fuit ſemper, & erit in poſtetum modus interpretandi.

CHRO-

CHRONOTAXEOS, SEV

COORDINATIONIS PROPHETIARVM IEREMIÆ SECVNDVM TEMPVS, QVO AB EO EDITÆ SVNT

LIBRI QVATVOR.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

OLEI multum perdideram, multamque operam poſueram, ſtudioſe Lector, in contexendis iuxta hiſtorię ſeriem Ieremię ſanctiſsimi prophetiis, quæ in vulgatis Bibliis confuſæ penitus, ac perturbatę continentur, vt ex ſuperiori Iſagoge tibi compertum factum eſt. Enimvero cum in communibus rationibus incertum vulgus, & imperitum ſtudia in contraria ſoleat diſtrahere: multo magis grauiſsimorum, ac ſapientiſsimorum virorum in rebus grauioribus ſententia in contrarias partes diſtrahebat animum, ancipitemque afferebat curam cogitandi. Nam primum cum vtiliùs mihi videretur Ieremiam commentari, iuxta ordinem in vulgatis codicibus non nuper obſeruatum: idque è non paucorum fore ſententia, hanc rationem ſecutus ſum. Deinde grauiſsimorum conſilio permotus, qui ex re eſſe affirmabant, & ad elucidationem magis conducere, ordinem tẽporis in commentando ſequi: eis quo morem gerens, chronotaxim intexui ſexaginta in capita diſtributam, commentariis illuſtratam: priori opere omnino diſſuto, ac pene diſciſſo. Verum tandem admonitus à viris item grauiſsimis, & ſapientiſsimis, qui exponendis ſacris litteris non paucos annos in inſignioribus Academiis nauarunt operam, tam ex noſtra Societate, quam ex externis, noſtris tamen familiaribus, quib. noſtra cogitatio perſpecta fuit: ne in cõmentando temporis ordinem ſequerer: quod per moleſtum fore putarent iis, qui librum eſſent comparaturi, non ſtatim inuenire in locis conſuetis, quæ perquirerent, etiam ſi docti eſſent: in eorum certe ſententiam non inuitus adductus ſum. Licet enim operis curioſitas, & labor ſuſceptus elucidationi maxime conducat: Scripturæ Sacræ interpretibus iniocundum non ſit: Hi tamen cum pauci ſint: illi vero complures: conducibilius operi ipſi futurum exiſtimabant, ſi compluribus noſtros commentarios accommodaremus, quam paucis. Atque hanc idcirco ſentẽtiam: licet labore ipſo, qui ſuſtinendus eſſet maximus, in euoluendis abſolutis commentariis, & in veterem ordinem redigendis deterreremur, ſumus amplexanti. Ceterum, ne dum complurium vtilitati conſulimus, qui quo eam perciperent, etſi docti illi quidem, laborem noſtrum non omnino probarent: ſtudioſioribus, ſapientioribuſque deſimus: ante commentarios ipſos decreuimus chronotaxim præmittere prophetiarum omnium Ieremiæ, abſque commentario, ex

textu ipſo confectam; in qua poſsint animaduertere ſeriem temporis, ſecundum quam à propheta edita ſunt, deſignato ſimul capite iuxta ordinem Vulgatum, ad cuius commentationem ſe conferant. Unde & illud factum eſt, vt cum propoſuiſſemus vniuerſas Ieremiæ prophetias in libros quatuor diſtribuere (duobus illis exceptis, qui continent Lamentationes, & Baruch) iuxta ordinem regum, ſub quibus ille prophetauit: hos à nobis in hac Chronotaxi fore diſpertiendos, eamque diuiſionem in commentariis obſeruandam, cum inordinata in ordinem adducere, difficile omnino ſit, ne dicam impoſsibile. Hæc igitur tota cauſa eſt, de qua te prius admonitum volui, optime Lector, propter quam Chronotaxim ſeorſim in quatuor libros diſtributam hîc initio contexuimus, deinde & adiecimus commentarios, vt qui omnibus ſumus debitores, omnium debito ſatisfaceremus; & laboris noſtri rationem redderemus. Tu interim ſi quid deſideraueris, boni conſulito. Vale.

CHRO-

CHRONOTAXEOS PROPHETIARVM IEREMIÆ SECVNDVM TEMPVS QVO AB EO EDITÆ SVNT.

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

PRIMVS noſtra Chronotaxeos liber Ieremiæ complectetur prophetias, quas ſub Ioſiæ pijſſimi regis poſtremis annis, primas ille, cum adhuc iuuenis eſſet, denunciauit. In quibus id incipit facere, quod toto opere proſequuturus eſt Dei iuſſu. Nam munere prophetiæ, non æquo animo, ſuſcepto: beneficijs populo Iudæorum collatis coram propoſitis, & ingratitudine eius declarata, in Idololatriam iam diu omnium fere animis inſidentem, & in vitia ex ea manãtia, inuehitur, à quibus nec pijſſimi regis conatibus, nec prophetæ diligentiſſimi hortatu frequenti deterrebatur: poſtremi celeberrimæ vrbis, regnique florentiſſimi, exitij comminatione ſæpe ſæpius, multiſque modis repetita.

CHRONOTAXEOS PROPHETIARVM IEREMIÆ.

CAPVT I.

Ex *cap. 1. Vulgati.*

VERBA Ieremiæ filij Helciæ, de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Beniamin. Quod factum eſt verbum Domini ad eum in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda, in tertio decimo anno regni illius. Et factum eſt in diebus Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad conſummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad tranſmigrationem Ieruſalem, in menſe quinto. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: *Ioſiæ anno 13.* Priuſquam te formarem in vtero, noui te: Et antequam exires de vulua; ſanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. Et dixi, A a a. Domine Deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit Dominus ad me: Noli dicere: Puer ſum; quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis: & vniuerſa, quæcũque mandauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum: quia tecum ego ſum vt eruam te, dicit Dominus. Et miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me: Bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo vt faciam illud. Et factum eſt verbum Domini ſecundo ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: Ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit Dominus ad me: Ab Aquilone pandetur malum ſuper omnes habitatores terræ, quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient, & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iudæ. Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt opus manuum ſuarum. Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, ſuper omnem terram, regibus Iuda, principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT II.

Ex cap. 2. Vulgati.

Sub Ioſia. ET factum eſt verbum Domini ad me dicens: Vade, & clama in auribus Ieruſalem, dicens: Hæc dicit Dominus: Recordatus ſum tui, miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecutus es me in deſerto, in terra, quæ non ſeminatur. Sanctus Iſraël Domino primitiæ frugum eius: omnes, qui deuorant eum, delinquunt: mala venient ſuper eos, dicit Dominus. Audite verbum Domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Iſrael: hæc dicit Dominus: Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? & non dixerunt: Vbi eſt Dominus, qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti: qui traduxit nos per deſertum, per terram inhabitabilem & inuiam, per terram ſitis, & imaginem mortis, per terram, in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo? Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius: & ingreſſi contaminaſtis terram meam, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt: Vbi eſt Dominus? & tenentes legem neſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me: & prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola ſecuti ſunt. Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum, ait Dominus, & cum filiis veſtris diſceptabo. Tranſite ad inſulas Cethein, & videte: & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer: & videte ſi factum eſt huiuſcemodi. Si mutauit gens deos ſuos, & certe ipſi non ſunt dij: populus vero meus mutauit gloriam ſuam in idolum. Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Numquid ſeruus eſt Iſrael, aut vernaculus? quare ergo factus eſt in prædam? Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem ſuam, poſuerunt terram eius in ſolitudinem: ciuitates eius exuſtæ ſunt, & non eſt qui habitet in eis. Filij quoque Mempheos & Taphnes conſtuprauerunt te vſque ad verticem. Numquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam? Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorũ, vt bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Scito, & vide quia malum & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum. A ſeculo confregiſti iugum meum, erupiſti vincula mea, & dixiſti: Non ſeruiam. In omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix. Ego autem plantaui te vineam electam, omne ſemen verum: quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena? Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus. Quomodo dicis: Non ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui? vide vias tuas in conualle, ſcito quod feceris: curſor leuis explicans vias ſuas. Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui: nullus auertet eam: omnes, qui quærunt eam, non deficient: in menſtruis eius inuenient eam. Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuũ à ſiti. Et dixiſti: Deſperaui, nequaquã faciam: adamaui quippe alienos, & poſt eos ambulabo. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi & reges eorum, principes, & Sacerdotes, & Prophetæ eorum, dicentes ligno: Pater meus es tu: & lapidi: Tu me genuiſti. Verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis ſuæ dicent: Surge, & libera nos. Vbi ſunt dij tui, quos feciſti tibi? ſurgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ: ſecundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda. Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus. Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt: deuorauit gladius veſter prophetas veſtros, quaſi leo vaſtator generatio veſtra. Videte verbum Domini: Numquid ſolitudo factus ſum Iſraeli, aut terra ſerotina? Quare ergo dixit populus meus: receſſimus non veniemus vltra ad te? Numquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? populus vero meus oblitus eſt mei diebus innumeris. Quid niteris bonam oſtendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ inſuper & malitias tuas docuiſti vias tuas, & in alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum & innocentium? non in foſſis inueni eos, ſed in omnibus, quæ ſupra memoraui. Et dixiſti: Abſque peccato & innocens ego ſum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris: Non peccaui. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas, & ab Ægypto confunderis, ſicut confuſa es ab Aſſur. Nam & ab iſta egredieris, & manus tuæ erunt ſuper caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, nihil habebis proſperum in ea.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ,

CAPVT III.

Ex cap. 3. Vulgati.

Sub Ioſia. VVLGO dicitur: Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: numquid reuertetur ad eam vltra? numquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.

Lena nculos tuos in directum, & vide vbi non proſtrata ſis. in vijs ſedebas, expectans eos qoaſi latro in ſolitudine: & polloiſti terram in fornicationibus tuis, & io malitiis tois. Quamobrem probibitæ ſunt ſtillæ plnuiarum, & ſerotinus imber nou fuit: frons mulieris meretricis facta es tibi, noloiſti erubeſcere Ergo ſaltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es: Numquid iraſceris in perperuum, aut perſeuerabis in finem? Ecce lncota es, & feciſti mala, & potuiſti. Et dixit Dominus ad me in diebus Ioſiæ regis. Numquid vidiſti quæ fecerit auerſatria Iſrael? abijt ſibimet ſuper omnem montem e acelſum, & ſub omni lignu frondoſo, & fornicata eſt ibi. Et dixi, cum feciſſet hæc omnia: Ad me reuertere: & non eſt reuerſa. Et vidit præuaricatria ſoror eios Iuda, quia pro eo, quòd mœchata eſſet aoerſatria Iſrael, dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda ſuror eius, ſed abijt, & furnicata eſt etiam ipſa. Et facilitate fornicationis ſuæ contaminauit terram, & mœchata eſt cum lapide & ligno. Et in omnibus bis nou eſt reuerſa ad me præuaricatria ſoror eios Iuda in toto corde ſoo, ſed in mendacio, ait Dominos. Et diair Dominus ad me: Iuſtificaoit animam ſoam auerſatria Iſrael, comparatione præuaricatricis Iudæ. Vade, & clama ſermones iſtos contra Aquilonem, & dices: Reuertere auerſatria Iſrael, ait Dominos, & non auertam faciem meam à vobis: quia ſanctus ego ſum, dicit Dominos, & non iraſcat in perpetuum. Verontamen ſciro iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum præuaricata es: & diſperſiſti vias toas alienis ſub omni ligno frondoſu, & vocem meam non aodiſti, ait Dominus. Conuertimini filij reoertentes, dicit Dominus: quia ego vir veſter: & aſſumam vos vnum de ciuitate, & duus de cognatione, & introducam vos in Sion. Er dabo vobis paſtures iuata cor meum, & paſcet vos ſcientia & doctrina. Cumqoe molriplicati fueritis, & ereberitis in terta in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltra: Arca teſtamenti Domini: neque aſcendet ſuper eor, neque recordabuutur illius: nec viſirabitur, nec fiet vltra. In tempore illo vocabunt Ierufalem Solium Domini: & congregabuntui ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ieruſalem, & non ambulabont poſt prauiratem cordis ſui peſſimi. In diebus illis ibit domos Ioda ad domom Iſrael, & veniens ſimul de terra Aquilonis ad terram, quam dedi patribus veſtris. Ego aotem dixi: Quomodo ponam te iu filios, & tribuam tibi terram deſiderabilem, hæreditatem præclaram eaercituum Gentium? Et dixi: Patrem vocabis me, & poſt me iugredi non ceſſabis. Sed quomodo ſi contemnat molier amarorem ſuum, ſic contempſir me domus Iſrael, dicit Dominus. Voa in vijs audita eſt, ploratus & vlolatus filiorum Iſrael: quoniam iniqoam fecerunt viam ſuam, obliti ſunt Domini Dei ſui. Conoertimini filij reuertentes, & ſanabo aoerſiones veſtras. Ecce nus venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noſter. Vere mendaces erant colles, & multitudo monriom: Vere in Domino Deo noſtro ſalus Iſrael. Confuſio comedit laborem patrom noſtrorum ab adoleſcentia noſtra, greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum. Dormiemus in confuſione noſtra, & operier nos ignominia noſtra: quoniam Domioo Deo noſtro peccauimus nos, & pattes noſtri ab adoleſcentia noſtra vſque ad diem hanc: & oon audiuimus vocem Domini Dei noſtri.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT IV.

Ex *cap. 4. Vulgati.*

Sub Ioſia.

SI reoerteris Iſrael, ait Dominos, ad me conuertere: Si abſtuleris offendicula toa à facie mea, nou commoueberis. Et iorabis: Viuit Dominus in veritate, & in iodicio, & in iuſtitia: & benedicent eum Gentes, ipſumque laodabunt. Hæc enim dicit Dominus vero Iuda, & Ieruſalem: Nouate vobis nooale, & nolite ſerere ſuper ſpinas: circomcidimini Domiuo, & aufetre præpuria cordium veſtrorum viri Iuda, & habitatores Ieroſalem. Ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui earinguat, propter malitiam cogitationom veſtrarom. Annunciate in Iuda, & in Ieruſalem aoditum facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite: congregamini, & ingrediamur ciuitates mooitas, leuate ſignum io Sion. Confortamini, nolite ſtare, quia malum ego adduco ab Aqoilone, & contritionem magnam. Aſcendit leo de cobili ſuo, & prædo Gentium ſe leuauit: egreſſus eſt de loco ſuo vt ponam terram tuam in ſolitudinem: ciuitates tuæ vaſtabuntur, remanentes abſque habitature. Super hoc accingite vos cilicijs, plangite & vlulate: quia non eſt auerſa ira furoris Domini à nobis. Et erit in die illa dicit Dominua: Peribit eor regis, & cor principum: & obſtupeſcent Sacerdotes, & Prophetæ conſternabuntor. Et dixi: Heu, heu, heu Domine Deus, ergune decepiſti populum iſtum & Ieruſalem, dicens: Paa erit vobis: & ecce peruenit gladius vſque ad animam? In tempore illo dicetor pupulo huic & Ieruſalem: Ventus vrens in vijs, quæ ſunt in deſerto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, & ad purgandum. Spiritus plenoa ex his veniet mihi: & nunc ego loquar iudicia mea cum eis. Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas currus eius: velociores aquilis equi illius: væ nobis quooiam vaſtati ſumus. Laua à malitia cor tuum Ieruſalem, vt ſalua fias: vſqueqoo morabuntur in te cogitationes noaiæ? Vox enim annonciantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim. Dicite Gentibus: Ecce auditom eſt in Ieroſalem cuſtudes venire de terra longinqua, & dare ſuper ciuitates Iuda vocem ſuam. Qoaſi cuſtodes agrorom facti ſoot ſuper eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus? Viæ tuæ, & cogitatinnes tuæ fecerunt hæc tibi: iſta malitia toa, quia amara, quia tetigit cor toum. Ventrem, meum, ventrem meom doleo, ſenſos cordis mei turbati ſunt in me: non tacebo, qooniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij. Contritio ſuper contritionem vocata eſt, & vaſtata eſt omnis terra: repente vaſtata ſunt tabernacola mea, ſubito pelles meæ. Vſquequo videbo fugien-

tem, aodiam vocem boecinæ? Quia ſtultus popolos meus me ooo cognouit: filij inſipientes ſunt, & vecordes: ſapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcieront. Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihili: & cœlos, & non erat lua in eis. Vidi mootes, & ecce mouebantur: & omnes colles conturbati ſunt. Intuitus ſum, & noo erat homo: & omoe volatile cœli receſſit. Aſpeai, & ecce Carmelus deſertus: & omnes vrbes eius deſtructæ ſunt à facie Domini, & a facie iræ fuoris eius. Hæc enim dicit Dominus: Deſerta etit omnis terra, ſed tamen cooſummationẽ noo faciam. Lugebit terra, & mœrebuot cœli deſuper: eo quòd locutus ſum, cogitaui, & non pænituit me, nec auerſus ſum ab eo. A voce equitis, & mittentis ſagittam ſugit omnis cioitas: ingreſſi ſunt ardua, & aſcenderunt rupes: vniuerſæ vrbes derelictæ ſuut, & non habitat in eis homo. Tu autem vaſtata quid facies? cum veſtieris te coccino, com ornata fueris mooili aureo, & piuxeris ſtibio oculos tuos, fruſtra componeris: cootempſerunt te amatores toi, animam tuam quærẽt. Vocem eoim quaſi parturientis audiui, anguſtias vt puerperæ: Voa filiæ Sion iotermorientis, eapandeotiſque manus ſuas: væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT V.

Ex *cap. 5. Vulgati.*

Sub Ioſia. CIRCVITE vias Ieruſalem, & aſpicite, & cõſiderate, & quætite in plateis eius, ao inueniatis virũ facientem iudicium, & quærentem fidem: & propitius ero ei. Quod ſi etiam viuit Domiouo, dixerint: & hoc falſo iurabont. Domine oculi tui reſpiciunt fidem: percuſſiſti eos, & non doloeront: attriuiſti eos, & reouerunt accipere diſciplinam: induraoeruut facies ſuas ſupra petram, & noluerũt reuerti. Ego autem dixi: Forſitan pauperea ſunt & ſtulti, ignotantes viam Domini, iudicium Dei ſui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipſi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei ſui, & ecce magis hi ſimul coofregerunt iogum, rupetuot vincula. Idcirco percoſſit eos leo de Silua, lupus ad veſperam vaſtauit eos, pardus vigilans ſuper ciuitates eorum: omnis, qoi egreſſus fuerit ex eis capietut: quia multiplicatæ ſunt præuaricationes eorum, cõfortatæ ſont auerſiooes eorum. Super quo propitius tibi eſſe potero? filij tui dereliquerunt me, & iuraot in his, qui non ſunt dij: Saturaui eos, & mœchati ſunt, & io domo meretricis luxuriabantur. Equi amarores, & emiſſarij ſacti ſunt: Vnuſquiſque ad vaorẽ proaimi ſui hinniebat. Numquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominos? & in gẽte tali uon vlciſcetut anima mea? Aſcendite moros eius, & diſſipate, conſummationem autem nolite facere: auferte propagioes eius, quia noo ſunt Domioi. Præuaricatione enim præuaricata eſt in me domus Iſrael, & domus Ioda, ait Dominus. Negauerunt Dominum, & diaerunt: Non eſt ipſe: neque veniet ſuper nos malum: gladium & famem noo videbimos. Prophetæ fuerunt io ventum locori, & reſponſum non fuit in eis: bæc ergo euenient illis. Hæc dicit Domiouo Deus exercituom: Quia locuti eſtis verbum illud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum iſtum in ligna, & vorabit eos. Ecce ego adducam ſuper vos geotem de longioquo domus Iſrael, ait Dominos: gentem robuſtam, gentem antiqoam, gentem, coius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. Pharetra eios quaſi ſepulchrum patens, vniuerſi fortes. Et comedet ſegetes tuas, & panem tuum: deoorabit filios tuos, & filias tuas, comedet gregem tuum, & armẽta tua: comedet vineam tuam & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu babes fiduciam, gladio. Verumtameo io diebus illis, ait Domioos, oon faciam vos in couſummationem. Quod ſi dixeritis: quare fecit oobis Dominos Deus noſter bæc omnia? dices ad eos; Sicut dereliquiſtis me, & ſeruitis Deo alieoo iu terra veſtra, ſic ſeruietis alienis in terra non veſtra. Annonciate boc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicentes: Audi popule ſtulte, qui oon habes cor: qui habeotes ocolos non videtis: & aures, & noo auditis. Me ergo ooo timebitis, ait Dominus: & à facie mea non delebitis? Qui poſoi areoam termioũ mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit: & commouebuntur, & ooo poteruot: & intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud: populo autem hoic factum eſt cor incredulom & exaſperans, receſſerunt & abierunt. Et noo diaeruot in corde ſuo: Metuamos Dominom Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & ſerotinam in tempore ſuo: pleoitudioem aoouæ meſſis cuſtodiẽtem nobis. Ioiquitates veſtræ declinauerunt hæc: & peccata veſtra prohibuerunt bunom à vobis: Quia inuenti ſunt in populo meo impij inſidiautes quaſi aucupes, laqoeos ponentes, & pedicas ad capiẽdos viros. Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati ſunt & ditati. Iocraſſati ſunt & impinguati: & præterierunt ſermooes meos peſſimè. Cauſam vidoæ uon iudicaoerunt, cauſam pupilli noo diaerunt, & iudicium pauperum oon iudicaueruot. Nomquid ſuper his oõ viſitabo, dicit Dominus? aut ſuper gentem huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea? Stupor & mirabilia facta ſunt in terra: prophetæ prophetabaot mendacium, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in oouiſſimo eius?

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT VI.

Ex *cap. 6. Vulgati.*

Sub Ioſia. CONFORTAMINI filij Beniamin in medio Ieruſalem, & in Thecua clangite Buccina, & ſuper Bethacarem leuate vexillum: quia malum viſum eſt ab Aquilooe, & contritio magna. Specioſæ & delicatæ

& delicatæ aſſimilaui filiam Sion. Ad eam venient paſtores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu: paſcet vnuſquiſque eos, qui ſub manu ſua ſunt. Sanctificate ſuper eam bellum: cōſurgite, & aſcendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ ſunt vmbræ veſperi. Surgite, & aſcendamus in nocte, & diſſipemus domos eius. Quia hæc dicit Dominus exercituū: Cædite lignum eius, & fundite circa Ieruſalem aggerem: hæc eſt ciuitas viſitationis, omnis calumnia in medio eius. Sicut frigidam fecit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam facit malitiam ſuam: iniquitas & vaſtitas audietur in ea, coram me ſemper infirmitas & plaga. Erudire Ieruſalem, ne forte recedat anima mea à te, ne forte ponam te deſertam terram inhabitabilem. Hæc dicit Dominus exercituum: Vſque ad racemum colligent quaſi in vinea reliquias Iſrael: conuerte manum tuam quaſi vindemiator ad cartallum. Cui loquar? & quem conteſtabor vt audiat? ecce incircumciſæ aures eorum, & audire non poſſunt: ecce verbum Domini factum eſt eis in opprobrium: & non ſuſcipient illud. Idcirco furore Domini plenus ſum, laboraui ſuſtinens: effunde ſuper paruulum foris, & ſuper conſilium iuuenum ſimul: Vir enim cum muliere capietur, ſenex cum pleno dierum. Et trāſibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter: quia extendam manum meam ſuper habitatores terram, dicit Dominus. A minore quippe vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent: & à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum, & curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax, & non erat pax. Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt. Quam ob rem cadent inter ruentes: in tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus: State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus veſtris. Et dixerūt: Non ambulabimus. Et conſtitui ſuper vos ſpeculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus. Ideo audite gentes, & cognoſce congregatio, quanta ego faciam eis. Audi terra: Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum eius; quia verba mea non audierunt, & legē meam proiecerunt. Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum ſuaue olentem de terra longinqua? holocaumata veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo in populum iſtum ruinas, & ruent in eis patres & filij ſimul, vicinus, & proximus peribunt. Hæc dicit Dominus: Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna conſurget à finibus terræ. Sagittam & ſcutum arripiet: crudelis eſt, & non miſerebitur. Vox eius quaſi mare ſonabit: & ſuper equos aſcendent, præparati quaſi vir ad prælium, aduerſum te filia Sion. Audiuimus famam eius, diſſolutæ ſunt manus noſtræ: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem. Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici pauor in circuitu. Filia populi mei accingere cilicio, & cōſpergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum, quia repēte veniet vaſtator ſuper nos. Probatorem dedi te in populo meo robuſtum: & ſcies, & probabis viam eorum. Omnes iſti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: vniuerſi corrupti ſunt. Defecit ſufflatorium, in igne conſumptum eſt plumbum, fruſtra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT VII.

Ex cap. 7. Vulgati.

VERBVM, quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, dicens: Sta in porta domus Domini. & prædica ibi verbum iſtud, & dic: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt. Quoniam ſi bene direxeritis vias veſtras, & ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium inter virum & proximum eius, aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, nec ſanguinem innocentem effuderitis in locum hoc, & poſt Deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipſis: habitabo vobiſcum in loco iſto: in terra, quam dedi patribus veſtris à ſeculo & vſque in ſeculum. Ecce vos confiditis vobis in ſermonibus mendacij, qui non proderunt vobis: furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire poſt Deos alienos, quos ignoratis. Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua inuocatum eſt nomen meum, & dixiſtis: Liberati ſumus, eò quod fecerimus omnes abominationes iſtas. Numquid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, in qua inuocatum eſt nomen meum in oculis veſtris? ego, ego ſum: ego vidi, dicit Dominus. Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Iſrael: & nunc, quia feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus: & locutus ſum ad vos mane cōſurgens, & loquēs, & nō audiſtis: & vocaui vos, & non reſpondiſtis: Faciam domui huic, in qua inuocatum eſt nomen meū, & in qua vos habetis fiduciā: & loco, quē dedi vobis & patribus veſtris, ſicut feci Silo. Et proijciam vos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres veſtros vniuerſum ſemen Ephraim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi: quia non exaudiam te. Nónne vides quid iſti faciūt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cœli, & libent dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocent. Numquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nónne ſemetipſos in confuſionem vultus ſui? Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum, ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & non

Sub Ioſia.

extinguetur. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Holocautomata veſtra additæ victimis veſtris, & comedite carnes. Quia non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocautomatum, & victimarum. Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed abierũt in voluntatibus, & in prauitate cordis ſui mali: factique ſunt retrorſum & non in ante, à die qua egreſſi ſunt patres eorum de terra Ægypti, vſque ad diem hanc. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas per diem, conſurgens diluculo, & mittens. Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſuam: & peius operati ſunt, quàm patres eorum. Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te: & vocabis eos, & non reſpondebunt tibi. Et dices ad eos: Hæc eſt gens, quæ non audiuit vocem Domini Dei ſui, nec recepit diſciplinam: perijt fides, & ablata eſt de ore eorum. Tonde capillum tuum, & proijce, & ſume in directum planctum: quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris ſui, quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus: Poſuerunt offendicula ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt polluerunt eam: & ædificauerũt excelſa Topheth, quæ eſt in valle filij Ennom: vt incenderent filios ſuos, & filias ſuas igni: quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo. Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur amplius, Topheth, & vallis filij Ennom: ſed vallis interfectionis, & ſepeliẽt in Topheth, eo quod non ſit locus. Et erit morticinum populi huius in cibos volucribus cœli, & beſtijs terræ, & non erit qui abigat. Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ: in deſolationem enim erit terra.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT VIII.

Ex cap. 8. Vulgati.

Sub Ioſia. IN illo tempore, ait Dominus: Eijcient oſſa regum Iuda, & oſſa principum eius, & oſſa ſacerdotum & oſſa prophetarum, & oſſa eorum, qui habitauerunt Ieruſalem, de ſepulchris ſuis: & expandent ea ad ſolem, & lunam, & omnem militiam cœli, quæ dilexerunt, & quibus ſeruierunt, & poſt quæ ambulauerunt, & quæ quæſierunt, & adorauerunt: non colligentur, & non ſepelientur: in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt. Et eligẽt magis mortem quàm vitam omnes qui reſidui fuerint de cognatione hac peſſima in vniuerſis locis, quæ derelicta ſunt, ad quæ eieci eos, dicit Dominus exercituũ. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Numquid qui cadit, non reſurget? & qui auerſus eſt, non reuertetur? Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa? Apprehenderunt mendaciũ, & noluerunt reuerti. Attendi, & auſcultaui: nemo quod bonum eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens: Quid feci? Omnes cõuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens ad prælium. Miluus in cælo cognouit tempus ſuum: turtur, & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Quomodo dicitis: Sapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? vere mendacium operatus eſt ſtylus mendax Scribarum. Confuſi ſunt ſapientes, perterriti & capti ſunt: verbum enim Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis. Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorũ heredibus: quia à minimo vſque ad maximũ omnes auaritiam ſequuntur: à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt mendacium. Et ſanabunt contritionem filiæ populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax: cum non eſſet pax. Confuſi ſunt quia abominationem fecerunt: quinimo confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt: idcirco cadent inter corruentes, in tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit Dominus. Congregans congregabo eos, ait Dominus: non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis quæ prætergreſſa ſunt. Quare ſedemus? conuenire, & ingrediamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi: quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino. Expectauimus pacem, & non erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido. A Dan auditus eſt fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota eſt omnis terra. Et venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius: vrbem & habitatores eius. Quia ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio: & mordebunt vos, ait Dominus, dolor meus ſuper dolorem, in me cor meum mœrens. Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua: Numquid Dominus non eſt in Sion, aut rex eius non eſt in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in ſculptilibus ſuis, & in vanitatibus alienis? Tranſiit meſſis, finita eſt æſtas, & nos ſaluati non ſumus. Super contritione filiæ populi mei contritus ſum, & contriſtatus, ſtupor obtinuit me. Numquid reſina non eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi? quare igitur non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT IX.

Ex cap. 9. Vulgati.

Sub Ioſia. QVis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lacrymarũ? & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. Quis dabit me in ſolitudine diuerſorium viatorum, & derelinquam populum meum,

meum,& recedam ab eis? quia omnes adulteri ſunt, cœtus prævaricatorum. Et extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, & non veritatis: confortati ſont in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſont, & me nou cognouerunt, dicit dominus. Vnuſqoiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſopplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Et vir fratrem ſuum deridebit, & veritatem oon loquetur; docoerunt enim linguam ſuam loqui mendacium: vt inique agerent, lahoraoerunt. Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt ſcire me, dicit dominus. Propterea hæc dicit dominus eaercituum: Ecce ego conflabo, & probabo eos: quid enim aliod faciam à facie filiæ popoli mei? Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt: in ore ſuo pacem com amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Numquid ſuper his non viſitabo, dicit dominus? aut in gente huioſmodi non vlciſcerur anima mea? Super montes aſſomam fletum, ac lamentum, & ſuper ſpecioſa deſerti planctom: quoniam incenſa ſunt, eo quod non ſit vir pertranſiens: & oon audierunt vocem poſſidentis: à volocre cœli vſque ad pecota tranſmigrauerunt, & receſſerunt. Et dabo Ieruſalem in acervos arenæ, & cubilia draconum: & ciuitates Iuda dabo in deſolationem, eo qood oon ſit habitator. Quis eſt vir ſapiens, qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris domini fiat vt annunciet iſtud, quare perierit terra, & exuſta ſit quaſi deſertum, eò qood non ſit qui pertraoſeat? Et dixit domious: Quia dereliquerunt legem meam, quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea: & abieruot poſt prauitatem cordis ſui, & poſt Baalim: quod didicerunt à patribus ſuis. Idcirco hæc dicit dominus eaercituum Deus Iſraël: Ecce ego cibabo populum iſtum abſinthio, & potum dabo eis aquam fellis. Et diſpergam eos in gentibus, quas non nouerunt ipſi & patres eorum: & mittam poſt eos gladium, douec conſumantur. Hæc dicit dominus exercituom Deus Iſrael: Contemplamini, & vocate lamentatrices vt veniant: & ad eas, quæ ſapientes ſunt, mittite, & properent: feſtioent, & aſſumant ſuper nos lamentum: deducant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis. Quia voa lamentationis audita eſt de Sion: quomodo vaſtati ſumus, & coofuſi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam deiecta ſunt tabernacula noſtra. Audite ergo mulieres verbum domini; & aſſumant aures veſtræ ſermonem oris eius: & docete filias veſtras lamentum: & vnaquæque proximam ſuam planctum: quia aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. Loquere: Hęc dicit dominos: Et cadet morticinum hominis, quaſi ſtercus ſuper faciem regionis, & quaſi fœnum poſt tergum metentis, & non eſt qui colligat. Hæc dicit dominus: Non glorietur ſapieos in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & oon glorietur diues in diuitiis ſuis; ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire, & ooſſe me, quia ego ſum domious, qui facio miſericordiam, & iudicium, & iuſtitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait dominus. Ecce dies veniunt, dicit dominus: & viſitabo ſuper omnem, qui circumciſum habet præputium, ſuper Ægyptum, & ſuper Ioda, & ſuper Edom, & ſuper filios Ammon, & ſuper Moab, & ſoper omnes qui attonſi ſuot in comam, habitantes in deſerto: quia omoes geotes habent præputium, omnis autem domus Iſrael incircumciſi ſunt corde.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT X.

Ex *cap. 11. Vulgati.*

Verbum, quod factum eſt à domino ad Ieremiam, dicens: Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & habitatores Ieruſalem, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus Iſrael: Maledictus vir, qui ooo audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus veſtris in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia, quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum: Vt ſoſcitem ioramentum, quod iuraui patribus veſtris daturum me eis terram fluentem lacte, & melle, ſicut eſt dies hæc. Et reſpoodi, & dixi: Amen domine. Et dixit dominus ad me: Vociferare omnia verba hæc io ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalem, dicens: Audite verba pacti huios, & facite illa: quia conteſtans conteſtatos ſum patres veſtros in die, qua eduxi eos de terra Ægypti vſque ad diem hanc: mane conſurgens conteſtatus ſum, & dixi: Audite vocē meā, & noo audierunt, nec ioclinaoerunt aurem ſuam: ſed abierunt vnuſquiſq; in prauitate cordis ſui mali: & induxi ſoper eos omoia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & oon fecerunt. Et dixit dominus ad me: Inuenta eſt cooiuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ieruſalem. Reuerſi ſunt ad iniqoitates patrum ſuorūm priores, qui noluerunt audire verba mea: & hi ergo abierunt poſt Deos alienos, vt ſeruirent eis: irritum fecerunt domus Iſrael, & domus Iuda pactum meum, qood pepigi cū patribus eorum. Quamobrem hæc dicit dominus: Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibos exire non poterunt: & clamabunt ad me, & noo exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ieruſalem, & clamabunt ad Deos, quibus libant, & non ſaluabunt eos in tempore afflictionis eorū. Secundum numerum enim ciuitatum tuarum erant Dij tui Ioda: & ſecundum numerum viarum Ieruſalem poſuiſti aras confuſionis, aras ad libandum Baalim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem, & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. Quid eſt, qood dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? numquid carnes ſanctę auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? Oliuam vberem, pulchram, fructiferā, ſpecioſam vocauit dominus nomen tuom: ad vocem loquelæ, grandis exarſit ignis in ea, & cōbuſta ſoot fruteta eios. Et dominus exercituum qui plantauit te, loqoutus eſt ſuper te malū: pro malis domos Iſrael, & domus Iuda, quæ fecerunt ſibi ad irritandum me, libantes Baalim. Tu autem domine demonſtraſti mihi, & cognoui: tunc oſteodiſti mihi ſtudia eorum. Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimā: & nō cognoui, quia cogitauerunt ſuper me conſilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus

Sub Ioſia.

eum de terra viuentium,& nomen eius non memoretur amplius. Tu autẽ domine Sabaoth, qui iudicas iuſte,& probas renes & corda, videã vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meam. Propterea hæc dicit dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animã tuam,& dicũt: Non prophetabis in nomine domini,& non morieris in manibus noſtris. Propterea hæc dicit dominus exercituũ: Ecce ego viſitabo ſuper eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorũ,& filiæ eorũ morientur in fame. Et reliquiæ non erũt ex eis: inducam enim malum ſuper viros Anathoth, annum viſitationis eorum.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XI.

Ex *cap.* 12. *Vulgati.*

Sub Ioſia. IVſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum: verũtamen iuſta loquar ad te: quare via impiorum proſperatur: bene eſt omnibus, qui præuaricant & iniquè agunt; Plantaſti eos,& radicem miſerunt: proficiunt & faciunt fructum: prope es tu ori eorum,& longe à renibus eorum: & tu domine noſti me, vidiſti me,& probaſti cor meum tecum: congrega eos quaſi gregem ad victimã, & ſanctifica eos in die occiſionis. Vſquequo lugebit terra;& herba omnis regionis ſiccabitur propter malitiam habitantium in ea? conſumptum eſt animal,& volucre, quoniã dixerunt: Non videbit nouiſſima noſtra. Si cũ peditibus currens laboraſti: quomodo contendere poteris cum equis? cum autẽ in terra pacis ſecurus fueris, quid facies in ſuperbia Iordanis? Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi pugnauerũt aduerſum te,& clamauerunt poſt te plena voce: ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona. Reliqui domum meam, dimiſi hereditatem meam: dedi dilectam animã meam in manu inimicorum eius. Facta eſt mihi hereditas mea quaſi leo in ſylua: dedit contra me vocem, ideo odiui eã. Nũquid auis diſcolor hereditas mea mihi? numquid auis tincta per totum? venite, congregamini omnes beſtiæ terræ, properate ad deuorandum. Paſtores multi demoliti ſunt vineam meã, conculcauerunt partem meã: dederunt portionẽ meam deſiderabilẽ in deſertum ſolitudinis. Poſuerunt eam in diſſipationem, luxitq; ſuper me: deſolatione deſolata eſt omnis terra: quia nullus eſt qui recogitet corde. Super omnes vias deſerti venerunt vaſtatores, quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum eius: nõ eſt pax vniuerſæ carni. Seminauerunt triticum,& ſpinas meſſuerunt: hereditatẽ acceperunt,& non eis proderit: confundemini à fructibus veſtris, propter iram furoris domini. Hæc dicit dominus aduerſum omnes vicinos meos peſſimos, qui tangunt hereditatem, quam diſtribui populo meo Iſrael: Ecce ego euellã eos de terra ſua,& domũ Iuda euellam de medio eorum. Et cum euulſero eos, conuertar, & miſerebor eorum:& reducam eos, virum ad hereditatem ſuam,& virũ in terram ſuã. Et erit: ſi eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo: Viuit dñs, ſicut docuerunt populũ meũ iurare in Baal: ædificabũtur in medio populi mei. Quod ſi nõ audierint, euellã gentem illã euulſione & perditione, ait dñs.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XII.

Ex *cap.* 14. *Vulgati.*

Sub Ioſia. QVod factum eſt verbum Domini ad Ieremiã de ſermonibus ſiccitatis. Luxit Iudæa,& portæ eius corruerunt,& obſcuratæ ſunt in terra & clamor Ieruſalem aſcendit. Maiores miſerunt minores ſuos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquã, reportauerunt vaſa ſua vacua: confuſi ſunt & afflicti, & operuerunt capita ſua. Propter terræ vaſtitatem, quia non venit pluuia in terrã, confuſi ſunt agricolæ, operuerunt capita ſua. Nam & cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba. Et onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt vẽtum quaſi dracones defecerunt oculi eorũ, quia nõ erat herba. Si iniquitates noſtræ reſponderint nobis: domine fac propter nomen tuum, quoniã multæ ſunt auerſiones noſtræ, tibi peccauimus. Expectatio Iſrael, ſaluator eius in tẽpore tribulationis: quare quaſi colonus futurus es in terra,& quaſi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus, vt fortis qui non poteſt ſaluare? tu autem in nobis es domine,& nomen tuũ inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos. Hæc dicit dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes ſuos,& nõ quieuit, & domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatũ eorum,& viſitabit peccata eorũ. Et dixit dominus ad me: Noli orare pro populo iſto in bonũ. Cum ieiunauerint, non exaudiã preces eorũ: & ſi obtulerint holocautomata,& victimas, non ſuſcipiã ea: quoniam gladio,& fame,& peſte conſumam eos. Et dixit, Aaa, domine Deus: Prophetæ dicunt eis: Nõ videbitis gladiũ,& fames non erit in vobis, ſed pacẽ verã dabit vobis in loco iſto. Et dixit dominus ad me: Falſo prophetæ vaticinantur in nomine meo. nõ miſi eos,& non præcepi eis, neq; locutus ſum ad eos: viſionẽ mendacẽ,& diuinationẽ, & fraudulentiã, & ſeductionẽ cordis ſui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non miſi, dicentes: Gladius,& fames non erit in terra hac: In gladio & fame cõſumentur prophetæ illi. Et populi, quibus prophetant, erũt proiecti in viis Ieruſalẽ præ fame & gladio, & non erit qui ſepeliat eos: ipſi & vxores eorũ, filij,& filiæ eorum,& effundã ſuper eos malum ſuum. Et dices ad eos verbum iſtud: Deducant oculi mei lachrymã per noctem & diem,& non taceãt: quoniã contritione magna contrita eſt virgo filia populi mei, plaga peſſima vehementer. Si egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi gladio: & ſi introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame. Propheta quoque & ſacerdos abierunt in terrã, quam ignorabant. Nũquid proijciens abiecisti Iudam? aut Sion abominata eſt anima tua? quare ergo percuſſiſti nos, ita vt nulla ſit ſanitas? Expectauimus pacẽ,& non eſt bonum,& tempus curationis,& ecce turbatio. Cognouimus domine impietates noſtras, iniquitates patrum noſtrorum, quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neq; facias nobis contumeliã ſolij gloriæ tuæ. Recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiſcum. Numquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant? aut cæli poſſunt dare imbres? nonne tu es dominus Deus noſter, quem expectauimus? tu enim feciſti omnia hæc.

Chrono-

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XIII.

Ex cap. 15. Vulgari.

Sub Ioſia.

ET dixit dominus ad me: Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me non eſt anima mea ad pupulũ iſtũ: eijce illus à facie mea, & egrediãtur. Quod ſi dixerint ad te: Quu egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit dominus. Qoj ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et viſitabo ſuper eos quattuor ſpecies, dicit dominus: Gladium ad occiſionem, & canes ad lacerandum, & vulatilia cœli & beſtias terræ ad deuorandum & diſſipandum. Et dabo eus in feruorem vniuerſis regnis terræ: prupter Manaſſem filium Ezechię regis Iuda, ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſalem. Quis enim miſerebitur tui Ieruſalẽ? aut quis conrriſtabitur pro te, aut quis ibit ad rugandum pru pace tua? Tu reliqoiſti me, dicit dominus, retrorſum abiiſti: & extendam manum meam ſuper te, & interficiam te: laburaui rogans. Et diſpergam eos ventilabro in portis rerræ: interfeci, & diſperdidi populũ meum, & tamen à viis ſuis, oon ſunt reuerſi. Multiplicatæ ſunt mihi viduæ eius ſuper arenam maris: induxi eis ſuper matrem adoleſcẽtis vaſtatorem meridie: miſi ſuper cioitates repente terrorem. Infirmata eſt quæ peperit ſeptem, defecit anima eius: occidit ei ſol, cum adhuc eſſet dies: confuſa eſt, & eruboit: & reſiduos eius in gladium dabo in conſpectu inimicorum eorum, ait duminus. Væ mihi mater mea: quare geouiſti me virum rixæ, virum diſcurdiæ in vniuerſa terra? non fœneraui, nec fœnerauir mihi quiſquam: omnes maledicunt mihi. Dicit dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, ſi non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduerſus inimicum. Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilune, & æs? Diuitias tuas, & theſaurus tuos in direptionẽ dabo gratis in umnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis. Et adducã inimicus tuos de rerra, quã neſcis: quia ignis ſuccẽſus eſt in furore meo, ſuper vus ardebit. Tu ſcis domine recordare mei, & viſita me, & tuere me ab his, qui perſequuntur me, noli in patientia tua ſuſcipere me: ſcito quoniã ſuſtinui propter te opprubriũ. Inuenti ſunt ſermunes tui, & comedi eos, & factum eſt mihi verbum tuum io gaudium, & in lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum eſt numen tuum ſuper me dumine Deus exercitoum. Non ſedi in concilio ludentium, & gluriatus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam cõminatione repleſti me. Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis renuit curari? Facta eſt mihi quaſi mẽdacium aquarum infideliũ. Propter hoc hęc dicit dominus: Si cunuerteris, conuertam te, & ante faciem meam ſtabis: & ſi ſeparaueris pretiuſum à vili, quaſi os meum eris: cunuertentur ipſi ad te, & tu nõ conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem: & bellabunt aduerſum te, & non pręualebunt: quia egu tecum ſum vt ſaluem te, & eruam te, dicit duminus. Et liberabu te de manu peſſimorum, & redimam te de manu fortium,

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XIIII.

Ex cap. 16. Vulgari.

Sub Ioſia.

ET factum eſt verbum domini ad me, dicens: Non accipies vxorẽ, & non erunt tibi filij, & filię in lucu iſto. Quia hæc dicit dominus ſuper filios & filias, qui generantur in loco iſto, & ſuper matres eorum, quæ genuerunt eos: & ſuper patres eorum, de quurum ſtirpe ſunt nati in terra hac: Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & nun ſepelientur, in ſterquilinium ſuper faciem terræ erũt: & gladio, & fame cunſumentur: & erit cadauer eorum in eſcam volatilibus cœli, & beſtiis terræ. Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, neq; vadas ad plangendum, neq; conſoleris eos: quia abſtuli pacem meam à populo iſtu, dicit dominus, miſericordiam, & miſerationes. Et morientur grandes, & parui in terra iſta: noo ſepelientur, neqoe plangentur, & non ſe incident, neque caluitium fiet pru eis. Et non frangent inter eos lugenti panem ad conſolandum ſuper mortuo; & non dabunt eis potum calicis ad conſulandum ſuper patre ſuo & matre. Et domum conuiuij nun ingrediaris, vt ſedeas cum eis, & comedas, & bibas: quia hæc dicit dominus exercituom Deus Iſrael: ecce ego auferam de loco iſtu in oculis veſtris, & in diebus veſtris vucem gaudij, & vocẽ lætitię, vocem ſpõſi, & vocem ſponſæ. Et cum anuunciaueris populo huic umnia verba hæc, & dixerint tibi: Quare locutus eſt dominus ſuper nus omne malum grande iſtud? quæ iniqnitas noſtra? & quod peccatum noſtrũ, quod peccauimus dominu Deo nuſtro? Dices ad eos: Quia dereliquerũt me patres veſtri, ait domiuus: & abierunt poſt Deos alieoos, & ſeruierunt eis, & adorauerunt eos: & me dereliquerunt, & legem meam non cuſtodierunt. Sed & vos peius operati eſtis, quã patres veſtri: ecce enim ambulat vnuſquiſq; poſt prauitatẽ curdis ſui mali, vt me nõ audiat. Et eijciã vos de terra hac in terrã, quã ignoratis vus, & patres veſtri: & ſeruietis ibi Diis alienis die ac nocte, qui nõ dabũt vobis requiẽ. Propterea ecce dies veniũt dicit domious, & nõ dicetur vltra: Viuit dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Ægypti, ſed, viuit dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilunis, & de voiuerſis terris, ad quas eieci eus, & reducã eos in terrã ſuã, quam dedi patribus eorum. Ecce ego mittã piſcatures multos dicit dominus, & piſcabuntur eus: & poſt hæc mittam eis multos venatures, & venabuntur eus de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. Quia uculi mei ſuper omnes vias eorum: nun ſunt abſcunditæ à facie mea, & non fuit uccultata iniquiras eorum ab oculis meis. Et reddam primum duplices iniquitates, & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticiniis idolorum ſuorum, & abominarionibus ſuis impleuerunt hereditatem meam. Dumine forritudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Vere mendacium poſſederunt patres noſtri, vanitatẽ, quę eis non profuit. Numquid faciet ſibi homo Deos, & ipſi nõ ſunt Dij? Idcirco ecce ego oſtendam eis per vicem hanc, oſtendam eis manum meam, & virtutem meam: & ſcient quia nomen mihi dominus.

CHRONOTAXEOS PROPHETIARVM IEREMIÆ SECVNDVM TEMPVS, QVO AB EO EDITÆ SVNT.

LIBER SECVNDVS.

PRÆFATIO.

IMpij regis Ioakim tempus, & ciuium mores improbos complectitur hic ſecundus liber, in quo minas captiuitatis Iudæis, gentibuſque intentatas; miſsis catenis, & calice propinato: Nabuchodonoſoris quoque victorias de omnibus gentibus Dei ope reportandas, non ſine ſuo periculo, & Baruch, prænunciat Ieremias.

CHRONOTAXEOS PROPHETIARVM IEREMIÆ.

CAPVT XV.

Ex cap. 22. Vulgati. à verſu 10. ad 23.

Sub Ioakim anno 1. NOlite flere mortuum, neque lugeatis ſuper eum fletu: plangite eum, qui egreditur, quia non reuertetur vltra, nec videbit terram natiuitatis ſuæ. Quia hæc dicit dominus ad Sellū filiū Ioſiæ regē Iuda, qui regnauit pro Ioſia patre ſuo, qui egreſſus eſt de loco iſto. Nō reuertetur huc amplius: ſed in loco, ad quē tranſtuli eū, ibi morietur, & terram iſtam non videbit amplius. Væ qui ædificat domū ſuā in iniuſtitia, & cœnacula ſua non in iudicio: amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedē eius non reddet ei. Qui dicit: Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula ſpatioſa: qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingitque ſinopide. Numquid regnabis, quoniā confers te cedro? pater tuus nūquid nō comedit & bibit, & fecit iudiciū, & iuſtitiā tunc cū bene erat ei? Iudicauit cauſam pauperis, & egeni in bonum ſuum: nūquid non ideo quia cognouit me, dicit dominus? Tui vero oculi, & cor ad auaritiā, & ad ſanguinem innocentē fundendum, & ad calumniā, & ad curſum mali operis. Propterea hæc dicit dominus ad Ioakim filium Ioſiæ regem Iuda: Non plangent eum: Væ frater & væ ſoror: nō concrepabunt ei: Væ domine, & væ inclyte. Sepultura aſini ſepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ieruſalem. Aſcende Libanum, & clama: & in Baſan da vocem tuam, & clama ad tranſeuntes, quia cōtriti ſunt omnes amatores tui. Locutus ſum ad te in abundantia tua, & dixiſti: Non audiam: hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua, quia non audiſti vocem meam: Omnes paſtores tuos paſcet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tunc confunderis, & erubeſces ab omni malitia tua. Quæ ſedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo congemuiſti cum veniſſent tibi dolores, quaſi dolores parturientis?

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT . XVI.

Ex cap. 26. & 27. Vulgati, à verſu 1 ad 3.

Sub Ioakim anno 1. IN principio regni Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt verbū iſtud à domino, dicens: Hæc dicit dominus: Sta in atrio domus domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniūt vt adorent in domo domini, vniuerſos ſermones, quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos: noli ſubſtrahere verbū, ſi forte audeant & conuertantur vnuſquiſq; à via ſua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorū eorum. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus: Si non audieritis me vt ambuletis in lege mea, quam dedi vobis vt audiatis ſermones ſeruorū meorum Prophetarū, quos ego miſi ad vos de nocte cōſurgens, & dirigens, & non audiſtis: Dabo domū iſtam ſicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionē cunctis gentibus terræ. Et audierunt ſacerdotes, & prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquentē verba hæc in domo domini. Cumq; cōpleſſet Ieremias loquens omnia, quæ præceperat ei dominus vt loqueretur ad vniuerſum populum, apprehenderunt eū ſacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, dicens: Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine domini, dicēs: ſicut Silo erit domus hæc: & vrbs iſta deſolabitur, eo quod non ſit habitator? Et congregatus eſt omnis populus aduerſus Ieremiā in domo domini. Et audierunt principes Iuda verba hæc: & aſcenderunt de domo regis in domū domini, & ſederunt in introitu portæ domus domini nouæ. Et locuti ſunt ſacerdotes, & prophetæ ad principes, & ad omnem populū, dicentes: Iudicium mortis eſt viro huic: quia prophetauit aduerſus ciuitatē iſtam, ſicut audiſtis auribus veſtris. Et ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuerſum populū, dicens: Dominus miſit me vt prophetarē ad domū iſtam, & ad ciuitatē hanc omnia verba quæ audiſtis. Nunc ergo bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & audite vocem domini Dei veſtri: & pœnitebit dominū mali, quod locutus eſt aduerſum vos. Ego autē ecce in manibus veſtris ſum: facite mihi quod bonū & rectum eſt in oculis veſtris: Veruntamē ſcitote, & cognoſcite quod ſi occideritis me, ſanguinem innocentē tradetis contra voſmetipſos, & contra ciuitatē iſtam, & habitatores eius: in veritate enim miſit me dominus ad vos, vt loquerer in auribus veſtris omnia verba hæc. Et dixerūt principes, & omnis populus ad ſacerdotes, & ad prophetas: Non eſt viro huic iudiciū mortis: quia in nomine domini Dei noſtri loquutus eſt ad nos. Surrexerunt ergo viri de ſenioribus terræ: & dixerūt ad omnem cœtum populi, loquentes: Michæas de Moraſthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda, & ait ad omnem populum Iuda, dicens: Hæc dicit dominus exercituū: Sion quaſi ager arabitur: & Ieruſalem in aceruū lapidū erit: & mons domus in excelſa ſyluarum. Nūquid morte condemnauit eū Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? numquid non timuerunt dominū, & deprecati ſunt faciē domini: & pœnituit dominum mali, quod locutus fuerat aduerſum eos? Itaq; nos facimus malū grande cōtra animas noſtras. Fuit quoque vir prophetans in nomine domini, Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam, & aduerſus terram hanc iuxta omnia verba Ieremiæ. Et audiuit rex Ioakim, &

omnes

omues porentes,& priucipes eius verba hæc:& quæſiuit rex interficere eũ. Et audluit Vrias, & timuit, fugitq; & ingreſſus eſt Ægyptũ. Et miſit rex Ioakim viros in Ægyptũ, Anathan filiũ Acbobor, & viros cum eo in Ægyptũ. Et eduxeruut Vriam de Ægypto:& adduxerunt eum ad regem Ioakim,& percuſſit eũ gladio:& proiecit cadauer eius in ſepulchris vulgi ignobilis. Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi,& iuterficerent eum. In principio regni Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt verbum iſtud ad Ieremiam à domino, dicens: Hęc dicit dominus ad me: Fac tibi vincula,& catenas:& pones eas in collo tuo. Et mittes eas ad regem Edom,& ad regem Moab,& ad regem filiorum Ammou,& ad regem Tyri,& ad regem Sidonis:iu manu inimicorum,qui venerunt Ieruſalem ad Sedeciam regem Iuda. *Cap. 27 à verſu 1. ad 3.*

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XVII.

Ex cap. 17. Vulgati.

PEccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino, exaratũ ſuper latitudinem cordis eorũ,& in cornibus ararum eorũ. Cum recordati fuerint filij eorũ ararum ſuarum,& lucorum ſuorũ, lignorumq; froudentiũ in montibus excelſis, ſacrificantes in agro: fortitudinem tuã, & omnes theſauros tuos in direptionem dabo, excelſa tua propter peccata in vniuerſis finibus tuis. Et relinqueris ſola ab hereditate tua, quam dedi tibi:& ſeruire te faciam inimicis tuis in terra, quam ignoras: quouiã ignẽ ſuccendiſti in furore meo, vſq; iu æternũ ardebit. Hęc dicit dominus: Maledictus homo, qui confidit in homine,& pouit carnem brachium ſuum,& à domiuo recedit cor eius. Erit enim quaſi myricæ iu deſerto,& non videbit cũ venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto, in terra ſalſuginis, & inhabitabili. Benedictus vir, qui cõfidit in domino,& erit domin⁹ fiducia eius. Et erit quaſi lignũ quod tráſplãtatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas:& non timebit cũ veuerit æſtus. Et erit folium eius viride,& in tempore ſiccitatis non erit ſolicitũ, nec aliquando deſinet facere fructum. Prauũ eſt cor omniũ,& inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutãs cor,& probans renes: qui do vnicuiq; iuxta viam ſuã,& iuxta fructũ adinuentionum ſuarum. Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias,& non in iudicio: in dimidio dierum ſuorum derelinquet eas,& iu nouiſſimo ſuo erit inſipiens. Solium gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ : Expectatio Iſrael domine: omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra ſcribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum: Sana me domine,& ſanabor: ſaluum me fac,& ſaluus ero: quoniã laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me: Vbi eſt verbum domini? veniat. Et ego nõ ſum turbatus, te paſtorem ſequens:& diem hominis non deſideraui, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labiis meis, rectum in cõſpectu tuo fuit. Non ſis tu mihi formidine, ſpes mea tu in die afflictiunis. Confundantur qui me perſequũtur, & nou coufundar ego: paueant illi,& nou paueam ego: ioduc ſuper eos diem afflictionis,& duplici cõtritione contere eos. Hæc dicit domiuus ad me: Vade,& ſta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur reges Iuda,& egrediũtur, & in cunctis portis Ieruſalem: & dices ad eos: Audite verbũ domini reges Iuda,& omnis Iuda, cunctique habitatores Ieruſalem, qui ingredimini per portas iſtas. Hæc dicit dominus: Cuſtodite animas veſtras,& nolite portare põdera in die ſabbati: nec inferatis per portas Ieruſalẽ. Et nolite eijcere ouera de dumibus veſtris in die ſabbati,& omne opus non faciatis: ſanctificate diem ſabbati, ſicut pręcepi patribus veſtris. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſuam ne audirent me,& ne acciperent diſciplinã. Et erit: Si audieritis me, dicit dominus, vt nou iuferatis onera per portas ciuitatis huius in die ſabbati: Et ſi ſanctificaueritis diẽ ſabbati, ne faciatis in eo omne opus; Ingredientur per portas ciuitatis huius reges, & principes, ſedentes ſuper ſolium Dauid,& aſcendentes in curribus & equis, ipſi & principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem:& habitabitur ciuitas hæc in ſempiternum. Et veuient de ciuitatibus Iuda,& de circuitu Ieruſalem,& de terra Beniamin,& de campeſtribus,& de montuoſis,& ab Auſtro, portantes holocauſtum, & victimã,& ſacrificiũ,& thus,& inferent oblationem in domum domini. Si autem uon audieritis me, vt ſanctificetis diem ſabbati,& ne portetis onus,& ne inferatis per portas Ieruſalem in die ſabbati: ſuccendam iguem in portis eius,& deuorabit domos Ieruſalem,& uou extinguetur. *Sub Ioakim anno 3.*

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XVIII.

Ex cap. 25. Vulgati.

VErbum, quod factum eſt ad Ieremiã de omni populo Iuda in anno 4. Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, (ipſe eſt annus primus Nabuchodouoſor regis Babylouis) quod locutus eſt Ieremias propheta ad omnẽ populum Iuda,& ad vuiuerſos habitatores Ieruſalem, dicens: A 13. anno Ioſiæ filij Ammon regis Iuda vſq; ad diem hanc: iſte tertius,& vigeſimus annus, factum eſt verbũ domini ad me,& locutus ſum ad vos de nocte conſurgens & loquens:& uõ audiſtis. Et miſit dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas, conſurgens diluculo, mittenſque & nou audiſtis, neque inclinaſtis aures veſtras vt audiretis cũ diceret: Reuertimini vuuſquiſque à via ſua mala,& à peſſimis cogitationibus veſtris: & habitabitis iu terra, quam dedit dominus vobis,& patribus veſtris à ſeculo,& vſq; in ſeculum. Et nolite ire poſt Deos alienos vt ſeruiatis eis, adoretiſque eos: ueque me ad iracundiã prouocetis in operibus manuũ veſtrarum,& non affligam vus. Et uon audiſtis me, dicit domiuus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuũ veſtrarum in malum veſtrum. Propterea hæc dicit dominus exercituum: pro eo quòd nõ audiſtis verba mea: ecce ego mittam,& aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait dominus,& Nabuchodouoſor regem Babylonis ſeruum meum,& adducam eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius,& ſuper omnes nationes, quæ iu circuitu illius ſunt:& interficiam eos, & ponam eos in ſtuporem & in ſibilum,& in ſolitudines ſempiternas. Perdamque ex eis vocem gaudij,& vocem lætitiæ, *Sub Ioakim anno 4.*

vocem ſponſi,& vocem ſponſæ,vocem mulæ,& lumẽ lucernæ. Et erit voiuerſa terra hæc io ſolitudinẽ & in ſtupotem:& ſernient omnes gentes iſtæ regi Babyloois ſeptoagiota annis. Cumq; impleti fuerinc 70.anni,viſitabo ſuper regem Babyloois,& ſuper gentem illam,dicit dominus,iniquitatem eorum,& ſuper terram Chaldæorum:& ponam illam in ſolitudines ſempiternas. Et adducam ſuper terram illã, omnia veiba mea,quæ locutus ſum contra eam,omne quod ſcriptum eſt in libro iſto,qoæcumq; prophetauit Ieremias aduerſum omnes gentes:quia ſeruietũt eis cum eſſent gentes multę,& reges magni: & reddam eis ſecuodum opera eorum,& ſecundum facta manuũ ſuarũ. Quia ſic dicit dominus exercituũ Deus Iſtael:Sume calicem vini furoris huius de mano mea·& propinabis de illo conctis gentibus, ad quas egu mittam te. Et bibent,& turbabuntut,& inſanient à facie gladij,quem ego mittã inter eus. Et accepi calicem de manu domini,& propinaui cunctis gentibus,ad quas miſit me duminus: Ieruſalẽ, & ciuitatibus Ioda,& regibus eius,& ptincipibus eius:vt darem eos in ſolitudinem, & in ſtuporem, & in ſibilom,& iu maledictionẽ,ſicut eſt dies iſta:Pharaoni regi Ægypti,& ſeruis eius,& principibus eius, & omni populo eius,& vnioerſis generaliter: cuoctis regibus terræ Aoſitidis, & cooctis regibus terræ Philiſthiim,& Aſcaloni,& Gazæ,& Accaton,& reliquiis Azoti,& Idumeæ,& Moab,& filiis Ammun: & cunctis regibus Tyri,& vniuerſis tegibus Sidonis:& regibos terræ inſularum,qui ſunt trãs mare. Et Dedan,& Thema,& Buz,& vniuerſis qui attonſi ſunt in comam. Et cunctis regibus Arabiæ,& conctis regibus Occidẽtis,qui babitant in deſeito. Et cunctis tegibus Zambri,& cunctis regibus Elã, & cũctis regibos Medorum:cunctis qooq; regibus Aquilonis de prope & de longe, vnicuiq; contra fratrẽ ſuũ: & omnibus regnis terræ,qoæ ſoper faciem eius ſunt:& rex Seſacb bibet poſt eos. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituũ Deos Iſrael:Bibite,& inebriamini,& vomite,& cadite, oeqoe ſuigatis à facie gladij,quem ego mittam inter vos. Cumq; noluerint accipere calicem de manu tua vt bibãt, dices ad eos:Hæc dicit dominus exercituum:Bibentes bibetis,quia ecce in ciuitate, in qua inuocatom eſt nomen meum,ego incipiam affligere,& vos quaſi innocentes & immunes eritis?non etitis immuoes:gladium enim ego voco ſuper omoes habiratores terræ,dicit dominus exercituum. Et tu propherabis ad eos omoia verba hæc,& dices ad illos: Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabic vocem ſuam:tugiens rugiet ſuper decorem ſuum:celeuma quaſi calcantium concinetur aduerſus omnes babitatores terræ. Peroenit ſonitus vſque ad extrema terræ:quia iudicium domino cum gentibus: judicarut ipſe cum omni caroe,impios tradidi gladio,dicit dominus. Hæc dicit dominus exercituum: Ecce afflictio egredietur de gẽte in gentem:& turbo magnus egredietur à ſummitatibus terrę. Et erũc interfecti domini in die illa à ſummo terræ vſque ad ſummum eius:non plangẽtut,& ooo colligentur, neque ſepelientur:in ſterquilinium ſuper faciem tettæ iacebunt. Vlulate paſtotes,& clamate:& aſpergite vos cinere optimates gregis: quia completi ſunt dies veſtri vt intetficiamini: & diſſipatiooes veſtræ,& cadetis quaſi vaſa pretioſa. Et peribit fuga à paſtoribus, & ſaluatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris paſtorum,& vlulatus optimatum gregis:quia vaſtauit dominus paſcoa eorum. Er conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris domini. Dereliquit quaſi leo vmbracolum ſuum, quia facta eſt terra eurum in deſolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ futoris domini.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XIX.

Ex *cap.* 46. *Vulgati. à verſu* 1. *ad* 12.

Sub Ioakim anno 4.

QVod factum eſt verbom domini ad Ieremiam prophetam contra gentes ad Ægyptum aduerſum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qoi erat ioxta fluuium Eophraten io Charcamis, quem percuſſit Nabuchodooosor rex Babylonis, in 4.anno Ioakim filij Ioſiæ regis Ioda. Præpatate ſcutum,& clypeum,& procedite ad bellum. Iungite equos,& aſcendite equites: ſtate in galeis, polite lanceas,ioduite vos loricis. Quid igitur? Vidi ipſos pauidos,& terga vertentes, fortes eorum cæſos:fugeruot cõciti, nec reſpexerunt:terror vndique,ait dominus. Non fugiat velox,oec ſaluari ſe putet fortis:Ad Aquiloorem iuxta flumen Euphraten victi ſunt,& ruerunt. Quis eſt iſte,qoi quaſi flumen aſcendit:& veloti fluuiorum,intomeſcunt gurgites eius? Ægyptus,fluminis inſtar aſceodit, & velot flumina mouebuotut fluctus eius,& dicet: Aſcendens operiam terram: perdam ciuitatem, & habitatores eius. Aſcendite eqoos,& exultate io curribus,& ptocedant fortes, Æthiopia,& Libyes tenentes ſcutum, & Lydij arripientes,& iacentes ſagittas. Dies autem ille domini Dei exercituum in terta Aquiloois iuxta flumen Euphtaten. Aſcende in Galaad,& tolle reſinam virgo filia Ægypti:fruſtra multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi. Audierunt gentea ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XX.

Ex *cap.* 46. *Vulgat. à verſu* 13. *vſque ad finem.*

Sub Ioakim anno 4.

VErbum quod locutus eſt dominus ad Ieremiam prophetam, ſuper eo quud venturus eſt Nabuchodonoſot rex Babylonis,& percuſſurus terram Ægypti: Anounciate Ægypto, & auditum facite in Magdalo,& reſonet in Memphis,& in Taphnis,dicite:Sta,& præpara te:quia deuorabit gladios ea,quæ per circuitum tuum ſunt. Quare computruit fortis tuus? noo ſtetit:quoniam dominus ſubuertit eum, Multiplicauit ruentes,ceciditque vir ad proximum ſuum: & dicent: Surge, & reuertamut ad populum noſtrum,& ad terram natiuitatis noſtræ, à facie gladij columbæ. Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti,tumultum adduxit tempus. Viuo ego (inquit rex dominus exercituum nomen eios) quooiam ſicut Thabor io montibus,& ſicut Carmelus in mari,veoiet. Vaſa transmigratioois fac tibi habitatrix filia Ægypti: qoia Memphia in ſolitudinem erit,& deſeretut,& inhabitabilis erit. Vitula elegans atque formoſa Ægyptus:ſtimulator ab Aquilone veoiet ei. Mercenarij quoqoe eius,qui verſabantur

In medio eius, quaſi vituli ſaginati verſi ſunt, & fugerunt ſimul, nec ſtare poruerunt: quia dies interfe-
ctionis eorum venit ſuper eos, tempus viſitationis eorum. Vox eius quaſi æris ſonabit: quoniam cum
exercitu properabunt, & cum ſecuribus venient ei, quaſi cædentes ligna. Succiderunt ſaltum eius, ait
dominus, qui ſupputari non poteſt: multiplicati ſunt ſuper locuſtas, & non eſt eis numerus. Confuſa
eſt filia Ægypti, & tradita in manus populi Aquilonis. Dixit dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce
ego viſitabo ſuper tumultum Alexandriæ, & ſuper Pharaonem, & ſuper Ægyptum, & ſuper Deos eius,
& ſuper reges eius, & ſuper Pharaonem, & ſuper eos, qui confidunt in eo. Et dabo eos in manus quæ-
rentium animam eorum, & in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manus ſeruorum eius:
& poſt hæc habitabitur ſicut diebus priſtinis, ait dominus. Et tu ne timeas ſerue meus Iacob, & ne pa-
ueas Iſrael: quia ecce ego ſaluum te faciam de longinquo, & ſemen tuum de terra captiuitatis tuæ: &
reuertetur Iacob, & requieſcet, & proſperabitur: & non erit qui exterreat eum. Et tu noli timere ſerue
meus Iacob: ait dominus: quia ego tecum ſum, quia ego conſumam cunctas gentes, ad quas eieci te: te
vero non conſumam, ſed caſtigabo te in iudicio, nec quaſi innocenti parcam tibi.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXI.

Ex cap. 36. Vulgati, à verſu 1. ad 4. & cap. 45.

ET factum eſt in anno quarto Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda: factum eſt verbum hoc ad Ieremiam à *Sub*
domino, dicens: Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba, quæ locutus ſum tibi aduer- *Ioakim*
ſum Iſrael & Iudam, & aduerſum omnes gentes: à die, qua locutus ſum ad te ex diebus Ioſiæ vſque ad *anno 4.*
diem hanc: Si forte audiente domo Iuda vniuerſa mala, quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſ-
que à via ſua peſſima: & propitius ero iniquitati, & peccato eorum. Vocauit ergo Ieremias Baruch fi-
lium Neriæ: & ſcripſit Baruch ex ore Ieremię omnes ſermones domini, quos locutus eſt ad eum in vo-
lumine libri. Verbum quod locutus eſt Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cum ſcripſiſſet
verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, dicens: Hęc dicit dominus *Ex cap.*
Deus Iſrael ad te Baruch: dixiſti; Væ miſero mihi, quoniam addidit dominus dolorem dolori meo: la- *45.*
boraui in gemitu meo, & requiem non inueni: Hæc dicit dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos ædifi-
caui, ego deſtruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuerſam terram hanc. Et tu quęris tibi grandia? no-
li quærere: quia ecce ego adducam malum ſuper omnem carnem, ait dominus: & dabo tibi animam
tuam in ſalutem in omnibus locis, ad quæcumque perrexeris.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXII.

Ex cap. 36. Vulgati. à verſu 5.

* FActum eſt autem in anno quinto Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, in menſe nono: prædicauerũt ieiu-
nium in cõſpectu domini omni populo in Ieruſalem, & vniuerſæ multitudini, quæ confluxerat de *Sub*
ciuitatibus Iuda in Ieruſalem. † Et præcepit Ieremias Baruch, dicẽs: Ego clauſus ſum, nec valeo ingredi *Ioakim*
domum domini. Ingredere ergo tu, & lege de volumine, in quo ſcripſiſti ex ore meo verba domini au- *anno 5.*
diente populo in domo domini in die ieiunij: inſuper & audiente vniuerſo Iuda, qui veniunt de ciuita- ** verſ. 9.*
tibus ſuis, leges eis: Si forte cadat oratio eorum in conſpectu domini, & reuertatur vnuſquiſque à via *† verſ. 5.*
ſua peſſima: quoniam magnus furor, & indignatio eſt, quam locutus eſt dominus aduerſus populum
hunc. Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia, quæ præceperat ei Ieremias propheta, legens ex volu-
mine ſermones domini in domo domini. Legitque Baruch ex volumine ſermones Jeremiæ in
domo domini in gazophylacio Gamariæ filij Saphan ſcribæ, in veſtibulo ſuperiori, in introitu
portæ nouæ domus domini audiente omni populo. Cumque audiſſet Michæas filius Gamariæ
filij Saphan omnes ſermones domini ex libro, deſcendit in domum regis ad gazophylacium ſcri-
bæ: & ecce ibi omnes principes ſedebant: Eliſama ſcriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elna-
than filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & vniuerſi principes. Et
nunciauit eis Michæas omnia verba, quę audiuit legente Baruch ex volumine in auribus populi. Miſe-
runt itaque omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filij Selemiæ, filij Chuſi, dicentes: Volu-
men, ex quo legiſti audiente populo, ſume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Nerię volu-
men in manu ſua, & venit ad eos. Et dixerunt ad eum: Sede, & lege hæc in auribus noſtris. Et legit Ba-
ruch in auribus eorum. Igitur cum audiſſent omnia verba, obſtupuerunt vnuſquiſque ad proximum
ſuum, & dixerunt ad Baruch: Nunciare debemus regi omnes ſermones iſtos. Et interrogauerunt eum,
dicentes: Indica nobis quomodo ſcripſiſti omnes ſermones iſtos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch:
Ex ore ſuo loquebatur quaſi legens ad me omnes ſermones iſtos. Et ego ſcribebam in volumine attra-
mento. Et dixerunt principes ad Baruch: Vade, & abſcondere tu & Ieremias, & nemo ſciat vbi ſitis? Et
ingreſſi ſunt ad regem in atrium: porro volumen commendauerunt in gazophylacio Eliſamæ ſcribæ:
& nunciauerunt audiente rege omnes ſermones. Miſitque rex Iudi vt ſumeret volumen: qui tollens
illud de gazophylacio Eliſamæ ſcribæ, legit audiente rege, & vniuerſis principibus, qui ſtabant circa
regem. Rex autem ſedebat in domo hyemali in menſe nono, & poſita erat arula coram eo plena pru-
nis. Cumque legiſſet Iudi tres pagellas, vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ, & proiecit in
ignem, qui erat ſuper arulam donec conſumeretur omne volumen igni, qui erat in arula. Et non ti-
muerunt, neque ſciderunt veſtimenta ſua rex, & omnes ſerui eius, qui audierunt vniuerſos ſermo-
nes iſtos. Veruntamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerunt regi ne combureret

librum;& non audiuit eos. Et præcepit rex Iеremiæ filio Amelech,& Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel vt comprehenderent Baruch ſcribam, & Ieremiam propbetam; abſcondit autem eos duminus. Et factum eſt verbum domini ad Ietemiam Prophetam, poſtquam combuſſerat rex volumen & ſermones, quos ſcripſerat Baruch ex ote Ieremiæ, dicens: Rurſum tolle volumen aliud: & ſcribe in eo omnes ſetmones priores, qui erant iu ptimo volumine, quod combuſſit Ioakim tex Iuda, & ad Ioakim regem Iuda, dices: Hæc dicit Dominus: Tu combuſſiſti volumen iſtud, dicens: quare ſcripſiſti in eo anuuncians: Feſtinus veniet rex Babylonis, & vaſtabit tetram hanc, & ceſſare faciet ex illa hominem, & iumentum? Proptetes hæc dicit Dominus coutra Ioakim tegem Iuda: Non erit ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Dauid: & cadauer eius, proiicietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem. Et viſitabo contra eum, & contra ſemen eius, & contra ſeruos eius iniquitates ſuas, & adducam ſuper eos & ſuper habitatores Ietuſalem, & ſuper viros Iuda omne malum, quod locutus ſum ad eos, & non audierunt. Ieremias autem tulit volumē aliud, & dedit illud Barucb filio Nerię ſcribę: qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omues ſermones libri, quem combuſſerat Ioakim rex Iuda igui: & inſuper additi ſunt ſermones multo plures, quàm antea fuerant.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXIII. *Ex cap.35. Vulgati.*

Sub Ioakim anno 6. VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam à domino in diebus Ioakim filij Ioſiæ regis Iuds, dicens: vade ad domum Rechabitatum: & loquere eis, & inttoduces eos in domum domini in vnā exedrā theſaurorum, & dabis eis bibere vinum. Et aſſumpſi Iezoniam filium Ieremiæ filij Habſaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuetſam domum Rechabitarum: Et introduxi eos in domum domini ad gazophylacium filiorū Hanau, filij Iegedeliæ bominis Dei, quod etat iuxta gazopbylacium principū ſuper tbeſaurum Maaſiæ filij Sellū, qui erat cuſtos veſtibuli. Et poſui coram filiis domus Rechabitarum ſcypbos plenos vino, & calices: & dixi ad eos: Bibite vinum. Quj reſpondetunt: Nou bibemus vinum, quia Iouadab filius Rechab, pater noſter ptæcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos, & filij veſtri vſq; in ſempiternū: Et domum non ædificabitis, & ſementē nou ſetetis, & vineā nō plantabitis, nec habebitis, ſed iu tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſupet faciē terræ, in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab, patris noſtri, in omnibus quæ præcepit nobis, ita vt uon biberemus vinum cunctis diebus noſttis nos: & mulieres noſtræ, filij & filiæ noſtræ: & non ædificaremus domos ad habitandū: & vineam, & agrū, & ſementē nō habuimus: ſed habitauimus in tabernaculis, & obedieutes fuimus iusta omnia quæ præcepit uobis Ionadab pater noſtet. Cum autem aſcendiſſet Nabuchodonoſot tes Babylonis in terram noſtrā, diximus: Venire, & ingrediamur Ieruſalē à facie exercitus Chaldæotum, & à facie exercitus Sytiæ: & manſimus in Ieruſalem: & factum eſt verbū domini ad Ieremiā, dicens: Hæc dicit dominus exercituū Deus Iſrael: Vade, & dic viris Iuda, & habitatoribus Ieruſalē: Nunquid non tecipietis diſciplinam vt obediatis verbis meis, dicit dominus: Præualuerunt ſermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filiis ſuis, vt nō biberent vinum: & nō biberunt vſq. ad diē hanc, quia obedierunt pręcepto patris ſui: Ego autem loquutus ſum ad vos, de mane couſurgens & loquens, & non obediſtis mihi. Miſique ad vos omues ſeruos meos ptophetas, conſutgens diluculo, mittenſq. & dicens: Conuertimini vnuſquiſque à via ſua peſſima, & bona facite ſtudia veſtra, & nolite ſequi deos alienos, neque colatis eos: & habitabitis in terra, quam dedi vobis, & patribus veſtris: & non inclinaſtis aurem veſtram, neque audiſtis me. Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab ptæceptū patris ſui, quod ptæceperat eis: populus autē iſte uon obediuit mibi. Idcirco hæc dicit dominus exercituum, Deus Iſrael: Ecce ego adducam ſuper Iuda, & ſuper omnes habitatores Ieruſalem vniuerſam afflictiouē, quā locutus ſum aduerſum illos, eo quod loquutus ſum ad illos, & nou audierunt: Vocaui illos, & non teſponderunt mihi. Domui autē Rechabitarū dixit Ieremias: Hæc dicit dominus exercituū Deus Iſrael: Pro eo quòd obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mādata eius, & feciſtis vniuetſa, quæ præcepit vobis: Propterea hæc dicit dominus exercituū Deus Iſrael, Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtans iu conſpectu meo cunctis diebus.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXIV. *Ex cap.13. Vulgati. à verſ.1. ad 17.*

Sub Ioakim anno 7. HÆc dicit dominus ad me: Vade, & poſſide tibi lumbare lineū, & poues illud ſuper lumbos tuos, & in aquam nou inferes illud. Et poſſedi lumbare iuxta verbum domini, & poſui circa lumbos meos. Et factus eſt ſermo domini ad me, ſecundo, dicens: Tolle lūbare quod poſſediſti, quod eſt circa lūbos tuos, & ſurgens vade ad Euphraten, & abſconde ibi illud in foramiue petræ. Et abij, & abſcondi illud in Euphrate, ſicut præceperat mihi dominus: & factum eſt poſt dies plurimos, dixit dominus ad me, Surge, vade ad Euphraten: & tolle in te lūbare quod præcepi tibi, vt abſconderes illud ibi. Et abij ad Eupbraten, & fodi, & tuli lumbare de loco, vbi abſconderam illud: & ecce computruerat lumbare: ita vt nulli vſui aptum eſſet. Et factum eſt verbum domini ad me, dicens: Hæc dicit dominus: Sic putreſcere faciam ſuperbiam Iuda, & ſuperbiam Ieruſalem multam. Populum iſtum peſſimum, qui nolunt audire verba mea: & ambulant in prauitate cordis ſui: abieruntque poſt deos alienos vt ſeruirēt eis, & adotareut eos, & erunt ſicut lumbare iſtud, quod nulli vſui aptum eſt. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnē domū Iſrael, & omnem domū Iuda, dicit dominus: vt eſſent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt. Dices ergo ad eos ſermonem iſtum: Hæc dicit dominus Deus Iſrael: Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te: Nunquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino? Et dices ad eos: Hæc dicit dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & teges, qui ſedent de ſtirpe Dauid ſuper

thronum

thronum eius,& ſacerdotes,& propbetas,& omues habitarores Ieruſalem, ebrietate: & diſpergā eos virum à fratre ſuo,& patres & filios pariter,ait dominus:nou parcam,&non concedam:neque miſerebor vt non diſperdam eos. Aodite,& auribus percipite. Nolite eleuari,quia dominus locutus eſt. Date dño Deo veſtro gloriā antequā cōrenebreſcat,& antequā offendāt pedes veſtri ad mōtes caliginoſos: expectabitis locē,& ponet eā in vmbrā mortis,& in caliginē. Quod ſi hoe nō audieritis, in abſcondito plorabit aīa mea à facie ſuperbiæ:plorās plorabit,& deducet ocul' me' lacrymā,quia capt' eſt grex dñi.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXV.

Ex cap. 22. Vulgati. à verſu 24. vſque ad finem.

Sub Ieconia.

VIuo ego,dicit dominus:quia ſi fuerit Iecbonias filius Ioakim regis Iuda,annulus in manu dextera mea,inde euellā eū. Et dabo te in mano quærētiū animā tuā, & in manu quorū tu formidas faciē, & in manu Nabochodonoſor regis Babylonis,& in mariu Chaldæorū. Et mittam te,& matrē tuā quæ genuit te,in terrā alienā,in qua nati non eſtis,ibiq; moriemini:& in terrā,ad quā ipſi leuāt animā ſuā vt reuertātur illuc: nou reuertentur. Nūquid vas fictile atq; contritū vir iſte Iechonias? nūquid vas abſq; omni voluptate? quare abiecti ſunt ipſi & ſemē eius,& proiecti in terrā,quā iguorauerunt? Terra,terra, terra,audi ſermonē domini. Hęc dicit dñs:ſcribe virū iſtū ſterilē, virum,qui in diebus ſuis nō proſperabitur:nec enim erit de ſemine eius vir,qui ſedeat ſuper ſolium Dauid,& poteſtatē habeat vltra in Iuda.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXVI.

Ex cap. 23. Vulgati.

Sub Ieconia.

VÆ paſtoribus,qui diſperdunt,& dilacerant gregem paſcuę meæ,dicit dominos. Ideo hęc dicit domious Deus Iſrael ad paſtores qui paſcūt populum meum: Vos diſperſiſtis gregem meum,& eiecistis eos,& non viſitaſtis eos:ecce ego viſitabo ſuper vos malitiā ſtudiorum vaſtrorū, ait domiuus. Et ego cōgregabo reliquias gregis mei de omnibus terris,ad quas eiecero eos illoc:& conuertā eos ad rura ſua:& creſcent,& multiplicabūtur. Et ſuſcitabo ſuper eos paſtores,& paſcēt eos:nō formidabūt vltra, & nou pauebunt : & nullus quęretur ex numero , dicit domiuus. Ecce dies veniunt , dicit dominus: & ſuſcitabo Daoid germē iuſtū:& regnabit rex,& ſapiēs erit:& faciet iudicium,& iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda,& Iſrael habitabit cōfidenter:& hoc eſt nomen,quod vocabunt eū,dominus iuſtus noſter. Propter hoc ecce dies veniunt,dicit dominus,& non dicent vltra: Viuit dominos,qui eduxit filios Iſtael de terra Ægypti:ſeō,viuit dominus,qui eduxit & adduxit ſemē domus Iſrael de terra Aquilonis,& de cūctis terris,ad quas eiecerā eos illuc:& habitabūt in terra ſua. Ad propbetas: Contritū eſt cor meū in medio mei,contremuerūt omnia oſſa mea:factus ſū quaſi vir ebrius,& quaſi homo madidus à vino,à facie domini,& à facie verborū ſanctorū eios. quia adulteris repleta eſt terra,quia à facie maledictionis loxit terra,arefacta ſunt arua deſerti:factus eſt curſus eorū malus,& fortitudo eorū diſſimilis. Propheta namq;& ſacerdos polluti ſunt:& in domo mea inueni malū eorū,ait dnminus. Idcirco via eorū erit quaſi lubricū in tenebris:impellētur enim,& corruēt iu ea:afferā enim ſuper eos mala,annū viſitationis eorū,ait dominus. Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatē: prophetabant in Baal,& decipiebāt populū meū Iſrael. Et iu prophetis Ieruſalē vidi ſimilitodinē adulterantium,& iter mendacij: & cōfortauerunt manus peſſimorū vt nō cōuerteretur vnuſquiſq; à malitia ſua:facti ſunt mihi omnes vt Sodoma,& habitatores eius quaſi Gomorrha. Propterea hæc dicit dominus exercituum ad prophetas: Ecce ego cibabo eos abſynthio,& potabo eos felle:à prophetis enim Ieruſalē egreſſa eſt pollutio ſuper omnē terrā. Hęc dicit dominus exercituū. Nolite aodire verba propbetarū,qui prophetāt vobis,& decipiunt vos: viſionem cordis ſui loquūtur,nō de ore domini. Dicūt his,qui blaſphemāt me. Locutus eſt dominos: Pax erit vobis & omni,qui ambulat in prauitate cordis ſui,dixerunt : Non veniet ſuper vos malum. Quis enim affuit in cooſilio domini,& vidit,& audiuit ſermonē eius ? quis conſiderauit verbū illius,& audiuit? Ecce turbo dominicę indignationis egredietur,& tēpeſtas erūp ens ſuper caput impiorū veniet. Nō reuertetur furor domini vſq; dū faciat,& vſq; dū cōpleat cogitationē cordis ſui:in nouiſſimis diebus intelligetis conſiliū eius. Nō mittebāt prophetas,& ipſi currebaut:nō loquebar ad eos,& ipſi prophetabāt. Si ſteterēt in cōſilio meo,& nota feciſſent verba mea populo meo,auertiſſem vtique eos à via ſua mala,& à cogitationibus ſuis peſſimis. Putaſne Deus è vicino ego ſū,dicit dominos? & nō Deus de lōge. Si occultabitur vir in abſcōditis:& ego nō videbo eū,dicit dominus? Nūquid nō cœlom & terrā ego impleo,dicit dominos? Audiui quæ dixerūt propbetæ,prophetātes in nomine meo mēdaciū,atq; dicētes: Sōniaui,ſomniaui. Vſque qoo iſtud eſt in corde prophetarū vaticinantiū mendacium, & prophetantium ſeductiones cordis ſui? Qui volūt facere vt obliuiſcatur populus meus nomiuis mei propter ſomnia eorū,quæ narrat vooſquiſq; ad proximū ſuū:ſicut obliti ſunt patres eorū nominis mei propter Baal. Propheta,qui habet ſomoiū,narret ſomniū:& qoi habet ſermonē meū,loquatur ſermonē meū vere:qoid paleis ad triticū,dicit dominus? Nūquid nō verba mea ſūt quaſi ignis,dicit dominus: & quaſi malleus cōterens petrā? Propterea ecce ego ad prophetas,ait dominus : qui furātur verba mea vnuſquiſq; à proximo ſoo. Ecce ego ad propbetas,ait dominus: qui aſſumūt linguas ſuas,& aiūt: Dicit dominus: Ecce ego ad prophetas ſomniantes mendaciū,ait dominus,qui narrauerunt ea, & ſedoxerūt populum meum in mendacio ſuo,& in miraculis ſuis: cùm ego nō miſiſſem eos,nec mandaſſem iis,qui nihil profuerunt populo hoic,dicit dominos: Si igitur interrogauerit te populus iſte,vel propheta, aut ſacerdos,dicens: Quod eſt onus domini? dices ad eos: Vos eſtis onus,proijciam qoippe vos,dicit dominus. Et propheta,& ſacerdos,& populus,qui dicit: Onus domini: viſitabo ſuper virum illum, & ſuper domum eius. Hæc dicetis vnuſquiſque ad proximum,& ad fratrem ſoom: Quid reſpondit dominus? & quid locutus eſt dominos? Et onus domini vltra uon memorabitur:quia onus erit vnicuique ſermo ſous: & peruertiſtis verba Dei viuentis, domini exercituom Dei noſtri. Hæc dices ad propbetam :

Quid reſpōdit tibi dominus?& quid locutos eſt dominus?Si autem onus dominl dixeritis: propter hoc hæc dicit dominus: Qoia dixiſtis ſermonem iſtum: Onus domini,& miſi ad vos,dicens: Nolite dicere: Onus domini:Propterea ecce ego tollam vos portans,& derelinquam vos,& ciuitatem,qoam dedi vobis, & patribus veſtris à facie mea. Et dabo vos in opprobrium ſempiteroum, & io ignominiam æternam,quæ numqoam obliuione delebitur.

CHRONOTAXEOS PROPHETIARVM IEREMIÆ SECVNDVM TEMPVS, QVO AB EO EDITÆ SVNT.

LIBER TERTIVS.

PRÆFATIO.

SVB rege Sedecia multa prænunciat Ieremias vtrique populo perutilia,tam qui cum Iechonia Dei iuſsis obtemperans tranſmigrauerat, quam illi, qui Deo repugnaris cum Sedecia remanſerat Ieroſolymis.Atque illis quidem præſentem promittit fœlicitatem,& reditum poſt ſeptuaginta annos:ſuiſque epiſtolis non deſinit conſolari. At Sedeciæ, & populo cū eo remanente extremam cōminatur vaſtitatem,vnà cū gentibus finitimis,& ipſis Chaldęis,& metropoli Babylone:iiſq;,qui ſibi hæc prædicanti aduerſabantur extremā perniciem.

CHRONOTAXEOS PROPHETIARVM IEREMIÆ. CAPVT XXVII.

Ex cap. 24. Vulgati.

Sub Sedecia anno 1. OStendit mihl dominus:& ecce duo calathi pleni ficis,poſiti aote remplom domini,poſtquā traoſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam filiom Ioakim regem Iuda,& principes eius, & fabrum,& incluſorem de Ieruſalem,& adduxit eos in Babylooem. Calathus vnus ficus bonas habebat nimis,vt ſolēt ficus eſſe primi temporis:& calathus vnus ficus habebat malas nimis,quæ comedi nō poterāt,eo quod eſſent malæ.Et dixit dominos ad me:Qoid to vides Ieremia?Et dixi:Ficus,ficus bonas, bonas valde;& malas,malas valde:qoæ comedi non poſſunt,eo qood ſint malæ.Et factum eſt verbū domini ad me,dicēs:Hæc dicit dominus Deus Iſrael:Sicut ficus hæ bonæ:ſic cognoſcam traoſmigrationē Iuda,qoam emiſi de loco iſto io terram Chaldæorum,in bonum.Et ponā oculos meos ſuper eos ad placandum,& tedocam eos in terram haoc:& ædificabo eos,& non deſtruā:& plantabo eos,& non euellā. Et dabo eis cor vt ſciant me,qoia ego ſum dominos:& erunt mihi in populum,& ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad mē io toto corde ſuo.Et ſicut ficus peſſimæ, quæ comedi non poſſunt,eo quod ſiot malæ:hæc dicit dominus,ſic dabo Sedeciam regem Iuda,& principes eius,& reliquos de Ieruſalem,qui remanſerunt iu vrbe hac,& qui habitant io terra Ægypti. Et dabo eos io vexationem,afflictionemque omnibus regnis terræ:in opprobrium,& io parabolam,& in prouerbium, & in maledictionem in vniuerſis locis,ad qoæ eieci eos.Et mittam in eis gladium,& famem,& peſtem:donec conſumantur de terra,quam dedi eis,& patribus eorum.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ. CAPVT XXVIII.

Ex cap.29. Vulgati.

Sub Sedecia anno 1. ET hęc ſunt verba libri,qoē miſit Ieremias propheta de Ieruſalem, ad reliquias ſeniorū trāſmigrationis,& ad ſacerdotes,& ad prophetas,& ad omnē populū,quē traduxerat Nabucbodonoſor de Ieroſalē in Babylonē:poſtqoā egreſſus eſt Iechooias rex,& domina,& Euouchi,& principes Ioda,& Ieruſalē,& faber,& incluſor de Ieruſalē:in manu Elaſa filij Saphan,& Gamariæ filij Helciæ,qoos miſit Sedecias rex Ioda ad Nabuchodonoſor regē Babyloois in Babylonē,dicēs:Hæc dicit dn̄s exercituū Deus Iſrael omni trāſmigrationi,quā trāſtuli de Ieruſalē in Babylonē:Ædificate domos,& habitare:& plantate hortos,& comedite fructū eorū.Accipite vxores,& generate filios & filias:& date filiis veſtris vxores,& filias veſtras date viris,& pariāt filios & filias:& multiplicamini ibi,& oolite eſſe pauci numero.Et quęrite pacem ciuitatis,ad quā tranſmigrare vos feci:& orate pro ea ad dominū: quia in pace illius erit pax vobis.Hæc enim dicit dominus exercituum Deus Iſrael:Non vos ſeducant prophetæ veſtri,qui ſont in medio veſtrum,& diuioi veſtri:& ne attendatis ad ſomnia veſtra,quæ vos ſomniatis:quia falſo ipſi prophetant vobis in nomine meo:& non miſi eos,dicit dominus. Quia hæc dicit dominus:Cum cœperint impleri in Babylone 70.anni,viſitabo vos:& ſuſcitabo ſuper vos verbū meū bonū,vt reducā vos ad locū iſtū.Ego eoim ſcio cogitationes,quas ego cogito ſuper vos,ait dominus,cogitationes pacis,& nō afflictionis,vt dem vobis finē,& patientiā.Et inuocabitis me,& ibitis:& orabitis me,& ego exaudiam vos. Quęretis me,& inuenietis:com quæſieritis me in toto corde veſtro.Et inoeniar à vobis,ait dominos:& reducā captiuitatē veſtrā,& cōgregabo vos de vniuerſis gētibos,& de cūctis locis,ad quæ expuli vos,dicit dominus:& reuerti vos faciā de loco,ad quē trāſmigrare vos feci.Quia dixiſtis: Suſcitauit nobis dominus prophetas in Babylooe.Quia hæc dicit dominus ad regē,qui ſedet ſuper ſoliū Dauid,& ad omnē populū habitatorē vrbis huius,ad fratres veſtros,qui nō ſunt egreſſi vobiſcū in tranſmigrationem.Hæc dicit dominus exercituū:Ecce mittam in eos gladiom,& famem,& peſtē:& ponā eos quaſi ficus malas, quæ comedi oon poſſunt, eo quod peſſimæ ſint. Et perſequar eos in gladio,& in fame,& in peſtilentia;

& dabo.eos in vexationem vniuerſis regnis terræ:in maledictionem,& in ſtuporem,& in ſibilum,&in opprobrium cunctis gentibus,ad quas ego eieci eos:eo quod non audierint verba mea,dicit dominus: quæ miſi ad eos per ſeruos meos prophetas de nocte cõſurgens,& mittẽs,& nõ audiſtis,dicit dominus. Vos ergo audite verbum domini omnis tranſmigratio,quam emiſi de Ieruſalẽ in Babylonẽ. Hæc dicit dominus exercituũ Deus Iſrael ad Achab filiũ Coliæ,& ad Sedeciã filiũ Maaſiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter:Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis:& percutiet eos in oculis veſtris. Et aſſumetur ea eis maledictio omni tranſmigrationi Iuda,quæ eſt in Babylone,dicentium : Ponat te dominus ſicut Sedeciam , & ſicut Achab , quoa fuxit rex Babylonis in igne: pro eo quod fecerint ſtultitiã in Iſrael,&mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorũ,& locuti ſunt verbũ in nomine meo mendaciter,quod nõ mandaui eis. Ego ſum iudex &teſtis,dicit dominus. Et ad Semeiã Nehelamitem dices:Hæc dicit dominus exercituũ,Deus Iſrael:Pro eo quod miſiſti in nomine tuo libros ad omnem populũ,qui eſt in Ieruſalem,& ad Sophoniam filiũ Maaſiæ ſacerdotẽ, & ad vniuerſoa ſacerdotes,dicẽs:Dñs dedit te ſacerdotẽ pro Ioiade ſacerdote,vt ſis dux in domo dñi ſuper omnẽ virũ arreptitiũ,& prophetantem,vt mittas eum in neruum, & in carcerem. Et nunc quare nõ increpaſti Ieremiam Anathothiten,qui prophetat vobis?Quia ſuper hoc miſit in Babylonem ad nos,dicens: Longum eſt:ædificate domos,& habitate:& plantate hortos,& comedite fructus eorũ. Legit ergo Sophonias ſacerdos librũ iſtum in auribus Ieremiæ prophetæ. Et factũ eſt verbũ domini ad Ieremiam,dicens: Mitte ad omnem tranſmigrationẽ,dicens:Hæc dicit dominus ad Semeiam Nehelamitẽ:Pro eo quod prophetauit vobis Semeias:& ego nõ miſi eũ:& fecit vos confidere in mendacio:idcirco hæc dicit dominus. Ecce ego viſitabo ſuper Semeiam Nehelamiten, & ſuper ſemen eius:non erit ei vir ſedens in medio populi huius,& non videbit bonum,quod ego faciam populo meo,ait dominus : quia præuaricationem locutus eſt aduerſus dominum.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ,
CAPVT XXIX.
Ex *cap. 30. Vulgati, & verſu 1. cap. 31.*

Sub Sedecia anno 1.

HOc verbum,quod factũ eſt ad Ieremiam à domino,dicens:Hęc dicit dominus Deus Iſrael,dicẽs: ſcribe tibi omnia verba,quæ locutus ſũ ad te,in libro. Ecce enim dies veniũt,dicit dñs:&cõuertã conuerſionẽ populi mei Iſrael & Iuda,ait dominus:& conuertã eos ad terram,quã dedi patribus eorũ: & poſſidebũt eã. Et hæc verba,quæ locutus eſt dominus ad Iſrael,& ad Iudã:Quoniã hęc dicit domin⁹: Vocẽ terroris audiuimus:formido,&non eſt paa. Interrogate,& videte ſi generat maſculus:quare ergo vidi omnis viri manum ſuper lumbũ ſuum,quaſi parturientis,&conuerſę ſunt vniuerſæ facies in aurugine? Væ,quia magna dies illa,nec eſt ſimilis eius:tẽpuſq; tribulationis eſt Iacob, & ex ipſo ſaluabitur. Et erit in die illa,ait dominus exercituũ: conteram iugũ eius de collo tuo,& vincula eius dirumpam,& non dominabuntur ei amplius alieni: ſed ſeruient domino Deo ſuo,& Dauid regi ſuo,quem ſuſcitabo eis. Tu ergo ne timeas ſerue meus Iacob,ait dominus,neque paueas Iſrael: quia ecce ego ſaluabo te de terra lõginqua,& ſemen tuũ de terra captiuitatis eorũ:& reuertetur Iacob,& quieſcet,& cũctis affluet bonis,& non erit quem formidet:quoniã tecũ ego ſum,ait dominus,vt ſaluem te: faciã enim conſummationem in cunctis gentibus,in quibus diſperſi te:te autem non faciã in conſummationem:ſed caſtigabo te in iudicio,vt non videaris tibi innoxius. Quia hęc dicit dominus:Inſanabilis fractura tua,peſſima plaga tua. Non eſt qui iudicet iudiciũ tuum ad alligãdum:curationum vtilitas non eſt tibi. Omnes amatores tui obliti ſunt tui,teq; non quærent:plaga enim inimici percuſſi te caſtigatione crudeli:propter multitudinẽ iniquitatis tuæ dura facta ſunt peccata tua. Quid clamas ſuper cõtritione tua?inſanabilis eſt dolor tuus:propter multitudinẽ iniquitatis tuæ,& propter dura peccata tua feci hæc tibi. Propterea omnes,qui comedunt te,deuorabũtur:& vniuerſi hoſtes tui in captiuitatẽ ducẽtur:& qui te vaſtãt,vaſtabũtur,cunctoſq; prædatores tuos dabo in prædã. Obducã enim cicatricẽ tibi,& à vulneribus tuis ſanabo te,dicit dominus. Quia eiectã vocauerũt te Sion:hæc eſt,quæ nõ habebat requirentẽ. Hæc dicit dominus:Ecce ego conuertã conuerſionẽ tabernaculorũ Iacob,& tectis eius miſerebor,& ædificabitur ciuitas in excelſo ſuo,&templũ iuxta ordinẽ ſuũ fundabitur. Et egredietur de eis laus,voxq; ludentiũ:& multiplicabo eos,& nõ minuẽtur:& glorificabo eos,& nõ attenuabũtur. Et erũt filij ei⁹ ſicut à principio,& cętus eius corã me permanebit:& viſitabo aduerſum omnes qui tribulãt me. Et erit dux eius ex eo:& princeps de medio eius producetur:& applicabo eũ,& accedet ad me. Quis enim iſte eſt, qui applicet cor ſuũ vt appropinquet mihi,ait dominus?Et eritis mihi in populum,& ego ero vobis in Deũ. Ecce turbo domini,furor egrediẽs,procella ruẽs,in capite impiorũ cõquieſcet. Nõ auertet irã indignationis dominus,donec faciat,& cõpleat cogitationẽ cordis ſui:in nouiſſimo dierũ intelligeris ea. v.1.c.31. In tẽpore illo,dicit dñs: Ero Deus vniuerſis cognationibus Iſrael,& ipſi erũt mihi in populum.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.
CAPVT XXX.
Ex *cap. 31. Vulgati à verſu 2.*

Sub Sedecia anno 1,

HÆc dicit dominus:Inuenit gratiã in deſerto populus,qui remanſerat à gladio:vadet ad requiẽ ſuã Iſrael. Lõge domin⁹ apparuit mihi,&in charitate perpetua dilexi te,ideo attraxi te,miſerãs. Ruſúq; ædificabo te,& ędificaberis virgo Iſrael:adhuc ornaberis tympanis tuis,& egredieris in choro ludentiũ. Adhuc plãtabis vineas in mõtibus Samariæ:plantabũt plantãtes,& donec tẽpus veniat,nõ vindemiabũt:quia erit dies,in qua clamabũt cuſtodes in monte Ephraim:Surgite,& aſcẽdamus in Sion ad dominũ Deũ noſtrũ. Quia hæc dicit dominus:Exultate in lætitia Iacob,& hinnite cõtra caput gentiũ: perſonate,& canite,& dicite:Salua domine populum tuum reliquias Iſrael. Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis,& cõgregabo eos ab extremis terræ:inter quos erũt cęcus & claudus,prægnãs,& pariẽs

ſimul,cœtus magnus reuertentium huc.In fletu venient: & in miſericordia reducam eos: & adducam
eos per torrentes aquarum in via recta,& oon impingẽt in ea:quia factus ſum Iſraeli pater,& Ephraim
primogenitus meus eſt. Audite verbũ domini gentes,& annũciate in inſulis,quæ procul ſunt:& dicite.
Qui diſpei ſit Iſrael congregabit eum,& cuſtodiet eum ſicut paſtor gregem ſuum. Redemit enim do-
minus Iacob,& liberauit eũ de manu potentioris. Et venient,& laudabunt in monte Sion:& confluent
ad bona domini ſuper frumento,& vino,& oleo,& fœtu pecorũ,& armentorũ:eritq; anima eorũ quaſi
hortus irriguus,& vltra non eſurient. Tunc lætabitur virgo in choro,iuuenes,& ſenes ſimul:& cõuer-
tam luctum eorum in gaudium,& conſolabor eos,& lætificabo à dolure ſuo. Et inebriabo animam ſa-
cerdotum pinguedine,& populus meus bonis meis adimplebitur, ait dominus. Hæc dicit dominus:
Vox in excelſo audita eſt lamentationis,luctus,& fletus Rachel plorantis filios ſuos,& nolentis conſo-
lari ſuper eis,quia nõ ſunt. Hęc dicit dominus:Quieſcat vox tua à ploratu,& oculi tui à lachrymis:quia
eſt merces operi tuo,ait domiu*:& reuertẽtur de terra inimici. Et eſt ſpes nouiſſimis tuis,ait dominus:
& reuertẽtur filij tui ad terminos ſuos. Audiẽs audiui Ephraim trãſmigrantẽ:Caſtigaſti me,& eruditus
ſum,quaſi iuuenculus indomitus:conuerte me,& conuertar: quia tu dominus Deus meus. Poſtquam
enim conuertiſti me,egi pœnitentiam:& poſtquã oſtendiſti mihi,percuſſi femur meũ. Confuſus ſum,
& erubui,quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meę.Si filius honorabilis mihi Ephraim,ſi puer
delicatus: quia ex quo locutus ſum de eo,adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata ſunt viſcera mea
ſuper eum:miſerans miſerebor eius,ait dominus. Statue tibi ſpelũcã,pone tibi amaritudines:dirige cor
tuũ in viam rectam,in qua ambulaſti:reuertere virgo Iſrael,reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Vſquequo
deliciis diſſolueris filia vaga?quia creauit dominus nouum ſuper terram: Fœmina circundabit virum.
Hęc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Adhuc dicent verbũ iſtud in terra Iuda,& in vrbibus eius,
cum conuertero captiuitatẽ eorum:Benedicat tibi dominus pulchritudo iuſtitiæ,mons ſanctus:& ha-
bitabunt in eo Iudas,& omnes ciuitates eius ſimul,agricolę,& minantes greges. Quia inebriaui animã
laſſam,& omnem animam eſurientem ſaturaui. Ideo quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum: & vidi,& ſomnus
meus dulcis mihi. Ecce dies veniunt,dicit dominus:& ſeminabo domum Iſrael, & domũ Iuda ſemine
hominum,& ſemine iumẽtorum. Et ſicut vigilaui ſuper eos vt euellerem,& demolirer, & diſſiparẽ,&
diſperderẽ,& affligerem:ſic vigilabo ſuper eos vt ædificem,& plantẽ,ait dñs. In diebus illis non dicent
vltra: Patres comederunt vuã acerbam,& dentes filiorum obſtupuerunt. Sed vnuſquiſq. in iniquitate
ſua morietur:omnis homo,qui comederit vuam acerbam,obſtupeſcent dentes eius. Ecce dies veniẽt,
dicit dominus:& feriam domui Iſrael,& domui Iuda fœdus nouum:non ſecundũ pactum,quod pepigi
cum patribus eorum in die,qua apprehendi manum eorum,vt educerem eos de terra Ægypti: pactom
quod irritum fecerunt,&ego dominatus ſum eorum,dicit dominus:Sed hoc erit pactum,quod feriam,
cum domo Iſrael:poſt dies illos dicit dominus: Dabo legem meam in viſceribus eorũ,& in corde eorũ
ſcribam eam:& ero eis in Deum,& ipſi erunt mihi in populum. Et non docebit vltra vir proximũ ſuũ,
& vir fratrem ſuum dicens:Cognoſcite dominum:omnes enim cognoſcẽt me à minimo eorum vſque
ad maximum,ait dominus:quia propitiabor iniquitati eorum,& peccati eorum non memorabor am-
plius. Hæc dicit dominus,qui dat ſolem in lumine diei,ordinem lunę & ſtellarum in lumine noctis:qui
turbat mare,& ſonant fluctus eius,dominus exercituum nomen illi. Si defecerint leges iſtę coram me,
dicit dominus:tunc & ſemen Iſrael deficiet,vt non ſit gens coram me cunctis diebus. Hæc dicit domi-
nus: Si menſurari potuerint cœli ſurſum,& inueſtigari fundamẽta terræ deorſum:& ego abijciam vni-
uerſum ſemen Iſrael propter omnia,quæ fecerunt,dicit dominus: Ecce dies veniunt,dicit dominus:&
ædificabitur ciuitas domino à turre Hananeel vſque ad portam anguli. Et exibit vltra norma menſuræ
in conſpectu eius ſuper collem Gareb:& circuibit Goatha,& omnem vallem cadauerum,& cineres,&
vniuerſam regionem mortis,vſque ad torrentẽ Cedron, & vſque ad angulum portæ equorum Orien-
talis,Sanctum domini,non euelletur,& non deſtruetur vltra in perpetuum.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXXI.

Ex cap. 18. Vulgati.

Sub Sedecia anno 1. VErbum,quod factum eſt ad Ieremiam à domino,dicens:Surge,& deſcende in domum figuli,& ibi
audies verba mea. Et deſcendi in domũ figuli,& ecce ipſe faciebat opus ſuper rotam. Et diſſipatũ
eſt vas,quod ipſe faciebat è luto manibus ſuis: conuerſuſque fecit illud vas alterum, ſicut placuerat in
oculis eius vt faceret. Et factum eſt verbum domini ad me,dicens: Numquid ſicut figulus iſte non po-
tero vobis facere,domus Iſrael,ait dominus? Ecce ſicut lutum in manu figuli,ſic vos in manu mea,do-
mus Iſrael. Repente loquar aduerſum gentem,& aduerſus regnum,vt eradicem,& deſtruam,& diſper-
dam illud. Si pœnitẽtiam egerit gens illa à malo ſuo,quod locutus ſum aduerſus eam:agam & ego pœ-
nitentiam ſuper malo,quod cogitaui vt facerem ei. Et ſubito loquar de gente,& de regno,vt ædificem
& plantẽ illud. Si fecerit malum in oculis meis,vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam ſuper
bono,quod locutus ſum vt facerem ei. Nunc ergo dic viro Iuda,& habitatoribus Ieruſalẽ,dicens:Hæc
dicit dominus: Ecce ego fingo contra vos malum,& cogito contra vos cogitationem:reuertatur vnuſ-
quiſq; à via ſua mala,& dirigite vias veſtras,& ſtudia veſtra. Qui dixerunt: Deſperauimus: poſt cogita-
tiones enim noſtras ibimus,& vnuſquiſq; prauitatẽ cordis ſui mali faciemus. Ideo hæc dicit dominus:
Interrogate gentes:quis audiuit talia horribilia,quæ fecit nimis virgo Iſrael? Nũquid deficiet de petra
agri nix Libani?aut euelli poſſunt aquæ erũpentes frigidæ,& defluentes? Quia oblitus eſt mei populus
meus,fruſtra libantes,& impingentes in viis ſuis, in ſemitis ſæculi, vt ambularent per eas in itinere nõ
trito: vt fieret terra eorum in deſolationem,& in ſibilum ſempiternum: omnis qui præterierit per
eam obſtupeſcet, & mouebit caput ſuum. Sicut ventus vrens diſpergam eos coram inimico:
dorſum, & non faciem oſtendam eis in die perditionis eorum. Et dixerunt: Venite,& cogitemus
contra

contra Ieremiam cogitationes:non enim peribit les à ſacerdote, neque conſilium à ſapiente,nec ſermo à propheta: Venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuerſos ſermones eius. Attende domine ad me,& audi vocem aduerſariorum meorum. Numquid reddetur pro bono malum,quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum,& auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij:fiant vxores eorum abſque liberis,& viduæ:& viri eas interficiantur morte: iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio. Audiat clamor de domibus eorum: adduces enim ſuper eos latronem repente, quia foderunt foueam vt caperent me,& laqueos abſconderunt pedibus meis. Tu autem domine ſcis omne conſilium eorum aduerſum me in mortem:ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur:fiant corruentes in conſpectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXXII.

Ex cap. 10. Vulgati.

AVdite verbum, quod loquutus eſt dominus ſuper vos domus Iſrael. Hæc dicit dominus: Iuxta vias Gentium nolite diſcere:& à ſignis cæli nolite metuere,quæ timent Gentes:quia leges populorum vanæ ſunt:quia lignum de ſaltu præcidit opus manus artificis in aſcia. Argento,& auro decorauit illud:clauis & malleis compegit,vt non diſſoluatur. In ſimilitudinem palmæ fabricata ſunt, & non loquentur:portata tollentur,quia incedere non valent,nolite ergo timere ea, quia nec male poſſunt facere,nec bene. Non eſt ſimilis tui domine:magnus es tu,& magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te,ô rex Gentium? tuum eſt enim decus:inter cunctos ſapientes Gentium,& in vniuerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui. Pariter inſipientes & fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorum lignum eſt. Argentum inuolutum de Tharſis affertur,& aurum de Ophaz:opus artificis,& manus ærarij:hyacinthus & purpura indumentum eorum. Opus artificum vniuerſa hæc. Dominus autem Deus verus eſt:ipſe Deus viuens,& rex ſempiternus,ab indignatione eius commouebitur terra:& non ſuſtinebunt Gentes comminationem eius. Sic ergo dicetis eis: Dij, qui cælos & terram non fecerunt pereant de terra,& de his, quæ ſub cælo ſunt. Qui facit terram in fortitudine ſua, præparat orbem in ſapientia ſua,& prudentia ſua extendit cælos. Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de theſauris ſuis. Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia, confuſus eſt artifex omnis in ſculptili: quoniam falſum eſt quod conflauit,& non eſt ſpiritus in eis. Vana ſunt, & opus riſu dignum:in tempore viſitationis ſuæ peribunt. Non eſt his ſimilis pars Iacob:qui enim formauit omnia ipſe eſt: & Iſrael virga hereditatis eius:dominus exercituum nomen illi. Congrega de terra confuſionem tuam,quæ habitas in obſidione:quia hæc dicit dominus:Ecce ego longe proiiciam habitatores terræ in hac vice: & tribulabo eos ita vt nō inueniātur. Væ mihi ſuper cōtritione mea,peſſima plaga mea. Ego autem dixi: Planè hæc infirmitas mea eſt, & portabo illam. Tabernaculum meum vaſtatum eſt, omnes funiculi mei dirupti ſunt,filij mei exierunt à me,& non ſubſiſtunt: non eſt qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas. Quia ſtulte egerunt paſtores,& dominum non quæſierunt:propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum diſperſus eſt. Vox auditionis ecce venit,& commotio magna de terra Aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda in ſolitudinem, & habitaculum draconum. Scio domine quia non eſt hominis via eius:nec viri eſt vt ambulet,vt dirigat greſſus ſuos. Corripe me domine,verumtamen in iudicio:& non in furore tuo,ne forte ad nihilum redigas me. Effunde indignationem tuam ſuper Gentes, quæ non cognouerunt te,& ſuper prouincias,quæ nomen tuum non inuocauerunt, quia comederunt Iacob,& deuorauerunt eum,& conſumpſerunt illum,& decus eius diſſipauerunt.

Sub Sedecia anno 4.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXXIII.

Ex cap. 27. Vulgati à verſu 2. vſque ad verſum 1. c. 28.

HÆc dicit dominus ad me: Fac tibi vincula,& catenas:& pones eas in collo tuo. Et mittes eas ad regem Edom, & ad regē Moab,& ad regem filiorum Ammon,& ad regem Tyri,& ad regem Sidonis:in manu nunciorum,quæ venerunt Ieruſalem ad Sedeciam regem Iuda. Et præcipies eis vt ad dominos ſuos loquantur: Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Hæc dicetis ad dominos veſtros: Ego feci terram, & homines, & iumenta, quæ ſunt ſuper faciem terræ, in fortitudine mea magna,& in brachio meo extento: & dedi eam ei,qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſerui mei: inſuper & beſtias agri dedi ei,vt ſeruiant illi. Et ſeruient ei omnes gentes,& filio eius,& filio filij eius:donec veniat tempus terræ eius & ipſius:& ſeruient ei gentes multæ,& reges magni. Gens autem & regnum, quod non ſeruierit Nabuchodonoſor regi Babylonis, & quicumque non curuauerit collum ſuum ſub iugo regis Babylonis: in gladio, & in fame, & in peſte viſitabo ſuper gentem illam, ait dominus: donec conſumam eos in manu eius. Vos ergo nolite audire prophetas veſtros, & diuinos,& ſomniatores,& augures,& maleficos,qui dicunt vobis: Non ſeruietis regi Babylonis. Quia mēdacium

Sub Sedecia anno 4.

prophetant vobis: vt longe vos faciant de terra veſtra, & eiiciant vos, & pereatis. Porro gens, quæ ſubiecerit ceruicem ſuam ſub iugo regis Babylonis, & ſeruierit ei, dimittam eam in terra ſua, dicit dominus: & colet eam, & habitabit in ea. Et ad Sedeciam regem Iuda locutus ſum ſecundum omnia verba hæc dicens: Subiicite colla veſtra ſub iugo regis Babylonis, & ſeruite ei, & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peſte ſicut locutus eſt dominus ad gentē, quæ ſeruire noluerit regi Babylonis? Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis. Non ſeruietis regi Babylonis: quia mendacium ipſi loquuntur vobis. Quia non miſi eos, ait dominus: & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter: vt eiiciant vos, & pereatis, tam vos, quam prophetæ, qui vaticinantur vobis. Et ad ſacerdotes, & ad populum iſtum locutus ſum, dicens: Hæc dicit dominus: Nolite audire verba prophetarum veſtrorum, qui prophetant vobis, dicentes: Ecce vaſa domini reuertentur de Babylone nunc cito, mendacium enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos, ſed ſeruite regi Babylonis, vt viuatis. Quare datur hæc ciuitas in ſolitudinem? Et ſi prophetæ ſunt, & eſt verbum domini in eis: occurrant domino exercituum, vt non veniant vaſa, quæ derelicta fuerant in domo domini, & in domo regis Iuda, & in Ieruſalem, in Babylonem. Quia hæc dicit dominus exercituum ad columnas, & ad mare, & ad baſes, & ad reliqua vaſorum, quæ remanſerunt in ciuitate hac: quæ non tulit Nabuchodonoſor rex Babylonis, cum transferret Iechoniam filium Ioakim regem Iuda de Ieruſalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Ieruſalem. Quia hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael ad vaſa, quæ derelicta ſunt in domo domini, & in domo regis Iuda & Ieruſalem: In babylonem transferentur, & ibi erunt vſque ad diem viſitationis ſuæ, dicit dominus, & afferri faciam ea, & reſtitui in loco iſto: Et factum eſt in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXXIIII.

Ex Cap. 48. Vulgati.

Sub Sedecia anno 2.

AD Moab hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Væ ſuper Nabo, quoniam vaſtata eſt, & confuſa: capta eſt Cariathaim: confuſa eſt fortis, & tremuit. Non eſt vltra exultatio in Moab contra Heſebon: cogitauerunt malum. Venite, & diſperdamus eam de gente, ergo ſilens conticeſces, ſequeturque te gladius. Vox clamoris de Oronaim: vaſtitas, & contritio magna. Contrita eſt Moab: annunciate clamorem paruulis eius. Per aſcenſum enim Luith plorans aſcendet in fletu: quoniam in deſcenſu Oronaim hoſtes vlulatum contritionis audierunt: Fugite, ſaluate animas veſtras: & eritis quaſi myricæ in deſerto. Pro eo enim quod habuiſti fiduciam in munitionibus tuis, & in theſauris tuis tu quoque capieris: & ibit Chamos in transmigrationem, ſacerdotes eius, & principes eius ſimul. Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla ſaluabitur: & peribunt valles, & diſſipabuntur campeſtria: quoniam dixit dominus: Date florem Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius deſertæ erunt, & inhabitabiles. Maledictus, qui facit opus domini fraudulēter: & maledictus, qui prohibet gladium ſuū à ſanguine. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fœcibus ſuis: nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in transmigrationem non abiit: idcirco permanſit guſtus eius in eo, & odor eius non eſt immutatus. Propterea ecce dies veniunt, dicit dominus: & mittam ei ordinatores, & ſtrathores laguncularum, & ſternent eum, & vaſa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. Et confundetur Moab à Chamos, ſicut confuſa eſt domus Iſrael à Bethel, in qua habebat fiduciam. Quomodo dicitis: Fortes ſumus, & viri robuſti ad præliandum? Vaſtata eſt Moab, & ciuitates illius ſuccēderunt: & electi iuuenes eius deſcenderunt in occiſionem: ait rex, dominus exercituum nomen eius. Prope eſt interitus Moab vt veniat, & malum eius velociter accurret nimis. Conſolamini eum omnes, qui eſtis in circuitu eius, & vniuerſi, qui ſcitis nomen eius, dicite: Quomodo confracta eſt virga fortis, baculus glorioſus? Deſcende de gloria, & ſede in ſiti habitatio filiæ Dibon: quoniam vaſtator Moab aſcendet ad te, diſſipabit munitiones tuas. In via ſta, & proſpice habitatio Aroer: interroga fugientem: & ei, qui euaſit, dic: Quid accidit? Confuſus eſt Moab, quoniam victus eſt: vlulate, & clamate, annunciate in Arnon, quoniam vaſtata eſt Moab. Et iudicium venit ad terram campeſtrem: ſuper Helon, & ſuper Iaſa, & ſuper Mephaat, & ſuper Dibon, & ſuper Nabo, & ſuper domum Deblathaim, & ſuper Cariathaim, & ſuper Bethgamul, & ſuper Bethmaon, & ſuper Carioth, & ſuper Boſra: & ſuper omnes ciuitates terræ Moab, quæ longe, & quæ prope ſunt. Abſciſſum eſt cornu Moab, & brachium eius contritum eſt, ait dominus. Inebriate eum, quoniam contra dominum erectus eſt: & allidet manum Moab in vomitu ſuo, & erit in deriſum etiam ipſe: fuit enim in deriſum tibi Iſrael: quaſi inter fures reperiſſes eum: propter verba ergo tua, quæ aduerſum illum locutus es, captiuus duceris. Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab: & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde: ſublimitatem eius, & arrogantiam, & ſuperbiam, & altitudinem cordis eius. Ego ſcio, ait dominus, iactantiam eius: & quod non ſit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata ſit facere. Ideo ſuper Moab eiulabo, & ad Moab vniuerſam clamabo, ad viros muri fictilis lamentantes. De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ tranſierunt mare, vſque ad mare Iazer peruenerunt: ſuper meſſem tuam, & vindemiam tuam prædo irruit. Ablata eſt lætitia & exultatio de Carmelo, & de Terra Moab, & vinum de torcularibus ſuſtuli: nequaquam calcator vuæ ſolitum celeuma cantabit. De clamore Heſebon vſque Eleale, & Iaſa, dederunt vocem ſuam: à Segor vſque ad Oronaim vitulā conternantē: aquæ quoq; ~~Nemrim peſſimæ erunt. Et auferam de Moab, ait dominus, offeren-~~

tem

quoque Nemtim peſſimæ eruut. Et auſeram de Moab, ait Duminus, offetentem iu excelſis, & ſacrificãtem dıis eius. Proprerea cor meum ad Moab quaſi tibia reſouabit: & cor meum ad viros muri fictilis dabit ſonitum tibiarum: quia plus fecit quam putuit, idcirco perierunt. Omue enim caput caluitium & omnis barba raſa erit: in cunctis manibus colligatio, & ſuper omne dorſum cilicium. Super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus, quoniam contriui Moab ſicut vas inutile, ait Dominus. Quomodo victa eſt, & vlulauerunt? quomodo deiecit ceruicem Moab, & confuſus eſt? eritque Moab in deriſum, & in exemplum omuibus in circuitu ſuo. Hæc dicit Dominus: Ecce quaſi aquila volabit, & extendet alas ſuas ad Muab. Capta eſt Carioth, & munitiones comprehenſæ ſunt: & erit cor ſortium Moab in die illa, ſicut cor mulieris parturientis. Et ceſſabit Moab eſſe populus: quoniam contra Dominum gloriatus eſt. Pauor, & ſouea, & laqueus ſuper te ô habitator Moab, dicit Dominus. Qui fugerit à facie pauoris, cadet in ſoueam: & qui conſcenderit de fouea, capietur laqueo: adducam enim ſuper Moab annum viſitationis eurum, ait Dominus. In vmbra Heſebon ſteterunt de laqueo fugientes: quia iguis egreſſus eſt de Heſebon, & flamma de medio Seon, & deuorabit partem Moab, & verticem filiorum tumulius. Væ tibi Moab, periſti popule Chamos: quia comprehenſi ſunt filij tui, & filiæ tuæ in captiuitatem. Et conuertam captiuitatem Moab in nouiſſimis diebus, ait Dominus. Hucuſque iudicia Moab.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXXV.

Ex cap. 49. à verſu. 1. ad 6. Vulgati.

AD filios Ammou: Hæc dicit Dominus. Numquid non filij ſunt Iſrael? aut heres non eſt ei? Cur igitur hereditate poſſedit Melchom, Gad: & populus eius in vrbibus eius habitauit? Ideo ecce dies veniunt, dicit Dominus: & auditum faciam ſuper Rabbath filiorum Ammou fremitum prælij, & erit in tumulum diſſipata, filiæque eius igne ſuccendentur, & poſſidebit Iſrael poſſeſſores ſuos, ait Dominus. Vlula Heſebon, quoniam vaſtata eſt Hai. clamate filiæ Rabbath, accingite vos cilicijs: plangite & circuite per ſepes: quoniam Melchom in tranſmigrationem ducetur, ſacerdotes eius, & principes eius ſimul. Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua filia delicata, quæ confidebas in theſauris tuis, & dicebas: Quis veniet ad me? Ecce ego inducam ſuper te terrorem, ait Dominus Deus exercituum, ab omnibus qui ſunt in circuitu tuo: & diſpergemini ſinguli à conſpectu veſtro, nec erit qui congreget fugientes. Et poſt hæc reuerti faciam captiuos filiorum Ammon, ait Dominus. *Sub Sedecia anno 2.*

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXXVI.

Ex cap. 49. Vulgati. à verſu 7. ad 23. 20.

AD Idumeam. Hæc dicit Dominus exercituum: Numquid non vltra eſt ſapientia in Theman? Perijt conſilium à filijs, inutilis facta eſt ſapientia eorum. Fugite & terga vertite, deſcendite in voraginem habiratores Dedan: quoniam perdirionem Eſau adduxi ſuper eum, tempus viſitarionis eius. Si vindemiatores veniſſent ſuper te, non teliquiſſent racemum: ſi fures in nocte, rapuiſſent quod ſufficeret ſibi. Ego vero diſcooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius, & celari non poterit: vaſtatum eſt ſemen eius, & fratres eius, & vicini eius, & non erit. Relinque pupillos tuos: ego faciam eos viuere: & viduæ tuæ in me ſperabunt. Quia hæc dicit Dominus: Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibeutes bibent: & tu quaſi innocens relinquêris? non eris innoceus, ſed bibens bibes. Quia per memetipſum iuraui, dicit Domiuus, quod in ſolitudinem, & in opprobrium, & in deſertum, & in maledictionem erit Boſra: & omnes ciuitates eius erunt in ſolitudines ſempiternas. Auditum audiui à Domino, & legatus ad Gentes miſſus eſt: Congregamini, & venite contra eam, & conſurgamus in prælium: Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus contemptibilem inter homines: Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis, cum exaltaueris quaſi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. Et erit Idumæa deſerta: omnis qui tranſibit per eam, ſtupebit, & ſibilabit ſuper omnes plagas eius. Sicut ſubuerſa eſt Sodoma, & Gomortha, & vicinæ eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. Ecce quaſi leo aſcẽdet de ſuperbia Iordanis ad pulchritudinem robuſtam: quia ſubito currere faciam eum ad illam: & quis erit electus, quem præponam ei? quis enim ſimilis mei? & quis ſuſtinebit me? & quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Propterea audite conſilium Domini, quod inijt de Edom: & cogitationes eius, quas cogitauit de habitatoribus Theman: Si non deiecerint eos paruuli gregis, niſi diſſipauerint cum eis habitaculum eorum. A voce ruinæ eorum commota eſt terra: clamor in Mari rubro auditus eſt vocis eius. Ecce quaſi aquila aſcendet, & auolabit: & expandet alas ſuas ſuper Boſram: & erit cor fortium Idumææ in die illa quaſi cor mulieris parturientis. *Sub Sedecia anno 1.*

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXXVII.

Ex cap. 49. Vulgati à verſu 23. vſque ad finem.

Sub Sedecia anno. 2.

AD Damaſcum: Confuſa eſt Emath, & Arphad: quia auditum peſſimum audierunt, turbati ſuut in mari: præ ſolicitudine quieſcere nõ potuit. Diſſoluta eſt Damaſcus, verſa eſt in fugam, tremor apprebendit eam: anguſtia & dolores tenuerunt eam quaſi parturientem. Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem, vrbem lætitiæ: Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri prælij conticeſcent iu die illa, ait dominus exercituum. Et ſuccendam ignem in muru Damaſci, & deuorabit mœnia Benadab. Ad Cedar, & ad ragna Aſor, quæ percuſſit Nabuchodouoſor rex Babylouis. Hæc dicit dominus: Surgite. & aſcendite ad Cedar, & vaſtate filios Orientis. Tabernacula eorum, & greges eorum capient: pelles eorum, & omnia vaſa eorum, & camelos eorum tollent ſibi: & vocabunt ſuper eos formidinem in circuitu. Fugite, abite vebemeoter, in voraginibus ſedete, qui habitatis Aſot, ait dominus: iniit enim contra vos Nabuchodonoſor rex Babyloois conſilium, & cogitauit aduerſum vos cogitationes. Conſurgite, & aſcendite ad gentem quietam, & habitantem coofidenter, ait dominus, non oſtia, nec vectes eis ſoli habitant. Et erunt Cameli corum in direptionem, & multitudo iumentorum io prædam: & diſpergam eos in omnem veutum, qui ſunt attonſi in comam: & ex omnis confinio eorum adducam interitum ſuper eos, ait dominus. Et erit Aſor in habitaculum Draconum, deſerta vſque in æternum: non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis. Quod factum eſt verbum domini ad Ieremiam prophetam aduerſus Ælam in principio regni Sedeciæ regis Iuda, dicens: Hæc dicit dominus exercituum. Ecce ego confringam arcum Ælam, & ſummam fortitudinem eorum. Et inducam ſuper Ælam quatuor ventus à quatuor plagis cœli: & ventilabo eos in omnes ventos iſtos: & non erit gens, ad quam uon perueniant profugi Ælam. Et pauere faciam Ælam coram iuimicis ſuis, & in conſpectu quærentium animam eorum: & adducam ſuper eos malum, iram furoris mei, dicit dominus: & mittam poſt eos gladium donec couſumam eos. Et ponam ſolium meum in Ælam, & perdam inde reges & principes, ait duminus. In nuuiſſimis autem diebus reuerti faciam captiuos Ælam, dicit dominus.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXXVIII.

Ex cap. 19. Vulgati.

Sub Sedecia anno. 4.

HÆc dicit dominus: Vade, & accipe laguunculam figuli teſteam à ſenioribus populi, & à ſenioribus ſacerdotum: Et egredere ad vallem filij Ennom, quæ eſt iuxta introitum portæ fictilis: & prædicabis ibi verba, quæ ego loquar ad te. Et dices: Audite verbum domini reges Iuda, & habitatores Ieruſalem: Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego iuducam afflictionem ſuper locum iſtũ, ita vt omnis, qui audierit illam, tinniant aures eius: Eo quod dereliquerint me, & alienum fecerint locum iſtum: & libauerunt in eo diis alienis, quos neſcieruut ipſi, & patres eorum, & reges Iuda: & repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum. Et ædificauerunt excelſa Baalim ad comburendos filios ſuos ignis in holocauſtum Baalim: quæ non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt io cor meum. Propterea ecce dies veuiunt, dicit dominus, & non vocabitur amplius locus iſte, Topheth, & Vallis filij Eunom: Sed Vallis occiſionis. Et diſſipabo conſilium Iuda & Ieruſalem in loco iſto: & ſubuertam eos gladio iu conſpectu inimicorum ſuorum: & in manu quærentium animas eorũ: & dabo cadauera eorum eſcam volatilibus cæli, & beſtiis terræ. Et ponam ciuitatem hanc in ſtuporem, & in ſibilum: omnis, qui præterierit per eam, obſtupeſcet, & ſibilabit ſuper vuiuerſa plaga eius. Et cibabo eos carnibus filiorum ſuorum, & carnibus filiarum ſuarum: & vnuſquiſque carnem amici ſui cumedet in obſidione, & in anguſtia, in qua coucludent eos inimici eorum, & qui quærunt animas eorum. Et conteres laguunculam in oculis virorum, qui ibunt tecum. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum Sic conteram populum iſtum & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur vas figuli, quod uon poteſt vltra inſtaurari: & in Topheth, ſepelientur, eo quòd non ſit alius locus ad ſepeliendum. Sic faciam loco huic, ait dominus, & habitatoribus eius: & ponã ciuitatem iſtam ſicut Topheth. Et erunt domus Ieruſalem, & domus regum Iuda ſicut locus Topheth, immundæ: omues domus, in quarum domatibus ſacrificauerunt omni malitiæ cæli, & libauerunt libamina diis alienis. Venit autem Ieremias de Topbeth, quo miſerat eum domiuus ad prophetandum, & ſtetit in atrio domus dumini, & dixit ad omuem populum: Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael. Ecce ego inducam ſuper ciuitatem hanc, & ſuper omues vrbes eius vniuerſa mala, quæ locutus ſum aduerſum eam: quoniam indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audirent ſermoues meos.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XXXIX.

Ex cap. 20. Vulgat.

Sub Sedecia anno 4.

ET audiuit Phaſur filius Emmer ſacerdos, qui conſtitutus erat princeps in domo domini, Ieremiam prophetantem ſermones iſtos. Et percuſſit Phaſur Ieremiam prophetam, & miſit eum in neruum, quod erat in porta Beniamin ſuperiori, in domo domini. Cumque illuxiſſet in craſtinum, eduxit Phaſur Ieremiam de neruo. Et dixit ad eum Ieremias. Non Phaſur vocauit dominus nomen tuum, ſed pauorem vndique. Quia hæc dicit domiuus: Ecce ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos; & corruent gladium inimicorum ſuorum, & oculi tui videbunt: & omuem Iudam dabo in manum regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio. Et dabo yniuerſam ſubſtantiam ciuitatis huius, & omuem laborem eius, omneqoe pretium, & cunctos theſauros regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem. Tu autem Phaſur, & omues habitatotes domus tuæ ibitis in captiuitatem: & in Babylouem venies, & ibi morieris, ibiquo ſepelieris tu, & omues amici tui, quibus prophetaſti mendacium. Seduxiſti me domine, & ſeductus ſum: fortior me fuiſti, & inuoluiſti: factum ſum in deriſum tota die, omnes ſubſannant me. Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vaſtitatem clamito: & factus eſt mihi ſermo domini in opprobrium, & in deriſum tota die. Et dixi: Noo recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius: & factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſibus: & defeci, ferre non ſuſtinens. Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu: Perſequimini, & perſequamur eum: ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, & cuſtodientes latus meum: ſi quomodo decipiatur, & præualeamus aduerſum eum, & conſequamur vltiouem ex eo. Dominus autem mecum eſt quaſi bellator fortis: idcirco qui perſequuntur me, cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer, quia non intellexerũt opprobrium ſempiternum, quod numquam delebitur. Et tu domine exercituum probator iuſti, qui vides renes & cor: videam quæſo vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meam. Cantate domino, laudate dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorum. Maledicta dies, in qua natus ſum: dies, in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. Maledictus vir, qui annuntiauit patri meo, dicens: Natus eſt tibi puer maſculus: & quaſi gaudio lætificauit eum. Sit homo ille vt ſunt ciuitates, quas ſubuertit domiuus, & non pœnituit eum: audiat clamorem mane, & vlulatum in tempore meridiano: qui nou me interfecit à volua, vt fieret mihi mater mea ſepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. Quare de vulua egreſſus ſum, vt viderem laborem & dolorem, & conſumerentur in confuſione dies mei.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XL.

Ex cap. 50. Vulgati.

Sub Sedecia anno 4.

VErbum, quod locutus eſt dominus de Babylone, & de terra Chaldæorum in manu Ieremiæ prophetæ annunciate in Gentibus, & auditum facite: leuate ſignum, prædicate, & nolite celare: dicite: Capta eſt Babylon: confuſus eſt Bel, victus eſt Merodach, confuſa ſunt ſculptilia eius, ſuperata ſunt idola eorum. Quoniam aſcendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram eius in ſolitudinem & non erit qui habitet in ea ab homine vſque ad pecus: & moti ſunt, & abierũt. In diebus illis, & in tẽpore illo, ait dominus: venient filij Iſrael ipſi, & filij Iuda ſimul: ambulãtes & flẽtes properabũt, & dominũ Deum ſuũ quærent. In Sion interrogabunt viam, huc facies eorũ. Venient & apponentur ad dominum fœdere ſempiterno, quod nulla obliuione delebitur. Grex perditus factus eſt populus meus: paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntque vagati in montibus: de monte in collem tranſierũt, obliti ſunt cubilis ſui. Omnes, qui inuenerunt, comederunt eos: & hoſtes eorum dixerunt: Non peccauimus pro eo quòd peccauerunt domino decori iuſtitiæ, & expectationi patrum eorum domino. Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini: & eſtote quaſi hœdi ante gregem. Qooniam ecce ego ſuſcito, & adducam in Babylonem congregationem Gentium magnarum de terra Aquilonis: & præparabuot aduerſus eam, & inde capietur: ſagitta eius quaſi viri fortis interfectoris, noo reuertetur vacua. Et erit Chaldæa in prædam: omnes vaſtantes eam replebuntur, ait dominus. Quoniam exultatis, & magna loquimini, diripientes hereditatem meam: quoniam effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam, & mugiſtis ſicut tauri. Confuſa eſt mater veſtra nimis, & adæquata pulueri, quæ genuit vos: ecce nouiſſima erit in Gentibus, deſerta, inuia, & arens. Ab ira domini nou habitabitur, ſed redigetur tota in ſolitudioem: omuis, qui tranſibit per Babylonem, ſtupebit, & ſibilabit ſuper vniuerſis plagis eius. Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui tenditis arcum, debellate eam, non parcatis iaculis: quia domino peccauit. Clamate aduerſus eam, vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius, deſtructi ſunt muri eius, quoniam vltio domini eſt: vltionem accipite de ea, ſicut fecit, facite ei. Diſperdite ſatorem de Babylune, & tenentem falcem in tempore meſſis: à facie gladij columbæ vnuſquiſque ad populũ ſuum conuertetur, & ſingoli ad terram ſuam fugiẽt. Grex diſperſus Iſrael, leones eiecerũt eum: primus comedit eũ rex Aſur: iſte nouiſſimus exoſſauit eum

Nabuchodonoſor rex Babylonis. Propterea hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego viſitabo regem Babylonis, & terram eius, ſicut viſitauit regem Aſſur: & reducam Iſrael ad habitaculum ſuum: & paſcetur Carmelum, & Baſan, & in monte Ephraim, & Galaad ſaturabitur anima eius. In diebus illis, & in tempore illo, ait dominus: quæretur iniquitas Iſrael, & non erit: & peccatum Iuda, & non inuenietur: quoniam propitius ero eis, quos reliquero. Super terram dominantium aſcende, & ſuper habitatores eius viſita, diſſipa, & interfice quæ poſt eos ſunt, ait dominus: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. Vox belli in terra, & contritio magna. Quomodo confractus eſt, & contritus malleus vniuerſæ terræ? quomodo verſa eſt in deſertum Babylon in Gentibus? Illaqueaui te, & capta es Babylon, & neſciebas: inuenta es & apprehenſa: quoniam dominum prouocaſti. Aperuit dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ: quoniam opus eſt domino Deo exercituum in terra Chaldæorum. Venite ad eam ab extremis finibus, aperite vt exeant qui conculcent eam: tollite de via lapides, & dirigite in aceruos, & interficite eam: nec ſit quidquam reliquum. Diſſipate vniuerſos fortes eius, deſcẽdant in occiſionem: Væ eis, quia venit dies eorum, tempus viſitationis eorum. Vox fugientium, & eorum, qui euaſerunt de terra Babylonis, vt annuncient in Sion vltionem domini Dei noſtri, vltionem templi eius. Annunciate in Babylonem plurimis omnibus, qui tendunt arcum: conſiſtite aduerſus eum per gyrum, & nullus euadat: reddite ei ſecundum opus ſuum: iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia contra dominum erecta eſt, aduerſum ſanctum Iſrael. Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri bellatores eius conticeſcent in die illa, ait dominus. Ecce ego ad te ſuperbe, dicit dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus, tempus viſitationis tuæ. Et cadet ſuperbus, & corruet, & non erit qui ſuſcitet eum: & ſuccendam ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnis in circuitu eius. Hæc dicit dominus exercituum: Calumniam ſuſtinent filij Iſrael, & filij Iuda ſimul: omnes, qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos. Redemptor eorum fortis, dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet cauſam eorum, vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis. Gladius ad Chaldæos, ait dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes, & ad ſapientes eius. Gladius ad diuinos eius, qui ſtulti erunt: Gladius ad fortes illius, qui timebunt. Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus, quod eſt in medio eius: & erunt quaſi mulieres: gladius ad theſauros eius, qui diripientur. Siccitas ſuper aquas eius erit, & areſcent: quia terra ſculptilium eſt, & in portentis gloriantur: propterea habitabunt dracones cum faunis ficariis: & habitabunt in ea ſtruthiones: & non inhabitabitur vltra vſque in ſempiternum, nec extruetur vſque ad generationem, & generationem. Sicut ſubuertit dominus Sodomam, & Gomorrham, & vicinas eius, ait dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, & reges multi conſurgent à finibus terræ. Arcum & ſcutum apprehendent: crudeles ſunt & immiſericordes: vox eorum quaſi mare ſonabit, & ſuper equos aſcendent: ſicut vir paratus ad prælium contra te filia Babylon. Audiuit rex Babylonis famam eorum, & diſſolutæ ſunt manus eius: anguſtia apprehendit eum, dolor quaſi parturientem. Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis ad pulchritudinem robuſtam: quia ſubito currere faciam eum ad illam: & quis erit electus, quem præponam ei? quis eſt enim ſimilis mei? & quis ſuſtinebit me? & quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Propterea audite conſilium domini, quod mente concepit aduerſum Babylonem: & cogitationes, quas cogitauit ſuper terram Chaldæorum: Niſi detraxerint eos paruuli gregum, niſi diſſipatum fuerit cum ipſis habitaculum eorum. A voce captiuitatis Babylonis commota eſt terra, & clamor inter Gentes auditus eſt.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XLI.

Ex cap. 51. Vulgati.

Sub Sedecia anno 4.

HÆc dicit dominus: Ecce ego ſuſcitabo ſuper Babylonem & ſuper habitatores eius, qui cor ſuum leuauerunt contra me, quaſi ventum peſtilentem. Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam & demolientur terram eius: quoniam venerunt ſuper eam vndique in die afflictionis eius. Non tendat qui tendit arcum ſuum, & non aſcendat loricatus, nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem militiam eius. Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & vulnerati in regionibus eius. Quoniam non fuit viduatus Iſrael & Iuda à Deo ſuo domino exercituum: terra autem eorum repleta eſt delicto à ſancto Iſrael. Fugite de medio Babylonis, & ſaluet vnuſquiſque animam ſuam: nolite tacere ſuper iniquitatem eius: quoniam tempus vltionis eſt à domino, viciſſitudinem ipſe retribuet ei. Calix aureus Babylon in manu domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt Gentes, & ideo commotæ ſunt. Subito cecidit Babylon, & contrita eſt: vlulate ſuper eam, tollite reſinam ad dolorem eius, ſi forte ſanetur. Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus eam, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam: quoniam peruenit vſque ad cælos iudicium eius, & eleuatum eſt vſque ad nubes. Protulit dominus iuſtitias noſtras: venite, & narremus in Sion opus domini Dei noſtri. Acuite ſagittas, implete pharetras: ſuſcitauit dominus ſpiritum regum Medorum: & contra Babylonem mens eius eſt vt perdat eam, quoniam vltio domini eſt, vltio templi ſui. Super muros Babylonis leuate ſignũ, augete cuſtodiã: leuate cuſtodes, præparate inſidias: quia cogitauit dominus, & fecit quæcũque locutus eſt cõtra habitatores Babylonis: quæ habitas ſuper aquas multas, locuples in theſauris: venit finis tuus pedalis præciſionis tuæ. Iurauit dñs exercituũ per animã ſuã: quoniam replebo te hominibus quaſi brucho, & ſuper te celeuſma cãtabitur. Qui fecit terrã in fortitudine ſua, præparauit orbẽ in ſapientia ſua, & prudẽtia ſua extendit cælos. Dante eo vocẽ, multiplicantur aquæ in cælo: qui le-

uat oubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit: & produxit ventũ de theſauris ſuis. Stultus factus eſt omnis bomo à ſcientia: confuſus eſt omnis conflaror in ſculptili, quia mendax eſt conflatio eorum, nec eſt ſpiritus in eis. Vana ſunt opera, & riſu digna, io tempore viſitationis ſuæ peribunt. Non ſicut hæc pars Iacob: quia qui fecit omnia ipſe eſt, & Iſrael ſceptrum hereditatis eius: Dominos exercituòm nomen eius. Collidis tu mihi vaſa belli, & ego collidam in te Geotes, & diſperdam io te regna: & collidam in te equum, & equitem eius: & collidam in te currum, & aſcenſorem eius: & collidam in te virum & mulierem: & collidam in te ſenem & poerum: & collidam in te iuueoem & virginem: & collidam in te paſtorem & gregem eius: & collidam in te agricolam & iogales eius: & collidam in te duces & magiſtratus. Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldææ omne malum ſuum, quod feterunt in Sion, in ocolis veſtris, ait Dominus. Ecce ego ad te mons peſtifer, ait Dominos, qui corrumpis vniuerſam terram: & extendam manum meam ſuper te, & euoluam te de petris, & dabo te in montem combuſtionis. Et non tollent de te lapidem in angulom, & lapidem in fondamenta, ſed perditus in æternum eris, ait Dominus. Leuare ſignum in terra: clangite buccina in Gentibus, ſanctificate ſuper eam Gentes: annunciate contra illam tegibos Ararat, Menni, & Aſcenez: numerate contra eam Taphſar, addocite eqoum quaſi bruchum aculeatum. Sanctificate cootra eam Gentes, reges Mediæ, duces eius, & vnioerſos magiſtratus cius, cunctamqoe terram poteſtaris eius. Et commouebitur terra, & conturbabitur: quia euigilabit contra Babylonem cogitatio Domini vt ponat tertam Babylonis deſertam & inbabitabilem. Ceſſauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerunt in præſidijs: deuoratum eſt robor eorũ, & facti ſunt qoaſi mulieres: incenſa ſunt tabernacola eios: contriti ſunt vectes eios. Currens obuiam correnti venier: & nuncius obuius noncianti: vt annunciet regi Babylonis qoia capta eſt cioitas eius à ſumnio vſque ad ſummum: & vada præoccupata ſunt, & paludes inſenſæ ſunt igni, & viri bellatores conturbati ſunt. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: filia Babylonis quaſi area, tempos tritoræ eius: adhuc modicum, & veniet tempus meſſionis eius. Comedit me, deuorauit me Nabuchodooſor rex Babylonis: reddidit me qoaſi vas inane, abſorbuit me quaſi draco, replenit ventrem ſoom teneritudioe mea, & eiecit me. Iniquitas aduerſum me, & caro mea ſoper Babylonem, dicit habitatio Sion: & ſanguis meus ſuper habitatores Chaldææ, dicit Ieruſalem. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego iodicabo cauſam tuam, & vlciſcar vltionem tuam, & deſertum faciam mare eius, & ſiccabo venam eius. Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, ſtupor, & ſibilus, eo quòd non ſit habitator. Simul vt Leones rugient, excutient comas veloti catuli Leoonm. In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, vt ſopiantur, & dormiant ſomnum ſempiternum, & noo conſurgant, dicit Dominus. Deducam eos quaſi agnos ad victimam, & quaſi arietes cum hœdis. Quomodo capta eſt Seſach, & comprehenſa eſt inclyta vniuerſæ terræ? quomodo facta eſt in ſtuporem Babylon inter Gentes? Aſcendit ſoper Babylonem mare, multitodine fluctoom eios operta eſt. Factæ ſunt ciuitates eios in ſtuporem, terra inbabitabilis & deſerta, terra in qua oullus habitet, nec tranſeat per eam filius hominis. Et viſitabo ſuper Bel in Babylooe, & eijciam quod abſorbuerat de ore eios, & non confluent ad eum vltra Gentes, ſiquidem & motus Babylonis corruet. Egredimini de medio eius populus meus: vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam ab ira furoris Domini. Et oe forte molleſcat cor veſtrum, & timeatis auditom, qui audietur in terra: & veniet in anno aoditio, & poſt honc annom aoditio, & iniquitas in terra, & dominator ſuper dominatorem. Propterea ecce dies veniunt, & viſitabo ſuper ſculptilia Babylonis: & omnis terra eius confuodetur, & vniuerſi interfecti eius cadent in medio eius. Et laodabunt ſuper Babylonem cœli & terra, & omoia quæ in eis ſunt: quia ab Aquilone venient ei prædones, ait Dominus. Et quomodo fecit Babylon vt caderent occiſi in Iſrael: ſic de Babylone cadent occiſi in vniuerſa terra. Qui fugiſtis gladium, venite, oolite ſtare: recordamini procul Domini, & Ieruſalem aſceodat ſuper cor veſtrum. Coofuſi ſumos, qooniam audiuimus opprobrium: operuit ignominia facies noſtras: quia veneront alieni ſuper ſanctificatiooem domus Domini. Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus: & viſitabo ſuper ſculptilia eius, & in omni terra eius mugiet vulneratos. Si aſcenderit Babylon in cœlum, & firmaoerit in excelſo robur ſuum: à me venient vaſtatores eios, ait Dominus. Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum: qooniam vaſtauit Dominus Babylooem, & perdidit ex ea vocem magnam: & ſonabont fluctus eorom quaſi aquæ multæ: dedit ſonitum vox eorum: Qoia venit ſuper eam, id eſt ſuper Babylonem prædo, & apprehenſi ſunt fortes eius, & emarcuit arcus eorum, quia fortis vltor Dominos reddens retribuet. Et inebriabo principes eius, & ſapieotes eius, & duces eius, & magiſtrātus eius, & fortes eius; & dormiant ſomnum ſempiternum, & non expergiſcentor, ait rex, Dominus exercituum nomen eius. Hæc dicit Dominus exercituum: Murus Babylonis ille latiſſimus ſuffoſſione ſuffodietur, & portæ eius excelſæ igni comburentur, & labores populorum ad nihilom, & gentium in ignem erunt, & diſperibunt. Verbum, quod præcepit Ieremias propheta, Saraiæ filio Neriæ filij Maaſiæ cum pergeret cum Sedecia rege in Babylonem, in anno quarto regni eius. Saraias autē erat princeps propheriæ. Et ſcripſit Ieremias omne malum, qood venturum erat ſoper Babylonem in libro vno: omnia verba hæc, qoæ ſcripta ſunt contra Babylonem. Et dixit Ieremias ad Saraiam: Cum veneris in Babylonem, & videris, & legeris omoia verba hæc dices: Domine to locotus es contra locum iſtom vt diſperderes eum: ne ſit qui in eo habitet ab homine vſque ad pecus, & vt ſit perpetua ſolitudo. Cumque compleueris legere librom iſtum, ligabis ad eum lapidem, & proijcies illom in medium Eophraten: & dices: Sic ſubmergetur Babylon, & non conſurget à facie afflictionis, quam ego adduco ſuper eam, & diſſoluetur. Hucuſqoe verba Ieremiæ.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XLII.

Ex cap. 28. Vulgati.

Sub Sedecia anno 4. ET factum eſt in anno illo, in pincipio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in menſe quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon, in domo Domini coram ſacerdotibus & omni populo, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Coortiui iugum regis Babylonis. Adhuc doo anni dierum, & ego referri faciam ad locum iſtum omnia vaſa domus Domini, quæ tulit Nabuchodonoſor rex Babylonis de loco iſto, & tranſtulit ea in Babylonem. Et Iechooiam filium Ioakin regem Iuda, & omoem tranſmigrationem Iuda, qui ingreſſi ſuut in Babylooem, ego conoertam ad locum iſtum, ait Dominus: cooteram enim iugum regis Babylonis. Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam in oculis ſacerdotum, & io oculis omnis populi, qui ſtabat in domo Domioi. Et ait Ieremias propheta: Amen, ſic faciat Dominus: ſuſcitet Dominus verba tua, quæ propheraſti: vt referantur vaſa in domum Domini, & omnis tranſmigratio de Babylone ad locum iſtum. Veruntamen audi verbum hoe, quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus voioerſi populi: Prophetæ qoi fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerunt ſuper terras multas, & ſuper regna magna de prælio, & de afflictione, & de fame. Propheta, qui vaticinatus eſt pacem: cum venerit verbum eius, ſcietur propheta, quem miſit Dominus in veritate. Et tulit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, & confregit eam. Et ait Hananias in conſpectu omnis populi, dicens: Hæc dicit Dominus: Sic confriogam iugum Nabuchodonoſor regis Babylonis poſt duos anoos dierum de collo omoium gentium. Et abijt Ieremias propheta in viam ſuam. Et factum eſt verbom Domini ad Ieremiam, poſtquam coofregit Hananias prophera catenam de collo Ieremiæ prophetæ, dicens: Vade, & dices Hananiæ: Hæc dicit Dominus: Catenas ligoeas cootriuiſti: & facies pro eis catenas ferreas. Quia hæc dicit Domious exercituum Deus Iſrael: Iogum ferreum poſui ſuper collum cunctarum Gentium iſtarum, vt ſeruiant Nabuchodonoſor regi Babylonis, & ſeruient ei: inſuper & beſtias terræ dedi ei. Et dixit Ieremias propheta ad Hanaoiam prophetam: Audi Hanania: oon miſit te Dominus, & tu confidere feciſti popolum iſtum in mendacio. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris: aduerſum enim Dominum locutus es. Et mortuus eſt Hananias propheta in anno illo, menſe ſeptimo.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XLIII.

Ex cap. 13. Vulgati. à verſu 18.

Sub Sedecia anno 8. DIc regi, & dominatrici: Humiliamini, ſedete: quoniam deſcendit de capite veſtro corona gloriæ veſtræ. Ciuitates Auſtri clauſæ ſunt, & non eſt qui aperiat: tranſlata eſt omnis Iuda tranſmigratiooe perfecta. Leuate oculos veſtros, & videte qui venitis ab Aquilone: vbi eſt grex, qui datus eſt tibi pecus inclytum tuum? Quid dices cum viſitauerit te? tu enim docuiſti eos aduerſum te, & erudiſti in caput tuum: oumquid noo dolores apprehendent te, quaſi mulierem parturientem? Quod ſi dixeris in corde tuo: Quare venerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata ſunt verecundiora tua, pollutæ ſunt plantæ tuæ. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſoam, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Et diſſeminabo eos quaſi ſtipulam, quæ vento raptatur in deſerto. Hæc ſors tua, parſque menſuræ tuæ à me, dicit Domious, qoia oblita eſt mei, & confiſa eſt in mendacio. Vnde & ego oudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hionitus tuos ſcelus fornicatioois tuæ: ſuper colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ieruſalem, non mundaberis poſt me: vſquequo adhuc.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XLIIII.

Ex cap. 34. Vulgati.

Sub Sedecia anno 8. VErbum, quod factũ eſt ad Ieremiã à Domino, quando Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vnioerſaque regna terræ, quæ erant ſub poteſtate manus eius & omnes populi bellabant contra Ieruſalem, & contra omnes vrbes eius, dicens: Hæc dicit dominns Deus Iſrael: Vade & loquere ad Sedeciam regem Iuda: & dices ad eum: Hæc dicit dominus: Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & ſuccendeot eam igni. Et tu non effugies de manu eius: ſed compre-

hensſion

henſione capieris,& in manu eius traderis:&oculi tui oculos regis Babylonis videbunt,& os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem introibis. Attamen audi verbum domini Sedecia rex Iuda: Hæc dicit dominus ad te: Non morieris in gladio,ſed in pace morieris,& ſecundum combuſtiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te, ſic comburent te:&væ domine, plangent te: quia verbum ego locutus ſum,dicit dominus. Et locutus eſt Ieremias propheta ad Sedeciam regem Iuda vniuerſa verba hæc in Ieruſalem. Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ieruſalem, & contra omnes ciuitates Iuda,quæ reliquæ erãt cõtra Lachis,& cõtra Azecha: hæ enim ſupererãt de ciuitatibus Inda, vrbes munitæ. Verbum,quod factum eſt ad Ieremiam à domino, poſtquã percuſſit rex Sedecias fœdus cum omni populo io Ieruſalem, prædicans: vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum,& vnuſquiſque ancillam ſuam. Hebræũ & Hebræã liberos:& nequaquã dominarẽtur eis, id eſt in Iudæo & fratre ſuo. Audierũt ergo omnes principes & vniuerſus populus, qui inierant pactũ vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuũ, & vnuſquiſque ancillam ſuam liberos,& vltra non dominarentur eis: audierunt igitur, & dimiſerunt & conuerſi ſunt deinceps:&retraxerunt ſeruos & ancillas ſuas, quos dimiſerant liberos,& ſubiugaverunt in famulos & famulas. Et factũ eſt verbum domini ad Ieremiam à domino dicens: Hæc dicit dominus Deus Iſrael: Ego percuſſi fœdus cum patribus veſtris in die, qua eduxi eos de terra Ægypti de domo ſeruitutis, dicens: Cnm completi fuerint ſeptem anni, dimittat vnuſquiſque fratrem ſuum Hebræũ, qui venditus eſt ei,& ſeruiet tibi ſex annis:& dimites eum à te liberum: & non audierunt patres veſtri me, nec inclinauerunt aurem ſuam. Et conuerſi eſtis vos hodie, & feciſtis quod rectum eſt in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnuſquiſque ad amicum ſuum:& in iſtis pactum in conſpectu meo in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum ſuper eam. Et reuerſi eſtis, & cõmaculaſtis nomen meũ:& reduxiſtis vnuſquiſque ſeruũ ſuũ,& vnuſquiſque ancillã ſuam, quos dimiſeratis vt eſſent liberi &ſuæ poteſtatis:& ſubiugaſtis eos vt ſint vobis ſerui & ancillæ. Propterea hæc dicit dñs: Vos non audiſtis me, vt prædicaretis libertatẽ vnuſquiſq; fratri ſuo &vnuſquiſq, amico ſuo: Ecce ego prædico vobis libertatem, ait dominus ad gladium, ad peſtem,& ad famem:& dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ. Et dabo viros, quæ præuaricantur fœdus meum,&non obſeruauerũt verba fœderis, quibus aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes,& tranſierunt inter diuiſiones eius: Principes Iuda & principes Ieruſalẽ, Eunuchi & ſacerdotes, & omnis populus terræ, qui trãſierunt inter diuiſiones vituli: Et dabo eos in manus inimicorum ſuorum, & in manus quærentiũ animam eorum: & erit morticinum eorum in eſcam volatilibus cæli,& beſtiis terræ. Et Sedeciam regem Iuda,& principes eius dabo in manus inimicorum ſuorum,& in manus quærentium animas eorum,& in manus exercituum regis Babylonis, qui receſſerunt à vobis. Ecce ego præcipio, dicit dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduerſus eam,& capient eam, & incendent igni: & ciuitates Iuda dabo in ſolitudinem, eo quòd non ſit habitator.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XLV.

Ex cap.22. à verſ.1 ad 9. Vulgati.

HÆc dicit dominus: Deſcende in domum regis Iuda,& loqueris ibi verbum hoc, & dices. Audi verbum domini rex Iuda, qui ſedes ſuper ſolium Dauid: tu & ſerui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas iſtas. Hæc dicit dominus: facite iudicium & iuſtitiam,& liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris:& aduenam,&pupillum,&viduam nolite contriſtare, neque opprimatis inique, & ſanguinem innocentem ne effundatis in loco iſto. Si enim facientes feceritis verbũ iſtud ingredientur per portas domus huius reges ſedentes de genere Dauid ſuper thronum eius,&aſcendentes currus & equos, ipſi & ſerui,& populus eorum. Quod ſi non audieritis verba hæc: in memetipſo iuraui, dicit dominus, quia in ſolitudinem erit domus hæc. Quia hæc dicit dominus ſuper domum regis Iuda: Galaad tu mihi caput libani: Si non poſuero te ſolitudinem, vrbes inhabitabiles. Et ſanctificabo ſuper te interficientem virum & arma eius:& ſuccident electas cedros tuas,& præcipitabunt in ignem. Et pertranſibunt gentes multæ per ciuitatem hanc:& dicet vnuſquiſque proximo ſuo: Quare fecit dominus ſic ciuitati huic grandi? Et reſpondebunt: Eo quod dereliquerint pactum domini ſui, & adorauerint deos alienos, & ſeruierint eis.

Sub Sedecia anno. 5.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XLVI.

Ex cap.47 Vulgati.

QVod factum eſt verbum domini ad Ieremiam prophetam contra Palæſtinos, antequam percuteret Pharao Gazam: Hæc dicit dominus: ecce aquæ aſcendunt ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans,& operient terram,& plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius: clamabunt homines,& vlulabunt omnes habitatores terræ à ſtrepitu pompæ armorum,& bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non reſpexerunt patres filios manibus diſſolutis pro aduentu diei, in quo vaſtabuntur omnes Philiſthijm,& diſſipabitur Tyrus,& Sidon cum omnibus reliquis auxiliis ſuis: depopulatus eſt enim dominus Palæſtinos, reliquias inſulæ Cappadociæ. Venit caluitium ſuper Gazam: conticuit Aſcalon,& reliquiæ vallis earum, vſquequo conſideris? O mucro domini vſquequo nõ quieſces? Ingredere in vaginã tuam, refrigerare,& ſile. Quomodo quieſcet cum dominus præceperit ei aduerſus Aſcalonem,& aduerſus maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?

Sub Sedecia anno 9.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XLVII.

Ex cap. 37. Vulgati.

Sub Sedecia anno 9. ET regnauit rex Sedecias filius Ioſiæ pro Iechonia filio Ioakim: quem conſtituit regem Nabuchodonoſor rex Babylonis in terra Iuda: & non obediuit ipſe, & ſerui eius, & populus terræ verbis Domini, quæ locutus eſt in mano Ieremiæ prophetæ. Et miſit rex Sedecias Iochal filium Selemiæ, & Sophooiam filiom Maaſiæ ſacerdotem ad Ieremiam propbetam, dicens: Ora pro nobis Dominum Deom noſtrum. Ieremias aotem libere ambulabat in medio populi: non enim miſerant eum in cuſtodiã carceris. Igitur exercitus Pharaonis egreſſus eſt de Ægypto: & audientes Chaldæi, qui obſidebãt Ieruſalẽ, huiuſcemodi nontium, receſſerunt ab Ieruſalẽ. Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam prophetã, dicens: Hæc dicit Dominos Deus Iſrael: Sic dicetis regi Iuda, qui miſit vos ad me interrogandum: ecce exercitus Pharaonis, qui egreſſus eſt vobis in auxilium, reuertetur in terram ſuam in Ægyptum, & redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatem haoc: & capient eam, & ſuccendent eam igni. Hæc dicit Dominus: Nolite decipere animas veſtras, dicentes: euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi, quia non abibunt. Sed & ſi percuſſeritis omnem exercitum Chaldæorum, qui præliantor aduerſum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: ſinguli de tentorio ſuo conſurgent, & incendent ciuitatem hanc igni. Ergo cum receſſiſſet exercitus Chaldæorum ab Ieruſalẽ propter exercitum Pharaonis, egreſſus eſt Ieremias de Ieruſalem vt iret in terrã Beniamin, & diuideret ibi poſſeſſionem in conſpectu ciuium. Cumque perueniſſet ad portam Beniamin, erat ibi cuſtos portæ per vices, nomine Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ, & apprehendit Ieremiam prophetam, dicens: Ad Chaldæos profugis. Et reſpondit Ieremias: falſum eſt, non fugio ad Chaldæos. Et non audiuit eum: ſed comprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes. Quam ob rem irati principes contra Ieremiam, cæſum eom miſerunt in carcerem, qui erat io domo Ionathan ſcribæ, ipſe enim præpoſitus erat ſuper carcerem. Itaque ingreſſus eſt Ieremias in domum laci & in ergaſtulom: & ſedit ibi Ieremias diebus multis. Mittens aotem Sedecias rex tulit eum: & interrogauit eum in domo ſua abſconditè, & dixit: Putaſne eſt ſermo à Domino? & dixit Ieremias: eſt. Et ait: In manus regis Babylonis tradèris. Et dixit Ieremias ad regem Sedeciam: Quid peccaui tibi, & ſeruis tuis, & populo tuo, qoia miſiſti me in domum carceris? Vbi ſunt prophetæ veſtri, qoi prophetabant vobis, & dicebant: Non veniet rex Babylonis ſuper vos, & ſuper terram hanc? Nunc ergo audi obſecro domine mi rex: Valeat deprecatio mea io conſpectu tuo: & ne me remittas io domum Ionatham ſcribæ, ne moriar ibi. Præcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Ieremias in veſtibolo carceris: & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec conſumerentur omnes panes de ciuitate: & manſit Ieremias in veſtibulo carceris.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XLVIII.

Ex cap. 21. Vulgati.

Sub Sedecia anno 10. VErbum, qood factum eſt ad Ieremiam à domino, quando miſit ad eum rex Sedecias Phaſſor filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem, dicens: Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonoſor rex Babylonis præliatur adoerſum nos: ſi forte faciat Dominus nobiſcum ſecundum omoia mirabilia ſua, & recedat à nobis. Et dixit Ieremias ad eos: Sic dicetis Sedeciæ: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego conuertam vaſa belli, quæ in manibus veſtris ſunt, & quibus vos pugnatis aduerſum regem Babylonis, & Chaldæos, qui obſident vos in circoitu murorum: & congregabo ea in medio ciuitatis huius. Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatiooe, & io ira grandi. Et percutiam habitatores ciuitatis huius, homines & beſtiæ peſtilentia magna morientur. Et poſt hæc ait Dominos: dabo Sedeciam regem Iuda, & ſeruos eius, & populum eius, & qui derelicti ſunt in ciuitate hac à peſte & gladio, & fame, in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum, & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neqoe parcet, nec miſerebitur. Et ad populũ hunc dices: Hæc dicit Dominus: ecce ego do corã vobis viam vitæ, & viam mortis. Qui habitauerit io vrbe hac morietur gladio, & fame, & peſte: qui autem egreſſus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui obſident vos, viuet, & erit ei anima ſua, quaſi ſpolium. Poſui enim faciem meam ſoper ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait Dominus: in mano regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni. Et domui regis Iuda: Audite verbum Domini, domus Dauid, hæc dicit Dominus: Iudicate mane iodiciom, & eruite vi oppreſſum de mano calumniantis: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat propter malitiam ſtudiorum veſtrorum. Ecce ego ad te habitatricem vallis ſolidæ atque campeſtris, ait Dominus: qui dicitis: Qois percutiet nos? & quis ingredietur domos noſtras? Et viſitabo ſuper vos iuxta fructum ſtudiorum veſtrorum, dicit Dominus: & ſuccedã ignem in ſaltu eius: & deuorabit omnia in circuitu eius.

CHRONOTAXEOS

PROPHETIARVM IEREMIÆ SECVNDVM TEMPVS QVO AB EO EDITÆ SVNT.

LIBER QVARTVS.

Præfatio.

DVm obſidetur ciuitas, & capitur multa clauſus denunciat Ieremias in vtramq; fortunam: donec iuſſu Nabuchodonoſoris honorifice dimittitur liber ad conſolationem manentis populi, qui cum in Ægyptum profectus eſt, inuitus licet: vbi Ægypti, & Iudæorumi ibi commorantium prænunciat exitium, & captiuitatem.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT XLIX.

Ex cap. 32. Vulgati.

VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipſe eſt annus decimus octauus Nabuchodonoſor. Tūc exercitus regis Babylonis obſidebat Ieruſalem: & Ieremias propheta erat clauſus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda. Clauſerat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hæc dicit Dominus: ecce ego dabo ciuitatem iſtam in manus regis Babylonis, & capiet eam: & Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum: ſed tradetur in manu regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt. Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec viſitem eum, ait Dominus: ſi autem dimicaueritis aduerſum Chaldæos nihil proſperum habebitis. Et dixit Ieremias: factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens: Eme tibi agrum meum, qui eſt in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate vt emas. Et venit ad me Hanameel filius patrui mei ſecundum verbum Domini ad veſtibulum carceris, & ait ad me. Poſſide agrum meum, qui eſt in Anathoth in terra Beniamin; quia tibi competit hereditas, & tu propinquus es vt poſſideas. Intellexi autem quod verbum Domini eſſet. Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei, qui eſt in Anathoth: & appendi ei argentum ſeptem ſtateres, & decem argenteos. Et ſcripſi in libro, & ſignaui, & adhibui teſtes: & appendi argentum in ſtatera. Et accepi librum poſſeſſionis ſignatum, & ſtipulationes, & rata, & ſigna forinſecus. Et dedi librum poſſeſſionis Baruch filio Neri filij Maaſiæ in oculis Hanameel patruelis mei, in oculis teſtiū, qui ſcripti erant in libro emptionis, & in oculis omnium Iudæorum, qui ſedebant in atrio carceris. Et præcepi Baruch coram eis, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Sume libros iſtos, librum emptionis hunc ſignatum, & librum hunc, qui apertus eſt: & pone illos in vaſe fictili, vt permanere poſſint diebus multis. Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Adhuc poſſidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra iſta. Et oraui ad Dominum, poſtquam tradidi librum poſſeſſionis Baruch filio Neri, dicens: Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu feciſti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum: Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos: fortiſſime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu: cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique ſecundum vias ſuas, & ſecundum fructum adinuentionum eius. Qui poſuiſti ſigna & portenta in terra Ægypti vſque ad diem hanc, & in Iſrael, & in hominibus, & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies hæc. Et eduxiſti populum tuum Iſrael de terra Ægypti, in ſignis, & in portentis, in manu robuſta, & in brachio extento, & in terrore magno. Et dediſti eis terram hanc, quam iuraſti patribus eorum, vt dares eis terram fluentem lacte & melle. Et ingreſſi ſunt, & poſſederunt eam: & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandaſti eis vt facerent, non fecerunt: & euenerunt eis omnia mala hæc. Ecce munitiones extructæ ſunt aduerſum ciuitatem vt capiatur: & vrbs data eſt in manus Chaldæorum, qui præliantur aduerſus eam à facie gladij, & famis, & peſtilentiæ: & quæcumque locutus eſt acciderunt, vt tu ipſe cernis. Et tu dicis mihi Domine Deus: Eme agrum argento, & adhibe teſtes: cum vrbs data ſit in manus Chaldæorum? Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens: Ecce ego Dominus Deus vniuerſæ carnis: numquid mihi difficile erit omne verbum? Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam ciuitatem iſtam in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis, vt capient eam. Et venient Chaldæi præliantes aduerſum vrbem hanc, & ſuccendent eam igni, & comburent eam, & domos, in quarum domatibus ſacrificabant Baal, & libabant dijs alienis libamina ad irritandum me. Erant enim filij Iſrael, & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua: filij Iſrael qui vſque nunc exacerbant me in opere manuum ſuarum, dicit Dominus. Quia in furore & in

Sub Sedecia anno 10.

indignatione mea facta eſt mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerunt eam, vſque ad diem iſtam, qua auferetur de conſpectu meo. Propter malitiam filiorum Iſrael, & filiorum Iuda, quam fecerunt ed iracuodiam me prouocantes, ipſi & reges eorum, & priucipes eorum, & ſacerdotes eorum, & prophetæ eorum, viri Iuda & habitatores Ieruſalem. Et verterunt ad me terga & noo facies: cum docerem eos diluculo, & eruditem, & oollent audire vt acciperent diſciplinem. Et poſuerunt idola ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt pollueren eam. Et ædificauerunt eecelſa Baal, quæ ſunt in valle filij Ennom vt inniciarent filios ſuos & filies ſuas Molocb: quod noo mandaui eis, oec aſcendit iu cot meum vt fecereot abominetionem hanc, & in peccatum deducerent Iudam. Et nunc propter iſta, hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad ciuitatem hanc, de qua vos diciris quod tradatur in manus regis Babylouis in gladio, & in fame, & io peſte. Ecce ego congregabo eos de vuiuerſis terris, ed quas eieci eos in furore meo, & in ire mea, & in indignatione grandi: & reducam eos ad locum iſtum, & bebitare eos feciam confidenter. Et erunt mihi io populum, & ego eso eis in Deum. Et debo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuerſis diebus: & bene ſit eis, & filijs eorum poſt eos. Et feriam eis pactum ſempiternum, & oon deſinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum vt non recedant à me. Et lætabor ſuper eis, cum bene eis fecero: & plantabo eos in terra iſta, iu veritare, in toto corde meo & io tota anima mea. Quia hæc dicit Dominus: Sicut adduxi ſuper populum iſtum omne malum boc grande: ſic edducam ſuper eos omue bonum, quod ego loquor ad eos. Er poſſidebuntur agri in terra iſta: de qua vos dicitis quod deſerta ſit, eo quod non remanſerit homo & iumentum, & data ſit in manus Chaldæorum. Agri ementur pecunia, & ſcribentur in libro, & imprimerur ſignum, & teſtis edhibebitur: in terra Beniamin, & in circuitu Ieruſalem, in ciuiretibus Iude, & io ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt: quia conuertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT L.

Ex cap. 33. Vulgati.

Sub Sedecia anno 10. ET fectum eſt verbum Domini ad Ieremiam ſecundo, cum adhuc clauſus eſſet in atrio carceris, dicens: Hæc dicir Dominus qui facturus eſt, & formaturus illud, & paraturus, Dominus oomen eius. Cleme ad me, & exaudiam te: & ennunciebo tibi grandia, & firma quæ neſcis. Quie hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda, quæ deſtructæ ſunt, & ed munitiones, & ad gladium venientium vt dimicent eum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percuſſi in furore meo & in indignatione mea, abſcondens faciem meam à ciuitate hac propter omnem melitiam eorum. Ecce ego obducem eis cicatricem & ſanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis & veritatis: & conuertam conuerſionem Iuda, & conuerſionem Iſreel & ædificabo eos ſicut à principio. Et emundabo illos ab omni iniquitate ſua, in qua peccauerunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, io quibus deliquerunt mihi, & ſpreuerunt me. Et erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & io exultatiooem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona, quas ego facturus ſum eis: & pauebunt, & turbabuntur in vuiuerſis bonis, & in omni pece, quam ego faciam eis. Hæc dicit Dominus: adhuc eudietur in loco iſto (quem vos dicitis eſſe deſertum, eo quod non ſit homo uec iumentum: in ciuiteribus Iuda, & foris Hieruſalem, quæ deſolatæ ſunt abſque homine, & abſque habitarore, & abſque pecore) vox gaudij & vox lætitiæ, vox ſponſi & vox ſponſæ, vox dicentium: Confitemini Domino eeercituum, quoniam bonus Dominus, quoniem in æternum miſericordia eius: & portantium vota in domum Domini, reducam enim conuerſionem terræ ſicut à principio, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc erit in loco iſto deſerto ebſque homine, & ebſque iumenro, & in cunctis ciuitatibus eius, habitaculum paſtorum eccubantium gregum. In ciuiteribus montuoſis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus, quæ ad Auſtrum ſunt: & in terra Beniamin, & in circuitu Hieruſalem, & in ciuitatibus Iuda adhuc tranſibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus. Ecce dies venient, dicit Dominus: & ſuſcitabo verbum bonum, quod locutus ſum ad domum Iſrael & ed domum Iuda. In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabirur Iuda, & Ieruſalem babitabit confidenter: & hoc eſt oomen, quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter. Quie hæc dicit Dominus: Non interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael. Et de Sacerdotibus & de Leuitis oon interibit vir à facie mee, qui offerat holocautomata, & incendet ſacrificium, & cædat victimas omnibus diebus. Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens: Hæc dicit Dominus, Si irritum poteſt fieri pactum meum cum die, & pectum meum cum nocte, vt oou ſit dies & uox in tempore ſuo: Et pactum meum irritum eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo, vt non ſit ex eo filius qui reguet in throno eius, & Leuitæ & Secerdotes miniſtri mei. Sicuti enumerari non poſſunt ſtellæ cæli, & metiri arena maris: ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei, & Leuitas miniſtros meos. Et factum eſt verbum Domini ed Ieremiam, dicens: Numquid uoo vidiſti quid populus hic locutus ſit, dicens: duæ cognationes,

quas

quas elegerat Dominus abiectæ ſunt: & populum meum deſpexerunt, eo quod non ſit vltra gens coram eis? Hæc dicit Dominus: Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cœlo & terræ non poſui: equidem & ſemen Iacob & Dauid ſerui mei proijciam, vt non aſſumam & ſemine eius principes ſeminis Abraham, Iſaac, & Iacob: reducam enim conuerſionem eorum, & miſerebor eis.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT LI.

Ex cap. 38. Vulgati.

Sub Sedecia anno II.

AVdiuit autem Saphatias filius Matham, & Gedelias filius Phaſſur, & Iuchal filius Selemiæ & Phaſſur filius Melchiæ, ſermones, quos Ieremias loquebatur ad omnem populum, dicens: Hæc dicit Dominus: Quicumque manſerit in ciuitate hac, morietur gladio, & fame, & peſte; qui autem profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima eius ſoſpes & viuens: Hæc dicit Dominus: Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capient eam. Et dixerunt principes regi: Rogamus vt occidatur homo iſte: de induſtria enim diſſoluit manus virorum bellantium, qui remanſerunt in ciuitate hac, & manus vniuerſi populi, loquens ad eos iuxta verba hæc: ſiquidem homo iſte non quærit pacē populo huic, ſed malum. Et dixit rex Sedecias: Ecce ipſe in manibus veſtris eſt: nec enim fas eſt regem vobis quidquam negare. Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij Amelech, qui erat in veſtibulo carceris: & ſubmiſerunt Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, ſed lutum: deſcendit itaque Ieremias in cœnum. Audiuit autem Abdemelech Æthiops vir Eunuchus, qui erat in dom[o r]egis quod miſiſſent Ieremiam in lacum: porro rex ſedebat in porta Beniamin. Et egreſſus eſt Abdemelech de domo regis, & locutus eſt ad regem, dicens: Domine mi rex, malefecerunt viri iſti omnia quæcumque perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacum vt moriatur ibi fame, non ſunt enim panes vltra in ciuitate. Præcepit itaque rex Abdemelech Æthiopi, dicens: Tollens tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetam de lacu antequam moriatur. Aſſumptis ergo Abdemelech ſecum viris, ingreſſus eſt domum regis, quæ erat ſub cellario: & tulit inde veteres pannos & antiqua, quæ computruerant, & ſubmiſit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos. Dixitque Abdemelech Æthiops ad Ieremiam: Pone veteres pannos, & hæc ſciſſa & putrida ſub cubito manuum tuarum: & ſuper funes: fecit ergo Ieremias ſic: Et extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu, manſit autem Ieremias in veſtibulo carceris. Et miſit rex ad Sedecias, & tulit ad ſe Ieremiam prophetam ad oſtium tertium, quod erat in domo Domini: & dixit rex Ieremiam: interrogo ergo te ſermonem, ne abſcondas à me aliquid. Dixit autem Ieremias ad Sedeciam: Si annunciauero tibi, numquid non interficies me? & ſi conſilium dedero tibi, non me audies. Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clam, dicens: Viuit Dominus, qui fecit nobis animam hanc, ſi occidero te, & ſi tradidero te in manus virorum iſtorum, qui quærunt animam tuam. Et dixit Ieremias ad Sedeciam: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non ſuccendetur igni: & ſaluus eris tu, & domus tua. Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & ſuccendent eam igni: & tu non effugies de manu eorum. Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam: Solicitus ſum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos: ne forte tradar in manus eorum, & illudant mihi. Reſpondit autem Ieremias: Non te tradent, audi quæſo vocem Domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. Quod ſi nolueris egredi: iſte eſt ſermo, quem oſtendit mihi Dominus; Ecce omnes mulieres, quæ remanſerunt in domo regis Iuda educentur ad principes regis Babylonis: & ipſæ dicent: Seduxerunt te, & præualuerunt aduerſum te viri pacifici tui, demerſerunt in cœno, & in lubrico pedes tuos, & receſſerunt à te. Et omnes vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum, ſed in manu regis Babylonis capieris: & ciuitatem hanc comburet igni. Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam: Nullus ſciat verba hæc, & non morieris. Si autem audierint principes quia locutus ſum tecum, & venerint ad te, & dixerunt tibi: Indica nobis quid locutus ſis cum rege, non celes nos, & non te interficiemus: & quid locutus eſt tecum rex: dices ad eos. Proſtraui ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi non morerer. Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum, & locutus eſt eis iuxta omnia verba, quæ præceperat ei rex, & ceſſauerunt ab eo: nihil enim fuerat auditum. Manſit vero Ieremias in veſtibulo carceris vſque ad diem, quo capta eſt Ieruſalem.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT LII.

Ex cap. 39. à verſu 15. Vulgati.

Sub Sedecia anno 11.

AD Ieremiam autem factus fuerar ſermo Domini cum clauſus eſſet in veſtibulo carceris, dicens: Vade, & dic Abdemelech Æthiopi, dicens: Hæc dicir Dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego inducam ſermones meos ſuper ciuitatem banc in malum, & non in bonum: & erunt in coofpectu tuo in die illa. Er liberabo te in die illa, ait Dominus: & noo tradetis in manus virorum, quos tu formidas: Sed eruens liberabo re, & gladio oon cades; ſed erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam, ait Dominus.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT LIII.

Ex cap. 39. Vulgati. Vſque ad verſum. 12.

* Er factum eſt, vt caperetur Ieruſalem.

**Ex cap. 38. v. 28.*

Sub Sedecia anno. 11.

ANuo nono Sedeciæ regis Iuda, menſe decimo, venir Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ieruſalem, & obſidebant eam. Vndecimo autem anno Sedeciæ, menſe quarto, quiota menſis aperta eſt ciuitas, & ingreſſi ſunr omnes priocipes regis Babyloois, & ſederunt in porta media: Neregel, Sereſer, Semega, Nabo, Sarſachim, Rahſares, Neregel, Sereſer, Rebmag, & omnes reliqui principes regis Babylonis. Cumque vidiſſet eos Sedecias rex Iuda, & omoes viti bellatores, fugerunr: & egreſſi ſunr nocte de ciuitate per viam horti regis, & per portam, quæ erar inter dons muros, & egreſſi ſunr ad viam deſerti. Perſecurus eſt autem eos esercitus Chaldæorum: & cōprehenderunt Sedeciā in campo ſolitudinis Ierichootinæ, & captū adduxerunr ad Nabuchodonoſor regem Babyloois io Reblarha, quæ eſt in terra Emath: & locutus eſt ad eum iudicia. Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. Oculos qooque Sedeciæ eruit: & vinxit eum compedibus vr duceretur in Babylooem. Domum quoque regis, & domum vulgi ſuccenderunr Chaldæi igni, & murum Ieruſalem ſubuerterunt. Er reliquias populi, qui remanſerant in ciuitate, & perfugas, qui transfugeranr ad eum, & ſoperfluos vulgi, qui remanſerant, tranſtulit Nabuzardan magiſtet militum in Babylonem. Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebanr, dimiſit Nabozardan magiſter militum in terra Iuda: & dedir eis vineas, & ciſternas in die illa. Præceperat aurem Nabuchodonoſor rex Babylonis de Ieremia Nabuzardan magiſtro militum, dicens: Tolle illum, & pone ſuper eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: ſed, vt voluerit, ſic facias ei.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT LIIII.

Ex cap. 40. Vulgati.

Sub Sedecia anno 11.

**Ex cap. 39. verſ. 13. & 14.*

SErmo, qui factus eſt ad Ieremiam à Domioo, poſtquam dimiſſos eſt à Nabuzardan magiſtro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium, qui migrabant de Ieruſalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem. Miſit ergo Nabuzardao princeps militiæ, & Nabuſezban, & Rabſares, & Neregel, & Sereſer, & Rehmag, & omnes optimates regis Babylonis, miſerunr, & tulerunr Ieremiam de veſtibulo carceris, & tradiderunt eom Godoliæ filio Ahicam filij Sapham, vt intraret in domum, & habitaret io populo.* Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam, dixir ad eum: Dominus Deus tuus locutus eſt malum hoc ſuper locum iſtum, & adduxit: & fecir Dominos ſicur locutus eſt, quia peccaſtis Domino, & oon audiſtis vocem eius, & factus eſt vobis ſermo hic. Nunc ergo ecce ſolui te hodie de catenis, qoæ ſunt in manibus tuis: ſi placet tibi vr venias mecum in Babylooem, veni: & ponam oculos meos ſuper te: ſi autem diſplicet tibi venire mecum io Babylonem, reſide: ecce omnis terra in conſpectu tuo eſt: quod elegeris, & qoo placuerit tibi vt vadas, illuc perge. Er mecum noli venire: ſed habita apud Godoliam filium Ahicam filij Sapham, quem præpoſuit rex Babylonis cioitatibus Iuda: habita ergo cum eo in medio populi: vel quocumque placuerit tibi vr vadas, vade. Dedit quoque ei magiſter militiæ cibaria, & munoſcula, & dimiſit eum. Venir autem Ieremias ad Godoliam filiom Ahicam in Maſphath, & habitauit cum eo in medio popoli, qui relictus fuerar in terra. Cumque audiſſenr omnes principes esercitus, qui diſperſi fuerant per regiones, ipſi & ſocij eorum, quod præfeciſſer rex Babylonis

Godoliam

Godoliam filium Ahicam terræ, & qnod commendaſſet ei viros, & mulieres, & paruulos, & de pauperibus terræ, qui nou fuerant tranſlati in Babylonem. Veuerunt ad Godoliam in Maſphath: & Iſmahel filius Nathaniæ, & Iohanan, Ionathan filij Caree, & Sareas filius Thanehumeth, & filij Opbi, qui erant de Netophathi, & Iezonias filius Maachati, ipſi & viri eorum. Et iurauit eis Godolias filius Ahicam filij Saphan, & comitibus eorum, dicens: Nolite timere ſeruire Chaldæis, habitate in terra & ſeruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Ecce ego habito in Maſphath vt reſpondeam præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad nos: Vos autem colligite vindemiam, & meſſem, & oleum, & condite in vaſis veſtris, & manete in vrbibus veſtris, quas tenetis. Sed & omnes Iudæi, qui erant in Moab, & in filijs Ammon, & in Idumæa, & in vniuerſis regionibus, audito quod dediſſet rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quod præpoſuiſſet ſuper eos Godoliam filium Ahicam filij Saphan: reuerſi ſunt, inquam, omnes Iudæi de vniuerſis locis, ad quæ profugerant, & venerunt in terram Iuda ad Godoliam in Maſphath: & collegerunt vinum, & meſſem multam nimis. Iohanan autem filius Caree, & omnes principes exercitus, qui diſperſi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Maſphath. Et dixerunt ei: Scito quod Baalis rex filiorum Ammon miſit Iſmahel filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias, filius Ahicam. Iohanan autem filius Caree dixit ad Godoliam ſeorſum in Maſphath, loquens: Ibo, & percutiam Iſmahel filium Nathaniæ nullo ſciente, ne interficiat animam tuam, & diſſipentur omnes Iudæi, qui congregati ſunt ad te, & peribunt reliquiæ Iuda. Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Caree: Noli facere verbum hoc: falſum enim tu loqueris de Iſmahel.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT LV.

Ex cap. 6. Baruch.

EXemplar epiſtolæ, quam miſit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam à rege Babylo- *Sub Se-*
niorum, vt annunciaret illis ſecundum quod præceptum eſt illi à Deo. Propter peccata, quæ pec- *decia*
caſtis ante Deum, abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonoſor rege Babyloniorum. In- *anno 11.*
greſſi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis vſque ad generationes ſe- *à templo*
ptem: poſt hoc autem educam vos inde cum pace. Nunc autem videbitis in Babylonia Deos aureos, *diruto*
& argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, oſtentantes metum Gentibus. Videte ergo *anno. 1.*
& vos ſimiles efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipſis. Viſa itaque turba de retro, & ab ante, adorantes, dicite in cordibus veſtris: Te oportet adorari Domine. Angelus enim meus vobiſcum eſt: ipſe autem exquiram animas veſtras. Nam lingua ipſorum polita à fabro, ipſa etiam inaurata, & inargentata falſa ſunt, & non poſſunt loqui. Et ſicut virgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabricati ſunt. Coronas certe aureas habent ſuper capita ſua dij illorum: vnde ſubtrahunt ſacerdotes ab eis aurum, & argentum, & erogant illud in ſemetipſos. Dant autem & ex ipſo proſtitutis, & meretrices ornant: & iterum cum receperint illud à meretricibus, ornant Deos ſuos. Hi autem non liberantur ab ærugine, & tinea. Opertis autem illis veſte purpurea, extergunt faciem ipſorum propter puluerem domus, qui eſt plurimus inter eos. Sceptrum autem habet vt homo, ſicut iudex regionis, qui in ſe peccantem non interficit. Habet etiam in manu gladium, & ſecurim, ſe autem de bello, & à latronibus non liberat. Vnde vobis notum ſit quia non ſunt dij. Non ergo timueritis eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales ſunt & dij illorum: Conſtitutis illis in domo, oculi eorum pleni ſunt puluere à pedibus introeuntium. Et ſicut alicui, qui regem offendit, circumſeptæ ſunt ianuæ: aut ſicut ad ſepulchrum adductum mortuum, ita tutantur ſacerdotes oſtia clauſuris, & ſeris, ne à latronibus expolientur. Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre poſſunt: ſunt autem ſicut trabes in domo. Corda vero eorum dicunt elingere ſerpentes, qui de terra ſunt, dum comedunt eos, & veſtimentum ipſorum, & non ſentiunt. Nigræ ſunt facies eorum à fumo, qui in domo fit. Supra corpus eorum, & ſupra caput eorum volant noctuæ, & hirundines, & aues etiam ſimiliter & cattæ. Vnde ſciatis quia non ſunt dij. Ne ergo timueritis eos. Aurum etiam, quod habent, ad ſpeciem eſt. Niſi aliquis exterſerit æruginem, non fulgebunt: neque enim dum conflarentur, ſentiebant. Ex omni pretio empta ſunt, in quibus ſpiritus non ineſt ipſis. Sine pedibus in humeris portantur, oſtentantes ignobilitatem ſuam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea. Propterea ſi ceciderint in terram, à ſemetipſis non conſurgunt: neque ſi quis eum ſtatuerit rectum, per ſemetipſum ſtabit, ſed ſicut mortuis munera eorum illis apponentur. Hoſtias illorum vendunt Sacerdotes ipſorum, & abutuntur: Similiter & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt, de ſacrificijs eorũ fœtæ, & meſtruatæ contingunt. Scientes itaque ex his quia non ſunt dij, ne timeatis eos. Vnde enim vocantur dij? Quia mulieres apponũt dijs argenteis, & aureis, & ligneis: & in domibus eorum ſacerdotes ſedẽt, habentes tunicas ſciſſas, & capita, & barbam raſam quorum capita nuda ſunt. Rugiunt autem clamantes contra Deos ſuos, ſicut in cœna mortui. Veſtimenta eorum auferunt ſacerdotes, & veſtiunt vxores ſuas, & filios ſuos. Neque ſi quid mali patiuntur ab aliquo, neq; ſi quid boni, poterunt retribuere neque regem conſtituere poſſunt, neque auferre. Similiter neque dare diuitias poſſunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit, neque hoc requirunt. Hominem à

morte non liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt. Hominem cæcum ad viſum non re-
ſtituunt, de neceſſitate hominem non liberabont. Viduæ non miſerebuntur, neque orphanis bene-
facient. Lapidibus de monte ſimiles ſunt dij illorum, lignei, & lapidei, & aurei, & argentei. Quia
autem colont ea, confundentur. Quomodo ergo æſtimandum eſt, aut dicendum, illos eſſe Deos?
Adhuc enim ipſis Chaldæis non honorantibus ea: qui cum audierint mutum non poſſe loqui, offe-
runt illud ad Bel, poſtulantes ab eo loqui quaſi poſſint ſentire, qui non habent motum, & ipſi cum
intellexerint, relinqoent ea: ſenſum enim non habent ipſi dij illorum. Mulieres autem circumdatæ
funibos in vijs ſedent, ſuccendentes oſſa oliuarum. Cum autem aliqua ex ipſis attracta ab aliquo
tranſeunte doemierit cum eo, proximæ ſuæ exprobrat quòd ea non ſit digna habita, ſicut ipſa, ne-
que funis eius diruptus ſit. Omnia autem quæ illis fiunt, falſa ſunt. Quomodo æſtimandum, aut di-
cendum eſt, illos eſſe Deos? A fabris autem, & ab aurificibus facta ſunt. Nihil aliud erunt, niſi id
quod volont eſſe ſacerdotes. Artifices etiam ipſi, quia ea faciunt, non ſunt multi temporis. Num-
quid ergo poſſunt ea, quæ fabricata ſunt ab ipſis, eſſe dij. Reliquerunt autem falſa, & opprobrium
poſtea futuris. Nam cum ſuperuenerit illis prælium, & mala, cogitant ſacerdotes apud ſe, vbi ſe ab-
ſcondant cum illis. Quomodo ergo ſentiri debeant quoniam dij ſunt, qui nec de bello ſe liberant, ne-
que de malis ſe eripiunt? Nam cum ſint lignea, inaurata, & inargentata, ſcietur poſt ea quia falſa
ſunt ab vniuerſis Gentibus: & regibus: quæ manifeſta ſunt quia non ſunt dij, ſed opera manuum ho-
minum, & nullum Dei opus cum illis. Vnde ergo notum eſt, quia non ſunt dij, ſed opera manuum
hominum, & nullum Dei opus in ipſis eſt? Regem regioni non ſuſcitant, neque pluuiam homini-
bus dabunt. Iudicium quoque non deſcernent, neque regiones liberabunt ab iniuria: quia nihil poſ-
ſunt, ſicut corniculæ inter medium cœli, & terræ. Etenim cum inciderit ignis in domum deorum
ligneorum, argenteorum, & aureorum, ſacerdotes quidem ipſorum ſugient, & liberabuntur: ipſi
vero ſicut trabes in medio comburentur. Regi autem, & bello non reſiſtent. Quomodo ergo æſti-
mandum eſt, aut recipiendum quia dij ſunt? Non à furibus, neque à latronibus ſe liberabunt dij li-
gnei, & lapidei, & inaorati, & in argentati, quibus hi, qui fortiores ſunt, aurum, & argentum, veſti-
mentum, quo operti ſunt offerent illis, & abibunt, nec ſibi auxilium ferent. Itaqoe melius eſt eſſe
regem oſtentantem virtutem ſuam: aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur qui poſſidet illud: vel
oſtium in domo, quod cuſtodit quæ in ipſa ſunt, quam falſi dij. Sol quidem, & luna, ac ſidera cum
ſint ſplendida, & emiſſa ad vtilitates, obaudiunt. Similiter & fulgur cum apparuerit, perſpicuom
eſt: idipſum autem & ſpiritus in omni regioni ſpirat. Et nubes, quibus cum imperatum fuerit à Deo
perambulare vniuerſum orbem, perficiunt quod imperatum eſt eis. Ignis etiam miſſus deſuper vt
conſumat montes, & ſiloas, facit quod præceptum eſt ei. Hæc autem neque ſpeciebus, neque vir-
tutibus vi eorum ſimilia ſunt. Vnde neque æxiſtimandum eſt, neque dicendum illos eſſe Deos,
quando non poſſunt neque iudicium iudicare neque quidquam facere hominibus. Scientes itaque
quia non ſunt dij, ne ergo timueritis eos. Neque enim regibus maledicent, neqoe benedicent. Si-
gna etiam in cœlo Gentibus non oſtendunt, neque vt Sol lucebunt, neque illuminabunt vt luna. Be-
ſtiæ meliores ſunt illis, quæ poſſunt fugere ſub tectum, ac prodeſſe ſibi. Nullo itaque modo nobis
eſt manifeſtum quia ſunt dij: propter quod ne timeatis eos. Nam ſicut in cucumerario formido nihil
cuſtodit: ita ſunt dij illorum lignei, & argentei, & inaurati. Eodem modo & in horto ſpina alba, ſu-
pra quam omnis auis ſedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris ſimiles ſunt dij illorum li-
gnei, & inaurati, & inargentati: A purpura quoque & murice, quæ ſupra illos tineant, ſcie-
tis itaqoe qoia non ſunt dij. Ipſi etiam poſtremo comeduntur, & erunt opprobrium in regione.
Melior eſt homo iuſtus, qui non habet ſimulachra: nam erit longe ab opprobriis.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT LVI.

Ex cap. 41. Vulgat.

Sub Sedecia anno 11. à templo diruto anno 1.

ET factum eſt in menſe ſeptimo, venit Iſmahel filius Nathaniæ, filij Eliſama de ſemine regali, &
optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Maſphath, & comede-
runt ibi panes ſimul in Maſphath. Surrexit autem Iſmahel filius Nathaniæ, & decem viri qui cum
eo erant, & percuſſerunt Godoliam filium Ahicam filij Saphan gladio, & interfecerunt eum, quem
præfecerat rex Babylonis terræ. Omnes quoque Iudæos, qui erant cum Godolia in Maſphath, &
Chaldæos, qui reperti ſunt ibi, & viros bellatores percuſſit Iſmahel. Secundo autem die poſtquam
occiderat Godoliam, nullo adhuc ſciente, venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octo-
ginta viri: raſi barba, & ſciſſis veſtibus, & ſquallentes: & munera, & thus habebant in manu, vt offer-
rent in domo Domini. Egreſſus ergo Iſmahel filius Nathaniæ in occurſum eorum de Maſphath, in-
cedens & plorans ibat: cum autem occurriſſet eis, dixit ad eos. Venite ad Godoliam filium Ahicam.
Qui cum veniſſent ad medium ciuitatis, interfecit eos Iſmahel filius Nathaniæ circa medium laci,
ipſe, & viri, qui erant cum eo. Decem autem viri reperti ſunt inter eos, qui dixerunt ad Iſmahel:
Noli occidere nos? quia habemus theſauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis. Et
ceſſauit: & non interfecit eos cum fratribus ſuis. Lacus autem, in quem proiecerat Iſmahel omnia
cadauera

cadauera virorum, quos percuſſit propter Godoliam, ipſe eſt, quem fecit rex Aſa propter Baaſa regem Iſrael: ipſum repleuit Iſmael filius Nathaniæ occiſis. Et captiuas duxit Iſmahel omnes reliquias populi, qui erāt in Maſphath: filias regis, & vniuerſum populum, qui remanſerat in Maſphath? quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ Godoliæ filio Ahicam. Et cœpit eos Iſmahel filius Nathaniæ, & abijt vt tranſiret ad filios Ammon. Audiuit autem Iohanau filius Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omue malum, quod fecerat Iſmabel filius Nathaniæ. Et aſſumptis vniuerſis viris, profecti ſunt vt bellarent aduerſum Iſmahel filium Nathaniæ, & inuenerunt eum ad aquas multas, quæ ſunt in Gabaon. Cumque vidiſſet omnis populus, qui erat cum Iſmahel, Iohanam filium Caree, & vniuerſos principes bellatorum, qui erant cum eo, lætati ſunt. Et reuerſus eſt omnis populus, quem cœperat Iſmahel, in Maſphath: reuerſuſque abijt ad Iohanan filium Caree, Iſmahel autem filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Iohanan, & abijt ad filios Ammon. Tulit ergo Iohanam filius Caree, & omues principes bellatorum, qui eraut cum eo vniuerſas reliquias vulgi, quas reduxerat ab Iſmahel filio Nathaniæ de Maſphath, poſtquam percuſſit Godoliam filium Ahicam: fortes viros ad prælium, & mulieres, & pueros, & eunuchos, quos reduxerat de Gabaon, & abierunt, & ſederunt peregrinantes in Chamaam, quæ eſt iuxta Bethlehem, vt pergerent, & introierent Ægyptum à facie Chaldæorum: timebant enim eos, quia percuſſerat Iſmahel filius Nathaniæ Godoliam filium Ahicam, quem præpoſuerat rex Babylonis in terra Iuda.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT LVII.

Ex cap. 42. Vulgati.

ET acceſſerunt omnes principes bellatorum, & Iohanau filius Caree, & Iezonias filius Oſaiæ, & reliquum vulgus à paruo vſque ad magnum: Dixeruntque ad Ieremiam propbetam: Cadat oratio noſtra in conſpectu tuo: & ora pro nobis ad dominum Deum tuum pro vniuerſis reliquis iſtis, quia derelicti ſumus pauci de pluribus, ſicut oculi tui nos intuentur. Et annunciet nobis dominus Deus tuus viam, per quam pergamus, & verbum, quod faciamus. Dixit autem ad eos Ieremias propheta: Audiui: ecce ego oro ad Dominum Deum veſtrum ſecũdum verba veſtra: omne verbum, quodcumque reſponderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quidquam. Et illi dixerunt ad Ieremiam: Sit Dominus inter nos teſtis veritatis & fidei, ſi non iuxta omne verbum, in quo miſerit te Dominus Deus tuus ad uos, ſic faciemus. Siue bonum eſt, ſiue malum, voci Domini Dei noſtri, ad quem mittemus te, obediemus: vt bene ſit nobis cum audierimus vocem Domini Dei noſtri. Cum autem completi eſſent decem dies, factum eſt verbum Domini ad Ieremiam. Vocauitque Iohanan filium Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, & vniuerſum populum à minimo vſque ad magnum. Et dixit ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ad quem miſiſtis me, vt proſternerem preces veſtras in conſpectu eius: Si quieſcentes manſeritis in terra hac, ædificabo vos, & non deſtruam, plantabo, & non euellam: iam enim placatus ſum ſuper malo quod feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus: quia vobiſcum ſum ego, vt ſaluos vos faciam, vt eruam de manu eius. Et dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri, & habitare vos faciam in terra veſtra: Si autem dixeritis vos: Nõ habitabimus in terra iſta, nec audiemus vocem Domini Dei noſtri, dicentes: nequaquam, ſed ad terram Ægypti pergemus: vbi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & famem non ſuſtinebimus: & ibi habitabimus. Propter hoc nunc audite verbum Domini reliquiæ Iuda: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Si poſueritis faciem veſtram vt ingrediamini Ægyptum, & intraueritis vt ibi habitetis: gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in terra Ægypti: & fames, pro qua eſtis ſoliciti, adhærebit vobis in Ægypto, & ibi moriemini. Omneſque viri, qui poſuerunt faciem ſuam vt ingrediantur Ægyptum, vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peſte: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali, quod ego afferam ſuper eos: quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Sicut conflatus eſt furor meus, & indignatio mea ſuper habitatores Ieruſalem: ſic cõflabitur indignatio mea ſuper vos, cum ingreſſi fueritis Ægyptum, & eritis in iuſiurandum, & in ſtuporem, & in maledictum, & in opprobrium: & nequaquam vltra videbitis locum iſtum. Verbum Domini ſuper vos reliquiæ Iuda: Nolite intrare Ægyptum: ſcientes ſcietis quia obteſtatus ſum vos hodie, quia decepiſtis animas veſtras: vos enim miſiſtis me ad Dominum Deum noſtrum dicentes. Ora pro nobis ad Dominũ Deum noſtrum, & iuxta omnia quæcumque dixerit tibi Dominus Deus noſter, ſic anuntia nobis, & faciemus. Et annuntiaui vobis hodie, & non audiſtis vocem Domini Dei veſtri ſuper vniuerſis, pro quibus miſit me ad vos. Nunc ergo ſcientes ſcietis quia gladio, & fame, & peſte moriemini in loco, ad quem voluiſtis intrare vt habitaretis ibi.

Sub Sedecia anno 11. A templo diruto anno 1.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT LVIII.

Ex Cap. 43. Vulgari.

Sub Sedecia anno 12. A templo diruto anno 2.

FActum eſt autem, cum compleſſet Ieremias loquens ad populum vniuerſos ſermones domini Dei eorum, pro quibus miſerat eum dominus Deus eorum ad illos, omnia verba hæc dicit Azarias filius Oſaiæ, & Iohanan filius Caree, & omnes viri ſuperbi, dicentes ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris: non miſit te dominus Deus noſter, dicens: Ne ingrediamini Ægyptum vt habitetis illic. Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduerſum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum, vt interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem. Et non audiuit Iohanā filius Caree, & omnes principes bellatorū, & vniuerſus populus vocem dñi vt manerent in Terra Iuda. Sed tollens Iohanā filius Caree, & vniuerſi principes bellatorum vniuerſos reliquiarum Iuda, qui reuerſi fuerant de cunctis Gentibus, ad quas fuerant ante diſperſi, vt habitarent in Terra Iuda: viros, & mulieres, & paruulos, & filias regia, & omnem animam, quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicā, filij Saphan, & Ieremiam prophetam, & Baruch filium Neriæ. Et ingreſſi ſunt Terram Ægypti, quia non obedierunt voci domini: & venerunt vſque ad Taphnis. Et factus eſt ſermo domini ad Ieremiam in Taphnis, dicens; Sume lapides grandes in manu tua, & abſcondes eos in crypta, quæ eſt ſub muro lateritio in porta domus Pharaonis in Taphnis, cer nentibus viris Iudæis: Et dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego mittam, & aſſumam Nabochodonoſor regem Babylonis ſeruum meum: & ponam thronum eius ſuper lapides iſtos, quos abſcondi, & ſtatuet ſolium ſuum ſuper eos. Veniensque percutiet Terram Ægypti: quos in mortem, in mortem: & quos in captiuitatem, in captiuitatem: & quos in gladium, in gladium. Et ſuccendet ignem in delubris deorum Ægypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur Terra Ægypti, ſicut amicitur paſtor pallio ſuo: & egredietur inde in pace. Et conteret ſtatuas domus Solis, quæ ſunt in terra Ægypti: & delubra deorum Ægypti comburet igni.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT LIX.

Ex cap. 44. Vulgati.

Sub Sedecia anno 13. A templo diruto anno 3.

VErbum, quod factum eſt per Ieremiam ad omnes Iudæos, qui habitabant in terra Ægypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in Terra Phatures, dicens: Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Vos vidiſtis omne malum iſtud, quod adduxi ſuper Ieruſalem, & ſuper omnes vrbes Iuda: & ecce deſertæ ſunt hodie, & non eſt in eis habitator: Propter malitiam, quam fecerunt vt me ad iracundiam prouocarent, & irent vt ſacrificarent, & colerent deos alienos, quos neſciebant, & illi, & vos, & patres veſtri. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas de nocte conſurgens, mittensque & dicens: Nolite facere verbum abominationis huiuſcemodi, quam audiui. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam vt conuerterentur à malis ſuis, & non ſacrificarent diis alienis. Et conflata eſt indignatio mea & furor meus, & ſuccenſa eſt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem: & verſæ ſunt in ſolitudinem & vaſtitatem ſecundum diem hanc. Et nunc hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Quare vos facitis malum grande hoc contra animas veſtras, vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lacteus de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quidquam reſiduum: Prouocantes me in operibus manuum veſtrarum, ſacrificando diis alienis in Terra Ægypti, in quam ingreſſi eſtis vt habitetis ibi: & diſpereatis, & ſitis in maledictionem, & in opprobrium cunctis gentibus terræ? Numquid obliti eſtis mala patrum veſtrorum, & mala regum Iuda, & mala vxorum eius, & mala veſtra. Et mala vxorum veſtrarum, quæ fecerunt in Terra Iuda, & in regionibus Ieruſalem? Non ſunt mundati vſque ad diem hanc: & non timuerunt, & non ambulauerunt in lege domini, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis, & coram patribus veſtris. Ideo hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum: & diſperdam omnem Iudam. Et aſſumam reliquias Iudæ, qui poſuerunt facies ſuas vt ingrederentur Terram Ægypti, & habitarent ibi: & conſumentur omnes in Terra Ægypti: cadent in gladio & in fame: & cōſumentur à minimo vſque ad maximum in gladio, & in fame morientur: & erunt in iuſiurandum, & in miraculum, & in maledictionem & in opprobrium. Et viſitabo ſuper habitatores Terræ Ægypti, ſicut viſitaui ſuper Ieruſalem in gladio, & fame, & peſte. Et non erit qui effugiat, & ſit reſiduus de reliquiis Iudæorum, qui vadunt vt peregrinentur in Terra Ægypti: & reuertantur in terram Iuda, ad quam ipſi eleuant animas ſuas vt reuertantur & habitent ibi, non reuertentur niſi qui fugerint. Reſponderunt autem Ieremiæ omnes viri ſcientes quod ſacrificarent vxores eorum diis alienis: & vniuerſæ mulieres, quarum ſtabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in Terra Ægypti in Phatures, dicentes: Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine domini, non audiemus ex te: ſed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore noſtro vt ſacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, ſicut fecimus nos, & pa-

noſtri, reges noſtri,& principes noſtri in vrbibus Iuda,& in plateis Ieruſalem : & ſaturati ſumus panibus, & bene nobis erat,malumque non vidimus. Ex eo autem tempore, quo ceſſauimus ſacrificare reginæ cæli,& libare ei libamina,indigemus omnibus, & gladio,& fame, conſumpti ſumus. Quod ſi non ſacrificamus reginæ cæli, & libamus ei libamina : numquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas ad colendum eam,& libandum ei libamina? Et dixit Ieremias ad omnem populum aduerſum viros, & aduerſum mulieres,& aduerſum vniuerſam plebem,qui reſponderant ei verbum,dicens: Numquid non ſacrificium,quod ſacrificaſtis in ciuitatibus Iuda,& in plateis Ieruſalem vos & patres veſtri,reges veſtri,& principes veſtri,& populus terræ,horum recordatus eſt dominus, & aſcendit ſuper cor eius? Et non poterat dominus vltra portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum , & propter abominationes,quas feciſtis,& facta eſt terra veſtra in deſolationem,& in ſtuporem,& in maledictum,eo quòd non ſit habitator,ſicut eſt dies hæc. Propterea quòd ſacrificaueritis idolis, & peccaueritis domino : & non audieritis vocem domini,& in lege,& in præceptis , & in teſtimoniis eius non ambulaueritis : idcirco euenerunt vobis mala hæc,ſicut eſt dies hæc. Dixit autem Ieremias ad omnem populum, & ad vniuerſas mulieres: Audite verbum domini omnes Iuda , qui eſtis in terra Ægypti: Hæc inquit dominus exercituum Deus Iſrael,dicens: Vos, & vxores veſtræ locuti eſtis ore veſtro , & manibus veſtris impleſtis,dicentes:faciamus vota noſtra,quæ vouimus,vt ſacrificemus reginæ cæli,& libemus ei libamina,impleſtis vota veſtra,& opere perpetraſtis ea. Ideo audite verbum domini omnis Iuda,qui habitatis in terra Ægypti : Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait dominus : quia nequaquam vltra vocabitur nomen meum ex ore ômnis viri Iudæi , dicentis : Viuit dominus Deus in omni terra Ægypti. Ecce ego vigilabo ſuper eos in malum,& non in bonum:& conſumentur omnes viri Iuda,qui ſunt in terra Ægypti gladio,& fame donec penitus conſumantur. Et qui fugerint gladium,reuertentur de terra Ægypti in terram Iuda viri pauci : & ſcient omnes reliquiæ Iuda ingredientium terram Ægypti,vt habitẽt ibi,cuius ſermo compleatur,meus,an illorum. Et hoc vobis ſignum,ait dominus, quòd viſitem ego ſuper vos in loco iſto: vt ſciatis quia vere complebuntur ſermones mei contra vos in malum. Hæc dicit dominus : Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manu inimicorum eius,& in manu quærentium animam illius: ſicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis inimici ſui,& quærentis animam eius.

Chronotaxeos Prophetiarum Ieremiæ.

CAPVT LX.

Ex cap. 52. Vulgati.

Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cum regnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieru- *Sub Se-*
ſalem, & nomen matris eius Amital,filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum in oculis domini,iux- *decia*
ta omnia quæ fecerat Ioakim. Quoniam furor domini erat in Ieruſalem & in Iuda vſquequo proiice- *anno 15.*
ret eos à facie ſua:& receſſit Sedecias à rege Babylonis. Factum eſt autem in anno nono regni eius in *& decimo,*
menſe decimo, decima menſis : Venit Nabuchodonoſor rex Babylonis , ipſe & omnis exercitus eius *plo di-*
aduerſus Ieruſalem,& obſederunt eam , & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu. Et fuit *ruto*
ciuitas obſeſſa vſque ad vndecimum annum regis Sedeciæ. Menſe autem quarto, nona menſis obtinuit fames ciuitatem: & non erant alimenta populo terræ, & dirupta eſt ciuitas , & omnes viri bellatores eius fugerunt,exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ quæ eſt inter duos muros, & ducit ad hortum regis (Chaldæis obſidentibus vrbem in gyro) & abierunt per viam, quæ ducit in eremum. Perſecutus eſt autem Chaldæorum exercitus regem:& apprehenderunt Sedeciam in deſerto,quod eſt iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo. Cumque comprehendiſſent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha,quæ eſt in terra Emath: & locutus eſt ad eum iudicia. Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ,in oculis eius : ſed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha. Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus,& adduxit eum rex Babylonis in Babylonem,& poſuit eum in domo carceris vſque ad diem mortis eius. In menſe autem quinto, decima menſis , ipſe eſt annus nonus decimus Nabuchodonoſor regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps militiæ,qui ſtabat coram rege Babylonis in Ieruſalem. Et incendit domum domini,& domum regis , & omnes domus Ieruſalem,& omnem domum magnam igni combuſſit. Et totum murum Ieruſalem per circuitum deſtruxit,cunctus exercitus Chaldæorum,qui erat cum magiſtro militiæ. De pauperibus autem populi,& de reliquo vulgo,quod remanſerat in ciuitate, & de perfugis , qui transfugerant ad regem Babylonis,& ceteros de multitudine,tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ. De pauperibus vero terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores,& agricolas. Columnas quoque æreas, quæ erant in domo domini,& baſes,& mare æneum,quod erat in domo domini,confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem. Et lebetes,& creagras,& pſalteria,& phialas , & mortariola, & omnia vaſa ærea,quæ in miniſterio fuerant,tulerunt: & hydrias,& thymiamateria,& vrceos,& pelues,& cãdelabra,& mortaria,& cyathos: quotquot aurea aurea: & quotquot argẽtea,argẽtea tulit magiſter militiæ: & columnas duas,& mare vnum , & vitulos duodecim æreos , qui erant ſub baſibus, quas fecerat rex Salomon in domo domini: non erat pondus æris omnium horum vaſorum. De columnis autem,decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna , & funiculus duodecim cubitorum circuibat eam: porro groſſitudo eius quatuor digitorum,& intrinſecus caua erat. Et capitella ſuper vtramque ærea: altitudo capitelli vnius,quinque cubitorũ: & retiacula, & malogranata ſuper co-

ronam in circuitu, omnia ærea. Similiter columnæ ſecundæ, & malogranata. Et fuerunt malogranata nonagintaſex dependentia: & omnia malogranata centum, retiaculis circundabantur. Et tulit magiſter militiæ Saraiam ſacerdotem primum, & Sophoniam ſacerdotem ſecundum: & tres cuſtodes veſtibuli. Et de ciuitate tulit eunuchum vnum, qui erat præpoſitus ſuper viros bellatores: & ſeptem viros de his, qui videbant faciem regis, qui inuenti ſunt in ciuitate: & ſcribam principem militum, qui probabat tyrones: & ſexaginta viros de populo terræ, qui inuenti ſunt in medio ciuitatis. Tulit autem eos Nabuzardan magiſter militiæ, & duxit eos ad regem Babylonis in Reblatha. Et percuſſit eos rex Babylonis, & interfecit eos in Rablatha in terra Emath: & tranſlatus eſt Iuda de terra ſua. Iſte eſt populus, quem tranſtulit Nabuchodonoſor: In anno ſeptimo Iudæos tria millia & viginti tres: In anno octauodecimo Nabuchodonoſor de Ieruſalem animas octingentas triginta duas: In anno vigeſimotertio Nabuchodonoſor, tranſtulit Nabuzardan magiſter militiæ animas Iudæorum ſeptingentas quadraginta quinque. Omnes ergo animæ, quatuor millia ſexcentæ. Et factum eſt in trigeſimoſeptimo anno tranſmigrationis Ioakim regis Iuda, duodecimo menſe vigeſimaquinta menſis, eleuauit Euilmerodach rex Babylonis ipſo anno regni ſui, caput Ioakim regis Iuda, & eduxit eum de domo carceris. Et locutus eſt cum eo bona, & poſuit thronum eius ſuper thronos regum, qui erant poſt ſe in Babylone. Et mutauit veſtimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo ſemper cunctis diebus vitæ ſuę: & cibaria eius, cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis ſtatuta per ſingulos dies, vſque ad diem mortis ſuæ cunctis diebus vitæ eius.

COMMEN.

COMMENTARIORVM IN PROPHETIAS IEREMIÆ, IVXTA CHRONOTAXIM, HOC EST NOTATO ORDINE TEMPORIS QVO AB EO editæ ſunt, Liber primus.

Præfatio.

PRIMVS noſtrorum Commentariorũ liber, iuxta ſupra à nobis præſtitutam diſtributionem, primas Ieremiæ prophetias illuſtrabit, quas intra poſtremos nouendecim Ioſiæ regis optimi annos, iuuenis ille pronunciauit. In quibus totus in eo eſt propheta, vt commune Iudaici populi vitium, iam olim à prioribus regibus magna ex parte in Rempublicam inuectum, & paulò ante per quinquaginta quinque ferè annorum ſpacium, exemplo, ac opera Manaſſes impiiſsimi regis, inueterata conſuetudine obfirmatum, ex animis omnium euelleret, ac penitus aboleret, ſub tremenda extremæ vaſti:atis vrbis totius Oriẽtis celeberrimæ, & ſpecioſæ, à Deo quondam inſtitutæ Reipublicæ ſubuerſionis comminatione. Sed fortaſſe non ſine admiratione percontaberis, Lector ſtudioſe, quid ſit quod tam pio rege adminiſtrante Rempublicam, & auitam religionem inſtaurante, tanta fuerit illius populi impietas, tam corrupti illius Reipublicæ mores, quantum oſtendit ſuis inuectiuis Ieremias? Verùm ex hoc ipſo Ioſiæ pietas illuſtrior facta eſt, & ſtudium religionis inſtaurandæ dignius commendatione, quod Dei cauſam iuſtiorem oſtenderit, dum ſummè ſolicitus vniuerſum Iudeæ regnum perluſtrauit, altaria ſubuertit, idola comminuit, & loca omnia idololatriæ labe contaminata mundauit. Et tamen quæ in ſubditorum cordibus erecta latebant ſiue altaria, ſiue idola comminuere nõ potuit, vel ſubuertere, ac proinde nec inſitam animis impietatem euellere. Idcirco de eo legimus dictum in Regum hiſtoria: Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad dominum in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & vniuerſa virtute ſua iuxta omnem legem Moyſi, neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi: & Eccleſiaſticus ſic eum commendat: Inſtar miſturæ odoramenti artificio vnguentarij concinnata Ioſiæ memoria: omni ori, mellis in modum, dulcis, & vt in fæcundo vini conuiuio muſica. Nam in populo reformando dexteritate vſus eſt, & abominandas impietates ſuſtulit: animum ſuum direxit ad dominum, pietatemque temporibus impiorum conſtabiliuit. Et hæc quidem fuit ſolicitudo Ioſiæ. Sed nunquid populus tanti regis exemplo mutatus eſt, tam diligenti eius opera ad pietatem reductus? Minimè gentium. Vnde tibi hoc poteris comprobare? Hac vnica ex Dei natura, & verbo eius deſumpta ratione. Fieri non poteſt vt Deus ſua natura, ad commiſerendum, parcendumque propenſus, & ad id ſuo verbo deuinctus, non pepercerit populo ſub Ioſia reſipiſcenti, & ad veram pietatem conuerſo, ſi vere reſipuiſſet, & conuerſus fuiſſet: ſic enim

Scopus Ieremiæ.

Obiectio.

Reſponſio. Ioſiæ pietas.

4 Reg. 23 25.

Eccleſ. 49. 1.

Interrogatio.

Dei edictio.

ille non ſemel pollicitus eſt, ſententiam ſe mutaturum de malo genti alicui inferendo, ſi gens
[Ierem. 18. 7.8.] *illa pænituerit mali, quod contra Deum perpetrauerit, quod nolit mortem peccatoris, ſed*
[Ezech. 18. 32.] *magis vt conuertatur, & viuat. Atqui Deus poſt illam Ioſiæ operam adhuc in ſua ſentẽ-*
tia perſeuerauit, qua decreuerat perdere omnino Iudam, ſicut perdiderat Iſraëlem ob pec-
cata Manaſſes, quæ adhuc in filiis Deum ad iram prouocabant. Nam quid aliud voluit
[4 Reg. 22. 15.] *indicare Holda mulier illa ſapientiſſima, 4. Reg. 22. cum dixit: Dicite viro, qui miſit vos;*
Ecce ego adducam mala ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores eius omnia verba legis,
quæ legit Rex Iuda, quia dereliquerunt me, & ſacrificauerunt diis alienis, irritantes me
in cunctis operibus manuum ſuarum, & ſuccendetur indignatio mea in loco hoc, & non
[4. Reg. 23. 26.] *extinguetur: & clarius cap. 23. poſt commendationem Ioſiæ, ſubiungitur: Verumtamen nõ*
eſt auerſus Dominus ab ira furoris ſui magni, quo iratus eſt furor eius contra Iudã propter
irritationes, quibus prouocauerat eum Manaſſes. Dixit itaque dominus, etiam Iudam au-
feram à facie mea, ſicut abſtuli Iſraël, & proiiciam ciuitatẽ hanc, quam elegi Ieruſalem, &
[Obfirmatus populi animus.] *domum, de qua dixi, Erit nomen meum ibi. Pro comperto ergo habendum eſt hanc Dei fir-*
mam puniendi populum illum voluntatem ex eo vno perſeueraſſe, quod populus ipſe in ſua
impietate obſtinato animo perduraret, & corruptos mores, quibus à tempore Manaſſes
imbutus fuerat, quaſi natura inſitos retineret. Cur enim iuſtiſſimus & clemẽtiſſimus Deus
peccata Manaſſes in filiis reſipiſcentibus & ad meliorem mentem conuerſis, tam acriter
punire ſtatuiſſet, niſi & ipſi ea patrauiſſent, & impium parentem filij impij imitati fuiſ-
ſent? Non ergo extra rem iuuenis ſui populi amantiſſimus Ieremias, in eum tam grauiter
inuehitur, eius coarguens idololatriam, & vitia ex illa profecta ſuis exardeſcentibus ſer-
monibus è Republica exterminare, & ex omnium mente procurans radicitus euellere ad-
iuuante illius conatus Ioſiæ regis piiſſimi cura, ac diligentia: ſub quo has, quas primo libro
commentamur, in rebellem populum, inuectiuas, exorſus eſt, ad finemque deduxit.

COMMENTARIORVM IN PROPHETIAS IEREMIÆ, LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

1 [1] VERBA [2] Ieremiæ
filij [3] Heleiæ de ſa-
cerdotibus, qui fue-
runt in [4] Anathoh,
in terra Beniamin.
2 Quod [5] factum eſt
verbum domini ad
eum [6] in diebus Io-
ſiæ filij Amon regis
3 Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. Et
factum eſt in diebus Ioakim filij Ioſiæ regis
Iuda, vſque ad conſummationem vndeci-
mi anni Sedeciæ filij Ioſiæ regis Iuda, vſ-
que ad tranſmigrationem Ieruſalem in
4 [7] menſe quinto. Et factum eſt verbum
5 domini ad me, dicens: Priuſquam te
formarem in vtero, [8] noui te: & ante-
quam exires de vulua, [9] ſanctificaui te,
6 & prophetam in gentibus [10] dedi te. Et
dixi: [11] Aaa, domine Deus, ecce neſ-
7 cio loqui, quia puer ego ſum. Et di-
xit dominus ad me: noli dicere, puer ſum:
quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis: &
vniuerſa quæcunque mandauero tibi, lo-
8 queris. Ne timeas à facie eorum: quia te-
cum ego ſum, vt eruam te, dicit dominus.
9 Et miſit dominus [12] manum ſuã, & tetigit
os meum: & dixit dominus ad me: Ecce de-
10 di verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te
hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt
[13] euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes,
11 & ædifices, & plantes. Et factum eſt ver-
bum domini ad me, dicens: Quid tu vides,
Ieremia? & dixi: [14] Virgam vigilantem ego
12 video. Et dixit dominus ad me: Bene vidi-
ſti: quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt
13 faciã illud. Et factum eſt verbum domini
ſecundò ad me, dicens: Quid tu vides? &

PARAPHRASIS.

1 *HÆ ſunt Prophetiæ [2] Ieremiæ filij [3] Helciæ, qui erat vnus de ſacerdotibus [4] Anathoth vrbis tribus Beniamin. [5] Factum enim eſt à domino verbum ad eum [6] per quadraginta, & amplius annos à decimotertio anno Ioſiæ regis Iuda, & per tempora Ioakim filij Ioſiæ, vſque ad vndecimum annum Sedeciæ, eiuſdem itidem Ioſiæ filij regis Iuda, quando [7] menſe quinto ducti ſunt Babylonem captiui ciues Ieruſalem.* Ioſiæ anno 13

Cœpit igitur dominus ad me ſermonem facere hũc in modum: Priuſquam te formarem in matris vtero iam te [8] noueram aptum mihi miniſtrum deligendum: & antequam de vulua in lucem prodires, [9] ſanctificaueram te: & vt gentibus prophetares [10] te deſignaueram. Cui ego: [11] Ah ah, domine Deus, ecce nondum loqui didici, cum puer adhuc ſim, & quomodo prophetabo? & dominus ad me: Ne mihi, ait, oppones infantilem ætatem, dicens te puerum eſſe; quoniã ad omnia peragenda, ad quæ te miſero, iturus es. & quæcumque mandauero tibi, locuturus. Tantum ne quempiam eorum ad quos te miſero, verearis: ſiquidem ego tibi ſemper adero, qui te à cunctis eruam periculis. Ac ſimul [12] porrecta dominus manu os meum tetigit, dicens: Ecce facio linguam tuam diſertam, vt ore facundo, verba quæ tibi inſpirauero, loquaris. Ecce te hodie conſtituo prophetam gentium, & regnorum, vt eas [13] denuncies è terris ſuis euellendas, deſtruendas, perdendas, ac diſſipandas: & rurſus plantandas, & ædificandas. Hoc vt clarius mihi ſignificaret, oſtenſo ſpectro, hunc ad me fecit dominus ſermonẽ Quidnam vides Ieremia? & reſpondi: [14] Virgam ego video in manu tua quaſi vigilantem, minantemque ruinam. Et dominus: Bene vidiſti. Nihil enim aliud hæc virga ſignificat, quam prouidam

meam curam celeriter exequendi, quod per te ſum locuturus. Factus eſt rurſus ſecundò ad me ſermo domini ad hunc modum. Quid tu vides? & aio; [13] Ollam feruentem ego video ab Aquilone venientem. Et dominus ad me: Ab Aquilone, ait, omne malum effundetur in omnes terræ huius habitatores. Ego enim cogi faciam omnia regna [16] Aquilonaria in vnum exercitum, & venient contra Ieruſalem, & [17] ſoliũ ſuum vnumquodque eorum conſtituet in veſtibulo portarum eius, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & in vniuerſis vrbibus Iuda, & [18] obiurgabo ciues eius de ſumma impietate, qui, me deſerto, diis alienis [19] libauerunt, & adorauerunt idola, quæ ſuis manibus confecerant. Tu ergo, Ieremia, ſurge, & vt expeditior ſis, accinge lumbos tuos, & liberè loquere illis quæcumque præcipio tibi: ne cuiuſquam eorum conſpectum vereatis. Nam me ſeruatorem cum habeas [20] non eſt quod metuas vultum eorum. Ego enim hodie [21] inſtar munitiſsimæ ciuitatis, & columnæ ferreæ, & muri ærei terræ huic vniuerſæ te oppono, regibus videlicet Iuda, principibus, & ſacerdotibus, & reliquæ plebi, qui te perdere conabuntur, ſed nequaquam ſui voti compotes fient, quia ego tibi præſto adero dominus, qui ſolus ſatis ero, vt liberem te.

dixi: [13] Ollam ſuccenſam ego video, & fa-
ciem eius à facie Aquilonis. | Et dixit domi- 14
nus ad me: Ab Aquilone pandetur omne
malum ſuper omnes habitatores terræ.
| Quia ecce ego conuocabo omnes cogna- 15
tiones regnorum [16] Aquilonis, ait domi-
nus: & venient, & ponent vnuſquiſque [17]
ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſa-
lem, & ſuper omnes muros eius in circuitu,
& ſuper vniuerſas vrbes Iuda. | Et [18] loquar 16
iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiã
eorum, qui dereliquerunt me, & [19] libaue-
runt diis alienis, & adorauerunt opus ma-
nuum ſuarum. | Tu ergo accinge lumbos 17
tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ
ego præcipio tibi. Ne formides à facie eo-
rum, [20] nec enim timere te faciam vultum
eorum. | Ego quippe dedi te hodie in [21] ci- 18
uitatem munitã, & in columnam ferream,
& in murum æreum, ſuper omnem terram
regibus Iuda, principibus eius & ſacerdoti-
bus, & populo terræ. | Et bellabunt aduer- 19
ſum te, & non præualebunt: quia ego te-
cum ſum, ait dominus, vt liberem te.

ARGVMENTVM.

Tria expẽdẽda in prophetis.

TRia ad rectam prophetarum intelligentiam expendenda in primis eſſe à priſcis patribus accepimus, qui regulas ad interpretandum tradidere: tempus videlicet, quo edita eſt prophetia, perſonas tam dicentis, quam eorum ad quos, vel de quibus dicitur; & rem propter quam, vel de qua ſermo inſtituitur. Sic ex veteribus docuere Origenes libro. 2. in epiſtolã ad Romanos, Lactantius Firmianus lib. 4. Diuinarum inſtitutionum cap. 5. Hieronymus in 1. Iſaiæ, Cyrillus Alexandrinus lib. 8. theſauri cap. 2. & hos ſecuti ceteri. Iuxta quam regulam primum hoc Ieremiæ caput, quod vniuerſo operi inſtar cuiuſdam prooemij eſt, in tribus his explicandis inſumitur: nam præfixo libri titulo, reliquum caput, & tempus harum prophetiarum manifeſtat, & perſonas dicentis, & de quibus dicitur, & totius operis argumentum, & materiam tradit, virgæ vigilantis, & feruentis ollæ ſimilitudine, vt oſtendemus comprehenſam.

Origenes, Lactãtius, Hieron. Cyrill. Alex.

COMMENTARIVS.

Verbi duplex ſignificatus.

1 VERBA.] Hic eſt vniuerſi operis titulus, qui præfigi ſolet, vt cuius auctoris opus ſit intelligamus. Verbum autem cùm duo ſignificare poſſit, & ipſam diuinam reuelationem de futuris, quatenus à Deo reuelante profectam, & ipſi Ieremiæ manifeſtatam; & ipſam denun- A ciationem, qua dictam reuelationem propheta in publicum effert, populoque ipſi exponit: priori modo hoc loco accipi verba, intellexerunt LXX. cum vertêre: verbum domini, quod factum eſt ad Ieremiam: & eos ſecuti Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, & Dionyſius, indicare volentes, vt Hieronymus adnotauit, verba, hoc eſt prophetias, quas

LXX. Hieron. Theod. Raban. Hugo. Dionyſ.

quas locutus eſt popolo Ieremias, facta illi prios à domino fuiſſe: probat autem ſatis hunc ſenſum, quod in ſequẽtibus dictum hic generatim [Verba Ieremiæ] exponitur ſingilatim, cũ dicitur aliquoties quod factũ eſt verbum domini ad Ieremiam. Poſteriori modo videntur accepiſſe Chaldæus paraphraſtes, Lyra, & Vatahlus, ita vt, Ieremiæ, gignẽdi caſus ſit; & ratio tituli hunc ſenſum verũ eſſe oſtendit. eiuſmodi enim ſic ſoler præmitti, Liber Iſaiæ, Liber Danielis; atque ita ſenſus eſt: Hæ ſunt prophetiæ Ieremiæ. quas videlicet popolo denũciauit. & propterea non dixit, à domino illi facta; quamois in ſequẽtihus, quo autore ea verba protulerit explicetur, cum dicitur, à domino facta.

Ieremias, Olda, & Sophonias ſimul prophetarunt.

Communis eſt Hebræorum ſentẽtia, quam notat & ſequitur Dauid Kimhi, Ieremiã vnà cum Olda, & Sophonia prophetaſſe: Ieremiam tamẽ in vicis & plateis Ieruſalem, Sophoniam in ſcholis, aut ſynagogis, Oldam verò in cœtu fœminarum.

2 *Ieremiæ.*] Deſignat perſonam auctoris harum prophetiarum, vel dicentis: à generis oobilitate, quod Helciæ ſacerdotis fuerit filius, ac propterea ipſe Ieremias ſacerdos fuerit. à patria, quod ex Anathoth: à dignitate officij, quod à Deo ſit ei iniũctum munus prophetandi. His enim omnibus tã perſpicuè adnotatis facit fidem ex perſona dicentis. Oſtẽſis enim ſuo genere, patria, profeſſione, & inferius, ætate, docet nos verũ ſe eſſe prophetam, & prophetiam eſſe certiſſimam.

Veri prophetæ ſigna. Ioan. 3. 20.

Hæc enim ſigna ſont veri prophetæ; nã falſus, qui malè agit, odit locem, & nomen, genus, patriam, & profeſſionem mentitur. Illud maximè iuuat ad hoc, quod ſe ſacerdotem eſſe oſtẽdit, quo auget dicendorum auctoritatem.

Malac. 2.7.

Nam de ore ſacerdotis requirẽt ſciẽtiam, ſiquidem labia illius cuſtodiunt illam, & legem requirent de ore eius, quia angelus domini exercituom eſt, Malach. 2. Lex veritatis eſt in ore eius, & iniquitas nõ eſt inuenta in labiis eius. Atque ita cum aliquid promiſerit, aut fuerit cõminatus, nõ decipiet; iuſta illud 1. Machab. 7. 14. Homo ſacerdos de ſemine Aaron venit, noo decipiet nos.

1. Machab. 7. 14.

Multũ enim refert qua polleat dignitate, qui apud populum eſt concionaturus; oam ſi magni æſtimetur; præſertim ſi nouerint quòd prius com domino, res quas loquitur tranſegerit, & ea ore eius documẽta tradat, increpet, comminetur; rem quam expetit, morum nempe mutationem, cõſequetur.

3 *Helciæ.*] Exiſtimauit Clemens Alexandrinus Stromatẽn li. 1. Hieronymus in qoæſtionib' Hebraicis in 1. Paralipo. & Dauid Kimhi cum ceteris Hebræis, quem refert & ſequitur Paulus Burgenſis hoc loco, Helciam hunc fuiſſe ſummum illum Pontificẽ, qui anno 18. Ioſiæ, qui erat ſextus poſtquã cœperat prophetare Ieremias, inoenit in arca librum Deuteronomij, quemadmodum refertur 4. Reg. 22. 8. & 2. Paralip. 34. 14. & patrem habuerat Sellom, vt legimus 1. Paralip. 6. 12. qui alio nomine dictus eſt Moſellã 1. Paralip. 9. 11. & cum Helcias ille fuerit pater Azariæ aui Eſdræ, & Ioſedech, vt patet 1. Eſdræ 7. 1. Ieremias & Azarias fratres fuiſſent. Verũ diuerſũ eſſe ab eo & Chaldæus paraphraſtes oſtẽdit, dum Helciam ait eſſe vnum de principibus cuſtodiæ ſacerdotũ, hoc eſt de tẽpli præpoſitis, de quibus inferius ſermo redibit c. 20. & verba hæc ſatis idoos docẽt, quibus dicitur: De ſacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth: nec enim ſi ſummus fuiſſet ſacerdos, ita connumeraſ-

Helcias quis ſacerdos fuerit. Clemens Alex. Hieronymus. 4. Reg. 22.8. 2. Paralip. 34. 14. 1. Paralip. 6 12. 1. Paralip. 9. 11. 1. Eſdræ 7.1.

A ſet aliis ſacerdotibus, nec tã indecorè eum nominaſſet. Probat præterea hoc ipſum, quod Helcias ſummus Põtifex non erat Anathothites, ſed Ieroſolymitanus, vt conſtat ex certa conſuetudine relata à Ioſepho libro Antiquitatum 20. cap. 18. quã conſueuerant omnes Pontifices degere Ieroſolymis, vt ibi omni populo ios dicerẽt, & Dei cultom præſentes curarent. At Helciam patrem Ieremiæ fuiſſe Anathothitem, & in ea vrbe domicilium, & bona ſua haboiſſe, ſatis apertè colligitur ex hoc loco; & ex cap. 11. verſu 21. vbi conciuem ſuum Anathothitæ occidere nitebãtur Ieremiam, & ex cap. 37. 11. vbi egreſſus dicitur Ieremias de Ieruſalem, vt iret in terram Beniamin, & diuideret ibi poſſeſſionem in conſpectu cioiom. & demum quia ex cap. 32. 7. vt rectè explicat Hieronymus, conſtat Helciam, & Sellum fratres fuiſſe ex Anathoth, & B Ieremiam filium Helciæ, & Hanameel filium Sellum patrueles, & propterea iure propinquitatis petiit hic ab illo vt emeret agrũ, quem poſſidebat in Anathoth. At Helcias ſummus Pontifex nullũ fratrem legitur habuiſſe: filium autẽ habuit Azariam, & nepotem Saraiam ſummos etiam ſacerdotes; qui oon permiſiſſent tam malè tractari Ieremiam à cæteris ſacerdotibus, & principibus; nec ipſi tam impiè eũ deſpexiſſent, ſi tam propinquus illis eſſet, videlicet frater Azariæ. Fuit ergo Helcias pater Ieremiæ, non ille ſommus Põtifex, ſed ſimplex ſacerdos, aut fortaſſe vnus ex vigintiquatuor præpoſitis templi, cui obtigit ad habitãdum Anathoth in tribu Beniamin: & in tempore vicis ſuæ veniebat Ieroſolymam, vt ſuo munere fũgeretur.

Ierem. 11 21. Ierem. 37. 11. Ierem. 32. 7.

4 *Anathoth.*] Filiis Aaron deſignatæ ſunt à Ioſoe ca. 21. ioxta præceptum domini Numer. 35. vrbes ad habitandum cum ſuburbanis ſuis, tredecim in C tribu Iuda, Simeõ, & Beniamin; & ex his quatuor in tribu Beniamin Gabaon, Gabae, Anathoth, & Almon. Eſt autem Anathoth ad Septẽtrionem ſita Ieruſalem, tribos ab ea millibus diſtãs, vt hîc ait Hieronymus, & iofra ca. 11. & in præfatione commentariorum in Hoſeam: quamuis Ioſephus lib. 10. Antiquit. ca. 10. viginti ſtadiis quatuor minus quam Hieronymus, procul ab Ieroſolymis dicat conſtitutam. Atque vel ex patria conſtat ſacerdotem fuiſſe Ieremiam, & tẽpore vicis ſuæ debuiſſe venire ad offerendum, vt fecit poſt Zacharias de vice Abia, Lucæ 1. iuxta ſortitionem factam 1. Parali. 24. 10. niſi munere prophetandi excuſatus eſt: nuſquam enim functum eum ſacerdotio legimus.

Ioſue 21. Numer. 35. 2. Lucæ 1 5 1. Paralip. 24. 10.

Dei mirum artificium probos improbis commiſcens.

Voluit ſanè Deus, qui nihil prætermittit, ex quo poſſint homines adduci ad virtutẽ amplectẽdam, ſacerdotes per omnes tribus diſtribuere, & in ſeD paratis ciuitatibus conſtituere, in quibus tanquã in pietatis gymnaſiis Dei cultum, & ſacrorũ ritũ, omniumque virtutum doctrinam addiſcereot, ac conſeruarent; atq; inde ciuitates vicinæ cœleſtis diſciplinæ ſemina, ſanctioriſque vitæ exempla petere poſſent. Quemadmodũ pollicetur Deus per voiuerſam terrã ſeminaturum ſe Iezrael, Hoſeæ 2. 23. hoc eſt ſemẽ Dei; Apoſtolos videlicet, & viros alios inſignes ſanctitate, qui tãquam ſcintillæ in mundi arundineto diſcurrant, & euangelicum ſemen per orbem ſpargaot vnioerſum. Idcirco & viros præſtantiſſimos, quorum egregiam mentionem facit Eccleſiaſticus à ca. 44. per ſingulas ætates miſit in muodum, & corruptiſſimis hominibus admiſcuit, vt exemplo ſuo illis prælucerẽt, & eos ab impietate ad pietatẽ reuocarẽt. Quod officiũ

Hoſeæ 2. 23. Sap. 3. 7 Eccleſ. c. 44.

cum Perſis, apud quos renebantur captiui, Iudæi præſtarent, & Perſas relicturi eſſent, Perſarum Angelus, cui curæ erat illa prouincia, obnixè procurauit, Danielis 13. capite, ne omnino diſcederent, ac illorum conſortio, conſiliis, & exemplis, quibus ad veram religionem adduci poſſent, priuarentnr. Sapientia ædificauit ſibi domum iuxta ciuitates, Prouerb. 9. vt inde mitteret ancillas ſuas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis, vt omnes ad ſe audiendã inuitarent, & Christus Dominus in mediis vrbibus nuptiale conuiuium euangelij parabat, tauris & altilibus occiſis, Matth. 22. & ſeruos ſuos mittebat vt vocarent inuitatos, & quoſcumque inuenirent compellerent intrare. Præſtitit hoc ipſum magnus Baſilius in nouo Teſtamento, vt inter eius laudes refert Gregorius Nazianzenus, qui cum eos, qui in vrbibus morabantur omnino remotos videret ab ocio, & contemplatione, & vita monachorum qui in ſolitudine ſeſe exercebant: vt hi ſua bona illis impertirent, & ad cultiorem viuendi modum ſuo exemplo deducerent, præclarè inter ſe reconciliauit, ac permiſcuit, pietatis nimirum gymnaſia, & monaſteria extruens, non longo interuallo ab vrbibus remota, verum probè coniungens, vt quemadmodum terra & mare, ita horum vitæ commoda ſua inter ſe communicantes ad vnicam Dei gloriam concurrerent. Hæc ergo ſit cauſa, cur Deus voluerit ſacerdotes admiſceri laicis, & vrbes elegerit, in quibus habitarent, vt Anathoth patriam Ieremiæ, per omnes tribus diſperſas.

Daniel. 10.13. — *Pro. 9. 1* — *Matth. 24. 4.* — *Baſilius Gregorius.*

5 *Quod factum eſt.*] Particula, quod, Hebraicè אשר aſer, licet poſſit accipi vt pronomen relatiuum, & reddat hunc ſenſum: Hoc eſt verbum, quod factum eſt ad eum, in diebus Ioſiæ, & in diebus Ioakim, & Sedeciæ: tamen Hugo, Lyra, & Dionyſius dicunt eſſe coniunctionem, vt cum dicimus, lætor quod adueneris, pro quia, vt Iſaiæ 49. 3. Seruus meus es tu Iſrael, quia in te gloriabor. vt ſic reddat rationem tituli illius, verba Ieremiæ quaſi dicat, verba Ieremiæ ſunt, quæ hoc volumine continentur. Nam verbum factum eſt à Domino ad eum in diebus Ioſiæ: & factum eſt in diebus Ioakim, vſque ad tranſmigrationem Ieruſalem. Et quia verba illa Ieremiæ diſtribuit per tempora regum ſingulorum, ideo verba numero multitudinis in initio poſita, per verbum multiplicatum ſingulari numero effert. Aut certè indefinitè dixit, verbum, volens ſignificare omnem reuelationem factam Ieremiæ à decimotertio anno Ioſiæ vſque ad captiuitatem, nomine plurali prius comprehenſam. Quod autem dicit, [verbum Domini] oſtendit profeſſionem ſuam, quod ſit Propheta, & verus, qui à Domino habeat verbum, cui refert acceptum: ne eius eſſe putemus, quæ prophetat, & non Domini, quo ſuæ prophetiæ conciliat auctoritatem: in quo multi peccant, qui aliorum verba vſurpantes, & non domini, vt propria venditant & aliena pulchritudine ſeſe exornant.. Sed grauius illi qui verba domini quaſi ſua oſtentant, & vnde proximorum vtilitatem, & Dei gloriam quærere deberent, quærunt ſuam; quærentes quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti. Quibus obiicientibus in die iudicij, Matth. 7. 22. Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? merito reſpondebit Chriſtus; Quia nunquam noui vos: diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.

Iſa. 49. — *Ieremias verus propheta notatur.* — *Ad Philip. 2. 21* — *Matt. 7. 22.*

6 *In diebus.*] Quamuis quinque fuerint reges, ſub quibus Ieremias prophetauit, Ioſias, Ioachaz, Ioakim, Ioacin, & Sedecias; trium hoc loco tantum ſit mentio, quòd Ioachaz, & Ioacin ternis ſolis menſibus regnauerint. Cum ergo à 13. anno regni ſui, Ioſias regnauerit annos 19. cum vndecim Ioakim, & aliis vndecim Sedeciæ: Prophetauit Ieremias annis quadraginta & vno: & cepit triginta annis antequam Ezechiel Babilone prophetaſſet, imminente iam captiuitate duarum tribuũ. Cum autem certum ſit poſt vndecimum annum Sedeciæ, vrbe deſtructa, & templo ſuccenſo Ieremiam ductum in Ægyptum prophetaſſe; incertum nihilominus eſt quot annos ibi tranſegerit, & videtur vero ſimilius prophetaſſe in Ægypto vſque ad annum 4. captiuitatis, qui erat 23. Nabuchodonoſoris, quo vaticinatus eſt Ephre, ſeu Vaphrem regem Ægypti fuiſſe vincendum & à Nabuchodonoſore occidendum, vt habetur cap. 44. huius prophetiæ, quod impletum eſſe anno ſequenti 24. Nabuchodonoſoris, & 5. captiuitatis aſſeruit Ioſephus lib. 10. antiquit. c. 11. & nos latius oſtendimus in noſtra ſacra Chronologia. Atque ita dicemus in Ægypto Ieremiam prophetaſſe quatuor, aut quinque annis: qui additi ſupra numeratis facient quadraginta quinque, aut quadraginta ſex annos, & cum puer cœperit prophetare, quatuordecim, quindecimve annorum, ſi liceat coniicere, interfectum eum exiſtimabimus penè ſexagenarium.

Propheta tempus. — *Ieremiæ anni.* — *Ierem. 44 30.* — *Ioſephus*

7 *Menſe quinto.*] Ex hiſtoria regum Iuda tres colligimus ciuium Ieroſolymorum cum eorum regibus factas tranſmigrationes. Vnam anno 1. Nabuchodonoſoris, qui erat tertius completus Ioakim, Dan. 1. & quartus incipiens, Ierem. 25. quando tradidit Dominus in manu Nabuchodonoſoris Ioakim regem Iudæ, & partem vaſorum domus Dei, & regios adoleſcentes, Danielem cum ſociis. Alteram, anno 7. Nabuchodonoſoris, quando Ioacin Iechonias, poſtquam tres menſes regnauerat, de conſilio Ieremiæ ſe tradidit Nabuchodonoſori: qui tranſtulit eum Babylonem cum matre, & principibus, cum theſauris regiis, & cum vaſis templi, 4. Reg. 24. 10. & 2. Paralip. 36. 10. Tertiam, anno 19. Nabuchodonoſoris, qui erat 11. Sedeciæ, ſuccenſo templo & vrbe diruta. De tertia hac vt loqui intelligeremus Ieremiam, additum eſt, vſque ad tranſmigrationem Ieruſalem, menſe quinto, quo factam fuiſſe patet ex 4. Reg. 25. 8. & Ieremiæ 52. 12. quamuis vſu factum ſit vt ſecunda dicatur tranſmigratio, quod Iechonias ſponte ſe tradiderit Babylonio. Quod ſi obiicias vltra quintum menſem prophetando Ieremiam progreſſum eſſe. Nam 7. menſe vt patet ex cap. 41. & 42. cõminatus eſt Iudæorum reliquiis ærumnas, quas vitare conabantur captiuitatis, ſi fugerent in Ægyptum: & deinceps in ipſa Ægypto, vt refertur c. 43. & 44. Reſpondetur in hoc proœmio habitam eſſe rationem tantum annorum, quibus ſub regibus Iuda prophetauit Ieremias, qui finem habuerunt in vndecimo anno Sedeciæ, & in extrema Ieruſalem tranſmigratione; facta menſe quinto Iulio. Vbi illud eſt ſummopere aduertendum: cum Dominus tam ſit hominum amator, qui neminem perire patiatur: antequam tempus captiuitatis inſtaret, miſiſſe Ieremiam, vt per ſermones eius Iudæi conuerterentur: miſiſſe eundem ſub ſecundo

Tranſmigratio triplex populi Ieroſolymitani. — *Dan. 1.* — *Iere. 25* — *4. Reg. 24 10.* — *2. Para 36 10.* — *4. Reg. 25. 12.* — *Ierem. 52 12.* — *Obiectio* — *Dei cura pro hominũ ſalute.*

rege;

tege;miſiſſe qooque ſub tertio,ſub quarto&quinto:quid plura?iam captiuitas imminebat,& adhoc adhortabatur Deus, tribuens & ante vnum diem locum pœnitentiæ. Vode dicitur, vſque ad transmigrationem Ieruſalem, & vſque ad quintum menſem prophetaſſe Ieremiam, quando iam hoſtium vincula reſtrinxerant manus Iudæorum. Ad extremum enim habitum ſtat Deus ad oſtium, & pulſat. Quod ipſum feciſſe Deum per ceteros prophetas,& per Noë olim,dum fabricaretur arcam, notius eſt quàm vt à me referri debeat.

Apoc. 3. 20.

8 *Noueram.*] Accedit ad explicandum munus propheticum,quo eſt condecoratus à domino,& ſingillatim ſuam electionem deſcribit, vt dicendo tum faciat fidem, & magnam eis ineſſe auctoritatem nouerimus,nempe diuinã. Sic Aaron Exod. 4.congregatis cunctis ſenioribus Iſrael, qui erant in Ægypto, retulit eis quæcumque dixerat dominus Moyſi, & fecit ſigna coram populo, & credidit. Iſaias etiam ca. 6. narrat modum quo vocatus fuerit,& miſſus ad populũ. Idipſum repetit multis in locis Paulus,& quidem latiſſimè,vt 1.ad Cor. 15.1.2.ad Cor.12.ad Galatas 1.&. 2. Diſquirit anxiè Auguſtinus lib.6. de Geneſi ad literam cap.8. vbinam Deus nouiſſet Ieremiam,antequam eum formaſſet,num in aliquibus cauſis, vt in lumbis parentum,aut in Adam, vel potius ante omnẽ creaturam;ſicut prædeſtinauit ſanctos ſuos ante mundi conſtitutionem?& cum ipſe nihil definiat, reſpondemus ab æterno cognouiſſe Deũ Ieremiam notitia approbationis,qua probauit ſibi eum deligendum tanquam aptum miniſtrum prophetici muneris. De hac cognitione videtur Chaldæus intellexiſſe,cum vertit,antequam crearem te in vtero,præparaui te:& Origenes ſic intellexit homi.1. in Ieremiam, & Chryſoſtomus homilia de Ieremia,in tomo 1. Noli,inquit,putare quod nunc primum te prophetam conſtituo, olim, olim mihi probatus,ac notus es, olim conſecratus: ſic & ceteri: nouerat enim eum,ea notitia, qua nouit dominos qui ſunt eius: cum ab æterno ſelegit eum, & curam eius, rationemque habuit, in illumque ſuos oculos coniecit ad hoc munus prophetandi.

Exod. 4. 30. *Iſai. 6. 3.* *1. ad Cor. 15. 1. 2. ad Cor 12. Ad Galat. 1. & 2.* *Auguſtini quæſtio.* *Chaldæus. Origenes. Chryſoſtomus.*

Hæc,quæ de Ieremia dicuntur,nonnulli ex priſcis patribus, nolunt de Ieremia intelligere, ſed de Chriſto dicta,vnica ratione conuicti, quod illud quod additur, & prophetam in gentibus dedi te, vt euellas,& deſtruas,ædifices,& plantes: non potuerit Ieremiæ conuenire, qui gentibus non prædicauit,nec earum regna deſtruxit,aut iam deſtructa ædificauit: at Chriſto maximè, qui per ſuos Apoſtolos gentibus euangelizauit, & earum regna mutauit,vt abiectis idolis, & cultu falſo, quo ea venerabantur,in regnum Chriſti, luce euangelica illuſtre conuerterentur. Vnde Ambroſius lib. 6.de benedictionibus Patriarcharum c.11.de Chriſto hæc verba interpretans ait,eum notum Deum à Deo,antequam formaretur in vtero virginis, & antequam exiret de vulua Mariæ fuiſſe hominem ſanctificatum. Sed de Ieremia hunc locum eſſe intelligendum communis eſt ſententia: de ratione autem,qua moti illi patres,dubitarunt de hoc, dicemus inferius,eum ea verba num.10.explicemus.

De Chriſto qui intelligant. *Ambroſius.*

9 *Sanctificaui.*] Locus difficilis,in quo explanando oportet aliquantulum immorari. Vt autem interpretum expoſitiones melius intelligãtur, duo erit neceſſe præmittere. Vnum eſt,verbum ſanctificare,iuxta primum, & communiorem ſcripturæ, & gentium vſum,eſſe idem quod cõſecrare,religioſum facere,& à communi vſu ſeparare,& certis ritibus,ac cæremoniis,diuinis vſibus,obſequiis,aut miniſteriis deputare. Hac ratione verbum hoc acceptum tam dicitur de rebus inanimatis, & ratione carentibus,quam de hominibus: ſic templum, & vaſa dicuntur ſancta,quod legitimis ritibus ſint ad cultum Dei conſecrata. Sic Ierem.6.& Ioelis 1. bellũ dicitur ſanctificari, quod tam apud Iudæos, quam apud gentes certis cæremoniis, ſolemnitatibuſque bella ſuſciperentur. Sic Leuit.27.ver. 16. & 17. ager dicitur cõſecrat⁹ voto domino,& Deu. 15.19.dicitur: De primogenitis, quæ naſcuntur in armentis,& ouibus tuis quicquid eſt ſexus maſculini ſanctificabis domino. Hac eadem ratione, Ierem. 12.4.dictum eſt,Sanctifica eos in diem occiſionis,hoc eſt ſepara,vel præpara, vt ſeparari ſolet victima ad ſacrificium:& Iſaiæ 13.3.&Sophon.1.7. Deus vocat milites,ſanctificatos ſuos:quod bello, præſtito iuramento,ſolerẽt addici. Sic denique ſacerdotes,prophetæ,ac reges ſanctificabãtur,quod chriſmate inungerentur, & ſuis muneribus addicerentur; vt adnotarunt Clemens Romanus li. 1. Recognitionũ, Chryſoſtomus homilia in dictum Apoſtoli 1.ad Cor.15.Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia:in extremis verbis tomo 3. pag. 994. & homil.3.in caput 1.poſterioris ad Cor. tomo 4. & Auguſtinus lib.1. Retractat. ſuper librum 83.quæſtionum, q. 61.ex eodem enim cornu inungebantur reges,inungebantur prophetæ, inungebantur ſacerdotes, vna vnctio, tria dona, vna erat vnctio ſanctificationis,ſed tria diſtribuebantur chariſmata,ad regendum,ad Deo cultum exhibendũ, & ad prophetandũ. Huius externæ ſanctificationis,ſeu conſecrationis, qua initiabantur prophetæ, ceterique ſanctificati, vnicus hic erat effectus,ſeparari ab vſu,vitaque communi,quæ impura eſt,& addici ſacro Dei vſui,ad quem quiſque eſſet ſanctificatus.

Iere 6. 4. Ioel 3. 9. *Leuit. 27. 16. 17. Deut. 15. 19.* *Ier 12. 4. Iſa. 13. 3. Sop. 1. 7.* *Clemens Roma. Chryſoſtomus.* *Auguſtinus.* *Sanctificatio Sacerdotũ, Regum, Prophetarum.*

Hinc ſecundo hoc verbum deſumptũ eſt ad ſignificandam ſemotionem,qua quis ſemouetur,& purus redditur à quauis culpa,& Dei ſeruitio purè & inculpatè exhibendo addicitur: quo ſignificatu dixit Dionyſius libro de Diuinis Nom.ca.12. Sanctitas eſt ab omni ſcelere libera, perfectaque, ac omni ex parte incontaminata puritas:&Origenes ho.11.in Leuit. Sanctus eſt,qui ſegregat ſe à malis actibus,& mancipatus,ac dedicatus eſt Deo. Sed vtrumque ſignificatũ breui ſermone cõprehendit Trebatius li.10. Religionũ,apud Macrobium li.3. Saturnal.c.3.cum dixit: Sanctũ eſt vel idem quod ſacrũ,aut religioſum,vel quod incorruptũ,vel culpæ neſcium. Alterũ quod diximus præmittendum hoc eſt: Nos hîc non diſputare vtrum Ieremias ſic fuerit in matris vtero ſanctificatus, vt à culpa originis fuerit ibi expurgatus,vt Ioãnes Baptiſta: qua in re,nec ſancto Ieremiæ honorem hunc adimere volumus,nec ſuã ſanctis patribus auctoritatẽ. Sed tantũ virũ hic locus indubiè nobis id tradat,an diuerſum aliud. Hoc enim interpretis munus eſt. His ita prænotatis iuxta duas prædictas verbi ſanctificare,ſignificationes,duas afferemus loci Ieremiæ expoſitiones: & poſteriorẽ in duas alias diuidemus.

Dionyſius. Origenes. *Trebatius Macrobius.* *Quæſtio de Ieremia ſanctificatione.*

Prior ergo expoſitio eſt,hoc verbo ſignificari,Ieremiam fuiſſe à culpa mundatũ,antequam exiſſet de vulua:& cum nulli alij culpæ tunc fuiſſet obnoxios Ieremias, quam originis,ab ea dicunt liberum egreſſum fuiſſe. Huius expoſitionis auctores feruntur Origenes ho.1. in Ieremiam: Athanaſius

1. Expoſitio. *Orig. Ath.*

A iiij

Ambroſius. Greg.Naz. Cæſarius Chryſoſtomus. Hieronymus. Ioã.Maxentius. Damianus. Bernardus. Raban⁹.

oratione 4.contra Arianos ad medium, Ambroſius lib.1.in Lucam cap.5.Gregorius Nazian. oratione 1. Apologetica verſus finem,& oratione in funere patris, Cæſarius eiusfrater dialogo 3.& 4. Chryſoſtomus ſermone de Ieremia, tomo 1. Hieronymus hîc,& ad Epheſios 1.& infra ca.23. D. & in 1.caput ad Galatas;&in Apologia contra Ruffinum ad Pammachium, D.Ioannes Maxentius,lib. 1. dialogi contra Neſtorianos,tom.5.Bibliothecæ ſacræ,Petrus Damianus ſermone de ſancto Ioãne Baptiſta, Bernardus ſermone de excellẽtia & ſanctitate Ioannis Baptiſtæ. Sic etiã huius loci commẽtatores,Rabanus ſecutus per omnia Hieronymũ,S. Thomas,Hugo,Lyra,& Dionyſius.& probatur hũc ſenſum eſſe legitimum:quia vel Dominus aliquid ſingulare inter reliquos prophetas,Ieremiæ ſe dicit cõtuliſſe,vel nihil:ſi nihil, quid opꝰ B erat illum ſibi deuincire verbis illis tã beneuolis: Priuſquam te formarem in vtero noui te,& antequam exires de vulua ſanctificaui te, & prophetã in gentibus dedi te:cùm ſimiliter nouiſſet ceteros prophetas antequam plaſmaret, & ſanctificaſſet, ac muneri prophetico dicaſſet? Ergo aliquid peculiare contulit Ieremiæ in ventre matris quod non contulerit aliis:id autem non aliud poteſt eſſe,quã à culpa immunem feciſſe ex ipſa vulua, quod aliis prophetis veteribus contigiſſe neſcimus:hac ergo ratione Deus illum ſanctificauit.

2. expoſitio. Eccleſ.

Poſterior expoſitio accipit verbum,ſanctificaui, in priori eius ſignificato,pro cõſecraui,pręparaui, aut ſelegi,&deputaui muneri prophetico,aut pręordinaui. Sic Eccleſiaſticus 1. verſu 9. de Ieremia loquẽs,Nam malè,inquit,tractauerũt etiam, qui à ventre matris cõſecratus eſt propheta,euertere, C & eruere,& perdere,& iterũ ædificare,& renouare:& Chaldæus paraphraſtes,Antequã venires ad ſæculum præparaui te prophetam.Irenæus lib.5. aduerſus hæreſes,c.15.eodem modo intelligit Ieremiam ex vulua ſanctificatũ, quo Paulus ſe dicit ex vtero ſegregatum,ad Galat. 1. & Hieronymus ad Galat.1.& hîc,dũ ſtrictè expoħit,ſic ait: Quod autẽ ſanctificatur in vtero iuxta illud Apoſtoli debemus accipere.Poſtquam autem placuit ei, qui me ſegregauit de vtero matris meę,&vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in gentibus.Nec clarius aliquid dicit in locis aliis citatis. Chryſoſtomus etiã homilia illa in Ieremiam, Olim olim,inquit,mihi probatus ac notus es,olim conſecratus.Idem ſermo.1.in epiſtolam ad Romanos. Anaſtaſius præterea Nicenus epiſcopus in quæſtionibus ſacrę ſcri- D pturæ q. 59.to.6.Bibliothecæ ſacræ, & hîc Theodoretus,Porro,ait,illud verbũ,ſanctificaui, poſuit pro ſegregaui.Auguſtinus epiſtola 57. ad Dardanum q.2.tam in Ioanne Baptiſta,quàm in Ieremia aliquod ſanctificationis genus in vtero matrum concedit tributum, vt Ioãni exultationem in vtero,quod ſine operatione ſpiritus ſancti,non videtur credi poſſe factum: tamẽ ſanctificatio, qua efficimur templa Dei,nõ eſt,inquit,niſi renatorum, quod niſi nati homines eſſe non poſſunt. Qoid qood Illefonſus Toleta. Archiepiſcopus in lib. aduerſus eos qui diſputãt de perpetua virginitate S. Mariæ,& de eius parturitione,ſic ait: Vnde & ſi Ieremiæ dies,atq; Iob maledicta prouociatur, dies inquam,natiuitatis eorum: tamẽ dies quando inchoata eſt fœlix Mariæ natiuitas, beata pronũciatur,& colitur religioſè ſatis. Quibus verbis Iere-

Chaldæ⁹ Irenæus. Hieronymus ad Gal. 5. Chryſoſtom. Anaſtaſius. Theodoret. Auguſtin. Illefonſus.

A miam in peccato natum, non obſcurè pronũciat. Bernardus epiſtola 174.ſatis dubitat &ipſe de hac ſanctificatione in vtero ab originis peccato, & licet beato Ioanni illam tandem concedat, at Ieremiæ tribuere minimè audet. Rabanus hîc ſequitur per omnia Hieronymum. Denique R. Salomõ ita intellexit hunc locum,& Abulenſis q.17.in ca. 15.Iudicum: Falſiſſimum,inquit, eſt quod habeant motiuum in ſacra ſcriptura ad aſſerẽdum Ieremiã fuiſſe à culpa liberum ex vtero matris,quia ſanctificaui eſt præordinaui, aut paraui ad munus propheticum. Doctoribus autem,addit, dicentibus à culpa mundatũ,ex gratia credemus,non ex auctoritate ſcripturæ. Suffragatur huic ſentẽtiæ è noſtra Societate Maldonat. qui lumine qood attulit hiſtoriæ euangelicæ accutiſſimè perſtringit oculos hęreticorum, in 10. Ioan.ver.36.& in 17.ver.17.& Arias Mõtanus in illa Sophon.1.verba,Sanctificauit vocatos ſuos. Nec enim quod dixerit Deus apud Paulum ad Rom. 9. antequam nati fuiſſent, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui· aut quia dixerit Paulus ad Gal.1.ſe ſegregatum à Deo ex vtero matris ſuæ,ſtatim ſequitur, tã Iacob, quàm ipſum Paulum ex vtero matrũ fuiſſe à culpa originis liberatos. Patres autem, qui propriori ſententia afferuntur, ſi rectè expendantur, vt mox faciemus, non illam approbant,aut clarè affirmant, præter valde paucos. Atque hæc ſatis probata, horum eſt auctorũ ſententia; qui vel intelligi poſſunt locuti de ſanctificatione, hoc eſt præparatione Ieremiæ ab vtero reipſa tantum facta,ad munus propheticum;vel de ea,quam ab æterno Dei munere ſortitus eſt, de qua iam dixero.

Bernardus. Raban⁹ R.Salomon. Abulenſis

Tertia expoſitio

C Tertia ergo ex ſecunda huius loci deducitur expoſitio, vt accipiatur quidẽ verbum, ſanctificaui, pro præparaui,cõſecraui, aut pręordinaui,ſed non præciſè ex vtero, ſed ab æterno,quem ſenſum ex prædictis auctoribus tradunt expreſsè non pauci: cæteri vero illum inſinuãt, &videtur ſanè eſſe quẽ propheta, & ſpiritus ſanctus intendit. Atque in primis Clemẽs Alexand.lib.1. Pædagogi cap.7. in hunc ſenſum retulit verba Ieremiæ: Sed Dominus quoque,inquiens, dicit in Ieremia, Ne dicas, ſum iunior:antequam te formarem in vtero, noui te: &antequam egredereris è matrice, sãctificaui te. Hęc prophetia apud nos poteſt ſignificare eos, qui ante mundi conſtitutionem Deo ad fidẽ ſunt cogniti, nunc autẽ ſunt infantes propter impletã nuper Dei voluntatẽ,quatenus ad vocationem,& ſalutẽ recens nati ſumus:hęc ille. Deinde Chryſo- D ſtomus ſic exponit homil. 1.in epiſtolam ad Rom. in illa verba, Segregatus in euãgelium: Mihi vero, ait, hoc loco nõ videtur vocationis duntaxat ſortẽ inſinuare, ſed magis quod olim,& è ſuperis ad hoc Apoſtolicæ functionis munus fuerit præordinatus: quemadmodum & Ieremias Dominum de ſe dicentem inducit: Antequam exires, inquit, de vtero matris ſanctificaui te, & prophetam in gentibus poſui te:& homilia de Ieremia: Noli,inquit Dominus,putare, Ieremia, quod hodie te prophetam conſtituo:olim enim, olim mihi probatus, ac notus es, olim conſecratus,ac dignus ; olim propheta gentibus inſtitutus:te mihi aptum , te idoneum præſcientia ipſa monſtrauit. Et Anaſtaſius epiſcopus ſupra relatus ad hunc Ieremiæ locum reſpiciens:Similiter,ait, præſciuit Ieremię rectitudinem, & prædeſtinauit eum exiſtere vas electionis. Hieronymus præterea clariſſimè hanc expoſitionem

Clemẽs Alex. Chryſoſtom.

tionem tradit nobis, ſuper illa verba, quæ hîc re- A
fert, cap. 1. ad Galatas. Poſtquam autem placuit
ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ. Non
ſolum in hoc loco, inquit, ſed ad Romanos, Pau-
lus ſegregatum in Euangelium Dei eſſe ſe ſcribit,
& Ieremias antequam formaretur in vtero, & con-
ciperetur in vulua matris ſuæ, ootus Deo, ſan-
ctificatuſque perhibetur: quibus verbis cum eodē
modo intelligat ſanctificatum Ieremiam antequā
conciperetur, ſicut notum: de æterna procul du-
bio ſanctificatione, ſicut & de notione accipit.
Nec à ſe diſſentit in locis aliis ſupra citatis, ſi atten-
tè legatur; de præſcientia enim Ieremiæ, aut præ-
ordinatione æterna loquitur non obſcurè. Sic etiā
Auguſt. Auguſtinus epiſtola illa 57. q. 2. prope finem: Nam
illa, ait, priuſquam exiret de vulua ſanctificatio B
Ieremiæ, quanquam nonnulli hoc in typum ſal-
uatoris accipiant, qui regeneratione non eguit, ta-
men etiam ſi de ipſo propheta accipiatur, poteſt &
ſecundum prædeſtinationem non inconuenienter
intelligi, ſicut filios Dei appellat euangelium non-
dum regeneratos, Ioan. 11. Quomodo ergo Dei fi-
lios, niſi ſecundum prædeſtinationem, ſecundum
quam & Apoſtolus dicit, quòd nos elegerit Deus
in Chriſto ante conſtitutionem mundi? Commē-
dat; ac ſequitur hanc Auguſtini intelligentiam
Epiſcopus Gandauenſis Ianſenius 2. cap. Concor-
diæ euangelicæ, in ea Lucę verba, Vinum, & ſicerā
non bibet, ſed ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex
vtero matris ſuæ; & qui varia & recondita erudi-
tione hiſtoriam euangelicam illuſtrauit Alfonſus
Salmeron, vnus è primis Societatis noſtræ inſtitu-
toribus, tomo 2. tract. 34. & tomo. 4. p. 3. tract. 1. C
Commentariorum in euangelia. Videtur & hunc
Chald. ſenſum Chaldæus ſua paraphraſi explicuiſſe, verbis
ſupracitatis. Atq; eū eſſe legitimū rationibus pro-
1. Ratio. babim⁹. Prima deſumatur ex cōſuetudine loquēdi
ſcripturæ. In ſcriptura ſacra quēadmodū ſe habet
aduerbium, donec, ad futurum, ita aduerbium, an-
tequam, aut priuſquam, ad præteritum. Atqui ad-
uerbium donec, ſignificat ſæpe futurum indefini-
Hieron. tè, & in infinitum, vt Hieronymus contra Helia-
Mat. 1. dium notat, propter illud Matth. 1. Et non cogno-
25. ſcebat eam, donec peperit filium ſuum primoge-
Iſ. 46. 4. nitum. Non enim poſtea cognouit: ſicut Iſa. 46. 4.
iuxta LXX. dixit dominus: Ego ſum, ego ſum, & do-
nec ſeneſcatis, ego ſum. Nec enim eſſe deſiuit poſt-
1. Cor. quam illi ſenuerunt. Et 1. Cor. 15. Oportet illum
15. 25. regnare donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus
eius, regnabit enim poſtea per infinita ſæcula. Er-
go ſimiliter aduerbium, priuſquam, extenditur ad
omne ſpacium præteritum verum, ſeu imaginariū,
Ioan. 8. æternum, aut infinitum, vt Ioan. 8. 18. dixit Chri-
58. ſtus: Antequam Abraham fieret ego ſum; nō ſigni-
ficat tempore præcedente Abraham cæpiſſe Chri-
ſtum, ſed ab æterno fuiſſe: Et ita aduerbium idem,
cum dicitur hîc, Priuſquam te formarem in vtero
noui te: non ſignificat Ieremiam fuiſſe à Deo de
nouo notum paulò antequam eſſet formatus, ſed
Bernar. ab æterno, vt omnes intelligunt: & Bernardus epi-
ſtola illa 174. Eadem ergo ratione, cum addit, Et
antequam exires de vulua ſanctificaui te, non ſi-
gnificat in vulua ſanctificatum, ſed antequam eſ-
ſet, fuiſſe à Deo ſelectum, & præparatum ab æter-
no. Secunda ratio. Quando Dominus loquebatur
2. Ratio Ieremiæ, & tetigit os eius, & dedit verba ſua in ore
eius, dicens: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes,
&c. conſtituit eum reipſa prophetam, ergo ab

A vtero non erat conſtitutus propheta, alio modo
quam ab æterno. Tertia ratio. In vtero matris nihil *3. Ratio*
noui factum eſt in Ieremia, ratione cuius dicatur
conſecratus verè propheta, propter æternam de-
putationem, ergo de continuatione æternæ ſan-
ctificationis loquitur Deus, cùm dicit: Antequam
exires de vulua ſanctificaui te: non de noua facta in
vtero. Neceſſe eſt enim, vt aliquod effectum eſſe
in Ieremia reperiamus, ex quo dicamus eum con-
ſecratum prophetam, verè enim confitemur Hie-
ronymum fuiſſe à Deo paratum, & ſelectum ab
æterno, vt eſſet ſacerdos, at reuerà antequam con-
ſecraretur non erat ſacerdos: & calix licet depu-
tetur dicto donantis cultui diuino, donec benedi-
catur, non eſt conſecratus: ſic de Ieremia dicendū;
B non fuit officio prophetæ addictus, donec inūctus
fuit, aut tactum os eius, aut alia cæremonia dicatus.
At in ventre matris nihil tale habuit; nec enim illi
fuit habitus prophetiæ infuſus, cum prophetia nō
ſit habitus; nec reuelatio, aut colluſtratio tranſiens
illi tributa, cuius tunc non erat capax; neque ali-
quid, quo deputatus eſt muneri prophetico: quia
præter Dei actum, qui æternus eſt, neſcimus quid
illi ſit elargitus: ergo res ipſa ſuadet hunc locum in-
telligere de ſolo actu Dei æterno, quo Deus ſele-
git Ieremiam in prophetā, ſicut & cæteros prophe-
tas, cum qua ipſa ſelectione ſeu præordinatione
conceptus eſt.

Iam vero ad ea quæ huic noſtræ ſententiæ aduer- *Ad op-*
ſantur oportet reſpondere. Ad copiam ſanctorum, *poſita*
qui pro priori allati ſunt expoſitione, dicimus ex- *reſpon-*
preſsè eam intelligentiam traditam quidem fuiſſe *detur.*
C ab Athanaſio, Petro Damiano, Bernardo ſermone
de excellentia Ioannis Baptiſtæ, ſi eius eſt, S. Tho-
ma, & obſcurè ab Origene: ab aliis autem nullo
modo, ſiquidem præter verbum ipſum, quó vſus
eſt Ieremias, nihil clarius dicunt; vt facit Tertul. li.
de anima. c. 26. & cum ſimiliter loquantur de Io.
Baptiſta, ac de Ieremia, & Ioanni hoc genus ſancti-
tatis, tantum concedant Ambroſius ſermone 63. *Ambr.*
de ſancto Ioanne, Hieronymus hîc, Auguſtinus *Hieron.*
epiſtola illa 57. ad Dardanum, & Leo ſermone 10. *Auguſt.*
de Domini natiuitate, quod virtute Spiritus ſancti, *Leo.*
cuius eſt miracula patrare, Chriſto præſente exilie-
rit, & quaſi Spiritu actus prophetico ſuum domi-
num recognouerit, nulla mentione facta de culpa,
non mirum ſi licet in eo quod Ioanni videntur ne-
gare non aſſentiamus eis; at in eo, quod ſimile ap-
plicant Ieremiæ, noſtræ ſententiæ eos fuiſſe creda-
D mus. Ad rationem ibi ſubiunctam dicimus, his
verbis dominum explicuiſſe Ieremiæ ſingulare il-
lud donum, quo ante mundi conſtitutionem ele-
ctus eſt ad munus propheticum: quod quām ſit
eximium beneficium docet nos Paulus, cum cre-
berrimè ante oculos ponit, ad oſtendendam ſum-
mam Dei erga ſe & nos, charitatem, æternam Dei
electionem, propoſitum, decretum, conſilium, prę-
deſtinationem, & præſcientiam, qua antequam eſ-
ſemus noſtri curam habuit. Eccleſiaſtici verò di-
ctum, quo videtur tertiæ contradicere expoſitioni,
quatenus à ventre matris aſſerit cōſecratum fuiſ-
ſe prophetam Ieremiam; quo videtur negare, non
antequam eſſet in ventre; dicendum eſt, eum ha-
bere ſenſum, quem habēt angeli verba promitten-
tis matri Sanſonis, Iudicum 13. 5. Concipies, & pa- *Iudic 13*
ries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit *5.*
enim Nazaræus Dei ab infantia ſuæ, & ex matris
vtero vſque ad diem mortis ſuæ: ita aſſerit Eccle-

ſiaſticus, Ieremiã à ventre, hoc eſt ab egreſſu è vẽ- A
tre, nempe ab infantia, quia puer conſtitutus eſt,
conſecratum fuiſſe prophetam. Atque hæc ſint
ſatis de loci difficilis explanatione.

10 *Dedi te.*] Vſum iam commemorat, inquit Theo-
doretus, in quem elegerat Ieremiam, & de præ-
terito loquitur, vt Lxx. Chaldæus, Hieronymus
cæterique interpretantur: ab æterno enim ſicut
notus à Deo fuit, præordinatus, ſeu præparatus,
ita datus, ſeu conſtitutus propheta. Solus Lyra, &
cum eo Dionyſ. accipiunt pro præſenti, quaſi dicat,
& nunc hoc officium do, ſeu iniungo tibi: & pro-
pterea ſeſe excuſat ab onere tunc impoſito ſuſci-
piendo, dum ait: A a a, domine Deus, neſcio loqui.
Quæſt. num de Chriſto, an de Ieremia ſit ſerm. Quod autem dicit [in gentibus] in Hebræo abſq;
præpoſitione, in, legitur, tãtũ enim præmittitur ל
dandi articulus, ac ſi dicas: prophetam gentibus
dedi te, vt vertunt Tigurina, & Pagninus: itaque
in hoc loco redundat, vt ſæpe aliàs, vel accipiatur
pro contra gentes, vt accipiunt Hugo, & Vatablus.
Sed num gentibus prophetauerit Ieremias, & quã-
do, dubitatur: Nam quod nullis gentibus viſus
Victori. fuerit prophetare, ſed tantum Iudæis, Victori-
nus martyr ex veterum ſententia ſuper 11. capi-
te, Apocalyp. exiſtimauit, dum aſſeruit Ieremiam
vna cum Elia teſtem venturum in extremis ante
iudicium diebus, vt prophetet gentibus iuxta Dei
promiſſum, quibus nunquam prophetauerat. Ea-
que opinio percrebuerat apud Iudæos, qui putabãt
Math. 16. Chriſtum eſſe Ieremiam, aliis eius verbis
ſuaſi: Nam Ieremias cùm arcam abſcondiſſet, di-
xit, Nõ ſciet homo, neque cognoſcetur locus, do-
nec venero ego, & Elias propheta famulus domi-
ni, tunc reſtituemus arcam in locum ſuum intra C
Ioſeph. Sãcta Sanctorum. Sic refert Ioſephus filius Goriõ,
lib. 1. hiſtor. Iudaicæ, cap. 17. Alij non pauci eandẽ
ob cauſam, quorum meminit hîc Hieronymus,
Origen. vt Origenes homil. 1. in Ieremiam, Cyprianus lib.
Cypria. 1. aduerſus Iudæos cap. 21. Gregor. Baſilij frater lib.
Gregor. contra Iudæos, cap. de incredulitate Iudæorum, &
Ambroſ. Eccleſia gentium, & Ambroſius in verſum 3. ma-
nus tua gentes diſperdidit, Pſalm. 43. & Pſalm. 50.
putauerunt hæc omnia de Chriſto, qui per ſuos
Apoſtolos gentibus Euangelizauit, non de Ierem.
eſſe intelligenda. Sed Victorini ſententiam merito
Hilar. refutat Hilarius canone 20. in Matthæum. Cetero-
Hieron. rum verò Hieronymus, & Theodoretus cum reli-
Theodo. quis interpretibus, imò ipſe Origenes tandem cõ-
cedit Ieremiam gentibus prophetaſſe, & ſcriptura
ipſa ſatis ſe manifeſtat. Ait enim ipſe Ieremias cap.
Ierem. 25. 17 25. 17. Accepi calicem de manu domini, & propi- D
naui cunctis gentibus, ad quas miſit me dominus,
Ieruſalem, & ciuitatibus Iuda, Pharaoni regi Ægy-
pti, cũctis regibus terræ Auſitidis, Philiſtiim, Aſca-
lonis, Gazæ, Accarõ, Azoti, Idumeæ, Moab, Amõ,
Tiri, Sidonis, & ceteris, quos ibi refert. Idipſum fa-
Iere. 27. cit cap. 27. & cap. 46. ita exorditur: Quod factum
Iere. 46. eſt verbum domini ad Ieremiam contra gentes: in
quo munere toto illo capite verſatur, & ſequen-
tibus vſque ad 51. Prophetauit igitur Ieremias gen-
tibus, quod attinet ad hiſtoriam, & Chriſtum, qui
per ſuos gentibus euangelizauit, adumbrauit.
Ioel. 1. 15 11. *A a a.*] Interiectio dolentis eſt, vt Ioelis 1. 15.
Ier. 4. 10 ah ah diei, & infra cap. 4. 10. eadem vertitur, heu,
heu, heu, domine Deus. Lxx. exponunt ô, & Hie-
Terent. ronymus in ſuo textu habet ah, ah, ah, qualis etiam
Vergil. reperitur apud Terentium in Eunucho triplicata,
ah, ah, ah perij, & apud Virgilium in Bucolicis, Spẽ
gregis ah ſilice in nuto connixa reliquit: &, ah ti-
bi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Deteſta-
tur officium, quod pro ætate non poteſt ſuſtinere,
dicens: Neſcio loqui, quia puer ego ſum, hoc eſt,
neſcio prophetare, vt exponunt Chaldæus, Hiero- *Chalda.*
nymus, & Theodoretus, quia puer ſum, & pueritia *Hierony.*
non eſt idonea prophetiæ. Cum verò 44. aut 45. *Theod.*
annos prophetauerit Ieremias, vſque ad annum
quo lapidibus obrutum, ſuo loco diximus occu-
buiſſe, in Ægypto, vt penè ſexagenarium obiiſſe *Iere. qua ætate ca-*
aſſeramus, licebit conijcere quatuordecim, aut *pit pro-*
quindecim annorum fuiſſe, quando hoc munus ei *phetare.*
iniungebatur: & ille ſe excuſabat dicens: Neſcio
loqui, quia puer ego ſum. Duo verò obtendit, qui-
bus ſe excuſat à tanto onere ſuſcipiendo: alterum
quod præ pueritia neſciat loqui, alterum quod
B præ timore puerili non audeat prophetare præ- *Excuſa-*
ſciens quam graue ſit onera denunciare homini- *tio dupl.*
bus, eoſque increpare. Obtendit ergo ſuam inſci- *Ierem.*
tiam, vt Moſes olim Exod. 4. & 6. cùm ad Pharao- *Exod 4.*
nem mitteretur, Non ſum eloquens, dicens, ab he- *& 6.*
ri, & nudiuſtertius: & imbecillitatem, perculſus ti-
more multitudinis prophetarum, quos tempore
Manaſſæ nouerat perijſſe, vt qui eſſet maturioris
prudentiæ, qua ſuper ſenes intellexit. Sed vtrique
timori ſe conſulturum pollicetur Deus, priori dum
dicit: Noli dicere, quia puer ſum, quoniam ad
omnia quæ mittam te ibis, & vniuerſa quæcunque
mandauero tibi, loqueris. Poſteriori autem cùm
addit: Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum
ſum, vt eruam te: & reipſa vtrique malo remedium
præſtitit, dum os eius tetigit, & conſtituit ſuper
gentes prophetam. At quæres fortaſſe cauſam
C qua motus Ieremias onus à Deo impoſitum recu- *Ierem.*
ſauerit: cùm Iſaias cap. 6. ſe ad illud ſponte ſub- *recuſat onus, &*
eundum obtulerit? Semper enim Deus expectat *cur.*
voluntarios miniſtros, inquit Ambroſius, ſermone
14. in Pſal. 118. Vnde Iſaiæ dicit, quem mittam? vti- *Iſa. 6 6.*
que ſeruulo ſuo poterat imperare, quem dignum *Ambro.*
qui mitteretur, inuenerat: ſed maluit eum ſpõta-
neæ oblationis non fraudare mercede, qui vt ipſe
ſe offerret præſtolatus eſt: & quamuis eius ſciret af-
fectum, expectauit tamen vocẽ, vt cumularet gra-
tiam: Sic Ieremiæ ſe excuſanti ſuadet dominus, vt
ad ſubeũdum officium voluntate concurrat, non
neceſſitate concedat, quo merces ad eum integræ
deuotionis poſſit plenior peruenire. Sed quæ ratio
excuſationis? Nazianz. oratione 41. in Paſcha, his
verbis reſpondet: Bonum eſt & Deo ſeſe parumper
ſubducere, vt Moſes, & Ieremias: & rurſus ad vo-
D cantem prõptè accurrere, vt Aaron, & Iſaias, mo-
do pio animo fiat: alterum ob propriam imbecilli-
tatem, alterum ob vocantis potentiam. Gregorius
verò Magnus 1. P. Paſtoralis, c. 7. ex diuerſo fonte *Gre. Ro.*
aſſerit hoc prodiiſſe. Ex Dei enim amore recuſat
Ieremias, ne à Dei ſemoueatur contemplatione: *Prædica-*
ex amore proximi ſe offert Iſaias, vt ſuis imperti- *tionis munus*
ret, quod à Deo bonum acceperat. Nec tamẽ hic *quo ani-*
ſe obtulit non calculo purgatus, ille verò recuſans *mo ſuſ-*
reſtitit pertinaciter. Quia enim valde difficile eſt *cipiẽdũ.*
purgatum ſe quemlibet poſſe cognoſcere, prædi-
cationis officium tutius declinatur. Nec tamẽ de-
clinari pertinaciter debet, cum ad ſuſcipiendum
ſuperna voluntas agnoſcitur. Quod vtrumq; Mo-
ſes miro opere expleuit, qui præeſſe tantæ multi-
tudini & noluit, & obediuit: vt hinc quique præci-
pites colligant cum quanta culpa ex appetitu pro-
prio ceteris præferri nõ metuunt, ſi ſancti viri ple-
bium

bium ducatum ſuſcipere, Deo etiam iubente timuerunt. *Ierem. tempore eligitur.* Rogabis vlterius: cur Deus, qui ad munus prophetandi, ac docendi elegit viros ætate perfectos, Moſem 40. annurum: Iſaiam, & Ezechielem 30. cuius rei, & Chriſtus ipſe præbuit exēplum; puerum elegit Ieremiam, & ad increpandū grauiter cōciues ſuos, & gentes plurimas? Reſpōdetur ideo factū eſſe, vt quo imbecillius, & ignobilius inſtrumentum, artificis manus eluceret magis, quo enim Ieremias infantior erat, quo imbecillior & ineptior, eo magis per eum Deus loqui probabatur, & veritas ſermonis, illiuſque virtus magis manifeſtabatur, maiori quoq; pudore grādeui ſuffundebantur, cùm à puero reprehenderētur. Propterea enim, auctore Paulo 1. Cor. 1. 27. *1 ad Cor. 1. 27.* quę ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit De^o & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret. Sic Danieli puero duodecim annorum, vt aiunt Ignatius epiſtola ad Magneſia, & Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtoriæ, datum fuiſſe à Deo honorem ſenectutis cognouit populus, quod ſpiritu eius à domino excitato Suſannam liberauerit ſuo ſermone, Danielis 13. cap. 44. *Dan. 13 44* Sic Heli ex puerili ſimplicitate Samuelis, 1. Reg. 3. *1. Reg. 3 9.* cognouit Deum illi fuiſſe locutum; & credidit iis, quæ à Samuele audiuit: ſic puer Ieſus duodecim annorum in ſtuporē adduxit omnes audientes, Luc. 2. *Luc. 2. 47.* quaſi diuinum aliquid in eo conſpicientes ſupra ætatem puerilem. Hac ſimili ratione elegit Deus puerum Ieremiam ad prophetandum, vt tam certo cognito Dei ſpiritu per eum loquente, & mirabilia operante, vel ſic Ieroſolymitani ciues, cum ceteris, erubeſcerent, & à ſua ſceleſti vita, ad piam, & Deo gratam reuocarentur.

12 *Manum.*] *Manus quid. Chald.* Chaldæus nomine, manus, intelligit prophetiam, vt ſolet non infrequenter accipi in ſcriptura: ſic enim ait: Et miſit dominus verba prophetiæ ſuæ, & ordinauit ea in ore meo. *Hieron. Raban.* Verùm Hieronymo, & eum ſecuto Rabano videtur externa ſimilitudine manum porrectam, & os Ieremiæ fuiſſe contactum, cùm ait, vt humanorum artuum videns ſimilitudinem, tactum manus non reformidet. *Vatabl. Dionyſ.* Angeli verò manu, Dei perſonā referentis, id fuiſſe factum aſſerunt Vata. & Dion. quandoquidem Moſi in monte Sina, & Zachariæ, ceteriſque prophetis conſtet Angelum fuiſſe, qui appareret. Nihilominus, Hugoni, S. Thomę, Lyrę & Dionyſio videtur, imaginaria tantum viſione, hoc ſpectrum oſtenſum fuiſſe Ieremiæ: Et quidē *Iſa 6. 5. Ezech. 2 9.* Iſaiæ iā vito, & polluta labia habēti, Iſa. 6. grauiori remedio medetur Deus: Ezechieli. 2. ca. grauiſſimo, deuorato libro intus & foris ſcripto: At Ieremiæ leuius applicatur, nempe tactus manus, quod leuiorihus culpis, vtpote puer, eſſet irretitus. *Prophetæ duo neceſſaria.* Et quia duo requirit munus propheticum, & donum linguarum ad denunciandum, & futurorū cognitionem; illud tribuitur Ieremiæ, dum tactu manus os eius aperitur, & lingua infantis efficitur diſerta, Sap. 10. *Sap. 10. 21.* Propterea explicans quid fecerit, ſubdit: Ecce dedi verba mea in ore tuo. Quā manum ſapientiæ vocat Ambroſius ſuper 1. ca. Apocalypſis, & ea attactum fuiſſe dicit Ieremiam. Hoc vero datur, cum dicit: Ecce conſtitui, pro conſtituo te hodie ſuper gentes, & quæ ſequuntur. Et hoc quidem facto, & verbis adiectis, reipſa Deus prophetam conſtituit Ieremiam, quem olim ſelegerat, & præparauerat ad hoc munus. Ratiu cur his externis, ſeu imaginariis viſioni- A bus Deus olim ſuos deligebat, ac conſtituebat prophetas: ea eſt, quod tunc ille populus externis magis agebatur, & vt certior propheta de dono, libentius, liberiuſque nihil hæſitans loqueretur. Sic Muſes prius viſione rubi fruitus eſt: *Exod. 3. 2.* Iſaias vidit dominum, & Seraphim clamantia *Iſa. 6. 1.* Sanctus; & Ieremias ſermonem habuit cum domino; & poſtea labia eorum expedita ad loquendum facta ſunt: ſicut Apoſtoli prius ſicut à Chriſto diuina edocti, deinde à Spiritu ſancto variis *Act. 2.* linguis inſtructi; quibus loquerenrur magnalia Dei.

13 *Euellas.*] Sic accipiendum illud quod dicitur; vt euellas, & deſtruas, hoc eſt, more ſcripturæ, vt denuncies euellendas, per Nabucbodonoſurem, B & cætera. *Hieron. Theod. Raban. Lyra. Vatabl. Dionyſ. Ianſen.* Communis eſt expoſitio Hieronymi, Theodoreti, Rabani, Lyræ, Vatabli, Dionyſij, & Ianſenij Eccleſiaſtici quadrageſimonono. Nun enim ipſe quaſi imperator aliquis euulſurus erat, & aliò tranſlaturus, & iterum reuocaturus, aut gentes ſua prædicatione à falſo cultu ad veri Dei cultum reducturus. Quapropter veteres illi ſupra citati, hæc de Chriſto ſolo intelligenda putarunt, qui gentium mores improbos euulſit, & regnum ſuum nouum in illis erexit; non Ieremias Continetur his verbis muneris prophetici Ieremiæ tributi materia. Nam attactu manus Deus conſtituit eum prophetam ad hoc vt denunciaret mutationem regnorum per Babylonium faciendam, ſed tandem in priſtinum ſtatum reſtituenda: quod ita factum eſſe patet ipſo effectu, ait enim capite duodecimo, 14. *Iere. 12. 4.* Ecce ego C euellam eos de terra ſua, & domum Iuda euellam de medio eorum, & cùm euulſero eus, conuertar, & miſerebor eorum, & reducam eos, & ædificabuntur in medio populi mei: & capite vigeſimoquarto, 6. *Iere 24. 6.* Sic cognoſcam tranſmigrationem Iuda, & reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos, & non deſtruam; & plantabo, & non euellam, &c. 42. 10. & 45. 4. *Ierem. 43. 10. & 45. 4.* Adumbrat autem ſuo munere Ieremias noſtrorum concionatorum officium, quutum eſt, auctore Gregorio 3. P. Paſtor. capite trigeſimoquinto, *Concionatoris munus. Gregor.* ab auditorum cordibus ſpinas vani amoris euellere, & ſtarim in eis ſanctæ prædicationis verba plantare. Regna etiam vitiorum eradicare, de quibus dicitur, non *Ad Ro. 6. 12.* regnet peccatum in veſtro mortali corpure: & regna virtutum fundare, & erigere. Vnumquodq; enim vitium habet regnū ſuum, inquit Origenes, *Origenes* D & ſub ſe continet plures nationes. Habet ſanè in homine peccatore regnum ſuum luxuria, & ſub eo varias gentes, ſpecies videlicet, fornicationem, immunditiem, impudicitiam, ſcortationē, & ſimiles, quæ ex luxuria pruficiſcuntur. Habet & regnū ſuum auaritia, habet & ſuperbia, cum abominando idolo, cui omnes ſubiectas nationes cogit deſeruire; ſed hæc Dei verbo, cum gentihus & ciuibus, ſingulis peccatoribus euellenda ſunt, & in eorum locum plantanda, caſtitatem, liberalitatem, & humilitatem, cum his quæ has virtutes conſequuntur.

14 *Virgam.*] Argumentum libri, ſeu materiam iam propoſitā explicat Deus adhuc Ieremiæ duabus ſimilitudinibus virgæ, & ollæ ei oſtenſis, quibus & celerem completionē prophetiarum, quas denunciaturus eſt, ne fortè dubitet: & quo miniſtro, nempe Nabuchodonoſore, ſit eas executioni mandaturus, manifeſtat. Eſt autem in Hebræo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Parano- hîc iocunda quædam paranomoſia,& elegans ver- A
maſia. borum luſus,com quærenti domino ; quid tu vi-
des Ieremia? reſpondit ille מקל שקד virgam Saked
ego video:& dixit dominus,bene vidiſti Ieremia,
quia שקד Soked ego ſuper verbo meo: vbi vides
in illis duobus vocabulis, Virgam Saked ,&,quia
Soked ego,luſum non iniocundum ; quamuis ſi-
gnificatione differant. Nam verbum Sakad ſigni-
ficat vigilare,vt hîc , quia vigilo ego ſuper verbo
meo.& capite 31. 28. Sicut vigilaui ſuper eos, vt
euellerem , ſic vigilabo ſuper eos, vt ædificem; &
maturare ſeu feſtinare , vt hoc loco vertont Chal-
dæus , Dauid Kimhi , R. Salomon , & Pa-
gninus:& infra capite 5.6. Pardos vigilans, ſeu ce-
let , aut velox,ſuper ciuitates eorum. At nomen
Saked à verbo illo deriuatum ex analogia , cum B
verbi ſignificato,amygdalum arborem ſignificat,
quod hæc arbor omnium prima celerior ſit ad
flores protrudendos : qua ratione vertit volgatus
Eccleſiaſtes 12. verſ.5. cum dicitur, Florebit amy-
Eccl.12. 5. gdalus. Et Geneſis 43.11. Et amygdalarum. Et Nu-
Geneſ. met.17.8. Qui foliis dilataris in amygdalas defor-
43. 11. mati ſunt. Atque ita hîc vertunt Theodotio , Pa-
Nu. 17. gninus , & Vata. Baculum nuceum tranſtulere
8. Lxx. Vt etiam vulgatus Exod. 25. 34. cùm dixit,
Exod Quaſi in nucis modum. Vt autem alluſio prædicta
25. 34. Latinorum auribus oſtenderetur , vulgatus hîc
vertit,virgam vigilantem, vt fecerunt Aquila , &
Symmachus Græcis ſuis. Virgam autem,baculum
intelligit,vt Lxx.acceperunt, & Vatabl.& alij , vt
ſignificet fuiſſe abſq; foliis,& floribus. Nam He-
bræum nomen, & virgam , & baculum , & ſcep-
Gen. 32. trum ſignificat,& ita verti ſolet Gen. 32. 10. Dicit C
10. Iacob , in baculo meo tranſiui Iordanem iſtum,
Tob. 5. vnde filium Tobiā vocauit mater,baculum ſene-
21. ctutis ſuæ, Tobiæ 5.23. Iam ſenſum huius ſpectri
Tob.10. declaremus. Baculus amygdalinus,ſeu vigilās, aut
4. feſtinus,ceruicibus Iudæorum,& gentium immi-
Virga vigilās quid. nens,Deum ſignificat ſolicitum, attentum , & fe-
ſtinum ad complenda ea, quæ præcepturus erat
Ieremiæ de Iudæis, gentibuſque euertendis: com-
minatur enim ſeſe quam celerrimè verba ſua exe-
cuturum,& puniturum Iudæam per Nabuchodo-
noſorem,cum gentibus reliquis. Sic Hieronymus
Theodoretus,cum ceteris,& Deus ipſe ſatis hunc
ſenſum manifeſtat,cum ſubdit: Quia vigilabo ego
ſuper verbum meum,vt faciam illud. Chaldæus
tamen paraphraſtes cuius expoſitionem ſequitur
Hugo , virgæ nomine regem Babylonis intelligit,
cùm ait : Regē feſtinantē ad malefaciendum ego D
video; nam ita vocari miniſtros vltionis diuinæ,
Iſ. 10. 5. docet nos Iſaias cap.10.5. cùm ait: Væ Aſſur; virga
furoris mei,& baculus ipſe eſt,in mano eorum in-
dignatio mea. Verum prior expoſitio germanior
eſt , quia ab ipſo domino videtur ſubiuncta. At-
que adeo virga vigilans erit ſignum hierogly-
phicum iudicis vltoris , vigilis , & ad puniendum
ſoliciti , vt dixit hîc dominus , & infra capite 31.
Ier. 31. 28. Sicut vigilaui ſuper eos , vt euellerem, & de-
28. molirer , & diſſiparem , & diſperderem, & af-
fligerem , ſic vigilabo ſuper eos vt ædificem , &
plantem , dicit dominus: & capite 44. 27. Ec-
Iere 44. ce ego vigilabo ſuper eos in malum , & non in
27. bonum , & conſumentur omnes viri Iuda , qui
Thren. ſunt in terra Ægypti , Threnor. 1. Vigila-
1 44. uit iugum iniquitatum mearum in manu eius:
hoc eſt iniquitates meæ ad celeriorem punitio-
nem Deum impulerunt.

Conſuetudo Ægyptiis fuit, auctore Cyrillo *Cyrillus*
Alexandrino, libro nono contra Iulianum,ocu- *Alexan.*
lum pingere baculo ſuperpoſitum , quem iuſti- *Hiero-*
tiæ ſeruatorem , totiuſque corporis cuſtodem *glyphicā*
interpretabantur , vt refert Diodorus libro quar- *virga.*
to, capite primo. Virga ſolem exornabant Phry- *Diodor.*
ges, eius poteſtatem,qui cuncta moderatur ſigni-
ficantes: & Ægyptij , vt Oſirim regali poteſta-
te ſublimem cuncta conſpicientem literis hiero-
glyphicis exprimerent , inſculpebant ſceptrum,
in eo ſpeciem oculi depingentes, vt referunt Ma- *Macro.*
crobius libro primo Saturnal. capite vigeſimo- *Plutar.*
primo , & Plutarchus libro de Iſide , & Oſiri.
Rectè igitur , his ſimilem , virgam vigilantem
videt Ieremias, ſeu ſceptrum oculatum, iuſtitiæ
cuſtodem , & ad ſcelera punienda feſtinum , &
ad bene geſta remuneranda intentum. Dat enim,
oſtenſa viga , metuentibus ſe ſignificationem ,
vt fugiant à facie arcus, Pſalm. 59. Cum autem
alias duas dicatur Deus geſtare virgas , vnam per- *Pſ. 59. 6*
cutientem , & alteram paſcentem , Zachariæ 11. *Dei vir-*
7. & Pſalmo vigeſimoſecondo, & Michææ ſepti- *ga gemina.*
mo, hoc loco ſub vnius virgæ , ſeu baculi oſten- *Zac. 11.*
ſione , vtrique muneri ſe promptum , ac paratum *7.*
eſſe ſignificat : prius quidem vt paſcat tanquam *Pſ. 22. 4.*
miſericors pater : poſterius autem, ſi corrigi te- *Mich. 7.*
nueris, vt percutiat, vt vltor , & vindex. Quod *14.*
vtrumque munus deſignauit cū Ieremiæ dixit:
Vt diſperdas , & diſſipes ; vt ædifices , & plātes:
& capite 31. 28. Sicut vigilaui ſuper eos, vt euelle- *Ierem.*
rem , & demolirer , ſic vigilabo ſuper eos , vt æ- *31. 28.*
dificem , & plantem. Oportet ergo nos inten-
tos eſſe legi Dei, quæ verbum eius eſt, vt obſer-
uemus , quoniam cùm Deus inuigilet ſuper ver-
bum ſuum ; vt videat ſi cuſtodiatur à nobis , ſimul
inuigilat , vt iota vnum , aut vnus apex ex eo non *Mat. 5.*
prætereat, donec omnia fiant , & donec pœnæ in *18.*
ea impoſitæ executioni mandentur. Mirari verò *Impudē-*
liceat illorū hominū impudentiam, ac incredibilē *tia homi-*
ſtupiditatē, qui cum Deum rebus ſuis omnibus *num.*
præſentiſſimū eſſe cognouerint , ita viuāt atque
huius mundi caducis voluptatibus totos ſe dedāt,
ac ſi Deus nullus eſſet , qui res illorum proſpice-
ret, vt rationem ſuo tempore expoſcat, vel illo
facto ad meliorem frugem conuertantur , quo
Dionyſius quondam Syracuſanus , vt in quinta *Dionyſ.*
ſua Tuſculana refert Cicero , Damocli aſſenta- *Tyrāni*
tori , illius beatam fortunam ſæpe commemo- *exemplū*
ranti , declarauit , nullam eſſe adeo fœlicem for-
tunam in hac vita quæ non reddatur infœliciſſi-
ma , cui ſemper aliquis terror impendat : Vt
certè impendit omni homini operanti malum,
vt dixit Paulus ad Romanos 2. Collocari *Ad Ro. 2.*
iuſſit hominem in aureo lecto ſtrato pulcherri- *9.*
mo textili ſtragulo magnificis operibus picto:
abacoſque complures ornauit argento , auro- *ſolicitas huius*
que cælato : tum ad mēſam eximia forma pueros *mundi.*
delectos iuſſit conſiſtere , eoſque ad nutum il-
lius intuentis diligenter miniſtrare. Aderant
vnguenta, coronæ, incendebantur odores , men-
ſæ conquiſitiſſimę epulis extruebātur: fortunatus
ſibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu
fulgentē gladium è lacunari ſeta equina appenſū
dimitti iuſſit, vt impēderet illius beati ceruicibus.
Itaque nec pulchros illos miniſtratores aſpicie-
bat, nec plenum artis argentum, nec manum por-
rigebat in menſam, iam ipſæ defluebant coronæ.
Denique exorauit tyrannū, vt abire liceret , quod

Dan. 5. 5. iam beatos nollet eſſe. Simile quid accidit Balthaſari Babylonio, Danielis 5. cum comedenti, atque bibenti apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ. Quo facies regis cœpit commutari, & vaſus cogitationibus conturbari; renum compagibus ſolutis, & genubus eius ad ſe inuicem collidentibus. Quod ſi his ſimilitudinibus adeo ſunt hi beati perturbati, vt fortunam illam beatam ſint aſpernati, quid homines debuiſſent facere, videntes Deum virgam vigilem geſtantem, & baculum amygdalinum, è manu eius ſuis ceruicibus continuo impendentem, qui celerem punitionem, niſi conuertantur, comminatur?

Olla quem notet. 15 *Ollam.*] Præcedenti viſione dominus ſe oſtendit vigilem, ac ſolicitum ad puniendum: hac vero miniſtrum huius punitionis Nabochodonoſorem futurum demonſtrat. Gemina autem viſio de eadem re, vt notant Lyra, ac Dionyſius, *Viſio repetita notat celeritatē.* certiorem, ac celeriorem completionem ſignificat, vt dixit Pharaoni Ioſeph, Geneſ. 41.32. Quod autem vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinens *Gen. 41. 32.* ſomnium, firmitatis indicium eſt, eo quod fiat ſermo Dei, & velocius impleatur. Ollam autem ſuccenſam, ſeu ſufflatam, vrbem Ieruſalem accipiunt omnes interpretes, Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, Thomas, Lyra, & Dionyſius. Cui ignem ſubiecit Nabuxardan princeps militiæ Nabuchodonoſoris, vt cap. 52. refertur, & *Ierem. 52.13.* patet hunc eſſe verum ſenſum, tum quod Hebræum נפוח namuah eſt participium paſſiuum, quo ſignificatur ollam fuiſſe ſuccenſam ab aliquo C nempe Babylonio, vt ✝o. & vulgatus verterunt: tum quod hac eadam ollæ, ſeu lebetis ſimilitudine ſignificata eſt Ieruſalem, Ezechielis 11. verſ. 7. & cap. 24. 4. Chaldæus tamen ollæ nomine ip- *Ezech. 11.7. Ezech. 24 4.* ſum Nabuchodonoſorem intelligit cum exercitu ſuo: dum ait: Regem feruentem, quaſi lebetem ego video, & vexillum exercitus eius, & videtur ſenſus ſatis germanus. Tum quia Hebræum participium pro nomine accipi ſolet, vt hîc accipiunt Tigurina, & Pagninus, transferentes: Ollam ebullientem, ſeu feruentem, pro feruidam ego video, quæ erat exercitus Babylonius, ebulliens quaſi olla ſuppoſito igni, præ ira, & euomens flammas. Tum quia dicit, Ollam ſuccēſam ego video, & facies eius à facie Aquilonis: quod eſt dicere, video ollam venientem ab Aquilone: exercitus autem veniebat, Ieruſalem verò ſtabat: & clarius hoc oſtendit Domini ipſius expoſitio, ait enim: Ab Aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ, quia ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis. Ab Aquilone ergo venit olla, omne malum afferens terræ Iudæorum. Tum demum, quia olla adumbratur malum impēdens non tantum vrbi Ieruſalem, ſed aliis etiam vrbibus Iuda: quas tamen ſuccenſas neſcim⁹, præter Ieroſolymā: ergo proprius, & germanius, olla ſignificat exercitū Babylonis, ignem furoris & indignationis efflantem, & vehementer efferueſcentem aduerſus Iudæos.

Sed videndum eſt cur duplici viſione eandem penè rem voluit ſignificare dominus Ieremiæ: & *Virgam ſequitur olla, flagellum ſuppli-* cur prius oſtendit baculum, deinde ollam. Reſpondet Hieronymus, quia quibuſdam gradibus peccantibus tormenta tribuuntur, vt paulatim veniant ad ſalutem; qui noluerint percutiente A virga emendari, mittuntur in ollam æneam atque *cium.* ſuccenſam. Idem Origenes homil. 2. in Pſal. 38 *Hieronymus, Orig.* Qui baculo non corrigitur in ollam mittitur, vt ardeat, & tabeſcat, & deponat craſſitudinis quendam carnalem humorem, qui mentis vigorem diſſoluerat. Vult etiam dominus à peccando *Per omnes ſenſus monet Deus* homines retrahere, per omnes ſenſus, per quos mortem in animam induxerunt: viſui oſtendit virgam vigilantem: ſermonibus auribus inſonat: tactum olla ſuccenſa ad fugam voluptatum permouet. Vt autem latè explicat Gregorius lib. 18. *Greg.* Moral. c. 11. & lib. 33. cap. 40. olla ſuccenſa cor humanum adumbrat, ſecularium curarum ardoribus, deſideriorumque anxietatibus æſtuans: quæ à facie Aquilonis ſuccenditur, ideſt, diaboli ſuggeſtio- B nibus inflammatur. de quo dicitur, Iob. 41. De na- *Iob 41. 11.* ribus eius procedit ignis, ſicut ollæ ſuccenſæ, atque feruentis. Olla tunc ſuccenditur, cum mens humana maligni hoſtis ſuaſionib⁹ inſtigatur: tunc vero feruet, cum iam etiam per conſenſum in deſideriis prauæ perſuaſionis accenditur, & tot vndas quaſi feruendo proiicit, per quot nequitias vſque ad exteriora opera extendit.

16 *Aquilonis.*] Omnes intelligunt exercitum Nabuchodonoſoris è Babylone venientem, vt ex prophetiæ euentu conſtat. Ab Aquilone autem dicit venturum, vel quod Babylon, ſeu Chaldæa erat *Chaldæa Aquilonaris Ieruſalem* Septentrionalis, ſeu Aquilonaris Iudeæ, vt volunt Theodoretus, Dionyſius, & Vatab. Nam licet Orientalis regio ſit, dicitur tamen Aquilonaris reſpectu Ieruſalem, quod quatuor gradibus ſit magis æquinoctialis, quam Ieruſalem: quia auctore *Ptolomæus.* C Ptolomæo lib. 5. Geographiæ ca. 16. Ieruſalem habet 31. gradus latitudinis cum 40. minutis: at Babylon ex eodem cap. vltimo illius libri, habet gradus 35. Vel ſanè melius, quod licet è Chaldæa egreſſus fuerit Nabuchodonoſor, verum totam Syriam circumiens, & Aquilonares nationes in ſuum exercitum cogens, per partem venit Aquilonarē: prius enim Niniuem obſedit, & cępit, quę quinque gradibus eſt Septentrionalior, quam Ieruſalem: habet enim 36. gradus latitudinis cum 40. minutis, vt aſſerit idem Ptolomæus lib. 5. capite illo vltimo. Sic exponunt Hugo, & Lyra, & patet ex ratione à domino ſubiuncta: Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, & venient: & cap. 4. 15. ita ſimiliter dicitur: Vox annun- *Ier 4 5.* ciantis à Dan, & notum facientis idolum de mon- *Ier. 8 16* te Ephraim: & cap. 8. 16. A Dan auditus eſt fremi- D tus equorum eius. Dan autem Aquilonaris eſt Iudeæ pars, vt in illis locis explicabimus.

17 *Solium.*] Hoc eſt tentorium, vt explicat Hieronymus, Rabanus, S. Thomas, & Lyra. Quod in obſidione factum eſſe volunt iidem auctores, & Hugo, & Dionyſius: & quia ſic habetur infra cap. *Ier 39.2* 39.2. & ingreſſi ſunt omnes principes regis Babylonis, & ſederunt in porta media: quod etiam prædixerat Iſaias cap. 22. cum dixit: Equites ponent *Iſa. 22. 7.* ſedes ſuas in porta, & reuelabitur operimentum Iudæ. In circuitu enim, & ad portas conſidebant Chaldæi, ne quis eorum, qui clauſi erant, è ciuitate poſſet erumpere. Solus Lyra exiſtimat fieri ſermonem de Chaldæis victoribus, qui capta iam vrbe, conſederunt in portis in thronis ſuis, quaſi iam pace fruentes: & poteſt probari ſenſus hic, quia ſubditur, Et loquar iudicia mea cum eis, quod factum fuiſſe poſt victoriam, aſſerit Hieronymus, quia fortaſſe ad vrbis portas ſolium

B

conſtituebãt ad iudicium exercẽdum, vt mos erat genti, & in eo loco Iudæos iudicabant, & puniebant, qui teſtiterant obſidentibus.

Iudiciũ loqui quid ſit.

18 *Loquar.*] In illis verbis: Et loquar iudicia mea cum eis: pronomen, cum eis, poſſet videri alicui, vt viſum eſt Hugoni, referre regna Aquilonaria, de quibus paulò ante factus fuerat ſermo, quod cum eis tanquam cum miniſtris vindicibus eſſet pœnas ſuæ iuſtitiæ oſtenſurus, quibus eſſent puniturі Iudæos ob idolatriam. Verum ceteris videtur pronomen illud referre Iudæos: quia de eis dicit: Loquar iudicia mea cum eis, ſuper omnem malitiam eorum; nempe Iudæorum: quod Lxx. clarius oſtendunt, vertentes: Et loquar ad illos cum iudicio de omni malitia eorum. Per iudicia autem omnes interpretes intelligunt pœnas, iuxta illud Ezechielis 16. Iudicabunt te iudiciis adulterarum, id eſt pœnis. & Hieronymus quidem, Rabanus, Hugo, & Vatab. ita explicant. Cum capta fuerit ciuitas, oſtendam impiis ipſis Iudæis, quam iuſtis de cauſis eos punierim, & quam recta fuerint mea iudicia, ſingulis pro meritis, ſuas pœnas definientia, pro idolatria. Sed S. Thomas, Lyra, & Dionyſ. ita exponunt. Loquar iudicia mea cum eis, hoc eſt, per Chaldæos, afficiam eos pœnis, quas pro ſuis peccatis merentur. Vt loqui iudicia, ſit reddere pœnas.

Ezech. 16.38.

Verùm alium ſenſum eſſe horum verborum conſtabit attendenti in ſcriptura ſacra prouerbij loco hunc dicendi modum vſurpari, pro obiurgare, increpare: ſic cap. 4. 12. Ego loquar iudicia mea cum eis. & cap. 12. 1. habetur Hebraicè, Veruntamen iudicia loquar ad te. & ita completum eſſe patet ex 4. Regum 25. 6. & infra 39. 5. & 52. 9. Vbi Nabuchodonoſor locutus eſt ad Sedeciam iudicia. Hoc eſt obiurgauit eum, & increpauit. Nam ſic Ioſephus lib. 10. Antiqui. c. 10. verba illa explicuit. Venientem ad ſe, inquiens, Nabuchodonoſor, impium, & infelicem vocare cœpit, & iuriſiurandi immemorem, quod præbuerat; Super hæc autem eum obiurgauit ingratum, qui contra munificum largitorem egiſſet hoſtiliter. Atque addidit: Magnus Deus, odio habens tuam nequitiam, noſtro te ſubiugauit imperio. Ergo cum nomen Miſphatim iudicia, leges, cõſuetudines ve ſignificet; idem erit, locutus eſt ad eum iudicia, quod, vulgo dici ſolet, dixole las mill leyes. Et hoc ipſum eſt, quod hîc Deus dicit, ſe locuturum cum Iudæis iudicia, ob eorum idolatriam, quia eos erat obiurgaturus: vt videmus completum in Sedecia.

Prou. Ier 4.12 Ier. 12.1

4. Reg. 25.6. Ie. 39.5. 52.9. Ioſeph.

19 *Libauerũt.*] Hebræũ verbũ יקטרו iekaſeru, quod hîc à 70. & à vulgato vertitur, libauerũt, propriè eſt ſuffiicerunt, ſeu ſuffitũ, aut thus incenderunt, vt Tigurina, Pagni. & Vat. trãſtulere: nam inde thimiama, thuribula, & fumus ſua Hebraica nomina acceperunt. Cum tamen libare, de ſacrificiis liquidis dici putent Dionyſius hîc, & Lyra in caput 11. nempe vini, aut olei. At propriè eſt offerre nullo adhibito igne, vt conſtat ex Virgilio 3. Æneid. Tendoque ſupinas, ad cælum cum voce manus, & munera libo, intemerata focis. & Cicero. lib. 3. de legibus: Certas fruges, certaſque baccas ſacerdotes publicè libanto. Vnde libum, placenta eſt ex farre, caſeo, melle, oleoque confecta, vt docet Cato lib. de re ruſtica c. 75. quæ ſacrificiis adhibebantur. Idcirco Ouidius lib. 3. Faſtorum, Liba Deo, inquit, fiũt, ſuccis quia dulcibus ille gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Sed iam libare pro quouis offerendi genere capitur: nam etiam thura, dum incenduntur Deo oblata dicuntur.

Libare quid. Virgil.

Cicero.

Cato. Ouid.

20 *Nec enim.*] Vbi vulgatus vertit; Nec enim timere te faciam vultum eorum, pro particula, Nec, eſt in Hebræo פן pen, particula dubitantis, ſeu hæſitantis, idem valens quod, ne quando, aut ne fortè. vt Gen. 3. 34. Ne fortè moriamini: & verſu 22. Ne fortè extendat manum ſuam: & ita hîc verterunt Lxx. & ceteri interpretes antiqui, quos refert Hieronymus, & Tigurina, Pagninus, & Vatab. Verbum præterea Hebræum, timere, ſeu pauere ſignificat, in qua ſignificatione acceperunt, illi interpretes, & Tigurina: ſignificat etiam conterere, ſeu confringere, quomodo verterunt Chaldæus, Pagninus, & Vatablus. Eſt ergo ſenſus iuxta Hieronymum, & Rabanum: Habeto meæ confidentiam iuſſionis, ſi enim non obtuleris quod habes, vt timere deſinas, derelinquam te, & tradam timori, & quodammodo videbor timere te facere, dum relinquo formidini. Iuxta Pagni. vero, & Vatablum, & Chaldæum: Ne conterere te faciam ante eos, id eſt, ne te confringam illis conſpicientibus. Magna quidem ignominia afficiunt Deum illi, qui hæſitant in eius fide, præſertim ſi eis ſuam præſtiterit fidem, vt Ieremiæ. Idcirco tam acriter puniuit Moſem, vna cum Aaron, quod ad tactum lapidis hæſitauerit, Numer. 20. 10. cum dixit: Num de petra hac vobis aquam poterimus ericere? Vnde ſubiecit Deus: Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Et Petrus, quod iuſſus à Domino venire ad ſe ambulans per mare, & videns ventum validum, hæſitauit, Matthæi 14. 30. cœpit mergi, & à Chriſto eſt increpatus, Modicæ fidei quare dubitaſti? Sic modo iubet Dominus, Ieremiam bono animo eſſe, ac fortiter aggredi munus propheticum, ne ſi exorta aliqua perſecutione hæſitauerit, ſibi ipſi relinquatur, & pereat. Hæc licet ita ſint, ſæpe etiam eſt illa particula negantis: & ita Rabbini explicant illud Prouerb. 5. 6. Per ſemitam vitæ non ambulant. & Iſa. 27. 3. Ne forte viſitet, vertunt, Non viſitabit. & Lxx. in editione Vaticana vertunt: Neque exterrearis coram eis: & in Complutenſi, Neque terreri te faciam coram eis. Hortatur ergo prophetam Deus, vt libenter ſuſcipiat onus, quia ſe adiutore, non poterit timere hoſtes ſuos, aut ab eis conteri.

Gen. 3. 34.

Non fidere Deo quantũ malum. Numer. 20. 10.

Matth. 14. 30.

Pr 5.6. Iſ. 27.3.

21 *Inſtar.*] Chaldæus hanc periodum ſic exponit. Et ecce ego dedi te hodie fortem, ſicut ciuitatem munitam, & ſicut columnam ferream, & ſicut murum æreum ad propinandum calicem maledictionis omnibus habitatoribus terræ. Idem promittitur Ieremiæ cap. 15. 20. Et Ezechieli cap. 3. 8. Tribus hiſce metaphoris oſtendit Deus, qua fortitudine munierit Ieremiam contra omnes eius aduerſarios, ductis ex ciuitate munita ad ſui propugnationem: ex columna ferrea, ad ſuſtinenda quæcumque onera imponantur: & ex muro æreo, ad tormenta bellica ſine læſione ferenda, & excutienda. Pollicetur autem Ieremiæ, inquit Theodoretus, non pacem, nec quietem, ſed certamina, & victoriam: pugnabunt, inquit, aduerſum te, & non præualebunt. Quam pollicitationem fecit etiam Eccleſiæ: Nam Petro dixit Matthæi 16. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ

Ie. 15. 20 Eze. 3. 8

Virtus prophetica & concionatoris.

Deus promittit non pacem, ſed victoriam ex bello.

portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Non A
dixit, non pugnabunt, ſed pugnando non præua-
Matth. lebunt. Non enim venit Chriſtus pacem mittere,
10. 34. ſed gladium. Admonet autem nunc in limine pro-
phetam Deus de futuris calamitatibus, vt ex cer-
titudine euentus certior fiat, & confidentior de
auxilio promiſſo, quo mala omnia ſit ſuperaturus
Ioan. ſicut Chriſtus admonuit Apoſtolos, Ioa. 16. 1. Hæc
16. 1. & locutus ſum vobis, vt cum venerit hora eorum
14. 29. reminiſcamini, quia ego dixi vobis, & cap. 14. 29.
Et nunc, ait, dixi vobis priuſquam fiat, vt cum fa-
ctum fuerit credatis. Sed vnde tanta virtus Iere-
miæ, tanta ad loquendum libertas, & ad facile ma-
la perferenda fortitudo, non tantum à populari-
bus, ſed à ſacerdotibus, & principibus, & ab ipſis
regibus inferenda? ex vna illa promiſſione, Quia B
ego tecum ſum, ait Ieoua Dominus, qui mentiri
Pſ. 22. 4 non poteſt, vt liberem te, qua nixus Dauid, Pſa. 22.
4. dicebat: Nam etſi ambulauero in medio vm-
bræ mortis, non timebo mala, quoniam tu me-
cum es. Hac nixus patientiſſimus Iob, integer, ac
purior enaſit ex innumeris, quas paſſus eſt ærum-
Iob 1. 9. nis, ipſius etiam dæmonis teſtimonio Iob 1. 9.
Nonne tu vallaſti eum, ac domum eius, & vniuer-
ſam ſubſtantiam per circuitum? Nam ſperantem Pſ. 31. 10
in domino, Pſal. 31. 10. miſericordia circumdabit.
Immittet enim angelus domini in circuitu ti-
mentium eum, & eripiet eum. Hoc eſt, caſtra-
metabitur, & circumdabit, Pſalm. 33. 8. Et qui
habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Pſ. 33. 8
Dei cæli commorabitur, Pſalm. 90. Erit enim Pſa 90.
verbum eius illi pro ſcuto, pro munimine, pro
columna, & muro æneo. Hac ratione ſuos Chri-
ſtus muniuit diſcipulos, & ad loquendum ty-
rannis, & ad mala perferenda, Lucæ 21. 5. Ponite
ergo, ait, in cordibus veſtris, non præmeditari Luca
quemadmodum reſpondeatis: ego enim dabo 21. 5.
vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſi-
ſtere omnes aduerſarij veſtri: & Matth. 28. hac in- Mat. 28
ſigni promiſſione ſuum clauſit euangelium: Ecce
ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad
conſummationem ſeculi. Tanto ergo patrono,
qui præſentiſſimus futurus erat Ieremiæ, au-
det loqui, quæcumque fuerit iuſſus, & pro-
phetici muneris difficilem aggreditur prouin-
ciam. Hucuſque argumentum libri propoſitum
eſt, verbis expoſitum, & viſionibus virgæ, & ollæ
traditum ſymbolicæ.

CAPVT SECVNDVM.

1 ET factum eſt verbum domini
2 ad me dicens: ‖ [1] Vade, & cla-
ma in auribus Ieruſalem, di-
cens: hęc dicit dominus. [2] Re-
cordatus ſum tui miſerans
adoleſcentiam tuam, & charitatem deſpon-
ſationis tuæ, quando ſecuta es me in de-
3 ſerto, in terra, quæ non ſeminatur. ‖ [3] San-
ctus Iſrael domino, [4] primitiæ frugum eius:
omnes qui deuorant eum, [5] delinquunt:
mala venient ſuper eos, dicit dominus.
4 ‖ [6] Audite verbum Domini domus Iacob,
5 & omnes cognationes domus Iſrael. ‖ Hæc
dicit dominus: Quid inuenerunt patres ve-
ſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt
à me, & ambulauerunt [7] poſt vanita-
6 tem, & vani facti ſunt? ‖ Et non dixe-
runt: Vbi eſt dominus, qui aſcendere
nos fecit de terra Ægypti: qui traduxit
nos per deſertum, per terram inhabita-
bilem, & inuiam, per terram ſitis, &
[8] imaginem mortis, per terram, in qua
non ambulauit vir, neque habitauit ho-
7 mo? ‖ Et induxi vos in terram [9] Car-
meli, vt comederetis fructum eius, & op-
tima illius: & ingreſſi contaminaſtis ter-
ram meam, & hæreditatem meam po-
8 ſuiſtis in abominationem. ‖ Sacerdotes
non dixerunt: Vbi eſt dominus? & te-
nentes legem neſcierunt me, & [10] paſto-
res præuaricati ſunt in me: & prophetæ
prophetauerunt in Baal, & idola ſecuti

PARAPHRASIS.

IGitur locutus eſt mihi dominus hunc in modum. [1] Nunc Ieroſolymam & voce contenta eius incolis meo nomine dices ſermonem hunc. [2] Memoria recolo miſericordiam, qua tibi tanta contuli beneficia in adoleſcentia tua, quando te eduxi de terra Ægypti: tum etiam charitatem, qua me dilexiſti, cum te mihi in ſponſam accepi, quando me ducentem ſequebaris per deſertum, terram illam incultam. Vbi vniuerſum Iſraelem cultui meo [3] ſanctificaui, ac dedicaui inſtar [4] primitiarum frugum, quæ ab aliis, quam à ſacerdotibus attrectari non poſſunt. Idcirco magno piaculo ſeſe [5] obſtringunt, qui eum attingere ſunt auſi: eiſque cladibus ſeſe reddunt obnoxios, quibus illi ſubiacent, qui rem Deo dicatam non verentur attingere. Audite ergo poſteri Iacob, & omnes Iſraeliticæ familiæ, has quas contra vos attexit dominus expoſtulationes. Quid inter tot, ac tanta beneficia vobis præſtita, deprehenderunt in me patres veſtri iniquitatis, vt tam longè à me recederent, [7] idolorumque ſectarentur vanitatem, vani ipſi facti ſimiles illis? & nec in mentem eis venit vnquam cogitare, vel dicere, Vbi eſt dominus, qui tantis cumulatos beneficiis eduxit nos de terra Ægypti, qui deduxit per deſertum, terram inhabitabilem, & inuiam, per terram ſitim præ ariditate excitantem, & præ [8] horrore mortem incutientem: terram demum, per quam nemo vnquam tranſierat, & in qua nemo prius habitauerat? Nec ab incepto deſtiti donec vos cum illis, in-

duxerim in terram hanc vberimam, instar Carmeli, vt comederetis fructus eius, & aliis eius bonis vteremini: vos vero eam terram ingreſſi, quò tot præſtitis beneficiis gratiam rependeretis, veſtra idololatriis contaminaſtis, & meam hereditatem mihi deteſtabilem reddidiſtis. Nam nec ipſi ſacerdotes, quorum intererat magis, vos vnquam monere curabunt, dicentes, Quæramus vbi ſit dominus: quique quotidie legem habebant in manibus, me cognoſcere renuerunt: ipſi etiam [10] paſtores populi, vrbiſque rectores, prævaricati ſunt contra me. Denique prophetæ vaticinati ſunt in nomine Baal. Propterea, licet hæc ſatis, ſuperque ſint ad ingratum veſtrum animum declarandum, volo adhuc vobiſcum iudicio contendere, & augere meam cum filiis veſtris expoſtulationem, a gentium fide ſuis diis conſeruata, exemplo deſumpto. Tranſite ad omnes [11] transmarinas gentes, & in [12] Cedream Arabiam mittite, qui accuratè conſiderent, perſpiciantque, num tam iniquè, ac impiè, vt vos mecum, ſeſe habuerint cum diis ſuis? Num commutauerint Deos ſuos cum aliis? & ipſi certè non ſunt dij. Vos vero, popule mi, me Deum veſtrum, veſtram [13] gloriam, commutaſtis cum idolo. Piaculum eſt hoc vel cælo ipſi ſtupendum, & quod præ horrore vehementem mereatur [14] tempeſtatem ciere. Duo enim mala, omni digna ſupplicio, ſimul perpetrauit populus meus: me dereliquerunt [15] fontem aquarum viuentium: & ſibi foderunt ciſternas, ciſternas inquam, rimoſas, & fractas, quæ aquas non valent continere. Ne vero me dicatis falſo hanc culpam vobis affingere, conſiderate ærumnas, in quas incidiſtis, veſtrorum ſcelerum indices. Nam cum non [16] vt ſeruus emptitius, neque vt vernaculus mihi fuerit Iſrael, ſed dilectiſſimus filius, quid cauſæ eſt, propter quam, multorum præda tam impunè patuerit, niſi ingentia ſcelera eius? Contra ipſum enim, leonum inſtar reges rugierunt, voce ſua tremefacientes, terramque eius in ſolitudinem redegerunt, exuſtas reliquerunt ciuitates, in quibus nemo queat habitare. Quin & ciues [18] Mempheos, & Taphneos, ad quos veluti auxiliares confugit, non tantum deſtituerunt eum, ſed caput illi confregerunt. Nonne horum omnium malorum tu tibi cauſa fuiſti, quod deſerueris me dominum Deum tuum [19] ex eo tempore, quo me tibi ducem præbebam, cum veniebas in terram hanc? Et nunc demum, cum domi præſens mei habeas auxilium, quid [20] confugis ad Ægyptios, ad ſuppetias ab illis petendum, quo bibas turbidas eorum aquas? aut quid confugis ad Aſſyrios, vt ex eorum flumine bibas, cum domi habeas limpidiſſimas, copioſiſſimaſque aquas, meo munere, tibi manantes? Puniet te malitia tua, & auerſio tua pœnas ſumet de te, vt cognoſcas, & intelligas, quam malum, & amarum tibi ſit me Dominum Deum tuum deſeruiſſe, & non eſſe timorem mei apud te. [21] Multi ſunt anni, ex qui-

ſunt. | Propterea adhuc iudicio conten- 9
dam vobiſcum, ait dominus, & cum filiis
veſtris diſceptabo. | Tranſite [11] ad inſulas 10
Cethim, & videte: & in [12] Cedar mitti-
te, & conſiderate vehementer: & videte ſi
factū eſt huiuſcemodi | Si mutauit gēs Deos 11
ſuos, & certè ipſi non ſunt dij: populus
vero meus mutauit [13] gloriam ſuam in
idolum. | Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & 12
portæ eius [14] deſolamini vehementer, di-
cit dominus. | Duo enim mala fecit po- 13
pulus meus: me dereliquerunt [15] fontem
aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſ-
ſipatas, quæ continere non valent aquas.
| Nunquid [16] ſeruus eſt Iſrael, aut verna- 14
culus? quare ergo factus eſt [17] in prædam?
| Super eum rugierunt leones, & dede- 15
runt vocem ſuam, poſuerunt terram eius
in ſolitudinem: ciuitates eius exuſtæ ſunt,
& non eſt qui habitet in eis. | Filij quo- 16
que [18] Mempheos, & Taphnes conſtu-
prauerunt te vſque ad verticem. | Nun- 17
quid non iſtud factum eſt tibi, quia de-
reliquiſti dominum Deum tuum [19] eo
tempore, quo ducebat te per viam? | Et 18
nunc quid tibi vis in via [20] Ægypti, vt
bibas aquam turbidam? & quid tibi cum
via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis?
| Arguet te malitia tua, & auerſio tua in- 19
crepabit te. Scito, & vide, quia ma-
lum & amarum eſt reliquiſſe te dominum
Deum tuum, & non eſſe timorem mei
apud te, dicit dominus Deus exercituum.
| [21] A ſæculo confregiſti iugum meum, 20
rupiſti vincula mea, & dixiſti: non ſeruiam.
In omni enim colle ſublimi, & ſub omni li-
gno frondoſo tu proſternebaris meretrix.
| Ego autem plantaui te [22] vineam electam, 21
omne ſemen verum: quomodo ergo con-
uerſa es mihi in prauum vinea aliena? | Si 22
laueris te [23] nitro, & multiplicaueris tibi
herbā Borith, maculata es in iniquitate tua
coram me, dicit dominus Deus. | Quo- 23
modo dicis: non ſum polluta, poſt Baa-
lim non ambulaui? vide vias tuas [24] in
conualle, ſcito quid feceris: [25] curſor le-
uis explicans vias ſuas. | [26] Onager aſſue- 24
tus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ
attraxit ventum amoris ſui: nullus [27] auer-
tet eam: omnes, qui quærunt eam, non
deficient: [28] in menſtruis eius inuenient
eam. [29] | Prohibe pedem tuum à nudita- 25
te, & guttur tuum à ſiti. Et dixiſti: [30] De-
ſperaui, nequaquam faciam: adamaui quip-
pe alienos, & poſt eos ambulabo. | Quo- 26
modo confunditur fur, quando deprehen-
ditur, ſic [31] confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi
& reges eorum, principes, & ſacerdotes,
& pro-

27 & prophetæ eorum ‖Dicenres ligno : parer
meuses tu : & lapidi:ru me genuiſti : verte-
rũradme tergũ , & oon faciẽ,& in tempore
afflictionis ſuæ dicent : Surge, & libera nos.
28 ‖Vbi ſunt dij tui,quos feciſti tibi?ſurgant,&
liberent re in tempore afflictionis tuæ : ſe-
cundum numerum quippe ciuitatum rua-
29 rum , erant dij tui Iuda.‖ Quid vultis me-
cum iudicio contendere ? omnes dereliqui-
30 ſtis me,dicit dominus.‖Fruſtra percuſſi [32] fi-
lios veſtros , diſciplinam non receperunt:
deuorauit gladius veſter [33] prophetas ve-
ſtros , quaſi leo vaſtator , generatio veſtra.
31 ‖[34] Videte verbum domini : Nunquid ſoli-
rudo factus ſum Iſraeli, aut [35] rerra ſerotina?
Quare ergo dixit populus meus : [36] receſſi-
32 mus , non veniemus vltra ad re ?‖ Nunquid
obliuiſcetur virgo ornamenti ſui, aur ſpon-
ſa [37] faſciæ pectoralis ſuæ ? populus vero
meus oblitus eſt mei diebus innumeris.
33 ‖[38] Quid nireris bonam oſtendere viam
tuam ad quærendam dilectionem , quæ in-
ſuper & malitias tuas docuiſti vias tuas , &
[39] in alis tuis inuentus eſt ſanguis anima-
34 rum pauperum & innocentum?‖ Non in
foſſis inuenim eos,ſed in omnibus , quæ ſu-
35 pra memoraui. ‖ Et dixiſti : Abſque pecca-
to&innocens ego ſum : & propterea auer-
ratur furor ruus a me.Ecce ego iudicio con-
tendam tecum , eo quod dixeris:Non pec-
36 caui.‖ Quam [40] vilis facta es nimis , iterans
vias tuas?& [41] ab Ægypro confunderis,ſicur
37 confuſa es ab Aſſur.‖ Nam & ab iſta egredie-
ris , & maous tuæ erunt ſuper caput tuum:
quoniam obtriuir dominus confideotiam
tuam,& nihil habebis proſperum in ea.

bus legu meæ iugum confregiſti ; & vincula , quibus mibi eras conſtricta,rupiſti : dixiſtique impudens,nolo ſeruire : ſiquidem ſuper omnem collem ſublimem , & ſub omni ligno frondoſo, idola colebas, o meretrix. Ego certè plantaueram te , vti [22] ſelectiſſimam vineam, optimis conſitam vitibus, quomodo ergo conuerſa es in vineam degenerem, & alienam? Quantumvis te [23] nitro laueris, & plurimum herbæ Borith tibi adhibueris, hanc tuæ labem iniquitatis, quam me conſpiciẽte, contraxiſti, non poteris eluere. Quomodo ergo te purgas dicendo , non ſum contaminata , nec abij poſt Baalim? vide [24] in ipſa valle , per quam ad colles ibas , quam fixa adhuc tua maneant veſtigia, & noli negare quod feceris: ſicut enim [25] velociſſima caprea hac illacque circumcurſitat: & ſicut celerrimus [26] Onager ſolitudini aſſuetus, pro deſiderio animæ, dum haurit ventum, à nullo, propter celeritatem capi poteſt, [27] ſic qui tuamque plebem meam quæſierint, vt ſuis monitis ad viam reducant, non eſt quod defatigentur, vt eam toto impetu ad idola currentem aſſequantur; ſed vlterius progreſſi in idolatriæ [28] immunditie iacẽtem, apud extraneos, offendent eam. Cape hoc tui patris conſilium, & [29] ne velis tam longas ingredi vias, vt auxilium petas ab alienis, in quibus neceſſe ſit, ruptis calceis, nudus incedas pedibus: & vt præ ſiti guttur exareſcat tuum. At tu impudens è contra audes dicere, [30] Deſperatum eſt? Certè tuis monitis non acquieſco, ſed ibo poſt amatores meos, quos amo, ac cupio. Sicut fur pudore ſuffunditur cum in flagranti deprehenditur , ſic vniuerſus Iſrael deprehenſus à me, pudore [31] ſuffundetur, cum ſuis regibus, principibus, ſacerdotibus, ac prophetis, qui ligno dicit, pater meus es tu, & lapidi, tu me genuiſti. Obuertit mihi tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis redibat ad me dicens, Surge, & libera nos. Ego vero reſpondebo ei: Vbi ſunt dij tui, quos tibi feciſti? ſurgant, & liberent te ex hac afflictione, multi enim fuere : ſiquidem pro numero vrbium tuarũ, numeroſi fuerunt, ô Iuda. Quid vultis me vocare in iudicium, conqueſti, quod vobis non feram auxilium, cum omnes a me defeceritis. Equidem vt ad meliorem frugem reducerem, ne me exiſtimetis omnem veſtri curã abieciſſe, percuſſi [32] filios veſtros fruſtra, nam diſciplinam non receperunt: quin & omnes vos, diſtricto gladio, vt ſolet vaſtator leo, irruiſtis [33] in prophetas ad vos miſſos , eoſque interfeciſtis. [34] Attendite obſecro ad hunc domini ſermonem: Nunquid, ait, huic populo adeo fui ſterilis, vt fuerim quaſi ſolitudo, aut [35] terra ſerotina, & infœcunda, ex qua nullus ſperatur fructus? Certè largiſſimè illis prouidi. Cur ergo hic meus populus non veretur dicere: [36] Receſſimus iam ſemel , non patet modus , quo ad te vltra redeamus. Nunquid accidet vt virgo obliuiſcatur ornamenti ſui, aut ſponſa [37] faſciæ, qua cingitur: at populus meus diebus innumeris oblitus eſt mei , qui ſum ei ornamento precioſior, & adhæreo illis magis quam faſcia. [38] Cur tanto ſtudio apparas profectionem, vt ineas amicitiam cum exteris nationibus? Hac vna re oſtendis quam ſint viæ tuæ peſſimæ. [39] Veſtimenta tua infecta ſunt ſanguine pauperum, & innocentum prophetarum, à te peremptorum, quos non in foueis reperi, quaſi latronum occiſos inſidiis, ſed quod te carperent, iuxta idola, quæ ſupra memoraui: & audes dicere, Abſque peccato, innocens ego ſum. Ne tam furibundum ſe ſe mihi oſtendat. En ego volo tecum iuditio contendere ſuper hoc, quod dicis, Non peccaui. Ad ſummam decidiſti [40] vilitatem, vias tuas iterans, vt opem à gentibus implorares. [41] Ab Ægypto pudore afficieris, quemadmodum pudore affecta es ab Aſſyrio: nam ab ea etiam confuſa regredieris, manibus ſuper caput complicatis. Quoniam protriuit dominus hanc tuam confidentiam, neque ex ea tibi proſperè quicquam cedet.

ARGVMENTVM.

BEnignus Deus demittit ſe ad contendendum iudicio cum plebe ſua: quam ingrati animi coarguit, quod poſt tot ac tanta accepta beneficia, quibus ſibi eam, ſponſam deuinxerat, ſe deſeruerit, & diis gentium ſpem ſuam collocauerit: ea propter non mirum fuiſſe, ſi tot fuerit ab hoſtibus oppreſſa calamitatibus, ac plurimæ aliæ ſint eam comprehenſuræ.

COMMENTARIVS.

1 VADE.] Ex his verbis colligi videtur Ieremiam cum Domino collocutum, quæ præcedenti capite continentur, dum erat in ſua villula Anathoth, indeque miſſum Ieroſolymam, vt hunc, quem explicamus, eius ciuibus proferret ſermonem. Depingit autem vrbem Ieroſolymam quaſi fæminam, more ſcripturæ, quæ prouincias, & vrbes, vt fœminas introducit, & cum eis verba facit, ac ſi aures haberent; eis per metonimiam pro habitatoribus acceptis. Vnde dicit: Vade, & clama in auribus Ieruſalem. Incipit autem hic totius operis tractatus, hæc quatuor complectens potiſſimum. Nam in primis Dei bonitas erga populum Iſraeliticum oſtenditur, populi vero ipſius erga Deum improbitas, & ingratitudo. Deinde multis allicitur populus ad renouandam priſtinam amicitiam, ni velit hoſtium tradi poteſtati, vt traditus tandem eſt.

Adoleſcentia Iſraelis.

Oſea 2. 15.

Ezech. 16. 22.

2 *Recordatus.*] Recolit Deus quicquid cum populo ſuo tranſegerat in exitu de Ægypto, quem vocat Iſraelis adoleſcentiam, vt omnes fatentur interpretes, iuxta illud Oſeæ 2. 15. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Ægypti. & Ezechielis 16. 22. Non es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, quando etas nuda, & confuſione plena. Ieremiæ verba ſic habent ex Hebræo: Recordatus ſum tui, bonitatis ſeu miſericordiæ adoleſcentiæ tuæ; charitatis deſponſationis tuæ. Et quidem licet vulgatus, verbo miſerans, tranſtulerit, at in Hebræo nomen eſt חסד cheſer, quod propenſam voluntatem, & beneficentiæ affectum ſignificat. Bonitatem in Deo ſolet ſcriptura nominare, quam nato Chriſto nobis gratulari ſunt Angeli, Luc. 2. cum dixerunt, Et in hominibus εὐδοκία bona voluntas, cuius eſt promittere quod non tenearis. Atque ita vt nomen tranſtulere Lxx. & ceteri interpretes. Nomen alterum כלולה kelulah ſignificat deſponſationem, à verbo Calal, quod eſt omni ex parte abſoluere, conſumare, & perficere; vnde & Lxx. verterunt, Recordatus ſum miſericordiæ adoleſcentiæ tuæ, & dilectionis perfectionis tuæ: optima ratione, quod ſponſalium tempore, quam maximè ſoleant ſponſæ ornari, tuncque earum omnis pulchritudo, & ornamenta conſpiciantur. Duo autem illa nomina bonitas, ſeu miſericordia, & charitas ſeu dilectio, tripliciter conſiderari poſſunt. Nam vel vtrumque ad ſponſam pertinet, cui dicit Deus, Recordor tui: pietatis nẽpe tuæ, qua me coluiſti, & bonitatis, qua mihi affecta es: tum etiam charitatis, qua me dilexiſti, cum eduxi te ex Ægypto: qua ratione nemo eſt, qui hunc locum interpretetur, quod miſericordia

Luc. 2. 14.

A & benefaciendi affectus Deo potius tribuatur, quam homini miſero: nec poſſet hic ſenſus conuenire vulgato vertenti, miſerans adoleſcentiam tuam. Vel vtrumque accipitur ex parte Dei dicentis: Recordor pietatis, ac miſericordiæ, qua tui miſertus ſum; & charitatis, qua te dilexi in adoleſcentia tua: quomodo accepiſſe videntur Hieronymus, Rabanus, S. Thomas, & Vat. quod hîc Deus collata beneficia proponat, quò grauius populum ingrati animi coarguat. At demum, vt bonitas, & miſericordia Dei eſſe accipiatur, ſponſæ verò ipſius charitas, & dilectio, vt accepere Chaldæus dicens, Recordatus ſum vobis, beneficiorum dierum antiquorum, & dilectionis patrum veſtrorum, qui crediderunt verbo meo: & Theodoretus, Hugo, Lyra, & Dionyſius. Hac tertia ratione hæc verba intellecta magis ad rem præſentem videntur ſpectare. Nam reuocat ad memoriam Deus coniu-B gium cum plebe Iſraelitica contractum, fœdera vtrinque inita, bona ad matrimonium ab vtroque ſponſo adducta: denique ſtatum illum adoleſcentiæ fælicisſimum, & dulciſſimum, quo ſolet ſponſus & variis ornamentis, & externis ſignis, & internis amoribus, & amplexibus, ſponſam ſibi deuincire: & ſponſa ipſa, amore, obedientia, & obſequio mutuo, quo ſolo poteſt reſpondere. Cum ſponſus Deus plebem Iſraeliticam adoleſcentulam, in ſumma iacentem miſeria reperiſſet in Ægypto, omni ſpe boni, quidpiam extra Deum habendi deſtitutam, vt quam optimè depingit eam Ezechiel cap. 16. & pacto inito eam deſpondiſſet, & inſtar ſponſaliorum, & doris, legis ornamenta, verborumque monilia contuliſſet in monte Sina, in quo iura matrimonialia ſunt explicata, quibus Deus ſe obligauit curam illius per omnia gerere tanquam C vxoris: ipſaque in omnibus tunc illi præceptis, Deo tanquam viro obſequi beneuolentiſſimo. Vnde cœpit eum, tanquam vnicè dilectum ſequi, & vt verum Deum colere: profectò efficaciſſimum hinc aduerſus ſponſam deſumit argumentũ, eam adulterij coarguens, ex amore, & officiis, quibus non merentem proſecutus eſt tunc, cum nullus erat qui ei afficeretur, quod nec dotem, nec pulchritudinem, nec diuitias, nec probum ingenium, aut nobilitatem haberet, ob quorum aliquod, adoleſcentem quempiam in ſui amorem alliceret. Omniaque ei ita erant deſpicabilia, vt vel ſola Dei miſericordia indigerent, cuius eſt pauperum, & miſerorum miſereri. Eſt ergo ſenſus verborum huiuſmodi: Volo ad memoriam reducere teipſam, & quicquid mea miſericordia, ac bonitate, tibi boni contuli, cum te eduxi de Ægypto; tum etiam charitatem, qua tot allecta beneficiis, me deperibas

Deſponſatio Dei cum plebe Iſraelitica.

Ezech. 16. 3.

Scriptura mos eſt memorare beneficia, ad augendū pudorem peccantiū.

deperibas, cum me per deſertum ſequebaris. Solet autem creberrimè ſcriptura ſacra ad flagitium aliquod increpandum, beneficia collata prius proponere, & coram adducere, vt pudore afficiatur qui peccauit, vt vir Dei fecit cum Heli, 1. Reg. 2. 27. & Samuel cum populo, 1. Reg. 12. 7. & Nathan com Dauid, 2. Reg. 12. 8. & latè Ezechiel cap. 16. Quo monet nos Deus, vt ſiquidem memoria beneficiorum ſuorum repetita nos à peccato retrahit, nos ipſi beneficia nobis liberaliter collata memoria repetente aſſidua, gratiâ peccatis recedamus, & Deo ipſi benefactori ſummo adhęreamus.

1. Reg. 2. 27. 1. Reg. 12. 7. 2. Reg. 12. 8. Ez. 16. 5. Pſ. 113. 1. Exod. 19. 6.

3 *Sanctus.*] Hebraicè, ſanctitas fuit Iſrael domino, hoc eſt Iſrael fuit domino ſic dicatus, quemadmodum res alia ſacra dicata domino, ſic Pſal. 113. 1. Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius; nempe in exitu Iſrael de Ægypto: & Exo. 9. 6. Vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Sic accipiũt ſanctum, Hieronymus, Rabanus, S. Thomas, Lyra & Vatab. & conſtat hic ſenſus ex ſimilitudine è primitiis frugum deſumpta: quamuis Theodoretus, & Hugo de ſanctitate intelligant, quæ ex gratia, & virtutibus habetur.

Deu. 2. 6. De. 32. 9. Pſ. 73. 2. Oſea 9. 10. Greg.

4 *Primitiæ.*] Similitudo hæc poteſt deſumi, vel ex eo, quod præ ceteris gentibus, & ante eas, elegit Deus Iſraelem, vt primitiæ frugum gratiores ſunt, & tempore ceteris priores: & ſic dictum eſt Deut. 2. 6. Quia populus ſanctus es domino Deo tuo, te elegit dominos Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui ſunt ſuper terram. Deut. 32. 9. Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Pſal. 73. 2. Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio: & Oſeę 9. 10. Quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum. Hoc modo Theodoretus, Greg. homil. 11. in Ezechielem, & Hugo explicant hanc ſimilitudinem. Verùm Chaldæus paraphraſtes, Hieronymus, Rabanus, Lyra, Dion. & Vatab. ſimilitudinem ſumptam dicunt ex primitiis Deo oblatis: talis enim fuit populus Iſraeliticus ſanctificatus, & dedicatus Deo ex omnibus nationibus, quales frugum primitiæ, quæ Deo præ ceteris frugibus offeruntur. Et hunc eſſe verum ſenſum conſtat 1. ex intelligentia ſupra adducta nominis, ſanctus: deinde ex his quæ ſubicit, illum reum mortis eſſe iudicandum, qui talem populum tetigiſſet, quemadmodum reus mortis iudicabatur qui primitias frugum Deo oblatas, cum non eſſet ſacerdos, audebat attingere: vt intelligunt Chaldæus, Hieron. Rabanus, Hugo, Lyra, S. Thomas, & Vat. ex lege, qua non licebat, niſi ſacerdotibus, eorumq; familiis, Deo oblatis veſci primitiis. vt dicitur Nu. 5. 9. Omnes primitię, quas offerunt filij Iſrael ad ſacerdotem pertinent. & Leuit. 22. 10. Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis: inquilinus ſacerdotis, & mercenarius nõ veſcẽtur ex eis: ſi filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de iis, quæ ſanctificata ſunt, & de primitiis non veſcetur: omnis alienigena comedendi ex eis non habet poteſtatem. Sed clarius Leuit. 22. 3. pœna infligitur: Omnis homo, qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea, quæ conſecrata ſunt, & obtulerunt filij Iſrael domino, peribit coram domino. & inf. ver. 19. Nec contaminabunt ſanctificata filiorũ Iſrael, quæ offerunt domino, ne fortè ſuſtineãt iniquitatem delicti ſui, cum ſanctificata comederint.

Primitiarū ablatas. Nu. 5. 9. Leuit. 22. 10. Leuit. 22. 3.

5 *Delinquunt.*] Hebraicè per futurum hæc verba efferuntur: Omnes deuorantes eum delinquent, malum veniet ſuper eos, hoc eſt, hoſtes omnes Iſrael, qui putant ſe impunè eum vaſtare, rei habendi ſunt: & idcirco pœnas, populum Deo ſanctificatum attrectantium, non euadent: pœnas enim dabunt ſacrilegij ſui. Perſiſtit in ſimilitudine primitiarum, quas qui attrectabant rei mortis habebantur ex legibus iam citatis: ſic penè omnes hunc locum explicant, & Chaldæus ita dicens: Sanctitas eſt domus Iſrael coram domino aduerſus direptores ſuos, ſicut primitiæ oblationis frugum, quicunque comederit ex eis, reos erit mortis: & ſicut principium meſſis manipuli oblationis, ex quo ſi aliquis comederit antequam offerant illum filij Aaron oblationes ſuper altari, condemnatur; ſic omnes, qui deprædantur domum Iſrael, condemnabuntur, malum veniet ſuper eos. Hoc autem non tantum verum eſt de his, qui iniuſtè bellũ aliquod contra Dei populum geſſerunt, ſed de his etiam, qui Dei executi ſunt ſententiã: non enim, ait Hieronymus, immunes erunt à ſupplicio. Additum eſt hoc à domino, vt ſingulare hoc beneficium populo ante oculos poneret, quem à Deo protexerat, vt de his, qui eum attingerent, quaſi rem ſibi ſacram attigiſſet, vindicaret. Vnde Deu. 32. 10. dicitur, Circumduxit eum, & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui; ſicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expãdit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis. Sic enim euertit dominus omnes gentes Chanaan ad ingreſſum populi ſui: ſic Aſſyrios puniuit per Medos, & Chaldæos, & hos per Cyrum Perſam. Quod ſi tãta cura rebelli illi populo Deus proſpexit, quod tanquam frugum primitias eum ſibi delegiſſet, Chriſtianum populum, quem Chriſtus acquiſiuit ſanguine ſuo, & propterea 1. Petri. 2. vocatur, genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, & 1. Cor. 3. templum ſpiritus ſancti; quanto maiori cura tuebitur?

Deuter. 32. 10. 1. Pet. 2. 9. 1. Cor. 3. 17.

6 *Audite.*] Loquitur cum populo vniuerſo, qui à Iacob 12. tribuum parente, ducebat originem, & poſtea dictus eſt Iſrael, vt notant Hiero. Rabanus, Hugo, & Dion. Non ad decem tribus quæ iam ductæ erant in captiuitatem, ex quibus tamen multi tribui Iudæ, & Beniamin commiſti manebant. Tollit autem de medio excuſationem populi, qua poſſet ſe excuſare à culpa, qua Deum deſeruiſſet, & ad alienos Deos confugiſſet: quod videlicet Deus durè cum illis tanquã cum mancipiis ageret. Conſuetudo fuit Deo ſomma plena humanitate, notata à Chryſoſt. ſer. 4. de prouidentia, in fine; non punire eos, qui iam diu ſupplicio, atque animaduerſione digni ſunt, niſi prius hominis ſuffragium acceperit, & quaſi reus volens ab aduerſariis conuinci, ſe illis iudicandum propoſuerit. Ideo vbicumque controuerſia eſt Dei cum hominibus, ipſoſmet facinoroſos, vt cauſam diiudicent, aduocat: & ipſam creaturam ad ſuffragium ferendum conſtituit: quo iudiciorum ſuorum ſplendorem demonſtret. Sic per Iſaiam c. 1. inquit: Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus eſt: filios enutriui, & exaltaui, & ſequentia. Micheæ 6. 2. Audiant montes iudicium domini, & fortia fundamenta terrę, quia iudicium domini cum populo ſuo, & cum Iſrael diiudicabitur. Popule meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui, reſponde mihi? Quia eduxi te de terra Ægypti, & cetera. Iterum Iſaiæ 5. 3. Nunc ergo habitatores Ieruſalem, & viri Iuda, iudicate inter me, & vineam meam. Quid

Iſrael quis. Deꝰ puniturus homines ipſos iudices cõſtituit. Chryſ. Iſa. 1. 2. Mich. 6. Iſai 5. 3

eſt quod debui vltra facere vineæ meæ, & nõ feci? A
Qui enim iuſtam cauſam tuetur, non veretur ſe,
ſuaque omnia aduerſariis offerre iudicãda, vt fecit
Reg. Samuel.1. Regum 12.5. & Iob.31.13. cum inquit: Si
4 contempſi ſubire iudiciũ cum ſeruo meo, & ancil-
ib 31. la mea, cũ diſceptarent aduerſum me. Et Chriſtus
Ioan. 8. Ioan. 8.46. Quis ex vobis arguet me de peccato?
5. Hac ergo ratione modò, ſuos ipſos aduerſarios cõ-
pellat Deus, vt ſi quid habẽt à patribus acceptum,
quod opponant, in medium proferant.
vanitas 7. *Poſt vanitatem.*] Nomine vanitatis Chaldæus,
quod Hieronymus, Theodoretus, Hugo, Rabanus, S.
idolum. Thomas, & Lyra, intelligunt idola, quæ, quia falſi
erant dij, falſos, & vanos efficiebant cultores, cum
cultu eorum. In eadem ſignificatione accepit hoc
Iona 2. ipſum nomen Hebræum Ionas, c. 2. 9. cum dixit: B
9. Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiam
ſuam dereliquerũt. Quod vero priſci etiam Iudæi
Deum dereliquerint, idolaque coluerint, manife-
Exod. ſtum eſt ex cap.32. Exodi, & ex libris Iudicum, Re-
32.4. gum, & Paralipomenon.
8. *Imaginem.*] Imaginem mortis, Theodotio,
Tigurina, Pagni. & Vata. vmbram mortis vertunt.
Putãt ita dictam Hiero. Raban. Hugo. S. Thomas
& Lyra, ob pericula ex venenatis animalib⁹, & ho-
ſtibus orta, qui obuij erant illam ſolitudinem trã-
Deuter ſeuntibus. Vnde Deutero. 8.15. Ductor tuos fuit in
8 15. ſolitudine magna, atque terribili, in qua erat ſer-
pens flatu adurens, & ſcorpio, ac Dipſas; & nulla
omnino aqua. Ex itineris difficultate beneficium
collatum extollit. Quis enim non miretur, ac gra-
tias Deo agat innumeras, cum retro aſpicit, diffici-
les vias, plenas periculis, & impedimentis, per quas C
nos ad meliorem frugem deduxerit?
Carmel 9 *Carmeli.*] Nomen Carmel, primaria ſignifica-
quid no- tione appellatiuum eſſe, idem que valere quod fe-
tet. rax, aſſerit Kimhi, & inde accommodatum eſſe ad
ſignificandum, montem illum ita appellatũ, quod
eſſet feraciſſimus. Atque ita hic tanquam appella-
tiuum acceperunt Hieronymus in commẽtario,
Tigurina, & Vatab. pro vniuerſa Iudęa, terra vber-
rima, & feraciſſima. Alijs videtur nomen primo
fuiſſe impoſitum monti, vel caſu, vel à feracitate.
Nam duplicis montis ita dicti mentio fit in ſcri-
Carme- ptura, vt notauit Hieron. Iſa. 29. & Amos. 1. Vnus
lus du- erat in ſorte Ephraim ad plagam Auſtralem Iudeæ
plex. admodũ ſterilis, in quo morabatur Nabal, maritus
Gen. 49. Abigail. Alter in tribu Aſer, de quo Iacob Gen. 49.
dixit: Aſer pinguis panis eius, & præbebit delicias
regibus, iuxta Ptolemaidẽ, mari imminens, in quo D
3. Reg. Elias. 3. Reg. 18. pluuias impetrauit. Vterque ergo
18 42. Carmel eſt vocatus, licet ille fuerit ſterilis. Hoc er-
go loco pro vniuerſa Iudæa accipitur, quæ ſua fe-
racitate Carmelum illum fertilem maximè referre-
bat. Nam ſic ſolet pro regione vberrima accipi, vt
ait idem Hierony. in ea Iſaiæ. 16. cap. verba, Aufe-
retur lætitia & exultatio de Carmelo. & in ea Iſa.
29. Conuertetur Libanus in Carmel, & Carmel in
ſaltum reputabitur. Parte igitur accepta pro totu
metonimicῶς vniuerſa Iudæa Carmelus hic voca-
tur, vt volunt Theodoretus Hugo, & Lyra. Vel
certè, vt mos eſt ſcripturæ, particula ſimilitudinis,
quæ deſideratur, adijciẽda eſt, vt adiecit Chaldæus
cum dixit: Et introduxi vos in terram Iſrael, quæ
erat plantata ſicut Carmelus.
10 *Paſtores.*] Reges, & principes eo nomine intel-
ligunt rectè Chaldæus, Theod. Hugo. S. Thomas,
& Lyra. Nam omnium ſuperiorum mentionem
fecit, & eccleſiaſticorum, nempe ſacerdotum, pro-
phetarum, & doctorum legis, ſeu ſcribarum, hos
enim dicit habere legem in manibus, vt intelligũt
Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, Rabanus,
& Hugo. Et laicorum, regum videlicet, & princi-
pum, qui præerant Reipublicæ.
11 *Ad inſulas.*] Cithijm quæ gens, aut regio fue- Cithijm
rit dubium eſt valde. Lxx. & Chaldæus para- quæ gẽs?
phraſtes, quemadmodum & vulgatus hîc nomen
Hebræum retinuerunt. Tria autem ex interpre- Ioſe-
tibus, & ex ſcriptura colligimus ſignificare. In phus.
primis inſulam Ciprum, vt ait Ioſephus lib. 1. An-
tiquit. cap. 11. & Hieronymus hîc, & quæſt. 61. in
Geneſim, cuius veſtigium eſt vrbs Citium dicta,
vnde Stoicorum princeps Citicus Zeno eſt nomi-
natus, ſignificat. Deinde Italos, ſeu Romanos, vt
manifeſtè deprehẽditur ex vaticinio Balaam, Nu- Num.
mer. 24. 24. quod Latinus interpres ſic vertit. Ve- 24.24.
nient in trieribus de Italia, (Hebraicè Cithijm)
ſuperabunt Aſſyrios, vaſtabuntque Hebræos, &
ad extremum ipſi peribunt. Eandem vocem Chal-
dæus interpretatus eſt, Romanos: & Ezechiel. 27. Ezech.
6. illud de inſulis Cethim, Latinus interpres vertit 27. 6.
de inſulis Italis; Chaldæus vero, de Apulia. Danie- Daniel.
lis etiam. 11.38. illud, Et venient ſuper eum trieres, 11.30.
& Cithijm, vertit noſter interpres, & Romani, &
percutientur; nam ita hîc vertendum illud nomẽ
Hebręi ipſi agnoſcunt. Demum videtur Macedo-
niam, ſeu Gręciam ſignificare, ex illis 1. Mac. 1. ver- 1. Mach.
bis. Poſtquã percuſſit Alexander Philippi Macedo, 1. 1.
qui primus regnauit in Græcia, egreſſus de terra
Cethim. & cap. 8. 5. Philippus & Perſes poſtre- 1. Mach.
mi reges Macedoniæ Cethæorum reges vocantur. 8.5.
Ex quibus varijs ſignificationibus vox hæc deriua-
ta eſt ad ſignificandas inſulas maris Mediterranei.
A Cipro enim, inquit Ioſephus eo loco, omnes in-
ſulæ, & maritima loca Cethim Hebraicè nomi-
nantur. Imo ad vlteriora loca ſignificanda ſe ex-
tendit, Græciam nempe, & Italiam; denique gen-
tes tranſmarinas, ſcilicet Europeas. Hebræi enim
populos à ſe mari Mediterraneo diſcretos, inſula-
rum incolas exiſtimabant, cum ipſi habitarent cõ-
tinentem, quos ad ſe nauibus accedere nouerant,
vt eos qui trans Alpes agunt, Tramontanos vocãt
Itali. Hîc ergo Occidentales omnes regiones, ſeu
Heſperias, intelligunt Hieronymus, Theodoretus
cum ceteris omnibus interpretibus. Nam ab alia-
tum gentium comparatione, ſiue quæ ad occiden-
tem, ſiue quæ ad orientem habitant, arguit Iudæo-
rum impietatem.
12 *Cedar.*] Cedar ſecundus Iſmaelis filius Gen. 25. Gen. 25.
13. & 1. Parali. 1. 29. Iſmaelitis, & Cedræis & Ara- 13.
bibus, quos nunc Sarracenos dicimus, nomen de- 1 Para-
dit, vicinis Nabathæis: vt eſt apud Plinium lib. 5. lip. 1 29.
cap. 11. Sic intelligunt Hieronymus, Rabanus Plinius.
Hugo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, & Vatablus. Cedaro-
Sed per eos intelligi Oriẽtales omnes putat Theo- ni qui.
doretus. Remittit enim Deus Iudæos vel ad gen-
tes Occidẽtales, vel ad Oriẽtales, & barbaras, vt vi-
deãt ſi Deos ſuos ligneos, lapideoſq; aureis vnquã
mutauerint, & cultũ, quẽ à ſuis maiorib⁹ acceperãt,
reliquerint, vt fecerant ipſi Iudæi cum vero Deo.
13 *Gloriam.*] Gloriæ nomine Deũ ipſum glorioſum
intelligunt Hugo, Lyra, Diony. & Vatablus. Nam
mutauit populus ille mẽdacio veritatẽ, & Deũ ſuũ
verum, idolo, aut, vt Hebraicè habetur, eo, qui ei
non prodeſt; qua periphraſi deſcribitur idolum Pſ. 105.
Vnde Pſa 105. dicitur, Mutauerunt gloriam ſuam 20.

in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. Chaldæus paraphraſtes, gloriam exponit, quam ex Dei cultu populus conſequebatur, ait enim, Et populus meus deſeruit cultum meum, propter quem ego induco ſuper eos gloriam.

14 *Deſolamini.*] Hebræa illa dictio שערו Saaru, variè accepta, variè etiam vertitur ab interpretibus. Nam ſi conſtet litera ש cum puncto in ſiniſtro cornu, eſt ſecunda perſona pluralis imperatiui Cal, à verbo שער Saar, quod timere, ſeu formidare ſignificat. & hoc modo accepere Lxx. & omnes recentiores tranſtulerunt, Et pauete, ſeu exhorreſcite. Quod ſi litera ש habeat punctum in cornu dextro, portam ſignificat, quod in portis iudicia exercerentur, quę horrorem incuterent. Hac ratione accepit Hieronymus cum vulgaro dicente, Et portæ eius deſolamini. Inducit per proſopopeiam cælos quaſi conſpicientes Iudæorum impietatem, & præ ſtupore, & horrore deſolatos; quos olim Moſes Deuteron. 32. vt Iſaias cap. 1. in teſtes adduxerat fœderis de obſeruanda lege cum eis initi, vt innuit Hieronymus. Vel nomine cælorum, per metonimiam, vt vult Theodoretus, intelligit contentas in illis creaturas, nempe angelos ſuperiores, & inferiores, vt exponunt Hugo, S. Thomas, & Lyra: quamuis S. Thomas per portas, principaliores intelligat, qui ſũt quaſi principes, & iudices aliorum, iuxta illud Pſ. 23. Attollite portas principes veſtras, aut, Leuate portę capita veſtra, vt legit hic Hieronymus. Sed Hebræi, quos ſequuntur Lyra. Dionyſ. & Vatab. per cælos intelligũt cælum aëreum, in quo pluuiæ gignuntur, fulgura excitantur, & tonitrua, aliæque ſimiles tempeſtates cientur: ad hunc ſenſum: Tanta eſt hæc populi huius ingratitudo, & impietas, vt cælum, ſi id eius natura ferret, præ ſtupore, & horrore commoueretur, & portas, quæ ſunt cataractæ eius, ex 7. Geneſis, concuteret, & tempeſtatem excitaret diuinæ indicem vltionis. Nec obſtat quod interpres, in numero plurali verterit, cæli, cum Aquila, & Symmacho: Nam vt notat Hieronymus hîc, Hebræum nomen שמים Samaim communis eſt numeri, quo tam cæli quam cælum dicitur, vt vertêre Lxx. & Theodotio, vt Thebæ, Athenæ, & Salonæ. Cælum vero aëreum, ita ſolere vocari, & ex profanis auctoribus ſatis notum eſt; & ex nominis Hebræi ſignificato, quod eſt, ibi aquæ, & ex vſu ſcripturæ. Geneſis enim 7. dicitur: Et cataractæ cæli apertæ ſunt. Malach. 3. Si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem, & infra Ieremiæ 10. Ad vocem ſuam dat Deus multitudinem aquarum in cælo: quibus in locis, & in multis ſimilibus, cælum pro aëreo debet accipi neceſſariò.

Cæli teſtes vocantur. *Deut. 32. 1.* *Iſa. 1. 2.* *Pſ. 23. 7.* *Cælum aëreum.* *Gen. 7. 11.* *Gen. 7. 11.* *Malac. 3. 10.* *Ie. 10. 13.*

15 *Fontem.*] Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, cum reliquis omnibus per fontem Deum intelligunt: & per ciſternas idola; accommoda ſimilitudine; quod, vt ait Hieronym. fons perpetuus ſit, & vitales habeat aquas; ciſternæ autem, & lacus vel de torrentibus, vel ex aquis turbidis terræ, compleantur, & pluuiis. Sic Dei, apud quem eſt fons vitę, Pſ. 35. imo qui ipſe eſt fons aquarũ viuentium, perpetuoque fluentium; cultũ dereliquerunt Iudæi, à quo omnia bona illis ſemper prouenièbant, vt aquæ ex fonte nunquam deficiente: ſectati vero ſunt idola, exiſtimantes boni quippiam ex illis ſibi obuenturum, cum tamen auxiliari non valeant cultoribus ſuis. Nam ſi quid habent diuinitatis, & potentiæ, ab humana ignoratione ſortiuntur. Hoc eſt quod mox dicit, Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquas turbidas?

Pſ. 35. 10.

16 *Seruus.*] Ex pœna culpam ſuo populo manifeſtat, ac probat Deus, oſtendens nullam aliam calamitatum, quas patiebãtur, reddi poſſe cauſã quã ſua ipſius ſcelera: nec recte debere in Dei maleuolentiam. Nam cum Iſrael tractatus, atque habitus ſit à Deo non tanquam ſeruus, aut mancipium, ſed tanquam filius dilectiſſimus, vt ſæpe ipſa ſcriptura proclamat, non eſt cur ſupplicia, quibus punitur, coniiciat in Deum, tanquã in crudelem dominum: aut in vilem ex ſeruili genere ductam cõditionem, ſed in conditionem ex peccato profectam. Dei ergo ſunt verba hæc, vt intelligunt omnes, non Ieroſolymæ de ſorte ſua querentis, vt vult Vatab. Eſt autem vernaculus domi ex ancilla natus, qui Hebraicè dicitur בית יליד ilid baiith, filius domus, aut natus domi: ſeruus autẽ, emptitius eſt, vt Ge. 17. 12. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, tam vernaculus, quam emptitius circumciderur, & quicumque nõ fuerit de ſtirpe veſtra. & verſ. 23. Tulit autem Abraham Iſmael filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ, vniuerſoſque, quos emerat, & circumcidit. Ex hoc loco inſtruimur, ne ſtatim ac punimur, aut affligimur, Deũ nobis iratum, & crudelem exiſtimemus: ſed diuinam bonitatem multis beneficiis in nos liberaliſſimè tanquam in filios collatis oſtenſam, reſpicientes, in nos culpam reiiciamus, & curemus corrigere: cum Deus tanquam pater, & medicus ſapientiſſimus, quos amat arguat, & caſtiget: nos enim Dei filij ſumus, precioſo Chriſti ſanguine empti.

Calamitatum cauſa peccatũ. *Seruus, vernaculus & emptus.* *Gen. 17. 12. 23.*

17 *In prædam.*] Dubium eſt num propheta loquatur de pœna imminente, an de præteritis direptionibus. Chaldæus, Hieronymus, Rabanus, Hugo, & S. Thomas videntur hæc explicare ac ſi vaticiniũ ſint futuræ per Chaldæos vaſtationis, & vrbium concremationis. Poſt quos Ægyptij Iudæorum reliquias conſtuprauerunt vſque ad verticẽ, & probari poteſt hic ſenſus, quia verba hæc in Hebræo ſunt futuri temporis, Conterundẽt, aut confringent tibi verticem. Hoc eſt, explebunt in te ſuam libidinem, dum te captiuum ducent, & idolis ſuis cogẽt ſeruire. Theodoretus tamen, itemque Hugo addocens in exemplum Sennacherib, Lyra. & Dion. videntur de præterita calamitate, per Aſſyrios, Ægyptioſque inflicta, declarare: & magis quidem ad rem, tum quia ſicut enumeratione beneficiorum antiquorum probauit Deus ingratitudinem populi, ita eandem confirmat enumeratione calamitatum præteritarum: tum quia cauſam tantorum malorum oſtendit fuiſſe culpam iam olim commiſſam; cum dicit: Nunquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti dominum Deum tuum ab eo tempore, quo ducebat te per viam; tũ quia præteritis malis ob oculos poſitis monet populum, ne recurrat deinceps ad Aſſyrios, aut Ægyptios, qui tam fuere in eum immanes. Ergo vno verbo omnes calamitates ab hoſtibus inflictas, præſertim ab Aſſyriis 10. tribubus, tum etiam ipſi tribui Iuda à Sennacherib, & ab Ægyptiis, ad memoriam reuocans, ſuadet vt ſuam culpam agnoſcant, & ne deinceps Deo derelicto in eiſdem gentibus ſuam ſpem collocent, à quibus nihil boni poſſent ſperare.

Præterita mala commemorat.

18 *Mẽphes.*] Mẽphis Hebraicè Noph, Gręcè Nilopolis, Ægypti precipua vrbs regia, vt patet inf. c. 44 in ea Nili parte ſita fuit, vbi ſeſe in varios alueos

fundere incipit, & inferiori Ægypto initium dat, A
quæ Delta dicitur, ex forma triquetræ literæ Delta,
quam efficit Nilus: nam ea pars Ægypti, quæ eſt
ſupra Memphim, ſuperior Ægyptus vocatur, ſiue
Thebais, ad Syenem vſque, & Æthiopiæ confinia
pertinens. Modo Alcayrum dicitur, quamuis
non omnino in eodem cum illa ſitu eſſe videatur.
Euſeb. Euſebius in Chronico, putat conditam ab Epapho
Io, & Iouis filiò, quo tempore Moſes ducebat po-
Ioſeph. pulum per ſolitudinem. Sed ex Ioſepho. lib. 2. An-
tiquit. cap. 10. conſtat, iam tunc conditam, cum
Moſes ante quadrageſimum ętatis annum, vt col-
Actuū ligitur ex Actuum 7. & Exod. 2. 11. bellum Æthio-
7. 23. picum aſſumpſit. Nempe ab Ogdoo Vchoreo, quē
Exod. Cherrem vocat Euſebius, & ex nomine filiæ ap-
2. 11. pellaſſe, vt refert Diodorus Siculus lib. 1. paulò
Diodor. ante natum Moſem: imo à Mena in anguſtiis Æ- B
Herod. gypti, auctore Herodoto lib. 2. quem Minæum vo-
cat Ioſephus lib. 8. Antiquit. cap. 6. qui multis
annis vixit ante Abraham, & trecentos, ac triginta
reges, ab eo dictos Pharaones, poſt ſe habuit.
Taph. Taphnis vrbs fuit, in qua erat ſita regia Pharao-
Ier 43. nis, vt patet infra. 43. capite; eadem quæ Tanis di-
Iſa. 19. citur Iſaiæ 19. & Pſal. 77. Vnde vnum ex oſtiis Nili
11. Taniticum vocaut Strabo lib. 17. Geographiæ, &
Pſalm. Plinius lib 1. cap. 10. Verba illa, Conſtuprauerunt
77. 12. te vſque ad verticem, Hebraicè, vt diximus ha-
Strabo. bent: Conterent, confringent, aut contundent
Plinius. tibi caput aut verticem: & quamuis Hieronymus,
Rabanus, & S. Thomas de idolatria intelligant,
qua ab Ægyptiis imbutus eſt totus Iſrael vſque ad
ſummum; quia à planta pedis, vſque ad verticem
Iſa. 1. 6. capitis non erat in eo ſanitas, Iſa. 1. tamen Hugo, C
Lyra, & Dionyſius de populi exponunt ſeruitute,
4. Reg. & de Ioſia rege, qui occiſus eſt ab Ægyptiis 4. Reg.
23. 29. 23. hunc enim vocat verticem. Nam quod, abiecta
omni in Deum ſpe, ad Ægyptios accurrerint pro
auxilio; notum eſt ex variis expoſtulationibus,
quibus Deus per ſuos prophetas hac de re fuit ſæ-
pe conqueſtus de populo ſuo, vt Iſaiæ 30. & 31.
Principes referuntur abiiſſe in Ægyptum ad im-
plorandam opem Pharaonis, idque ira illis obii-
4. Reg. cit, exprobratque Rapſaſes 4. Reg. 18. 21. & Iſaiæ
18. 21. 36. & Oſeę quidem fecerat 4. Reg. 17. 4. poſtremus
Iſa. 36. 4 rex Iſrael.

19 *Ex eo tempore.*] Theodoretus, Hugo, & Lyra,
hæc dicta intelligunt de eo tempore, quo Deus
præeunte columna ignis, & nubis, ducebat per ſo-
litudinem populum Iſraeliticum. Nam tunc etiā
dereliquit dominum ſuum, dum vitulum adorauit
Exod. Exod. 32. & ex verbis Hebræis videtur hic ſenſus D
32. 4. veriſimilior, quæ habent: In tempore, quo ambu-
late te faciebat in via; vbi præpoſitio, ב in, pro à,
vel, ex, accipitur, vt notat Lyra, vſu ſcripturæ, vt
Exod. 35. 31. Impleuitque eum Spiritu Dei ad exco-
Exod. gitandum, & faciendum opus in auro, pro ex auro
35. 31. & argento, & ære. & Exod. 38. 8. Et fecit Concham
Exod. æneam, & Baſim eius æneam, in, pro è, ſpeculis;
38. 8 vbi ב beth ponitur pro mem è, ex communi
Grammaticorum ſententia. Sic ergo modò, Quia
dereliquiſti dominum Deum tuum in tempore,
ideſt, ex eo tempore, quo ducebat te per viam.
Chaldæus tamen, Hieron. Rabanus, Hugo etiam,
Dionyſ. & Vatab. de via exponunt recta manda-
torum, per quam ſuadentibus, atque hortantibus
prophetis, ducebat populum Deus, ipſo tempore
Ieremiæ. Sed præſtat prior ſenſus. Exprobrat enim
illis contumaciam, & rebellionem inueteratam

quam ex eo tempore protraxerant, de qua ſtatim
ſubdit: A ſęculo confregiſti iugum, rupiſti vincu-
la mea, & dixiſti, non ſeruiam. Tu ergo, ait, cauſa
tibi es tantorum malorum, quia in eadem rebel-
lione permanes, in qua olim fuiſti; ex quo Deum
te per ſolitudinem ducentem, deſeruiſti.

20 *Ægypti.*] Quomodo habet paraphraſis hunc
locum omnes ferè expoſitores interpretātur: nam
reprehendit Iudæos, quod derelicto Deo, qui in-
ſtar fontis aquas perennes ſcaturientis, illis per-
petuo auxiliabatur, confugerent ad Ægyptios,
quando expugnabantur ab Aſſyriis: & ad Aſſyrios
contra Ægyptios, mendicantes aquas eorum de-
ficientes, & turbidas: hoc eſt auxilium, opemque
implorantes ab eis, qui prodeſſe nequaquam poſ-
ſent. Solus Hugo putat imminentem captiuita-
tem proponi, vt eius metu ad meliorem mentem
populus conuertatur. Cur, ait, ea prophetas, quæ
cogant te duci captiuum in Ægyptum, vbi aquas
Nili turbidas potes: aut ad Aſſyrios, vbi aquas Eu-
phratis bibas? Quem ſenſum innuit Chaldæus,
cum dicit: Quid vobis, vt conſortium iungatis
cum Pharaone rege Ægypti, vt proiiciat maſcu-
los veſtros in flumine? aut quid vobis vt ineatis
pactum cum Aſſur, vt tranſmigrare vos faciat vl-
tra flumen Euphratem? Nomine ergo aquarum
ſignificat auxiliares copias, vel Aſſyriæ, vel Ægy-
pti, quas Iudæi oppreſſi expetebant, de Dei auxilio
diffiſi. Duorum fluuiorum meminit, qui in illis
regionibus erant inſignes, Euphratis, qui ab Occi- Euphr.
dente, nempe verſus Palęſtinam, circumit Meſo-
potamiam, & fluminis nomine antonomaticè ap-
pellatur, ex illo Geneſ. 15. 18. Semini tuo dabo ter- Geneſ.
ram hanc à fluuio Ægypti, vſque ad fluuium ma- 15. 18.
gnum, fluuium Euphratem. Et Exodi 23. 31. Ponam Exod.
terminos tuos à meridie vſque ad mare Palæſtino- 23. 31.
rum, & à deſerto vſque ad fluuium: Euphratem vi-
delicet. Et Sihor שחור Hebraicè, qui nigrum, ſeu Sihor
turbidum ſignificat: eumque deſignare difficile fluuius quis.
viſum eſt nonnullis. Septuaginta hoc loco verte-
runt, Geon, dicentes, Et nunc, quid tibi & viæ Æ-
gypti, vt bibas aquam Geon? Et quia pro certo
habent interpretes loqui Ieremiā de Nilo, quem
vocat Sihor, nam vulgarus ipſe idem nomen, Iſa. Iſa. 23. 3
23. 3. Nilum vertit, cum ait de Tyro loquens: In
aquis multis ſemen Nili, Sihor, meſſis fluminis
fruges eius: inde eſt vt Epiphanius in Ancorato, & Epiph.
in epiſtola ad Ioannem Ieroſolymit. cum multis
aliis, contendat ex hoc loco probare Geon He-
braicè גיחון, qui Gen. 2. 13. dicitur egredi de para- Gen. 2.
diſo, eſſe Nilum: atque ita Nilum vocari duo- 13.
bus his nominibus, Sihor, & Gihon. Verum, quic-
quid ſit de Geon fluuio illo paradiſi, de quo quid
ſit tenendum diximus dum caput 2. Geneſis inter-
pretaremur, de Sihor dicimus eſſe fluuium par-
uum, qui diuidit Palęſtinam à regione Ægypti, à
meridie terræ Chanaam, & ab eremo veniēs iuxta 1. Para.
Rhinocuturam, mare Mediterraneum ingredi- 13. 5.
tur. Vocatur autem fluuius iſte, Sihor Ægypti, flu- 2. Par.
uius Ægypti, torrens Ægypti, torrens deſerti, ri- 7. 8.
uus Ægypti. Sic dicitur 1. Paralip. 13. 5. Congrega- Exod.
uit ergo Dauid cunctum Iſraelem à Sihor Ægypti 23. 31.
vſque dum ingrediaris Emath. 2. Paralip. 7. 8. Fecit Nu. 34.
Salomon ſolemnitatem ſeptem diebus, & omnis Ioſue.
Iſrael cum eo, eccleſia magna valde, ab introitu 13. 3.
Emath, vſque ad torrentem Ægypti. Idem termi- & c. 15.
nus deſignatur Exod. 23. 31. Numer. 34. Ioſue 13. 3. 4
& c. 15. Ezec. 47. 19. Amos 6. 15. Eſt enim confinis Ezec. 47. 19. Amos 6. 15.
Ægypto

Ioſeph. Ægypto Palæſtina à Meridie verſus partem occi- A
Ptolo. dentaliorem, quæ mari terminatur, vt aſſerit Ioſe-
Iſa. 27. phus lib. 2. Antiq. c. 14. & Ptolomæus lib. 5. Geo-
12. graphiæ cap. 16. Et quia iuxta Rhinocururam hic
riuus influit in mare, idcirco ciuitas illa ſtatuitur
terminus Palæſtinæ. Vnde illud Iſaiæ 27. In die
illa percutiet dominus ab alueo fluminis vſque ad
Hiero. torrentem Ægypti; Septuaginta verterunt, à foſſa
Auguſt. fluminis vſque ad Rhinocururam. Atque ita affir-
mat Hieronymus in epiſtola ad Dardanum 129. &
ſuper 20. & 47. Ezechielis, & ſuper 6. Amos, & Au-
guſtinus lib. 16. de Ciuit. Dei, ca. 14. eſt enim extre-
ma vrbs Ægypti ingredientibus Palæſtinam, Ariel
Iſa. 29. dicta ab Iſaia cap. 29. vt ibi aſſerit Hieronymus, &
2. in vita Hilarionis, & in libro de locis Hebraicis: id-
que ſatis conſtat ex itinere à Tito confecto ab B
Ioſep Alexandria ad Gazam, quod deſcribit Ioſephus
Plinius libro 5. de bello Iudaico cap. 14. quam tamen ex-
Ptolom. tremam Iudeæ conſtituit, Plinius lib. 5. capit.
13. vt Ptolomeus Anthedonem tribus, aut quatuor
leucis à Rhinocurura diſtantem 55. Riuus ergo hic
Sihor dictus, riuus eſt Nili, vt conſtat ex Hebræo
vocacolo, quod Nilum ſignificat, vt vertit vulga-
tus, Iſaiæ 13. & Ioſue 13. A fluuio turbido, Hebraicè
Sihor, qui irrigat Ægyptum: & hoc loco, Quid tibi
vis in via Ægypti, vt bibas aquas turbidas Sihor. &
ita aſſimat Hieronym. hîc, & Amos 6. Ab Emath,
inquit, vſque ad Rhinocururam, inter quam, &
Peluſium riuus Nili, ſiue torrens de eremo veniens
Strabo. mare ingreditur: & Strabo lib. 16. agnoſcit ſupra
magnum Peluſiacum Nili oſtium, aliod paruum
verſus Iudæam, ab illo diſtans 300. ſtadiis, quæ fa-
ciont milliaria 37. cum dimidio, hoc eſt duodecim C
leucas. Diſtat autem Rhinocur[...], vt colligitur
ex Ptolomæo lib. 4. Geographiæ cap. 5. à Peluſio,
quæ nunc Damiata vocatur, vnius diei itinere, &
ſemis. De hoc ergo riuo Ægypti loquitur Iere-
mias, ex quo bibebant, qui in Ægyptum proficiſ-
cebantur ad auxilium petendum. Imo de Nilo
etiam ipſo, cui idem nomen Hebræum eſt, qui in-
feriorem Ægyptum alluit, & aquis turbidis præ
fimi copia fluit, & propterea Græcis Melas, id eſt,
niger dici ſolet. Longiores fortaſſe videbimur fuiſ-
ſe in hoc riuo Sihor explicando, verum non inuti-
liter, vt puto, ſiquidem hæc multis aliis locis de-
ſeruient.

21 *A ſæculo.*] Vt habet paraphraſis hunc locum
interpretantur Hierony. Rabanus, Hugo, S. Tho-
mas, Lyra, & Dionyſius, ſequentes vulgatam le-
Iſ. 48. 8 ctionem, iuxta illud Iſa. 48. Trãſgreſſorem ex vte-
Act. 7. rovocaui te; & Actuum 7. 51. quod dixit Stephanus, D
51. Dura ſeruice, & incircumciſis cordibus, & auri-
bus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut pa-
tres veſtri, & vos. Septuaginta pronomina illa,
meum, & mea, verterunt ſic, vt efferunt etiam
Hieronymus, & Theodoretus. Quoniam à ſæcu-
lo contriuiſti iugum tuum, & confregiſti vincula
tua, & dixiſti, non ſeruiam: ad eundem tamen ſen-
ſum: erat enim lex iugum Dei imponentis ceruici-
bus ſui populi: erat etiam populi portantis illud.
Vnde exponens Theodoretus hunc locum, ait, In-
ueterata ſunt ſtudia tua: à principio enim contri-
uiſti iugum legis, & gentium mores ſecutus es,
conuerſationi legitimæ prætuliſti aras, & nemora.
& dixiſti, non ſeruiam, domino videlicet, aut ma-
rito meo, ſecundum Hieronymum. Patet autem

A hoc à te dictum ex facto ipſo, quia in omni col-
le ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo idola cole-
bas. Porro eadem ſententia ex Hebræo ſic tranſ-
fertur à Chaldæo, Tigurina, Pagnino, Vatablo, &
à recentioribus omnibus. Quia à ſeculo confre-
gi iugum tuum, rupi vincula tua: & dixiſti, non
ſeruiam, ſeu non tranſgrediar. Attamen ſuper
omnem collem & cetera. Vt habeat hunc ſenſum
non ineptum. Ab antiquis temporibus confre-
gi iugum populorum de collo veſtro, & liberaui
de iugo Ægyptiacæ ſeruitutis, & ſuccidi vincula,
quibus ligati tenebamini, vt mihi ſeruiretis, & di-
xiſtis grati huic tanto beneficio, non addemus vl-
tra tranſgredi verbum tuum, aut legem, vt ait
Chaldæus: aut non ſeruiam vltra idolis, vt exponit
B Vatablus. Tu tamen non permanſiſti in fide præ-
ſtita, ſiquidem in omni colle ſublimi, & ſub omni
ligno frondoſo idolis ſubiiciebatis. Etenim hic
ſenſus licet germanus videatur lectioni Hebrai-
cæ: quia tamen, adiecit, & dixiſti non ſer- *Perſona*
uiam, arbitrati ſunt merito LXX. & vulgatus, *vt mu-*
priora verba, quæ in prima perſona efferuntur, ac- *tatio ſo-*
cipienda eſſe pro ſecunda perſona: ſiquidem in *luta.*
ſcriptura facile perſonæ mutantur, vt conueni-
tent cum ſequentibus, & facta dictis concor-
darent.

22 *Vineam.*] Nomen Hebræum שורק Sorek Se- *Sorek*
ptuaginta ſolent vertere, vineam fructiferam: vul- *quid.*
gatus, vineam electam, alij vitem nobiliſſimam:
alij putant eſſe, vitem botros electos ferentem abſ-
que acinis: Propriè autem eſt ſurculus, dictus mal-
leolus, qui auctore Plinio lib. 17. capit. 21. eſt *Plinius.*
C ſurculus capitulatus terræ infixus. Sic Iſaiæ 5. 2. Et *Iſa. 5. 2.*
plantauit eam electam, ſorek, hoc eſt ſurculum, *Iſa. 16. 8*
& c. 16. 8. Et vineam Sabama domini gentium ex-
ciderunt, Seruteah flagella eius vſque ad Iazer
peruenerunt, hoc eſt, malleoli, ſurculi. Gen. 49. 11.
Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad Sorekah, id- *Gen 49*
eſt, ad vitem, aut ſurculum, fili mi, aſinam ſuam: ita *11.*
hoc loco ait, ego te plantaui ſurculum, vt vocat
Hieronymus. Plantauit autem Deus hanc ſeu vi-
tem, ſeu ſurculum, probum ſemen, & germanum
in ſanctis patriarchis Abraham, Iſaac, & Iacob, vt
exponunt Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius.
Deinde in aliis patrib[us] eductis de Ægypto: de qui-
bus canit Dauid Pſalm. 79. 9. Vineam de Ægypto *Pſ. 79. 9*
tranſtuliſti, eiecaſti gentes, & plantaſti eam; vt in-
telligunt Hieronymus, & Rabanus: quam tamen
optimè deſcripſit Iſaias cap. 5. & Chriſtus Matth. *Iſa 5.*
21. 33. & ſanè cum manu ipſius Dei tanquam agri- *Matth.*
D colæ, ſit conſita, conuerſa eſt in prauum vinea *21. 33.*
aliena. Quod Hebraicè dicitur: Quo[...]o verſa
es mihi in auerſiones vitis alienæ? ho[...]t io ſar-
menta vitis alienæ, vt vertit Pagninus [...] Kimhi,
quæ tanquã inutilia reſciuntur à vite; aut in pal-
mites degeneres vitis alienæ, vt trãsfert Vatablus,
aut in auerſiones, hoc eſt, in talem vitem, quę à ſua
natura degenerarit, ac receſſerit. Quod dixit Iſai.
capite decimo quinto. Expectaui vt faceret
vuas, fecit autem labruſcãs. Et Moſes Deute- *Deut.*
ronomio 32. 32. De vinea Sodomorum vinea eo- *32. 32.*
rum, & de ſuburbanis Gomorrhæ, non de valle *Iudic.*
Sorek; Iudicum 16, quæ pulcherrimis erat conſita *16. 4.*
vitibus.

23 *Nitro.*] Hebræum nomen נתר nether Dauid
kimhi putat ſignificare alumen, alij Saponem, alij

cretam. Septuaginta vero cum ceteris interpretibus, vt nomen ipſum ſonat, tranſtulerunt, nitrum quod remoueat maculas è loco ſuo. Nitrum autem, auctore Plinio lib. 31. cap. 10. non multum à ſale diſtat, eodemque modo fit, niſi quòd ſal ex aquis marinis, nitrum vero ex pluuialibus, & fluuialibus in paludibus cogitur, quæ nitrariæ dicuntur: & maximè in Ægypto; vbi & regio quædam Nitria dicitur. Eſt autem eius naturæ vt adiecto aceto ſoleat crepitare, & fumare, inſtar calcis proiecta aqua; vnde Prouerb. 25. Acetum in nitro, qui carmina cantat cordi peſſimo. Niſi voluit Sapiēs indicare illam nitri naturam, de qua agit Plinius loco iam dicto. Dioſcorides lib. 5. cap. 89. & Gallenus 3. De compoſitione medicamentorum ſecundum locum, nitrum cum aceto auribus inſtillatum earum ſordes expurgare, & erodere; & internum ſtrepitum ex infirmitate profectum, mitigare, ac ſanare. Simili namque ratione exhortationes ſanctæ, & admonitiones mordent quidem, & corrodunt cor peſſimum, at ſordes animi eluunt, & varias eius mitigāt perturbationes. ברית Borith autem, quidam ſaponem interpretantur, vt Dauid Kimhi, quod mundet veſtes. R. Iooah putat eſſe herbæ genus, qua panni lauantur; alij herbam fullonum, quam vocant ſaponariam: nam Malachiæ 8.2. illis tribuitur, cum dicitur, Et ſicut Borith fullonum: vnde Septuaginta verterunt ποιαν vt ſignificarent herbam fullonum, quæ iuxta ritum Paleſtinæ, vt notat Hieronymus, in virentibus, & humectis naſcitur locis, & ad lauandas ſordes eandem vim habet cum nitro. Significat autem hæc lotio externam quandam iuſtitiam, & ſanctitatem qua diſſimulare nitebantur internas peccatorum ſordes, vel ex iuſtis quibuſdam externis operibus, vt volunt Hugo, Dionyſius, & Vatablus; vel ex adhibitis, & multiplicatis ſacrificiis, & legalibus aſperſionibus, vt exponunt Theodoretus, Hugo etiam, & Lyra, & melius: quoniam ferè ſemper hanc ex ſacrificiis, & externis ritibus, abſque interna conuerſione, contractam hipocryſim reprehendit ſcriptura; vt infra cap. 6. 20. Vt quid mihi thus de Saba affertis? holocauſtomata veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi: & cap. 7. 4. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum domini, templum domini, templum domini eſt: & cap. 14. 12. Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum, & ſi obtulerint holocauſtomata, & victimas, non ſuſcipiam ea, & ſæpe alias: ait ergo, quantumuis externo cultu te ornes, & nitaris diſſimulare, nunquam tuam elues in[iqui]tatem, quia coram me altius eſt impreſſa, v[el ſi]gnata, vt habet Hebræū, iniquitas tua. Vulgo [d]icitur, *Has ya para con migo echado elſello à ſu maldad.*

Nitri natura. Plinius. Prou. 25. 20. Dioſcorides. Gallen. Nitri vis & exhortationis. Borith quid. Malac. 3. 2. Hipocryſis notatur. Ier. 6. 20. Ier. 7. 4. Ier. 14. 12. Prouerbialis locutio.

24 *In conualle.*] De quacunque valle loqui putant nonnulli, qua ad colles, & montes ibant Iſraelitæ. Chaldæus, & R. Salomon de valle Beelphegor, in qua initiatus eſt Iſrael Beelphegor, Numer. 25. 3. vt canit etiam Dauid Pſal. 105. 28. Et initiati ſunt Beelphegor, & comederunt ſacrificia mortuorum. Sed melius Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, de valle filij Ennō intelligunt, quæ Siloë fontibus irrigabatur, & habebat idolum Baal, vt infra dicitur ca. 32. quia Ieremias in præſentē populi inuehitur idololatriā; & ex præſentibus veſtigiis vult ad culpam cognoſcendam, vel non excuſandam eum inducere. Qua de re cap. 7. & 32. dicemus latius. Soli Septuaginta pro in valle, hîc verterunt, Vide vias tuas in ſepulcro multitudinis. Hoc eſt, vt ait Theodoretus; Vide locum monumentorum, in quo filios, & filias idolis concremabas: opera enim tua, & filiorum tuorum immolationes, qui in monumentis iacent, teſtes ſunt tuæ impietatis: ne velis negare quod feceris. Vallem igitur, in qua interfecti iacebant infantes Iudæorum, vocarunt 70. πολυάνδριον ſepulcrum multitudinis: illud enim erat terminus omnium viarum illius gentis; ſicut finis, & terminus improborum eſt infernus, qui verè dicitur ſepulcrum multitudinis, quia lata eſt via quæ ducit ad mortem, & multi gradiuntur per eam.

Beelph. Nu. 25. 3. Pſalm. 105. 28. Vallis filij Ennō. Ier. 32. Terminus malorū.

25 *Curſor leuis.*] Duabus ſimilitudinibus ductis à caprea, & onagro, animalibus velociſſimis, oſtendit celerem impetum, quo Iſrael ad idola ferebatur. Hebræum nomen בכרה bicrach ab Hieronymo, & vulgato vertitur, curſor leuis, communis generis & capream intelligit. Nam ſic verterunt Aquila, Symmachus, & Theodotio δρομεὺς κούφη curſor leuis, fœmineo genere. Camelum fœminam, ſeu Dromedariam, quæ eſt camelus Arabica volunt eſſe Dauid Kimhi, Pagninus, Vatablus, & alij, à velocitate curſus, quod alia animalia anteuertat. Camelum iuuenculam transferunt Chaldæus, Kimhi, & Vatablus. Quod facit ad maiorem velocitatem: nam fœmina, & iuuencula camelus agilior eſt, & circumgirat, circumit, aut explicat vias ſuas: eſt ergo ſenſus ab huius animalis ductus ſimilitudine: Sicut Camelus, aut Dromedaria iuuencula velociſſima non vno quieſcit in loco, ſed huc illucque diſcurrit, nullam ſuarum viarum rationem tenens: Sic Iſrael omni celeritate ad idola ferebatur, nullo timore detentus. Hunc ſenſum eſſe intentum à propheta, & affirmat Hieronymus, & eum ſecuti ceteri interpretes: & ex his, quæ dixerat ſatis patet, dixit enim: Vide vias tuas in conualle; hoc eſt, conſidera quid feceris in valle filij Ennon cum Baal, ad quem colendum toto impetu ferebaris, ſicut velociſſima Dromedaria circumcurſitans vndiquaque.

Bicrach quod genus animantis. Similitudo explicatur.

26 *Onager.*] Hebræa hîc ſic habent: Onager aſſuetus ſolitudini in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum occaſionis ſuæ. Et quidem nomen reſpondens illi genitiuo, occaſionis ſuæ, aut temporis ſui, quoniam à verbo אנה anah deducitur, quod ſignificat aliqua graui cauſa affici, aut impelli: & in coniugatione Piel, cauſare, aut occaſionem præbere; ideo vertitur occaſionis ſuæ, vt diximus, impulſionis, aut coarctationis, hoc eſt, libidinis; quia attraxit auram libidinis ſuæ: quod dixit vulgatus, attraxit ſpiritum amoris ſui. Alij explicant de impetu quodam fatali, quo impellitur ad certum locum ad hauriendam auram: qui inſinuatur infra cap. 14. 6. cum dicitur: Onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum, quaſi dracones. Et ita accepit Chaldæus cum expoſuit: Onager habitans in deſerto, ambulat in voluntate ſua, bibens vento ſicut Draco. Atque his verbis continetur ſimilitudo ab Onagri natura deſumpta iuxta Chaldæum, Hieronymum, Rabanum, Hugonem, S. Thomam, Lyram, & Dionyſium; cum in ſequentibus applicetur ſimilitudo Ieroſolymæ, vt dicemus. Eſt ergo ſenſus Hieronymi, & communis, huiuſmodi: Non tantum capreæ, aut camelo velociſſimæ ſimilis es, ò Iſrael, in ſequendis idolis;

Ier. 14. 6. Similitudo ab Onagri natura.

idolis: ſed & onagro aſſueto deſertis, cùm tempus coitus aduenit, & procul capta aura odoratur fœminam, quam amat: quo tempore toto impetu fertur in illam, nec comprehendi ab vllo venatore, quanix celeritate, poteſt, donec veniat tempus eius. Sic tu tanto feruore, ac impetu impelleris ab amore idolorum, vt nemo ſit qui te poſſit reuocare; quamobrem non eſt cur defatigentur te quærentes: ſed aliquantulum expectent tempus, aut menſem tuum, quia in eo te facile capient. Aut ſic: Sicut onager qui moratur in ſolitudine, præ libidinis appetitu, ne ſuum curſum intercipiat, ſolet retinere ſpiritum, & tam celeriter currere, vt nullus ſit, qui eum poſſit aſſequi; ita Iſrael tanto appetitu currit ad idola, vt nullius poſſit monitis retineri.

27 *Auertet.*] Ab illis verbis: Nullus auertet eam: ſimilitudo ab onagro ducta, applicatur Ieroſolymæ, aut plebi Iſraeliticæ, vt oſtendunt Chaldæus, Hieronymus, cum ceteris expoſitoribus, Vatablo, & Iſidoro exceptis. Illi enim de onagro maſculo ſumptam ſimilitudinem exponunt, dum eius appetitum in fœminam deſcribunt: & tamen ſequentia pronomina apud Hebræos fœminea ſunt, referentia Ieruſalem. Vatablus nihilominus, & Iſidorus, hæc omnia verba vſque ad illa, In menſtruis eius inuenient eam: exiſtimant continere ſimilitudinem: & tacitè applicari Iſraeli: atque de onagra fœmina exponunt. Et quidem ſi ad textum Hebraicum reſpiciamus poteſt earum probari ſententia, tum quia nomen פרה Péreh communis eſt generis tam onagrum, quam onagram ſignificans: tum quia omnia pronomina ſunt fœminea, onagram referentia: tum quia menſtrua fœminarum eſt habere, atque ita onagræ conueniunt: demum ſimilitudo quadrat optimè vrbi Ieroſolymæ, & erit hic ſenſus. Similis es, ô plebs Iſraelitica, cum iter eſt tibi ad idola, onagræ velociſſimæ, quę facile anhelitum haurit, ac reſpirat: quotquot illam capere voluerint, non conabuntur illam currendo aſſequi, ſed expectabunt tempus, quo grauida erit, & tunc facile illam comprehendent. Sic tu tãdem à me capieris, & punieris cùm grauida eris, id eſt, cùm ad ſũmum peruenerit peccatũ tuum. Verũ prior expoſitio verior eſt, iuxta lectionẽ vulgati interpretis. Siquidem omnes alij, etiã Chaldæus, Tigurina, & Pagninus onagrũ tranſtulerũt genere maſculino.

28 *In menſtruis.*] Verba illa, in menſtruis eius inuenient eam: Hebraicè, בחדשה beadſah, quod nomen Aquila vertit, in Kalendis: Symmachus, Dauid Kimhi, Tigurina, & Pagninus, in menſe ſuo: Chaldæus deinde, & Vatablus, in tempore ſuo. Vulgatus, & Hieronymus voluerunt ſignificare conſuetudinem menſtruam fœminarum, quæ ſingulo quoque menſe eis ſolet accidere, & ita tranſtulere, in menſtruo, vel, in menſtruis ſuis inuenient eam: quod explicatius dixere Lxx. & Theodotio, in humilitate, vel abiectione ſua inuenient eam. Erit ergo horum verborum hic primus ſenſus indicatus ab Hieronymo, Rabano, & aliis; *Senſus primus.* Nemo erit qui eã poſſit auertere ab idolatria ſua: ſi quis fuerit prophetarum, qui voluerit eam aſſequi, vt à via ſua reuocet, non laboret, ſed expectet paululum, & in turpitudinis humilitate quærat eam, nempe in lupanari, in locis idolis conſecratis, eis cultum exhibentem. *Senſus ſecũdus.* Secundum ſenſum tradunt Dauid Kimhi, R. Salomon, & Lyra. Non eſt quod quis defatigetur, vt aſſequatur plebem Iſraeliticam, reuocaturus eam ab idolatria: expectet paululum ad menſem Ab, nempe Iulium (quo capta eſt Ieruſalem, 4. Reg. vltimo) *4. Reg. vlt.* quo decreuit eam Deus capi, & puniri à Nabuchodonoſore: quia tunc facilè inueniet eam, vel nolentem, & poterit rebellem pro meritis increpare: vel vt ait Vatabl. in tempore ſuo, id eſt, in tempore, quo grauida erit, & pariet, cùm ad ſummum venerit peccatorum, quibus diſcerpetur, & & peribit. R. Salomon dicit, onagrum vno anni menſe dormire, quo capi ſolet, cùm cæteris vigilet, *Onagri natura.* ſic expectandus eſt menſis, aut tempus quo plebs Iſraëlitica magis Dei oblita, quaſi dormiens quieſcet in cultu idolorũ, & in peccatorum ſuorũ cubili: tunc enim veniet ad eam vltor Deus quaſi fur, nihil tale cogitantem, & comprehendet eam, ac tradet tortoribus Chaldæis. Simile huic contigit in diebus Noë; Sicut enim, ait Chriſtus Matthæi 24. capite, verſ. 39. *Mat. 24 38.* erant in diebus ante diluuium, comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vſque ad eum diem, quo intrauit Noë in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: *Deus deprehendit inopinatos.* ita inopinatos inuenit Nabuchodonoſor Ieroſolymitas, eoſque cœpit, & captiuos duxit. Similiter continget huic mundo in extremo die, & improbis quibuſque. Nam ſi dixerit malus ſeruus in corde ſuo, moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem, & bibat cum ebrioſis, veniet dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora, qua ignorat: & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus, & ſtridor dentium. Sic Chriſtus illo capite. Idque ſequenti declarat parabola decem virginum: quarum quinque imprudentes, ac fatuæ, cum dormitent, ac oleum non haberent, ſpõſum venientem non receperunt, atque ita foris remanſerunt. Oporret ergo ſemper in vigilia eſſe, & tempus ſomni fugere, ne in illo comprehendamur, vt Ieruſalem, inſtar onagri eſt cõprehenſa, & omnino deſtructa. *Senſus tertius.* Addamus & tertium ſenſum illorum verborum, quem afferunt Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius. Omnes amaſij eius, qui quærunt eam, vt adulterentur cum ea, & ad idola colenda inducant, non defatigentur quærendo eam; obuiam prodeuntem offendent, & facilem, & paratam ad fornicandum: etiam tempore menſtruorum, quo prohibitus eſt ad illam acceſſus, tam eſt idolatrandi appetens. Depingit enim Ieruſalem eo modo, quo Salomon depinxit impudentem meretricem, Prouerbiorum quinto & ſexto capite, *Prou. 5. & 6.* occurrentem adoleſcentibus, eos ad libidinem prouocantem. *Senſus quartus.* Poteſt & hic eſſe ſenſus ex ſequentibus deductus, & non alienus à mente prophetæ. Tãta celeritate, & affectu abit Iſrael ad extraneos, vt opem imploret, Deo relicto, quanta diſcurrunt caprea, & onager in ſolitudine, quo tempore æſtu libidinis adigitur, quis poterit eum retrahere? quicunq; eũ quæſierint, ne defatigentur, ſed cõferant ſe in Ægyptũ, vel in Aſſyriam, quia ibi reperiẽt eã in ſua turpitudine volutatam. Hoc eſt enim quod ſtatim monet ne abeat in Ægyptum: at plebs reſpondet ſe adamaſſe alienos; & ait Deus, deprehendendam inſtar furis, dicentem ligno, pater meus es, & lapidi, tu me genuiſti. Sic etiam Hoſeæ 8. ca. verſ. 9. dicitur: Quia ipſi aſcenderunt *Hoſea 8. 9.*

C

ad Aſſur, onager ſolitarius ſibi Ephraim, munera dederunt amatoribus ſuis. Sicut enim opifices in ſuis officinis inueniuntur, & facinoroſi, & adulteri in domibus meretricum: & guloſi, ac ebrij in tabernis, & ganeis; ita Iſraelitę, nō in tēplo, nō in vrbe ſancta, non in proborum domibus, ſed Ægypto, & in Aſſyria, & in domibus idolis ſacris, reperiebantur: vt modo ſimiles improbi homines in ſimilibus locis, & in ſimilium conuerſationibus inueniuntur. Mirum eſt quàm effugiat homo Deum ſe modis omnibus quærentem, vt mulier drachmam amiſſam, & paſtor ouem perditam, Luc. 15. Ille autem abit ſicut onager poſt deſideria animæ ſuæ; & Deo permittente aſſequitur quod optat, vt vel ſic in humilitate, & abiectione, cùm videt ſe in ſuiſmet peccatis, quaſi in cœno volutatum, abiectum, & humiliatum incipiat ſe inuenire: aut certè in infirmitate, paupertate, afflictione, dedecore, & miſeria. Sic enim ille adoleſcens, Lucæ decimo quinto, qui diſſipatis bonis ſuis, præ inopia cœpit paſcere porcos: & in ea miſeria, & abiectione ſe inueniens, dixit ad ſe reuerſus, Quanti mercenarij comedunt in domo patris mei, ego autem hîc fame pereo? & ſic regreſſus ad patrem, dicitur fuiſſe inuentus, qui perierat; vt illa Hoſeæ ſecundo cap. quæ poſtquam experta miſeriam amatorum ſuorum, redit ad virum ſuum priorem, cognoſcens, ac prædicans melius ſibi fuiſſe cum illo. Multi ſunt enim, qui nec in copia bonorum, nec in honore, nec in bona valetudine, vt Adam in paradiſo, & angelus in cœlo, inueniuntur à Deo, qui tamen in aduerſis afflictionibus, & calamitatibus ſeſe agnoſcunt, & inueniunt, & dolentes peccata ſua, Deo accedunt, & ad bonam frugem ſe reducunt.

Luc. 15.

Vbi ſe peccator inuenit, & inuenitur à Deo.

Luc. 15.

Hoſea 2. 7.

29 *Prohibe.*] Sic hunc locum exponunt Chaldæus, Vatablus, & Iſidorus. Ne te, ait, ſiti maceres; nec calceamenta atteras currendo poſt exteras gentes: ne tanto labore defatigeris, ſed redi ad me. Hugo tamen, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, aliam afferunt explicationem hanc: Caue idolatriam, ne duci captiuus cogaris nudis pedibus, & præ ſiti aridus: vt ſic minatur dominus Iſaiæ 20. Sicut ambulauit ſeruus meus Iſaias nudus, & diſcalciatus, ſic minabit rex Aſſyriorum captiuitatem Ægypti. Sed prior ſenſus ex ſequentibus germanior probatur. Nam dicenti; Contine te domi, ne per alienas regiones diſcurrens, calceos rumpas, & ſiti premaris; reſpondet, nolle redire, nolle domi ſe continere, quod alienorum amore teneretur.

Iſ. 20. 2.

30 *Deſperaui.*] Verbum Hebræum, quo hîc vtitur Ieremias נואש noas paſſiuum eſt coniugationis Niphal, idem quod Latinè dicimus, actum eſt, deſperatum eſt: cùm quis malo obrutus ab incepto diffidit, & deſiſtit: & ita vertunt Dauid Kimhi, Pagninus, & Iſid. Deſperatum eſt cor meum, vt eat poſt dominum, non ibo poſt illum. Expectoratú, transfert Tigurina, & eſt ſenſus: dixiſti impudens; quod te patronum non habeam, tibique adhæream, deſperatum eſt, aut actum eſt de me? minimè gentium: quaſi te non habuero adiutorem, habeo alienos deos, quos amo & diligo, qui mihi erunt auxilio. Ideo ſubdit: ſed confunderis meretrix, ſicut fur, & cetera. Chaldæus, quem videtur ſequi Vatablus, accepit pro animũ abdicare à te, quam inſtitueras: aut auertere. vnde ait: Auerſa ſum ab amore tuo? nequaquã, ſed dilexi conſortium populorum: vt ſit ſenſus. Auerſum eſt, aut abhorrẽs eſt cor meũ à domino? minimè, ſed tantum volo alienis adhærere. Exiſtimabant impij illi ſe poſſe ſimul bibere ex fonte aquarum viuentium, & ex ciſternis diſſipatis; ac ſeruire Deo & Baal; atque ita non ſe deſerere Deum, quod colerent exteros Deos. Hieronymus tamen, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, iuxta lectionem vulgari ſic interpretantur: Deſperatum eſt de reditu ad te, & de meliore ſtatu; diffido, quod à te ſuſcipiar, ideo nequaquam faciam quod mones, quia deos alienos amaui, & poſt eos ibo. & poteſt huic ſenſui accommodari lectio Hebræa. Deſperatum eſt: abieci omnem ſpem, non faciam, aut non poſſum facere quod dicis, quia tenet me alienorum amor.

31 *Confuſi ſunt.*] Præteritum, confuſi ſunt, pro futuro confundentur, poſitũ eſt iuxta LXX. & ita exponunt Theodor. Hugo, S. Thom. Lyra, & Dionyſ. de tempore captiuitatis, quo reges & ceteri, qui ſpẽ poſuerant in idolis, à Deo optimo iure deſerti, per Chaldæos capti, magno ſunt pudore ſuffuſi. Iſidor. exponit illud, ſic confuſi ſunt; pro ſic confundi deberet domus Iſrael. Chaldæus ſic explicat ſimilitudinem; Sicut confuſio eſt viro qui reputatus eſt fidelis, & inuenitur latro: ſic confuſa eſt domus Iſrael cum ceteris. & videtur ſignificare pudorem idolatriæ, qua ligneum ſimulachrum tanquam patrem, & creatorem ſui recognoſcebat.

32 *Filios veſtros.*] Filios vocat, qui ex ipſis prodierant, & erant interempti, aut ipſoſmet, quibuſcum loquitur. Sicut enim ſolet ſcriptura vocare filium hominis hominem, filium taurorum taurũ, & filiam Babylonis ipſam Babylonem: & vt notat Auguſtinus in Pſal. 71. filios pauperum vocat pauperes, ita filios Ieruſalem vocat ipſos ciues Ieroſolymitas, & filios veſtros, vos. Hugo exiſtimat nomine filiorum intelligere ciuitates Iuda, ſubditas vrbi Ieruſalem; vt ſolent vocari in ſcriptura filiæ vrbis alicuius, villæ & viculi ei ſubiecti: ſed puto planius ſignificari eos, qui ex illa congregatione, cuius dicebantur filij, fuerant caſtigati, capti, aut interempti, ex congregatione in vniuerſum Iudæorum, quibuſcum loquebatur Deus per prophetam; illa enim mater dicitur tam iam peremptorum, quam viuentium. Hos ergo Deus percuſſit per regem Aſſyriorum, & principes exercitus eius; qui, vt legitur 2. Paral. 33. 11. cœperunt Manaſſem, & vinctum compedibus duxerunt Babylonẽ: & prius per Sennacherib, qui aſcendit ad omnes ciuitates Iuda munitas, 4. Reg. 18. 13. & 2. Para. 32. 1. & cœpit eas. Si ergo, qui nec beneficiis allecti ad Deum redierunt, nec auſteriore remedio correcti ſunt, noluerunt ſuſcipere diſciplinam. Diſſipati ſunt, nec compuncti, dixit Dauid Pſal. 34. & infra capite 5. 3. Percuſſiſti eos, & non doluerunt, attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. Et Ezech. 24. 12. Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Et idcirco ſolet extremo ſupplicio huiuſmodi punire Deus, abſque vlla percuſſione, & correptione diſciplinæ relinquendo, vt per Oſeã quarto capite comminatur, dicens: Non viſitabo ſuper filias veſtras cùm fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras cùm adulterauerint. Et per Ezechielem, capite decimo ſexto: Zelus meus recedet à te, & non iraſcar tibi amplius. Di-

Auguſt.

2. Para. 33. 11.

4. Reg. 18. 13.

2. Para. 32. 1.

Pſal. 34. 16.

Iere. 5. 3

Eze. 24. 12.

Deo extremum ſupplicium nõ punire.

Oſea. 4. 14.

Eze. 16. 42.

xit

Pſal 72. xit etiam Dauid Pſalmo ſeptuageſimo ſecundo: Non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum A in plaga eorum. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Hi ſunt enim qui nullis vexantur morbis ante mortem: ſed pingues, ac validi moriuntur, nullis flagellis percuſſi; nam ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt: cũ pij variis frangantur morbis, & multis vexentur calamitatibus.

33 *Prophetas.*] Probat ex ſupplicio non ſuſcepiſſe diſciplinã; quia eo non obſtante tãta ferocitate, inquit, deſæuiſtis in veſtros prophetas, quos ad vos corripiendos miſerã; quanta ſolet leo vaſtator irruere in prædam. Nam de veris prophetis loqui aſſerunt Hugo, Lyra, Dionyſius & Vatablus. Quorum ſanguinem innoxium fudit B Manaſſes multum nimis, donec impleret Ieruſalem vſque ad os, vt dicitur 4. Regum 21.16. Adeo 4 Reg 21.16. enim impius fuit, ait Ioſephus libro decimo An- Ioſephus tiquitatum, capite quarto, vt neque prophetis parceret, quorum quotidie ſingulos perimebat, & eorum ſanguine Ieroſolymorum plateas irrigabat. Hieronymus tamen, Theodoretus, Rabanus, ſanctus Thomas, item Hugo, & Dionyſius de falſis prophetis exponunt, qui vt erroris auctores ab hoſtili gladio cum aliis interfecti ſunt. Dicitur autem gladius ipſorum, quia ſuis ſceleribus eum & meruerunt, & ſuſtinuerunt.

Lectio varia. 34 *Videte.*] Verba illa; Quaſi leo vaſtator generatio veſtra: ſic vt iacent ſine vlla diſtinctione legit vulgatus: & Hieronymus cum aliis Latinis interpretatur; Omnes vos ita deſæuiiſtis in veſtros prophetas, vt leo vaſtator deſæuire ſolet in tranſeuntes. C At in Hebræo, membro affixo diſtinguuntur, ita vt pars illa, Quaſi leo vaſtator: pertineat ad ſententiam præcedentem; altera vero, ad ſequentem, quæ ad verbum habet: Generatio vos videte verbum Domini, hoc eſt; vos, ô homines huius ſæculi, aut ætatis, conſiderate quæ dico. Ita legunt, & interpretantur Chaldæus, dum dicit: Popule generationis huius vos ſuſcipite verbum domini. & Tigurina, Pagni. Vatab. & Iſidor. O ſæculum, vel generatio, hoc eſt, ô homines huius ætatis, videte quid dicat vobis dominus. & poteſt huic ſenſui accommodari lectio vulgati, ſi dicamus: Generatio veſtra, id eſt, omnes vos, qui nunc viuitis, videte verbum domini.

35 *Terra ſerotina.*] Nomen Hebræum, quod hîc vertitur ſerotina מאפליה Mapeliah, compoſitum eſt cum nomine יה iah vno ex Dei nominibus, vt D ſignificet caliginem Dei, hoc eſt maximam caliginem, more ſcripturæ; quæ montes Dei, editiſſimos vocat, & cedros Dei altiſſimas, & ita omnes recentiores transferunt hîc: Terra caliginoſa, aut tenebroſa, hoc eſt, quæ non eſt cœlo, aut libero ſoli expoſita, ſed ſemper vmbris ita obſcura, vt infœcunda ſit, & nullum alium fructum ferat, niſi vrticas, & ſentes. Lxx. ab effectu verterũt, plena ſentibus, fert enim inutiles herbas. Vulgatus tranſtulit ſerotina, & rectè. Nam ſimile nomen ex Exod 9. 32. eadem radice deductum, Exo. 9.32. ita transfertur: Triticum autem, & far nõ ſunt læſa, quia ſerotina erant, hoc eſt, quia adhuc latebant ſub terra. Nam vtroque modo bene trãsferri, & ipſe fatetur Dauid Kimhi: & eſt ſenſus germanus, quem Hiero. & alij amplectuntur: Nunquid, tam inutilis fui populo huic, vt eſt inutilis ſolitudo, quæ nullum profert fructum, ex quo viuere poſſit homo? aut tam tardus in conferendo illis quod promitto, & ipſi ſperant, vt eſt tarda terra ſerotina, quę omnia intus retinet, & nihil extra producit, aut ſero? tamque ſunt illis vtiles dij, quos tanto affectu ſequuntur, & colunt? Theodoretus videtur cum idolis hoc modo comparationem efficere. Nunquid ſum ego idolis ſimilis, qui perinde vt illa, nullum eis fructum protulerim: ob idque meam ſeruitutem refugerunt? alij ſic exponunt, myſticè quidem: Cur nullus ad me, ad templumque meum accedit, vt me colat, cur deſerta eſt domus mea? iuxta illud Thren. 1. 4. Threno. 1.4 Viæ Siõ lugent, quia non eſt qui veniat ad ſolemnitatem. Tertul. lib. 4. aduerſus Marciõ. cap. 31. explicans illud Lucæ 14. Ite in vicos & plateas: ſic vſurpat hunc locum: Nunquid ſolitudo fui populo huic, id eſt, nunquid non habeo quos allegam, aut vnde allegam? quaſi dicat: putat iſte populus, cum me deſpicit, & diis gentium adhęret, me ſolũ remãſurum abſque cultoribus, vt ſolitudo eſt abſque habitatoribus, aut vnde illos mihi poſſim aggregare non habere. Non ſum adeò pauper, & impotens: habeo ceterum mundum, ex quo mihi ſeruos eligam; poſſum & de nouo mille mundos creare, vnde innumeros euocem cultores mihi, & Mat. 8. filij regni eiicientur foras.

Tertul. Superbia populi reprimitur.

36. *Receſſimus.*] Verbum Rãdnu, Chaldæus tranſtulit, migrauimus, quod vulgatus dixit rectè; receſſimus, & eſt ſenſus: Cur dixit populus meus, iã ſemel receſſimus à Deo, & migrauimus ad alienas gentes; nulla ratione redibimus ad eum. At Dauid Kimhi, Pagn. Vata. & Iſido. tranſtulerunt, Dominati ſumus, ſeu dominamur, non veniemus vltra ad te. ad hunc ſenſum. Iam aliud diuerſum à tuo ſortiti ſumus dominium, nam habemus reges, & principes, qui dominentur nobis, abiice curam noſtri, & relinque nos, non egemus tuo dominatu: vt ſic ſeruiamus cui maluerimus. Loquitur autem non de regibus Iuda, ſed de regibus externis, Ægyptiorũ videlicet, aut Aſſyriorum, quibus cum fœdera inibant: quem ſenſum poſſunt habere vulgati verba: Receſſimus ad alias gẽtes, earumque dominio nos ſubiecimus: non regrediemur ad te amplius, non enim habemus regem niſi Cæſarem, vt poſt dixerunt. Grandis offẽſa, inquit Hieron. nolle placare quem offenderis. Ex zelo Dei videntur hæ querelæ profectæ contra populum.

Impudẽs ſermo improborũ.

37 *Faſciæ.*] Nomen Hebræum, Quiſurim, deductũ à verbo קשר kaſar, quod eſt alligare, & colligare, ſignificat genus quoduis ornamenti, quod virgines, aut ſponſæ capiti, collo, aut pectori alligare ſolẽt, aut adnectere, vt ſunt monilia, torques, catenæ aureæ, tæniæ, vittæ, deniq; faſciæ, vt hîc vertunt Lxx. vulgatus & Tigurin. quanuis & ipſe vulgatus Iſa. 3. 20. & hîc Pagni. vertant murenulas, Vatabl. monilia, tænias aut torques alij. Hinc Iſa. 49. 18. Iſa 49. 18 dicitur, Viuo ego, dicit dominus, quia omnib' his velut ornamẽto veſtieris: & velut ſpõſa tekaſrim, hoc eſt, alligabis eos torquiũ inſtar, quod dixit interpres noſter, & circundabis tibi eos quaſi ſpõſa. Deus igitur populũ ſuum ſibi alligabat vt torques, Amor Dei erga ſuos. quibus ornaretur: & Chriſtus tãquam ſponſus pectori, colloque ſuo aſtringit fideles, qui ei ſunt tanquam monilia: vnde qui ſe eripit aufert à corpore Chriſti ornamentum eius.

38 *Quid.*] Ex Hebræo ſic transferuntur hæc verba: Quid dirigis viam tuam ad quærendã dilectionem, ideo etiam malitias docuiſti vias tuas, & in primis à Chald. Vatabl. & Iſido. intelliguntur

de profectione populi ad gentes, ad amicitiam cum ipſis conſiliandam. Sic enim habet Chaldæus: Quid tu gloriaris in viis tuis, vt iungaris populis? Nam de hac re, ſæpe eſt ſermo factus in hoc capite, vt ſit ſenſus: Cur adornas viam tuam, vt tibi compares amatores? ſubinde etiam adornas verſutias, vt doceas impoſturam viarum tuarum: & clarius. Cor tanto ſtudio niteris amicitiam inire cum gentibus exteris, hoc enim ipſo oſtendiſti vias tuas eſſe malas, quia tete obligaſti vt conformis fieres earum moribus peſſimis, earum amicitiam exoptando & quærendo, aut hoc ipſo manifeſtaſti gentibus tuos peſſimos mores: vt exponunt Vatablus, & Iſidorus. Sed Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius exiſtimant hæc dici contra populum, quod ſe innocentem eſſe fateretur, hac ratione. Quid verborum fuco, & externis operibus niteris te innocentem oſtendere, & opera tua bona, vt meam captes beneuolentiam, cum præter ſcelera tua, quæ hactenus obieci tibi, tuos peſſimos mores, aliis communicaueris: aut vt Theodoretus: Quid adhoc addere vis prædictis vt meum erga te concilies amorem? Adeò nihil eſt ex his quod ad amicitiam moueat, vt è diuerſo pariat odium: non enim ad impietatem dumtaxat appuliſti, ſed & cædem pollutione plenam audacter perpetraſti. Non tantum, ait, habes, quo tibi amorem meum concilies, imò quo odium excites, quia opera tua peſſima eſſe oſtendiſti, ſanguine innocentum effuſo: qui ſenſus his quæ ſequuntur conformior eſt, quibus dicitur: Et dixiſti, abſque peccato, & innocens ego ſum, & propterea auertatur furor tuus à me. Idcirco dixerat: Quid niteris bonam oſtendere viam tuam, ad quærendam dilectionem, & cetera.

Senſus verior.

39 *In alis tuis.*] Hebraicè dicitur, etiam in alis tuis, aut in oris tuis, hoc eſt in oris veſtimentorum tuorum. Sumpta metaphora ab auibus rapacibus, quarum alis adhæret adhoc ſanguis auium raptarum. Septuaginta verterunt in manibus tuis; nam canaph extremum quoque brachij ſignificat: Chaldæus, ſub oculto, quaſi dicat: licet palam te oſtendas innocentem, at ſi quæ ſub veſte latet ſanguinis effuſio detegatur, nocentiſſimus habeberis. Loquitur autem ſecundum R. Salomonem, Lyram, Dionyſium, & Vatablum de nece verorum prophetarum, qui occiſi ſunt tempore Manaſſæ, vt dicitur quarto Regum lib. viceſimo primo capite. Hieronymus tamen, Theodoretus, Hugo, & ſanctus Thomas intelligunt de innocentibus idolis immolatis, de quibus Pſalmo centeſimo quinto dicitur: Et immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis, & effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum, quos ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan: & confirmat hunc ſenſum lectio Septuaginta, qui illa verba in omnibus his, verterunt: Sed in omni quercu, quod dictio אלה ſcripta cum his punctis אֵלָה alah ſignificet quercum, ilicem aut therebynthom: at cum his אֵלֶּה eleh eſt hic, hæc, hoc, vt ſit ſenſus, In tuis veſtibus, aut manibus inuentus eſt ſanguis innocentum, quos idolis immolaſti, quorumque animas perdidiſti: nonquidem eos inueni in locis, quaſi latronum occiſos inſidiis, ſed ſub quercu, ilice, aut therebyntho; ſub quarum arborum vmbra idolis ſacrificabas. Pro intelligentia ſequentium verborum; Non in foſſis inueni eos: eſt primum aduertendum nomen Hebræū מחתרת Mahtereth, quod ipſum reperitur Exodi vigeſimo ſecundo cap. v. 2. ſignificare ſuffuſionem: vnde quod ibi dicitur multis verbis: Si effringens fur domum, ſiue ſuffodiens, fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis, hoc vno dici poſſet: Si in ſuffuſione inuentus fuerit fur; atque ita hoc loco verti poteſt: Non in ſuffuſione inueni eos. Pagninus hîc, & ibi, vertit cum perfoſſorio: inſtrumento, quo domus perfoditur. In foſſis, foueis, aut foraminibus, verterunt Septuaginta, vulgatus, & Tigurina: eſt deinde aduertendum verbum B מצאתים Methatim poſſe eſſe primam perſonam maſculinam præteriti Cal cum affixo tertiæ perſonæ, inueni eos; & ita acceperunt Septuaginta, & noſter interpres: poſſe etiam eſſe ſecundam perſonam fœmineam, quomodo verterunt R. Salomon, quem citat Lyranus, & Tigurina, Pagninus, Vatablus, & Iſiodorus, inueniſti eos. Ergo iuxta lectionem vulgati hic erit ſenſus: Non offendi eos vel infantes, vel prophetas occiſos in foueis, quaſi domorum effractores, quos per legem ſupradictam licebat occidere, ſed coram idolis, vel quia te carpebant, ob ea omnia quæ ſupra memoraui: iuxta lectionem aliorum erit hic ſenſus; inuentus eſt in veſtibus ſanguis, vel prophetarum, vel innocentum, quos occidiſti quidem, non quod inueneris eos clam domos perfodientes, hos enim occidere licebat, ſed C quod te carpebant ob ſcelera tua iam memorata. Sunt qui hunc locum explicent de iniuſtitia commiſſa in pauperes & innocentes, quibus vita adimitur dum ſubſtantia eripitur, dicitur enim Eccleſiaſtici trigeſimo quarto cap. Panis egentium vita pauperum eſt, qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. Et, qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris. Sic ergo modò, eripuiſti vitam pauperibus, eripiendo illis ea quibus ſuſtentari deberent: verum cum ſequentia melius conueniant occiſis gladio; & in præcedentibus dictum ſit prophetas occiſos gladio fuiſſe ab Iſraelitis, non videtur hic ſenſus ad mentem eſſe prophetæ.

4. Reg. 16.

Pſ. 105.

Exo. 22. 2.

Ecc. 34.

40 *Vile.*] In Hebræo eſt hîc ſecunda perſona futuri Cal תזלי tezle, à verbo אזל açal, quod eſt D ambulare, aut abire. Vnde recentiores omnes transferunt: Cur diſcurris ita? aut, quid recedes valde? hoc eſt, quo te tanto impetu abripis, vel, quàm is vehementer repetendo vias tuas? Septuaginta verò, & vulgatus à זול zul deduxerunt, quod eſt vileſcere, aut contemnere, vnde transferunt: Deſpexiſti vehementer: aut quam vilis facta es nimis, vt iterares vias tuas: aut vt legit Theodoretus, quia leue admodum putaſti, ſi iterares vias tuas. Facile eſt mutatis punctis ad diuerſa verba, & coniugationes eandem vocem referre, & Septuaginta Interpretibus, quos ſecutus eſt vulgatus propriam linguam exponentibus, fides magis eſt habenda, quā recētioribus omnibus.

Fides eius habenda in punctuatione.

41. *Ab Ægypto.*] Minatur inanem futuram confidentiam in Ægyptus, quemadmodum vana fuerat, quam aliquando collocauerant in Aſſyriis. Dubium tamen eſt quando fruſtra

recurre-

Iudæi quando confiderunt in Ægyptum & Aſſyrios recurrerint Iudæi ad Aſſyrios, & qoando poſtea ad Ægyptios? S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, putant recurſum ad Aſſyrios contigiſſe tempore Achaz 4. Reg. 16. 7. qoando miſit nunciosad Theglathphalaſſar regem Aſſyriorum, dicens: Seruus tuus, & filius rous ego ſum, aſceode, & saluum me fac de mano regis Syriæ, & de manu regis Iſrael, qui conſorrexerunt aduerſum me. *4. Reg. 16. 7.* Sed tunc non eſt podeſactus Achaz ab Aſſyrio, ſiquidem illius acquieſcens voluntati, eom liberauit. Hugo exiſtimat loqui Ieremiam de Ioſia ab Ægyptio interfecto, cui in gratiam regis Chaldæorum, & Aſſyriorum, 4. Reg. 23. 29. qui cum eo tranſeunte per terram Iſrael, erat dimicaturus, occurrit, tranſitũ impediturus. *4. Reg. 23. 29.* Sic pudore, & ſummo dolore affectus eſt Iſrael ab Aſſyrio, dum tanto rege eſt orbatus. Veruntamen cum Ieremias hunc ſermonem habuerit viuente Ioſia, non eſt veriſimile de hoe caſu locutum fuiſſe; præſertim cum non conſtet Ioſiam ad Aſſur aliquando pro auxilio confugiſſe. Poſſet dici loqui prophetam de amicitia ioita ab Ezechia cum Babyloniis, Iſaiæ 39. & 4. Reg. 20. 12. *Iſ. 39. 6.* propter quam eſt illi comminatus Iſaiasad hunc modum: Ecce dies veniunt, & auferentur omnia quæ in domo tua ſunt, & cetera. *4. Reg. 20. 12.* Er de filiis tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunochi in palatio regis Babylonis. Legimus aotem 2. Paralip. 33. 11. *2. Para. 33. 11.* principes exercitus regis Aſſyriorum cæpiſſe Manaſſem, & vinctum catenis atqoe compedibos doxiſſe Babylonem; haod dubium quin alij mluti cum illo capti fuerint; nonobſtante ſupradicta amicitia cum Ezechia uuta, atque hac ratione fruſtratus eſt ſua ſpe, & pudefactus Iuda. Deinde vero compertũ eſt, ex cooſideotia nimia in rege Ægyptiorum Ioakim, Ioacin, & Sedeciam frequenter rebellaſſe contra Chaldæos; & inanis apparuit confideotia eorum; quia Ægyptij non potuerunt eos liberare de manu Nabuchodonoſoris. Vnde ſubiicit, Et ab iſta egredieris. Nempe ab iſta Ægypto confuſa regredieris, manibus ſuper caput tuum complicatis, vt explicant Hieronymus, Rabanus, Hugo, & Vatablos, quamuis Lyra, Dionyſius, & Iſidoros, Ab iſta tua terra, exponant, captiua egredieris in Babylonem, manibus ſuper capot complicatis in ſignum doloris, & podoris, vt 2. Reg. 13. 19. Thamar aſpergens cinerem capiti ſuo, ſciſſa talari tunica, impoſitiſque manibus ſuper caput ſoum, ibat ingrediens, & clamans: *2. Reg. 13, 19.* Sic accider iis qui confideores in diuitiis, & hoius ſæculi caducis bonis, Deum deſerunt. *Qui ſinis confidentiũ in rebus caducis.* Iob 20. Nihil remanebit de bonis eius, cùm ſatiatus fuerit, arctabitur, & æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum. *Iob. 20.* Nam ex illis, qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarũ gloriantur, Pſ. 48. nemo frarrem ſuum poterit redimere, neque Deo perſoloet preciom pro illius redẽptione. *Pſ. 48. 8*

B

CAPVT TERTIVM.

1 1 VVLGO dicitur: Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens abeo, duxerit virum alterum, [1] nunquid reuertetur ad
eam vltra? Nunquid non [2] polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit dominus, & ego ſu-
2 ſcipiam te. ‖ Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non proſtrata ſis: in viis ſedebas, expectãs eos quaſi [4] latro in ſolitudine: & [5] polluiſti terrã in fornicationibus tuis,
3 & in malitiis tuis. ‖ Quamobtem prohibitæ ſunt [6] ſtillæ pluuiarum, & ſerotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta
4 eſt tibi, noluiſti erubeſcere. ‖ Ergo ſaltem amodo [7] voca me: Pater meus, dux virgini-
5 tatis meæ tu es. ‖ Nunquid iraſceris in perpetuum, aut [8] perſeuerabis in finẽ? Ecce lo-
6 cuta es, & feciſti mala, & potuiſti. ‖ Et dixit dominus ad me in diebus Ioſiæ regis: Nunquid vidiſti quæ fecerit [9] auerſatrix Iſrael? abiit ſibimet ſuper omnem [10] montem excelſum, & ſub omni ligno frondoſo, & for-
7 nicata eſt ibi. ‖ Et dixi, cum feciſſet hæc omnia: Ad me reuertere: & non eſt reuerſa. Et [11] vidit præuaticatrix ſoror eius Iu-
8 da, ‖ quia pro eo quod mœchata eſſet auerſatrix Iſrael, dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repudij: & non timuit præuarica-

PARAPHRASIS.

1 *Vulgo dicitur: Si vir quiſpiam vxorẽ ſuam repudiauerit, & illa poſt repudium recedens viro alteri nupſerit, [2] non accipiet eam vltra, quia [3] polluta, & contaminata eſt illa mulier, ne ſimul regio ipſa polluatur, contamineturue. Tu autem, ô Iudah, tanquam ſi à me fuiſſes repudiata, ſcortata es cum amatoribus multis, variis gentium idola colens. Attamen reuertere ad me, dicit dominus, & his non obſtantibus, prater hominum conſuetudinem, ego te libentiſsimè recipiam ad priſtinam ſocietatem. Et ne hoc quod dixi de ſcortatione tua, à me leniter dictum eſſe queraris: attolle oculos tuos per circuitum ad excelſa, & vide vtrum ſit locus aliquis, in quo non fueris idolis proſtituta. In viis ſediſti expectans amatores tuos, vt ſolet in ſolitudine [4] latro inſidiaturus viatoribus: & [5] polluiſti terram tuis idolatriis, & malis aliis ex eis profectis: & ea propter [6] pluuiam temporaneam ne decideret prohibui, eam etiam quæ in vere ſolet defluere. Tibi verò frons meretricis facta eſt, & noluiſti erubeſcere. Ergo vel ex nunc, poſt hanc tuam tantam impudentiam [7] debuiſſes ad me clamare dicendo: Pater meus, & dux virginitatis meæ tu es, qui adoleſcentulam me per ſolitudinem deduxiſti: Nunquid iram in perpetuum retinebis, aut in æternum mea [8] obſeruabis peccata? At tu, proh dolor! pro huiuſmodi pœnitentiæ verbis, ecce iactaſti te ſcelera patraturam, & vt dixiſti feciſti, & oſtendiſti in contemptum viri tui, te poſſe facere quod ſermone iactaſti. Et dixit dominus* *Sub Ioſia.*

ad me in diebus regis Ioſiæ. Nunquid non, ô Ieremia, conſideraſti peccata, quæ commiſit auerſatrix illa Iſrael? quomodo abierit ſuper omnem [10] montem excelſum, & ſubter omnem frondoſam arborem, & ibi cum idolis ſcortata fuerit? Cumque hæc omnia perpetraſſet, dixi ei: Ad me reuertere, & noluit reuerti. [11] Vidit hoc præuaricatrix Iudah ſoror eius, quod nempe, propterea quod mœchata fuiſſet cum idolis auerſatrix Iſrael, dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellũ repudij: & non ſibi timuit præuaricatrix Iudah ſoror eius. Siquidem abijt, & ſcortata eſt etiam ipſa, & præ facilitate ſcortationis ſuæ polluit terram, & mœchata eſt cum lapide, & ligno. Et neque poſt hæc omnia ad me reuerſa eſt ex corde, ſed potius ſimulatè præuaricatrix iſta Iudah, digna ſoror illius. Sanè auerſatrix Iſrael collata cum præuaricatrice Iudah [12] iuſtior cenſenda eſt. Ergo quia Iudas impœnitens, inter has meas voces perſeuerat, [13] proficiſcere, & clama huiuſmodi ſermonibus [14] ad Iſraelitas inter nationes Aquilonares commorantes. Reuertere ad me, ait dominus, ô auerſatrix Iſrael, reuertere, & non auertam iam à te faciem meam beneuolam; quia [15] ſanctus, ac miſericors ſum ego, qui iram in perpetuum non retinebo: tantum agnoſce iniquitatem tuam, quod ſcilicet in dominum Deum tuum impiè egeris, & [16] ſtudia tua omnia conuerteris ad deos alienos colendos ſub omni ligno frondoſo, & vocem meam non audieris. [17] Conuertimini vos filij rebelles, ait dominus, quia ego [18] vir veſter ſum, & omnes ad me venientes recipiam, etiam ſi vnus tantum reuertatur ex vna ciuitate, & duo ex vna familia; & introducam vos in matrem Eccleſiæ Sion, & dabo vobis paſtores mihi gratiſſimos, Apoſtolos, qui paſcant vos, & ſcientia fidei, & doctrina morum. Cumque [19] diſſeminatione Euangelij fueritis multiplicati, & in toto orbe terrarum adaucti: nemo tunc veſtrum aſſumet vlterius in ore ſuo arcam teſtamenti domini, neque veniet in mentem cuiuſpiã, nec illius recordabimini, nec viſitabitur ab aliquo: [20] nec alia noua fiet vltra. Omnis enim cultus ex illa pendens omnino ceſſabit. In illo tempore vocabunt [21] Ieruſalem ſolium domini: & confluent ad eam omnes gentes, vt ſub nomine domini Ieſu degant in Ieruſalem: eo auditu attractæ, & non ſequentur vltra prauitatem cordis ſui peſſimi. In eodem ipſo tempore qui ſunt de domo [22] Iuda venient ad Iſraelitas: venient, inquam, ſimul de terra Aquilonari ad terram, quam pollicitus ſum patribus veſtris. Quæ omnia admiratus, præterea adieci: [23] O quam innumerabilem effecturus ſum progeniem filiorum tuorum! tribuam tibi terram deſiderabilem hæreditatem præclaram, illuſtriſſimi exercitus gentium, quæ ſub me duce militabunt. Hæc vt conſequaris hortor te, vt [24] patrem voces me, & poſt me ingredi non deſiſtas. At tu Iſrael hæc omnia bona tibi præparantem, me contempſiſti, ait [25] dominus, ſicut mulier ſolet contemnere amatorem ſuum. [26] Audire

trix Iuda ſoror eius, ſed abiit, & fornicata
eſt etiam ipſa. | Et facilitate fornicationis 9
ſuæ contaminauit terram, & mœchata eſt
cum lapide & ligno. | Et in omnibus his non 10
eſt reuerſa ad me præuaricatrix ſoror eius
Iuda in toto corde ſuo, ſed in mendacio, ait
dominus. | Et dixit dominus ad me: [12] Iu- 11
ſtificauit animam ſuam auerſatrix Iſrael, cõ-
paratione præuaricatricis Iudæ. | [13] Vade, 12
& clama ſermones iſtos contra [14] Aquilonẽ:
& dices: Reuertere auerſatrix Iſrael, ait do-
minus, non auertam faciem meam à vobis:
quia [15] ſanctus ego ſum, dicit dominus; & nõ
iraſcar in perpetuũ. | Veruntamen ſcito ini- 13
quitatem tuam, quia in dominum Deũ tuũ
præuaricata es: & diſperſiſti [16] vias tuas alie-
nis ſub omni ligno frondoſo, & vocẽ meã
non audiſti, ait dominus. | [17] Conuertimini 14
filij reuertẽtes, dicit dominus: quia ero [18] vir
veſter, & aſſumã vos vnũ de ciuitate, & duos
de cognatione, & introducã vos in Sion | Et 15
dabo vobis paſtores iuxta cor meũ, & paſ-
cent vos ſciẽtia, & doctrina. | Cumq; [19] mul- 16
tiplicati fueritis, & creueritis in terra, in die-
bus illis, ait dñs, non dicẽt vltra: Arca teſta-
mẽti domini: neq; aſcendet ſuper cor, neq;
recordabuntur illius, nec viſitabitur, [20] nec
fiet vltra. | In tempore illo vocabunt [21] Ie- 17
ruſalẽ ſoliũ dñi, & congregabuntur ad eam
omnes gentes in nomine dñi in Ieruſalẽ: &
non ambulabũt poſt prauitatem cordis ſui
peſſimi. | In diebus illis ibit domus [22] Iuda ad 18
domũ Iſrael, & veniẽt ſimul de terra Aqui-
lonis, ad terrã quã dedi patrib⁹ veſtris. | Ego 19
autẽ dixi, [23] Quomodo ponã te in filios, &
tribuã tibi terrã deſiderabilẽ hæreditatem
præclarã exercituũ Gentiũ: Et dixi: [24] Patrẽ
vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis.
| Sed quomodo ſi contẽnat mulier amatorẽ 20
ſuũ, ſic cõtẽpſit me domus Iſrael, dicit [25] dñs.
| [26] Vox in viis audita eſt, plorat⁹ & vlulatus 21
filiorũ Iſrael: quoniã iniquã fecerũt viã ſuã,
obliti ſunt dñi Dei ſui. | [27] Cõuertimini filij, 22
[28] reuertẽtes, & ſanabo [29] auerſiones veſtras.
[30] Ecce nos venimus ad te: tu enim es dñs
Deus noſter. | Verè mendaces erãt colles, & 23
multitudo montium: verè in domino Deo
noſtro ſalus Iſrael. | Confuſio comedit 24
laborem patrum noſtrorum ab adoleſcen-
tia noſtra, greges eorum, & armenta eo-
rum, filios eorum, & filias eorum. | Dor- 25
miemus in confuſione noſtra, & operiet
nos ignominia noſtra: quoniam domino
Deo noſtro peccauimus nos, & patres no-
ſtri ab adoleſcentia noſtra, vſque ad diem
hanc: & non audiuimus vocem domini
Dei noſtri.

[21] *Audire videor in viis vocem veſtram, fletum filiorum Iſrael veniam deprecantium, quod peruersè transfegerunt vitam ſuam, & obliti ſunt domini Dei ſui.* [22] *Conuertimini iam vel nunc filij rebelles, & condonabo vobis peccata veſtra. Dicite: ecce nos venimus ad te, confitentes verè te eſſe dominum Deum noſtrum, verè namque fruſtra colles obiuimus, & ad montium multitudinem confluximus, vt ſalutem, & opem ab idolis imploraremus: in te enim ſolo, domino Deo noſtro vera ſalus Iſraelis ſita eſt, confuſio idolorum patrum noſtrorum opes, ab exitu de Aegypto multo labore partas dilapidauit, greges nempe, & armenta cum filiis, & filiabus eorum. In hac ſemper iacebimus ignominia, ſummo cooperti dedecore, quia domino Deo noſtro, nos, & patres noſtri peccauimus ab adoleſcentia noſtra vſque ad hunc diem, & voci domini Dei noſtri non obediuimus.*

ARGVMENTVM.

Arguit Iudam impudentiæ propter idolatriam, eumque Deus inuitat ad reſipiſcentiam, & modum, quo ſe conuertat amanter docet; pollicens ſe illum tandem ad Chriſti fidem reducturum.

COMMENTARIVS.

1 Vulgo.] In Hebræo caput hoc incipit ab A hoc gerundio לֵאמֹר lemor, quod eſt ad dicendum, vel dicendo: quo dicunt Hebræi, vt notant Vatablus, & Iſidorus, cōnecti hoc caput cum fine præcedentis: nam cum dixiſſet protriuiſſe dominum confidentiam Iuda, nihilque proſperè illi ceſſurum, ſubiecit, dicendo, pro, & dixit: aut certè ſubaudiri debet verbum, dicitur, vt legamus, dicendo dicitur, hoc eſt fertur, dicitur, aut vulgo dicitur, vt rectè vulgatus tranſtulit: vult enim argumentari ex lege repudij, vulgo notiſſima, & communi vſu probata.

Argumentum ex confeſſis.
2 *Nunquid.*] Interrogatio, nunqnid, hoc loco non B dubitantis eſt, ſed confeſſionem ab interrogatis extorquentis, quo argumentum ex confeſſis ab aduerſario deſumptum firmius ſit, & magis conuincat: quæ eſt ſcriprurae conſuetudo, vt notarunt
Chrif. Theoph.
Chryſoſtomus Homil. 21. in priorem ad Corint. epiſtolam, & Theophylactus ad Hebræos. 3. ſic in
Luca 24. 32.
libris Paralipomenon crebro dicitur. Nonne hæc ſcripta ſunt in libris regum Iuda? & Lucæ 24. 32. Nonne cor noſtrum ardens erat in via, cum nobis interpretaretur ſcriprutas? ſic modo rem Iudæis ex lege certam interrogat, de libello repudij abiecta fœmina non recipienda, vt omnes intelligunt.

3 *Polluta.*] Vbi vulgatus Septuaginta ſecutus vertit: Nunquid non polluta, & contaminata erit C mulier illa? pro mulier illa, eſt nomen Hebræum אֶרֶץ érets, quod terram ſignificat, vt etiam adnotauit Hieronymus, & ita Chaldæus, Tigurina, ceterique interpretes tranſtulerunt: Nonne præuaricata eſt terra illa, aut, an non polluendo pollue-
Deuter. 24. 4.
tur terra illa? Alludit ad verba legis Deuter. 24. 4. Non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt coram domino, ne peccare facias terram tuam quam dominus Deus tuus tradidit tibi poſſidendam: vt ſit ſenſus. Cenſeretur regio illa polluta talis mu- D lieris commercio, ſi eam vir prior reciperet, vt exponit Vatablus, quia tamen ſub metaphora mulieris repudiatæ vult loqui Deus de terra Iuda, vul-
Mulier terra ſignificatur.
gatus integram metaphoram explicuit, & loco terræ vertit mulier, vt inde clarior fieret applicatio, ad repudium plebis Iſraëliticæ, de quo per
Iſ. 50. 1.
Iſaiam cap. 50. dixit: Quis eſt liber repudij matris A veſtræ, quo dimiſi eam? ecce enim in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram, & in iniquitatibus veſtris venundati eſtis, quia veni, & non erat vir, vocaui, & non erat qui reſponderet. & hoc capite verſu. 8. Pro eo quod mæchata eſt auerſatrix Iſraël dimiſi eam, & dedi ei libellum repudij: loquitur autem de repudio temporali, quo deſerta à Deo ſpōſo ſuo ttadita eſt Chaldæis ob eius idolatriam.
Quæſtio num licitum fuerit repudiū.
Dubium tamen graue hîc eſt, quid ſibi velint illa verba: Nunquid non polluta, & contaminata erit, mulier illa? & illa Deuteronomij: An non polluetur terra illa? Nam his verbis ſignificari videtur B non licuiſſe viro priori repudiatæ ſemel vxori reconciliari, aut relictam à poſteriori marito recipere, quod illa cum eo commiſerit adulterium, nec legitimo coniugio fuerit cū illo coniuncta. Quod ipſum videtur Chriſtus confirmaſſe cum Matthæi 19. dixit: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic; permiſſio autem mali eſt. Fuit ergo illicita talis dimiſſio, & dimiſſæ cū altero coniunctio. atque ita affirmant Auctor imper-
Auctor imperfecti. Chryſ. Auguſt. Anſel.
fecti in Matthæum Homil. 12. Chryſoſt. ſermone de libello repudij, Auguſtinus lib. 19. contra Fauſtum cap. 26. Anſelmus, & Hugo in 19. Matthæi, & C Lyra in 24. Deuteronomij, & Ianſenius in concordia euang. ća. 96. Sixtus Senenſis lib. 2. Bibliothecæ, verbo Repudij liber. & lib. 8. Hæreſi. 3. & multi ex ſcolaſticis cum Magiſtro in 4. libro ſententiarum. d. 33. & demum Caſtro lib. 11. aduerſus hæreſes, verbo Nuptiæ, hæreſi. 5. pag. penultima.
Ad repudium quatuor neceſſaria.
His non obſtantibus, vt ſimilitudo adducta ex muliere repudiata melius intelligatur, quatuor ex lege notanda ſunt ad legitimum repudium neceſſaria.

Primū cauſa legitima
Primum requirebatur cauſa legitima, ſine ea enim dimittere vxorem non licebat. ita affir- D mat Abulenſis ſuper 19. Matthæi, quæſtio. 49. & Alfonſus Caſtro, loco iam dicto. Huiuſmodi erat cauſa grauis odij, aut diſplicentiæ non leuis, vt notat Abulenſis: fœditas videlicet, quæ cauſa aſſignatur capite 24. Deuteronomij, & ſi non fuiſſet inuenta virgo à viro ſuo, tunc
Deuter. 22. 14.
enim non tantum dimittebatur, ſed lapidibus obruebatur, Deuter. vigeſimo ſecundo cap. Sic

Leuit. 20.10. Deuter. 22. 22. Orig.

etiam quæ deprehendebatur in adulterio occidebatur: vt habetur Leuit. 20. verſ. 10. & Deut. 22. 22. obruta lapidibus, ait Origenes tractatu. 7. in Matthæum.

A

Secundũ viri tantum dimittebant vxores licitè. Tertull. Hilar. Ambroſ. Auctor operis imperf. Theoph. Euthymius. Zach. Abulẽſis.

Secundum.] Legitima cauſa coram iudicibus probata, licebat tantum viris, non fœminis, vxores dimittere dato libello repudij: ita affirmant Tertullianus lib. 4. aduerſus Marcionem cap. 34. Hilarius cano. 4. in Matthæũ, Ambroſ. lib. 8. in Lucam cap. 16. Auctor operis imperfecti in Matthæũ Homil. 32. Theophil. in 5. & 19. Matthæi, in Marci 10. & Lucæ 16. Euthym. in 5. Matthæi, Zacharias Chryſopolitanus epiſcopus lib. 1. in vnum ex quatuor, cap. 100. Abulenſis in 24. Deuter. & in 19. Matthæi, q. 49. Paulus Burgẽſis additione. 2. in 24. Deuteron. Caietanus in 19. Matthæi, S. Thomas in additionibus ad 3. P. 4. 67. ar. 3. & multi ex ſcolaſticis ſuper 33. diſtinctionem 4. Sententiarum. Scotus, Maior, Durandus, Paludanus, Gabriel, Ekius, Homil. 74. de ſacramentis, Petrus Soto lectio. 13. de Matrimonio: & demum omnium optimè noſter Bellarminus lib. 1. de ſacramento Matrimonij, cap. 17. tom. 2. controuerſiarum, controu. 5. & ex ſcriptura ipſa colligitur ſatis apertè: nam Deuter. 24. lex à Deo ipſo de dando repudio ſancitur, vt etiam concedit Auguſtinus lib. illo contra Fauſtum, alioquin leges ſequentes diuinæ non eſſent, & Moſes in ferendis legibus ea præcipiebat Iudæis, quæ Patriarchæ facere conſueuerant: ſed Abraham licitè dimiſit vxorem Agar, Gen. 21. vt concedunt Abul. Lyra, Burgenſis, & Dionyſius: ergo & cæteri Iudæi ſuas vxores. Tertio Exodi 21. verſu. 9. de filia Hebræa in famulam alicui vendita, dicitur: Sin autem filio ſuo deſponderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi. Quod ſi alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias, & veſtimenta, & precium pudicitiæ non negabit. Ecce præcipitur dimittere vxorem, ſi aliam accepiſſet vt licebat. Demum quis dubitet ſtante cauſa, vt apud nos, licuiſſe dimittere vxores dato libello repudij? quod ſi non licuiſſet, quomodo ſcelus tam inſigne nunquam prophetæ reprehenderunt? imo Malachię 2. dixit Deus, Si odio habes, dimitte eam.

Deu. 24 Aug. Gen. 21. 10. Exod. 21. 9.

B

C

Malac. 2. 16. Viris licuit repudiare tãtum. Ioſephus.

Diximus licuiſſe id viris tantum, non fœminis: id conſtat, quia in ſcriptura ſacra nuſquam tale factum reperitur, atque ita affirmat Ioſephus lib. 15. Antiq. cap. 11. Orto, inquiens, inter coniuges diſſidio, Salome libellum repudij marito mittit, præter legitimum morem patriæ: lex enim noſtra ſolis maritis hoc ius permittit: mulieribus autem ne dimiſſis quidem fas eſt nubere, niſi prioris viri permiſſu. Verum illa magis ex propria licentia, quam communi iure fecit diuortium.

Tertiũ per repudium diſſoluebatur vinculũ matrimonij. Ioſeph.

Tertium.] & hoc etiam prædictis omnibus probatur auctoribus, qui licitum fuiſſe repudium aſſeruerunt, tum etiam Lyrę, & Caſtro, dato libello repudij primum matrimonium fuiſſe diſſolutum, & licuiſſe repudiatæ ad alias nuptias tranſire. Atque ita à lege fuiſſe conceſſum aſſerunt Ioſephus lib. 4. Antiquit. cap. 8. & vltimo, dicens: Qui à coniuge quacunque de cauſa, vt ſæpe hominibus vſu venit, diſiungi poſtulat, ſcripto ei ſecuritatem faciat, quod eam nolit amplius repetere: ſic enim habebit poteſtatem alterius coniugis quærendi, alioqui diuortium non permittitur, & lib. 15. cap. 11. paulò ante citato; & planè Philo ſuper Decalogum libro de ſpecialibus legibus ſexti, ſeptimique præcepti: itemque Auguſtinus lib. 1. de Nuptiis, & concupiſc. cap. 10. Quod ſi quiſquam, ait, fecerit, non lege huius ſeculi, vbi interueniente repudio, ſine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia: quod etiam ſanctum Moyſem Dominus propter duritiam cordis illorum, Iſraëlitis permiſiſſe teſtatur. Sed lege euangelij reus eſt adulterij, ſicut illa, ſi alteri nupſerit. Et demum S. Thomas 12. q. 102. ar. 5. ad 3. Propterea, ait, in veteri lege dari ſolitum libellum repudij, quod eſt contra ſacramenti rationem, quod tunc matrimoniũ tantum fuit in officium naturæ, non ſacramentum coniunctionis Chriſti cum eccleſia. Ex ipſa vero ſcriptura id adeo certo colligitur, vt nulla ratione poſſe negari videatur. In primis, Exodi 21. planè præcipitur prouideri puellæ dimiſſæ nuptias, vt ſupra retulimus dicto ſecundo. Deinde Leuit. 21. 13. & Ezechielis. 44. 20. ſacerdoti præcipitur virginem ducere, non viduam, repudiatam, & ſordidam, atque meretricem: libera ergo erat repudiata vt à quocunque duceretur. Rurſus Deuteron. 21. verſu. 11. dicitur, Si egreſſus fueris ad pugnam, & videris in numero captiuorum mulierem pulchrã, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem, introduces eam in domum tuam, & poſtea intrabis ad eam, dormieſque cum illa, & erit vxor tua: ſi autem poſtea non ſederit animo tuo, dimittes eam liberam & cap. 24. in initio, Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fæditatem, ſcribat libellum repudij, & dabit in manum eius, & dimittet eam de domo ſua: cumque egreſſa alterum maritum duxerit, & cetera. Vbi Chaldæus & egrediatur, ait, de domo eius, & recedat, & ſit vxor viro alteri. & ad hunc ſenſum exponit ibi Oleaſter. His accedit conſuetudo omnium gentiũ finitimarum, quas Iudæi imitabantur: fuit hoc cõſuetum Philiſtæis, ſiquidem iudicum. 15. pater ſpõſæ Sanſonis, exiſtimans quod odiſſet eam, tradidit viro alteri, & Perſarũ rex, Heſter. 1. repudiauit Vaſthi, quod illi parere noluiſſet: atque id fuiſſe in more Romanis à tempore Corbilij Spurij anno fere 600. vrbis conditæ, aſſerunt Tertullianus in Apologetico cap. 6. & Valerius Maximus lib. 2. c. 1. & conſtat ex nonnullis Cod. & Digeſtorum titulis. Et demum ſi ſecundo adhærens marito adulterabatur, cur ex lege non interficiebatur, aut lapidibus obruebatur?

Philo. Aug. S. Thomas. Exod. 21. 10. Leu. 21. 13. Ezech. 44. 20. Deuter. 21. 11. Deuter. 24. 1.

Quartũ non licebat repudianti reconciliari. Deuter. 24. 3.

Quartum.] Ad intelligentiam noſtri prophetæ magis ſpectans, certum ex ſcriptura eſt, nulla ratione licuiſſe priori viro ſemel repudiatã recipere eique reconciliari, ſolutæ à viro poſteriori quacũque ratione. Nam ſic habet lex Deuteron. 24. poſt verba ſupradicta. Cumque egreſſa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitq; libellum repudij, & dimiſerit de domo ſua, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt coram Domino, ne peccare facias terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi poſſidendam. Et Ioſephus lib. 4. Antiq. cap. vltimo, poſt ea, quæ ſupra retulimus: Quod ſi & alterum, inquit, offenderit, aut poſt eius mortem prior reducere eam voluerit, non licet vt ad eum redeat. Philo quoq; eo loco, Quod ſi, ait, quancunque ob cauſam repudiata, & alteri nupta, viduata iterum fuerit, ſiue viuo poſteriore marito, ſiue mortuo, non habet ius reuertendi ad priorem, cuius nubat potius, quãdo vinculi obli-

D

Ioſephus Philo.

ta priſtini nouos amores prætulit veteribus. Sin autem quiſpiam vxorem talem receperit, habeatur ignauiſſimus, vt cui ſit exemptum è pectore vitiorum odium: affectus ad rem tum publicam, tū priuatam adminiſtrandam vtiliſſimus: & ipſe ſibi duas notas inuſerit, adulterij, lenociniique: nam huiuſmodi reconciliationes non abſunt à ſuſpicione veneficij, ideo ſimul cum vxore pœnas luat.

Cauſa cur non liceret reconciliari. Et quidem etſi Philo his verbis cauſam prohibitionis huius videatur aſſignare adulterium, vel vxoris à ſe repudiatæ, quod priſtini oblita vinculi, polluit ſe cum poſteriori marito: vel quia ipſe eſſet adulter eam recipiens: cum certius ſit ſecundum fuiſſe verum matrimonium, non adulterium; dicendum eſt prohibitum fuiſſe viro priori à ſe repudiatam recipere, quod ipſe coram Domino, id eſt puplicè, & in conſpectu omnium, ſcripto repudij dato, oſtendit eam fuiſſe pollutam, & fœdam, & dignam quæ dimitti deberet, ac domo pelli: & hoc eſt quod dicitur, Quia polluta, & abominabilis facta eſt; nempe à viro ſuo, coram Domino: & ideo non debet eam reducere, nec frui. Sic *Abul.* exponit Abulenſis eo loco. Hoc vero factum eſt, ne viri facile vxores repudiarent, ſcientes ſemel repudiatas non licere iterum ad conſortium admittere. Quod autem addit, Ne peccare facias terram tuam, ideo addit, quia recipiendo ſemel repudiatam, & pollutam, & abominabilem à ſe iudicatam; ſeipſum præſtabat pollutum, & abominabilem, & infamem, nam talis omnibus habebatur; quo facto terra ipſa polluebatur, quia rem fœdam, *Gen. 38.* ac turpem ſuper ſe fieri ſuſtinebat, vt Gen. 38. filij Iuda dicuntur terram polluiſſe, ſuper quam ſemen effundebant: atque ita obnoxiam reddebant punitioni propter malitiam inhabitantium in ea: vt dicemus iterum num. 5. *Pſalm. 106.34.* Chriſtus vero Matthæi. 19. verbo permittendi vſus eſt; non quo ſignificetur *Matth. 19.8.* permiſſio mali: nam Marci 10. eandem doctrinam verbo præcipiendi tradidit: ſed vt monſtraret fuiſ- *Marci 10. 11.* ſe permiſſionem minus boni, & indulgentiam quandam, propter infirmitatem Iudæorum, vt aſ- *Origen.* ſerit Origenes tracta. 7. in Matthæum: ſicut Paulus permiſit propter fornicationem vitandam *Caritas Dei erga Iudæos, & filij eius* vnumquemque ſuam vxorem habere. Ait ergo Dominus, quamuis viro non liceat recipere vxorem repudiatam, & pollutam, ne tali infami, ac indecoro facto, terra ipſa polluta cenſeatur: ego vero hanc infamiam ſuſtinebo, hoc feram dedecus, ſi tu, ô Iuda, ad me volueris reuerti: ego enim libentiſſimè te recipiam, & ſi opus fuerit, redimā. Nam quo hūc amorem, erga repudiatam ſignifi- *Hoſea. 3* caret, præcepit Hoſeæ. 3. cap. vt diligeret mulierem adulteram, eamque duceret, precio. 15. argenteorum, vili quidem precio, in dotem oblato, bonis nempe caducis, quibus ille populus gaudebat. Non ſic dilectiſſimus Patris filius Chriſtus Ieſus, qui ſemel, & ſæpe repudiatam animam ob ſcelera, inuitat ad reconciliationem, redimens illam non eo vili precio, non auro, & argento, ſed precioſo ſanguine ſuo. Si enim adeo dilexit filius Sichem, Gen. 34. Dinam filiam Iacob, vt dixerit, *Gen. 34 12.* Augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam quod petieritis, tantum date puellam hanc vxorem; nec dubitauit ſuum, ſuique populi ſanguinem, per circumciſionem fundere, vt eam obtineret: & ſi Dauid. 1. Reg. 18. vt Michol filiam *1. Reg. 18. 25.* Saul, ſibi compararet, non centum, vt poſtulabat pro dote vel ſponſalibus Saul, ſed ducenta præputia Philiſtæorum ei annumerauit: quid non obtuliſſet Chriſtus pro quauis anima, non quidem tantum munera, non alia genera ſponſaliorum, præterquam precioſum ſuum ſanguinem, quo & illam redemit, & lauit, qui dilexit me, ait Paulus ad *Ad Gal. 2. 20.* Gal. 2. & tradidit ſemetipſum pro me.

Arabs latro. 4 *Latro.*] Hebraicum nomen ערבי Arabi, quod Septuaginta, cornicem, vulgatus latronem tranſtulit, Arabem ſignificat, vt Chaldæus, ceterique verterunt interpretes: quæ gens, quoniam latrociniis eſt dedita, inquit Hieronymus, idcirco pro Arabe verſum eſt latro: ſumitur autem ſimilitudo vel ex eo quod Arabs latro ſolet ad veſperam in deſertis locis inſidias tendere prætereuntibus, vt eos ſpoliet, vel etiam occidat, vt omnes ferè intelligunt, vel ex eo quod mercatores Arabiæ, iuxta publicas vias ſua affigant tabernacula, expectantes prætereuntes, vt aut illis vendant ſua, aut emāt ab eis, vt vult Iſidorus. Sic viri Iuda faciebant more fornicariæ, quæ vt Prou. 7. dicitur, Sedebat *Prou. 7. 9.* in viis ad veſperam, vt concubitu ſuo animas interficeret fornicantium. Hoc autem dupliciter explicari poteſt, vel ita vt per amatores intelligat propheta Ægyptios, aut Aſſyrios, aliosve idolorum cultores, vt exponunt Chaldæus, & Dionyſius; quibus tanquam amicis, obuiam in vias prodibat Iudas, & eorum delectabatur occurſu, & ad eundem idolorum cultum, quo eos ſibi magis deuinciret inuitabat. Vel ita vt nomine amatorum intelligat gentium idola, vt ceteri accipiunt, Theodoretus, Hugo, S. Thomas, Lyra, itemque *Viam Dei qui impediant.* Dionyſius, quorum fana in biuiis, aliiſque locis publicis conſtruebat, vt omnes prætereuntes eis cultum, inducti ab ipſis, exhiberent, vt exponit Hugo præcipuè, iuxta illud Ezechielis 16. In ca- *Eze. 16.* pite omnium platearum ædificaſti tibi lupanar, Sicut enim Arabes tabernacula ſua tendebant prope vias, quo melius cum prætereuntibus negociarentur, ita filij Iuda tabernacula idolis prope vias conſtruebant, quo commodius eorum cultū omnibus oblata occaſione ſuaderent, vel potius vt cogerent, quemadmodum Galaaditæ, qui, vt quæritur apud Hoſeam. 6. Deus, armati expecta- *Hoſea 6.* bant in via tranſeuntes verſus Ieruſalem, vt adorarent verum Deum, & de conſilio ſacerdotum eos interficiebant, niſi ad vitulos adorandos pedem conuerterent: & de ſacerdotibus dicitur Hoſeæ 5. *Hoſea 5. 1.* Quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expanſum ſuper Tabor, & victimas declinaſtis in profundum: ſicut enim aucupes retibus aues capiebant ſuper Tabor, ita illi capiebant pergentes Ieroſolymam, vt redirent ad vitulos adorandos, Deoque ſeruire impediebant. Quos illi imitantur omnes, qui laqueos pedibus parant, & retia expandunt, verbis, aut exemplo retrahentes à Dei cultu pietatiſque exercitatione: ſed fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum.

Sterilitas ex culpa. 5 *Polluiſti.*] Hoc eſt, vt dixit Hieronymus, interfeciſti terram, & Chaldæus, condemnaſti terram, aut vt Tigurina vertit, effeciſti vt falleret terra, tuis idololatriis: quia videlicet idololatræ meruerant, vt terra eorum ſterilitate damnaretur, ac ſi ipſa in culpa fuiſſet. Verbum enim חנף hanaph ſignificat rem aliam ſpeciem præ ſe ferre quam ante habuerat. Vnde quod in hominibus ſcelera, hoc in terra faciunt ſcelerum punitiones, vt ſterilitates: propterea, Iſa. 24. 5. terra dicitur infecta, ſeu polluta ab *Iſ. 24 5.* habitatoribus ſuis, hoc eſt punita propter malitiā

inhabitantium io ea, Pſ.106.34. & hoc ipſo capite A dictum eſt. v.1. Nonne polluendo polluetur terra ipſa? hoc eſt, nonne damnahitur ſterilitate, aliiſq; malis, propter ſcelus commiſſum à fœmina repudiata? & infra v.9. Et facilitate fornicationis contaminauit terram, vel impiè agere fecit terrã, aut fuit cauſa ſterilitatis terræ. quem ſenſum indicat, dom ſubdit: Quamobrem probibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum, &c.

6 *Stellæ.*] Nomen רביב rabib ſignificat ſtillam guttam, aut imbrem aſſiduum lentè cadentem, nempe multiplicem à רבב rabab quod eſt multiplicare, qui decidit in Octobri ad ſemen fundendum: vt exponũt hîc Dauid Kimhi, & Iſidorus. Cũ
Pluuia duplex.
enim duæ ſint pluuiæ frugibus neceſſariæ, & temporaria menſe Octohri ad ſeminandum, & ſerotina menſe Martio ad fruges maturandas, quæ vtra- B
Deuter. 28. 12.
que in benedictionibus deſignator Deuteron. 28. 12. cum dicitur, Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tẽpore ſuo: & ſimiliter in maledictionibus vtriuſ-
Deut. 11. 17.
que negatio, ibidem, v.23. & Deut.11.17. Non male nomine ſtillarum intelligimus plouiam temporariam, vt ſerotinam nomine imbris ſerotini, qui bîc dicitur ob populi ſcelera prohibendus, vt tempore Eliæ propter idololatriam Achab, prohibi-
3 Reg. 17 1. Iacob. 5. 17
tus eſt tribus annis, & meoſibus ſex, vt legimus. 3. Regum.17. & Iacobi.5.

Adoleſcentia Iſraelis.
7 *Vocame.*] Hebræa ſic habent ad verbum: An non ex nunc vocabis me, pater mi, dux adoleſcentiæ meæ tu. & loquitur de exitu Iſraëlis de Ægypto, quem vocat eius adoleſcentiam, vt ſupra mõſtrauimus cap. 2. quando plebs illa nondum col- C tum exhiboerat idolis: nam de fornicaria dicitur,
Prou 2. 16. Iſ 65 16. Patris compellatio propria euangelij Ad Gal. 4 6.
Prou.2. Reliquit ducem pubertatis ſuæ. Quamuis autem hæc forma vocandi patrem Deum reperiatur in veteri illo ſeruorum ſtatu; raro tamen, vt hocloco & Iſaiæ 65.16. To pater noſter, & Abraham neſciuit nos. At poſtquam miſit Deus filium ſuum in corda noſtra clamantem, Abba pater, noo ſemel, aut iterum, ſed creberrima eſt hæc compellatio, vt pote ſtatui gratiæ, & filus Dei maximè conueniens.

8 *Perſeuerabis.*] Hebraicè hæc leguntur per tertiam perſonam futuri, ad hunc modum. Nunquid reſeruabit iram in ſeculum, ſi obſeruabit in finem?
Miſericordia D. in peccatores.
Suntque Dei verba de ſeipſo loquentis, & ſuam clementiam oſtendentis Nunquid, ait, Deus, qui ſuadet tibi, vt voces eum patrem, & tuæ ducem adoleſcentiæ, reſeruabit contra te iram in perpetuom, aut obſeruabit, nempe, tua peccata, in finẽ? vt exponũt Chaldæus, Vatablus, & Iſidorus, quod
Chryſoſtomus.
dixit Chryſoſtomus hunc locum referens Homil. 40. ad populum Antiochenum. Non meminit priorum, non eſt ſicut homo Deus, nec enim exprobrat præterita, dicens; quare tantum temporis diſtuliſti, &c. & homil.44. in Gen. Auidior, ait, eſt Deus, quã peccatores. Id quod Hom.68. in Matthæum exemplis comprobat Manaſſæ, & aliorum. Quare ad hunc ſenſum vulgatus reſpiciens, in eadem ſecunda perſona cum præcedentibus vertit, quaſi omnia ſint verba Dei, docentis populum ſibi ipſi dicere: Tu pater meus es, tu dux virginitatis meæ. non ergo reſeruahis contra me iram tuam in perpetuum, non perſeuerabis in vltione peccatorum meorum vſque in finem. Non eſt igitur ſenſus germanus Theodoreti, Lyræ, & Dionyſij, quod hæc ſint verba Dei ad plebem loquentis, hoc modo. Nunquid, ô Iuda, in perpetuom iratus recedes à me? nunquid in æternum cuſtodies hanc tuam peccandi volũtatem? Nam LXX. ſic vertẽtes, Num perſeuerabit in ſeculum? An ſeruabitur ad victoriam? ita exponit Theodoretus. Num perſeuerabit in ſeculum mendacium tuum, & verborũ illuſio? An putas per hæc ſuperiorem, & victricem te futuram, quia locuta es, & feciſti quod potuiſti? Verum nihil aliud his verbis ſignificatur, quam id quod ſæpe alias ſcriptura dicere ſolet Deo, vt Pſ.7.12. Nunquid iraſcetur per ſingulos dies? & Pſ. *Pſ.7.12.*
78.5. Vſque quo Domine, iraſcetis in finem? auertes faciem tuam à me. Pſ. 84. 6. Nunquid in æternum iraſceris nobis, aut extendes iram tuam à generatione in generationem? Pſ.102.9. Non in perpetuum iraſcetur, neque in æternum comminabitur. *Pſ.78 5. & 84. 6. & 102. 9.*

9 *Auerſatrix.*] De Iſraële & Iuda loquitur, quaſi de duabus ſororibus, quæ de vna Abrahæ, Iſaac, & Iacob ſunt ſtirpe generatæ, vt ait Hieronymus. Confert enim Iudam cum Iſraële, & ex collatione probat Iudam peiorem fuiſſe Iſraële. Vocat autem ſororem Iſraëlem משבה Meſubah auerſatricem, ſeu, vt alij vertunt, rebellem; Iudam vero, בגודה Bagodah præuaricatricem. Quæ duo nomina, quoniam non abſque ratione à Deo impoſita eſſe merito exiſtimamus, eam inueſtigare erit operæprecium. Pender autem præcipuè ex illius difficultatis ſolutione: fuerint ne Iſraëlitæ verè hæretici, aut apoſtatæ, apud quos nonquam fuerit vera religio, veruſque Dei cultus, & idcirco dicatur Iſraël auerſatrix? Iuda autem fuerit fidelis, habueritque, ac conſeruauerit verum Dei cultum: quamois ab eius volontate non ſemel deſciuerit, ideoque dicta ſit præuaricatrix? *Quæſtio an fuerit hæreticus populus Iſraeliticus.*
Nomine autem Iſraëlis intelligimus decem tribus, quæ à tempore Roboam ſe à Iuda ſeparauerunt, & permanſerunt vſque ad Oſeam, cuius tempore captiuæ ductæ ſunt: nam de his loquitur Ieremias, non de Samaritanis, qui à tempore Eſdræ vſque ad Chriſtum propriam hæreſim ſecuti ſunt: exiſtimantes Deum non fuiſſe Ieroſolymis adorandum, ſed in templo Garizim, neque ſacrificia offerenda; ideoque cum diuerſa admodum religione, ſibi pontificem à Ieroſolymitano diuerſum habebant, & circa Dei legem falſas opiniones, quæ proculdubio hæreticos illos reddebãt, vt ſatis colligitur ex colloquio Samaritanæ cum Chriſto, Ioan. 5. ex Eccleſiaſtici 50. cap. 28. & ex Ioſepho lib.12. Antiquit. c. 1. ad finem. & lib.13. c.6. Vnde Auguſtinus libro. 1. con- D tra Creſconiom Grammaticum c. 31. ſic ait: Nunquid apud Samaritanos circuncisus, ſi fieri tunc vellet Iudæus, poſſet iterum circuncidi? nonne illius hominis error corrigeretur, ſignaculum autem fidei agnitum probaretur? cur illa circuncisio apud hæreticos eſſe potuit, & hic baptiſmus apud hæreticos Chriſtianorum eſſe non potuit? De vniuerſo ergo populo Iſraëlitico quæſtio eſt, non de perſonis particularibos, quæ in vtroque populo piæ, ac fideles permanſerunt, vt Elias, Eliſeus, Tobias, & illa hominum ſeptem millia, quæ non curuauerunt genua ante Baal. Vtrum videlicet ita publicè idola culta fuerint, & vera Dei religio deſpecta, vt vniorſus popolus Iſraëliticus ſemper vnà cum affectu in errore falſo perſtiterit. Iuda vero, licet ex affectu peccauerit adorando idola, at non ſemper in falſa exiſtimatione permanſerit?
Iſraelis nomine quid accipiendum.
Eccli. 50. 28. Ioſephus Auguſt.

Augu-

Prior ſententia Auguſtini.

Auguſtino viſum eſt veram apud Iſraëlitas manſiſſe religionem, quamtumuis regnum fuerit diuiſum. Sic aſſerit lib. 17. de Ciuitate Dei ca. 21. his verbis: Cum voluiſſet Roboam tanquam tyrannidem diuiſæ illius partis bello perſequi, prohibitus eſt populus pugnare cum fratribus ſuis, dicente Deo per prophetam, ſe hoc feciſſe. Vnde apparet nullum in ea re, vel regis Iſraël, vel populi fuiſſe peccatum: ſed voluntatem Dei vindicantis impletam: qua cognita pars vtraque inter ſe pacata conquieuit: Non enim religionis, ſed regni fuerat facta diuiſio. & libro de vnitate eccleſiæ ca. 13. reſpondens ad Petilianum dicentem, ſe cum ſuis eſſe inſtar duarum tribuum fideles, ceteros omnes apoſtatas inſtar decem tribuum. Legant, ait, quæ dicunt prophetæ, peiorem fuiſſe Iudam, quia tam grauia fuere illius peccata, vt in eius comparatione Iſraël iuſta dicenda ſit. Nec huius tamen, vel illius peccata obfuerunt iuſtis, qui & hîc, & illic fuiſſe inueniuntur. Nam in Iſraël fuere ſancti prophetæ: ibi erat Elias, & Eliſæus, & illa ſeptem millia, quæ non curuauerunt genua ante Baal: ideo nequaquam pars illa populi tanquam hæreſis fuiſſe deputanda eſt. Deus enim eaſdem tribus iuſſerat ſeparari, non vt religio, ſed vt regnum diuideretur, & hoc modo vindicaretur in regnum Iuda. Deus autem núquam iubet ſchiſma, vel hæreſim fieri. Neque enim quia in orbe terrarum plerumque regna diuiduntur, ideo Chriſtiana vnitas diuiditur, cum in vtraque parte Catholica reperiatur eccleſia. Et in breuiculo collationum, collatione tertiæ diei, c. 9. De prophetis etiam, ait, quia dixerant Donatiſtæ in literis ſuis, non eos communicaſſe illis, in quos mala tanta dixerunt, reſponderunt Catholici, quod vnum templum fuerit, quo vniuerſi vtebantur: nec quemquã prophetarum conſtituiſſe ſibi aliud templum, ſacrificia, ſacerdotes, & libro ad Donatiſtas poſt collatio. cap. 20. Reſpondimus, ait, oſtendentes ipſos prophetas ſanctos cum iniquis, in vno templo, ſub eiſdem ſacerdotibus, inter eadem ſacramenta verſatos, nec tamen à malis fuiſſe pollutos. Quod ergo iuſſus eſt quidã propheta, nec panem manducare, nec aquam bibere in Samaria, quò miſſus fuerat, vt corriperet eos, qui vaccas conſtituerant adorandas, more idolorum Ægyptiorum; hoc omnino facere debuit quod præceperat dominus, vt eo modo eos corriperet. Neque enim in eccleſia non fit quotidie, quando eos, quos acrius corripimus, etiam ſi in eorum poſſeſſione ſumus, nihil ibi apud eos contingimus, vt ſentiant quantum eorum peccata doleamus. Nunquid etiam plebis diſceſſio facienda eſt? Nam in ipſa Samaria & Elias, & Eliſæus erant, & ſi ipſi in ſolitudine, non tamen deuitandorum ſacramentorum cauſa, ſed quia perſecutionem ab impiis regibus patiebantur. Nam illic erant, non vtique in ſolitudine ſeparata, ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genu ante Baal. Sic Auguſtinus, exiſtimans apud Iſraëlitas veram fuiſſe religionem, vera ſacrificia, & ſacramenta, ideoque nec fuiſſe apoſtatas, nec hæreticos.

Poſterior ſententia verior.

Verum ſententia Auguſtini non obſtante, cum aliis patribus, & ipſo quoque Auguſtino alio in loco, dicimus: Iſraëlitas, ex quo à regno Iudæ ſuũ remouere principatum, vna cum ipſo religionem diuiſiſſe, ac proinde hæreticos fuiſſe in vniuerſum loquendo, populum vero Iuda, & Beniamin non ſemper, ſed aliquando; & propterea Iſraëlem vocari rebellem, & auerſatricem, quod ſemper auerſatus ſit Deum verum, eiuſque verum cultum, Iudam vero præuaricatricem, quod à vero cultu in falſum quandoque deſciuerit. Sic aſſerit hîc Hieronymus; Loquitur, inquiens, ſub figura duarum ſororum, priorem auerſatricem, ſequentem præuaricatricem vocat, illa enim Deum penitus auerſata eſt, ſtatim adoratis in Dan, & Bethel vitulis aureis: iſta autem, apud quam erat templum, & veri Dei religio, imitatione germanæ, paulatim receſſit à Domino: & idcirco præuaricatrix dicitur. Hoc ipſum indicat Theodoretus, & Auguſtinus lib. 17. de ciuitate Dei cap. 23. Nam & illic, ait, licet longo minus quam in Iſraël, tamen extiterũt reges, qui ſuis impietatibus Deum grauiter offenderunt. Piorum ſanè regum merita ibi non parua laudantur: in Iſraël autem reges, alios magis, alios minus, omnes tamen reprobos legimus. Sic etiam Rabanus, & Iſidorus. Idque ſatis probatur ex libris Regum, & Paralipomenon, in quibus nullus Regum Iſraël ſcribitur, non fuiſſe imitatus idololatriam Ieroboam: vnde 4. Reg. 17. dicitur: Ambulauerunt filij Iſraël in vniuerſis peccatis Ieroboam, quæ fecerat, & non receſſerũt ab eis, vſquequo dominus auferret Iſraël à facie ſua: quod ipſum dicitur Eccleſiaſtici 48. cap. v. 16. De Iuda vero conſtat ex hiſtoria Regum Iuda, præuaricatum fuiſſe cum ſuis regibus, præſertim poſt captos Iſraelitas. Vnde Eccleſiaſtici 49. 5. dicitur: Præter Dauid, & Ezechiam, & Ioſiam, omnes peccatum commiſerunt: nam reliquerunt legem altiſſimi reges Iuda, & contempſerunt timorem Dei; conſtituerunt enim in templo ſtatuam Baal, vt ait Hieronymus, quam Ezechiel. 8. capite vocat idolum: & Manaſſes 4. Reg. 21. extruxit aras in domo Domini, & extruxit altaria vniuerſæ militiæ cæli in duobus atriis templi domini, poſuitque idolum luci, quem fecerat in templo domini, & peccare fecit Iudam in immunditiis ſuis, id quod & alij reges fecerunt: quamuis apud eos cum regno vera remanſerit religio, ſicut verum templum. Præterea, quia certa fuit, & conſtans opinio apud Iudæos eccleſiam incluſam fuiſſe in regno Dauidis, ita vt diuidi ipſum non poſſet abſque religionis diuiſione. Nam ideo dicitur in Pſ. 77. v. 67. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus. & v. 74. Et repulit tabernaculum Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit. Repulit enim Deus tribum Ephraim, ne in ea ſacerdotium, & regnum collocaret, at in tribu Iuda, & in Sion regni ſedem, Templique conſtituit, propter Chriſtum è tribu illa naſciturum, extra quem locum à Deo electum, 3. Reg. 9. & 2. Paral. 7. non poterat exhiberi cultus ille externus ſacrificiorum, iuxta Domini præceptum, Leuit. 17. & Deuter. 12. Vnde Ieroboam, 3. Regum. 12. quia videbat vero Dei cultu permanente Ieroſolymis, regnum ſuum permanere non poſſe, duos illos aureos [illegible]os fecit, in Dan, & Bethel, & cultum nouum inſtituit, ſacerdotes, & leuitas ex profanis ſeque Pontificem, nam ſuper altare thura poſuit, prohibuit Iſraëlem pergere Ieroſolymã ad adorandum Deum. Vnde cæpit verum Dei cultum auerſari: idcirco probatur pro regno Dauidis, tanquam ſine quo non poſſet vera eccleſia per-

Hieronymus. Theodoretus. Auguſt. 4. Reg. 17. Eccl. 48. 16. Eccl. 49. 5. Ezech. 8. 4. Reg. 21. 4. Pſal. 77. 67. 74. Regnum cum religione in tribu Iuda. 3. Reg. 9. 3. 2. Para. 7. 12. Leu. 17. 4. Deuter. 12. 6. 3. Reg. 12. 26.

Pſ. 7. & 86 & 108. Theod. Gen. 49. 10.

manere, vt licet videre in Pſalmis 77. 89. & 108. atque ita affirmat Theodoretus in Pſ. 131. Orant, inquiens, pij, ne Dauidis genus, & regnum extinguatur. Atque huc reſpiciens Iacob Geneſ. 49. 10. dixit, Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt: quia videlicet ablato ſceptro de Iuda, ſimul abolendus erat cultus ille priſcus, vt abolitus eſt veniente Chriſto ſub Herode alienigena. Similiter porrò accidit in eccleſia Romana, propter quod dixit Optatus Mileuitanus libr. 3. contra Parmenia. non eſſe Rempublicam in eccleſia, ſed eccleſiam in Republica. hoc eſt, in imperio Romano. eo ſenſu, quo ex antiquioribus multi locum illum Pauli. 2. ad Teſſalon. 2. Ne quis vos ſeducat vllo modo, quoniam niſi venerit diſceſſio primum, & reuelatus fuerit homo peccati: ſunt interpretati de vaſtatione Romani imperij, quam mox ſecuturus eſt Antichriſtus, vt dixerunt Tertull. in Apologetico cap. 32. & 39. & lib. ad Scapulam. c. 2. Lactantius lib. 7. c. 25. Ambroſius ſuper locum Pauli. Hieronymus epiſtola, 151. ad Algaſiam q. 11. & epiſtola ad Gerontiam, videns vrbem à Gotbis captam, propè eſſe dixit Antichriſtum. Et demum Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 19. Propterea in eccleſia fuere ſemper ſolennes preces pro imperij conſeruatione, tum quod ex ea penderet eccleſiæ amplificatio, ſecundum Euſebium lib. 3. de demonſtratione. c. 9. ad finem. Ambroſium ſuper Pſ. 46. & Prudentium lib. 2. contra Symmachum: tum vt eccleſia permaneret, quod imperio pereunte mox putabant venturum Antichriſtum, & eccleſiam cum mundo finem habituram. Ex quibus ſat fit manifeſtum, quantum conducat Regum, Principũque in pietate, probiſque moribus profectus, ne populus vniuerſus corruat, verumque cultum deſerat, vt fecit ſemper auerſatrix Iſrael, ſecuta impios reges, qui imitati ſunt Ieroboã: & præuaricatrix Iuda, quæ ſororis moribus imbuta etiam ipſa à Deo receſſit. Vnde & vtriuſque regnum meruit iure optimo deſtrui.

Eccleſia eſt in Republ. quod ſit Optatus 2. ad Teſſal. 2. 3. Tertull. Lactan. Ambr. Hieron August. Preces pro Imperatore in eccleſia. Euſeb. Ambr. Pruden.

10 *Montem.*] Gentium mores imitatus Iſraël in malum ſuum, in montium verticibus, ad fluminum, & fontium capita, & ſub arboribus dijs ſacris aras, delubraq; dedicabat. Quorum Virgilius meminit. 8. Æneidos, de Capitolij ſitu ſcribens ad hunc modum, Hoc nemus, hunc frondoſo vertice collem, (Quis Deus, incertum eſt) habitat Deus, Arcades ipſum credunt ſe vidiſſe Iouem. & de Arboribus Egloga. 7. Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iacho, formoſæ myrthus Veneri, ſua laurea Phœbo. Hanc conſuetudinem ſecuti filij Iſrael Hoſeæ 4. ſuper capita montium ſacrificabant, & ſubtus quercum, & populum, & therebinthum, quia bona erat vmbra eius, hîcque cõfirmat Ieremias factum à Iudæis cõtra Dei præceptum, Deuter. 12. iubentis: Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas poſſeſſuri eſtis, Deos ſuos, ſuper montes excelſos, & colles, & ſubter omne lignum frondoſum; diſſipate aras earum, & confringite ſtatuas, lucos igne comburite. At quæres fortaſſe, num Ieremias, ceterique prophetæ in hęc loca excelſa inuehantur, quod exiſtimarint à Deo fuiſſe vetita, quod noluerit in eis idola coli, an etiam quod noluerit in eis vera ſacrificia fieri, ob amouendas occaſiones idola colendi? Reſpondetur hoc extremum fuiſſe etiam à Deo prohibitum: noluit enim Deus, ſibi etiam in locis excelſis ſacrificari, niſi in loco, vbi ſita erat Arca, aut Tabernaculum, & tandem in Templo, ne in montibus, aut collibus, qui adeo procliues erant ad idola colenda, nacti occaſionem, eis cultum exhiberent, vt ſæpe fecerunt. Vnde Deuter. 12. 13. dicit, Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in eo, quem elegerit dominus in vna tribuum tuarum. Statim enim ac loca religionis diſtinguebantur, religionis vnitas diuerſa putabatur: vt arbitrati ſunt filij Iſraël, cum nouerunt Rubenitas, & Gaditas vltra Iordanem ædificaſſe altare infinitæ magnitudinis, Ioſuæ 22. cum tamen illud non erexiſſent vt ſacrificarent, quod Dei præcepto repugnare exiſtimabant. Atque ita ſine diſpẽſatione diuina erecta fuiſſe altaria, vel à Samuele in Ramatha, 1. Reg. 7. & Bethlehem, 1. Regum 16. vel à Dauide in area Ornan, 1. Paral. 21. vel ab Elia in monte Carmelo, 3. Regum 18. vel ab Iſraëlitis, quæ deſtructa quæritur Elias, 3. Reg. 19. 14. nõ eſt credendum. Quam cum non habuiſſent multi ex Regibus Iuda, de quibus alioqui dicitur, vt de Ioſaphat, 3. Reg. 22. 43. Fecit quod rectum erat in conſpectu domini, idcirco de huius præcepti trãſgreſſione notantur, cum ſubditur: Veruntamen excelſa non abſtulit, adhuc enim populus ſacrificabat, & adolebat incenſum in excelſis. Quod quia perfectè ſoli tres reges obſeruauerunt, propterea dixit Eccleſiaſticus, c. 49. 5. Præter Dauid, & Ezechiam, & Ioſiam omnes peccatum commiſerunt. Nam Dauid in excelſis non immolauit, vt patet ex 3. Reg. 3. vbi v. 3. de Salomone dicitur, Dilexit autem Salomon dominum, ambulans in præceptis Dauid patris ſui, excepto quod in excelſis immolabat, & accendebat Thimiama: Ezechias autem, & Ioſias excelſa abſtulerunt, vt dicitur, 4. Reg. 18. & 23. Tanquam certius igitur tenendum eſt cum Abulenſi, q. 2. & 5. ſuper. 2. caput lib. 3. Regum, nemini licuiſſe, etiam vero Deo in excelſis ſacrificare: rationem autem fuiſſe vt vnitas religionis conſeruaretur integra, & dus populus non immolaret more gentium: quod merito reprehendunt prophetæ, & præſertim noſter Ieremias.

Virgil. Mos gentiũ colendi Deum in montibus. Hoſea 4. 13. Deut. 12. 2. Quæſtio num vetitum Iudæis in montibus ſacrificare. Deuter. 12. 13. Religionis vnitas ex vno pẽdebat loco. Ioſ. 22. 10. Altaria extra tabernaculũ, aut templum abſque diſpenſatione non erecta. 1. Reg. 7. 17. 1 Reg. 16 5. 1 Para. 21. 18. 1 Reg. 18. 30. 3 Reg. 19. 14. 3. Reg. 22. 43. Eccl. 49. 5. 3. Reg. 33. 4. Reg. 18 4. 4 Reg. 23 5. Abulenſis.

11 *Vidit.*] Sententia hæc ſic ad verbum transfertur ex Hebræo: Et vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda; & vidit quod propter omnes cauſas, quibus fornicata eſt auerſatrix Iſraël, dimiſi eam, & dedi libellum repudiorum eius ei, & non timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius. Quibus verbis, licet idem ſenſus contineatur, qui explicatus eſt à vulgato: verum circunſtantia quædam impudentioris animi Iuda declaratur. Nam Iuda viderat quicquid fecerat Deus cum Iſraële, nihil enim illam latebat idque animaduertebat Deus, nempe vidiſſe Iudam quod Deus attento, & conſiderato animo puniiſſet Iſraëlem, quo timorem incuteret Iudæ, quæ cum & pœnam, & animum puniendi vidiſſet, nihilominus ſibi non timuit, nec deſtitit ab incepto: quod grauiſſimum facit eius peccatum.

Grauitas peccati Iudæ.

12 *Iuſtificauit.*] Grauius peccaſſe Iudam quam Iſraëlem, præter domini teſtimonium, quo id hoc loco teſtificatur, cum omnium interpretum intelligentia, Hieronymi hîc, & c. 11. & Auguſtini lib. de vnitate eccleſiæ, c. 13. & ceterorum: ſic etiam affirmat apud Ezechie. 16. 48. Deus; Viuo ego dicit dominus, quia non fecit Sodoma ſoror tua, & filiæ eius, ſicut feciſti tu, & filię tuæ: & Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, ſed

Hieron August. Ezech. 16. 48.

vicisti

viciſti eas ſceleribus tuis,& iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es. & c. 23. vbi cōparatur Ieruſalem vocata Ooliba cum Oolla Samaria, & v. 11. dicitur, quod cum vidiſſet ſoror eius Ooliba, pluſquam illa inſaniuit libidine,& fornicationem ſuam ſuper fornicationem ſororis ſuæ præbuit. At qua ratione grauiora cenſenda ſont peccata Iudæ, cum in Iuda longè minus, quàm in Iſraël reges peccauerint, vt dixit Auguſtinus lib. decimo ſeptimo de Ciuit. Dei, cap. 23. Reſpoodetur non hîc comparari peccata Iudæ cum peccatis Iſraëlis quoad numerum: cum certum ſit multo plura fuiſſe peccata Iſraëlitarū, qui & ipſi fuere idololatræ,& omnes eorū reges fuere reprobi: ſed quoad grauitatem. Erat autem peccatū idolatriæ Iudæ grauiſſimum,& animi valde ingrati index, multis ex cauſis: tum ex maiori luce, & cognitione veritatis, quam à ſacerdotibos, ac prophetis accipiebant: tum ea ſummis beneficiis Iudæ,& non Iſraëli collatis: nam in Iuda poſuit Deus ſceptrum, & regnum, regeſque piiſſimos, ſacerdotium, & templum: tum demum quod cum vidiſſet Iſraëli à Deo inflicta ſupplicia ob eadem ipſa peccata, alieno periculo, non deſtitit peccare: cuius rationis hîc præcipoè meminit Ieremias, cum dixit. Et vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda. & Ezech. c. 23. nā relato ſopplicio Iſraëlis, addidit verſu. 11. Quod cum vidiſſet ſoror eius Ooliba pluſquā illa inſaniuit: auxit eiam ſcelera ſua poſt captiuitatem decem tribuū, tempore præſertim Manaſſæ. Punierat enim Iſraëlem, vt timorem incuteret Iudæ, quam tenerrimè amabat Deus. Vnde Hoſeæ 4.15. dixit, Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda: quem videlicet ſemper meis beneficiis mihi magis deuinxi. Igitur ex miſericordia Dei fuit quod mitius punitus fuerit Iuda exilio 70. annorū, quā Iſrael, qui cum leuius peccaſſet perpetuo exilio mulctat⁹ fuit: vt ipſe Deus dixit Hoſeæ 1.6. Nō addam vltra miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorū, & domui Iuda miſerebor,& ſaluabo eos in domino Deo ſoo. Quod totum Chriſto debebāt ex tribu Iuda naſcituro, propter quem tantis beneficiis tribum illam affecit Deus: tanto poſtea deterius perituram, quanto prius magis dilecta fuerat, iuxta illud Pauli ad Hebræos 6.7. Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo; proferens autem ſpinas, ac tribolos reproba eſt, & maledicto proxima, cuius conſumatio in combuſtionem.

Ezech. 23. 11. — *Quæſtio Iuda cur grauius peccauerit quam Iſrael.* — *Auguſt.* — *Ezech. 23 11.* — *Hoſea. 4.15.* — *Hoſea. 1.6.* — *Deo carior Iuda quā Iſrael propter Chriſtū.* — *Heb. 6 7*

13 *Vade.*] Hominum Deus imitatus affectus, qui ſi rectâ aliqoid aſſequi non poſſunt, alterius id tentant æmulatione: inuitat Iſraëlem ad pœnitētiam, vt ad eam capeſsēdam prouocet Iudam,& qui habebat ad vltionem fulmina, natura ad mititatem vrgente, curabat vt amaretur, Ieremiam faciens mediatorem, Vade,& clama, vt docet Chryſoſtomus Homil. de Adam, & pœnitentia. Putat autem R. Salomon, reipſa miſſum Ieremiam, profectumque ad terram Aſſyriorum, apud quos decem tribus tenebantur captiuæ. Hugoni autem, & Lyræ videtur vero ſimilius miſſum Ieremiam ad Iſraëlitas, qui aufugerant manus Aſſyriorum, remanſerantque in terra Iſraël, vt refertur 2. Paralip. 30. Nam Iſraël regio erat Aquilonaris reſpectu Ieruſalem. Aliis videtur iuſſum eſſe Ieremiam, vel ipſum ire, vel alios mittere ad Iſraëlitas, viros probos, qoi ſermone, aut literis notam eis facerent hanc domini voluntatem, vt fecit rex Exechias. 2. Paralipomenon 30. mittens curſores, qui illos reducerent, & vocarent Ieroſolymam. Comprobat autem hanc ſententiam verbum קרא Karatha, quod auctore Hieronymo,& voca, & clama,& lege ſignificat. Vnde Aquila,& Symmachus, clamita tranſtulerunt, Septuaginta & Theodotio, lege, quaſi dixiſſet, fac clamitari, aut legi, aut fac perferri hos ſermones ad Aquilonem, vt omnes ibi morantes nouerint locum eſſe clementiæ, ſi reſipoerint. Sed Dionyſio, & Iſidoro videtur certios, neque ad Aſſyrios, neque ad Iſraëlem miſſum Ieremiam, ſed iuſſum tantum conuertere faciem ad Iſraëlem, eum inuitans, quaſi admonendo,& comminando Iudæ, niſi vellet reſipiſcere, abiturum ſe ad Iſraëlem, & ad ſe adducturum, vt ab eo coleretur, Iuda repudiato ac deſerto: vt iuſſit Ezechieli capite 21.2. Fili hominis, pone faciem tuam ad Ieruſalem, & ſtilla ad Sanctuaria,& propheta contra humum Iſraël. Hac enim ratione ſatis nota fit Iudæ mens Dei, volentis eum ad æmolationem prouocare, ſicut prophetæ, & Chriſtus ſæpè comminabantur Iudæis, ipſis repolſis gentes admittendas, admonentes vt ſtarent, ſibique cauerent, ne alij coronam eorum acciperent.

Æmulatione prouocat ad pœnitētiam. Deus. Chryſ. — *2. Par. 30. 1. 12.* — *Ezech. 21.2.* — *Matth. 21. 43.* — *Apocal. 3 11.*

14 *Aquilonem.*] Hieronymus, Rabanus,& Hugo exiſtimant ſermonem hunc fieri ad duas tribus apud Chaldæos captiuas: & ad decem tribus in Aſſyria exulantes, earumque prædici reuerſionem. S. Thomas, & Vatablus putant ad decem tribus inſtitui ſermooem, quæ rediture erant ex ſpirituali captiuitate poſt annunciatum euangelium, vt Vatablus exponit. Lyræ, ac Dionyſio videtur verius ad Iſraëlem, hoc eſt ad decem tribus captiuas, non ad duas ſermonem haberi: tum quia ſolæ decem tribus captiuæ tenebantur apud Aſſyrios Aquilonares, quando in diebus Ioſiæ hæc indicta ſunt Ieremiæ, doabus tribubus adhuc in Iudæa morantibos: tum quia, vt ſoperius notauimus numero. 9. notatione nominis Auerſatricis, quo vocat nuoc Iſraëlem, decem tribus diſtinguit à tribu Iuda, quam vocat præuaricatricem: tum demum quia volebat Deus ex æmulatione Iſraëlis prouocare ad reſipiſcentiam Iudam, & ad conuerſionem ex idolatria. Quod conſueuit facere Deus cum his, qui renuunt perfectè agere, ioxta illud Deut. 32. 21. quod refert Paulus ad Rom. cap. decimo, ver. decimo oooo. Et ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos, hoc eſt, faciam vt præ inuidia dirumpantur eorum viſcera: ea propter Samoelem dono prophetico, & honore extollebat Deus, vt ad æmulationē prouocaret Eli, vti dixerat illi Deus. lib. 1. Reg. c. 2. v. triceſimo ſecundo, Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuerſis proſperis Iſraël: quo non leoi æmulationis ſupplicio ſolet Deus vel ſegnes diligentiores efficere, & rebelles ad bonam frugem reuocare.

Deuter. 32. 21. — *Ad Rom. 10. 19.* — *1 Reg 2. 32.* — *Æmulatio diligentiorem facit.*

15 *Sanctus.*] Hebraicum nomen חסיד Haſir, qood vulgatus, ſanctum, vertit, Septuaginta, ceterique interpretes tranſtulerunt, miſericordem, vt etiam Pſ. 145. 17. Et miſericors in omnibus operib⁹ ſuis. Significat autem beneficū,

Pſ. 145. 17.

qui pio eſt in homines affectu, qui ſuam gratiam, & benignitatem in homines effundit, & beneuolè reſpiciat miſerrimos quoſque, vnde naſcitur, vt non in perpetuum iraſcatur, neque in æternum comminetur, ſed dat timētibus ſe ſignificationem vt fugiant à facie arcus.

Pſ. 101. 9. Pſ. 59. 2.

16 *Vias tuas.*] Sæpe via pro ratione, aut ſtudio alicuius rei acquirendæ ſolet accipi. S. Thomas, Hugo, & Dionyſius, pro viis ipſis, quas ingrediebantur, ſumunt, vt ad diuerſa idola colenda pergerent, iuxta illud, 2. cap. Vide vias tuas in conualle. Diſperſerunt enim, aut diuiſerunt, ſeu aperuerunt diuerſas vias, quibus ad idola pergeretur. Melius Lyra per vias pedes intelligit, quibus procedebatur: loquitur enim ſub metaphora meretricis paratæ diuidere pedes ſuos cuicumque fornicario, iuxta illud Ezech. 16. Diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti: quo ſignificetur ardens ſtudium idola colendi eiſque placendi.

Ier. 2. 23. Ezech. 16. 25.

17 *Conuertimini.*] Sermonem hîc fieri cum decem tribubus reuerſuris exiſtimat Vatablus, veriſimiliter, tum quia videtur Ieremias, ſermonem proſequi inchoatum, quum iuſſus eſt ire ad Aquilonem ad Iſraëlitas, & dicere: Reuertere auerſatrix Iſraël; vnde eodem nomine eos vocat, cum dicit, Filij reuertentes, ſeu rebelles: tum quia cum loquatur, vt omnes indicant, de captiuorum reditu, & duæ tribus nondum fuiſſent hoc tempore captæ, verè autem decem, de his, non de illis loqui prophetam neceſſe eſt. Verum cum duabus tantum tribubus inſtitui ſermonem, communior, ac verior ſententia eſt, quibuſcum actum eſt in principio capitis, ſub parabola vxoris dimiſſæ à viro, dato ei libello repudij. Nam poſtquam locutus eſt Ieremias cum Iſraële apud Aquilonem commorante, redit ad Iudam quicum eſt illi ſermo præcipuus, & proſequēs parabolam ſupradictam, inquit: Vos igitur filij rebelles, qui meliori iure, hoc nomen meretis, quia eſtis obfirmati animi, & à me omnino auerſi, conuertimini à veſtra idololatria, deſerite amatores, Deos nempe falſos, quibus coniuncti eſtis, quoſque coluiſtis, quia ego ſum vir veſter, maritus ſponſuſque dilectiſſimus: à quo, accepto libello repudij receſſiſtis, qui adeo veſtram ſalutem exopto, vt ſi vel vnus, aut alter voluerit ad me venire, ego ſuſcipiam eum libentiſſimè, & collocabo in Sion eccleſia mea.

Ad duas tribus fit ſermo

Dubium tamen eſt de quo tempore hoc vaticinium contexatur. Quidam, quos refert Hieronymus, hunc locum explicant de extremis temporibus, quando omnis Iſraël ſaluus fiet, ad Romanos 11. Sed huic obſtat, quod illis temporibus non poſſint omnia, quæ hîc dicuntur, accommodari: præſertim illud, Aſſumā vnum de ciuitate, & duos de cognatione: tunc enim, non vnus, aut duo, ſed omnis Iſraël ſaluus fiet. Theodoretus, Hugo, & S. Thomas, & Hebræi, quorum meminit Hieronymus, exiſtimant loqui hîc Ieremiam de reditu populi Iudaici è Babylone, quia in eo omnia, quæ hîc dicuntur accidiſſe probatur: nam in primis pauci è duabus tribubus rediere: reliquis amore terræ, agrorum, & opum, quas ibi acquiſierant, detentis; dati ſunt illis paſtores Ieſus, Zorobabel, Aggeus, Zacharias, & Eſdras, qui pauerunt eos ſcientia legis & doctrina. Deinde arca per omne tempus ſequens caruere: multi etiam ex gentibus veniebant Ieroſolymam ad adorandū in templo, & reges munera mittebant, vt legitur. 1. Mach. 3. & in reditu Iudæi, præſertim, qui vixerant in Media cum Daniele, inuitabant ad redeundum Iſraëlitas ibi exulantes, aut per literas monebant datam per Cyrum redeundi facultatem. Imo cum Cyrus 2. Paral. 36. & 1. Eſdræ. 1. ſcripſit ad omnia regna ſua, inter quæ erant Aſſyria, & Chaldæa, haud dubium, vrgentibus Iudæis, vt quicunque vellet, rediret è captiuitate, profectò & Iſraëlitæ ad id ſunt inuitati: atque ita cum Iudæis non pauci rediere. Veruntamen quamuis hæc figuratè quidem ſub Cyro, & Zorobahele in reditu è Babilone contigerint, vt fatetur Theodoretus; at reipſa hoc vaticinium eſſe de tempore Chriſti, & negocio euangelico omnes ferè confitentur interpretes, Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo etiam, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, & omnes Hebræi, vt refert Vata. inter quos eſt R. Salomon adductus à Lyra. Eodem modo intellexit Euſeb. lib. 2. de Demonſtr. euangelica. Demonſtr. 54. Sūtque multa, quæ ita cogunt ſentire. In primis, quod hîc non fiat ſermo de reditu duarum tribuum è Babylone, ſed ex idololatria, vt Hugo & Iſidorus affirmant: cum tunc non vnus, aut duo, ſed quadraginta duo millia, trecenti ſexaginta, exceptis ſeruis, & ancillis, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem, vt refertur. 1. Eſdræ 2. 64. redierint, vniuerſa videlicet domus Iuda. Deinde quia loquitur de tempore, quo arca erat deſpicienda, quod ante aduentum Chriſti non contigit, per quem cultus ille priſcus cum arca ipſa abolitus eſt. Et demum quia loquitur de tempore, quo congregandæ promittuntur omnes gētes, audito nomine domini, relicta cordis ſui prauitate, quod euangelij tempori, non legis, vlla ratione, conuenit. Rectè igitur expoſuimus locum hunc de conuerſione Iudęorum ad Chriſti fidem, qui daturus erat paſtores Apoſtolos, qui paſcerent euangelio, quorum vni Petro dixit, Ioan. 21. Simon Ioannis, diligis me? Paſce oues meas: quando videlicet creſcente numero diſcipulorum, paulatim ſepulta eſt ſynagoga, & gentes cæperunt in eccleſiam admitti.

Quæſtio de quo tempore ſit intelligenda hæc promiſſio. Ad Rom. 11. 26. 1. Mac. 3. 2. Paral. 36. 22. 1. Eſdræ. 1. 1. Vera expoſitio. Euſeb. Ioan. 21. 15.

18 *Vir veſter.*] Chriſtum hæc loqui putant Lyra, Dion. & Vata. qui futurus erat vir, aut ſponſus eccleſię, iuxta illud Hoſeę. 2. In die illa dicit domin⁹, vocabit me vir meus, & non vocabit vltra Baalim: & addit, Et ſpōſabo te mihi in fide. & hoc quidem bene, ſi perſona prima præteriti בעלתי Baalthi verteretur per futurū, vt verterunt Lxx. dicētes; Quia ego dominabor vobis. & Tigurina, & Vata. Et ego connubium vobiſcum cōciliabo, aut, Nā ego futurus ſum ſponſus veſter. Sed quia pręteritum eſt, idem valens, ſecundum Hieronymum, quod, Ego dominator veſter, aut ſecundū Pagninū, Ego dominatus ſum vobis, aut Ego poſſedi vos, & habui tanquā vir, & ſponſus. quod eſt dicere, ego vir veſter, aut maritus veſter ſum, ideo melius ſecūdum Theod. Hugonem, & alios accipiemus hęc vt verba Dei, qui per legem dominatus eſt, & factus vir Iſraëlitici populi, quem in principio comparauit vxori dimiſſæ, vt diximus, qui polliceatur ad ſe reuertentibus bona per Chriſtum adducenda.

Hoſee. 2. 16.

19 *Multiplicati.*] Tempus deſignat, quo penitus abolendus erat, poſt ritè denunciatum euangeliū, & auctam eccleſiam, omnis ille cultus veterum cęremoniarum, quem arcæ nomine, quæ legem continebat, intelligunt Hieron. Rab. Hugo, Lyra, Dionyſius, Vata. & Iſidorus, quando, vt ſcolaſtico more loquamur, omnia illa vetera ſacramenta nō ſolum mortua erant, ſed etiam mortifera, quia ſine culpa, obſeruari non poterant cum euangelio,

Cultus legis quando abolendus.

vt

Auguſt. D. Thomas.

vt optimè probauit Auguſtinus epiſtola 19. ad A Hieronymum: quem ſecutus eſt D. Thomas. 12. q.103. articulo 4. præſertim ad primum.

20 *Nec fiet.*] Suppoſitum illius verbo, fiet, cum dicitur, nec fiet vltra, Lyra, Dionyſius, & Vatablus, faciunt arcam, quia nulla alia noua erat extruenda. Chaldæus tamen, & iterum Vatablus exponũt, nec fiet vltra quicquam tale, nempe non erit opus arcam in bellum deferre, pro victoria adipiſcenda. quod dixit Chaldæus, nec venient in ea amplius prælia: indicat autem tantam vbique pacem futuram, vt non ſit neceſſe arcam deferre, vt factũ eſt. 1. Regum. 4.3. Sunt denique alij, qui verbum fiet, abſolutè pro ſacrificabitur accipiant: vt dicat, Non vltra offeretur, aut ſacrificabitur coram arca: quia omnis vetus ille ritus erat ceſſaturus.

1 Reg. 4. 3.

B Probat autem hunc ſenſum quod Hebreum verbum עשה Ah, ah, quod hîc vertitur fiet, facere ſignificat, in ea ſignificatione, in qua & latinum facere, & Græcum ergazomæ, ſolent quandoque accipi pro offerre, ſeu ſacrificare: vt apud Virgiliũ Egloga. 3. Cũ faciam vitola pro frugibus ipſe venito. ſic Exodi. 10. 25. ait Moyſes, hoſtias quoque & holocauſta dabis nobis, quæ faciamus domino. Leuit. 15. 15. Sumet duos turtures aut duos pullos columbæ, dabitque eos ſacerdoti, qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum. idem leges Leuit. 16.9. Numerorum 6.11. & 8. 12. quibus in locis idem eſt verbum Hebræum, quo hîc vſus eſt Ieremias. Tũ illud Chriſti, Luc. 22.19. Hoc facite in meam commemorationem, pro ſacrificate accipiunt aliqui. Nihilominus quocunque explices, modo inueſtigate neceſſe eſt, num ita ceſſaturus prædicatur veros ille ritus, vt arca nuſquã C repetiunda ſit, nec viſendã. vel certè de quo tempore loquatur Ieremias, de tempore ſecundi templi poſt reditum e Babilone, an de tempore aduentus Chriſti, tam prioris, quam poſterioris.

Facere pro ſacrificare. Exod. 10. 25. Leuit. 15. 15. Leuit. 16. 9. Num. 6. 11. & 8. 12. Luca 22.19.

Quæſtio quando arca deſierit eſſe. 2. Machab. 2. 6.

Quibuſdam viſum eſt poſſe non ineptè intelligi Ieremiam locutum de tempore ſecundi templi, quo nulla arca fuit, nec illa reperta eſt, quam abſconderat Ieremias, vt dicitur. 2. Machab. 2. nec eo tempore completa fuit Ieremiæ prophetia, qua dixit eo loco, Ignotus erit locus donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat, & tunc dominus oſtendet hæc, & apparebit maieſtas domini, & nubes erit. ſicut & Moyſi manifeſtabatur, & ſicut cum Salomon petiit, vt locus ſanctificaretur magno Deo, vt fatentur Lyra, & Carthuſianus in eum locum, & probat Abulen. q. 2. & 14. D ſuper 25. Exodi, & Deut. 10. q. 2. & 2. Paral. 5. q. 27. Idipſum affirmant Galatinus lib. 4. de arcanis Catholicæ veritatis c. 9. Porchetus. 1. P. victoriæ aduerſus Hebtæos c. 7. Geneb. li. 2. Chronographię è ſententia Hebræorum. Idque conſtat manifeſtè ex 2. Machab. 2. vbi poſt relatam Ieremiæ prophetiam v. 18. additur: Speramus quod cito noſtri miſerebitur: & congregabit de ſub cælo in locum ſanctum; quo ſignificant, nondum impletam eam prophetiam. Denique Ioſephus lib. 6. de bello Iudaico c. 6. deſcribens omnia, quæ erãt in templo, nihil prurſus ait fuiſſe in intimis, quę Sãcta Sãctorum vocabantur. & lib. 7. de triũpho Titi loquẽs, c. 24. cum[…]:grã referat quæ in triumpho reportabantur, Eminebant, inquit, ea quæ apud Ieroſolymam in templo reperta ſunt, m[…]ſa aurea ponderis talenti magni, & candelabrum ſimiliter, poſthæc autem portabatur lex Iudæorum nouiſſima

Abul.

Galat. Porchetus. Genebrardus 2 Machab. 2. 18 Ioſephus

ſpoliorum; nullamque arcæ facit mentionem. Ex his ergo certum cum ſit eo tempore nullam fuiſſe arcam, de eo loqui Ieremiam eſt conſentaneum. Verum licet ſit magis certum à tempore ſecundi templi nullam fuiſſe arcam Iudæis, tamen Ieremias non dicit hîc nullam futuram, ſed nullam rationem de illa habendam fore, etiam ſi reperta fuiſſet: quia vt diximus, de cultu veteri abrogando loquitur, non in arcæ ſignificato.

Arca non fuit poſt templum ſecundũ.

Alijs videtur Ieremiam non fuiſſe locutum de tempore ſecundi templi, quo multis probatur arcam fuiſſe apud Iudæos, vel veterem, vt vult Dauid Kimhi, vel nouam aliam, quam fecerunt, vt aſſerit Hugo. & in primis Eſdras auctor fuit librorum Paral. poſt reditum è Babilone, & lib. 2. c. 5. 10. de arca poſita in templo Salomonis dicit, Fuit itaque arca ibi vſque in præſentem diem, id eſt, vſque ad ſecundũ templum, in ſpecu quadam in pauimento Sancti Sanctorum abſcondita, vt ait Dauid Kimhi. reperta fortaſſe poſt reditum è Babilone iuxta alteram Ieremiæ prophetiam iam dictam qui vt dicitur 2. Machab. 2. in monte Nebo eam in ſpelunca incluſerat, vbi de congregatione populi poſt reditum è Babylone loquitur, quia tempore euangelij nullum eſt tabernaculum, nulla arca, nuſquam maieſtas domini viſibilis apparuit, vt Muſi, & Salumoni, nec aliud tempus inuenimus cui illa prophetia poſſit conuenire. Imo & Tertullianus id ipſum vt verum ſupponit in libro de Corona militis c. 9. cũ inquit: Puto nec ipſum Dei templum, nec arca teſtamenti, nec tabernaculum martyrij, nec candelabrum, quibus vtique & in prima dedicationis ſolennitate, & in ſecunda reſtitutionis gratulatione competiſſet coronari, ſi dignum Deo eſſet. Quin & Petrus Comeſtor in hiſtoria ſcolaſtica in 3. caput Iudith, pro certo refert Chriſti tempore arcam fuiſſe in templo, & inter ſpolia à Romanis cum menſa, & candelabro Romam delatam, ſuoque tempore conſtitutam ſub altari Lateranenſis Eccleſiæ. Id quod fatetur Hugo de arca conſtructa poſt reditum è Babylone, non de facta à Moſe. Et quidem licet ſententia hæc vera ſit, ratio tamen, qua probat, infirmo nititur fundamento: quia vt iam diximus in præcedẽti ſententia, tempore 2. templi nulla arca fuit. Vnde Dauidẽ Kimhi refutat Abulenſis. 2. Paral. 5. q. 27. & explicat locũ illum, Fuit arca ibi vſque in præſentem diem: dicens, hoc dictum eſſe Ahiæ Siloniтis, aut Ado videntis, quorum fit mentio 2. Paral. 9. ex quibus collegit libros illos Eſdras, & vixere tempore Ieroboam, quo arca erat in templo Salomonis. Similiter refutat q. 2. ſuper 25. Exodi, hiſtoriam ſcolaſticam.

Altera ſententia.

2. Par. 5. 10.

2. Machab. 2. 5.

Tertull.

Comeſtor.

Abul.

2 Par. 9. 29.

Verum igitur ſententia eſt loqui Ieremiam de tempore prioris Chriſti aduentus, vſque ad conſummationem ſæculi, quo nulla ratio habetur de arca, quod attinet ad cultũ, & cæremonias, nec haberetur etiã ſi Romę nunc fuiſſet. Non enim loquitur de arca ipſa, quatenus res erat veteris legis, quæ iam obſoleuit, ſed de ipſa legis obſeruantia, in arca ſignificata, quæ iam nulla eſt, nec erit vltra; & prob[…]tur: quia de tempore ſecundi templi non poteſt intelligi, in quo magni habita fuiſſet arca ſi reperiretur, cum omni illo veteri cultu, qui tunc vigebat: quæque ad victorias de hoſtibus reportandas, bellaque ſedanda non modicum proiuiſſet. Nec de tempore poſterioris aduentus Chriſti, quia licet eo tempore ſit Ieremiæ altera

Vera ſententia.

Arca in 2. Chriſti aduētu manifeſtāda. Doroth. Epiph. Ap.11.3.

propbetia implenda de arcæ apparitione, vt multorum auctoritate firmatum eſt, Dorothei Tyri epiſcopi in ſynopſi de vita, & morte prophetarū, Epiphanij in lib. de eadem re, in vita Ieremiæ, & Petri Comeſtoris, in c.3. Iudi. cum nonnullis recētioribus, qui cum Elia, & Enoch teſtibus præordinatis à Deo, Apoc.11. putant arcam manifeſtandam, ſed non vt colatur, ſed in teſtimonium, vt Iudæi eo hamo capiantur, & ad credendum ſanctis viris inducantur: tunc enim neque arcæ, neq; cultus antiqui vlla habebitur ratio, quia Chriſti cultus euangelicus tunc vſque ad finem perdurabit. De priori ergo Chriſti aduentu, vt iam diximus ſupra num.17. bæc intelligenda ſunt proculdubio.

B

Ezech. 43.7. 2. Machab.3.

21 *Ieruſalem.*] Hugo, & S. Thomas ipſam vrbem Ieruſalem intelligunt, cuius nomen Deus celebre fecit poſt reditum è Babilone, vt prædixit etiam Ezechiel. c.43. Locus ſolij mei, & locus veſtigiorū pedum meorum, vbi babito in medio filiorum Iſraël in æternum, & completū legimus. 2. Machab. 3. conueniebant enim in Ieruſalem omnes gentes ex vniuerſa terra. Nam ſicut anno illo, quo deſcēdit ſpiritus ſanctus in Apoſtolos Actuum. 2. conuenit multitudo ex omni natione, ita per ſuperiores annos illic conueniſſe credendum eſt, nec vltra ambulauerūt poſt prauitatem cordis ſui, quia, vt ait Hugo, à reditu è Babilone non coluerunt idola. Hieronymus tamen, Rabanus, Hugo item, Lyra, Dionyſius, Vatablus & Iſidorus ſpiritualem Ieruſalem intelligunt, hoc eſt eccleſiam Chriſti, ad quam confluunt omnes gentes in nomine domini inuocato. Sed melius eſt vt intelligamus, vt

Act 2.5

C

inſinuat Theodoretus, vrbem ipſam Ieruſalem, quatenus in ea dominus Ieſus conſedit, & ex ea miſit Apoſtolos ad Euangelium enunciandum: vnde mater Eccleſiæ dicitur, & fons gratiæ euangelicæ: nam de Sion exiuit lex, & verbum domini de Ieruſalem: ad quam, tanquam ad matrem, & principem confluebant vndique, & ipſi Apoſtoli, & gentes ab eis conuerſæ, vt nomen domini venerarentur.

Is.2.3.

22 *Iuda.*] Theodoretus, Hugo, & S. Thomas hæc intelligunt de reditu è Babilone, quando ſimul filij Iuda, & filij Iſraël rediere ad poſſidendam terram patribus eorum promiſſam, nempe hi Iſraëlitæ, qui fugerant manus Aſſyriorum, & Iudæis ſe miſcuerant, vt explicat Hugo: vel omnes Iſraëlitæ, quos omnes, Theodoretus, & S. Thomas putant rediiſſe, propter verba c.50. In tempore illo,

D

Ier. 50. 4.

ait dominus, venient filij Iſraël, ipſi & filij Iuda ſimul, quæ eo loco explicabimus. Melius tamen Hieronymus, Rabanus, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus hæc ſpiritualiter intelligunt: quia ex Iudæis conuerſis ituri erant aliqui ad Iſraëlitas per vniuerſum orbem diſperſos, & in frigore ſuæ incredulitatis obrigentes, ac in terra Aquilonari peccati degentes, & ad eccleſiam adducturi, vt bonis omnibus ſpiritualibus, eorum patribus promiſſis, fruerentur: quamuis Lyra, & Dionyſius velint aliquos Apoſtolos ex tribu Iuda miſſos ad terram Aquilonarem, & conuerſos ex Iſraëlitis duxiſſe ad terram cæleſtis Ieruſalem, bene ſecundum Chriſtum viuentibus promiſſam. Fit autem alluſio ad terram Aquilonis, in qua filij Iuda, & filij Iſraël captiui fuere, & ad terrā promiſſionis, de qua Hier. ep.129. ſcripſit, ad quam rediere.

A

23 *Quomodo.*] Admirantis verba ſunt hæc, & coram proponentis magnam bonorum copiam, & præcipuè filiorū: quo alliciat Deus filios Iuda ad reſipiſcentiam. & Theodoretus quidem, Hugo, & S. Thomas bæc explicant de tempore poſt reditū è Babilone: quando filij Iſraël reducti ad terram præclaram, iuxta illud Pſ.15. Funes ceciderunt mihi in præclaris, & Pſ.105. Pro nihilo babuerūt terram deſiderabilem, ſunt valdę multiplicari, quam ſanè omnes exercitus gentium deſiderabant, propter ſummas eius delicias, & idcirco eam expugnabant, & agrediebantur, vt ſibi caperent. Lyra vero, Dionyſius, & Vatablus de gloria cæleſti exponunt, terra exercituum gentium, quæ ſunt turba magna, quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gētibus, tribubus, & linguis, vt dicitur Apocalypſis 7.9. vel nomine exercituum, angelos intelligit, qui duces gentium, cuſtodeſque ſunt cōſtituti. Verùm germanior eſt intelligentia Hieronymi, Rabani, & Iſidori, de acceſſione filiorum ad fidem Chriſti conuerſorum, qui venturi erant ad terram eccleſiæ deſiderabilem, & glorioſam copioſa gentium multitudine, inſtar illius montis præparati in vertice montium, Iſa.2. & Micheæ 4. ad quem confluxuræ erant omnes gentes, dicētes: Venite aſcendamus in montem domini, & ad domum Dei Iacob. Nuſquam autē in ſcriptura terra promiſſa vocatur bæreditas præclara exercituum gentium, atque adeo nec boc loco ita vocāda eſt. Quæ verba ſic ex Hebræo vertuntur. Hæreditas deſiderij, vel concupiſcentiæ exercituum gentiū, hoc eſt, gentium multitudini deſiderabilis, aut cōcupiſcibilis, digna, quam gentes expetant, & concupiſcant. Septuaginta verterunt, Hæreditatē Dei omnipotentis gentium. Theodotion ſignificantius trāſtulit, Hæreditatem fortitudinis robuſtiſſimi gentium: per quem Chriſtum vult intelligi Hieronymus, qui ductor, ac Dominus eſt gentiū vniuerſarum, nomini eius, paſſionique credentium. Sed eccleſiam deſignari iam ſupra diximus, cuius fundator, & auctor Chriſtus eſt.

Pſ 15.6. Pſ.105.24.

Ap.7.9.

Eccleſia Chriſti incrementum prædicitur. Iſ.2.2. Michea 4.2.

24 *Patrem.*] Communis eſt interpretum expoſitio, hæc eſſe Dei verba populum bortantis, vt deſerat idololatriam, & ſe vt patrem ſequatur, & colat, ſuamque legem obſeruet, ſi velit tantis bonis promiſſis potiri. & eſſe hanc intelligentiam veram, probat, quod ſtatim queritur ſe fuiſſe contemptū. Hieronymus tamen, Rabanus, & Lyra, ac ſi verba ſint Chriſti exponunt, docentis fidem, moreſque Iudæorum, qui eum ſunt ſecuturi: oſtendit enim modū, quo filij Dei eſſent efficiēdi, nēpe ſi Deū vt patrē colerēt, Chriſtūq; eius, moribus imitarētur.

Patris compellatio temporis gratia.

25 *Dominus.*] Dei verba cum Iudæis temporis Ieremiæ loquentis, hęc eſſe qui paſſi non ſunt tot beneficiis, & promiſſionibus deuinciri, vt deſererent idololatriam, quam tantopere diligebant, indicant Theodoretus, Hugo, S. Thomas, & Vatablus, quaſi diceret: Oſtēdi plebi huic, modum quo poſſet ad me venire, at ipſa tenuit, mea monita deſpiciendo, ſuamque idolatriam ſectando. Hieronymus tamen, Rabanus, Lyra, & Dionyſius volūt eſſe Chriſti verba à Iudæis contempti, & in crucem acti, qui tamen eis erat vt dilectus vir, ac ſocius dulciſſimus.

Deus ſe à Iudæis contemptū queritur.

26. *Vox in viis.*] Mutat perſonas Deus mutaris affectibus, vt deſiderium exprimat, quo tenetur videndi plebem ſuam reſipiſcentem, & ad ſe venientem, atque ita inducit ſe iam audientem fletus, & eiulatus pœnitentium de male

Dei conſiliū ad reſipiſcentiam inducentis.

ante

ante acta vita, vt explicant Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, & Hugo, & confirmat hunc ſenſum lectio ex Hebræo, quæ ſic habet ſecundum Pagninum: Vox ſuper excelſa audita eſt, fletus deprecationum filiorum Iſraël, quia iniquam fecerunt viam ſuam: iuxta Lxx. vero: Vox enim procedens ex labiis eiulantium audita eſt, ac deprecationis filiorum Iſraël. Nam Hebræum nomen שפיים Sephaiim, ſi ש habeat punctum in ſiniſtro cornu, ſignificat labiũ, vt legère Lxx. ſi vero in dextro, ſignificat vias, colles, & excelſa, aut vertices, nam ad excelſa aſcendere ſolebant, quo liberius preces funderent, voceſque contenderent clamore plenas, iuxta illud Ierem. 31. Vox in excelſo audita eſt lamentationis, luctus, & fletus. (*Ierem. 31.15.*) Lyra, & Dionyſius putant eſſe verba Iudæorum, cum à Romanis captiui ducebantur, quod Chriſtum crucifixiſſent. Hugo, Iudæorum euntium Babilonem, cum vrbe combuſta ducebantur à Chaldæis. Alij de Iudæis exponunt pœnitentibus quod Chriſtum deſpexiſſent, & abieciſſent: quales illi fuere, qui Actuum 2.37. compuncti corde dixere: Quid faciemus viri fratres? ad quos Petrus, Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine domini Ieſu. (*Actuũ 2.37.*) Sed primum ſenſum eſſe germaniorem oſtendunt quæ ſequuntur.

27 *Conuertimini.*] Hæc eſſe Dei verba hortãtis populum, quicum agebat Ieremias, vt ad ſe conuerteretur, putãt Theodoretus, Hugo, & S. Thomas. Peccatum enim, quod reprehendit eſt idololatria, quæ vſque ad 2. templum, non poſtea, viguit in Iudæis. Hieronymus tamen eadem verba explicans, ſupra poſita verſu. 14. Rabanus, Lyra, & Vatablus, exiſtimant eſſe verba Chriſti inuitantis Iudæos ad reſipiſcentiam, præſertim expertos calamitates per Romanos inflictas. (*Chriſtus inuitat ad reſipiſcentiã.*)

28 *Reuertentes.*] Quia hoc eſt participium ab eo ipſo verbo deductum, à quo nomen illud Iſraelis, auerſatrix, & alterũ, auerſiones, ’deſumptum eſt, neceſſariò in malam partem accipi debet, & verti, filij rebelles, vt Pagninus, & Vatablus verterunt; aut filij, qui vos obfirmatis ne conuertamini, vt Chaldæus; vel Apoſtatæ, vt Lxx. Fortè melius verteretur, leues corde, inconſtantes, qui facile ad vomitum redeunt, nunquam in Dei pietate perſiſtẽtes: vagos vocat Tigurina, vt vulgatus, reuertentes. vulgo voltizos, aut tornadizos appellamus. Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, in bonam partem exponunt, filij reuertentes, pœnitentes, qui ad Deum veſtrum reuertimini. Hugo etiã & S. Thomas explicãt, qui ex captiuitate eſtis reuerſuri.

29 *Auerſiones.*] Nomeo Meſuboth ab illo verbo deductum, ſignificat, auerſiones, vt vulgatus, & Hieronymus, & Tigurina verterunt, ſeu rebelliones, vt vertunt Pagninus, & Vatab. ſeu conuerſiones, vt Symmachus. Solent autem Lxx. & vulgatus vertere, contritiones, vt hîc, & Pſ. 146. Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorũ. (*P. 146 3.*) Quia enim contritio confractio eſt alicuius corporis partis, metaphoricẽs ſignificat confractionem cordis, & animi, quando quis aduerſæ rei occurrenti cedit, corque illi dilaniandum tradit, qui ſi cedat peccato alicui vim inferenti, concutitur mens, conteritur, & confringitur: vnde vulnus peccari remanet. atque hinc Iſa. 61. dixit veniſſe Chriſtum, vt mederetur contritis corde. (*Iſa 61 1.*) Symmachus, & Theodotio dixerunt, ad alliganda vulnera peccatorum. Eſt ergo auerſio, ſeu cõtritio, peccatum, præſertim illud, in quod quis facile relabitur, quoque rebellis fit Deo, quale Iudæis erat idololatria. Sanabo ergo, ait, auerſiones veſtras, hoc eſt, peccata veſtra condonabo.

30 *Ecce.*] Non ſolum pollicetur ſanitatem, inquit Theodoretus, ſed quibus verbis vti debeant, docet Deus. Abuegamus errorem, execramur ſeruitium dæmonum, te ſolum ſcimus dominum, ac Deum, ex idolatria enim nihil emolumenti prouenit, imo damni multum. Nam confuſio, id eſt, cultus idolorum, qui confudit nos, fuit cauſa cur omnes patres noſtri ab exitu de Ægypto cum ſuis rebus omnibus fuerint à Deo vaſtati, ac puniti: (*Peccati damna.*) vel vt exponit Theodoretus, omnia bona ſua inſumpſerunt in cultu idolorum, vſque ad filius, & filias, quos illis adolebant. Nam quod de peccato idolatriæ loquatur, aſſerunt Theodoretus, Hugo, S. Thomas, & Vatablus, & ipſa verba ſatis oſtendũt: vnde Pagninus vertit, Baal conſumpſit labores patrum noſtrorum, ’qui latinè confuſio interpretatur, iuxta illud Pſ. 96. confundantur omnes, qui adorant ſculptilia. (*Pſ 97.7*) Quamuis Hieronymus, Rabanus, Lyra, & Dionyſius de peccato in Chriſtum commiſſo explicent, propter quod Iudæi cum bonis ſuis omnibus periere. Dicunt autem in eo pudore, & confuſione ſe iaciturος, vt qui in lecto veſte ſtragula ſolent cooperiri, iuxta illud Pſ. 108. 29. Operiantur ſicut diploide confuſione ſua: (*Pſ 108. 29.*) verè namque pœnitentium eſt agnoſcere peccata cõmiſſa, & eo pudore propter illa affici, vt vultũ corã Deo gerant demiſſum, & animũ contritum, & verecundũ, quoniam nullũ fructum ſentiũt ſe habere in his ad Rom. 6. in quibus nunc erubeſcunt. (*Pœnitẽtis conditio. Ad Rom 6. 21.*)

CAPVT QVARTVM.

1 SI reuerteris Iſrael, ait domi-
nus, ad me conuertere: ſi ab-
ſtuleris ’ offendicula tua à fa-
cie mea, non commouebe-
2 ris. |Et[1] iurabis: Viuit domi-
nus in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia: &
[4] benedicent eum gentes, ipſumque lauda-
3 bunt.| Hæc enim dicit dominus viro Iuda,
& Ieruſalem: Nouate vobis nouale, & no-
4 lite ſerere ſuper ſpinas: |circumcidimini do-

PARAPHRASIS.

1 *SI reuerſus fueris, ô Iſrael, ad me, dicit dominus: ſi ad me, inquam, conuerſus fueris, ſi abominanda idola abſtuleris è conſpectu meo, non duceris captiuus è terra tua. Et ſi iuraueris, viuit dominus, ad confirmandam rem veram, ſeriam, & iuſtam, exemplo tuo efficies, vt tuam iurandi rationem gentes imitantes, pro benedictione, ac ſumma laude habeant tibi aſſimilari. Sic enim dicit dominus vobis, ô viri Iuda, & ciues Ieruſalem. ’ Arate agrũ*

cordis veſtri, & ſpinis, ſentibuſque expurgate, ne ſuper ſpinas noua virtutum ſemina effundatis. Circumcidite vos propter me, & aufferte de cordibus veſtris præputia improborum affectuum, ne ſi contra feceritis, excandeſcat vt ignis furor meus, & ita ſuccendatur, vt non valeat extingui, id ſtudiorum veſtrorum peruerſitate poſtulante. Admoneatur Iuda, moneantur Ieroſolymitæ, vt alloquantur omnes, & tubæ ſonitu præparent terram vniuerſam, clament [6] fortiter, & dicant. Congregamini propter bellum imminens, & ad tutum locum munitarum ciuitatum confugiamus, extollite vexillum in arce Sion, vt omnes noverint bellum imminere, & ſibi caueant: [7] Congregamini in vrbes fortes, ne ſtetis. Quia è Chaldæa ego excito [8] Nabuchodonoſorem, qui inferat vobis ingentem cladem. En aſcendit de latibulo ſuo, quaſi leo: proficiſcitur iam prædo gentium, egreſſus eſt de loco ſuo, vt terram veſtram redigat in ſolitudinem, & vrbes veſtras abſque habitatore relinquat. Vel propter hoc vos ſaccis induite, plangite, & vlulate, quia furor iræ meæ non recedit à vobis. Tanta enim huius ſtragis tempore calamitas accidet, vt concidat cor [9] Sedeciæ regis, ac principum, obſtupeſcant ſacerdotes, & prophetæ conſternantur. Quibus auditis dicebam ego: Ah, ah domine Deus, ſi mala hæc, vt minaris, futura ſunt, [10] cur tandem permiſiſti falſos prophetas illudere miſeræ plebi, & ciuibus Ieruſalem, dicentes illis, Pax erit vobis, nunc vero ecce gladium ad animã vſque penetrantem. Nã in illo tempore nunciandum eſt populo huic, & ciuibus Ieruſalem.[11] Nabuchodonoſor veniet per vias deſerti, tanquam ventus vrens, rectà tendens ad populum Ieroſolymitanum, non quidem ad eum ventilandum, aut repurgandum, ſed vehementiori, plenioríque vi ſpiritus, quam vt ad hæc opus ſit, veniet, vt ſcilicet omnia penitus adurat. [12] Ego interim eos increpabo, & pœnas, quas laturi ſunt proponam eis: Ecce, inquiens, exercitus Nabuchodonoſoris, quaſi tenebroſa nubes aſcendet, & currus eius vt procelloſa tempeſtas, equi eius velociores ſunt aquilis. Væ nobis quia iam in prædam dati ſumus. Ablue à malitia cor tuum, ô Ieruſalem, ſi vis ſaluari, nam quouſque tandem morabuntur in te noxiæ cogitationes? Conſule tibi, nam iam audire videor vocem annunciantis Nabuchodonoſoris aduentum à plaga [13] Dan, vocem notum facientis aduentare idololatras, de monte Ephraim.[14] Dicite gentibus Iudæis, perueniſſe famam vſque ad Ieruſalem, aduentare milites à cuſtodia Nabuchodonoſoris de terra longinqua, qui infremunt contra ciuitates Iuda, & tam diligenter obſidebunt vrbem, & munitionibus cingent, vt non tam aduerſarios eſſe putes, quam agrorum cuſtodes; & merito quidem ad has anguſtias redigetur, quia ad iracundiam prouocauit me Deum ſuum Ieruſalem. Studia tua, & cogitationes tuæ peſſimæ, hæc tanta mala adducent tibi. Hæc tua calamitas, tua tibi culpa inflicta, quia dura futura eſt, non leniter attinget te, ſed vſque ad cordis intima penetrabit. [15] Viſcera mea lacerantur, venter meus grauiter dolet ob

mino, & auferte præputia cordium veſtro-
rum viri Iuda, & habitatores Ieruſalem: ne
fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, &
ſuccendatur, & non ſit qui extinguat, pro-
pter malitiam cogitationum veſtrarũ.‖ An- 5
nunciate in Iuda, & in Ieruſalem auditum
facite: loquimini, & canite tuba in terra: cla-
mate [6] fortiter, & dicite: Congregamini, &
ingrediamur ciuitates munitas, ‖ leuate ſi- 6
gnum in Sion.[7] Confortamini, nolite ſtare,
quia malum ego [8] adduco ab Aquilone, &
contritionem magnam. ‖ Aſcendit leo de 7
cubili ſuo, & prædo gentiũ ſe leuauit: egreſ-
ſus eſt de loco ſuo vt ponat terram tuam in
ſolitudinem: ciuitates tuæ vaſtabuntur, re-
manentes abſque habitatore. ‖ Super hoc 8
accingite vos ciliciis, plangite & vlulate,
quia non eſt auerſa ira furoris domini à no-
bis. ‖ Et erit in die illa, dicit dominus: Peri- 9
bit cor [9] regis, & cor principum: & obſtu-
peſcent ſacerdotes, & prophetæ conſterna-
bũtur. ‖ Et dixi: Heu, heu, heu domine Deus, 10
ergóne [10] decepiſti populum iſtum & Ieru-
ſalem, dicens: Pax erit vobis: & ecce perue-
nit gladius vſque ad animam? ‖ In tempore 11
illo dicetur populo huic & Ieruſalẽ: [11] Ven-
tus vrens in viis, quæ ſunt in deſerto viæ filiæ
populi mei, non ad ventilandum, & ad pur-
gandum. ‖ Spiritus plenus ex his veniet mi- 12
hi: & nunc [12] ego loquar iudicia mea cum
eis. ‖ Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi 13
tempeſtas currus eius: velociores aquilis
equi illius: Væ nobis quoniã vaſtati ſumus.
‖ Laua à malitia cor tuum Ieruſalem, vt ſal- 14
ua fias: vſquequo morabuntur in te cogita-
tiones noxiæ? ‖ Vox enim annunciantis à 15
[13] Dan, & notum facientis idolum de mon-
te Ephraim.[14] ‖ Dicite gentibus: Ecce audi- 16
tum eſt in Ieruſalem cuſtodes venire de
terra longinqua, & dare ſuper ciuitates Iu-
da vocem ſuam. ‖ Quaſi cuſtodes agrorum 17
facti ſunt ſuper eam in gyro: quia me ad
iracundiam prouocauit, dicit Dominus.
‖ Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt 18
hæc tibi: iſta malitia tua, quia amara, quia
tetigit cor tuum.[15] ‖ Ventrem meum, ven- 19
trem meum doleo, ſenſus cordis mei tur-
bati ſunt in me: non tacebo quoniam
vocem buccinæ audiuit anima mea, cla-
morem prælij. ‖ [16] Contritio ſuper contri- 20
tionem vocata eſt, & vaſtata eſt omnis
terra: repentè vaſtata ſunt [17] tabernacu-
la mea, ſubitò pelles meæ. ‖ Vſquequo vi- 21
debo [18] fugientem, audiam vocem buc-
cinæ? ‖ Quia ſtultus populus meus me 22
non cognouit; filij inſipientes ſunt, &
vecordes; ſapientes ſunt vt faciant mala,
bene autem facere neſcierunt. ‖ Aſpexi 23

[19] terram

[19] terram,& ecce vacua erat, & nihili:& cœ-
24 los,& non erat lux in eis. ‖ Vidi montes, &
ecce mouebantur:& omnes colles contur-
25 bati ſunt.‖ Intuitus ſum, & non erat homo:
26 & omne volatile cæli receſſit.‖ Aſpexi, &
ecce [20] Carmelus deſertus : & omnes vrbes
eius deſtructæ ſunt à facie Domini , & à fa-
27 cie iræ furoris eius.‖ Hæc enim dicit Domi-
nus: Deſerta erit omnis terra: ſed tamen
28 [21] conſummationem non faciam. ‖ Lugebit
terra: & mœrebunt cæli deſuper : eo quòd
locutus ſum,cogitaui, & non pœnituit me,
29 nec auerſus ſum ab eo. ‖ A voce equitis, &
mittentis ſagittam fugit omnis ciuitas : in-
greſſi ſunt ardua, & aſcenderunt rupes:vni-
uerſæ vrbes derelictæ ſunt, & non habitat
30 in eis homo.‖ Tu autem vaſtata quid facies?
[23] cum veſtieris te coccino,cum ornata fue-
ris monili aureo, & pinxeris ſtibio oculos
tuos, fruſtra componeris : contempſerunt
te [24] amatores tui , animam tuam quærent.
31 ‖Vocem enim quaſi parturientis audiui,an-
guſtias vt puerperæ: Vox filiæ Sion [25] inter-
morientis, expandentiſque manus ſuas: Væ
mihi , quia defecit anima mea propter [26] in-
terfectos.

grauia mala populo meo impendentia ; & cor meum tumultuatur intra me ; non tacebo tantam calamitatem, quia iam audire videor buccinæ clangorem prælíique fremitum, vna [16] contritio alteri ſuccedet, vniuerſa enim terra vaſtitati ſubiicietur. Subito [17] vrbes munitæ , tabernaculorum inſtar, & cortinarum è pellibus confectarum ab hoſte depopulabuntur. Cur patiar videre [18] fugientes ,audire buccinæ clangorem? Quia ſtultus populus meus Deum non cognouit. Filij inſipientes ſunt, filij vecordes , ſapientes certè ſunt ad malefaciēdū,ad benefaciendū vero prorſus ignari. Iā videor mihi videre [19] terrā hanc vacuam , nihil in ſe habentem , cœlos ipſos offuſos tenebris , montes quoque , perdita ſua ſtabilitate moueri, colleſque conturbari. Circunſpexi terram , & neminē hominum offendi , ſed ne vllam auem potui inuenire. Quin & [20] Carmelus ipſe mons adeo fertilis, quaſi deſertum mihi viſus eſt , omneſque vrbes deſtructæ, ob grauem furoris domini iram , quem populus ſuis ſcelerib9 excitauit. Hæc enim dicit dominus: Deſerta fiet terra hæc vniuerſa,ſed [21] nō funditus perdetur. Terra quidem præ ſquallore lugere videbitur, & cœli mœrorem inducere, quia eius quod minatus ſum, menteque mea decreui non me pœnitebit,nec diſcedam à mea ſententia. A voce equitis , & ab arcu ſagittas iacientis fugient ciues vniuerſi,in ardua [22] nemora abdent ſeſe , & in rupes aſcendent, omnis ciuitas derelicta manebit ,nec erit vel vnus habitans in ea. Tu verò, o Ieruſalem, cùm vaſtata fueris, quid facies? [23] Quæ modo induis te coccino, & monili aureo ornas te, quæ pingis ſtibio oculos tuos, vt amicos compares tibi : fruſtra componis te. Contemnent te [24] amatores tui , & nihil aliud quærent quam tuam vitam perdere. Vocem tui quaſi parturientis videor audire , anguſtias vt eius , quæ primum experitur puerperium: Vocem , inquam, filiæ Sion [25] intermorientis,manuſque expandentis, ac dicentis:Væ mihi , quia defecit anima mea propter filios meos [26] interfectos.

ARGVMENTVM.

INVITAT dominus populum ad reſipiſcentiam , niſi ſupplicium captiuitatis , & vaſtitatis Ieruſalem, & totius regni per Nabuchodonoſorem velint experiri.

COMMENTARIVS.

1 SI *reuerteritis.*] Reperitur hoc loco 2ª perſona ſingularis futuri bis. תשוב taſubâ verbo שוב ſub quod ſignificat reſipiſcere,auerti, conuerti , quieſcere,ſeu habitare,eruere, aut liberare,iuxta quas varias ſignificationes verba hæc multis modis explicantur. Nam primò,quoniam in calce ſuperioris capitis præmiſſa fuerat populo reſipiſcētia,monet eū De9 modo,vt ex corde cōuertatur,hac ratione. Si reuerſus fueris,ô Iſrael , conuertere ad me ex corde,& non labiis tantū. Sic explicāt Hiero. Rab. Hug.S.Tho.& Dion. iuxta illud Iſa.21. Si quæritis quærite,conuertimini,&venite:atq; hunc ſenſum innuit Chaldæus, dicens: Si conuerteris Iſrael ad cultū meum,acceptabilis erit conuerſio tua, antequam ſignetur ſententia tua: hoc eſt cōuertere dū tēpus habes,& proderit tibi. Sed præmiſimus, hîc in Hebræo duplex futurum legi,in ſecunda perſona paſſiua,& nō imperatiuum. Secundò,Hieron. exponens verſionem Lxx. dicentium, Si conuerſus fuerit Iſrael ad me conuertetur,Raba. Hugo, & S. Tho.prius verbum,reuerteris,accipiunt vt ſignificet auerſionem,ſeu conuerſionem à culpa ; poſterius verò à pœna, hoc modo : Si reuerſus fueris , ô Iſrael,ab idololatria , conuerteris , ſeu reduceris è captiuitate. Sed quia hac expoſitione parum promittitur pœnitentibus, vt nihilominus captiui abducantur,licet reducēdi; & quia in ſequenti verſu, illo verbo, non cōmoueberis, oppoſitum promittitur , nempe non ducendū populum captiuum. Ideò tertiò Varablus poſterius verbum pro quieſcere, ſeu tranquillè agere accipit,hac ratione. Si reuerſus fueris ad me , ô Iſrael , agens pœnitentiā, apud me quieſces,ſeu habitabis, frueris pace , nec captiuus duceris . & poteſt hic ſenſus lectioni vulgati accōmodari ſic:Si Iſrael reuerſus fueris reſipiſcēdo,ad me cōuertêre,id eſt,apud me ages,mihi curæ eris , ne ab hoſtibus capiaris; ego te ſub meum ſuſcipiam patrocinium. Reſpondent enim

Iſa. 21. 12.

A ſibi hæc duo futura, ad me cōuertere, & non commoueberis. Verum quartò, facilius particula, ſi, repeti poteſt ante vtrumque futurum, manente oratione ſuſpenſa, vt exponit Iſidorus: & conuenit optimè lectioni vulgati, hoc modo. Si reuerteris, ô Iſrael, ait dominus, ſi ad me conuertêre, ſi abſtuleris offendicula tua à facie mea, non cōmoueberis. Atque ita vtrobique manet ſecunda perſona futuri paſſiui indicantis modi, & in eadem ſignificatione, vt diximus eſſe in Hebræo.

2 *Offendicula.*] Offendiculorum nomine Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, & ſanctus Thomas intelligunt idola, quamuis Lyra, & Dion. peccata in vniuerſum exponant. promittit autem ſi ex corde conuertatur, non migraturū populum in captiuitatem: vt omnes verbum illud, nō com- B moueberis, explicant; iuxta illud Threnorum, 1. Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt: hoc eſt, non potuit in terra ſua conſiſtere.

Thr.1.8

3 *Iurabis.*] Promittit Deus Iſraelitis tranquillam vitam, & bonorum affluentiam, ſi idola obliti, eorum cultum in Dei veri cultum commutauerint: idque oſtenderint, ſi non per idola, ſed per ipſum iurent Deum viuum; vt exponunt Hieronymus, & Theodoretus cum reliquis. Hoc enim erat legis veteris iuramentum, vt notat Hieronymus, in odium mortuorum deorū, per quos idololatræ iurabant, viuo Deo relicto.

Quaſt. Vtrum iuramētum per mittatur tantum, an præcipiatur.

Dubium tamē eſt, propter Sanctorum dicta magis, quam ob rem ipſam difficile: vtrum cum hoc loco dicitur, Et iurabis, viuit dominus, ex permiſſione tantum concedatur iurare, an potius præci- C piatur. Sunt ex ſactis interpretibus non pauci, qui aſſerunt, Iudæis fuiſſe quidem illicitum iurare: permiſſum tamen per Deum verum iurare, tāquam minus malum, ne grauius quid committerent iurādo per idola. Huius ſententiæ ſunt Chryſoſtomus, homil. 17. in Matth. Hieronymus hoc loco, & in 5. capur Matth. Æcumenius in verba Iacobi 5. Nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, & Euthymius in cap. 5. Mat. vbi ſic ait Hieronymus, Iudæi iurare permittebātur in Deū, non quod rectè hoc facerent, ſed quod melius eſſet id Deo exhibere, quam dæmonibus; euangelica autem veritas non recipit iuramentum, cum omnis ſermo fidelis pro iureiurando ſit.

1. ſententia, permiſſum Iudæis iuramentum vt minus malum. Chryſ. Hieron. Æcum. Euthy.

Sunt alij ſecundò, quibus videtur iurare in veteri lege inter legalia præcepta fuiſſe contentum: atque ita ceſſaſſe cum cæteris, per legem euangelicam. Sic D Æcumenius, & Euthymius locis dictis, & Theophylactus in 5. cap. Mat. vbi ſic ait. Porro ſi dixeris quod & lex Moyſis mala erit, quia iurare iubet; diſce quod tunc non erat malum iurare; poſt Chriſtum autem, malum eſt, ſicut & circumcidi, & in ſumma quicquid eſt iudicium.

2. ſententia fuiſſe legale præceptum. Æcum. Euthy. Theop.

Sunt tertiò alij, quibus videtur licuiſſe Iudæis tāquam imperfectis iurare, at per Euangelium omnino prohibitum: tum quod perfectiores perfectiora deceant præcepta; tum vt omnino occaſiones remoueantur peierandi. Sic ſentiunt Hilarius in cano. 4. in Matth. Ambroſ. ſuper Pſalm. 118. ſermo. Baſilius homil. 1. Pſalm. 14. Theodor. hîc, & Chromatius Aquileienſis Epiſcopus in cap. 5. Matth. Secuti ſunt autem hanc ſententiam hi patres, quod exiſtimauerint à Chriſto Mat. 5. quodcunque iuramentum omnino fuiſſe prohibitum, vel tanquam ex ſe malum; permiſſum tamen olim Iudæis tan- A quam minus malum: vel quod ceſſauerit, vt cetera legalia, vel tanquam minus bonum, & quid imperfectius. Quam etiam fuiſſe Chriſti mentem interpretantur Origenes tract. 35. in Matthæum, Athanaſius ſermone de paſſione, & cruce domini, Epiphanius hæreſi 19. contra Oſſenos, Chryſoſtomus hom. in Pſal. 5. & homil. 19. ad populum Antiochenum, Auctor imperfecti in Matth. Gregorius Nazianzenus in Eccleſiaſtem. cap. 8. & lib. 1. ſententiarum ſpiritualium, & Hierony. in 8. caput Zachariæ: Vbi iuramentum, inquit, ne diligatis, præcipiente Domino in Euangelio, Ego autē dico vobis vt non iuretis penitus. In pręceptis, quę ad vitam pertinent, & ſunt perſpicua, non debemus quærere allegoriā, ne iuxta Comicum, nodum B quæramus in ſcirpo. Videndum ergo eſt quid voluerit dominus deſignare.

3. ſententia licuiſſe Iudæis ut imperfectis at fidelibus prohibitū. Hilar. Ambr. Baſil. Theod. Chromatius.

Orig. Athan. Epiph. Chryſ. Auctor imperfecti. Gregor. Nazia. Hieron. Matth. 5.34.

Quod ſi quis his patribus Deum obiiciat, qui frequenter iurauit, ergo licebit hominibus eius exemplo iurare. Negant id quidem licere, quia illa Dei non erant iuramenta, niſi impropriè, ſicut iratum Deum dicimus ad humanam ſimilitudinem. Nec erant amplius quicquam præter promiſſiones: ſic Athanaſius, Baſilius, Ambroſius locis ſupra citatis, & Chryſoſt. hom. in Pſ. 109. & homil. 47. in Geneſim, & homil. 11. in epiſtolam ad Hebræos. Vel certè, inquit Ambroſ. Deus iurauit, quia ſacramenti ſui pœnitere non potuit, & implendi ſacramentum habuit poteſtatem: homo autem iurare non debet, quia non habet poteſtatem faciendi quod dicit.

Deus propriè non iurat.

Deus iurat, quia poteſt præſtare quod iurat.

Si obiicias ſecundò, Paulum poſt Euangelium ſæpe iuraſſe, vt ad Rom. 1. Teſtis mi- C hi eſt Deus. 1. ad Cor. 15. Quotidie morior per veſtram gloriam, fratres. 2. ad Cor. 1. Ego teſtem Deū inuoco in animam meam, quod parcens vobis nō veni vltra Corinthum; & ad Philip. 1. Teſtis mihi eſt Deus quomodo cupiam vos in viſceribus Ieſu Chriſti. Reſpondet Baſilius eſſe aliquos ſermones, qui iuramentorum figuras habent, non ſunt autem iuramenta, ſed obſequium audientium; velut Ioſeph amicitiam contrahēs cum Ægyptio, & in clientelam eius ſe tradens, per ſanitatem Pharaonis iurauit. & Apoſtolus dilectionem ſuam erga Corinthios adſtruēs, dixit, Per noſtram gloriationem, quam habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro. Non enim neglexit euangelicam doctrinam is, cui Euangelium concreditum fuit, ſed ſermonem ſimplicem in iuramenti ſpecie protulit, gloriationem coram ipſis, velut quauis re dignam, tali D modo oſtendens.

Ad Ro. 1.9. 1. ad Cor. 15. 31. 2. ad Cor. 1. 23. ad Philip. 1. 8.

Pauli iuramēta, non erant iuramenta.

His tamen nihil veritati obſtantibus, in primis tāquam certum fide tenendum eſt, ſemper licuiſſe iurare. Conſtat Deuteron. 10. Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, illique adhærebis, iurabiſque in nomine eius. Pſalm. 62. Laudabuntur omnes, qui iurant in eo: & hoc loco, Iurabis, viuit dominus, in veritate, iudicio & iuſtitia. Idque ſatis comprobant Dei, Sāctorum, Prophetarum, & Pauli iuramenta.

Iurare licuit ſemper. Deuter. 10. 20. Pſalm. 62. 12.

Secundò, hoc etiam certum eſt, nunquam aut in lege veteri, aut in noua, affirmans aliquod præceptum iurādi fuiſſe tradirum, ſicut honorificandi parentes; ſed hoc negatiuū, non iurandi per deos falſos. ſed, ſi iurandum eſt, iurandi per Deum verum. Ratio autem eſt cur abſolutè cæteri actus religionis, vbique & ſemper præſtentur, & commendentur, & ſuo tempore quis illos præſtare teneatur; nam orare poteſt, & laudare Deum ſemper, & eſt ſumma laude commen-

Præceptum iurandi nuſquā traditum eſt.

Actus alij religionis laudantur, & percipiũtur, non vero iurandi, & cur.

commendabile, & ſuo tempore obligat: At abſolutè iurare, neque præcipitur, neque in vniuerſũ laudatur, neque ſemper & vbique bonum habetur: ratio inquam huius diſcriminis eſt hæc; quod ceteri actus, orandi, vouendi, laudandi, adorandi Deum, continentur in his, quæ ſunt per ſe bona, & per ſe appetenda. Nam orare Deum, & laudare, & ceteri actus ſunt religionis per ſe boni, & appetendi. At iurare, ex Auguſtino, lib. de mendacio, c. 15. & lib. 1. de ſermone domini in monte, cap. 30. & S. Thom. 22. q. 89. art. 5. non continetur in his, quæ ſunt per ſe bona, & per ſe appetẽda; ſed in his, quæ ſunt propter aliud neceſſaria; ſicut medicina bona eſt, & appetitur tantum quatenus neceſſaria ſanitati. Nam Deum teſtem adducimus, non hoc fine, vt teſtis ſit, & vt tamquam verax honorificetur; ſed vt tali teſte confirmemus dictum noſtrum. Vnde cùm quis vouet ieiunare, votum reddit actũ ieiunij, actum religionis, quia illum ordinat in Dei cultum, & reuerentiam: at iuramentum actum, quem iuramus, non reddit actum religionis, quia noſtram aſſertionem, aut promiſſionem nõ ordinat in Dei honorem, & reuerentiam; imò Dei honor, & reuerentia, quæ exhibetur Deo iuramento, ordinatur ad confirmandam veritatem noſtri dicti. Idque fit ex neceſſitate; nam quia vnus homo alteri non credit, indiget vt dictum ſuum confirmet teſtimonio illius, qui falli non poteſt, & quem nihil lateat: is autem eſſe non poteſt niſi Deus. Itaque niſi huiuſmodi neceſſitas excuſaret, irreuerenter nomen Dei aſſumeremus: at ea neceſſitate exiſtente, reuerenter Deum in teſtem adducimus dicti noſtri veri. Vnde in primis ne reuerentiam Deo exhibitam per iuramentum lædamus, requiritur dicta neceſſitas: nam ſi inaniter, & ſine cauſa adducamus Deum in teſtem, irreuerenter eum eo agimus: & propter hoc, dixit propheta iurandum in iudicio, nempe diſcretionis. Et quia ſecundò, hæc neceſſitas eſt ad confirmandum dicti noſtri veritatem, requiritur in eo veritas: alioquin teſtem falſi faceremus Deum, quod grauiſſima eſſet irreuerentia; & ideo, dixit Ieremias, in veritate. Requiritur tertiò, vt res quæ iuratur ſit iuſta, & licita; qui enim rem illicitam, aut iniuſtam Deo teſte confirmat, iniuriam illi irrogat, quaſi teſtetur illam, aut pro illa præſtanda fide iubeat. Si ergo iurandum eſt, ad quod nemo adſtringitur, per ſe iurandum eſt cum his tribus prædictis comitibus: vt etiam confeſſus eſt Hieronymus.

Chriſtus quomodo prohibuerit iurare.

Quod ergo dicit Chriſtus, non iurare omnino, verum quidem eſt, quia indecorum per ſe ac inurbanum eſt, teſtem adducere Deum, niſi ea indecentia, ac inurbanitas excuſetur neceſſitate: ſic enim non prohibuit iurare. Et quia Sancti videbant ferè ſemper Deum adduci teſtem, vel falſi, vel iniuſti, vel ſi veri iuſtique, ſæpe ſæpius inaniter; exiſtimarunt propter periculum peierandi, vel inaniter iurandi, prohibitum iuramentum: quod periculum ſi abſit, tribus dictis comitibus ſeruatis, licitum erit iurare, & non ſine merito; ſi ea reuerẽtia nomen Dei aſſumatur, qua decet, & quam poſtulat Auguſtinus lib. de mendacio, cap. 15. & Philo in libro de Decalogo poſt medium, illis verbis.

Auguſt. Philo.

Quapropter iuraturus debet omnes rei circunſtãtias diligenter perſpicere, quanta ſit, quam vera, quam bene à ſe percepta: tum ſeipſum conſiderare, num purus ſit anima, corpore, lingua; illa ab iniquitatibus, hoc à piaculis, hæc à maledicentia.

A Nefas eſt enim per os, quo profertur nomen id ſanctiſſimum, quicquam turpe progredi: quæratur etiam tam loci, quam temporis opportunitas. Noui enim quoſdam in profanis, impuriſque locis vbi nec patris, nec matris, nec cuiuſlibet honeſti viri mentionem deceret fieri, deierare, & quaſi cõceptis verbis iuſiurandum texere multis Dei cognominibus, præter omne decorum, cum impietate maxima. Quod ſi cui hæc contemnenda videntur, ſciat ſe primò ſceleſtum eſſe, impurumque, dein obnoxium diris vltricibus per occaſionem exacturis inclementer pœnas debitas tantis ſceleribus. Quas tametſi diuina iuſtitia non ſtatim repreſentat ſontibus, reddit tamen aliquando cum fœnore, quando maximè è republica eſſe iudicat. Hucuſque Philo diſertiſſimus Iudæorum. Atque

B ita manet explicatus noſter propheta cùm dicit: Iurabis, viuit dominus, in veritate, iudicio & iuſtitia.

Exempli vis.

4 *Benedicent.*] Relatiuum, eum, cùm dicitur, Et benedicent eum gẽtes, ipſumque laudabunt, omnes ferè interpretes, Hieronymus, Rabanus, Hugo, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, referunt ad populum Iſraeliticum. Idque verum comprobat lectio Hebræa, quæ ſic habet, Et benedicentur in eo gentes, & in eo laudabuntur: aut benedicent ſe in eo gentes, & in eo ſe laudabunt. Et Chaldaica ſic exponens: Benedicentur populi in Iſrael, & in ipſo laudabuntur, hoc eſt, vt Vatablus interpretatur, pro magno habebunt gentes, ſi Iſraelem imitentur: benedicentque ſe, & ſuos, ſi ſimiles fuerint Iſraelitis, & cum probum aliquem, iuſtumve viderint, dicent illum eſſe ſimilẽ Iſraelitis: aut cum

C voluerint ſibi bona precari, dicent: Faciat mihi Deus, vt Iſraeli: aut ſecundum Lyram, cùm gentes viderint Iſraelem iurantem, Viuit dominus, bona illis imprecabũtur. Theodoretus tamen, & S. Thomas relatiuum illud, dominum, referre putant, vt dicat propheta: Si hæc præſtiterit Iſrael, efficiet ſuo exemplo, vt finitimæ gentes veniant Hieroſolymam ad benedicendum, & laudandum dominum. Et hunc ſenſum vulgatus videtur intellexiſſe, quãuis in priori ſenſu, mutata perſona, dicat populum, à gentibus benedicendum & laudandum, & eius cauſa Deum, vt expreſſere Lxx. vertentes, Et benedicent in ipſo gentes, & in ipſo laudabunt Deũ in Ieruſalem.

Tertull.

5 *Nouate.*] Quod vulgatus dixit: Nouate vobis nouale, ſecutus Lxx. & Tertullian. lib. 1. aduerſus Marcionem cap. 20. & lib. 4. cap. 1. Renouate vo-

D bis nouamen nouum; in Hebræo legitur: Arate vobis agrum, vel aruum, vt vertunt Pagninus, & Vatablus, Excolite, inquit Theodoretus, animas veſtras, & radicitus euellite memoriam idolorum, quę ſpinas appellat: ceteri, vitia omnia intelligũt.

Cor pœnitentia expurgandum.

Eſt autem nouale, terra de nouo proſciſa, & aratro à ſpinis, & ſentibus expurgata. Monet ergo propheta duplici metaphora, agrum cordis pœnitentia expurgare: altera ab agricultura deſumpta. Sicut enim agricola terram ſentibus, & ſpinis ſqualidam aratro proſcindens, expurgat ad ſemen in ea iaciendum: ſic viri Iuda aratro pænitentiæ expurgare debent cordis ſui terrã ab idololatriis, ceteriſque impietatibus, vt in ea ſeratur verus Dei cultus. Altera à circunciſione: nam ſicut qui circunciſus eſt, abſciſo preputio ex gentili Iudæus fit, & filius Abrahæ: ſic idem iubetur ſigna circuncidere gentilitatis, hoc eſt, ea omnia, quæ ex genti-

buſacceperat, & fieri verus filius Abrahæ, & ſpi- *Ad Ro. 2.29.* ritualis Iudæus: qui auctore Apoſtolo ad Rom. 2. verè Iudæus eſt, veraque eſt eius circuncifio.

6 *Fortiter.*] In Hebræo eſt verbum imperandi מלאו Malu, quod Dauid Kimhi, Pagninus, & Vatablus vertunt, congregate; Tigutina, implete, vt *Ezech 9. 7.* vulgatus fecit Ezechilis 9.7. cũ dixit, Implete atria interfectis. Sed cum Septuaginta, & Chaldæus, ſicut vulgatus, fortiter, aut multum, verterint, dicẽdum eſt verbum pro aduerbio acceptum fuiſſe, vt ſolet fieri: Clamate, implete, hoc eſt clamate plenè, multùm, ſeu fortiter; agite vt quam celerrimè propter hoſtes congregentur in vrbem, quod fieri ſolet hoſte imminente. Ponit ergo ante oculos propheta, quæcunque futura ſunt mala Iudæis, tumultum belli, hoſtis crudelitatem, vt ad pœnitentiam exciret populum, tanta calamitate coram propoſita.

7 *Confortamini.*] Verbum imperandi הִעִזוּ haizu vulgatus deducens à verbo חזק haxak ſemper ver- *Ier 6.1.* tit, confortamini, vt etiam cap. 6. Confortamini filij Benjamin. At Septuaginta, Chaldæus, & recẽtiores omnes interpretes deducunt ab עוז aiaz, quod eſt confugere, congregare, colligere, vel recipere ſe ad locum tutum, vulgo, retirar ſe. & ita Lxx. vertunt, feſtinate, ne cunctemini. Chaldæus, migrate ne moremini. ceteri, confugite, recipite vos in vrbes, ne ſtetis, vel moremini. quomodo *Pœnitẽtia munimen contra hoſtes.* confortabant ſe, vt dixit vulgatus. Dici vero hæc ironicè à propheta exiſtimant Hugo, Lyra, & Dionyſius, quia quantũuis ſuas Iudæi vrbes muniiſſent, hoſtis occurſui reſiſtere nõ potuiſſent: ait ergo, quamuis ſe in vrbes fortes recepiſſent, fruſtra id quidem facturos, niſi ad pœnitentiæ munimen, quod aliis omnibus præſtat confugiſſent.

8 *Adduco.*] Hunc omnes interpretes intelligunt eſſe Nabuchodonoſorem, & meritò. aſcẽdit enim de cubili ſuo, vmbraculo, aut tabernaculo ſuo, ex denſis arborũ ramis contexto, quaſi leo crudeliſſimus, & quaſi prædo, ſeu interfector gentium ſe leuauit, vel vt habetur in Hebræo, profectus eſt, vel promouet ſe verſus Ieroſolymam; vulgo, viene ya marchando a grandes jornadas. Amplificantur hæc ad maiorem terrorem incutiendum.

4. Reg. vlt. 4. 9 *Regis.*] De Sedecia rege loqui prophetam veriſimilius eſt, ex 4. Reg. vlt. vbi refertur, obſidentibus Chaldæis ciuitatem, regẽ Sedeciam, bellatorum auxilio, conſilioque omni deſtitutum, per hortum aufugiſſe in ſolitudinem. Theodoretus vult intelligi tres reges Ioakim, Ieconiam, & Sedeciam; quos omnes ſubiecit ſibi Chaldæus. De prophetis autem quod dicitur, conſternabuntur, Chaldæus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, de falſis exponunt, qui amentes facti ſunt: nam cum proſpera fuiſſent polliciti, omnia contra accidiſſe videntes in amentiam vertebantur.

10 *Decepiſti.*] Conqueritur propheta, quod Deus illucvſque permiſiſſet populum decipi falſorum prophetarum pollicitationib' denunciãtium pacem, cum gladius, & excidium reipſa futurum eſſet, & exponunt Theodoretus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, cum Chaldæo dicente: Ecce prophetæ decipiunt populum iſtum, & Ieruſalem, dicentes, Pax erit vobis. Quia enim Dei nomine ſe vaticinari iactabant, Deum decepiſſe populum ait Ieremias, hoc eſt, decipi permiſiſſe. Hieronymus tamẽ, Rabanus, & ſanctus Thomas exiſtimant ex ignorantia ſic locutum prophetam exiſtimaſſe Deum in ſe eſſe mentitum: quia cùm in ſuperiori capite pacem promiſiſſet, & fœlicitatem, illis verbis: In tempore illo vocabunt Ieruſalem ſolium domini, & congregabuntur ad eam omnes gentes, hîc gladium minetur & excidium. non enim intelligebat Ieremias, illud poſt multa tempora repromiſſum, in aduentu Chriſti; hoc autem vicino tẽpore implendum.

11 *Ventus vrens.*] Hunc locum ita intelligunt de Nabuchodonoſore Hieronymus, Rabanus, Hugo & Vatablus, quamuis ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius venti nomine illius exercitum exponant venientem de Babylone. Ex Hebræo autem ſic habet hæc ſententia. Ventus vrens excelſa in deſerto, viæ filiæ populi mei, non ad ventilandũ, neque ad purgandum, ventus vehementior ab his veniet mihi: Et quidem nomen Sephaiim, vt notauimus 3. cap. num. 26. quod ſæpe vias transfert vulgatus, excelſa, vertices, aut loca edita etiam ſignificat, vt ſit ſenſus: ventus vrens, qui perflat in locis excelſis, nullo impediente, per deſertum veniet vt irruat in Ieruſalem. Quod verò ſubditur: Ventus vehementior ab his veniet mihi, ſecundũ Hieronymum, Rabanum, & Vatabulm, hunc habet ſenſum. Ventus plenior veniet ab Chaldæis, ad meam voluntatem, vt eo pro libito vtar ad populum diſſipandum: ſecundum verò Lyram, hũc, ſicut ventus vrens conſumit omnia deſerti, ſic veniet Ieroſolymam Babylonius exercitus omnia conſumpturus: præſtat altera Vatabli expoſitio. Ventus vehementior prę his, hoc eſt, quam poſtulat ventilatio, aut purgatio, veniet, mihi ad diſperdendum omnino populum hunc. Duplici vento, *Duplici vento vtitur Deus ad purgandum, & perdẽdũ.* hoc eſt ſupplicio, ſolet vti Deus, & ad ventilandũ, purgandum, ſeu corrigendum; & ad perdendum omnino. Priori ſæpè vſus eſt caſtigando Iſraelem, & Iudam; poſteriori verò, cum tandem vtrumque regnum diſperdidit, atque vaſtauit.

12 *Ego.*] Hæc eſſe verba prophetæ exiſtimant Vatablus, & Iſidorus, dicentis; Et ego finita prophetia tanquam priuatus oſtendam populo meo, quã iuſtus ſit Deus, de illis pœnas ſumpturus, qui tantopere pœnitentiam auerſentur: vel planius. Dixi Chaldæum venturum Ieroſolymam inſtar venti omnia adurentis, non ad purgandum, ſed ad perdendum omnino populum, quod extremum malum eſt: Ego interim pro meo munere increpabo illos acriter, & exponam vltionem futuram, & pœnas à Deo illis inferendas: nempe, Ecce quaſi nubes aſcendet, & cetera. Fortaſſe eos ad reſipiſcentiam conuertam. Vnde quaſi vnus de populo clamat, & calamitatem deplorat, dicens: Væ nobis, quia vaſtati ſumus: vt cum ſuis ſermonibus timentem reddidiſſet populum, & remediũ quærentem, ſubiiciat illud, dicens: Laua à malitia cor tuum. Eſt ergo ſenſus hîc conformior verbis prophetæ, & contextui. Nihilominus Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius exiſtimant hæc eſſe verba Dei apoſiopeſi vtentis, iuxta illud Virgilij Æneid. 1. Quos ego? ſed mo- *Virgil.* tos præſtat componere fluctus. Ait ergo: Nunc *Deus ex miſericordia comminatur, & punit.* etiam ego ſi ad meam naturam reſpiciam ad commiſerationem propenſam, verba quidem proſpera, & conſolatoria loquerer; at ſi ad veſtrã pertinaciam, qui nec dictis hucvſque ad reſipiſcendum permouemini, triſtia loquar, ſcilicet quæcunque mala vobis inferre decreui. Aut ſecundũ S. Thomam. Nunc ego non poſſum me conti-

uere

nere, ſed profectam mea iudicia, quæ in vos exer- A cere ſtatui. Aut ſecundum Hugonem, & Lyram: Et nunc ego quid dicam? parcam ne eis? non. Sed prius oſtendam illis non me ex ira, aut odio tanta mala minari, ſed me iuſtum eſſe in eis tam grauiter puniendis. Et quidem omnes caſum illum, cum eis ad populum referunt: per iudicia autem Theodoretus cum ceteris, calamitates iuſtè infligendas, aut vltionem diuinam intelligunt. Sed de hac forma loquendi cap. 1. diximus, num. 18. ad quem locum remittimus lectorem.

Dan quæ ciuitas, & vbi ſita. Ioſ. 19. 47. Iudic. 18. 27. Ioſeph.

13 *Dan.*] Lais iuxta montem Libanũ ſita, & fontem Iordanis, à Danitis expugnata, Dan vocata eſt, vt conſtat Ioſ. 19. 47. & Iudic. 18. 27. eſtque extrema Iudeæ verſus Aquilonem, eadem quæ Paneas, auctoribus Hieronymo, & Theodoreto hoc loco, B quam Philippus nuncupauit Cæſaream, vt aſſerit Ioſeph. lib. 18. Antiq. c. 3. Vnde illud, A Dan vſque Berſabee, deſignat Iudeæ terminos, à Septentrione vſque ad Meridiem. Deinde ſuccedit Ephraim iuxta Iordanem, per quam vrbem venitur Ieroſolymam, vt ſatis poteſt conſtare ex itinere à Danitis confecto, Iudicum 18. quod etiam conſecturus prædicitur à noſtro propheta Nabuchodonoſor, cùm veniet ad expugnandam Ieroſolymam, ad quam mittebantur exploratores eis in vrbibus cõſtituti: vt proximum Chaldæi aduentum Sedeciæ regi denunciarent. Vel certè, vt intelligit Hugo captis vrbibus Dan, & Ephraim, effugiebant aliqui Ieroſolymis, qui id notum facerent. Quod verò dicit, Notum facienus idolum, nomine idoli Hugo, Lyra, & Dionyſius volunt intelligi Nabuchodonoſorem, qui ſe vt idolum præcepit ado- C rari. Hieronymus exponit idolum Bel, quod ſecum afferebant Babylonij, vel certè ipſos idololatras ſignificat, per metonimiam. Hebræum autem nomen און auen, propriè ſignificat vanitatem, mendacium, & propterea idolum, iniquitatem, afflictionem aut dolorem, & ita alij ſic transferunt hunc locum; Audite facientis laborem, aut afflictionem venientem de monte Ephraim. Quod ſi quæras quid ſit quòd cum Chaldæa, & Babylon ſint ad Orientem Ieruſalem, ab Aquilone dicatur veniſſe Nabuchodonoſor; tam hoc loco, quam cap. 1. & 8. & ſepè alias: idque ita accidiſſe conſtat ex 4. Regum. 25. 6. infra 39. 5. vt notat Theodoretus, vbi dicitur Nabuchodonoſorem conſtituiſſe in Rablatha, in regione Emath, ad eumque ductum Sedeciam. Eſt autem Emath terminus Septentrionalis Palæſtinæ in Cœleſiria, D iuxta Emeſam. Vnde Ezech. 47. 15. dicitur. Hic eſt terminus terræ ad plagam Septentrionalem, à mari magno, Emath, & verſ. 7. ab Aquilone ad Aquilonem terminus Emath, plaga Septentrionalis. Putat autem Theod. magnã Emath vocari Emeſã; Ioſeph. verò lib. 1. Antiq. c. 12. & Hiero lib. de locis Hebraicis, & epiſtola quæ incipit: Quæris, ò Dardane, vocãt Epiphaniam. Alij demum Antiochiã, vt ipſe Hieron. notat ſuper ca. 6. Amos. Hoc ergo cùm certum ſit, reſpondemus id quod ſupra reſpõdimus ſuper c. 1. num. 16. Nabuchodonoſorem ſuam profectionem direxiſſe verſus Aquilonem, vt vrbem Niniuem expugnaret, Aſſyriamque ſubiugaret; inde verò progreſſus per Dan, & Ephraim in Palæſtinam ingreſſus, Ieroſolymam obſcedit, & cœpit.

Ab Aquilone venit Nabuc. 4 Regũ. 25. 6. Ierem. 39. 5. Ezech. 47. 15. Emath, quæ ciuitas. Ioſeph.

14 *Dicite.*] Hebraicè legitur commemorate לגוים lagoim, & litera lamed articulus dandi cum ſit, Lxx. vulgatus, & Hieronymus verterunt, Dicite gentibus; & Tigurina, Mentionem horum facite apud gentes. quo nomine Iudæos ipſos intelligit, qui per Iudæam diſperſi nuncium receperunt famę aduẽtus Chaldæi in Ieruſalem; vel gentiles, quibus narrari iubetur aduentus Nabuchodonoſoris, vt noſcant flagella, quibus punitur Ieruſalem, & accipiant ipſi diſciplinam. Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius legunt: Concitate gentes, vt ſibi caueant, quia in Ieruſalem auditur aduentus Nabuchodonoſoris. Sed quia litera lamed, præfixa nomini, Goim, gentes, poni ſolet vice, inde, aut propter, Pagninus vertit: Memorate propter gentes, quæ nempe veniunt. Vatablus, & Iſidorus: Dicite, vel narrate de gentibus, videlicet, Chaldæis venientibus. & conuenit expoſitio hæc nunciis, de quibus hîc fit ſermo; qui iubentur prædicare Ieroſolymis, gentes Chaldæas venire contra vrbem, poteſtque lectioni vulgatę ſuppleri eiuſmodi præpoſitio, quæ in ſcriptura quandoque ſubticetur. Quod verò ſubditur, cuſtodes venire de terra longinqua: pro, cuſtodes, in Hebræo eſt nomen נצרים noſerim, ex quo nomen Nabuchodonoſoris eſt compoſitum; & omnes quidem cuſtodes transferunt, ſeu obſeruatores; quod milites illi vt cuſtodes agrum, ita eſſent vrbem Ieroſolymam circunsepturi; aut vt vindemiatores omnia circunſpecturi, vt exponit Chaldæus. Vatab. autem putat eſſe milites à cuſtodia Nabuchodonoſoris, qui ab eius nomine dici ſunt Noxerim, ſeu Noxeriani, vt à Cæſare vocati ſunt Cæſariani.

Noxerim milites.

15 *Ventrem.*] Ex Hebræo ſic habet hæc ſententia. Ventrem meum, ventrem meum doleo; parietes cordis mei, tumultuans eſt mihi cor meum. nomen מעי mei, ſignificat omnia interiora, viſcera, inteſtina, ventrem, cor: vocat autem præcordia cordis parietes. Hieronymus indicat hæc dicere Ieremiam Dei nomine, ſuum dolorem, inſtar hominis, exprimẽtis, ob calamitatem ſuo populo imminentem. Sed eſſe verba Ieremiæ ſuis ciuibus compatientis, & in corpore ipſo dolore ſentientis, omnes ferè interpretes affirmant. Gregorius Nazianzenus oratione 40. in ſanctum Baptiſma, Eucherius, & Magnus Gregorius, homilia decima, in Ezechielem, in ſacro eloquio dicunt ventrem pro mente poni, neque enim ad ſalutem populi dolor prophetæ corporeus pertinebat. Vnde Chriſtus Ioan. 7. dixit: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Nihilominus ex mentis anxietate prouenit, vt corpore, & corde aſſiderent, & doleret grauiter Ieremias interioribus, cordeque ipſo conturbato, ac palpitante præ ſolicitudine, & dolore, & triſtitia; ſic enim populũ magis concitabat ad timorem, & ſuorum ſcelerum auerſionem.

Gregor. Nazia. Eucher. Gregor. Rom. Ioan. 7, 38.

16 *Contritio.*] Significat congeriem calamitatum ſibi inuicem ſuccedentium, vt rectè Hieronymus, Rabanus, ſanctus Thomas, & Dionyſius intelligunt; iuxta illud Ezechielis 7. Conturbatio ſuper conturbationem veniet eis: quamuis Hugo, & Vatablus velint ſignificari vaſtationem duarum tribuum ſucceſſiſſe vaſtationi decem tribuum. & Lyra, poſt famem ſucceſiſſe gladium.

Ezec. 7, 26.

17 *Tabernacula.*] Nomine tabernaculorum, & cortinarum intelligit vrbes munitas, aut domus; quæ coram exercitu Babylonio, perinde erant, & tam facile diruendæ ac tabernacula è pellibus confecta; iuxta id quod capite decimo dicitur:

Iere. 10. 20.

Tabernaculũ meum vaſtatum eſt, omnes funiculi mei dirupti ſunt. Lyra, & Dionyſius volunt templum intelligi, quod erat inſtar tabernaculi Moſis, operti pellibus.

18 *Fugientem.*] Nomen Hebræum נס nes, hoc ipſo capite, verſu 6. ſignum, ſeu vexillum eſt verſum, cùm dicitur: Leuate ſignum in Sion; & ita hoc loco vertunt Chaldæus, Tigurina, & recentiores omnes, dicentes: Vſquequo videbo vexillum, audiam vocem tubæ? deducunt enim nomen à verbo נסס naſas, quod eſt eleuauit, vt indicet propheta longam hoſtis moram, quam facturus eſt in Ieruſalem, vexillum retinens eleuatum diu in vrbe, & vocem tubæ ad bellum cohortantis. Septuaginta verò & vulgatus נס nas participium eſſe exiſtimarunt à verbo נוס nus, quod eſt fugere; quaſi doleat Ieremias populum ſuum Chaldæos fugientem. Itaque ſolum diſcrimen conſiſtit in pũctorum diuerſitate. *Lectio diuerſa.*

19 *Terram.*] Ait Theodoretus rectè; hæc euenire ſolere iis, qui delabuntur in calamitates, quibus lux non videtur eſſe lux, nec dies eſſe dies, nec dulcia habere dulcedinem, ſed omnia mutantur eis in contrarium; adeò enim doloris anxietas oculos obnubilat, vt ſerenum cœlum tenebris offuſum videatur, ſtabiles montes, colleſque moueri. Pro illis verbis, Et ecce vacua erat, & nihili, ſunt hîc illæ eædem voces Hebrææ, quæ Geneſis 1. cùm dicitur, terra erat inanis, & vacua, nempe tohu, & vohu. Quamuis autem metonimicos nomine montium, & collium accipiant aliqui eorum habitatores; Lyra præterea, & Vatablus per metaphoram intelligant principes, & homines inferioris ordinis; verùm certius eſt ea Theodoreti ſententia, de ipſis montibus, & collibus, ſicut de cœlis fieri ſermonem: quibus ſolet ſcriptura eos affectus tribuere; quibus ipſi homines afficiuntur, vt Pſalm. 113. 4. Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium: quia ita facere viſi ſunt hominibus ea exultatione affectis. Sic de Pharaone loquens Ezechiel capite 32. 7. Operiam, inquit, cum extinctus fueris, cœlos, & nigreſcere faciam ſtellas eius, ſolem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum, omnia luminaria cœli mærere faciam ſuper te, & dabo tenebras ſuper terram tuam. Talia enim viſa ſunt Ægyptiis hæc omnia, ob ſummum mœrorem, quo affecti ſunt, cùm duram hoſtium manum ſuſtinuerunt. *Calamitatis conditio.* *Gen. 1. 2.* *Pſal. 113 4.* *Ezec 32 7.*

20 *Carmelus.*] Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, vt proprium nomen montis, qui magno mari imminet, oleis conſitus, & arbuſtis, vineiſque condenſus, auctore Hieronymo ipſo, accipiunt: & per ſinecdochem pro vniuerſa Iudæa, quæ quantauis fertilitate, inſtar Carmeli gaudeat, vaſtanda eſt. Et confirmat hunc ſenſum quod additur: Et omnes vrbes eius, nempe Iudææ, vaſtatæ ſunt. Theodoretus vult accipi pro Ieroſolyma, ob ciuium multitudinem. Tigurina, Pagninus, & Vatablus tanquam appellatiuum nomen acceperũt: dicentes: Ecce locus paſcuus, aut fertilis deſertus erat. Terram vniuerſam à Babylonio vaſtandam intelligentes. Placet Chaldæos, qui vt notauimus, capite ſecundo, numero 9. nota ſimilitudinis explicat ſenſum prophetæ, dicens: Ecce terra Iſrael, quæ erat plantata ſicut Carmelus, conuerſa eſt in deſertum. *Carmelus.*

27 *Conſummationem.*] Vel intelligit terram cum incolis non perdendam omnino, quia relicti ſuot aliqui, qui eam excolerent, vt dicitur infra capite qninquageſimo ſecundo, verſu decimoſexto. vel melius, vt communis fert expoſitio Hieronymi, Theodoreti, & reliquorum, hoc dicit, quia duæ tribus, cùm per ſeptuaginta annos exularint, tandem in terram ſuam reuocatæ ſunt: quod non contigit decem tribubus, quæ nunquam rediere. Quod ipſum capite quinto repetit, verſu decimo, cùm dicit: Aſcendite muros eius, & diſſipate, conſummationem autem nolite facere. & verſ. 18. Veruntamen in diebus illis dicit dominus, non faciam vos in conſummationem. & cap. 30. 11. Faciam enim, inquit dominus, conſummationem in cunctis gentibus, in quibus diſperſi te, te autem non faciam in conſummationem, ſed caſtigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. *Iere. 5. 16.* *Dominus punit vt perdat.* *Ierem. 5 10.* *Iere. 30 11.*

22 *Ardua*] Nomen עבים abim, nubes ſignificat, vt Pſal. 147. 8. Qui operit cœlum nubibus. & ita Tigurina hîc vertit, Ingreſſi ſunt nubes, hoc eſt, vt exponit Dauid Kimhi, in loca alta, ſicut nubes, ad ardua montium cacumina; quod dixit vulgatus, Ingreſſi ſunt ardua, nemora nempe. Alij, vt Chaldæus, Pagninus, & Vatablus deducentes à radice עבה abah, quæ eſt denſare, vertunt in ſilicas denſas, aut in denſa nemora; quod Lxx. in ſpeluncas, ſunt interpretati. *Pſal. 147 8.*

23 *Cum veſtieris.*] Hæc verba in Hebræo futura ſunt, accipiuntur tamen pro præſenti. Inducit enim propheta plebem Iudæorum, inſtar meretricis, variis ornamentis, & vnguentis, allicientis amatores ſuos: hoc eſt, vario cultu, colentem exterarum gentium deos, vt ipſam amarent, ac tuerentur: quod tempore ipſo obſidionis, & captiuitatis feciſſe credendum non eſt. Sui ergo temporis vitium reprehendit Ieremias, & particulam כי quia, pro, cum, accipit, aut pro, quæ; quaſi dixiſſet, quia modo, aut quæ modo, te tam accuratè ornas, vt placeas amatoribus tuis? putaſne tunc propitios, aut auxiliares habituram? שני Sani autem, quod verſum eſt coccinum à שנה Sanah deductum, quod eſt iterare, aut duplicare; ſignificat duplicatum, aut bis-tinctum rubeum colorem, quem coccinum dicimus, vulgo grana, ſeu ſcarlata, à voce fortaſſè Græca σκωλήκιον ſcolicion, quæ vermiculum ſonat. Eſt enim coccinum vermiculi ſpecies, qui ex grano fruticis cuiuſdam, figura lentis, aut piſi naſcitur; ideoque & Latinis, & Græcis coccus dicitur: lana autem, aut veſtis eo colore tincta, coccinum. עדי Adi etiam, quia iungitur cum ſuo verbo, ornamentum ſignificat: atque ita dicit, quia ornas te ornamento aureo, vt Septuaginta, & Pagninus verterunt: quod vulgatus, & Tigurina dixerunt, monili aureo. פוך Phuc deinde omnes ſtibium vertunt, quo oculi vnguntur, proximum Hebræo nomini eſt fucus, quo hîc vtitur Tigurina. Rectè autem depingit propheta populum immemorem imminentis ſupplicij; & ita ſeſe deliciis corporis tradentem, illudque ita curantem, ac ſi moriendum non eſſet, vel pœna in æternum non eſſet ferenda. *Coccinum quid.* *Obliuionis malum.*

24 *Amatores.*] Exteras gentes intelligit, nomine amatorum ſignificatas, quarum ſibi, cultu idolorum earum, conciliabat amicitias; ſed præcipuè Chaldæos, vt rectè Hugo, Lyra, &

Dio-

Dionyſius exponunt qui non ſolum non illi profuerunt, ſed vitam potius ei eripere conati ſunt. Hieronymus, Theodoretus, & Rabanus, dæmones volunt ſignificari, nempe deos falſos, eoſque accipiunt pro ipſorum cultoribus.

25 *Intermorientes.*] Exprimit plebem Iudæam anguſtiis preſſam, & more fœminæ deficientis, & animam agentis, corruentem Hebraicè dicitur. Vocem filiæ Sion, quæ muſſitabit, lamentabitur, aut fremet, vt Pagninus, & Vatablus vertunt: & quæ expandet manus ſuas præ deliquio. Multi ex Rabbinis, quos ſequitur Vatablus, conteret, aut percutiet manus ſuas, exponunt: aut franget, vel complodet vnam cum altera: vt compreſſa vtraque manu, ac comploſa, magis exprimat dolorem: ſub- A intelligunt autem Hieronymus, ceterique interpretes per ecclypſim, illud, ac dicentis ſeu in hæc verba prorumpentis, væ mihi.

26 *Interfectos.*] In Hebræo eſt hîc participium actiuum הרגים Horgim, ob occidentes, ſeu interficientes, vel interfectores: & ita legunt Chaldæus, Tigurina, Pagninus, Vatablus, & recentiores alij, quo ſignificat dolere maximè ob crudelitatem militum interficientium. At Lxx. Vulgatus, & Pagninus in theſauro, legunt propter interfectos, nempe filios: nam participium actiuum cum paſſiuo plurali in omnibus literis conuenit, tantum in punctis differens: vnde non mirum ſi Vulgatus Lxx. ſecutus הרוגים Haruguim interfectos, pro הרגים Horgum interficientes acceperit.

CAPVT QVINTVM.

1 CIrcuite vias Ieruſalem, & aſpi-
cite, & conſiderate, & quæri-
te in plateis eius, an inueniatis
virum facientem [1] iudicium,
& quærentem fidem, & propi-
tius ero ei. ‖ Quod ſi etiam viuit dominus
2 dixerint: Et hoc falsò iurabunt. ‖ Do-
3 mine oculi tui reſpiciunt [3] fidem: [4] percuſſi-
ſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos, &
renuerunt accipere diſciplinam: indurauerunt
facies ſuas ſupra petram, & noluerunt
4 reuerti. ‖ Ego autem dixi: Forſitam [5] pau-
peres ſunt, & ſtulti, ignorantes viam domi-
5 ni, iudicium Dei ſui. ‖ Ibo igitur ad optima-
tes, & loquar eis: ipſi enim cognouerunt
viam domini, iudicium Dei ſui: & ecce ma-
gis hi ſimul confregerunt iugum, ruperunt
6 vincula. ‖ Idcirco percuſſit eos [6] leo de [7] ſil-
ua, lupus [8] ad veſperam vaſtauit eos, [9] par-
dus vigilans ſuper ciuitates eorum: omnis
qui egreſſus fuerit ex eis, capietur: quia
multiplicatæ ſunt præuaricationes eo-
rum, conſortatæ ſunt auerſiones eorum.
7 ‖ Super quo propitius tibi eſſe potero? filij
tui dereliquerunt me, & iurant in his, qui
non ſunt dij: ſaturaui eos, & [10] mœchati
ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur.
8 ‖ [11] Equi amatores, & emiſſarij facti ſunt:
Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hin-
9 niebat. ‖ Numquid ſuper his non viſita-
bo, dicit dominus? & in gente tali non vl-
10 ciſcetur anima mea? ‖ Aſcendite muros
eius, & diſſipate, conſummatinnem autem
nolite facere: auferte [12] propagines eius, quia
11 non ſunt domini. ‖ Præuaricatione enim
præuaricata eſt in me domus Iſrael, & do-
12 mus Iuda, ait dominus. ‖ Negauerunt do-
minum, & dixerunt: [13] Non eſt ipſe: neque
veniet ſuper nos malum: gladium & famem
13 non videbimus. ‖ [14] Prophetæ fuerunt in
ventum locuti, & reſponſum non fuit in

PARAPHRASIS.

PErluſtrate vias Ieruſalem, & videte quæſo, ac conſiderate eas, & requirite per plateas eius, vtrum vel vnum virũ inueniatis in eis, qui ſtudeat [1] legem implere, & ſectari veritatem, & ego toti parcam vrbi eius ſolius gratia. Si qui enim reperiuntur, qui vt me vere colere ſimulent, iurant, Viuit dominus: falſo id quidem iurare ſolent. Ea propter, ait Ieremias conuerſus ad dominum: Domine nonne tu probè noſti quanta ſit in homine [3] veritas, cur ergo te latere volunt falſo iurantes? Idcirco [4] percuſſiſti eos & non doluerunt, attriuiſti, & renuerunt accipere diſciplinam, quin imo obfirmauerunt impudentem vultum ſuum, magis quam ſaxum, & noluerunt ad meliora conuerti. Aſt ego eos excuſans, dicebam, non mirum, quia ignobile [5] vulgus eſt, & imperitum, occupati magis in agris colendis, quam in via domini ingredienda, diuinaque lege addiſcenda. Ibo igitur ad optimates, & ſacerdotes, & alloquar eos: Horum enim eſt voluntatem domini noſſe, legem ſcilicet Dei ſui & ecce æquè ac illi, & magis confregerunt iugum legis, & vincula mandatorum Dei. Idcirco percutiet eos [6] leo Nabuchodonoſor, egreſſus de Babylone [7] ſylua ſua: lupus [8] ad veſperam exiens vaſtabit eos: [9] pardus vigilans circum eorum ciuitates, vt quemcumque egredientem capiat, & diſcerpat: & merito, quia multiplicauerunt preuaricationes ſuas, & eorum rebelliones inualuerunt. Quo ergo tuo merito, ô Ieruſalem, ait Dominus, adduci potero vt tibi parcam? En filij tui deſeruerunt me, iurantes per eos, qui non ſunt dij. Saturaui ego eos bonis, & ipſi cum diis alienis [10] mechati ſunt, & ad eos turmatim ſe conferebant, vt qui in domum meretricum, ſuam vt libidinem expleant, abeunt præcipites: [11] vt equi fœminas appetentes, vt equi, inquam, emiſſarij, vnuſquiſque æſtu libidinis actus ad vxorem proximi ſui adhinnit. Num tam nefanda ſcelera ego non punirem, aut de gente tali non vlciſcerer? Veniant igitur Babylonij, debitas de tam iniqua gente pœnas ſumpturi, aſcendant muros Ieruſalem, & diſſipent eos: nec tamen funditus perdant: auferant [12] ſuſtentacula eorum: quia ad

me Dominum ſuum iam non pertinent. Siquidem & domus Iſrael olim, & nunc domus Iuda grauiter offenderunt me. Negauerunt me Dominum ſuum, & dixerunt, non eſt ipſe, [13] qui curat noſtra, vnde non eſt cur timeamus inteutatum malum: non videbimus hoſtium gladium: nec famem in obſidione experiemur: Quæ [14] prophetæ minantur, verba tantum ſunt, nec diuino afflati ſpiritu ſunt locuti, & ſi quid mali futurum eſt, in capue ipſorum recidet. Contra tam impudentem audaciam ſic dicit Dominus Deus exercituum. Quia locuti ſunt hunc ſermonem, vana dicentes verba meorum prophetarum, Ecce do ego hæc verba mea in ore tuo, ô Ieremia, adurentia [15] vt ignis, & populum iſtum vt ligna ab eo comburenda. Ecce ego adduco contra vos, O Iſraelitæ, ait Dominus, gentem [16] è Chaldæa, regione longè diſſita, gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem cuius linguam ignorabis, nec intelliges quid loquatur. [17] Pharetra eorum tantam ſagittarum copiam miniſtrabit, vt tam innumerabiles ex viuis deuoret, quam ſolet ſepulchrum patens è mortuis deuorare: nec mirum, quia vniuerſi ipſi viri ſunt fortiſſimi. Comedet gens hæc ſegetes tuas, & panem tuum, filios tuos, & filias deuorabit, comedet gregem tuum cum armentis, vineam cum ficu tua, & demum vrbes tuas munitas, quibus fidebas, acerrimo bello ſubuertet: nec propterea patiar vos vſque ad internectionem conſumi. Quod ſi, cum hæc ſuſtineatis mala, dixeritis: Cur Dominus Deus noſter hæc tanta mala nobis inculit? Reſpondebit pro me Ieremias. Iure quidem optimo, vt, quia me dereliquiſtis, vt ſeruiretis Diis alienis in terra hac veſtra, ſic ducti Babylonem, ſeruiatis Diis alienis in terra non veſtra. Annunciate hæc [18] ô Prophetæ, domui Iacob, prædicate Iudæ dicentes. Audi hoc, popule ſtulte, & [19] excors, qui cum habeas oculos non vides, & cum aures habeas non audis. Me ne non timebis, ait Dominus? coram me non contremiſces, qui ſolo meo precepto, quod perpetuo duraturum impoſui mari, tam immenſam aquarum molem, fragili termino, nempe arena, contineo, ne prætereat illum? Sæuiunt quidem fluctus eius, ſed nihil poſſunt; intumeſcunt, ſed non tranſibunt illum. Ac populo huic tam peruerſum ineſt cor, & tam rebelle, vt me non veritus receſſerit, abientque poſt idola: nec tacite eos retraxit conſcientia, vt dicerent in corde ſuo: Metuamus Dominum Deum noſtrum, vel hoc ſolum, quod dare ſolet nobis pluuiam temporaneam, & ſerotinam tempore ſuo, & ſtatutas ad meſſem [20] hebdomadas plenè cuſtodit nobis. His ſi caretis, ſcelera veſtra in cauſa fuerunt, & peccata veſtra bona hæc expulerunt à vobis. Inuenti enim ſunt inter vos impij, qui [21] inſi-

eis: hæc ergo euenient illis. | Hæc dicit 14
Dominus Deus exercituum: Quia locu-
ti eſtis verbum iſtud: Ecce ego do ver-
ba mea in ore tuo [15] in ignem, & po-
pulum iſtum in ligna, & vorabit eos.
| Ecce ego adducam ſuper vos gentem 15
[16] de longinquo, domus Iſrael, ait Do-
minus: gentem robuſtam, gentem anti-
quam, gentem cuius ignorabis linguam,
nec intelliges quid loquatur [17] | Phare- 16
tra eius quaſi ſepulchrum patens, vni-
uerſi fortes. | Et comedet ſegetes tuas, 17
& panem tuum: deuorabit filios tuos,
& filias tuas: comedet gregem tuum,
& armenta tua: comedet vineam tuam,
& ficum tuam: & conteret vrbes muni-
tas tuas, in quibus tu habes fiduciam,
gladio | Verumtamen in diebus illis, 18
ait Dominus, non faciam vos in con-
ſummationem. | Quod ſi dixeritis: Qua- 19
re fecit nobis Dominus Deus noſter hæc
omnia? dices ad eos: Sicut dereliquiſtis
me, & ſeruiſtis Deo alieno in terra ve-
ſtra, ſic ſeruietis alienis in terra non ve-
ſtra. | [18] Annunciate hoc domui Iacob, 20
& auditum facite in Iuda, dicentes:
| Audi popule ſtulte, qui non habes 21
[19] cor: qui habentes oculos non vide-
tis: & aures, & non auditis. | Me er- 22
go non timebitis, ait Dominus: & à fa-
cie mea non dolebitis? Qui poſui are-
nam terminum mari, præceptum ſempi-
ternum, quod non præteribit: & com-
mouebuntur, & non poterunt: & in-
tumeſcent fluctus eius, & non tranſi-
bunt illud: | populo autem huic factum 23
eſt cor incredulum & exaſperans, receſ-
ſerunt & abierunt. | Et non dixerunt 24
in corde ſuo: Metuamus Dominum Deum
noſtrum, qui dat nobis pluuiam tempo-
raneam, & ſerotinam in tempore ſuo:
[20] plenitudinem annuæ meſſis cuſtodien-
tem nobis. | Iniquitates veſtræ decli- 25
nauerunt hæc: & peccata veſtra prohi-
buerunt bonum à vobis: | Quia inuen- 26
ti ſunt in populo meo impij [21] inſidian-
tes quaſi aucupes, laqueos ponentes, &
pedicas ad capiendos viros. | Sicut de- 27
cipula plena auibus, ſic domus eorum
plenæ dolo: ideo magnificati ſunt, & di-
tati. | [22] Incraſſati ſunt & impinguati: 28
& prætererunt [23] ſermones meos peſſi-
mè. [24] Cauſam viduæ non iudicauerunt,
cauſam pupilli non direxerunt, & iudi-
cium pauperum non iudicauerunt. | Num- 29
quid ſuper his non viſitabo, dicit Do-
minus? aut ſuper gentem huiuſcemodi
non

30 non vlciſcetur anima mea? | Stupor &
31 mirabilia facta ſunt in terra: | Prophe-
tæ prophetabant mendacium, & ſacer-
dotes [25] applaudebant manibus ſuis: &
populus meus dilexit talia: quid igitur
fiet in [26] nouiſſimo eius?

ſidiantur, vt qui laqueos parant auibus, & pedicas ad homines capiendos: qui vt aucupes foueas complent auibus, ſic dolo partis opibus domos complent ſuas. Hac ratione, magni fiunt, & diuites, [22] obeſi, ac pingues, & [23] mandata mea peſſimè ſunt prætergreſſi. [24] Ius non dicunt, viduæ, pupilliue cauſam, & pauperum quoque cauſam non expediunt, & tamen proſperantur. Num de his iniuſtitiis non ſumerem pœnas, vel de huiuſcemodi gente non ſe vlciſceretur anima mea? Stupenda ac horrore plena ſunt quæ fiunt in hac terra: Prophetæ vaticinantur mendacia, & ſacerdotes [25] applaudunt eis manibus ſuis, nec diſplicent populo meo hæc ipſa. Quid igitur facient in [26] extremo venturæ tempore calamitatis?

ARGVMENTVM.

OSTENDIT Dominus quam meritò Iudæorum populus extrema captiuitate puniendus ſit, ſiquidem genus omne malorum, ait, cum peruaſerat vniuerſum, vt nec vnus inueniretur, non ſolum inter plebeios, verùm nec inter principes, & ſacerdotes, tam ſtudioſus virtutis, quem reſpiceret Deus, vt vniuerſo populo parceret, vt quidem optabat.

COMMENTARIVS.

1 VIRVM.] Ne quis de Deo quereretur, A quod nulla æquitatis habita ratione, vrbem inſignem pietate, & toto orbe celeberrimam extremo addiceret ſupplicio, & quod olim, in Abrahæ gratiam Geneſ. 18. donauit Sodomis, negaret Ieroſolymis: oſtendit nunc ſe tanti facere vel vnius iuſti viri pietatem, vt ſi ſolus in vrbe vniuerſa inueniretur, ſumma cum diligentia quæſitus, propter illum, pollicetur ſe illi fore parciturum. Sin minus, eo ſolo notum facit eius vrbis inſignem impietatem, in qua nec vnus vir iuſtus reperiretur, vt meritiſſimè, & æquiſſimè extremo punienda foret exitio, nec vllus eſſet, qui iure conquereretur.

Gen. 18. 24.

Quanti faciat Deus vnum virum iuſtum.

Sed merito quæritur, quî fieri potuerit, vt in tam copioſa ciuitate vnus iuſtus non inueniretur, cuius virtutem intuitus Deus, parceret illi: cum certe eſſet in ea ipſe Ieremias, B eſſet Baruch miniſter eius, & Æthiops Abdemelech? Iſidorus exiſtimat hyperbolicè hoc dictum, ad exaggerandum Ieroſolymorum ſcelera. Verum nulla apparet ratio, cur Deum non propriè loqui putemus, cum propriè poſſimus interpretari ſicut olim propriè paucos iuſtos poſtulauit Deus ab Abraham, vt Sodomis parceret. Nec in his eſt Ieremias connumerandus, qui Dei vice loquebatur.

Quæſtio Num vnus iuſtus fuerit in Ieruſalem.

Lyra ergo reſpondet, viri nomine non vnum poſtulari: ſed aliquos in certo numero iuſtos, propter quorum iuſtitiam conueniens erat vniuerſæ parcere multitudini. Tamen ceteri omnes Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, & Dionyſius, vnum virum iuſtum inquiri interpretantur, quo magis vrbis impietatem exaggeret, & ſuam Deus in eam definitam pœnam æquiorem oſtendat, ſuamque ſummam beneuolentiam ad parcendum propenſiſſimam. Vnde Hieronymus: Grandis, inquit, amor iuſtitiæ, vt non pro decem iuſtis, ſicut olim ad Abraham dixit Deus, liberet ciuitatem, ſed ſi inuenerit vnum in Ieruſalem miſereatur ciuitatis. Enim vero quem vnum virum inquirat Deus, & ratione ipſa, & Scripturæ ſanctæ vſu inueſtigare oportet. Nam viri nomine non quemuis iuſtum, quamuis præditum virtute, graui omni culpa liberum, intelligi: ſed virum virtute magnum, & inſignem, qui ſuo exemplo, & auctoritate populum in officio contineret, Deoque punienti viriliter, ac fidenter ſeſe opponeret, ratio in primis ſuadet. Quia creditu eſt difficilè in tam numeroſa ciuitate, non potuiſſe reperiri vel paucos aliquos iuſtos, quibus ceterorum ſcelera non diſplicerent, & virtus eſſet precioſa.

Dei propenſio ad parcendum.

Virum iuſtum inſignis virtute.

Tum quia ſæpe conqueritur Deus per Ieremiam
de hoc ſcelere inter cetera, quod innocentes à po-
tentibus opprimerentur, eorumque innocentiæ,
quæ cum virtute profectò coniuncta eſt, nulla ha-
Eze.9.4 beretur ratio. Tum quia Ezechielis 9.4. præce-
ptum eſt Angelo, vt tranſiret per mediam Ieruſa-
lem, & ſignaret Tau ſuper frontes virorum ge-
mentium,& dolentium ſuper cunctis abominatio-
nibus eius. Pro certo habens Deus, multos in ea,
ipſo tempore quo loquebatur Ieremias, potuiſſe
iuſtos reperiri, qui gemerent, ac dolerent peccata
Ieruſalem. Suadet hoc ipſum vſus ſcripturæ ſa-
Nomen vir inclytum notat. cræ; nam Hebræum nomen אש Is, quod Latinè
vertitur vir, non infrequenter ſignificat inclytum,
& inſignem, in ea præſertim re, quæ adiecto nomi-
Exod. 15.3. ne declaratur, vt Exodi 15.3. Dominus vir belli no-
minatur, hoc eſt, bellicoſus, belli peritus. Judic.7.
Iudic. 7.14. 14. Non eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis filij
1.Reg. 26.15. Ioas viri Iſrael, hoc eſt diuis, aut principis Iſrael.1.
Reg.26.15. dixit Dauid ad Abner: Nonne vir tu es?
hoc eſt, vir clarus virtute,& inſignis robore. Vnde
addit: & quis alius ſimilis tui in Iſrael. Pſalmo 4.
Pſa.4.3 3. pro filij hominum, Hebraicè eſt, filij viri, hoc
Pſ.49.3 eſt inclyti,& potentes:& Pſalm.49.3. pro illis ver-
bis, Quique terrigenæ, & filij hominum, in He-
bræo habetur, tam filij Adam, quàm filij viri, hoc
eſt, tam filij plebeiorum, quam filij nobilium,
& magnatum, ſubditur enim, ſimul in vnum diues,
& pauper. Hac ratione Iſa. 46.11. Deus vocat
Iſ.46.11 Cyrum virum voluntatis meæ, hoc eſt inclytum,
Iſa.53.3 & ſtrenuum in voluntate mea exequenda:& cap.
53.3. Chriſtus dicitur vir dolorum, hoc eſt, vel pa-
tientiſſimus dolorum, vel ſummè dolendus. Simili
ergo forma loquendi Deus iubet quæri in vrbe re-
gia virum facientem iudicium, & quærentem ve-
ritatem, hoc eſt eximium, ac ſtrenuum in lege
complenda,& in quærenda veritate. Quales fue-
Ecc. 46. re illi, quos celebrat Eccleſiaſticus à cap. 46. vi-
ros glorioſos in generatione ſua, qui ſupra om-
nes coætaneos ſuos, pietatem perſecuti ſunt: vt
Noë, qui perfectus in generatione ſua Deo pla-
cuit, vt dicit Geneſ.6. Quod argumentum proſe-
Ge.6.9. Chryſ. quitur luculenter Chryſoſtomus, homil.23. in Ge-
neſim: talis fuit Abraham, tales Iſaac,& Iacob: ta-
les Iob, Dauid, Elias, & Daniel cum Moſe. De
Ezech. 22.30. quibus ſimili, dicitur Ezech. 22.30. Quæſiui de eis
virum, qui interponeret ſæpem, & ſtaret oppoſi-
tus contra me pro terra, ne diſſiparem eam, &
non inueni. Quæſiui virum, inquit Hieronymus,
qui iræ meæ poſſet reſiſtere, & inſtar Moyſis, &
Aaron, & Samuelis, igni meo, & incendio ſe
opponeret, & non potui reperire. Hinc colligit
eo loco Chryſoſtomus, in ſcriptura illum ſolum
virum dici, qui virtutem colit,& imaginem homi-
nis ſaluam retinet, ceteros autem neque eſſe pu-
tat, de quibus Iſaias 50. Veni & non erat vir.
Iſa.50.2 Gene 6. 11.12. Quos ſcriptura vocare ſolet terram, vt Geneſ. 6.
corrupta erat terra coram Deo: & carnem, cum
dicit, Omnis caro corruperat viam ſuam; nec enim
homines ſunt, qui humanam gerentes formam,
ex hominibus in belluas mutati, malitia volun-
tatis, generoſitatem naturæ amiſerunt, & bel-
luarum mores induerunt. Vnde meritò bellua-
rum nomina illis imponit ſcriptura, vt hoc loco
Iſa. 56. 10. equos vocans, fœminarum amatores, Iſaiæ 56.
Pſ.57.5. canes mutos: Pſalm 57. aſpides ſurdas obturan-
Ma.3.7. tes aures ſuas: & Matth. 3. Chriſtus Iudæos vo-

A cauit, progeniem viperarum, & ſimilia alia
multa.

2 *Iudicium.*] Nomen Hebræum Miſpat, quam-
uis ab Hugone, ſancto Thoma, & Dionyſio ac-
cipiatur pro iuſta cauſarum diiudicatione, vt
ſæpe accipitur in ſcriptura, & Emunach pro
fidelitate: ſed vt indicat Theodoretus, & in-
ferius ceteri conſitentur, iudicium hîc pro lege *Iudicium pro lege.*
Dei accipitur, vt Pſalm. 19.10. Iudicia domini *Pſ.19.10*
vera, hoc eſt præcepta, & leges. Pſam. 89. 31. *Pſal. 89.31.*
Et in iudiciis meis, vel legibus non ambulaue- *Ezech. 11.12.*
runt. Ezechiel. 11.12. Et iudicia mea non feci-
ſtis: & patet ex textu, quia vir, qui hîc quæ-
ritur faciens iudicium, non eſt ex ſolis ma-
giſtratibus, qui ceterorum cauſas diiudicant.
Nam ſubdit Ieremias: forſitan pauperes ſunt,
B & ſtulti, ignorantes viam domini, & iudicium
Dei ſui, ibo igitur ad optimates, quibus oſten-
dit, prius ſe cum omnibus, etiam popularibus
locutum, quos ait ignorare iudicium, id eſt, le-
gem Dei ſui.

Deinde nomen alterum Hebræum Emunah,
quod fides verſum eſt, pro veritate ſumitur,
ſeu fidelitate, quæ in dictis ſeruatur; nam ſub-
ditur: Quod ſi etiam, viuit dominus, dixerint,
& hoc falſo iurabunt: atque ita vertenunt Sym-
machus, Pagninus, & Vatablus, & ſic viden-
tur intellexiſſe Hieronymus,& Theodoretus. Si-
gnificat etiam firmitatem in factis, vt iam di-
cemus.

3 *Fidem.*] Idem illud nomen eſt quod acci-
pi diximus pro fidelitate, ſeu veritate, vt hîc
accipiunt Lyra, Vatablus, & Iſidorus; & ma- *Veritas idem quod fidelitas*
C gis ad rem: quia veritatem ſimulant falſo iu-
rantes, cum tamen Deus intueatur cor, an ſe-
ctetur veritatem, vel fingat. Proſpicit enim
quis hominum verax ſit, & fidelis, quis con-
tra ſimulator, nec ipſum id latere poteſt, iux-
ta illud quod habetur in primo libro Regum, ca- *1 Reg.16 7.*
pite decimo ſexto, homo videt ea, quæ parent,
Deus autem intuetur cor.

Hieronymus, Rabanus, Hugo, & Diony-
ſius pro fide virtute, qua Deo credimus, acci-
piunt. S. Thomas vniuerſalius, pro eo quod re-
ctum eſt. Theodoretus aliud ſignificatum inſi-
nuat non incongruum rei, de qua agitur. Ocu-
li tui, ait propheta, ad fidem reſpiciunt, hoc
eſt: tu Domine, cui omnia conſpicua ſunt,
teſtimonium de his perhibes, tanquam teſtis
oculatus, & ſcis me falſa non locutum de ma-
D lis Ieruſalem: Vnde meritò puniuntur. He-
bræorum quidam, quos refert Vatablus, &
ſequitur Pagninus, vertunt hîc: Domine ocu-
li tui, nonne ad ſtabilitatem, ſuple, reſpi-
ciunt? Nam nomen illud, vt cœpimus dice-
re, ſicut ſignificat fidelitatem, & veritatem,
quæ eſt conſtantia in dictis: ſic & in aliis re-
bus firmitatem, & ſtabilitatem. vnde Exod. 17. *Exod. 17.12.*
12. quod dicitur de Moſe: & factum eſt vt manus
eius non laſſarentur vſque ad occaſum ſolis, He- *Veritas pro ſtabilitate.*
braicè dicitur: Et fuit manus eius firmitas, ſeu
ſtabilitas, hoc eſt fuerunt manus eius firmæ,& ſta-
biles vſque ad occaſum ſolis. Qua forma loquen-
di nititur Ieremias Deum à crudelitate in punien-
do liberare: Tu, inquiens, domine ſemper inten-
tus es ad producendas res, quas creaſti, & augen-
das, multo certius ad conſeruandas,& ſtabiles re-
tinendas.

tinendas. Vnde quòd percutere vis, aut deſtruere [A] Iudæos, inuitus facis contra morẽ tuum. Quod ſi percuſſiſti: vt reſipiſcerent, feciſti: illi autem noluẽt hanc tuam agnoſcere voluntatem. Et quidem licet, ſi habeatur reſpectus ad verba ſubiuncta, Percuſſiſti eos, & cetera, hic ſenſus aptus ſatis videatur; verùm ſi ad ſuperiora reſpiciamus, quia plurium auctoritate firmatur, primus ſenſus verior eſt.

4 *Percuſsiſti.*] Aucto ad correctionem ſupplicio, populus obfirmabatur magis aduerſus Dominum; nam vt notauit Theodoretus, per gradus aſcendit in pœna, & per eoſdem auctior facta eſt culpa. *Deus per gradus auget pœnam.* Siquidem caſtigationem moderatam oſtendit, cum dixit, Percuſſiſti eos: qua tamen puniti non doluerunt: deinde grauiorem, & grauiſſimam, cum addidit, Attriuiſti eos, ſeu, vt ex Hebræo legitur, [B] conſumpſiſti eos. Et nec hac conuerſi, grauius peccauerunt, quia renuerunt accipere diſciplinam: imo indurauerunt facies ſuas ſupra petram: vt olim contigit Pharaoni. Quia vt ait Salomon *Prou. 18.3.* Prou. 18. Impius cum in profundum malorum venerit, contemnet. Et ad cordis perueniet inſenſibilitatem, quæ veræ virtutis non eſt pondus, vt *Gregorius.* docet Gregorius lib. 2. Moral. capite decimoſexto, verſ. trigeſimonono. Sed quando percuſſerit *Obiectio* eos inquires: Reſpondet Lyra, cum eos per Aſſyrios, & Ægyptos afflixit: neque enim ſingularis alicuius ſupplicij mentionem facit, ſed in vniuerſum, vt oſtendat Iudæorum proteruiam, docet, nullis ſupplicijs, ſiue per exteras gentes inflictis, ſiue è cœlo peſtis, vel famis immiſſis, ad bonam *Ierem. 2.30.* frugem rediiſſe, vt ſupra. c. 2. 30. dixerat, Fruſtra [C] percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt. *Iſa. 1.5.* & Iſaias. c. 1. Super quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationem, omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas. *Deus punit vt corrigat.* Hoc capitulo, inquit Hieronymus, diſcimus, iccirco inferri ſupplicia, vt vitia corrigantur. Quod ipſum *Iſa. 1. 5.* ex multis aliis locis colligere facile eſt, vt ex Iſaia *Iſa. 26. 16.* c. 1. iam dicto. ex cap. 26. 16. Domine in anguſtia requiſierũt te, in tribulatione murmuris doctrina tua in eis, & cetera. Omnis eiuſmodi diuina per*Gregor.*cuſſio, inquit Gregor. lib. 18. Moral. c. 12. aut purgatio in nobis vitæ præſentis eſt, aut initium pœnæ ſequentis: propter eos enim, qui ex flagello proficiunt, dictum eſt, Pſal. 93. Qui fingis dolorem in *Pſalm. 93. 20.* præcepto, quia dum flagellatur iniquus, & corrigitur, præceptum audire noluit, audiuit dolorem; [D] dolor ergo in pręcepto fingitur ei, qui à malis operibus, quaſi præcepti vice, dolore cohibetur. De his vero, quos damnant flagella, & non liberant, dicitur, Percuſſiſti eos, nec doluerũt, attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. Hæc flagella ab hac vita inchoant, & in æterna percuſſione perdurant. Vnde per Moſem Dominus dicit: Ignis *Deuter. 32. 22.* exarſit ab ira mea, & ardebit vſque ad inferos deorſum. *Cypri.* Cyprianus deinde in epiſtola ad Demetrianum hæc verba Ieremiæ referens, Ecce verba, & flagella non deſunt, inquit, & trepidatio nulla, nulla formido. Quid ſi non intercederet rebus humanis vel iſta cenſura? Quanto adhuc maior in hominibus eſſet audacia, facinorum impunitas ſecura. *Tertull.* Et magiſter eius Tertullia. lib. 2. aduerſus Marcionem cap. 13. Tot illecebris mali expugnantibus bonum, quis illud appeteret quod impunè contemneret? Quis cuſtodiret quod ſine periculo amitteret? Legis mali viam latam, & multo frequentiorem, nonne omnes illaberentur, ſi nihil in illa timeretur? Horremus terribiles minas creatoris, & vix à malo auellimur, quid ſi nihil minaretur? Rectè Iſaias c. 26. 10. dixit: Miſereamur impio, *Iſa. 26. 10* & non diſcet iuſtitiam, in terra Sanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam Domini. Hinc Chryſoſtomus Homil. 6. ad Populum Antioche. colle*Chryſoſtomus.*git, Deum bonũ eſſe in puniendo, ſicut in benefaciendo, ne dicamus ex dimidio bonum eſſe: nam *Deus bonus in puniendo, vt in benefaciẽdo.* vtroque reſpicit hominum ſalutem, beneficio alliciens, pœnæ verò timore compellens. Niſi enim gehennam minatus eſſet, niſi pœnam præparaſſet, non multi regnum aſſequi potuiſſent.

5 *Pauperes.*] Nomen Dallim, quod vertitur, pauperes, quamuis Hieronymus, Theodoretus, & Rabanus exiſtiment non ſignificare inopia preſſos, ſed legis doctrinę incapaces; videtur nihilominus propriè notare homines tenues, ſiue diuitiis, ſeu viribus, ſiue potẽtia; denique vulgus ignobile, & homines plebeios, qui ex conditione ſua, quòd occupati ſint agris colendis, & vineis plantandis, & ſimilibus aliis, rudiores ſunt, & à lege addiſcenda remotiores; ideoque aliquam habebãt excuſationẽ. Contraponuntur enim potẽtibus, & magnatibus. quo nomine, regem, & principes intelligũt Hugo, S. Thomas, & Lyra; nam ad Regem etiam ſpectat legem addiſcere, vt Deuteron. 17. 18. ei iniungitur. *Deuter. 17. 18.* Hieronymus in fine, prophetas, & ſacerdotes exponit; ſicut Theodoretus ſacerdotes, & legis doctores, quod ad negligentię facit amplificationem. Verũ vtroſque accipiunt Hieronymus, Rabanus, [C] & Dionyſius: & meritò, quia hi omnes ex officio liberiores ſunt à negotiis inferioribus, & aptiori ſunt ingenio, & conditione ad incumbendum in ſtudium legis; ideoque magis ad id tenentur. Vnde *Reip. & principes magis adſtricti legibus.* Sap. 6. 7. de illis dicitur, Potentes potenter tormenta patientur. Tum etiam quia cum probet vniuerſum populum ſceleribus obnoxium, & inquinatum, & plebem tanquam rudem velit excuſare, ceterum nobilium populum, ſub optimatum *Sap. 6. 7.* nomine comprehendit, ad quos confert ſe; & de quibus in his prophetiis reipſa loquitur. Nam cap. *Ierem. 4. 9.* 4. 9. dicit: Peribit cor regis, & cor principum, & obſtupeſcent ſacerdotes, & prophetæ conſternabuntur. Et idem ferè ad finem huius capitis. Itaque pauperes vocat ex conditione, & ſtatu, quod eiuſmodi ſint plebei homines carentes legis intelligentia, vt exponit Baſilius epiſt. 79. *Baſilius* & qui ſermonem Domini non accipiunt. Sic enim legit [D] hunc locum Chryſoſtomus ſermo. de fide, & lege *Chryſoſtom. ſer.* naturæ, tom. 3. fortè pauperes ſunt, propter hoc nõ poſſunt audire ſermonẽ Domini. etenim ait, Qui non accipit ſermonem Domini fit inops, qui Dei ſermonem accipit diues fit. Id quod teſtatur Paulus priori ad Corinth. 1. dicens: Gratias ago Deo, *1. ad Cor. 1. 5.* quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni ſermone, & omni ſcientia.

6 *Leo.*] His tribus metaphoris à leone, lupo, & pardo deſumptis, Nabuchodonoſoris ferociam, *Nabuchodonoſoris feroc.* vorandi auiditatem, capiendique dexteritatem, certius eſt ſignificari, vt exiſtimant S. Thomas, Vatablus, & Iſidorus: eiuſque exercitus. Semper enim hîc propheta Chaldæorum aduentum, vel expreſſo nomine, vel tacito, cõminatur Ieroſolymis, & vniuerſæ Iudææ, ſub his etiam ſimilitudinibus. Et hoc illi propoſitum fuit argumentum cap. 1. cum *Ierem. 1. 14.* dixit: Ab Aquilone pandetur omne malum, quia

Ier. 5.6. ecce ego connocabo omnes cognationes regnorũ A
15. Aquilonis & cetera. Et c.4. 6. Malum ego adduco
ah Aquilnne, & contritionem magnam. Aſcendit
leo de cubili ſuo, prędo gentium. & v.13. Ecce quaſi
nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas currus eius, ve-
lociores aquilis equi eius. Et hoc ipſo capite verſu
15. Ecce ego adducam ſuper vos gentem de lon-
ginquo, gentem robuſtam, gentem antiquam; qui-
bus ſatis indicat leonis, lupi, ac pardi nomine, de
Nabuchodonoſore, eiuſque exercitu locutum. De
Habac. 1. 6. quo ſub eiſdem metaphoris Habacuc.1.ca.v.6. fuit
locutus, & ipſe Ieremias Thrենor.3.v.10. Siue ergo
Threno. 3.10. nomine leonis intelligas Nabuchodonoſorem, &
lupi nomine Nabuzardam qui vrbem, templũque
ſuccẽdit, vt vult Theodoretus, & pardi nomine eius
exercitum; ſeu tribus his metaphoris intelligas Na-
bucbodonoſorem ſimul cum eius exercitu; ex his, B
quæ adduximus ſatis manifeſtum eſt ſermonem
hic eſſe de ſolis Chaldæis, nõ de tribus aut quatuor
regnis, vt omnes alij hunc locum interpretantur.
Per leonem enim omnes intelligunt Nabuchodo-
noſorem; per lupum veſpertinum Hieronymus,
Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dion. acci-
piunt regnum Perſarum, & Medorum, quod Dan.
Dan 7. 3. 7. vrſæ nomine eſt ſignificatum. Per pardum vero
regnum Grẹcorum, ſed pręcipuè magnum Alexan-
drum interpretantur Hier. Rabanus, & Hugo, qui
pardo adſimilatur à Daniele. Antiochũ vero Epi-
phanem Theodoretus, Lyra, & Dionyſius, qui. 1.
1 Mac. 1.& 2. Macbab.1.& 2. vehementer afflixit Iudæos. Demũ
illa verba, Omnis, qui egreſſus fuerit ab eis capie-
tur, de imperio Romano, licet non ita certo, expo-
nunt Hierony. Rabanus, S. Thomas, Lyra, & Dio- C
nyſius. Sed prior ſenſus germanior eſt, & ſimpli-
cior, & rei, de qua agitur magis congruens.
Leonis natura. 7 *Sylua.*] Vt Nabuchodonoſoris conditiones no-
bis exprimat Ieremias, Leonis has crebro repetit
cõnditiones. Quòd egreſſus de ſylua, aut de lati-
bulo, in quo latebat ex inſidijs, obuiam ſoleat exire
iter facientibus nullius panore perterritus. Quo ſi-
Pro. 30. 30. gnificat intrepidam eius fortitudinẽ, de qua Prou.
30.30. Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius paue-
bit occurſum: & prædæ auiditatẽ è fame rabida cõ-
Pſ. 10. 8. citatam. de qua Pſal.10.8. dicitur: Inſidiatur in ab-
Pſ. 16 12 ſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua. & Pſal.16.12. Si-
Ie. 4. 16. cut leo paratus ad prædam ſuſceperunt me, & ſicut
catulus leonis habitans in abditis: & ſupra. c.4. 7.
Thren. 3.10. Aſcendit leo de cubili ſuo. & Threnorũ. 3. 10. Vr-
ſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſcondito. Tam
ferox, inquit propheta, egredietur de Babylone D
Nabuchodonoſor, & tam prædæ auidus ex inſidijs
occurret Iudæis nihil tale cogitantibus.
8 *Ad veſperam.*] Cum tribus tantum in locis hoc
Haba. 1 8. epithetõ lupis adiungatur, Habacuc.1.8. Velocio-
res lupis ערב Ereb, & Sophoniæ. 3. 3. Iudices eius
Sop 3. 3. lupi ערב Ereb, in ſingulari, & hoc loco apud Iere-
Lupus veſpertinus quis ſit. miam, qui vſus eſt plurali, Lupus ערבות araboth va-
ſtauit eos: dubium eſt quid hoc Hebræo vocabulo
ſignificetur. Septuaginta ſingulare illud Ereb,
Arabiæ, verterunt, dicentes: Lupos Ara-
biæ; cum tamen hoc nomen ſub forma ſingulari,
nuſquam pro Arabia poſitum, ſed pro veſpera re-
Ierem. 25. 24. periatur in ſcriptura, niſi ſemel, ה præfixo, Ier.25.
24. vbi vulgatus legit, Et cunctis regibus Occiden-
tis; veſpertina enim regio Occidẽtalis dicitur, quod
ſol veſpere occidat. Ceteri transferunt in hoc loco
Iere.25. Arabiæ deſertæ. Vnde duobus in locis di-
ctus Symmachus, auctore Hieronymo, Sophonię 3.

vulgatus, Tigurina, Pagninus, Vatablus, & alij, no-
men ſingulare verterunt, lupos veſpertinos, quam-
uis hic Hierony. Occidentis etiam transferat. No-
men vero plurale Araboth, quo hîc vſus eſt Iere-
mias, Septuaginta verterunt, vſque ad domos eo-
rum. Tigurina, & Pagninus, lupus ſolitudinum, aut
campeſtrium, vel deſerta incolens. Nam vulgatus
Deuteron.34.1.& 8.& Ioſue 4. 13. campeſtria ver- Deu 34. 1. 8.
tit, loquens de campeſtribus Moab, & Iericho. Ioſue 4. 13.
Verùm rectè hîc vulgatus tranſtulit, lupus ad veſ-
peram, quod Hebraicè dicitur, lupus veſperarum.
Placetque hæc verſio Dauidi Kimhi, & Vatablo,
meritò, cum nihil ſingulare notetur de lupis, quod
vocentur lupi ſolitudinum, quod ſemper degant in
ſolitudinibus: notatur autem, quod vocentur veſ-
pertini, ſicut de leone, quod dicatur egredi de ſyl-
ua, & de pardo, quòd vigilet. Sed cur lupi dican-
tur veſpertini, magis quam matutini videndum
eſt. Hugo, & S. Thomas, id quod inſinuat Hiero-
nymus Habacuc.1. & Vatablus, hanc reddunt ra-
tionem: quod tota die cibo conſumpto, nocte vi-
cina rabie concitati ſæuiores reddantur, & ad præ-
dam nocte capiẽdam celeriores. Verùm nunquid
non hoc commune eſt feris omnibus rapto veſcẽ-
tibus, quæ nocte vicina fame preſſæ, ſole occum-
bente egrediuntur ad prędam? Non ergo tanquam
ſingulare lupis debet attribui. Sic enim dicitur Pſa. pſalm.
103. Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa per- 103. 20.
tranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ: Catuli leonum ru-
gientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi:
ortus eſt ſol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis
collocabuntur. Ergo lupi veſpertini putandi ſunt,
non quod veſpere exeant, vt noctu deprædentur,
ſed quod veſpere etiam deprædentur, alioquin
nulla eſſet Ieremiæ ſimilitudo, qua ad veſperam ait
Nabuchodonoſorẽ vaſtaturum Iudæos, inſtar lu-
porum ad veſperam prædantium. At huic rationi
aduerſantur omnes, qui de natura ſcripſere lupo-
rum, Philoſophi, aut Hiſtorici, nocturnum lupum
appellantes, vel antelucanum. Oppianus enim li. Oppian.
1. de venatione, lupam νυκτιπόρον, id eſt, noctu am-
bulantem vocauit, & lupum lib. 3. nocturnum ra-
ptorem: antelucanum vero nominauit lib. illo. 3.
de ſecundo luporum genere loquens, bis verſibus.

Eſt alius membris, & toto corpore maior
Iſto, quique lupos præuertit curſibus omnes:
Accipitrem quidam appellant, rapidumque la-
tronem.
Hic magno fremitu cupidam petit arduus eſcam,
D *Dum imperioſa fames ſub prima crepuſcula cogit.*

Hoc eſt ſub primam lucem. Et Virgilius lib. 9.
Æneid. cum dixit.

Ac veluti pleno lupus inſidiatus Ouili, Virgil.
Cum fremit ad caulas ventos perpeſſus, & imbres.
Nocte ſuper media: tuti ſub matribus agni
Balatum exercent: ille aſper, & improbus ira,
Sæuit in abſentes. Collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ſiccæ ſanguine fauces.
Nocte ſuper media. Hoc eſt, vltra noctem
mediam.

Propterea à lupi nomine Græco λύκος Home-
rus 7. Iliados, vt refert Ælianus libro 10. de ani- Home.
malibus ca.27. Amphilychim, hoc eſt, primam lu- Ælian.
cem appellauit, quæ & lycophos, hoc eſt, anteluca-
num tẽpus dicitur, quod tunc lupus cernẽs ſe in viſ
dat, & pecora rapit, vel potius lupi λύκοι dicti ſunt
vt notat

Macro. vt notat Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 17. à λύκης A luce, quod hæ feræ maximè id tempus aptum rapiendo pecori obſeruent: quod antelucanum poſt nocturnam famen ad paſtum ſtabulis expellitur. Inde Sol Apollolycius dictus eſt, vt Cleanthes no- *Cleant.* tat, quod veluti lupi pecora rapiũt, ita ipſe quoque humorem eripit radiis. Imo & lupi nomine λύκον dictũ lycopolis Thebaidos ciuitas oſtẽdit, quæ pari religione Apollinẽ, itemque λύκον hoc eſt lupum colere ſolita eſt: quod hoc animal rapiat, & conſumat omnia, inſtar ſolis, ac plurimum oculorũ acie cernens, tenebras noctis euincat: vnde ſicut Græci *Lucis etimon.* λύκης, Latini lucis nomen deduxerunt. Ac propterea ad hanc luporum naturam Iacob reſpiciens *Geneſ. 49. 27.* dixit Gen. 49. Beniamin lupus rapax, mane comedet prædã, & veſpere diuidet ſpolia. Dicti ſunt ergo B lupi veſpertini, hoc eſt nocturni, ſicut ſcriptura ve- *Veſpera pro nocte.* ſperam pro nocte ſolet vſurpare, nam verbum ערב Arab, vnde nomen deriuatur, obſcurare, aut tenebreſcere ſignificat, vt Iſ. 24. 11 vbi dicitur, deſerta eſt *Iſ. 24. 11* omnis lætitia, alij vertunt, obtenebrata, vel obſcurata eſt omnis lætitia. Hinc illud Gen. 1. Factus veſ- *Gen. 1. 5* pere, & mane dies vnus, idem eſt, ac ex nocte, & die factus eſt dies primus. & Matt. 28. 1. Veſpere autem *Matth. 25. 1.* ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati, exponitur: Nocte hebdomadæ, cum iam illuceſceret prima dies poſt ſabbatum, quæ dicta eſt Dominica, venit Maria. Quã ſignificationem Hieron. ſuper locum *Hieron.* Sophoniæ, ſatis expreſſit, cum dixit, Iudices quoque eius, quaſi lupi Arabiæ, occidentes veſpere, & nihil relinquentes in mane, non aſpicientes ad ortum ſolis, ſed morantes ſẽper in tenebris, qui quaſi in nocte, & nullo vidente omnia populantur: & cũ C luporum more cuncta diripiant, ne paruos quidem cibos indigentibus derelinquunt. & inferius. Non merentur lupi dici Beniamin, qui mane rapiunt, & ad veſperam dant eſcam, ſed lupi veſpertini, qui noctibus comedunt, & in mane nihil relinquunt. & Amb. in c. Luc. 10. prope initiũ, de lupis ait, Somnũ *Ambro.* canum, abſentiam, aut deſidiã paſtoris explorant, fremunt circa caulas nocturno magis tẽpore quam diurno. Etenim cum lupi, ſicut ceteræ feræ rapaces, egrediantur ſub tenebras, vt inſidientur ouibus, & capiant prædam, vt ex Pſ. 103. notauimus, vt de ca- *Pſalm. 103. 20.* nibus dicitur Pſ. 19. 7. Conuertentur ad veſperam, *Pſ 19. 7.* & famem patientur vt canes: & experientia cõſtet tota nocte in inſidiis eſſe, præſertim de media nocte, quoniam tunc vſque ad mane poſt nocturnum paſtum, quieſcunt pecora: & hac ex parte nihil peculiare in lupis inuenimus: veſpertini, ſeu noctur- D ni fortaſſe dicuntur quod hoc habeant ſingulare, vt oculorũ acie tenebras euincant, iuxta Macrobij dictum, vnde & Græcè lycos dictus eſt lupus, quaſi lucẽs, & ſol eius nomine eſt nuncupatus, quod tenebras abſorbeat, & expellat: atque ita & ad inſidiandum pecoribus, & ad prædam faciendã audacior, faciliorque ſit. Quod miro modo cõgruit Nabuchodonoſori, eiuſque exercitui, qui nocte ciuitatem Ieroſolymã ingreſſus eſt, diffugiente Sedecia, vt refert Ier. c. 52. 7. vnde exhortabantur ſeipſos *Ier. 52. 7.* Chaldæi, Ier. 6. 5. Surgite, & aſcẽdamus in nocte, & *Ier. 6. 5.* diſſipemus domos eius. Atque ita inſidiabãtur exiſtentibus intra vrbẽ, ne quiſquam egrederetur, quẽ non raperent, vt æquè illis nox, ac dies deſeruiret.

9 *Pardus.*] Pardus ad leonis naturam proximè ac- *Pardi natura.* cedit, ſæuus vt ille, pellem habet reſperſam maculis, ſine iubis in collo, aut armis. Vide Ier. 13. 23. di- *Ierem. 13. 23.* citur, Simulare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut par- A dus varietates ſuas? Odorem emittit è pelle, quo feras ad ſe allicit, arripit, laceratque. Nã cum cibo eget, ſeſe in loca arboribus conſita, frondibuſque veſtita occultat, quò Dorcades, & capræ ſylueſtres ſuauis odoris illecebra attractæ, proximè accedunt: & pardalis è latebra exiliens ad prędam irrumpit, eamque comprehendit, auctoribus Plinio lib. 8. naturalis hiſtor. c. 16 & Æliano lib. 5. hiſtor. *Plinius. Ælia* animalium, ca. 40. Pardi fęmina panthera eſt, candida conſtans pelle, & ſimiliter maculoſa, ac odo- *Panthera pardi fœmina.* rifera, auctoribus etiam Ariſtotele libro nono de hiſtoria animalium cap. 6. & Plinio eo libro c. *Ariſtot. Plinius* 17. Eſt autem pro, vigilans, vt notat Hieron. dictio Hebræa, eadẽ quæ ſop. c. 1. v. 11. poſita eſt; vbi dicitur, Virgã Soked vigilãtem, vertiturque ab aliis, feſtinans, celer, velox, incumbens ad prædandum; B quod pardi proprium eſt, iuxta illud Hoſeæ 13. 7. *Hoſea 13. 7.* Ego ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum. Quo rectè ſignificatur Nabuchodonoſor, qui exercitu è variis gentibus coacto, intentus erat Iudeæ, & Ieruſalem euerſioni; quã tandem cępit, diripuit, & vaſtauit: adeoque inuigilabat, vt ſi quis vrbem egrederetur, raperet, ac diriperet, vt cępit fugientem Sedeciam, oculiſque erutis, miſit Babylonem. Nec minus hæc vrſi, leonis, & pardi conditio dæmoni conuenit, qui inhians ad prædam vigilat, vt inſidietur, & obiectis odoriferis deliciis, & pellis varietate, circuit quærens quem deuoret.

10 *Mœchati ſunt.*] Omnes ferè interpretes Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, & S. Thomas hæc de luxuria corporali interpretantur. Lyra, & Dionyſius illud, mœchati ſunt, de ſpiritali cum idolis C mœchia exponunt, cetera de corporali. Hugo tamen, qui & priorem ſequitur expoſitionem, magis ex profeſſo de luxuria ſpiritali, nempe, ido- *Luxuria pro idololatria.* lolatria, hanc integram ſententiam explicat, vt etiam Iſidorus. Quæ interpretatio congruit magis argumento, mentique Ieremiæ: qui hac metaphora ſæpe vtitur ad ſignificandam appetendi vim, qua populus ad idola currebat, vt patet. c. 2. & 3. hæcque cauſa pœnæ inferendæ Ieruſalem ſola redditur hoc cap. ver. 19. quod ſerituri eſſent Iudæi *Ierem 2 & 3.* diis alienis in terra non ſua, ſicut ſeruierant illis in terra ſua. Sæpe etiam coniunguntur in ſcriptura ſaturitas, & idololatria ſub nomine fornicationis, & ſimilium: vt Exod. 32. ſedit populus manducare, *Exod. 32. 6.* & bibere, & ſurrexerunt ludere. Deuteron. 32. in- *Deuter. 32. 15.* craſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo. Hoſeæ 2. D Fornicata eſt mater eorum, quia dixit, vadam poſt amatores meos, qui dant panem mihi, aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum, & c. 8. 4. argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, vt interirent. Ezech. 16. *Ezech. 16. 10.* Tuliſti vaſa decoris tui de auro meo, & argento meo, quæ dedi tibi, & feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis. Probat deinde hunc ſenſum Hebraicus loquendi modus, qui ſic habet: Saturaui eos, & mæchati ſunt, & domus meretricis ſe turmatim congregabant, vel conferebant, hoc eſt, & familia vniuerſa meretricis Ieruſalem, & idololatræ, turmatim ibant ad idola: eo impetu, quo equi ſagiuati irruebant in fæminas. Sic enim ipſi præcipites ibant ad idola gentium vicinarum. Quia vero eiuſmodi cultum ſolet ſcriptura verbo, fornicari, declarare, rectè vulgatus, vertit hoc loco, luxuriabantur. Quæ licet ita ſint, aptè etiam

hæc de luxuria explicantur: quòd ex ſaturitate cõtinuo ſequatur, quod horum duorum vitiorum inſtrumenta ſint natura coniuncta. Licet enim prophetæ propoſitum ſit in idololatriam inuehi, etiam alia inſectatur peccata ex illa profecta, vt legis ignorantiam, iniuſtitiam, & luxuriam. Vnde rectè quod ex Hebræo alij vertunt: Et in domo meretricis congregabant ſe turmatim, vel tanquam exercitus, vulgatus dixit, Luxuriabãtur; quia ad hoc eò ſe conferebant, vt conſtat ex ſimilitudine equorum ſubiuncta.

11 *Equi.*] Pro illo nomine, amatores, eſt hîc participium præteriti coniugationis Piel מיוזנים Meiuçanim, quod biblia regia legunt מוזנים Meuuçanim, at proprius alij legunt מיזנים Meiuçanim, deductum à יזן iaçan, quod eſt armare, & ita Dauid Kimhi vertit, equi armati, quaſi phalerati, frænis, phalerisque ornati. At R. Iahacob, Tigurina, Pagninus, & recentiores alij deriuant à זון çuo, vt ſit מוזנים Muçanim paul biphil, & ita iiſdem literis conſeruatis, tantum eſt mutatio in punctis: ſignificat autem alere, & ſaturare: vnde vertunt, vt equi ſaturati, paſti, ſaginati, atque adeo laſciuiẽtes. Hinc ergo deducentes Lxx. & vulgatus, & ex effectu cauſam colligentes, equi amatores, & emiſſarij verterunt; hoc eſt, qui bene paſti laſciuiunt, & æſtu libidinis exciti irruunt, hinniũtque in fœminas. Vnde Eccleſiaſticus cap. 33. dixit: Equus emiſſarius, ſic & amicus ſubſannator, ſub omni ſupra ſedente hinnit. Chaldæus expoſuit, equi robuſti, feroces, vel efferati. Pro dictione altera, emiſſarij, in Hebræo eſt participium מושכים maſchim, quod Hieronymus cum Græcis, qui vnanimes ἕλκοντες verterunt, id eſt, trahentes, deducunt, à verbo משך maſac, quod eſt trahere, ſeo protrahere, vt dicantur equi trahentes, qood magnas carnes trahant in genitalibus, in magnæ libidinis indicium; & propterea vulgatus vertit, & emiſſarij facti ſunt, id eſt, admiſſarij, libidinoſi, & ad generandum admiſſi.

Equi emiſſarij.

Eccleſi. 33 6.

Verùm non eſſe prædicti verbi participium, ſed nomen, communis eſt Hebræorum ſenteotia, & ex ſcriptura certius id eſſe dedocemus. R. Abraham ben ezra exiſtimat deduci à cuiuſdam regionis nomine, משך dictæ, à Meſech filio Iaphetb Gen. 10. 2. quem Lxx. & vulgatus Moſech nominarũt. Eſt antem hæc regio iuxta Ioſephum filium Gorion, Tuſcia, vnde ille vertit, equi armati, aut equi bene paſti Tuſci; è Tuſcia enim veniebant equi fortes, hinnientes, & concupiſcentes fœminas. Iuxta alterum vero Ioſephum lib. 1. antiq. cap. 11. Cappadocia eſt. Alij propius ad veritatem gentem eſſe putant Cedræis finitimam, quam Plinius lib. 5. c. 11. vicinam facit Nabathæis; atque ita ſæpe coniunguntur, vt Pſalm. 119. illa verba: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar: ex Hebræo ſic habent: Heu me miſerum, quia peregrè ago in Meſech, habito in tabernaculis Cedar, quam gentem Cananeæ genti finitimam eſſe, ex Exec. 17. 13. &c. 32. ſatis colligitur. Moſchouitas ex nominis propinquitate eſſe alij putant. Significat ergo equos bene paſtos, ex quacunqoe harum prouinciarum exortos, laſciuientes, & libidinoſos, quos vulgatus rectè vocauit emiſſarios. Dauid Kimhi, Tigurina, Pagninus, Vatablus & alij recentiores, putant eſſe nomen, ſed aduerbiaſcere, deductum à verbo שכם Sacam, quod eſt mane ſurge, manicare vocat Gellius lib. 3. noctium Atticarum cap. 29. quo verbo vſus eſt vulgatus Lucæ 21. 38. cum dicit, Et omnis popolus manicabat ad eum in templo audire eum. Eſtque idem, quod aduerbium, mane, vt patet Hoſeæ 6. 4. Quaſi ros mane pertranſiens. Et & 13. 3. Quaſi ros matutinus præteriens. Et ita vertunt hunc locum Ieremiæ: Sicut equi ſaturati mane erant, pro ſingulo mane, vel quotidie erant. & eſt ſenſus Dauidis in commentaria: Sicut equi, quibus data eſt eſca multa in nocte, & ſaturati ſunt pro ſuo deſiderio, mane egredientur, & hinnient: ſic & ipſi noctu committebant adulteria cum vxoribus proximorum ſuorum, & mane læti egrediẽtes gloriabantur de malo perpetrato. Vel, vt equi ſaginati ſingulo mane erunt, quiſque ad vxorem proximi ſui adhinnit: hoc eſt, vt equi bene paſti, & ſaginati, quotidie ab exortu ſolis hinnientes ad equas propria trahũtur libidine; ita hi magnates in primis ciborum varietate, & copia ſagiuati, opolentia, ocioque concitati, quotidiè ad proximorum vxores, infanda libidine ferebantur, vt etiam dixit Ezechiel. cap. 22. 11. Quem ſenſum expreſſit clarius vulgatus, cum dixit, Equi amatores, & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.

Gen. 10. 2.

Ioſeph.

Plinius.

Pſ. 119. 5.

Ezech. 17. 13. & 32.

Gellius.

Oſea 6. 4.

Hoſea. 13. 3.

Libidinus vas.

Ezech. 22.

12 *Propagines.*] Nomen plurale Hebræum נטישות netiſoth à radicè נטש natas deductum, quod eſt ſponte dimittere, aut extendere, ſignificat ramos oblõgos, & huc illuc expanſos, palmites ex vite dimiſſos, aut propagines: ſic Ierem. 48. 32. dicitur: Rami tui, vel propagines tuæ tranſierunt mare. Hoc ergo loco per metaphoram Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius eo nomine intelliguut filios, aut poſteros, qui ſunt veloti parentum propagines. Auferte, ait, propagines eius, nempe Ieruſalem, nam pronomen fœmineum eſt, hoc eſt, capite omnes ciues eius, aut interficite, vel captiuos ducite, quia non ſunt domini, qui tueãtur eos. Lxx. & vulgatus legunt, ſuſtenta aula, & intelligit Hieronymus auxilia, ſeu præſidia quæcumque, vt torres quæ eminere ſolent è variis mnrorum partibus, aut mœnia, vt vertit Pagninus, aut palatia, vt Chaldæus. Dauid Kimhi, & Vatab. dentes mnrorum exponunt, hoc eſt minas, ſeu pinnas, quas è muris Ieruſalem auferri iubet, vt hoſtes facile poſſent aſcendere. Sic vocat Virgil. 4. Æneid. Pendent opera interrupta, minæque, Murorum ingentes. Fortaſſe & honc habent ſenſum hæc verba, vt quia verbum, natas, ſignificat liberè dimittere, nomen etiam ſignificet liberè dimiſſa, aut derelicta: quomodo vertit vulgatus Iſa. 18. 5. & derelicta abſcindentur, & excutientur: atque ita dicat. Auferte derelicta eius, quaſi dicat, irruite in vrbem, & quæcumque volueritis diripite, quia à me ſponte ſunt dimiſſa, & ita non habent dominnm, occupate ea, quia quæ domino carent ſunt primo occupantis. Quo ſignificat eius miſeram ſortem, quem dominus dereliquerit: expoſitꝰ enim eſt direptioni omnium ferarum, tyrannorum, ac dæmonum, qui in eom irruunt, tãquam in non habentem dominom qui tanquam rem ſuam eripiat, ac tueatur, ac vendicet. Sic enim Babylonij in Iudæos impetũ fecerunt. Verum iuxta vulgati lectionem, Hieronymi præſtat intelligentia. Septuaginta vero, licet fulcimenta, ſeu baſes tranſtulerint, & negationem præfixerint verbo, quia noo ſunt domini: in complutenſi codice, & regio. At in Vaticano, in Theodoreto, & Euſebio lib. 2. de Demonſtr. euangelica, Demonſtr. 55. præponunt verbo, auferte; legentes,

Ierem. 48. 32.

Virgili.

Iſ. 18. 5.

Sors miſera à Deo derelictis.

Euſeb.

ne auferatis, vel verius, relinquite ſuſtentacula, A vel fulcimenta eius quia domini ſunt: pér quæ Theodoretus intelligit inſtauratores gentis, nempe Ieſum, & Zorobabel, qui Iudæos eduxerunt è captiuitate. Euſebius melius, reſiduum accipit, quod ex fide Chriſti ſolidatum, confirmatúque conſeruatum eſt, ne cum reliquis Iudæis periret, cum eorum omnium fulcimentum eſſet futurum. Hi ſunt beatiſſimi Apoſtoli & eorum ſummus Apoſtolus Chriſtus: qui ex emortua penè radice Iudaicæ gentis, quaſi germen germinauerunt, & quaſi ſemen prodierunt, vt vniuerſum mundum ſuſtentarent, & vero ſemine conſpergerent, qui ex omnibus diſperſionibus, & captiuitatibus, quaſi virgultum de terra ſitienti emerſerunt.

13 *Non eſt ipſe.*] Hieronymus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, & Vatablus de negatione diuinæ prouidentiæ hæc intelligunt: quod probat id quod præceſſerat, negauerunt dominum. Cum enim Deo vero ſpreto idola colerent, ex ipſiſque bona ſperarent, malaque timerent; quæcumque à Deo vero dicta prænunciabant prophetæ, non curabant. Ex eo etenim quod dixit inſipiens in corde ſuo, non
Pſ. 13. 1 eſt Deus, Pſalm. 13. corruptus, & abominabi-
Timor vnde oriatur. lis factus eſt iniquitatibus. Nam qui dominum negat, & præmia ab eo promiſſa nihili ducit, & pœnas quas comminatur, non timet, merito dignus qui illis afficiatur, vt ſentiat quod ſentire non timuit.

14 *Prophetæ.*] De veris prophetis intelligunt rectè Hieronymus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, quorum minas, C tanquam fictas ſubſannabant impij Iudæi iuxta
Ezech. 33. 32. illud Ezechie. 33. 32. Et es eis quaſi carmen muſicum, quod ſuaui, dulcique ſono canitur: & audiunt verba tua, & non faciunt ea: & audiunt ſermones tuos, & non faciunt, quia in canticum oris ſui vertunt illos. Theodoretus tamen, & Vatablus de pſeudoprophetis hæc exponunt, niſi quod Theodoretus populum ab illis inductum, qui ſpiritum Dei non habebant, hæc putat locutum. Vatablus autem in modum comminationis explanat, hac forma: prophetæ veſtri peribunt, & euaneſcent, quia confingebant ſibi quæ dicerent. Et probat ex Hebræo ſic habente: & prophetæ fuerunt in ventum, & verbum non in eis, ſic fiet eis.

Simplicior eſt ſenſus, ſi hæc omnia interpretemur, vt verba impiorum illorum, qui dixerunt: D Non eſt ipſe: & futurum Hebræum ſit poſitum pro præterito, fuerunt in ventum locuti, hoc eſt, & prophetæ mentiri ſunt, nec habuerunt oraculum Dei, cuius ſpiritu ſe loqui dicebant. Illa vero verba, ſic fiet eis, vel hæc ergo euenient eis, Hieronymus cum ceteris referunt ad ſequentia, quaſi dixiſſet: Propter hæc ſcelera, dicit dominus puniendos fore: poſſunt tamen & ſuperioribus coniungi, vt ſint verba impiorum, qui mala ipſa, quæ prophetæ comminabantur imprecantur eis, optantque in eorum caput recidere, dicentes: inania ſunt quæ minantur, ſuſtineant ipſi, quæ falſo nos laturos prædicant.

Vis verbi Dei. 15 *In ignem.*] Efficacitas verborum Dei populum comburentium, poteſt contingere, vel ex virtute, mouitque loquentis: ſolent enim ſancti homines tanta vi, tamquam concitato ſpiritu loqui, vt nihil licet loquantur, permoueant auditores ad quoſcumque velint affectus: de qua non videtur hîc loqui Deus, vel ex re ipſa, quæ dicitur: ea enim rectè perorata, & ab auditoribus credita, permouet animum ad metum, ſi minæ ſint, & ita afficit, vt quaſi igni comburi videantur, & angi, ac præ triſtitia ob imminentia mala exareſcere: & de hac efficacitate videntur hæc verba intellexiſſe Hieronymus, Rabanus, S. Thomas, & Dionyſius, iux- *Ier. 23. 26.*
ta illud ca. 23. Nunquid non verba mea, ſunt quaſi ignis ardens? Vel tertiò poteſt contingere hæc efficacitas ex eo, quod ad effectum verba deducantur, quia videlicet tam certo executioni mandanda ſint, quam certo ignis comburit ligna coram poſita: & de hac videntur exponere Hugo, Lyra, & Vatablus, ac veriùs. Tum quia hæc verba adiecta ſunt in pœnam eorum, quæ fuerant dicta B contra prophetas: & certè ſi verba Dei efficacia cenſerentur modis prioribus, commoda potius fuiſſent, quam incommoda Iudæis. Tum quia cum non crederentur à Iudæis ex Deo fuiſſe profecta, ſed in ventum prolata, non poterant ſic eſſe efficacia. Tum demum quia verba, quæ dantur in ore Ieremiæ ſunt illa: Ecce ego adducam, & ſequentia, quibus ſimilia multa dicta ſunt in ſuperioribus capitibus, nihil proficua incredulis Ieremiam ea prænunciantem ſubſannantibus.

Senſus ergo is erit. Ecce ego do verba mea in *Diuina comminationes quanti habendæ.* ore tuo, extremum interitum comminantia, quibus prædices Iudæis me adducturum Babylonios, qui ſicut ignis voraturi ſunt & vrbem, & templum cum ciuibus vniuerſis, quos veluti ligna coram igni, deſeram, & exercitui Chaldæorum exponam: C & tunc ſentient vim verborum tuorum, inuiti licet, & efferati, quam modo ſentire nolunt. Hoc ſimiliter perpetientur improbi, qui pro nihilo ducentes gehennæ comminationes, mores non mutant cum enim interitus acceſſerit, incipient ſentire inuiti, æterno igne combuſti, quæ in hac vita ſponte ſentire noluerunt; flebunt & dentibus ſtridebunt, graui pœna oppreſſi, quam facile cauere potuiſſent.

16 *De longinquo.*] Hieronymus, Theodoretus cum reliquis, de gente Chaldæorum hunc locum intelligunt, & bene: quam nomine ignis, ligna, hoc eſt populum cum bonis omnibus, & fructibus eius *Chaldæorum ferocitas.* voraturi, ſe adducturum Deus præmiſerat. Eius gentis ferocitatem, quo maiorem incutiat terrorem propriis epithetis manifeſtat. Nam in primis, ait, venturam de longinquo, quo eius crudelitatē D ſignificet, quæ nulla vel affinitate, vel familiaritate ex regionis vicinitate contracta, moueatur ad miſericordiam. Robuſtam vocat, ob corporis for- *Chaldæorum origo. Ge. 10. 8* titudinem, ac robur. Antiquam, quod ex antiquo habeat peritiam militandi, nempe à Nembroth filio Chus nepotis Noë, qui anno 131. poſt diluuium cæpit regnum Babylonis, vt colligitur ex Geneſ. 10. 8. quod vna cum regno Aſſyriorum obtinuerunt Belus pater Nini cum ceteris fere vſque ad Nabuchodonoſorem. Quod notat Theodoretus dum dicit, hîc eſſe ſermonem de regno Aſſyriorum, in quo primus Nembroth imperauit. E Babylone enim egreſſus Aſſur Aſſyriorum imperium inchoauit: quod vnitum in Belo patre Nini, ſimul eſt à ſucceſſoribus adminiſtratum, vt diximus in Chronologia ſacra. Deinde adiicit, gentem cuius ignorabis linguam, hoc eſt, inexorabilē quā non licebit deprecari, quia non audiet, & non

Intelliget, nec intelligetur. Explicat deinde arma, A quibus militat, omnia deuaſtat, ac deuorat, quamtumuis fuga ſe quis velit eripere. Quibus docetur complendam illam comminationem, quam eiſdem penè verbis, comminatus olim fuerat Moſes

Deut. 28. 49.

Deut. 28. 49. Adducet dominus ſuper te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu: cuius linguam intelligere non poſſis: gentem procaciſſimam, quæ non deferat ſeni, nec miſereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ, donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta boum, & greges ouium, donec te diſperdat, & conterat in cunctis vrbibus tuis, & deſtruantur muri tui firmi atque ſublimes, in quibus habebas fiduciam. B Rectè porro gens hæc refert dæmonum conditionem, qui in miſeros homines ſuam exercebunt ferocitatem abſque miſericordia.

17 *Pharetra.*] Variè explicatur pharetræ cum ſepulchro ſimilitudo. Hugo hac ratione in primis exponit: Pharetra huius gentis numquam ſatiatur occiſione, ſicut nec ſepulchrum patens cadaueribus, iuxta illud Prou. 30. 16. Tria ſunt inſaturabilia, & quartum, quod numquam dicit, ſufficit, infernus, aliàs ſepolchrum, & os vuluæ, & terra, quæ non ſatiatur aqua. Quam collationem ſequitur ex parte Vata. cum dicit, multos ſuis ſagittis conficiunt, ſicut ſepulchrum patens multos ſolet recipere.

Prou. 30. 16.

Secundò idem Hugo, & S. Thomas, ſic explicāt. Quemadmodum in ſepulchro patente cadauerum viſu horret animus, & fœtore cōmouetur; ſic pharetræ ſagittæ conſpectæ, occiſorum infectæ C ſanguine, & ad occidendū præparatæ, dſpicientiū animum, & in quos iaciendæ ſunt, tremore, horroreque concutiūt. Tertiò de certitudine exponitur, vt indicat Lyra: iam dexteri, inquit, ſunt ſagittarij, vt quos ſuis confixerint ſagittis, certiſſimò, abſque cunctatione intereant, ſicut illi mortui habentur, quos excipit ſepulchrum patens: ſagitta enim pharetræ eius ita eſt lethifera, vt neceſſe ſit illi, quem tetigerit, ſepulchrum aperire. Demum ſenſus Theodoreti planus eſt, vt dicatur pharetra, hoc eſt per metonimiam, ſagitta ſepulchralis, funerea, aut lethifera, certo necem inferens, & abſque mora in ſepulchrum patens inducens. De Chaldæorum enim ſagittis dici poteſt, quod de Ionatha dixit David 2. Reg. 1. 22. Sagitta Ionathæ numquā rediit retrorſum. Sic Pſalm. 5. 11. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, idem eſt, ac lethiferum, & quos lingua eorum tetigerit in ſepulchrum inferens. D Recenſet deinde vaſtationem terræ, vrbiumque ſubuerſionē, gladio efficiēdā, hoc eſt, bello acerrimo, vt Vata. explicat, metonimi*κῶς* vel hoſtili impetu.

Chaldæi certi ſagittarij.

2 Reg. 1. 22.

Pſal. 5. 11.

18 *Annunciate.*] Prophetis iubet, vt intelligit Vata. hæc tribui Iudæ annunciare, quam vocat etiam Iacob: neque enim loquitur cum Iſraele, vt Hieron. notat, quem iam diu captiuum duxerant Aſſyrij. Vel certè permiſſione vtitur: eritne aliquis, qui videns tantam populi huius impudentiam, non inuehatur in eos: atque eam illis obiiciat, dicens, Audi popule ſtulte.

19 *Cor.*] Cor frequenter in ſcriptura pro mente, ſeu intelligentia vſurpatur, quòd ſit pars corporis potiſſima. Hominem autem non habere cor, non ideo dicitur, quod mente careat, ſed quod non ea, vt hominem decet, vtatur: ſed vitiorum conſuetudine, & indomitorum affectuum improbitate, obtuſam, hebetemque reddiderit, nihil vtile percipientem, nec ad bonum facile emollitam. Sic Hoſeę 4. dictum eſt, Fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor, hoc eſt vſum rectum mentis. Quod vero ſubiicit: habētes oculos, & aures: Hugo, & Dionyſius de oculis, & auribus internis exponūt, quod neque corde intelligerent, neque mente intuerentur, aut perciperent, quæ illis Dei nomine dicebātur: ſicut Moſes Deut. 29. dixit: Vos vidiſtis vniuerſa, quæ coram vobis dominus fecit, & non dedit vobis dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ poſſent audire. Verum de oculis, ac auribus corporis, Theodoretus, S. Thomas, Lyra, itemque Hugo, & Dionyſius intelligūt: videbant enim ſigna prophetarum, & audiebant B eorum verba, & non percipiebant quid illis ſignificaretur, quod illorum ſtupiditatem maximè manifeſtat: ſimilem ſimulachrorum, de qua Pſ. 113. dicitur, Oculos habent, & non vident, aures habent, & non audiunt.

Vaecordia populi.

Hoſeæ 4. 11.

Deut. 29. 2.

Pſa 113. 15.

20 *Plenitudinem.*] Nomen plurale שבעות Sebuoth quod Vulgatus cum Septuaginta tranſtulit plenitudinem, Aquila, Symmachus, Pagninus, & quidam alij ex recentioribus hebdomadas, vel ſeptimanas verterunt: Tigurina vero, & Vatab. iuramenta: quia enim שבע Sabah ſignificat numerum ſeptenarium, qui eſt numerus perfectionis, & plenitudinis: ideo nomen Sebuoth ab eo deductum vertit Vulgatus plenitudinem, & reipſa ſignificat ſeptimanas. Tum etiam iuramenta, quod hæc perficiant, ac compleant pacta, valeantque pro ſeptem, imo pro multis teſtibus. Alterum nomen חקות hhoquoth ſtatuta ſignificat, ſeu præcepta, vt Lxx. & omnes alij vertunt, præter C Vulgatum, qui tranſtulit, annuæ, hoc eſt definitæ in ſingulos annos meſſis. Latinè ergo ad verbum ſic ex Hebræo vertitur hæc ſententia: Qui hebdomadas ſtatutas meſſis cuſtodit nobis: hoc eſt, hebdomadas illas, quæ à natura ſtatutæ ſunt meſſi faciendæ, & in domum includendæ, illæſas à cœli calamitatibus cuſtodit nobis, ne meſſis, vel impediatur, vel lædatur. Sunt autem hæ hebdomadæ, de quibus dicitur Gen. 8. 22. cunctis diebus terræ, ſementis, & meſſis, frigus, & æſtus, æſtas, & hyems, nox, & dies non requieſcent: & Leuit. 26. 3. Si in præceptis meis ambulaueritis, apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem, dabo vobis pluuiam temporibus ſuis.

Hebdomada quid ſignificetur.

Gen. 8. 22.

Leuit. 26. 3.

Vel facit mentionem ſeptem hebdomadarum à Paſcha ad Pentecoſten, de quibus Leuitic. D 23. 15. & Deuteronom. 16. 9. quæ ad meſſem deſignabantur: quem ſenſum indicant Lxx. & Chaldæus, cum dicit: qui ſtato tempore hebdomadas, quæ ſunt tempore meſſis, cuſtodit nobis; & Tigurina vertens, iuramentis ſtatutis meſſem ſeruat nobis, hoc eſt, qui iuſta promiſſa, & iuramenta Geneſ. 8. & Leuiti. 26. facta, cuſtodit nobis meſſem. At ſi tempus per metonimiam poſitum accipiamus pro re in tempore facta, hoc eſt, ſeptē illas hebdomadas pro meſſe, rectè etiam ſic exponetur: qui hebdomadas ſtatutas meſſis, id eſt, qui hebdomadis ſtatutis meſſem cuſtodit nobis: qui integram & ſaluam cuſtodit nobis meſſem per ſeptem illas hebdomadas colligendam, & concludendam: & hunc ſenſum ſignificauit Vulgatus, cum dixit, plenitudinem annuæ meſſis cuſtodientem nobis: non enim imminutam, ſed plenam, copioſamque meſſem cuſtodit nobis bene-

Leuit. 23. 15.

Deut. 16. 9.

Gen. 8. 22.

Leuit. 26. 3.

benedicens corunæ anni benignitatis ſuæ:& vide-
Pſalm 64.12. tur bic ſenſus coogruere magis his quæ de populo
dicűtor, qui nec vt mare rationis expers, & tumi-
dű, præceptis paret, nec ducitur beneficiis, vt me-
tuat dominű, qui tam eſt beneficus, vt & pluuiam
der opportunam ad ſerendum, & ad ſegetes matu-
randas: denique & copioſã meſſem tempure ſuo.
Vnde colligimns hæc bona tēporalia donari nobis
vt meruamus dominű, & quod nō metuerimus ſo-
lere meriro auferti: propterea adiecit: Iniquitates
veſtræ declinauerunt hæc, & peccata veſtra prohi-
buerunt bonum hoc temporale à vobis, vt expli-
caut Hieronymus, & Theodoretus.

21 *Inſidiantes.*] In Hebræu cōciſa eſt hæc ſententia,
& quædã ſubaudiri uportet vt intelligatut: quod
breuitati linguæ ſanctæ eſt tribuendű. Sic autē ha-
Impiorű calliditas exprimotur. bet. Qoia inuēti ſunr in populn meo impij, aſpiciet
ſicut aucupes, ſtatuerunr laqueű, homines capiēt.
Iſidorus dilucidius ſic vettit. Inuēti ſunt in populo
meo impij, quurű quiſq; aſpicit ſicut aucupes, ſta-
tuerunt laqueum, vt homines capiant: ſicut cauea
plena auibus, ſic domus illoŗű plenæ dolo. Verbű
aſpicere inſidiantis eſt, vt vertit henè Vulgatus, qui
& obſeruare, ſulet vocare, vt Mar. 3. 2. Er obſerua-
Marci 3. 2. bãt eű ſi Sabbatis curaret, vt accuſarēt illű: vt Lucę
Luc 6.7 & 14.1 etiã 6. 7. & 14. 1. Aquila, & Symmachus verbű laſut,
hoc eſt inſidianres vertete, quaſi tete aucupis. Nu-
men autē Chelub, quod Lxx. & vulgatus decipulã
tranſtulete, vas ſignificat, quo quidpiã concluſum
Amos 8. 1. ſeruatur, vt caniſtrű ad continendű fructus, Amos
8. 1. & cauca, in qua concluſæ aues aluotut, vt hic
vertűt alij ferè omnes, cui tectè cōpatat domos il-
lorű impiorű, quæ plenę erãt dolo, ideſt, bonis do-
lo partis, vt explicãt Hiero. & Theod. cum cetetis.

22 *Incraſſati.*] Hebtęű verbű, quod Vulgarus vertit,
Deut. 32. 15. inctaſſati, ſignificat, impinguati ſunt, vt Deut. 32.
impinguarus eſt dilectus. & ita hîc vettunt omnes,
& nihil fere diffett ah alterovetbo, inctaſſati. Verű
alterű verbű עשתו Aſtho, quod vertit Vulgarus, im-
pinguari, ſignificat nireſcere, ſeu candeſcere: & ita
Dauid Kimhi, Tigur. Pag. & Vat. vetrunt, candidi,
aut nitidi facti ſunt, vel nitida cute fuetunt, quam
reddere ſolet pinguedo. Dauid pet metaphorã di-
ctű putat, pro locupletes facti ſunt: quod cum iam
fuiſſet dictű: reuera ſignificat homines ſui amato-
tes præ ncio, ac deliciis, ex opibus male partis, pin-
gues factos, nitidam autem cutem habentes.

23 *Sermones.*] Hebtaicè ſic dicitur: Etiam præterie-
runt verba peſſimi: & quidē nomen plurale דברי Di-
bte, vt modo legirut, in tegimine eſt, vnde nomen
quod ſequirut in giguendi caſu debet cōſtitui iux-
ta regulas linguæ ſãctæ, vt dicat, vetba mali: & quia
verbű ſæpe in ſcriptuta accipitur pro te, aut facto,
Lu. 2. 15. vt Lucæ 2. videamus hoc verbű, id eſt, rē hanc no-
uam, quam fecit dñs: Dauid Kimhi, Tigurina, Pa-
gni. Vatab. & alij recentiores, verterűt hîc, etiã ſu-
perauerunt tes mali, hoc eſt, ſuperauerunt etiam
alios vitos malos, vel etiã ſuperauetűt facta peſſi-
mi cuiuſque. Vulgatus tamen legit nomen illud cű
ptouomine affixo דברי Debbarai, ſolis punctis ſub
eiſdē literis mntatis, & numē רע Ranch ſumpſit ad-
uerbialiter, & ira vertit: prætetietunt verba mea
male, hoc eſt mandara mea, lege contenta: & hoc
eſt, prætetierűt ſermones meos peſſimè: quod Lxx.
dixetűt, & tranſgreſſi ſunt iudiciű. Trãſgreſſi enim
fuerunt ſetmones Dei in malum ſui, vt ait Hietun.
& Chaldęus: tranſgteſſi quoque ſunt ſermones le-
A gis, fecerunt quod malum eſt: non ergo Vulgatus
ineptè locum hunc vertit.

24 *Cauſam.*] Hebræa hîc ſic habent: Cauſam non
iudicauetunt, cauſam pupilli, & proſperauerunt, &
iudicium pauperum non iudicauerunt: & quidem
vetbum proſperauerunt, ſeu direxerunt, affirman-
ter, & cum admiratione legűt Tigurina, Pagninus,
Vatab. & Iſidorus, ad hunc ſenſum: Cauſam nul-
lam iudicauerunt, non cauſam popilli, & tamen,
dictu mirum, proſperè agunt, vitam degunt fœ-
licem, & iudicium pauperum non iudicauerunt.
Veruntamen verbum hoc etiam Chaldęus ſuppo-
ſuit orationi præcedenti repetira negatione, & ita
rectè vertit Vulgatus. Quamuis in textu Hierun.
aut in commenrario, non habeatur nomen, viduæ,
nec in Compluteñſi, nec in multis aliis bibliis: ha-
B betut tamen in editione vulgata correcta: additur-
que ad explicarionem, atque ita legendum. Cau-
ſam nempe viduæ, non iudicauetunt, cauſam pu-
pilli non proſperauernot. Coniunctio autem He-
bræa, vau, magis adiecta eſt ad conuertendum fu-
tutum proſperabuntur, in prærentum proſpera-
uerunt, quam ad coniungendum, & ideo à Vulga-
to tacita eſt.

25 *Applaudebant.*] Hanc lectiunem, & ſenſum Hie-
ro. & Theod. confirmat lectio Lxx. vertentinm: Et
ſacerdotes plauſetunt manibus ſuis: & Tigurina
dicens, & ſacerdotes applaudit ipſis manibus ſuis.
& Hebræi verbi ſignificatio adiuuat, nam רדו Ra-
dah ſignificat accipete, & rectè pro excipete ma-
nibus exponitur, & ſacetdotes excipiebant mani-
bus ſuis. Nam manibus applaudenres excipiebant
quæ à ptophetis dicebantur, eaqoe populo com-
C mendabant, vnde Chaldæus dixit: Et ſacerdotes
auxiliãtur manibus ſuis, ſoo oempe applauſu. Ni-
hiluminus Dauid Kimhi, Pagn. Vatab. & Iſidotus,
ptopriam verbi ſignificationem ſic efferunt: & ſa-
cetdotes accipiebant munera in manus ſuas, vel
manibus ſuis. Vel ſi affixum ptonumē non ſit ſuus
ſed is, ea, id, dicamus & ſacetdotes accipiebant
munera ad manus, vel pet manus eorum, quia me-
diis falſis ptophetis, participes eorum fiebant, qoæ
à populu donahantur. Aut rettiò, quia verbum il-
lud ſignificat dominati etiam, vt Gen. 1. 20. & do-
minabuntur piſcibus maris, verti poteſt: Et ſacer- Ge. 1. 26
dotes dominabanrut per manus eorum: quia me-
diis ptophetis plebis domini fiebant, eamque ſibi
ubſequentem teddebant, ſuiſque opinionibus
obedientem. Sed præſtat ptimus ſenſus, quia con-
fœderatiu populi cum prophetis, & ſacetdotibus
D deſctibitur contra Dei pruphetas vera varicinan-
tes, quæ deſtruete falſi videbantut, auxiliantibus
ſacerdotibus, & popolo conſentiente: & certè
ſi de muneribus ageretur, non ſolent eorum exa-
ctiones pupulo placete, placebat ergo impunitas
quæ promittebatur, vt notar Hugo.

26 *Nouiſſimo.*] De calamitate per Cbaldæos futu-
ra, tanquam extremo ſupplicio tantorum ſcele-
rum inrelligunt Hieronymus, Theodoretus, Ra-
banus, Hugo cum cereris. Vnde dicit: & quid fa-
cietis in fine eius, nempe tei, quam comminatus
eſt Ieremias? quid facieris, quave ratione euade-
tis exttemam illam captiuiratem, quam modo
tantopere diluditis, & effictam proclamatis? Gens
certè abſque conſilio eſt, & ſine prudentia, vtinam Deut.
ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouide- 32. 28.
rent, euaſiſſent profectu comminatű ſupplicium.

PARAPHRASIS.

COnfortamini ad fugiendum è medio Ieruſalē, ô filij[2] Beniamin, & clāgore tubæ ciues [3] Thecuæ admonete, vt in tutum ſe locum recipiant: & ſuper[4] Bethacarē vexillum erigite, vt nouerint omnes ab aquilone, malum id quod timemus, & ingens vicinæ captiuitatis excidium, ſeſe nobis videndum exhibuiſſe. Videor mihi videre filiam Sion, vrbem ſcilicet Ieruſalem, ſimilem[5] ſpecioſæ mulieri, tranquillè in ſuo tabernaculo degenti, ac delicatæ, in quam impetum faciunt Chaldæorum[6] paſtores cum gregibus militum ipſorum, figentes circum eam tentoria ſua: & paſcentes vnuſquiſque eos, quos ſub manu ſua habent, ac ſe inuicem, hac oratione adhortantes. Præparate contra eam bellū, conſurgite, & aſcendamus in meridie.[7] Væ nobis, moroſiores fuimus in vrbe ante noctem expugnādā: ecce iam declinauit dies, & vmbræ veſpertinæ ſeſe effuderūt magis: ſurgite & vel noctu aſcēdamus, & diſſipemus domos eius. Sic enim præcepit nobis dominus exercituū, ſuccidite ligna, & effundite circū Ieruſalē aggerē. Hæc enim eſt ciuitas, de qua vltio capiēda eſt, quod tota omni oppreſſionum genere plena ſit. Nam quēadmodū ciſterna continuo ſuam frigidā[8] demanat aquā, ſic illa ſuā perennē malitiā emittit.[9] direptio, & vaſtitas audietur in ea, iugiter in cōſpectu meo infirmitas, & plaga ſuperbis inflicta. Erudire Ieruſalē, vel horum timore malorum, ait dominus, & reſipiſce, ne forte recedat anima mea à te, & ponā te vt deſertā, & vt terram nunquam habitabilē. Hæc dicit dominus exercituū: Sicut abſoluta[10] vindemia racemos in vinea remanētes colligit vindemiator, ita Chaldæi poſt depopulatā vrbem, colligēt reliquias Iſrael, & ita exacte, vt ſe inuicē hortentur ac dicant, conuerte iterū, ô miles, manū ad colligendos eos, quos præteriſti, ſicut ſolet vindemiator manū ſuam reducere ad caniſtra, in ea immittens grana vuarū relicta, in torcular etiam deducenda. Quem alloquar? & quē conteſtabor vt audiat? Ecce omnes incircumciſas habent aures, & ad audiendū ineptas. Ecce verbum domini vertitur eis in opprobrium, nec volēt ſuſcipere. Idcirco[11] furore domini repletus ſum, & valde laboraui, vt me continerem, & non valeo. Effundā ergo illum ſuper paruulos in plateis agētes, & ſuper congregationē iuuenū ſimul: vir enim cum vxore capietur, ſenex cum pleno dierū: domus quoque eorū transferentur ad alienos, agri pariter cū vxoribus. Extenſurus ſum enim manū meā ſuper terræ huius habitatores, vt eos percutiam, dicit dominus. A minimo quippe eorū vſque ad maximū omnes auaritiæ ſtudēt: & à propheta vſque ad ſacerdotē cuncti fraudulenter agūt: & ipſi curare nitūtur[12] vili ſuo ſermone miſeræ meæ plebis huius contritionē, dicētes, Pax, pax erit, cum minimè ſit futura pax.[13] Num pudore ſunt affecti quòd ſcelus tam abominandū perpetrauerint? Nō quidē ſunt pudore ſuffuſi, imo erubeſcere neſcierūt. Ea ob rē inter ruētes cadēt, & in tēpore, quo eos viſitabo, corruēt, dicit dominꝰ. Hæc dicit dominus:[14] Inſiſtite viis omnibꝰ, per quas inceditis, & cōſiderate eas an rectæ ſint, & ſi dubitatis, interrogate de ſe

CAPVT SEXTVM.

COnfortamini filij[2] Beniamin 1
in medio Ieruſalē, & in[3] The-
cua clangite buccina, & ſuper
[4] Bethacarem leuate vexil-
lum: quia malum viſum eſt
ab Aquilone, & contritio magna. ‖[5] Specio- 2
ſæ, & delicatæ aſſimilaui filiam Sion. ‖ Ad 3
eam venient[6] paſtores, & greges eorum: fi-
xerunt in ea tētoria in circuitu: paſcet vnuſ-
quiſque eos, qui ſub manu ſua ſunt. ‖ Sancti- 4
ficate ſuper eam bellum: conſurgite, & aſ-
cendamus in meridie:[7] Væ nobis, quia
declinauit dies, quia longiores factæ ſunt
vmbræ veſperi. ‖ Surgite, & aſcendamus 5
in nocte, & diſſipemus domos eius. ‖ Quia 6
hæc dicit dominus exercituum: Cedi-
te lignum eius, & fundite circa Ieruſa-
lem aggerem: hæc eſt ciuitas viſitationis,
omnis calumnia in medio eius. ‖ Sicut 7
frigidam[8] fecit ciſterna aquam ſuam,
ſic frigidam fecit malitiam ſuam[9] iniqui-
tas & vaſtitas audietur in ea, coram
me ſemper infirmitas & plaga. ‖ Eru- 8
dire Ieruſalem, ne forte recedat anima
mea à te; ne forte, ponam te deſertam
terram inhabitabilem. ‖ Hæc dicit Do- 9
minus exercituum: Vſque ad racemum
colligent quaſi[10] in vinea reliquias Iſrael:
conuerte manum tuam quaſi vindemia-
tor ad cartallum. ‖ Cui loquar? & quem 10
conteſtabor vt audiat: ecce in circumciſæ
aures eorum, & audire non poſſunt: Ec-
ce verbum Domini, manifeſtum eſt eis
in opprobrium: & non ſuſcipient illud.
‖ Idcirco[11] furore Domini plenus ſum, 11
laboraui ſuſtinens: effunde ſuper paruu-
lum foris, & ſuper conſilium iuuenum
ſimul: Vir enim cum muliere capietur,
ſenex cum pleno dierum. ‖ Et tranſibunt 12
domus eorum ad alteros, agri & vxores
pariter: quia extendam manum meam
ſuper habitantes terram, dicit Dominus.
‖ A minore quippe vſque ad maiorem 13
omnes auaritiæ ſtudent: & à Propheta
vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt do-
lum. ‖ Et curabant contritionem filiæ 14
populi mei cum[12] ignominia, dicentes:
Pax, pax, & non erat pax. ‖[13] Confuſi ſunt, 15
quia abominationem fecerunt: quin potius
confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere
neſcierunt: quam ob rem cadent inter ruen-
tes: in tempore viſitationis ſuæ corruent,
dicit Dominus. ‖ Hæc dicit Dominus: 16
[14] State ſuper vias, & videte, & interrogate
de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, &
ambulate in ea: & inuenietis refrigerium
animabus veſtris. Et dixerunt: Non
ambu-

17 ambulabimus. | Et conſtitui ſuper vos ſpe-
culatores . Audite [15] vocem tubæ , & di-
18 xerunt : Non audiemus. | Ideo audite
Gentes , & cognoſce coogregatio, quan-
19 ta [16] faciam eis. | Audi terra : Ecce ego
adducam mala ſuper populum iſtum , fru-
ctum cogitatioonum eius : quia verba mea
non audieruot , & legem meam proiece-
20 ruot. | Vt quid mihi [17] thus de Saba af-
fertis , & [18] calamum ſuauè olentem de
terra loogioqua ? holocauſtomata veſtra
[19] noo ſuot accepta , & victimæ veſtræ
21 non placuerunt mihi. | Propterea hæc
dicit dominus : Ecce ego dabo in popu-
lum iſtum ruioas , & ruent in eis patres
& filij ſimul, vicious , & proximus pe-
22 ribunt . | Hæc dicit dominus : Ecce po-
pulus venit de terra Aquiloois , & gens
23 magna conſurget [20] à finibus terræ. | Sa-
gittam & ſcutum arripiet : crudelis eſt, &
non miſerebitur . Vox eius quaſi mare
ſooabit : & ſuper equos aſcendeot , præ-
parati quaſi vir ad prælium , aduerſum te
24 filia Sioo. | Audiuimus famam eius, diſ-
ſolutæ ſunt maous noſtræ : tribulatio ap-
prehendit nos , dolores vt parturientem.
25 | Nolite exire ad agros , & in via ne am-
buletis: quoniam gladius inimici pauor in
26 circuitu . | Filia populi mei acciogere ci-
licio , & coospergere cinere : luctum v-
nigeniti fac tibi planctum amarum , quia
27 repente veniet vaſtator ſuper nos. | [21] Pro-
batorem dedi te in populo meo robuſtum:
28 & ſcies , & probabis viam eorum. | Om-
nes iſti principes declinaotes , ambulantes
fraudulenter , [22] æs & ferrum : vniuerſi
29 corrupti ſunt. | Defecit [23] ſufflatorium,
in igne conſumptum eſt plumbum , fru-
ſtra conflauit cooflator : malitiæ eoim eo-
30 rum ſunt conſumptæ. | Argeotum repro-
bum vocate eos , quia dominus proiecit
illos.

mitis , per quas maiores veſtri inceſſerunt , prophetas veſtros , & ipſi docebunt vos quaenam ſit via bona , & incedite per eam , & inuenietis requiem animabus veſtris. Vos autem dicitis : non incedemus, niſi per viam, quam hactenus ſumus ingreſſi , & nihilominus ego conſtitui ſuper vos prophetas ſpeculatores, qui dicerent, Attendite ſaltem ad vocem tubæ hoſtium aduentantium , & dicitis : Nolumus audire. Idcirco audite gentes , & tu, o Concio Iudæorum , quæ ad me audiendum conuenisti , audi mala quibus hunc populum [16] conſtitueram affligi : tu quoque terra audi. Ecce ego malum adduco ſuper hunc populum , quale meruerunt peſſimæ illorum cogitationes , quia ad verba mea non attenderunt , & legem meam reprobauerunt . Vt quid ergo iam mihi [17] thus de Saba affertis , & [18] calamum aromaticum de terra longinqua? holocauſtomata veſtra grata mihi [19] non ſunt , nec victimæ veſtræ vnquam mihi placuerunt . Propterea ſic dicit dominus , talem ecce ego huic populo creabo perniciem , vt corruant in ea patres cum filiis ſimul , & æquè vicinus pereat proximo ſuo. Populus enim en venit de Chaldæa terra Aquilonari , & gens magna vndequaque conſurget [20] à finibus terræ , ſagitta armata , & ſcuto. Sæuiſſima illa eſt , & neſciens miſereri, inſtar maris tumultuatur voce , vehitur equis : inſtructa venit , quaſi vir vnus ad prælium , aduerſus te , ô filia Sion. Sola eius fama audita ſatis eſt, vt manus noſtræ debilitentur, & vt anguſtia apprehendat nos , & dolor quaſi parturientis. Ne exeatis in agros, per vias publicas ne ambuletis , quia & gladius hoſtilis, & pauor circum eſt Ieruſalem. Accinge te ſacco , filia populi mei , in cinere te peruolue , luctum aſſume, qualis ſuper necem vnigeniti fieri ſolet, & planctum amariſſimum : quia repente vaſtator Nabuchodonoſor veniet ſuper nos. Ne verò defatigeris, ô propheta , inquit dominus: ac doleas, quod tuis ſermonibus nihil profeceris. Scito [21] probatorem robuſtum huius populi te eſſe à me conſtitutum , vt cognoſcas, & explores viam eorum, omnes enim eorum principes apoſtatæ ſunt, incedentes fraudulenter , [22] vt æs , & ferrum vniuerſi corrupti ſunt. Conſumptum eſt ab igne [23] ſufflatorium, conſumptum eſt plumbum, quo argentum erat expurgandum , operam denique ſuam perdidit conflator , tam peruerſus enim eſt populus hic , vt teipſum , o Ieremia, conſumpſeris , tuam vocem , monendo eum , debilitaueris , & nihil profeciſti : nam malitiæ eorum non ſunt conſumptæ. Dicantur igitur argentum reprobum , quia dominus reprobauit eos.

ARGVMENTVM.

PRopoſito celeri Chaldæorum aduentu, & variis modis eorum declarata crudelitate aduerſus Ieruſalem , variis etiam modis inuitat propheta populum ad reſipiſcentiam , ſi imminentem calamitatem velint auertere . Sed fruſtra id quidem enititur Ieremias quod proterui à Deo reprobentur.

COMMENTARIVS.

1 C*Onfortamini.*] Hortatur tribum Beniamin, vt ſe inſtruat , præparetque ad reſiſtendum Chaldæis. Quod ironicè dictum eſſe exiſtimant Hug. S. Tho. & Lyra. Verū ex Hebræo germanior.

alius, ac ſimplicior videtur colligi ſenſus: nam verbum nyn haiçu, ſi ab haçaç deducatur, ſignificat, conforiamini, fortes eſtote, vt hic verterunt Septuaginta, & vulgatus, & capite quarto, verſu ſexto, & Tigurina. Si autem deriuetur ab ry aiaç, quod eſt confugere, vel recipere ſe in locum tutum; ſignificat, Coogregamini, filij Benjamin, aut confugite, vel fugite; quomodo vulgatus vertit capite nono Exodi, verſu decimonono, cùm ait, Et nunc mitte, congrega iumenta tua; & Chaldæus hîc tranſtulit: Migrate filij Benjamin, de medio Ieruſalem. Simili modo Pagninus, Vatablus & receotiores, alij verterunt: Fugite filij Benjamin, de medio Ieruſalem, vt ſit ſenſus: Filij Benjamin, qui vrbem mediam incolitis, coogregamini, & forti animo fugite de medio Ieruſalem, & recipite vos in ſuperiorem vrbis partem, nempe in arcem Sion, vt ibi vos tueamini. Aut omnes ſimul congregati, deſerite Ieruſalem, & aliò migrate, fortiterque fugite, quia celerrimè aderit hoſtis. Confirmat hunc ſenſum, quod vbi dicitur, in medio, Hebraicè eſt, min, præpoſitio, quam & Septuaginta, & reliqui omnes verterunt, de medio Ieruſalem. Poteſtque hic ſenſus rectè accommodari vulgato, qui habet, in, ad hunc modum: Confortamini ad fugiendum, filij Benjamin; vel vt recipiatis vos in medio, pro in medium Ieruſalem, hoc eſt in arcem, quæ eſſe in medio dicitur tanquam totius vrbis munimentum, vel de medio, vt præpoſitio, in, pro de, vel è, accipiatur, vt ſolet non infrequenter accipi in ſacra ſcriptura.

Exod. 9. 19.

Ieruſalē in tribu Beniamin.
Ioſue 18. 28.
Gen 49. 27.
Deuter. 33.12.

a *Beniamin.*] Iure inquiritur cur ſermo prophetæ ſit ad Benjamin? Reſpondet Hieronymus, nullum igoorare Ieruſalem ſitam in tribu Benjamin, cui ſorte obtigit, vt conſtat Ioſue decimo octauo capite, verſu viceſimo octauo, vnde maximè à ſanctis prophetis commendatur, quod in ipſa templum eſſet ædificandum, in quo ſe Deus hominibus præſentem exhiberet. Hoc voluit Iacob ſignificare Geneſ. 49. capite, verſu 27. iuxta Chaldæi paraphraſin, & Hebræorum expoſitionem, quos refert Hieronymus in Traditionibus Hebraicis in Geneſim, cùm dicit: Benjamin lupus rapax, mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia. Hoc enim dicit propter matutina, & veſpertina ſacrificia in templo offerenda. Et Moſes Deuterono. cap. 33. verſu 12. Benjamin, ait, amantiſſimus domini habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet. Ad Benjaminitas ergo loquitur Ieremias ciues Ieruſalem. Verùm huic aduerſatur quod etiam filij Iuda habitaſſe dicuntur in Ieruſalem, Ioſue 15. 63. commixta enim erat hæc vtraque tribus, & ad vtramque pertinebat Ieruſalem, vt ait Hieronymus Matthæi 2. cap. & hoc loco Theodoretus. Idcirco dicitur 3. Regum 12.21. Venit autem Roboam Ieruſalem, & congregauit vniuerſam domum Iuda, & tribum Beniamin centum octoginta millia electorum virorum. Cum verò Iebuſæus habitator Ieruſalem non potuiſſet expelli ab arce Sion, vt patet Ioſue 15. quoadusque eum expulit Dauid, cępitque arcem, & vocauit ciuitatem Dauid, vt dicitur 2. Regum 6. & 1. Paralipo. 11. 4. inde accidit vt templum ædificaretur in arce Sion, dicta ciuitate Dauid. Vnde in Pſalmo 77. 65. dictum eſt, Et repulit tabernaculum Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit: & ædificauit ſicut vnicornis ſanctificium ſuum in terra, quam fundauit in ſæcula. Itaque tribus Iuda arcem occupabat, quæ ſita erat ad Auſtrum ab Oriente in Occidens: tribus autem Beniamin vrbem inferiorem, vt notat Hugo, quæ ſita erat ad Septentrionem, itidem ab Oriente in Occidens. Eſt igitur duplex ratio, propter quā alloquatur Beniamin, & non Iudam: & quod eſſent conciues Ieremiæ de tribu Beniamin, apud quam ipſe manebat: & quod habitarent verſus Septentrionem, vnde Nabuchodonoſor erat venturus. Monet ergo eos, vt fugiant è medio Ieruſalem in arcem, vel in alium locum tutum, ne primi veniant in manus hoſtium, qui in eos primi eſſent impetum facturi.

Ieruſalē pertinebat etiā ad tribū Iuda.
Ioſue 15 63.
3. Reg. 12. 21.
Ioſue 15 63.
2 Reg. 5 7.
1. Paral. 11. 4.
Pſalm 77. 65.

Thecua vrbs deſcriptio.
1. Para. 2. 24.
2 Reg. 14. 11.
1. Paral. 27. 9.
2. Paral. 11 6
Ex 2. Para. 11. 10

3 *Thecua.*] Thecua vrbs eſt ante Dauid ædificata à Thecua fortaſſe nepti Eſron, cuius fit mentio 1. Paralipnme. cap. 2. verſu 24. Vnde oriunda fuit ſapiens illa Thecuites, quæ locuta eſt Dauidi pro Abſalon 2. Regum 14. 1. & Hira miles ſextæ cohortis regiæ Dauidis, 1. Paralipo. 27. 9. à Roboam poſt reædificata, vt legitur 2. Paralipo. 11. 6. non in tribu Zabulon, vt ait Epiphanius, in libro de vita, & interitu prophetarum, in Amos: ſed in tribu Iuda, & Beniamin, vt conſtat 2. Paralipo. 11. 6. 10. Eſt autem condita in monte, ſex millibus ad meridianam plagam diſtans, à Bethlehem, auctore Hieronymo in procemio Amos, & duodecim ab Ieruſalem, vt in principio huius capitis affirmat: additis nempe ſex millibus, quibus Bethlehem ſemota eſt ab Ieruſalem eodem auctore in libro de locis Hebraicis. Erat autem Hieronymi tempore vicus, vltra quē nullus erat alius, ne agreſtes quidem caſæ & furnorum ſimiles, quas Afri appellant Mapalia, vt ipſe dicit in procemio Amos. Tanta eſt eremi vaſtitas, quæ vſque ad mare rubrum, Perſarumque & Æthyopum, atque Indorum terminos dilatatur: & Thecuæ deſertum, ſecundo libro Paralipomenon viceſimo capite, verſu viceſimo, & primo libro Machabæorum, nono capite, verſu trigeſimo tertio, & alias, ſolet appellari. Sed cur in Thecua Beniaminitæ iubeantur buccina clangere? Reſpondent Hugo, ac Lyra, quod ſita eſſet verſus Aquilonem in via, per quam venturus putabatur Nabuchodonoſor. Verùm hoc falſum eſſe ex Hieronymo diſcimus, qui quotidie oculis cernebat ſitam ad meridiem duodecim millibus diſtantem ab Ieruſalem. Vera ergo ratio eſt, quod vrbs illa eſſet munitiſſima, & ſitu, quia in monte ædificata, & muris, & armamentariis ſcutorum, & haſtarum, veluti munierat eam Roboam, vt dicitur ſecundo libro Paralipomenon, vndecimo capite, verſu duodecimo, & remota ab Ieruſalem ad Meridiem, aduerſa Aquiloni, qua venturus erat Babylonius. Hortatur ergo Ieremias ſuos conciues Beniaminitas, vt deſerta Ieruſalem fortiter fugiant, & longius recedant, vtque in Thecuam ſe recipiant, vbi buccina concrepantes, omnes excitent ad arma corripienda, & vt ſe præparent ad reſiſtendum.

2. Para. 20. 20.
1. Mac. 9. 33
Thecua munitiſſima.
2. Para. 11. 12.

Bethacarem nunc ſit vrbs.

4 *Bethacarem.*] Septuaginta, Vulgatus, Tigurina, & Pagninus, nomen tanquam loci proprium intactum relinquunt. Vrbs enim fuit in monte ſita, quamuis Hiero. tempore, vt hic dicit, vicus inter

Ieruſa-

Ieruſalem, & Thecuam, lingua Sira, & Hebræa Bethhacherem nominatus. Dauid tamen Kimhi in Commentario, & Vatablus tanquam nomen appellatiuum exponunt, dicentes: Super domum, aut villam vineæ, vel ſuper turrim quæ conſtrui ſolet ad vineas cuſtodiendas in editiore aliqua parte vineæ, iuxta illud *Iſa 5.2* Iſaiæ, capite quinto verſu ſecundo, Et ædificauit turrim in medio eius. Nomen autem משאת maſet, cùm ſubditur, Leuate vexillum, à verbo נשא naſa deductum, quod eſt, eleuate eleuationem. Dauid Kimhi in Commentatio, quem ſecutus eſt Pagninus, vult ſignificare turrim in parte vineæ altæ ædificatam ad cuſtodiam aliarum vinearum, vt ſit ſenſus: Super Bethhacharem eleuate turrim ad explorandum, vel vt in B eam incolæ ſe recipiant. At idem in libro radicum, & Vatablus dicunt ſignificare ignem, rogum, incendium, aut flammam, quod ſupernè *Iudic. 20. 40.* eleuetur: vt Iudicum viceſimo capite, verſu quadrageſimo, ſic vertit vulgatus: Et viderent columnam fumi de ciuitate conſcendere, alias, & flamma cupit aſcendere è ciuitate, vt columna fumi. Erat ex condicto datum ſignum, vt poſtquam vrbem cæpiſſent, ignem accenderent, vt aſcendente in altum fumo, captam vrbem demonſtrarent. Atque ita hoc loco iuſſum eſſe dicunt Benjamitis, vt fugientes in vrbem Thecuam, ex via, vt ſolent exploratores è turri ædificata ad vineas cuſtodiendas, accendant ignem, & eleuent flammam, vt vinitores, paſtores, & agricolæ in tutum locum ſe recipiant. Quod tamen Septuagiota, Chaldæus, & Tigu- C rina vocarunt ſignum, ad eundem ſenſum, quod eo ſigno flammæ, aut fumi eleuati, hoſtium aduentum erant denunciaturi. Vel ſigni nomine intellexerunt vexillum, vt vertit vulgatus, vt ſit ſenſus: Super Bethhacharem vrbem excelſam, leuate vexillum, vt eius ciues moneantur etiam celeris hoſtis aduentus. Eſt autem in Hebræo *Paranomaſia.* grata paranomaſia, cum dicitur in Thecoah thichuli, hoc eſt, in tuba tubificate buccina, & in Bethhacharem ſeu Maſeth, eleuate eleuationem; quaſi indicet, iuxta nomen opus eſſe vnamquanque vrbem parare ſe, & proprio fungi munere contra hoſtes, Thecuam tuba, Bethhacharem eleuatione ſigni, ſic enim hoſti reſiſtere poſſent: Ordo enim in bello maximè virtutem adauget, quod elucet in bello ſpirituali non modicè: ſi enim quiſque eum locum obſeruet, quem Spi- D ritus ſanctus tribuit, vt in corpore Eccleſiæ oculi videant, pedes ducant, manus aſſequantur, caput gubernet, cor calorem communicet, ſtomacus cibos concoquat, & ſic de alijs, haud dubium, quin hoſtis humani generis turpiter fugaretur.

Ieruſalem pulchritudo & teneritudo. 5 *Specioſæ.*] Nomen נוה hannauah pulchram, venuſtam, aut ſpecioſam ſignificat, iuxta veterem interpretationem, quam ſequitur Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Tigurina, & R. Ionah, vt ſit idem quod נאוה hannauah formoſa: vt vrbis Ieruſalem, quæ ſub tutela arcis Sion continebatur, explicet pulchritudinem, & venuſtatem, omnium oculos, & animos allicientem: tum etiam teneritudinem omnia metuentem. Sicut enim teneræ ac delicatæ puellæ nunquam bellum expertæ, ad quen- A cunque tubæ ſonum, vel ſtrepitum hoſtium vociferantur, clamant, deficiuntque: & quo venuſtiores ſunt, eo magis indomitam hoſtium libidinem inflammant, vt nihil non perferant, nulli non ſe exponant periculo, quò eas potiantur: ſic futurum ait Ieruſalem, paſſuram nempe deliquium, quale deſcripſit in fine capitis quarti, vt de ſua ſalute deſperet, & niſi Deo obediat, ſibi perſuadeat, ſe hoſtium aduentantium impetum effugere non poſſe. Pulchram autem vocat Ieruſalem, vt putant Hieronymus, & Rabanus, ab arce Sion, quæ eſt illius pulchritudo. De Sione enim hîc loquitur. Sed alij ipſam Hieruſalem intelligunt, quæ filia Sion dici ſolet, quod ſub tutela eius eſſet, quæ ob pulchra ædificia, pulchra B vocatur, vt notant Theodoretus, & Hugo: Delicata verò propter incolas delicatè viuentes, nulli aſſuetos labori. Dauid tamen Kimhi, Pagninus, & Vatablus deducunt nomen à verbo נוה nauah, quod eſt habitare, vt ſignificet mulierem domi tranquillè agentem, aut in ſuo tentorio habitantem; aut in tabernaculo cum ſumma tranquillitate manentem. Vnde Iob capite octauo, *Iob 8 6* verſu ſexto, idem nomen vertit vulgatus, habitaculum iuſtitiæ. Ait ergo: Mulieri in tentorio ſuo, ſumma cum tranquilitate habitanti, & delicatæ aſſimilaui te, filia Sion. & videtur ſenſus hic conuenire ſumptæ metaphoræ, qua hoſtes comparat Ieremias paſtoribus, qui ſuis tentoriis, ac gregibus, tentorium eius circumierunt. Sed in idem recidit, quia fœmina delicata iugiter in tentorio manens, ſuam ſpeciem, & venuſtatem C integram conſeruat: cum tamen illa, quæ extra ſuum tentorium obambulat, omnibus aëris, cœlique ſubiecta inclementiis, vel ipſius ſolis aduſtione, colorem mutet, nitorem amittat, & natiuam perdat ſpecioſitatem; vnde quædam dixit Cantic. primo ca. Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol. Ita ſanè plebs Ieroſolymitana, in ſua ciuitate cuſtodita, pulchra quidẽ videbatur gentibus, & afflues deliciis, vt vel *Cãt. 1. 6* eo ſolo, vt fruerẽtur eius pulcritudine, eius deliciis & abundantia, omnes ad illam confluerent, vt ad *Mediocritas conſeruat vrbes* prædam electam. Quantò melius ei fuiſſet mediocris forma, victus moderatus, & neceſſarijs tantum contentam eſſe? ſic enim non tam aperto marte amatores eius, eam inſequerentur, & oppugnarent. Nam diuitiæ conſeruantur in malum *Eccleſ. 5. 12.* domini ſui, vnt dicitur Eccl. 5.

D 6 *Paſtores.*] Nomine paſtorum reges ac principes ſignificat, qui cum Nabuchodonoſore militabant: greges verò vocat turmas militum, & exercitus, qui ſub eis merebant: vt intelligunt Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, & omnes. Sic infra capite duodecimo, verſu decimo: *Ierem. 12. 10.* Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam. Quorum quiſque pauerunt eos, qui ſub manu ſua ſunt: vel vt habetur in Hebræo: Pauerunt vnuſquiſque את ידו eth iado locum ſuum, vt vertunt Dauid Kimhi, Pagninus, & Vatablus. Nam *Manus pro loco.* iad manus, locum etiam ſignificare conſtat ex illo Iſaiæ 56. capite verſ. 5. Et dabo eis in domo *Iſa 56. 5.* mea locum, & nomen melius à filiis, & filiabus. Aut manum ſuam, id eſt, aciem aut turmam, quæ ſub eo militabat, vt explicant Hieronymus, & Theodoretus. Præteritum autem ponitur pro futuro, & ita Dauid Kimhi putat le-

gendum, Depaſcent vnuſquiſque locum ſuum: A ad hunc ſenſum; Vnuſquiſque ſuam oppugnabit ciuitatem: Nam rex vnus deſtruet vrbem vnam; alius princeps aliam, & alij ſimiliter, donec vniuerſam ſubegerint regionem; & tunc tandem liberi, ac ſecuri agredientur ſimul oppugnare Ieruſalem. Sed ſenſus prior ſimplicior eſt, ac vulgatæ lectioni magis conſonus. Licet autem admirari prudentiam hominum improborum, quàm facilè conueniant, quàm promptè pareant, quam vnanimiter pugnent, & ordinatè incedant, vt vrbem Sanctam, & probum quemque perdant, ac deſtruant; Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania aduerſus Chriſtum, &c. Venite, inquiunt, Pſalmo octogeſimo ſecundo, & diſperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Iſrael vltra. Et Sapientiæ 2. Venite opprimamus pauperem iuſtum, circumueniamus ergo iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis: cum igitur à ſe inuicem maximè diſſideant, ad hoc ſolum vnanimes conueniunt, vt iuſtos opprimant, & de medio tollant.

Impij cō-ueniūt vt pro-bum per-dant.
Pſal. 2.
pſalm. 82. 5.
Sap. 2. 10

7 *Væ nobis.*] Chaldæorum hæc verba ſunt dolentium immodicè, quod luce diei perſeuerante non potuiſſent Ieroſolymam expugnare; vt explicant Theodoretus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus: vnde pro deſiderio, quo flagrabant eam capiendi, ſe inuicem exhortantur vt vel in nocte id conficiant. Quamuis Hieronymus, Rabanus, ſanctus Thomas, & Hugo exiſtiment eſſe populi verba de ſua miſera ſorte querentis, quod nox adueniret, in qua multo plura paſſuri eſſent, quam in die: Si per diem, inquiunt, hæc patimur, quid in nocte nos manent ferenda? Et quidem merito vtrique dolent, hoſtis: quia modicum tempus habet; & oppugnati, quod tenebris obruti, ſe tueri non valebunt: vt ille de quo Apocalyp. duodecimo capite, verſ. duodecimo, Væ terræ, & mari, quia deſcendit diabolus ad vos, habens iram magnam, ſciens quod modicum tempus habet. Ad alios autem dixit Chriſtus Ioannis duodecimo capite, Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant: ne ſero dicatis inuiti, Sap. c. quinto, & ſexto, Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.

Opportunè de ſalute agendū.
Apocal. 12. 12
Io. 12. 35
Sap. 5. 6

8 *Fecit.*] Hebræum verbum הקיר hekir, vel deducitur à קור kur, quod omnes Hebræi, venam aquæ fodere, dicunt ſignificare, vt Iſaiæ trigeſimo quinto capite, verſ. vigeſimo quinto, Ego fodi, & bibi aquam. Vnde R. Salomon, Dauid Kimhi, Lyra, Tigurina, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus hunc locum ſic vertunt: Sicut ciſterna, aut puteus ſcaturire facit, fundit, ebullit, aut effluit aquam ſuam, ſic Ieruſalem ſcaturire fecit, fudit, aut effudit malitiam ſuam; quia videlicet ſicut aquæ perennes emanant è fontibus, ſic nequitia ex vrbe Ieruſalem perennis effluit. Septuaginta verò & vulgatus videntur deduxiſſe à קרר karar, quod eſt frigeſcere; quod in hiphil, eiſdem conſtat literis mutatis punctis הקר heker, & ita verterunt: Sicut ciſterna frigefacit aquam ſuam, ita Ieruſalem nequitiam ſuam frigefacit, hoc eſt, omnem calorem perdidit, vt exponit Hieronymus: vel ſecundum Theodoret. impietatis magiſtra euaſit. Vt quemadmodum ciſterna mutat aquam in frigidam qua-

Iſ. 35. 25
Ieruſalē quanta nequit.

A litatem, ſic accedentes ad ſe mutauit in nequitiam. Cui ſenſui addidit aliquid Chaldæus, cùm ait: Sicut ciſterna, quæ ſuſtentat aquas ſuas, ſic expectauerunt, & ſuſtentati ſunt in medio eius operantes malum. quia videlicet, ſicut ciſterna ſuſtentat aut conſeruat frigidas aquas ſuas, ita Ieruſalem ſuſtentat peſſimos quoſque. Omnis enim charitatis calor friguerat; & quoniam abundauit iniquitas, refriguit charitas multorum, vt dixit Chriſtus Matth. 24. Poſſet prior ſenſus lectioni vulgati accommodari, ſi verbum, facit aquam, vſurpemus pro effundit, aut emittit aquam, ad hūc ſenſum: Sicut ciſterna facit ſuam aquam, hoc eſt ebullit, aut emanat ſuam frigidam aquam: ſic facit, aut ebullit malitiam ſuam Ieruſalem. nā & vulgus nautarum in nauē dicit aquā facere *bazer agua*, cùm B per foramina aqua repletur, ac demergitur. Mira autem vrbis ſanctę mutatio, vt quæ prius fons fuerat ſcaturiēs ſanctitatem, à propheta dicatur conuerſa in fontem perenniter effluētem nequitiam: De Sion exiuit lex, & verbum domini de Ieruſalem: inde prophetæ, inde viri religioſi prodibant, cùm in medio eius Deus ſanctus conſidebat, & calore ſpiritus omnes ad eum ritè colendum confluebant vndique. At poſtquam ex clariſſima vrbe receſſit Deus, & omnis cultus virtutum interiit; & ſcolæ apertę ſunt iniquitatis, & officinæ peccatorum; nihil in vrbe niſi fons ebulliens ſcelera, emanans putridas nequitiæ aquas; ita rigentes, vt peccata ipſa, licet multum diuerſa, congelata, & ſecum inuicem mixta, vulnus putridum efficiant. Nam, vt dixit alias Iſaias cap. 1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planC ta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas, vulnus, & liuor, & plaga tumens.

Mat. 24 12.
Ieruſalē mira mutatio
Iſa. 2. 3
Iſa. 1. 5

9 *Iniquitas.*] Iam quæ præcipua ſcelera exundarent Ieroſolymis, declarat; enumerat autem quatuor: Primum חמס hamas, quod eſt iniuria; quæ in aperto fit, vis aperta in rapina conſiſtens, quæ direptio aut rapina vertitur, à Septuaginta impietas; à vulgato iniquitas. Secūdum eſt שד ſod, quod eſt prædatio, ſpoliatio, ſeu vaſtitas ex oppreſſione potentium conſiſtens, miſeriam vocant Septuaginta, ceteri vaſtitatem. Tertium eſt חלי holi, quod eſt infirmitas, aut ægritudo, quæ dolorem affert, & cruciatum, ex læſa, & violata corporis aliqua parte. Vnde Chriſtus Iſaiæ quinquageſimo tertio capite, verſu tertio, dictus eſt ſciens infirmitatem, ex attritione corporis prouenientem; quam pauperes à potentioribus D afflicti perferebant: dolorem ſeu laborem vocant Septuaginta, vulgatus infirmitatem, ægritudinem alij. Quartum eſt מכה maccah, quod eſt percuſſio, plaga, flagellatio, vulnus, cædes. His declarat propheta modos omnes quibus pauperes, & impotentes à potentioribus opprimebantur, tam in rebus per direptionem, & ſpoliationem, quàm in perſonis ex læſione, aut percuſſione. Et quidem iuxta Hebraicam punctuationem quatuor hæc mala ita vt diximus omnes coniungunt, & collocant; ſoli Septuaginta duo poſteriora coniunxerunt cum verbo ſequenti, legentes: Dolore, & flagello; vt legit Theodoretus, vel per dolorem omnem & flagellum erudieris Ieruſalem, vt habetur apud Hieronymum: Vt diſcamus flagellari à domino, & ita erudiri filium omnem, quem reci-

Oppreſſionū genera Ieruſalem
Iſ. 53. 3.

pit

A pit. & Chaldæus non longè eſt ab hac interpretatione: nam poſtquam dixerat, Vox raptorum, & direptorum audita eſt in eo coram me ſemper; addit: Propterea addnxi ſuper te infirmitatem, & percuſſionem; erudire Ieruſalem, vt hæc duo quaſi pœnam à Deo inflictam addiderit, non quaſi culpam potentium, & pauperes opptimentium. Sed vulgatus non patitur hunc legendi modum, niſi addideris, infirmitas, & plaga accident tibi; aut interpreteris vt Hugo, coram me infirmitas, & plaga, quibus percutiam Ieruſalem. Eſt autem animaduerſione digna Dei ſumma erga homines bonitas, & clementia: qui cum multis criminibus offenderetur ipſe, dum cultus, ac religio deſpiceretur, & vel hac ex parte

Dei ſumma clementia in homines

B ciuitas Ieruſalem omnis improbitatis facta ſit ſcaturigo: ea tantum enumerauerit hoc loco, quæ contra imbecilles, & pauperes committebantur: Quoniam ei derelictus eſt pauper, & orphano ipſe erit adiutor, Pſalmo nono. Deinde monet Ieruſalem, vt erudiatur infirmitate, & plaga inflicta. Nam quemadmodum Medicus ſi vulnus negligat, ac deſerat, purulentum amplius reddit, ſin vero id contractum iugiter depurare perſiſtat, vlterius progredi ſaniem, ac morbi virus impedit: ita Deus, vt fontem putridum malitiam ſcaturientem exhauriat; & humores corruptos extrahat, ſudores, & labores adiicit, & pœnas pro morbis infligit, ne ſaltem audacia progrediatur: nam ſi his addicti ne ſic quidem peccare deſiſtimus, quo ſcelerum progreſſa non eſſet audacia noſtra, ſi nos affluere deliciis, & ocio conſtituiſ-

Pſalm. 9. 34.

Deus medicus vrgerit.

C ſet Deus? Per omnia, ergo, ait, Ieruſalem erudire, ne recedat anima mea à te; hoc eſt voluntas, beneuolentia, qua te ſum proſecutus, vt apud Ezechielem decimo ſexto capite, Auferetur zelus meus à te; & quieſcam, nec iraſcar amplius.

Ezec. 16. 42.

10 *In vinea.*] Alia vtitur metaphora à vindemia deducta. Sic habet autem ſententia hæc ex Hebræo, Racemando racemabunt, ſicut vitem reſiduum Iſrael: reduc manum tuam, ſicut vindemiator ad caniſtros. Loquitur autem de Chaldæis, qui non tantum ſunt vindemiaturi Ieruſalem, ductis captiuis nobilioribus, ſed etiam racematuri: collectis aliis remanentibus, vt conſtat factum infra capite quinquageſimo ſecundo, verſu decimo quinto, & trigeſimo. Quare non rectè Hugo, Thomas, Lyra, & Dionyſius præpoſitionem, vſque, qua vſus eſt vulgatus, cum dixit, Vſ-

Metaphora à vindemia.

Iere. 52. 15. 30.

D que ad racemum colligent, excludentem eſſe volunt: explicantes, vindemiaſſe, ac cæpiſſe Chaldæos vſque ad racemos, hoc eſt, intactis racemis *Lerebuſca*, qui ſunt pauperes, agricolæ, & vinitores; in vniuerſum enim loquitur, & omnes comprehendit, vt patet in litera Hebræa. Sed extrema verba non rectè percipiuntur ex ignoratione ſignificationis nominis Hebræi סלסלות ſalſilloth, quod quidam ex Hebræis expoſuerunt, eleuationes, Lyra, iteratas ſcrutationes, quaſi hortentur ſe inuicem Chaldæi, qui iam cæperant magnam partem captiuorum Ieruſalem, vt redirent iterum ad ſuſtollendum, & eleuandum è vitibus, vel ad ſcrutandum, & requirendum, ſi qui remanſiſſent racemi. Verùm rectius Septuaginta, & vulgatus verterunt, cartallum: & Dauid kimhi, Tigurina, Pagninus, & recentiores alij, caniſtros, vel caniſtrum, quod idē eſt: nam κάρταλλος Græcis, caniſtrum eſt latinis, vt loquatur Dominus Chaldæis, vt volunt Lyra, & Dionyſius, vel Chaldæi ſibi inuicem, vt Vatabl. ad hunc ſenſum Hieronymi, Rabani, Hugonis, & ceterorum. Poſtquā racemos collegeris, reduc manum tuam, vt mittas eos in caniſtrum, quemadmodum facit vindemiator. Sicut enim ipſe ducit ad torcular calcandos, ita tu ducas Babylonem: quia enim racemuli, qui remanent in vite peracta vindemia, non ſolent colligi in caniſtris, vt ad torcular deferantur, ideo ad augendam calamitatem populi, & Chaldæorum immanitatem, addit etiam hos, qui relinqui ſolent vt torculari inepti, ad ducendos captiuos. Depingit ergo exquiſitum, ac diligentem vindemiatorem, qui ſemel, bis, & ter vineam perluſtret, & ſingulas vites perueſtiget, vt nec racemulum relinquat, quem non colligat, & in caniſtrum mittat: qualis certè vindemiator eſt dæmon, qui vineam Eccleſiæ circuit, ac perueſtigat, vt ſi quem racemulum offendat foliis detectum, colligat, & in carcerem, quaſi in quoddam caniſtrum detrudat, vt ibi conculcetur, eaque illi cura eſt perpetua, quo cumulatiores fructus decerpat, & plures in æternam reportet captiuitatem.

Dæmon vindemiator acerrimus.

11 *Furore.*] Vi calamitoſæ prophetiæ adeo fatigabatur intus Ieremias vt eam ſilentio præterire, ſeque continere non poſſet, ne in publicum ederet. Et iam quaſi victus, & vi intus vrgente ſuperatus, ſeipſum ad hunc modum hortatur, Effunde ſuper paruulum &c. Et licet Lyra quaſi verba prophetæ deprecantis Deum eſſe putet, vt ipſe effundat furorem: alij Dei ipſius, aut prophetæ concitantis Chaldæos ad conculcandos Iudæos: verius tamen eſt ſeſe concitare prophetam, non audentem tam tremendam proferre ſententiam, vel ex commiſeratione erga populum ſuum; vel ex metu, quo verebatur ne verbum ſuum pro nihilo haberetur; quod ſatis oſtendit lectio ex Hebræo ſumpta; quæ ſic habet: Et ira domini plenus ſum, laboraui continendo, effundam ergo eam ſuper paruulos. Sic enim etiam Septuaginta verterunt, Effundam. quaſi velit dicere: Nolunt audire verbum domini, imò vertunt illud in opprobrium, quapropter me continui à prædicando, & indignatione domini repletus, vim mihi faciebam ne palam efferrem, ſed me cōtinere non potui; idcirco dixi: Si maiores me nō audiunt, nec ipſe populus, egrediar foras in vicos, & plateas, & proferam illud paruulis ad ludos congregatis, & adoleſcentibus, qui ſimul conuerſantur, vt vel ipſi noſcant, ac doleant parentes ſuos, & auos cum omnibus rebus ſuis ab hoſtibus capiendos. Chaldæi enim domini facti ſunt agrorum, ac ædium Ieroſolymitarum: nam ita factum dicitur Threnorum vltimo, Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos. Quod ſi propheta furorem domini ferre non poterat, quin illum effunderet, ac proferret, quis poſſet illum exhibitum ſuſtinere, quis duram eius manum perferre? ſi tam dura erat ſententia mente retenta, quid reipſa exhibita? quod ſi tam grauis viſa eſt in rebus caducis amittendis, quid in æternis æternum perdendis ſentire oportet?

Verbi Dei vis.

Thr. 5. 2.

Qui minas ferre non vales, quomodo rem ipſam feres?

2 *Ignominia.*] Hebræum nomen נקלה nekalah à

verbo kalal, quod eſt vileſcere deductum, Dauid Kimbi, quem ceteri ſequuntur, vertit, leui ſermone, quod alij dicunt, verbis leuiculis, facili tatione, leuiter, & quaſi per iocum. & Lxx. bene, paruipendentes, aut contemnenter, & vulgatus, per ignominiam: Nam verbis ſuis mendacibus, vt exponit Chaldæus, ignominia afficiendo veros prophetas, pſeudoprophetæ extenuabant, & excuſabant populi culpas; & pœnas à veris prophetis denunciatas, iocum eſſe aſſerebant, & cùm res eſſet digna, quæ seriò ageretur, ipſi leuiter vt adularentur audientibus, nihil mali futurum prædicabant, ſed omnia in pace permanſura. Atque his explicat propheta quod dixerat, & ſacerdotes, & prophetas omnes doloſè agere, quia nullus veritatem loquebatur; nam prophetæ prędicabant mendacium, vt capite quinto dictum eſt, & ſacerdotes applaudebant manibus. Illi enim prophetabant pacem, & proſpera omnia futura, clementemque prædicabant Deum, cùm nulla eſſet futura pax, & magis ſupplicio dignos redderent auditores, vt & Ezechiel querebatur capite 13. cùm dicebat, Prophetæ Iſrael, qui prophetant ad Ieruſalem, & vident ei viſionem pacis, & non eſt pax, ait dominus Deus. Carpuntur his noſtri temporis concionatores; qui rem adeo grauem, ac ſeriam, qualis eſt ſalus animarum, ita leuiter tractant, ac ſi res nihili eſſet, vt leuiculis & acutulis rationibus, quas affetunt, & ſermone, quem vſurpant calamiſtrato, voluptatẽ mouere, quam timorem incutere, qui ſalutem affert, & honorem potius, quam Deo animas captare videantur.

Adulatores extenuabant pœnas.

Exec. 13. 16.

Concionatorũ leuitas.

13 *Confuſi.*] Rectè Hieronymus preſſius, & cap. 8. ἐρωτηματικῶς, per interrogationem hoc dicit eſſe legendum, iuxta Hebraicum; Nunquid confuſi ſunt cùm tanta ſcelera perpetrauerint? nunquid in ſuis ſceleribus erubuerunt? & ita legunt Rabanus, Hugo, Pagninus, & Vatablus, & legi poteſt vulgatus, confuſi ſunt quia abominationem fecerunt? & reſpondet: Quin potius confuſione non ſunt confuſi? Sanctus Thomas verò, & Lyra affirmanter legunt, ſed confuſi ſunt, accipiunt pro confundentur, in vaſtatione futura. Theodoretus autem confuſi ſunt, exponit, id eſt, reipſa probati ſunt falſa dixiſſe, & nihilominus eos non puduit maleſeciſſe. Aut certè per ſarcaſmon, confuſi ſunt, hoc eſt, hi ſunt ſcilicet viri optimi, qui ſe patiantur confundi? non ſunt profecto confuſi, ſed nec erubeſcere voluerunt. Quẽ ſenſum indicat Chaldæus cùm ait, eorum erat pudore ſuffundi, quia abominationem fecerunt, & confuſione non confunduntur, & humiliari neſcierunt.

Graue malum peccãtẽ, nõ erubeſcere.

14 *State.*] Dupliciter poteſt hoc Dei conſilium intelligi: vno modo dat conſilium Iudæis à recta via recedentibus, vt attendant vel per ſeipſos meditantes omnes rectè viuendi rationes; vel de antiquorum Sanctorum vitis prophetas interrogantes, vt ex illis collatis cùm ſua animaduertant, quam longè abſint à via recta, & ſua derelicta, bonam quam maluerint ſequantur ex eis. Quem ſenſum indicant Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo & Vatablus. Admonet enim vt Sanctorum virorum rationes viuendi conſiderent, & ad ipſarum normam ſe componant, vt 1. Mach. 2. 51. Dixit Matathias filiis ſuis, Mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriam magnam, & nomẽ æternum. Magni enim refert ad vitam rectè inſtituendam maiorum exempla ante oculos obuerſari, vt patientiam Iob, obedientiam Iſaac, caſtitatem Ioſeph, Moſis manſuetudinem, & ſanctitatem Dauid, quorum vita ſingulorum via erat bona ad virtutem deducens. Regia verò Chriſtus eſt, ad quam omnium illorum patriarcharum, & prophetarum ſemitæ ducebãt, vt rectè notauit Theodoretus, omnes enim, & factis, & dictis Chriſtũ bonam, ac certam viam oſtendebant, qui de ſe dixit Ioan. 14. 6. Ego ſum via. & Ioan. 5. dixerat: Scrutamini ſcripturas, quia ipſę teſtimonium perhibent de me. Hoc eſt, emere margaritas prophetarum, vt illis comparemus præcioſam margaritam Chriſtum, quæ via eſt, vt notat Chryſoſtomus homil. de diuite, tom 2. Altero modo poteſt hoc conſilium intelligi, vt moneat Iudæos neſcientes, vel ſcire nolentes, quæ ſit via bona, omnes viuendi modos ſeu probos ſeu improbos conſiderare, vel interrogando prophetas præteritos, aut præſentes, & perſcrutari ſingulorum exitus fœlices, aut infœlices, vt ita ſibi conſulant, cũque eligant, per quem ſibi comparent refrigeriũ, non exitium. Quem ſenſum indicant S. Thomas, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus, & congruit præcedẽtibus, in quibus propheta inſinuauit id quod olim Moſes prædixerat Deuteron. 32. 28. Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia: vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent; & ſequentibus: nam propoſito fine bonæ vitæ refrigerio, & malæ exitio, per Chaldæos, nihilominus repugnabant viam bonam ingredi; & audire vocem tubæ hoſtium. Multum autem refert ad vitam eligendam, & aliorum in ſeipſo exprimendam, quem quiſque finem ſortitus ſit, conſiderare. Memento, inquit Moſes, Deuteronom. 32. 7. dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas, interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi: & proſequitur Dei beneficia, & malorum infœlices exitus, bonorum autem proſperos, & fœlices: quos ſuadet memoria recolere, ac ſemper accuratè meditari.

Sanctorũ vita poſteris meditãda.

1. Mac. 2. 51.

Ioan. 14. 6.

Ioan. 5. 39.

Maiorũ exitus viræ conſiderandi.

Deu. 32 28.

Deu. 32 7.

15 *Vocem.*] Tubæ nomine Hieronymus, Theodoretus cum cæteris omnibus interpretibus, prophetas ipſos intelligunt, quos vocauerunt ſpeculatores, iuxta illud Iſaiæ 58. Quaſi tuba exalta vocem tuam, & annũcia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Et Ezechielis 3. Speculatorem dedi te domui Iſrael. Id quod Chaldæus confirmat, qui hîc exponit, obedite verbis prophetarum, ſeu doctorum. Imò Hieronymus Theodoretus, ac Rabanus, & Hugo hæc explicant de Apoſtolis, qui non credentibus Iudæis, quibus Euangelium denunciabant, conuerſi ſunt ad gentes, à quibus recepti ſunt, vt fecerunt Paulus, & Barnabas, cùm Actuum 13. dixerunt; Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes. Atque hoc ipſum intelligit Cyprianus lib. 1. Teſtimoniorum aduerſus Iudæos cap. 21. Quamuis autem hic ſenſus myſticus habendus ſit, & prior ille de prophetis Iudæos monentibus ſatis probetur ex ratione, quam ſubiicit poſt denunciatum ſupplicium, Quia, inquit, verba mea non audierũt, &

Propheta tuba. Iſa. 58 1.

Eze 3. 17.

Tuba Euãgelica Act. 13. 46.

Cypr.

legem

legem meam proiecerunt; nam & ſuperius ipſe Ieremias, quaſi tuba pronunciauit: Cui loquar, & quem conſtabor, vt audiat? ecce incircunciſæ aures eorum, & audire uon poſſunt: ecce verbum domini factum eſt eis in opprobrium, & noo ſuſcipient illud. Nihilominus poteſt accommodè vera, ac propria tuba intelligi, qua hoſtes ad bellum ſe excitant, vt ſupra verſ. 1. dixerat, Et in Thecua clangite buccina, ſeu tuba, vt exponit Vatablus. Solet enim Deus hortari populum per propbetas, priusquidem placidè ac beneuolè, deinde incuſſo hoſtium aduentantium metu: ita cum per Ieremiã monuiſſet, vt ſeligeret viam bonam, quam in priſcis patribus fuiſſet meditatus, & noluiſſet; addidit deinde metum, diceos: Saltem attendite, quæ prænunciant ſpeculatores prophetæ, clamorem videlicet hoſtium tuba concrepantium, & in vos auidè irrueotium, & vel ipſo imminenti periculo ſaluti veſtræ couſulite. Sed hac admouitione uou obſtante, audacter reſpondent, nou attendemus. Quam populi impudentiam Dei nomine Ieremias admirans, iu ſtuporem eonuerſus, in has voces prorumpit, compellans gentes, & ipſam Iudæorum cougregarionem, vt volunt Chaldæus, & Vatablus, & terram ipſam in teſtes, ac iudices culpæ grauiſſimæ populi, & pœnæ meritiſſimè ei per Chaldæos infligendæ. Quod ſæpè in ſimilibus efficere ſolent prophetæ, vt Moſes Deuteron. 32. & Iſaias cap. 1. Audite cæli, & auribus percipe terra: Filios enutriui, & exaltaui; ipſi autem ſpreuerunt me.

Deus placidè prius deinde metu incuſſo hortatur ad bonum.

Deuter. 32. 1.
Iſ. 1. 2.

16 *Faciam eis.*] Pro illis verbis, Quanta ego faciam eis, io Hebræo hæc tantum legimus, Quæ in eis, audite, inquiens, gentes, & cognoſce congregatio quæ in eis. & Chaldæus quidem, Pagni: & Vatablus intelligunt, quæ in eis ſint iniquitates, quæ peccata, qualia ſcelera: & hæc fortius incitant ad inclamandum, & inuocandum in teſtes gentes, cælum, & terram. Verùm cum vulgato expoſuit Tigurina, quid in eos conſtituerim, quo ſupplicio eos afficere decreuerim: conuocat enim gentes, & ipſos Iudæos, ac terram, vt audiant ſententiam, quam prouunciat contra tam iugentia ſcelera, & iudicent an ea pœna digna ſint. Probatque hanc lectionem, quod poſtquam dixerat, audite gentes, quæ in eos conſtituerim, ſupplicia videlicet, poſt illa verba, audi terra, adiecit, ecce ego adducam mala, uou culpam notans, ſed pœnam comminans.

17 *Thus*] שבא Scheba filius fuit Regma filij Chus, nepotis Noë ex Cham, vt dicitur Gen. 10. 7. qui eam partem fælicis Arabiæ incoluit, & ſuo uomine donauit, quæ vergit ad ſinum Perſicum, nam alteram, quæ vergit ad mare rubrum Saba filius Chus obtinuit, & nominauit, eodem vocatus nomine: ſed priori litera diuerſo: nam prior ille nominatur שבא Scheba, poſterior filius Chus סבא Seba, & eos quidem contiguas ſedes incoluiſſe ex Pſ. 72. 10. colligimus, vbi dicitur, Reges Scheba, & Saba dona adducent: quãuis profani auctores vtriuſque terram confundant, & nomine beatæ, aut fælicis Arabiæ nuncupent, quam inter vtrumque mare, Perſicum videlicet, & Rubrũ porrigi Geographi affirmant, Strabo lib. 16. Mela lib. 3. cap. 8. & Plin. lib. 6. cap. 28. Atque ex illa parte Arabiæ, quæ ad mare Perſicum ſita eſt, oriundam fuiſſe reginam Saba, quæ venit ad regem Salomouem, uou autem ex Ægypto, aut Æthiopia, vt putauit Ioſephus lib. 8. Antiquit. cap. 6. ipſum nomen Schabæ ſatis indicat. Erat autem thuris potiſſimum feraciſſima regio, ideoque celeberrima, vt ex loco Ieremiæ conſtat, & ex illo Iſaiæ 60. 6. Omnes de Schaba venient, aurum, & thus deferentes; & ex Virgilio lib. Æneid. 1. Vbi, inquit, templum illi, centumque Sabæo thure calent aræ, ſertiſque recentibus halant. Thus autem hoc candidum erat, vnde nomen illi ab Hebræis Lebonah, & à Græcis Libanos, id eſt, candidus, eſt impoſitum: luciſſimum vocat aliquando ſcriptura, vt Exod. 30. 34. Leuit. 24. 7. perlucidum, ac purum, Deoque adolendo aptiſſimum, cui lucidiſſima quæque grata ſuut: colligebaturque in autumno ex æſtiuo partu puriſſimum, & candidum, vt ait Plin. lib. 12. cap. 14. Nam vere aliud, aliud hyeme colligitur, corticibus arboris thuriferæ inciſis, rufum, nec priori comparandum, quod ex æſtus calore manauit. Sic quæ ex feruore charitatis liquefacta opera, in igne eiuſdem charitatis adolentur Deo, odorem emittunt ſuauiſſimum.

Gen. 10. 7.
Pſalm. 72. 10.
Arabia fælicis ſitus.
Strabo.
Mela.
Plinius.
Saba regina patria.
Ioſephus
Iſ. 60. 6.
Virgil.
Thus Arabiæ candidũ
Exod. 30. 34.
Leuit. 24. 7.
Plin.
Thus Deo gratum

18 *Calamum.* קנה Kanna, Hebræum nomen, à quo & noſtrum caña deriuatum eſt; arundinem in vniuerſum ſignificat: ſed ex adiunctis de aromatica intelligitur, vt hoc loco, vbi thuri coniungitur, & dicitur, Et calamum optimum, vel ſuaue olẽtem. & Iſaiæ 43. 24. Nõ emiſti mihi argento calamum. Ezech. 27. 19. Caſia, & calamus in mercatu tuo, & Exod. 30. 23. dicitur calamus aromatis. Quod verò ſit genus aromatis adhuc ambiguum eſt. Septuaginta, & Theodotio, cinnamomum vertunt: & Ireneus lib. 4. cap. 32. ſic legit hunc locum Ieremiæ, Quo mihi thus de Saba affertis, & cinnamomum de terra longingua? deſeruit enim ſuffitui, vt patet Prou. 7. 17. Aſperſi, vel Hebraicè, ſuffiui cubile meum mirrha, & aloë, & cinnamomo. & Eccli. 24. 20. Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi. Sed cum in Hebræo diuerſum habeat nomen, & ſimul cum canna quandoque ponatur, diuerſum aroma eſſe neceſſe eſt: dicitur enim קנמון Kinnamon, & Exod. 30. 23. Cinnamomum, & calamus, vt diuerſa ponuntur. & Cant. 4. 14. dicitur, canna, fiſtula, & cinnamomo. Hieronym. à Medicis, ait, vocari *καλαμίας συριγξος*, id eſt, Cannam fiſtulam. Sed hoc eſſe non poſſe conſtat ex 24. Ezech. 19. Vbi diuerſo nomine tanquam diuerſa, vocata iunguntur, קדה Kiddah Caſia, & calamus in negociatione tua: quod ipſum reperimus Exod. 30. 27. Quare veroſimilius videtur, quod viſum eſt Dauidi Kimhi, eſſe Cannellam, quæ hîc dicitur deferri de terra longinqua, hoc eſt, de India, vt vult Hieronymus, ex inſula enim Ceylan à mari rubro mille, ac ſexcentis milliaribus diſſita, hoc aroma defertur. Verum & hanc ſententiam dubiam reddit quod canella, non calamus, ſed cortex eſt, canalis figuram retinens, vnde nomẽ videtur ſumpſiſſe. Quapropter nobis ignotum eſſe hoc genus aromatis certius puto. Quoniam verò nunquam legitur hîc calamus ſicut thus, per ſeipſum oblatus, aut crementum Deo, videtur Ieremias hoc vno intellexiſſe ceteras ſpecies aromaticas, quæ ad conficiendum thimiama Exodi 30. præcipiuntur.

Calamus aromaticus.
Iſ. 43. 24.
Ezech. 27. 19.
Exod. 30. 23.
Irenæus
Prou. 7. 17.
Eccleſ. 24. 20.
Exod. 30. 23.
Cant. 4. 14.
Ezech. 24. 16.
Exod. 30. 27.
Cannella.

19 *Non ſunt.*] Cùm duplex ſit genus ſacrificium; internum vuum, quo homo fide in Deum,

Sacrificiorum genus duplex.

ſpe, & charitate ſeipſum conſecrat Deo, & vera A
ſui propter commiſſa ſcelera contritione : exter-
num alterum, quod prioris illius ſignum, & quod
ſine illo minimè Deo placet, ſiquidem ex eo quod
Gen. 4. 4. Gen. 4. reſpexit ad Abel, reſpexit & ad munera
eius: ſtulti Iudæi in hoc verſabantur errore, vt exi-
ſtimarent, adeo excellere, ipſi quoque charitati,
Externo ſacrificio fidebant Iudæi. præceptum de ſacrificiis, & oblationibus, vt eo ſo-
lo, etiam animo dilapſo ad omne vitiorum genus,
& Deum placare, & pro ſuis ſceleribus ſatisfacere
omnino crederent: quod his verbis Hieronymus
Hieron. in caput. 4. Eccleſiaſtes, nobis expoſuit. Stulti exi-
Externū ſacrificium ſine interno inutile. ſtimant oblatione munerum Deo ſatisfacere poſ-
ſe pro peccatis, ignorantes hoc quoqoe malum
eſſe, atque peccatum, non obedientia, & operibus
bonis, ſed donis, & victimis emendare velle, quod
fecerunt. Vnde Iſaiæ. 1. poſtquam omne genus ſa- B
Iſ. 1. 15. crificij abiecit Deus, rationem addidit dicens, Ma-
nus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Quod & his
verbis tradit Cyrillus Alex. lib. 9. contra Iulianũ.
Cyrill. Alex. Quod autem illis, in quibus non eſt bonorũ ſplen-
dor, omnino inutilis ſit cruentorum ſacrificiorum
virtus, ipſe tibi fidem faciet legiſlator dicens per
Ieremiam. Cum ieiunauerint oon exaudiam de-
Ierem. 14. 12. precationes eorum, & ſi obtulerint holocauſta,
nõ approbabo ea. & iterum, Super quem reſpiciã,
qoam ſuper manſuetum, & trementem ſermones
Iſ. 66. 2. meos? qui autem iniquus eſt, ſacrificans mihi vi-
tulum, ſicut qui occidit canem: qui autem offert
ſimilam, ſicut qui offert ſanguinem porcinum. &
Iob, Dominus, inquit, non abiiciet innocentem,
omne autem donum impij non recipiet. Dixit &
alibi Sapiẽs, Sacrificium ab iniuſto, oblatio macu-
Plautus lata. Quin & Plautus in quodam loco dixit: Hoc
in animum ſceleſti inducunt ſuum, Iouem placare
ſe poſſe omnibus hoſtiis; & operam, & ſumptum
perdunt: atqoe idideo fit, quia nihil ei acceptum
Porph. eſt à periuriis: & Porphirius lib, 2. de abſtinentia:
Nomen, ait, magis ad ſacrificantium animum, &
Seneca. mores, quam ad hoſtiarum copiam ſpectat. & Se-
Lact. neca apud Lactantium lib. 6. cap. 25. Non immo-
lationibus, & ſanguine multo colendus eſt Deus,
inquit, ſed mente pura, bono, honeſtoqoe propo-
Mat. 5. 24. ſito. Demùm Chriſtus Matth. 5. ſatis apertè nos
de hac re inſtituit, cũ dixit, Si offers munus tuum
ad altare, & ibi recordatos fueris, quia frater tuus
habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus
tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri
tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Hoc eſt
igitur quod hoc loco dicit, holocauſta, & victimas
eorum ſibi non placere, quibus erat verbum Dei
in opprobrium, & lex Domini in contemptum.
Sacrificia ergo illa non placebant, quia ex ſe nihil
habebant, quo Deo placerent. Qua in re per om-
Euchar. ſacrificium. nia excellit noſtrum Eochariſticum ſacrificium
ſacroſancti Corporis Chriſti, quod non obſtante
improbo ſacerdote offerente, ipſum per ſeipſum
placidiſſimum eſt, Deoque gratiſſimum, ſed de
hoc, capite ſeptimo redibit ſermo.

20 *A finibus.*] Hebraicè dicitur, à lateribus, vel ab
Deuter. 28. 49. alis terræ, iuxta illud Deuter. 28. 49. Adducet do-
minus ſuper te gentem de longinquo, & de extre-
mis terræ finibus: per qoos vel intelligit terras
longè diſſitas, quæ propter diſtantiam, extremæ
orbis putabantur, vel quod è terris extremis, quæ
mari alluuntur, copiam militum coëgerit Nabu-
chodonoſor. Quod autem arcum, vt habetur in
Hebræo, vertetit vulgatus, ſagittam, non abs re fa-
ctom eſt; cum arcu iaciantur ſagittæ, & vno voca-
bulo vtrumque voluerit ſignificare.

21 *Probatorem.*] Nomen בחון Bahhon deductum
à verbo בחן Bahhan, qood probare, explorare, &
examinare ſignificat; quo ſtatim vtitur Ieremias
cum ait, Et probabis viam eorum. & Dauid Pſ. 16. Pſ. 16. 3.
3. Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte. & Iob. 23. Iob 23. 10.
10. Probauit me, ſicut aurum egredior. Septuagin-
ta, & vulgatus, probatorem, hîc verterunt, iocun-
dam ſeruantes paranomaſiam ſermonis Hebræi,
Bahhon poſui te in populo meo, vt Bahhanta viã
illorum: rectè enim dixerunt, Probatorem dedi te
in populo meo, & probabis viam illorum: quam-
uis huius nomen plurale Iſaiæ 23. 13. vertetit vul- Iſ. 23. 13
gatus, robuſtos. Significat aotem propriè, vt vult
Dauid Kimhi, quem ſeqountur Pagninus, Vatab.
& Iſidorus, munitionem, turrim, arcem, aut pro-
pugnaculum, adoerſus hoſtes oppugnantes pro-
batum, & ita hîc vertunt, Munitionem dedi te, vel
turrim, aut arcem munitiſſimam, & probatam, ab
hoſtibus minimè conterendam: nomen verò alte-
rum מבצר Mibçar, quod volgatus hoc loco tran-
ſtulit, robuſtum, Aquila, & Tigurina locum mu-
nitum vertunt, vt vulgatus Iſaiæ 25. 12. munimen- Iſ. 25. 12
tum, Septuaginta, & Symmachus, clauſum, atque
circundatum, Pagninus, & alij munitionem: quia
inſtar erat vrbis firmiſſimę, quę nullas inſidias per-
timeſcebat. Alludit autem ad id, quod. 1. cap. dixe- Ier. 1. 18
rat, Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, &
bellabunt aduerſum te, & non præualebuor. &
Chaldæus expoſuit, Electum poſui te in populo
C tanquam monitionem fortem. Eritque ſenſus. Ne
te mœrore conficias, & ne timore refugias carpere
eos, quia nocere tibi non poterunt. Nam ego
delegi te, vt tanqoam propugnaculum quoddam
firmiſſimum, in quod omnia ſua tela proiiciant, ſis
tu populo huic; in te enim vnum ſua omnes pro-
bra iacient, ſua maledicta excutient, ſua odia oſtẽ-
dent, qua ratione, & tu probatus euades, & eorum Ieremias probator Iudæorũ
probator, dum ſic qualis vnuſquiſque ſit explora-
bis, omneſqoe eſſe apoſtatas oſtendes, & maniſe-
ſtum facies. Sicut enim ad coticulam, ſeu ad lydiũ
lapidem periculum fit de aoro, & argento, ſic ſin-
guli Iudæorum mores, ac animus probabatur ad
lapidem probatum, & indefectibilem, ob Dei pro-
miſſionem, Ieremiam, qui perquam ſimilis hac in
re eſt lapidi probato, angulari, precioſo, de quo
Iſaias cap. 28. 16. qui eſt Chriſtus, vt ipſe de ſe ex- Chriſtus etiam probator omnium
poſuit Matth. 21. 42. de quo Simeon, Locæ. 2. 34.
D Ecce poſitus eſt hîc in ruinam, & in reſurrectionẽ
multorum in Iſraël, & in ſignom, cui contradice- Iſ. 28. 16
tur, vt reuelẽtur ex multis cordidus cogitationes; Mat. 21. 42.
Siquidẽ iuſtus quiſque, & maximè Chriſtus, ocu-
lis omnium obiectus, ſuo exemplo oſtendit, quis Luca 2. 34.
propius, quis longius abſit à virtute, & pietate.
Vnde illi iuſti lumine perſtricti, Sap. 2. 12. dicebãt: & inſ. qu. ſqu. Sap. 2. 12.
Circumoeniamus iuſtum, qooniã inotilis eſt oo-
bis, & contrarius eſt operibus noſtris, & imprope-
rat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata
diſciplinæ ooſtræ. Grauis eſt nobis etiam ad vi-
dendum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius.

22 *Æs, & ferrum.*] Similitudo ab ære, & ferro du-
cta, ſecundum Hugonem, S. Thomam, Lyram,
Dionyſium, & Vatab. in hoc ſita eſt; quod adeo
ſint duri, pertinaces, & impudentes, vt frontis ſint
Chalybeæ, & ferreæ, ne corrigi poſſint. Ceteri vi-

dentur

dentur velle hac ſimilitudine exponi quod dixerat, Ambulantes fraudulenter. Nam pro hoc aduerbio fraudulenter, eſt in Hebræo nomen רכיל Rachil, quod proprie ſignificat delatorem mercium, vel aromarum, & inde extenditur ad ſignificandum verborum delatorem: quod ſicut mercator gratia lucri ex vno loco in aliū merces defert, & aromatarius aromata, ita verborum delator, ſeu detractor, verba hinc inde collecta, ad alienas ædes gratis vendenda defert; & idcirco verbū ambulare, vt notat Dauid Kimhi, huic nomini frequenter iungitur, quod detractor ambulans per domos, & plateas exploret quid aliis referat: vnde Tigurina cap. 9. v. 4. vertit hoc nomen, mercator, cum ait, Et omnis proximus mercator incedit. Quia vero negociator, dolis, & fraude agit, & ſua negocia cum proximi conficit iactura; ea propter capitur pro fraudulento, & impoſtore, vnde Leuit. 19. 16. dicitur, Non ambulabis vt detractor in populis; quod vulgatus dixit, non eris criminator, nec ſuſurro; & aduerbialiter, pro fraudulenter, frequenter vſurpat. Et quia auctore Abeneſra ſub finem Nehemiæ, & Prou. 11. 13. Rachil, à miſcendo dicitur; nam mercator, ſeu inſtitor eſt, qui res multas miſcet, ideo ſignificat quoque illum, qui verba multa miſcet, falſa cum veris, quibus non conſtat: vt æs aut Chalybs miſtus ferro. Atque de hac falſa miſtione ad malum conficiendum, videntur intellexiſſe Septuaginta apud Theodoretū, legentes, Omnes congregati ſunt, vt æs, & ferrum: & Chaldæus dum exponit; Sicut commiſcetur æs cum ferro, omnes corrumpentes ſunt: hoc eſt, pleni ſunt dolo, & fraude, ſicut æs, & ferrum miſtum, quod colore præ ſe fert chalybem, & habet ferrum admixtum, & Dauid Kimhi in lib. radicū ait, Vt miſcetur æs ferro, vt facile fundatur, ſic ipſi miſcentur alter cum altero, vt noceant, & lædant. Tales ergo erant principes illius populi permiſti, & vniti, vt æs miſcetur ferro, vt corrumperēt omnia. Cum paſtores, qui ſunt aurum, & argentum ciuitatis, in æs conuertantur, & ferrum, & ipſi corrupti ſunt, & ciuitas deſtruetur. Rectè dixit Plato, quem Euſebius refert lib. 12. de Præpar. Euang. c. 25. Omnes qui in eadē ciuitate viuimus, fratres ſumus: ſed cum Deus nos fingeret, aurum cum illis miſcuit, qui ad gubernandum apti ſunt, argentum cum illis, qui armis ciuitatem defendunt: ferrum autem & æs, agricolis & aliis opificibus infund[illegible] Magiſtratibus Deus præcipit, vt caueant ne [illegible] degeneret in argentum, aut argentum in peiora. Quod ſi à peioribus in aurum, aut argentum conſcendat, honoretur; eum autem in ferrum, aut æs regentes peruenerint, tunc ciuitas deſtruetur; nēpe ſi ſuam vtilitatem quærant, non ouium. Nam paſtoris eſt optimè opus ſuum facere, opus autem ſuum paſcere eſt, qui ergo omnia perturbant, & miſcent non ſunt paſtores, ſed heluones.

Verborū delator. *Leuit. 19. 16.* *Prou. 11. 13.* *Plato Euſeb.* *Paſtorū munus.*

23 *Sufflatorium.*] Solent fabri argentarij, inquiunt Hieronymus, & Theodoretus, quando volunt purgare argentum à materia aliqua adulterina, miſcere plumbum, vt materia abſumatur aliena: quod ſi forſan purgata non fuerit, plumbum omne conſumitur. Dauid Kimhi, quem ſequuntur Vatablus, & Iſidorus, conflatorem facit prophetam; follem, ſeu ſufflatorium os prophetæ flatum, ipſam increpantem prophetiam; plumbum, aſſiduitatem, & diligentiam in prædicatione: argentum impurum, ipſum populum Iuda. Follis ergo combuſtus eſt, hoc eſt, ineptus redditus ad ventum excitandum: increpando enim populum, raucæ factæ ſunt fauces prophetæ, & plumbum ipſum combuſtum eſt, quia diligentia fuit inanis, nihil enim profecit, cum reſipiſcere populus noluiſſet. Hieronymus plumbo comparat ſermonem propheticum, qui perit in his, qui contemnunt. Theodoretus conflatorem facit Deum, qui tuliſſet ſententiam; argentarium, ſermonem ad erudiendum: ignem vero, & plumbum ipſam pœnam infligendam. Vatablus quoque Deum facit conflatorem, argentum repurgandum Iudam, follem ſeu ſufflatorium Ieremiam: plumbum omnia adminicula repurgationis. Sicut ergo aliquando conflator oleum & operam perdit, dum conflando purgat argentum; ſic Deus cum vult repurgare ſcoriam Iuda. Lyra aliam huius ſimilitudinis adducit accōmodationem. Sicut aurifaber, inquit, dum conflat igne aurum, vel argentum, admiſcet ſimul plumbum, vel ſtannum, vt calor ignis dum habet plumbum, vel ſtannum, quod conſumat, non conſumat aurum, vel argentum: at ſolet conſumi ſtannum, vel plumbum, & tunc ignis argentum, vel aurum exedit, & cōſumit, quo labor aurifabri inanis euadit, & inutilis: ita Ieremias dum conflat ſua prædicatione populum, & ipſa abſque fructu præterit, & argentum in nihilum redigitur, & ita fruſtra laborauit Ieremias. Verùm in eo deficit ſimilitudo, quod dicat argentum conſumi, cum verè nō conſumatur, ſed repurgetur: vnde populus Iuda argētum vocatur, ſed reprobum. Ionatas Chaldæus paraphraſtes ita reddidit hunc locum: Ecce ſicut cōflatores flarum faciunt, vt incaleſcat id, quod eſt in medio ignis, ſic ſatagit vox prophetarum, qui prophetant eis, Conuertimini ad legem, ſed ipſi non conuertuntur; & ſicut plumbum diffluit in fornace, ſic inania viſa ſunt illis verba prophetarum. Verum primus ſenſus eſt legitimus, quo nihil aliud ſignificatur, quam id, quod Gregorius Nazian. dixit in Oratione in plagam grandinis. Nihil prodeſt cœleſtis animaduerſio, nihil flagella, defecit follis, defecit plumbum, in caſſum argentum conflat aduerſarius, ſcelera veſtra non ſunt liquefacta: & quod Theodoretus aſſerit, Deum inducens volentem populum conuertere, ac dicentem, Methodis quibuſcumque vſus ſum, caſtigationes varias inflixi, & tamen curari nequeunt: nullum enim artificium ſuperant eorum malitiam. Hoc argumentum proſequitur capite primo Iſaias, vnde dicit, Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum.

Similitudo ex ſufflatorio. *Similitudinis ratio oſtenditur.* *Gregor. Naz.* *Iſa. 1. 25.*

PARAPHRASIS.

VERBVM huiuſmodi fecit dominus ad Ieremiam. Sta in porta domus meæ, & prædica illis omnibus, qui ad templum confluunt hunc ſermonem. Audite verbum domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt eum adoretis, ſic dicit dominus exercituum Deus Iſrael. Bonas facite vias veſtras, ac ſtudia, & ego efficiam ne proijciamini è loco iſto, in quo mecum habitatis, in alienas regiones. Nolite confidere in mendacibus [2] pſeudoprophetarum ſermonibus, quibus dicere ſolent, non eſſe credendũ, quod permiſſurus ſit Deus eam vrbem vaſtari, in qua magnificentiſſimum eius templum extructum eſt, templum domini, templum domini, templum domini, identidem replicantes. Sed abſque vlla ſanè vtilitate ſi vitam in melius non mutaueritis. Si autem vias, ac ſtudia veſtra correxeritis, ius ſuum vnicuique in iudicio reddideritis, ſi aduenæ, pupillo, & viduæ, vim nõ feceritis, & innocentem ſanguinem non effuderitis in hoc loco, & poſt Deos alienos ad perniciem veſtram non abieritis, efficiam vt permaneatis mecum in terra iſta, quam dedi patribus veſtris [3] in perpetuum habitandam. Sed ecce vos contra facitis, nam fidentes mendacibus verbis pſeudoprophetarum, impunitatem pollicentium, quæ vobis nequaquam ſunt profutura, [4] furamini, occiditis, adulteria cõmittitis, iuratis mẽdaciter, Baal adoletis, & poſt Deos alienos, quos nũquã noueratis, impudenter abitis, & nihilominus quaſi mali nihil feceritis, venitis & ſtatis coram me in domo mea, quæ meo nomine appellatur, & dicitis, hoc ſolo a noſtris ſceleribus liberati ſumus: quantumuis abominanda patrauerimus. Nunquid exiſtimatis domum hanc, quæ meo nomine vocatur, eſſe [6] antrum latronum, quorum facinora mihi ignota ſint? [7] Ego, ego ſum huius dominus domus, qui eam à vobis vindicabo, ego qui video peſſimas veſtras cogitationes, ait dominus. Ite [8] in Silo, ad locum, in quo a principio inuocatum eſt nomen meum, & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Iſrael. Nunc igitur quoniam vos hæc omnia ſcelera illis ſimilia perpetraſtis, dicit dominus, & me per meos prophetas [9] opportunè monentem non audiſtis, & vocantem non reſpondiſtis, faciam domui huic, quæ meo nomine dicitur, Domus Dei, cui vos adeo fiditis, & terræ huic, quam dedi vobis, & patribus veſtris, ſicut feci Silo, & proijciam vos à me, ſicut proieci omnes fratres veſtros Iſraelitas, regnum videlicet [10] Ephraim. Tu ergo Ieremia, quem adeo huius populi mala ſolicitant, ne velis pro eo orare, neque aſſumas pro eo [11] laudem, & deprecationem, neque tuis precibus [12] obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. An non tu vides quid iſti faciant in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, vxores

CAPVT SEPTIMVM.

1 VERBVM, quod factum eſt 1
ad Ieremiam à domino dicẽs:
| Sta in [1] porta domus domini, 2
& prædica ibi verbum iſtud,
& dic: Audite verbum domi-
ni omnis Iuda, qui ingredimini per portas
has, vt adoretis dominum. | Hæc dicit do- 3
minus exercituum Deus Iſrael: Bonas faci-
te vias veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo
vobiſcum in loco iſto. | Nolite confidere in 4
verbis [2] mendacij, dicentes: Templum do-
mini, templum domini, templum domini
eſt. | Quoniã ſi bene direxeritis vias veſtras 5
& ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium inter
virum & proximum eius, | aduenæ, & pu- 6
pillo, & viduæ non feceritis calumniã, nec
ſanguinem innocentem effuderitis in loco
hoc, & poſt Deos alienos non ambulaueri-
tis in malum vobis metipſis: | Habitabo vo- 7
biſcum in loco iſto: in terra, quam dedi pa-
tribus veſtris à ſæculo & vſque [3] in ſæculum.
| Ecce vos confiditis vobis in ſermonibus 8
mendacij, qui non proderunt vobis: [4] fura-
ri, occidere, | adulterari, iurare mendaciter, 9
libare Baalim, & ire poſt Deos alienos, quos
ignoratis | Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me 10
in domo hac, in qua inuocatum eſt nomen
meum, & dixiſtis: liberati ſumus eo quod fe-
cerimus omnes abominationes iſtas. | Nũ- 11
quid ergo [6] ſpelunca latronum facta eſt do-
mus iſta, in qua inuocatum eſt nomen meũ
in oculis veſtris? ego, ego ſum: [7] ego vidi, di-
cit dominus. | Ite ad locum meum [8] in Silo 12
vbi habitauit nomen meum à principio: &
videte quæ fecerim ei propter malitiam po-
puli mei Iſrael: | & nunc, quia feciſtis omnia 13
opera hæc dicit dominus: & locutus ſum ad
vos [9] mane conſurgens, & loquens, & non
audiſtis | Faciam domui huic, in qua inuo- 14
catum eſt nomen meum, & in qua vos ha-
betis fiduciam: & loco, quem dedi vobis &
patribus veſtris, ſicut feci Silo. | Et proijciã 15
vos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres
veſtros, vniuerſum ſemen [10] Ephraim. | Tu 16
ergo noli orare pro populo hoc, non aſſu-
mas pro eis [11] laudem & orationem, & non
[12] obſiſtas mihi: quia non exaudiam te. | Nõ- 17
ne vides quid iſti faciunt in ciuitatibus Iu-
da, & in plateis Ieruſalem? | Filij colligunt 18
ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mu-
lieres [13] conſpergunt adipem, vt faciant
[14] placentas [15] reginæ cœli, & libent dijs alie-
nis

19 nis,& me ad iracundiam prouocent.| Nun-
quid me ad iracundiam pruuocant, dicit
dominus?nonne [16] ſemetipſos in confuſio-
20 nem vultus ſui? | Ideo hæc dicit dominus
Deus: Ecce furor meus, & indignatio mea
conflatur ſuper locum iſtum,ſuper viros,&
ſuper iumenta,& ſuper lignum regionis, &
ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & non
21 extinguetur. | Hæc dicit dominus exerci-
tuum Deus Iſrael: [17] Holocauſtomata veſtra
addite victimis veſtris, & comedite carnes.
22 | Quia [18] non ſum locutus cum patribus ve-
ſtris,& non præcepi eis in die,qua eduxi eos
de terra ægypti,de verbo holocauſtomatũ,
23 & victimarum. | Sed hoc verbum præcepi
eis,dicens: Audite vocem meam, & ero vo-
bis Deus;& vos eritis mihi populus: & am-
bulate in omni via quam mandaui vobis,vt
24 bene ſit vobis.| Et nun audierunt, nec incli-
nauerunt aurem ſuam: ſed abierunt in vo-
luntatibus, & in prauitate cordis ſui mali:
25 factique ſunt retrorſum & non in ante, | à
die qua egreſſi ſunt patres eorum de terra
ægypti, vſque ad diem hanc. Et miſi ad vos
omnes ſeruos meos prophetas per diem,
26 conſurgens diluculo, & mittens.| Et non
audierunt me,nec inclinauerũt aurem ſuã,
ſed indurauerunt ceruicem ſuam: & peius
27 operati ſunt, quam patres eorum. | Et lo-
queris ad eos omnia verba hæc, & non au-
dient te:& vocabis eos,& non reſpondebũt
28 tibi.| Et dices ad eos: Hæc eſt gens, quæ non
audiuit vocem domini Dei ſui, nec recepit
diſciplinam: periit [19] fides, & ablata eſt de
29 ore eorum.[2] | Tõde capillum tuum,& pro-
iice,& ſume [21] in directum planctum: quia
proiecit dominus,& reliquit generationem
30 furoris ſui, | quia fecerunt filij Iuda malum
in oculis meis, dicit dominus. Poſuerunt
[22] offendicula ſua in domo, in qua inuoca-
tum eſt nomen meum, vt polluerent eam:
31 | Et ædificauerunt [23] excelſa [24] Topheth,
quæ eſt in valle filij Ennom: vt incenderent
filios ſuos,& filias ſuas igni: quæ [25] non præ-
32 cepi,nec cogitaui in corde meo. | Ideo ecce
dies venient,dicit dominus, & non dicetur
amplius,Topheth,& Vallis filij Ennom: ſed
[26] Vallis interſectionis: & ſepelient in To-
33 pheth,eo quod non ſit locus. | Et erit mor-
ticinum populi huius in cibos volucribus
cœli,& beſtiis terræ, & non erit qui abigat.
34 | Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda,& de
plateis Ieruſalem vocem gaudij, & vocem
lætitiæ, vocem ſponſi & vocem ſponſæ: in
deſolationem enim erit terra.

autem [13] conſpergunt farinam, vt [14] placentas Lunæ faciant, [15] reginæ cæli, & libent Dijs alienis, quo me prouocent ad iram: & neſciunt miſeri ſua contentione me ad iram non prouocari, ſed iram potius ſibi ipſis [16] conciliare, vt vultum ſuum pudore afficiant. Idcirco ſic dicit dominus Deus, Ecce furor meus, & indignatio conflatur contra domum iſtam, contra homines, & iumenta, contra omnes regionis huius arbores, terræque fruges, & ardebit, & nemo erit qui exſtinguat. Sic dixit dominus exercituum, Deus Iſrael. [17] Holocauſtorum veſtrorum comedite carnes, ſicut & veſtrarum victimarum, quia nolo ea mihi offerri Nam de holocauſtomatis, & victimis, [18] ne verbum quidem locutus ſum patribus veſtris, neque vllum eis præceptum dedi cum educebam eos de terra Aegypti. Hoc vnicum tantum verbum præcepi eis, cum dixi eis, Audite vocem meam, & ero vobis Deus, voſque eritis populus meus, & ambulate in omni via, quam præcepi vobis vt bene ſit vobis: & ipſi non audierunt, neque præbuerunt mihi ſuam aurem attentam, ſed abierunt poſt deſideria ſua ex prauitate peſſimi cordis profecta: & retroceſſerunt ſemper, nec profecerunt, ex eo die, quo egreſſi ſunt patres eorum de terra Aegypti vſque ad hunc. Et mittebam ad vos ſingulis diebus, opportunè ſatis excitans prophetas meos, & noluiſtis audire me per eos loquentem, neque præbuiſtis aurẽ veſtram ad audiendum: imò ceruicem indurastis, & deteriora patraſtis quàm patres veſtri. Tu vero, Ieremia, vt me vera dicere, denuo experiaris, loquere eis omnia verba hæc, & videbis quomodo te non audient: vocabis eos ad audiendum inuitans, & tibi non reſpondebunt. Dices ergo ad eos, Vos eſtis gens, quæ noluit audire vocem domini Dei ſui, nec recepit diſciplinam, è quorum corde [19] fides abiecta eſt, & ex ore illius confeſſio. [20] Tonde capillum tuum, & proijce abs te: attolle ſuper excelſos [21] montes lamentationem, dicens, Proiecit dominus, ac deſeruit generationem, in quam iratus eſt: fecerunt enim filij Iuda malum in conſpectu meo, dicit dominus, & ſuas [22] abominationes poſuerunt in domo meo nomini dedicata, vt pollueren eam, & ædificauerunt [23] excelſa altaria in [24] Tophet quæ eſt in valle filij Ennon, vt incenderent filios ſuos, ac filias igni: rem quidem, quam [25] nunquam præceperam, neque in mentem mihi venerat, vt preciperẽ. Propterea venient dies, ait dominus, quibus obſidebitur Ieruſalem, & non dicetur amplius iſte locus Tophet, & vallis filij Ennon, ſed vallis interfectionis eorum quos propter multitudinem ſepelient in Tophet, eo quod locus alius non ſit inueniendus, & cadauera, quæ humari non poterunt, erunt cibus volucribus cæli, & beſtiis terræ, & nemo erit qui abigat. Efficiam quoque vt ceſſet in vrbibus Iuda, & in plateis Ieruſalem vox lætantium, & gaudentium, vox ſponſi & ſponſæ: omnis enim terra deſolanda eſt.

ARGVMENTVM.

PErſtat adhuc propheta,in Dei nomine,explicandis malis populo futuris, vt eum ad reſipiſcentiam alliciat: docétque neque ob templi ſanctitatem de quo tantopere gloriabantur,neque ob ſacrificiorum frequentiam , quæ ei diſplicerent,euaſuros fore ſtragem imminentem.

COMMENTARIVS.

Orientalis templi porta. Ioſephus

1 PORTA.] Vatablus, & Iſidorus, Orientalem templi portam intelligunt fuiſſe , ad qoam conſiſtere iubetur Ieremias : quæ ceteris maior erat,vt indicat Ioſephus lib.8. de Antiq. c.3. vt de 2.templo idem ait lib. 6. de bello Iudaico c. 6. & in ea templi parte vna , cum tres eſſent ad Meridiem,totidemque ad Septentrionem : nam omnes ſeptem erant. Ceteri nihil de hoc adnotant , & videtur tantum voluiſſe Deus , vt eligeret propheta vnam è templi portis , per quam frequentiſſimus populus ingrederetur, vt ſic per loci, feſtique occaſionem , cogeretur audire, nulla porta deſignata: nam ſtatim adiicit, Audite verbum domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has. Itaqoe in loco aliqoo concionabator , vnde obuios haberet omnes templum ingredientes , & ex eo egredientes , non quidem per vnam portam , ſed per multas.

2 *Mendacij*.] Verba mendacia falſorum prophetarum intelligunt Chaldæus, Hugo, Dionyſius, & Vatablus, qui inducebant populum ne crederent Ieremiæ, ſed confidereot vrbem minimè diruendam, tam ſancto , tamque magnifico templo protectam, in quo Deus ipſe colebatur. Lyra ſacerdotum verba eſſe putat , qui quo plura io templum inferrentur ſacrificia, ob lucrum , & vtilitatem inde profectam, templum Dei, eiuſque cultum magnificabant , eoqoe ſolo dicebant omnia ſcelera elui, nec pœnam vllam timendam. Hieronymus & ceteri, quaſi verba ſint populi accipiunt, ſed à falſis prophetis inducti , cum certè non propter locum gentem, vt dicitur. 2. Machab. 5. ſed propter gentem locum Deus elegerit: & ſi placet Deo templum , eiuſque cultus , ex eo oritur quod illi placeat templum ſpirituale. Illud autem templum domini eſt, ait Hieronymus , in quo habitat vera fides , ſancta conuerſatio , omniumque virtutum chorus. Templum igitur ſanctum eſt propter inhabitantem Deum in eo : habitat autem Deus in templo , vt colatur , & ſuſcipiat preces deprecantium: non colitur aotem Deus ſolo externo cultu, niſi adſit præcipuè internus : hic ſi deſit, nimirum ſi deſeratur templum à Deo, & templo deſerto populos cum templo deſtruatur. Sed cur replicabant templum domini ter? Reſpondent Vatablus , & Iſidorus ex ſententia Hebræorum , hanc trinam repetitionem factam , ob tres partes , veſtibulum, templum , & adytum , quæ ſancta erant, & inuiolabilia, quæ illi digito penè demonſtrabant , affirmantes non paſſurum Deum , ab alienigenis deſtrui , ac violari. Chaldæus vero , & Hogo ob tria anni feſta , in quibus in templo apparere tenebantur Hebræi, Deuteron. 16. ter repetebant templum domini: exiſtimantes per trinam illam apparitionem à ſuis omnibus ſceleribus expiari. Lyra ad dicti firmitatem, & maiorem expreſſionem hâc repetitionem factam putat, vt ſæpe alias fieri conſueuit. Simplicior ratio eſt , quod hæc ſententia frequentiſſima verſaretur in ore totios populi, diſſeminata à falſis prophetis ; adeo , vt illa repetitione os Ieremiæ obſtruere niterentur. Sic falſa fiducia, falſi prophetæ, ſanctiſſimo, ac veridico Ieremiæ aduerſabantur.

2. Mac. 5. 19.

Templũ Deo gratum eſt mens Deo plena.

Templi trinæ repetitionis cauſa.

Deuter. 16.16.

3 *In ſæculum*.] Illa verba, A ſæculo & vſque in ſæculum, poſſunt cum præcedentibus coniungi. Habitabo vobiſcum in loco iſto à ſæculo & vſque in ſæculum , hoc eſt perpetuò : quem ſenſom habet Hieronymus cum dicit : Vel certè firma ſtatione habitare vos faciam à principio vſque ad finem: vel cum ſequentibus, in terra, quam dedi patribus veſtris à ſæculo & vſque in ſæculom; perpetuò ſcilicet habitandam , ſub conditione , quam hîc ſtatuit, ſi probi fuiſſent, & eſt verus ſenſus: quia ſæpe Deus hanc terram promiſerat perpetuò habitandã. Vel ſignificat per ſuperiora omnia ſæcula fuiſſe habitatam à patribus eorum. Senſus tamen ſecundus verior eſt.

4 *Furari*.] Hebræa infinitiua, Num furari, occidere, &c. per gerundia exponunt Tigur. & Pagninus, Num furãdo, occidendo, &c. aut , Num furãdum, occidendum, adulterandum, &c. Septuaginta infinitiua per præſentia optimè ſunt ioterpretati, nam ita profani autores ſolent accipere , furamini , occiditis &c. & eſt planus ſenſus: confiditis in verbis mendacibus dicentium licere furari, occidere, &c. quod eiuſmodi delicta adductis io templom ſacrificiis eloentur. Aut infinita accipiuntur pro nominibus, Furta, homicidia , adulteria dimittentur mox vt ad templum ventum fuerit. Simplicior, ac clarior ſenſus eſt: Furamioi, & occiditis, & veniſtis & ſtetiſtis coram me in templo , & dicitis liberati ſumus, qnamuis talia commiſerimus.

5 *Eo quod*.] Hebræa habent, ad, vel propter facere omnes abominationes has. Septuaginta illam prępoſitionem acceperunt pro, à, dicentes ; abſtinuimus à faciendo omnes abominationes iſtas. Iuxta quam lectionem Hugo, S. Thomas , & Lyra hunc locum ſic exponunt : liberati ſumus ab eo , quod fecerimus omnes abominationes iſtas , hoc eſt, quod in templum meum tantùm ingreſſi fueritis, dixiſtis, iam ſumus liberati ab his ſceleribus , quæ commiſimus; iam hæc ſunt nobis dimiſſa peccata, quantumcumque ſint magna. Exaggerat rationem hanc verſio Tigurina , dum legit, Liberati ſumus,

etiam

etiam ſi hæc cuncta abominanda fecimus. & Pagninus, cum vertit, liberati ſumus, idque faciendo omnes abominationes iſtas. Secundò Hugo, Lyra, & Dionyſius cum vulgato præpoſitionem illam accipiunt pro particula rationali, & nomen abominationum non pro culpis, ſed pro remediis culparum exponunt. Liberati ſumus eo quod fecerimus omnes abominationes iſtas, id eſt, eo quod obtulerimus, hæc ſacrificia, quæ Deo ſunt abominationes, & Hebræa magis hunc ſenſum præſerunt, & Hieronym. cum ait: Quin potius in tantam prorumpunt amentiam, vt liberatos ſe putent, quia poſt mala opera etiam à cultu domini receſſerunt, hoc eſt, abominandum illi cultum exhibent ab eo recedentes. Tertiò, Chaldæus illam præpoſitionem accipit pro, vt, vt faciatis, ſicut & Iſidorus pro, ideoque faciemus omnes abominationes iſtas, vt ſit ſenſus. Iam ſumus liberati ſolo templi ingreſſu, cum tam facilè habeamus remedium, ſecuri repetemus hæc noſtra conſueta ſcelera. Hac inani fiducia, ac ſecuritate Iudæi quæcunque libebat perpetrabant, vt faciũt noſtri temporis hæretici, qui falſo quodam fiduciæ prætextu, omnia ſua ſcelera expiata arbitrantes, eo ipſo, maiora, & grauiora licere exiſtimant perpetrare.

Fiducia templi maiora perpetraro ſcelera ſceleſtiſſimum.

Mat. 21. 13. Iſ. 56. 7.

Spelunca latronum templi.

6 *Spelunca.*] Hunc locum retulit Chriſtus Matth. 21.13. cum alio ex Iſaia 56. 7. cum dixit: Scriptum eſt, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. In eo autem facta dicitur ſpelunca, ſeu antrum latronum iuxta Hugonem, S. Thomam, & Vatablum, quod ſicut graſſatores cædibus, & latrociniis patratis in antra ſua ſe recipiunt, ſic Iudæi poſt ſcelera grauiſſima non erubeſcebant venire in domum Dei, quaſi delicta eorum illum laterẽt. Vel iuxta Lyram, ſicut antrum eſt latronibus graſſatoribus pro refugio, vt quieſcant, & ſua furta cuſtodiant, ita Iudæi calumniis, oppreſſionibus, & fraudibus res pauperũ, & innocentum expilantes, quaſi nihil feciſſent mali, & Deum templi dominum ſua ſcelera laterent ad illud veniebant, & ſua in eo furta recondebant; factis ex eis, oblationibus, & hoc modo, iam ſe innoxios, & tranquillè deinceps agere poſſe iudicabant. Prior ſenſus verior eſt, quia non tantum queritur Deus quod ad ſuam domum fures confluxerint, & latrones, ſed quod adulteri, periuri, & idolorum cultores: queritur ergo quod domum ſuam fecerint domum congregationis impiorum, vt ait Chaldæus: quæ deſignata eſt, ac dedicata vt in ea probi, iuſtique congregarentur; quam expoſitionem indicauit quoque Theodoretus.

Templi religio vindicatur.

7 *Ego.*] Hebraicè ad verbum dicitur: Etiam ego ecce vidi, dicit dominus: omnes interpretes his verbis nihil aliud ſignificari putant quam patere omnia Deo, eiuſque oculis etiam cordis intima conſpicua eſſe. Ne putetis, inquit, vobis tantum ſcelera veſtra, veſtraſque peſſimas cogitationes notas eſſe, etiam ego ecce antequam huc ingrederemini, dum adhuc intra corda veſtra moliebamini, ipſe vidi: Repetitionem pronominis ego, addidit vulgatus ad emphaſim Hebræorum verborum explicandam. Hugo exiſtimat, indicare his verbis Deum, ſe iudicem eorum eſſe, cum dicit, ego, ego ſum: & teſtem, dum addit, ego vidi; iuxta illod cap. 29. Ego ſum iudex, & teſtis, dicit dominus: verum prior ſenſus planus eſt, ac certus.

Ierem. 29. 23.

Silo vrbs ſitus.

8 *In Silo.*] Silo vrbs fuit tribus Ephraim, vt ait Hieronymus lib. de locis Hebraicis ad Orientem verſus Meridiem per duas leucas habens Ieruſalem, per duas alias Gabaon, quæ auctore Ioſepho lib. 2. de bello Iudaico capite viceſimotertio, quinquaginta ſtadiis diſtabat ab Ieruſalem, hoc eſt ſex milliaribus cum duobus ſtadiis, ad Meridiem habet Sichem per decem milliaria, vel ſex Leucas cum milliario. Tum etiam vrbem Bethel, quæ duodecimo lapide, ſeu milliario diſtat ab Ieruſalem; ad Septentrionem habet Lebna, vt dicitur Iudic. viceſimo primo cap. verſu decimonono. In hac vrbe congregati ſunt filij Iſraël ſtatim vt ingreſſi ſunt terram promiſſam, fixeruntque tabernaculum teſtimonij, & fuit eis terra ſubiecta Iud. 8. 1. Ratio autem cur vrbs illa fuerit electa ad collocandum in ea tabernaculum, prior eſt; quod eſſet de tribu Ephraim, è qua tribu erat Ioſue, vt conſtat Numer. decimo tertio cap. v. nono, qui quod princeps populi erat, accuratius obſeruari curaret cultum Dei apud tabernaculum. Poſterior ratio cur Silo prælecta ſit cæteris vrbibus tribus Ephraim, adducitur à Ioſepho lib. 5. Antiq. capite 1. his verbis: Ieſus, caſtris è Galgalis in montana translatis, ſacrum tabernaculum in vrbe Silunte fixit, quod is locus propter pulchritudinem viſus ſit idoneus, in quo tantiſper maneret, dum maior commoditas ædificandi templi ſe præberet. Erat autem ædes ibi ædificata ſtructura infernè lapidea, ſupernè vero è pellibus, & cortinis, conſtititque trecentis ſexaginta nouem annis, vt refert Chronologia Hebræorum capite vndecimo, & demùm in ſolitudinem eſt redacta. Ex veriori autem ſupputatione, à ſexto anno Ioſue, quo colligitur ex Ioſepho lib. 5. Antiq. capit. 2. tabernaculum in Silo conſtitutum, vſque ad extremum ſacerdotis Heli, quo adducta eſt arca, vt eſſet in medio populi, & ſaluaret eum de manu Philiſtinorum 1. Reg. 4. Itemque tabernaculum, vt in illa verba Pſalmi ſeptuageſimi ſeptimi, Et repulit tabernaculum Silo; dicunt Auguſtinus, & Euthymius, tráſlatum eſt in Nobe ciuitatem ſacerdotum 1. Reg. viceſimoprimo c. ſunt anni 351. nec amplius arca, vel tabernaculum reducta ſunt in Silo, ſed variis in locis aſſeruata, donec templum à Salomone eſt ædificatum. Sed antequam perſcrutemur qua pœna, quove ſupplicio affecerit Deus domum ſuam, quam habuerat in Silo, quæ populi Iſraëlitici malitia, quæve culpa præmiſſa fuerit demonſtremus. Hæc ſatis explicantur illis verbis Iudic. 2. 10. Omnis illa generatio congregata eſt ad patres ſuos, & ſurrexerunt alij, qui non nouerunt dominum, & opera, quæ fecerat cum Iſraël: feceruntque filij Iſraël malum in conſpectu domini, & ſeruierunt Baalim, &c. Iratuſque dominus contra Iſraël, tradidit eos in manus diripientium qui ceperunt eos, & vendiderunt hoſtibus, qui habitabant per gyrum, nec potuerunt reſiſtere aduerſariis ſuis, ſed quocũque pergere voluiſſent, manus domini ſuper eos erat. Suſcitauit quæ dominus Iudices,

Ioſephus

Iud. 21. 19.

Iud. 8. 1.

Ioſue de tribu Ephraim

Num. 13 9.

Ioſephus

1. Reg. 4. 4.

Pſal 77. 60.

Auguſt.

Euth.

1. Reg. 21. 1.

Arca fuit in Silo annis 351.

Iudic. 2. 10.

G

qui liberarent eos de vaſtantium manibus, ſed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos, cum dominus iudices ſuſcitaret in diebus eorum flectebatur miſericordia, poſtquam autem mortuus eſſet iudex reuertebantur, & multo faciebant peiora. Idem refertur c. 3. & 4. & c. 1. 34. & 18. 1. Præterea nefandum illius Reipublicæ ſtatum oſtendunt crimina filiorum Heli. 1. Reg. 2. 12. Ophin, & Phinees, hoc præmiſſo.

Iud. 3. & 4. Iud. 1. 34. & 18 1. 1. Reg. 2. 12.

Quæſtio quando deſtructa ſit domus Dei in Silo. Solutio.

Iam quando ob tantam populi Iſraëlitici impietatem Dei ædes, quæ erat in Silo, deſtructa ſit inquiramus? Reſpondent aliqui ſermonem hunc eſſe intelligendum de vaſtitate decem tribuum per Aſſyrios facta. Tunc enim & Silo collapſa eſt & decem tribus ductæ captiuæ. Mihi videtur certum ſermonem eſſe de tranſlatione religionis, ac cultus diuini cum arca ex Silo in domum Dauid, & demum in templum Salomonis, quia id ſatis exprimitur Pſal. 77. à verſu. 55. vſque ad finem, in quo aperte Dauid decantat quicquid Iſraëli contigit, ex quo cæpit poſſidere terram promiſſam, & quemadmodum per idololatriam in iram concitauerunt Deum in collibus ſuis, & in ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouocauerunt. Audiuit Deus, & ſpreuit, & ad nihilum redegit valde Iſraël: & repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus: & tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici: & concluſit in gladio populum ſuum, & hæreditatem ſuam ſpreuit. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur, & repulit tabernaculum Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit. Quibus in verbis ſatis expreſſum vides, tranſlatam eſſe religionem cum regno è tribu Ephraim, & ex Silo, in tribum Iuda, & in Sion, propter idololatriam Iſraëlis, tunc cum Palæſtini irruerunt in Iſraëlem & arca è Silo abducta eſt, vt refertur. 1. Reg. 4. Qua de re Ioatham habuit ſermonem cum Dauid 2. Reg. 7. 7. cum nomine Domini, dixit: Nunquid loquens locutus ſum ad vnam de tribubus Iſraël, cui præcepi vt paſceret populum meum Iſraël, dicens, quare non ædificaſtis mihi domum cedrinam. Ego tuli te de paſcuis &c. Ponam locum populo meo, & plantabo eum, & habitabo cum eo, & non turbabitur amplius, nec addent filij iniquitatis vt affligant eum, ſicut prius. Filius tuus ædificabit mihi domum, & fidelis erit domus tua, & regnum tuom. & Iudic. 18. 30. dum ſermo fit de tribu, & ciuitate Dan, dicitur: Poſueruntque ſibi ſcolptile, & Ionathan, ac filios eius ſacerdotes in tribu Dan vſque ad diem captiuitatis ſuæ. Manſitque apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit domos Dei in Silo. Tunc ergo facta eſt ſtrages, & captiuitas populi Iſraëlitici per Paleſtinos, cum arca Dei è Silo tranſlata; domus Dei in ruinas, & cineres collapſa eſt, vt notat hîc Hieronymus, & de hac proiectione loquitur ſine dubio noſter Ieremias, in qua cultum ſuum Deus cum arca tranſtulit è Silo, quæ erat in tribu Ephraim, filij Ioſeph, in Ieruſalem, & Sion de tribu Ioda, & ex eo tempore proiecit vniuerſum Iſraëlem, apud quem nunquam fuit amplius vetus Dei cultus: nam vniuerſæ decem tribus apoſtatauerant, quouſque ſexto Oſeæ anno captiuæ ductæ ſunt per Aſſyrios, vt ſtatim dicemus. Eſt autem argumentum Ieremiæ à comparatis deſumptum: Non peperci Iſraëlitis fratribus veſtris ob ingentia eorum ſcelera, etiam ſi habuerint apud ſe in Silo domum mihi conſecratam: & vobis parcam grauiora patrantibus, quod apud vos templum habeatis? quin illud vna vobiſcum deſtruam: quia propter gentem locum, non propter locum gentem elegit Deus.

Pſal. 77. 55.

Religio tranſlata cum regno. 1. Reg. 4

2 Reg. 7. 7.

Iudic. 18. 30.

Ieremiæ ratio à comparatis.

2 Mac. 5 19.

9 *Mane.*] Verbum השכם Haſchem à radice Sacam, quod eſt ire, vel ſurgere mane, aut manicare, iuxta ſupradicta cap. 5. numero vodecimo, in primis ſignificat Dei ſolicitudinem, ac diligentiam in hominibus per ſuos prophetas admonendis, vt volunt S. Thomas, Lyra, & Dionyſius. Significat deinde temporis opportunitatem, quam Deus quærit, vt populus aptior fiat, & magis congruè admoneatur, & audiat. Matutino quidem tempore, anima, corporis viribus inſtauratis, vegetior redditur, & à voluptatibus expeditior: vnde Dauid Pſal. 5. Mane, ait, aſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. & Iſaias capite viceſimoſexto; Spiritu meo in præcordiis meis mane vigilabo ad te. ſic Hieronymos, & Dionyſius exponunt, & Hugo, qui ſimpliciter dicit, mane ſolitos prophetas populum admonere. Deus ergo ipſe primo mane, aut ipſo diluculo, inſtar cubicularij, ſuſcitat nos, & ad bonum hortatur, & ad legis ſuæ obſeruantiam, per angelos ſuos, vt faciunt Regum cubicularij, de quorum vno Plutarchus, libro Quod in principe requiritur doctrina, in hunc modum refert. Perſarum rex vnum habebat cubicularium, cui hoc negocij mandatum erat, vt diluculo ingreſſus illi diceret: Surge rex, atque ea cura, quæ te curare voluit Moſoromeſdes: is erat bonus genius. Tertio poteſt ſignificare frequentiam admonitionum, quia etiam in Hebræo manicans frequentatiuum eſt, vt ſit ſenſus: Singulo mane, hoc eſt, quotidie ad vos ſum locutus, aut nullum fuit mane, in quo per meos prophetas à me non fueritis admoniti.

Dei in admonendis hominibus ſolicitudo.

Tempus admonitio congruũ quod.

Pſ. 5. 5. Iſ 26 9.

Deus cubicularius.

Plut.

10 *Ephraim.*] Hoc nomine omnes interpretes com Hieronymo intelligunt vniuerſum Iſraëlem, tribubus decem conteutum, vel ea ratione quod tribus Ephraim omnium fortiſſima, robur eſſet vniuerſi Iſraël, vt cõſtat ex Pſ. 59. 9. Ephraim fortitudo capitis mei, & 77. 9. Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum conuerſi ſunt in die belli, & 107. 9. Ephraim ſuſceptio capitis mei. Vel altera ratione quod primus rex Iſraelis Ieroboam filius Nabath, fuerit ex tribu Ephraim, vt dicitur 1. Reg. 11. 26. & omnes hîc notant; ex quo omne Iſraël vocatum eſt regnum Ephraim. Vel demum quod ſicut duæ tribus dicuntur Iuda, quia ſemper à rege Dauid habuerunt reges omnes ex tribu Iuda, ita decem tribus dicuntur Ephraim, quod à Ieroboam ſemper reges Iſraël fuerint ex ea tribu, vt hoc loco ait Hieronymus: & in illa Abdæ verba, Domus Ioſeph flamma. Verum quia præter Ieroboam filium Nabath, & Nadab filium eius ex ſcriptura non conſtat aliquem è regibus Iſraël è tribu fuiſſe Ephraim: imo de Baaſa tertio rege Iſrael certum eſt ex 3. Reg. decimoquinto, cap. verſu. 27.

Iſrael vocatur Ephraim

Pſ 59. 9. Pſ 77 9 Pſ. 107 9

1 Reg. 11. 26. Ieroboã Ephraimita.

Reges Iſrael omnes non fuerunt ex tribu Ephr.

3. Reg. 15. 27.

fuiſſe

fuiſſe de domo Iſſachar. Verior habenda eſt ſecunda ratio, quam & affert Hieronym. Iſaiæ. 7. iuxta quam eo loco ab Iſaia, vocatur Iſraël ſæpe Ephraim. Vt verſu. 9. Et caput Ephraim Samaria, quod regia regni Iſraëlitici eſſet Samaria. & v. 17. Adducet dominus ſuper te, & ſuper populum tuum, & ſuper domum patris tui, dies, qui non venerunt à diebus ſeparationis Ephraim à Iuda. & Eccleſiaſticus c. 47. 23. Vt faceres, ait, imperium bipartitum, & ex Ephraim imperare imperium durum. & 29. Et Ieroboam filium Nabath, qui peccare fecit Iſraël, & dedit viam peccandi Ephraim.

Iſa. 7. 9. *Eccleſ. 47. 23.*

Quæſtio Quando proiectus à Deo Ephraim. Sed dubitatur quando proiecerit Deus vniuerſum ſemen Ephraim. Num tunc cum tranſlata eſt religio è Silo, an quando ſexto anno Hoſeæ, decem tribubus captiuis, periit regnum Samariæ. Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, & omnes alij interpretes tunc aiunt, hîc dici proiectum vniuerſum Iſraëlem, quando finitum eſt regnum Iſraël, & decem tribus ductæ ſunt captiuæ ad Aſſyrios. Imo Theodoretus exiſtimat tunc etiam impletum quod de Silo dictum eſt, cum tamen iam ſatis refutauerimus hoc dictum in nume. 8. Poſſet & hoc non præter rationem dici, tunc Deum intelligi proieciſſe vniuerſum ſemen Ephraim, cum abſtulit ab ea tribu cultum ſuum, transferens illum in tribum Iuda, quod dixit Dauid Pſal. 77. *Pſal. 77. 60.* Et repulit tabernaculum Ioſeph, & tribũ Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit. Repulit quidem tabernaculum Ioſeph, cum tranſtulit arcam de Silo, quæ erat in regione Ioſephitis deſignata: & noluit eligere tribum Ephraim, vt in ea eſſet regnum cum religione: ſed elegit tribum Iuda, vt ex ea rex eligeretur, & montem Sion, vt perpetuo ibi conſideret cultus Dei vna cum regno, vt notauimus latius cap. 3. Num. 8. Propterea rumpebantur inuidia filij Iſraël, & præcipuè tribus Ephraim aduerſus tribum Iudam, quod ſe deſpecto, eam tribum Deus ſibi delegiſſet, in qua regnum, & ſacerdotium collocaret. Vnde prima oblata occaſione deſciuerunt, & regnum, ac nouam, falſamque idcirco, religionem ſibi conſtruerunt, impedientes ne aſcenderetur in Ieruſalem: exiſtimabat enim Ieroboam non poſſe regnum ſuum coaleſcere cum vera religione tribus Iudæ, & hoc diſſidium Chriſtus prænunciatur ablaturus, Iſaiæ. 11. 13. *Iſ. 11. 13.* Et auferetur zelus Ephraim, & hoſtes Iuda peribunt. Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim, vt planè abſtulit, vt ipſe dixit Ioan. 4. *Ioan. 4. 23.* cum Samaritanorum religionem delendam, & Iudæorum commutandam in eam, quæ futura erat in ſpiritu, & veritate aſſeruit. Ait ergo hoc loco Deus. Sicut tranſlata arca è tribu Ephraim, proieci tribum illam, & omnem Iſraël à facie mea, ablata præſentia mea, qua illis præſens aderam in ſacra æde Silo, ſic deſtructo hoc templo proijciam vos à facie mea, ne iam præſens adſim vobis, veſtriſque precibus in hoc templo, vt ſolebam.

Laudis nomine quid accipiendum. 11 *Laudem.*] Nomen רנה Rinnah cum oriatur à Ranan, quod eſt clamare voce contenta, quacunque ex cauſa, exultationis, luctus, precationis, gratulationis, vnde & ranis nomen impoſitum, rectè hoc loco ſignificat clamorem orantis efficaciter, aut pſallentis, quod cum Dei laude coniũctum eſt, ideo clamorem hîc vertunt aliqui, aliqui laudem, Vel pſalmum. Iubet enim Deus Ieremiæ ne aſſumat pro populo pſalmum ad laudandum, ne attollat vocem, pro eo deprecans, non vult admittere laudes, quibus ſolent hi qui poſtulant aſſentari iis à quibus volunt aliquid exorare, vt illa, quæ acceſſit ad Chriſtum adorans, & petens aliquid ab eo. *Matth. 20. 20.*

12 *Obſiſtas.*] Ex Hebræo dicitur: Ne eas mihi obuiam, aut ne mihi occurras deprecaturus: obuiare autem pro interpellare vſurpant Hebræi: cum decreuerit Deus, irato ſuo, atque indignato animo facere ſatis, & abſque vllo remedio definitum infligere ſupplicium, piorum clamores, ac deprecationes ſibi obiectas amouet, non illis præbendo vim illam, ac efficacitatem, cum certa fiducia coniunctam, quã poſtulat oratio. *Malum grauius ipſo ſupplicio orationem eiuſque vim amouere.* Quod ſi orauerint, orant quidem adeo demiſſo animo, & corde, ac fide refrigeſcente, ac debili, vt orare non videantur. Eſt autem hoc non leuius ſupplicium, quam id, quod nititur infligere, dum non inuenitur qui obſiſtat ei. Sic queritur Iſaias cap. 59. 17. *Iſ 57. 17.* Et vidit quia non eſt vir, & aporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat, intercedendo videlicet, aut interpellando pro hominibus. & cap. 64. *Iſ. 64. 7.* Non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te. & cap. 47. 3. *Iſ 47. 3.* Vltionem capiam, & nõ reſiſtet mihi homo, id eſt, non obuium habebo hominem, qui mihi ſua obſiſtat deprecatione. & Ezechiel cap. triceſimo ſecundo: *Ezech. 22. 30.* Quæſiui in eis virum, qui ſtaret oppoſitus contra me pro terra. Idque præſertim contingit, ſi hi, pro quibus oratur in ſua perſeuerent improbitate, vt hic populus: tunc enim fruſtra oratur pro eo, inquit, Chryſoſtomus Homil. 1. in priorem ad Theſſalonic. & Homil. 44. in Geneſ. & Hieron. in 14. Ieremiæ. *Chryſ. Hier.* At cum definiuit Deus non omnino punire, ſed minis tantum agit, pios ipſos excitat ad orandum, & deprecandum magna vi, ac certa cum ſpe. Nam tunc ipſe ſanctus ſpiritus clamat gemitibus inenarrabilibus, & occurrit obſiſtitque Deo, manus eius quaſi detinens, ne malum inferat: *Ad Rom. 8. 26.* vt faciebat Moſes cum Exod. 32. audiuit dicẽtem dominum: *Ex 32. 10. 32.* Dimitte me vt percutiam populum iſtum. & Sap. 18. de eo ſcribitur: *Sap. 18. 24.* Properans homo ſine querella deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati, oſtendens quoniam tuus eſt famulus. & de Chriſto dixit Iſaias cap. 53. v. vltimo: *Iſ 53. 12.* Et pro tranſgreſſoribus rogauit: hoc eſt, iuit obuiam, obſtitit Deo patri, ne tunc illos puniret, pro quibus rogauit dicens, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciũt. *Signum impetrandi vel non, quod petimus.* Hinc colligitur illud eſſe certum ſignum quod ſimus impetraturi quod petimus, ſi ſentiamus in corde perſeuerantem, ac confidentem vim, quam feruidis immittit diuinus ſpiritus. Quod ſi remiſſè id fiat, ſignum eſt Deum tunc temporis nolle concedere quod petitur, iuxta illud Iacobi cap. 1. 5. *Iac. 1. 5.* Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans: qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur: non ergo æſtimet homo ille quod accipiat aliquid à Deo.

13 *Conſpergunt.*] Ex Hebræo legimus, conſpergunt conſperſionem nam בצק Bazek conſperſio eſt. vel ſubigunt farinam, vt habent Septuaginta apud Theod. conſperſio vocatur à Paulo 1. ad Cor. 5. 7. *1. ad Cor. 5. 7.* vt ſitis noua cõſperſio, hoc eſt farina aqua cõſperſa

ſeu rempetata; quam maſſam, ſeu paſtam vocamus, vnde Pagninus hîc vertit, Mulieres impaſtant paſtam. Quia vero farina erat ex medulla tritici, aut ex flore farinæ, vt vulgo dicitur, adi- *Pſal. 147. 3.* pem vocauit vulgatus, vt etiam Pſal. 147. Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te.

14 *Placentas.*] כונים Cauanim placentas vertuut omnes, quss Græci χαυῶνας vocant, ab Hebræo *Placenta qua* fortaſſe nomine: eſt autem placenta panis oleo ſubactus. Deriuatur autem nomẽ à Cun, quod eſt præparare, quaſi præparationes dicas, vt vult Hieronymus, quod illis ad cultum præſtandum idolis ſe præparabant. Alij deduci volunt à radice *Collyridæ.* Cauah, quod eſt vri, vt Cauanim ſint collyridæ, ſeu tortæ ad ignem torrefactæ triangulari B *Epiphanius* figura, quas & Epiphanius refert Hæreſi. 79. confectas, & oblatas à quibuſdam mulieribus Mariæ virgini. Aliis demum videtur deductum nomen à כון Cbiuen, quod eſt intendere, propterea quod vehementer illis cibis conficiendis intenderent, quod ſe beatos putarent ſi digni haberentur, qui aliquid laboris collocarent, participeſque fierent illius eſcæ, quæ cælo erat offerenda. Quod Ieremias ipſe ſatis nobis explicat, dum omnes, patres cum filiis, matres cum filiabus ad cibum illum exactè parandum, ac temperandnm coniungit, & connumerat. *Chryſ.* Quod referens Chryſoſtomus Homil. 8. in priorem ad Corinthios: Patres, ait, accedunt ignem, filij colligunt ligna, mulieres eorum ſubigunt paſtam ad placentas: & nullns eſt, qui negocium ſpirituale tractet. Sed præſtat cum Hiero- C nymo, & Dauide Kimhi à primo verbo dedncere ab apparatu, quod elaboratæ eſſent, & artificioſè coofectæ. Aſſerit enim Lyra iofra c. *Ierem. 44. 19.* 44. 19. in illa verba: Nunquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas ad colendum eam, ex Hebræo verti ab aliis, ad effingendum eam; vel faciendum ei vultum. Fuiſſe autem panes rotundos, in quibus expreſſa erat imago Lunæ, aut ſtellæ, de qua mox dicemus. Vtinam tam accuratè nos Deo noſtro inſeruiremus, & illud Pau- *Ad Rom. 6. 19.* li ad Rom. 6. ſaltem compleremus: Humanuin dico propter infirmitatem carnis veſtræ: ſicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

15 *Reginæ.*] Hebræum nomen מלאכת Melacah D quod hoc loco, & infra cap. 44. 19. poſitum eſt in regimine מלכת Melecath, deficiente א, à verbo לאך Laach deducuut, vnde nomen Malac angelus, ſeu miniſter deriuatur, vt ſignificet opus, ſeu artificium, miniſterio alicuius paratum, ita c. 48. 10. dicitùr maledictus homo, qui facit opus *Ierem. 48. 10.* Dei negligenter. Vel miniſterium cæli, quod cælum miniſtret ſua luce, & influentiis his inferioribus, iuxta quam ſignificationem Septuagiota vertunt, militiæ cæli; alij, operi cœli; Tigurina *Regina cæli quæ dicatur.* machinæ, ſeu opificio cæli. Sunt alij, nec abnuit Dauid Kimhi, qui deducunt à מלך Malach: quod eſt regnare, & ita vertunt cum vulgato, Reginæ cæli: & putat Hieronymus eſſe Lunam, quam Dianam, ſeu Phæben, Phæbi, ſeu ſolis ſororem gentiles putabant. At Chaldæus, Dauid Kimhi, & Pagninus, exponunt, Stellæ cæli magni, quam Saturnum vocant, & in ſcriptura ab hac ipſa radice Moloch, ſeu Melchom Saturnus vocatur, A quem ex finitimarum gentium familiaritate Iudęi venerabãtur, de quo poſt latius agemus. Vatablus inferius cap. 44. exiſtimat, quoniam nomen Melachah eſt fœmineum, referre cæleſtem ſtellam fœmineo nomine ſignificatam, quam putat Solem, qui rex cœli dicitur ab Aſtrologis: vocatur autem ſol Hebræis שמש Semes nomine fæmiueo.

16 *Semetipſos.*] Quod dixit vulgatus: Nonne ſemetipſos in confuſionem vultus ſui, ſupple, prouocant. Hieronymus, lædunt, ſubintelligit: Putant, inquit, ſua contentione me lædere, & neſciunt miſeri ſemetipſos potius lædere. Aut putant me ad iram prouocando lædere, cum nihil minus, quia ſi peccaueris, quid nocebis ei? inquit *Iob. 35. 6.* Iob c. 16. Se potius prouocant, aut concitant ad meam iram ferendam, ait Vatablus; iram potius ſibi ipſi conſiliant, & conuertetur dolor eorum in caput eorum, & in verticem ipſorom iniquitas *Pſ. 7. 17* eorum deſcendet Pſ. 7. Verbum enim כעס Caas commoueri, ſeu extimulari ſignificat, non ſolum ad iram, ſed ad quemuis alium triſtem animi af- *1. Reg. 1. 6.* fectum, vt 1. Reg. 1. 6. Irridebat eam inimica ipſius; vulgatus vertit, affligebat eam; nam triſtitia afficiebat. Hoc eſt ergo quod dicit Deus, exiſtimant ſua contentione peccandi irritare me ad amaritudinem, & iram, cum ego, nec doleam, imo expers omnino ſim humanorum affectuum: ſed ſe potius prouocant, & irritant, vt ſuſtineant amaritudinem, & triſtitiam ex ſuppliciis à me infligendis. Theſaurizant enim ſibi iram in die iræ, ad Rom. 2. & Hoſeæ 12. 14. Ad iracundiam *Ad Rom 2. 5.* me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis eius ſuper eum veniet, & opprobrium *Hoſea 12. 14.* eius reſtituet ei dominus ſuus. Poteſt ſuppleri præpoſitio, in, aut, contra, vt dicat, Nonne in, vel contra ſemetipſos prouocant me ad iram in confuſionem vultus ſui? Poſſet demùm particula את Eth Datiuo coniungi, vt cum Deuteron. 4. 2. *Deuter. 4. 2.* dicitur, Ego præcipio vobis, ſimiliter hoc loco dicatur, Nonne ſibimet ipſis prouocaot me ad iram, id eſt, in malum ſuum. Sed præſtat prima expoſitio.

17 *Holocauſtomata.*] Sicut Deus ſe dixit templum reprobaturum, ita modo reprobat ſacrificia, quibus adeo fidebant, & quoniam holocauſtum totum Deo incendebatur, vt cap. 17. dicemus; victi- *Ier. 17.* marum vero pars ipſis ſacerdotibus, populoque cedebat, aſſerit modo Deus, per quendam deſpectum: Holocauſta veſtra, quæ mihi tota offertis, connumerate victimis, & facite de eis, quod facitis de victimis, vt carnes eorum comedere poſſitis: quia ego nec illis egeo, nec mihi placent omnino, cum carnibus nequaquam veſcar. Aut clarius: Holocauſta veſtra addite victimis, & in vnum cumulum coacta, vobis auferte, & comedite ea, & hoc ſaltem commodi ex eis percipite, neque enim mihi aliquid conferunt vel vtilitatis, vel voluptatis, cum abeſt interna mentis oblatio, & humilis obedientia legis. Sic Pſ. qua- *Pſ. 49. 9* dragesimonono dicebat: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in montibus, & boues. Cognoui omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri mecum eſt. Si eſuriero non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes tauro-

taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo. Neque enim Deus carneus eſt, vel corporeus, vt hiſce veſcatur cibis, aut ſuffitibus pinguedinis, & *Dæmonum cibus.* carnium delectetur nidoribus, vt dæmones delectari exiſtimarunt nonnulli ex veteribus, quod ſpiritualia quædam corpora habere angelos ſint *Orig. Baſilius.* arbitrati, vt Origenes lib. 7. contra Celſum, & *Porph.* Baſilius ſuper 10. Iſaiæ. Porphyrius quoque in *Euſeb.* Epiſtola ad Anebuntem Ægyptium, quam refert *Auguſt.* Euſeb. lib. 5. de præpara. euang. c. 6. & Auguſtin. lib. 10. de Ciuit. Dei, c. 11. Vnde in libro de ſacrificiis dixit ille: Hi ſanè ſunt, qui libamine, nidoreque carnium oblectantur. His enim ſpirituale corpus eorum pingueſcere ſolet: viuit namque hoc vaporibus, fumigationibuſque, atque variè admodum, vt par eſt per varia, nidoreque ſanguinis, & carnium vires adſumit. Qua de B re *Cyrill.* Cyrill. lib. 4. in Iulianum, & *Theod.* Theodoretus lib. de curandis Græcorum affectionibus c. 3. de Diis, & dæmonibus, & c. 7. de ſacrificiis: hinc autem ortum habuit quod de ambroſia, nectareque deorum fabulati ſunt poëtæ.

Quæſtio. Num præceperit Deus aliquando holocauſta. 18 *Non ſum locutus.*] Graue circa verba hæc mouetur dubium, qua ratione verum teneat hoc Dei dictum, quod nullum præceptum tradiderit, cum de Ægypto eduxit Iſraëlem de holocauſtomatis, & victimis ſibi offerendis, cum in Exodo, Leuitico, & Deuteronomio nihil crebrius præcipiatur.

1 Sententia. Montanus ſuper cap. 5. Amos, & hoc loco Iſidorus nituntur hunc nodum ſoluere, dicendo, nunquam Deum præcepiſſe peculiaria aliqua ſacrificia ſuo populo, ſed eius arbitrio reliquiſſe offerre quæ libuiſſet, vt ante latam legem fiebat; C tantum præſcripſiſſe modum offerendi, quod populus offerre elegiſſet. Verùm quamuis aliquando Deus formam tradiderit ſacrificandi, vt in prioribus Leuitici capitibus, cum dicitur, Si homo obtulerit hoc, aut illud ſacrificium; dubitate tamen non licet præcepta plurima ſingillatim tradidiſſe, quæ ſi quis omitteret, in legem committeret, & puniretur, vt ſacrificium, Phaſe, holocauſta, oblationes, in definitis feriis *Leuit. 10. 1.* offerenda, Leuit. vigeſimo tertio cap. Vnde filij Aaron ignem alienum offerentes, Leuit. 10. combuſti ſunt.

2. Sententia. Iſidorus addit huic loco & hanc explicationem: quod Deus non præceperit de holocauſtis, & victimis offerendis, ſemoto interno cultu, & vera in Deum pietate, vt Iudæi intelligebant. D exiſtimabant enim ſtulti, vt ſupra notauimos, capite 6. num. 19. externo illo cultu ſatis fuiſſe factum Deo pro commiſſis ſceleribus, nec aliam pœnitentiam poſtulari. Probat hunc ſenſum in primis, quod illa ſacrificia præceperit Deus, vt hominum ſalutem procuraret, ad ſe colendum alliciendo, & ſanctos ſibi addicendo, vt pro- *Hoſ. 6. 7.* bat illud Hoſeæ 6. Miſericordiam volo, & non ſacrificium, tantùm videlicet; vt etiam nota- *Iren. Chryſ. Aug.* runt Irenæus lib. 4. contra hæreſes capite trigeſimoſecundo; Chryſoſtomus Homil. 31. in Matthæum; Auguſtinus 10. de Ciuit. Dei cap. 5. & lib. 20. contra Fauſtum cap. 16. Deinde quod non ob aliam rationem ſæpe numero reiiciat Deus hæc ſacrificia, & non placere, nec grata, acceptaue ſibi eſſe dicat, quam quod ab improbis offerantur, vt conſtat ex innumeris ſcripturæ locis, quæ referre ſuperfluum eſſet. & demum

A quia ex modo loquendi colligitur hoc loco id velle Deum, ait enim: Quia non ſum locutus cum patribus veſtris, nec præcepi eis, ſuper verbis holocauſti, & ſacrificij: vel de ratione holocauſti, & ſacrificij, vt vertit Tigurina: ſed hoc verbum, præcepi eis, hoc eſt, non tradidi vobis rationem offerendi holocauſta, & victimas, tunc cum eduxi vos de Ægypto: ſed hoc primum, & tanquam omnium caput vobis præcepi, vt meæ voci obediretis, meæque voluntati morem gereretis, vt ſic eſſem vobis Deus, vos vero mihi populus, & ita ante hoc iactum fundamentum nolui tractatum illum tradere longiorem, de ratione, quam ſeruare deberetis in holocauſtis, & victimis, quæ nulla mihi ratione ſunt grata, niſi cum vocis meæ obedientia coniuncta ſint. Hanc expoſitionem illud reddit infirmam, quod ex aliquibus ſcripturæ locis colligitur ſacrificia hæc præcepta non eſſe ſi ab improbis offerantur, ſed ſi à probis quoque oblata fuiſſent: Ergo non negat Deus ſe præcepiſſe de ſacrificiis improborum, ſed etiam piorum. Sic enim dixit Dauid Pſal. 50. Quo- *Pſal. 50. 18.* niam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem, vtique holocauſtis non delectaberis; Hebraicè, Quoniam non vis ſacrificium, alioquin darem, & holocauſtum non vis. & Pſ. 39. 7. Sacrificium, & oblationem noluiſti, holocauſtum & pro pec- *Pſ. 39. 7.* cato non poſtulaſti. quæ verba, tanquam in perſona Chriſti dicta Paulus commentans ad Hebræ. 10. 8. Quia, inquit, hoſtias, & obla- *Ad He. 10. 8.* tiones, & holocauſtomata, & pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi quæ ſecundum legem offeruntur. Iſaiæ. 1. Holocauſta arietum, *Iſ. 1. 11.* & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Cum veneritis ante conſpectum meum, quis hæc quæſiuit de manibus veſtris? vbi Hieronymus, Porro, ait, iuxta Hebraicum, nunquam ſe Iudæorum hoſtias voluiſſe demonſtrat. Ex his ergo ſatis fit manifeſtum Deum ſacrificia illa lege præſcripta, nec voluiſſe, nec poſtulaſſe, atque adeo nec præcepiſſe. Præterea quis poterit inficiari ſacrificia illa potuiſſe præcipi, & ab improbis præſtari, licet non placerent Deo: cum opus virtutis, ab improbo quoque poſſit impleri, quamuis non ſit propterea Deo acceptum.

3. Sententia. Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes, capite vigeſimooctauo ad finem, & capite vigeſimo nono. *Iren. Hieron.* Hieronymus hîc, Rabanus, Hugo, S. Thomas hîc, & 12. quæſt. 102. ar. 3. Lyra, & Dionyſius, & Dauid Kimhi in Pſ. trigeſimonono, exponunt hunc locum de temporis diuerſitate, quo Deus tradidit hæc præcepta. Nam prius quidem præcepit voci ſuæ obedire, & Decalogi præcepta obſeruare: At poſt adoratum vitulum, *Ex. 32.* Exodi trigeſimoſecundo cap. vt populũ ab idololatria reuocaret, & vt falſum cultum, ad quem propenſus erat, in verum conuerteret, præcepta tradidit de holocauſtis, & victimis. Itaque prius nullum verbum fecit de ſacrificiis, ſed tantum de obedientia ſibi præſtanda: vt cum venerunt in Mara, Exod. 15. 26. & cap. 19. & 20. *Exod. 15. 26.* Donec abierunt in voluntatibus ſuis, vitulo adorato. Probat B. Irenæus capite vigeſimooctauo ex Deuteron. 5. vbi expoſitis ſolis Decalo- *Deut. 5. 22.* gi præceptis, ſubdit Moſes ver. 22. Hæc verba locutus eſt vobis ad omnem multitudinem veſtrã in

monte de medio ignis, & nubis, & caliginis voce A
magna, nihil addens amplius: & ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi. & capit. 29. ſubdit Irenæus. At vbi conuerſi ſunt in vituli factionem, & reuerſi ſunt animis ſuis in Ægyptum, ſerui pro liberis eſſe cupientes, aptam concupiſcentiæ ſuæ acceperunt reliquam ſeruitutem, à Deo quidem non abſcindentem, in ſeruitutis au-
Ezech. tem iugo dominantem eis. Probat hoc Ezechie-
20. 24. lis teſtimonio cap. 20. 24. Et poſt idola patrum ſuorum fuiſſent oculi eorum: aut vt legit Irenæus: Et poſt concupiſcentiam cordis ſui erant oculi eorum, & ego dedi eis præcepta non bona, & iuſtificationes, in quibus non viuent in eis. & Ste-
Act. 7. phani Actuum. 7. 38. dicentis de Moſe: Ille qui-
38. dem accepit præcepta Dei viui dare vobis, cui
noluerunt obedire patres veſtri, ſed abierunt, & B
conuerſi ſunt corde ſuo in Ægyptum, dicentes ad Aaron, Fac nobis Deos, qui nos antecedant: Moſes enim, qui eduxit nos de terra Ægypti, quid ei contigerit ignoramus: & vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt ſacrificia idolo, & lætabantur in factis manuum ſuarum; conuertit autem Deus, & tradidit eos ſeruire militiæ cæli, ſicut ſcriptum eſt in libro prophetarum. Nunquid ſacrificia, & oblationes obtuliſtis mihi annis quadraginta in eremo, domus Iſraël? & ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſydus Dei veſtri Mempham, figuras, quas feciſtis adorare eas. Manifeſtè ſignificans, inquit Irenæus, quoniam non ab altero Deo talis illis data lex eſt, ſed ab eodem ipſo apta eorum ſeruituti. Iuxta hanc
ergo expoſitionem dixit hoc loco Deus: Quia C
non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis, in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, &c. Quaſi dixiſſet: Ego in primis tantum illis tradidi Decalogum, donec ipſi noluerunt audire, ſed abierunt poſt concupiſcentiam ſuam, & adorauerunt vitulum: & tunc conceſſi eis, vt quæcumque offerebant militiæ cæli, mihi offerrent; & ſic tradidi præcepta de holocauſtis, & ſacrifi-
Obiect. ciis. Quod ſi obiicias ex ipſo libro Exodi colligi, ante vitulum adoratum, in monte vnà cum Decalogo tradita à Deo præcepta de holocauſtis, &
Exod. victimis. Nam cum cap. 32. referatur hiſtoria de
32. 1. vituli adoratione, cap. 20. 24. de monte dixit Mo-
Exod. ſi Deus: Altare de terra facietis mihi, & offeretis
20. 24. ſuper eo holocauſta, & pacifica veſtra, oues veſtras, & boues in omni loco, in quo memoria fue-
Ex. 24. 5 rit nominis mei. & cap. 24. dicitur, Oblatos vitu-
Exod. los duodecim, oblatis holocauſtis, & victimis pa- D
29. 1. cificis. & cap. 29. iubentur fieri varia holocauſta,
Exod. & ſacrificia in conſecratione Aaron, aliorum-
31. 2. que ſacerdotum. & c. 31. dicitur dediſſe Deum ſapientiam Beſeleel, & Ooliab, vt facerent omnia vaſa tabernaculi, & altare Thimiamatum, & holocauſti: Præcepta ergo de holocauſtis, & victimis tradita ſunt cum Decalogo ante vitulum
Solutio. adoratum. Reſpondetur ex capite 5. Deuterono-
Deuter mij verſ. 22. conſtare Deum de monte locutum
5. 22. fuiſſe contenta voce, ad populum verba Decalogi tantum, nullo verbo de ſacrificiis facto. Ait enim, Hæc verba locutus eſt dominus ad omnem multitudinem in monte, nihil addens amplius, & ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis, & tradidit mihi: atque in ſequentibus capitibus 6. 7. &
Deuter 8. de ſola ipſa lege loquitur Moſes, nulla men-
9. 9. tione facta de ſacrificiis. & cap. 9. à verſu. 9. refert quemadmodum permanſiſſet 40. diebus cum noctibus, cum Deo in monte, & accepiſſet duas tabulas lapideas, continentes omnia verba, quæ locutus erat. Ergo præter verba Decalogi contenta in tabulis, nullum aliud locutus fuerat de ſacrificiis Deus: Et tranſactis, inquit, 40. diebus, & 40. noctibus, dedit mihi dominus duas tabulas lapideas, dixitque mihi, Surge, & deſcende hinc citò, quia populus tuus, quem eduxiſti de Ægypto, deſeruerunt viam, quam demonſtraſti eis, feceruntque ſibi conflatile: & de monte deſcendens confregi tabulas, &c. poſt acceptas ergo tabulas, tranſactis 40. diebus cum noctibus, deſcendit ob vitulum adoratum, iuſſu Dei. Atque hic eſt ordo rectus hiſtoriæ, iuxta quem eſt contexenda hiſtoria Exodi: ſemper enim præceſſit traditio Decalogi, vituli adorationem, poſtquam tradita ſunt præcepta de holocauſtis, & ſacrificiis ob duritiem cordis Iudæorum. Iuxta hanc ergo temporis diuerſitatem, intelligunt prædicti patres locutum hoc loco Ieremiam. Vnde Hieronymus; Manifeſtè, inquit, intelligitur, quod primum Decalogum dederit in tabulis lapideis ſcriptum digito Dei; & poſt offenſam idololatriæ, caputque vituli, poſtea iuſſerit ſibi magis fieri quam dæmonibus, auferens puram religionem mandatorum Dei, & concedens ſanguinem victimarum, carniumque deſiderium.

Demùm Theodoretus, Hugo, & S. Thomas Quarta
hanc addunt huius loci explicandi rationem, quæ ſententia
præcedentem corroborat, nulla temporis, ſed modi tantum præcipiendi habita conſideratione. Quod ſcilicet Deus ex ſe, & ſponte tradiderit populo Decalogum, & iuſſerit voci ſuæ obedire: at præcepta de ſacrificiis, dura, ac infirma populi conditione compulſum ad idololatriã propenſi, ne ea idolis, ſibi offerre tradidiſſe, & ex permiſſione magis, & indulgentia, ob duritiam cordis eius, quàm ſua ſponte præcipiens: & hoc eſt quod hîc ait: Non præcepi vobis; volens videlicet, ſed condeſcendens veſtræ infirmitati: hoc tantum præcepi vobis, vt audiretis me, nunquam ſacrificia præcepturus, ſed veſtro arbitrio, vt ante legem, relicturus. Hac ratione explicat hunc locum Ire- Irenæus
næus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 32. imò cap. 29. ex verbis Chriſti Math. 19. oſtendit, ad modum libelli repudij propter malitiam illius populi, præcepta de ſacrificiis impoſita. Prædictam rationem ex indulgentia ſacrificia præcipiendi, nemo eſt ferè ex patribus, qui non aſſignet. Sic Petrus apud Petrus.
Clementem lib. 1. Recogni. Permiſſum, ait, Deo Clemens.
hoſtias immolari, ne dæmonibus immolarent. Tertull.
Tertullia. lib. 2. aduerſus Marci. capit. 18. Sacrificiorum onera, & operationum, & oblationum negocioſas ſcrupuloſitates nemo reprehendat, quaſi Deus talia ſibi propriè deſiderauerit, qui tam manifeſtè exclamat; Quo mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum? Quis quæſiuit hæc de manibus veſtris? Sed illam Dei induſtriam ſentiat, qua populum pronum in idololatriam, & tranſgreſſionem, eiuſmodi officiis religioni ſuæ voluit adſtringere, quibus ſuperſtitio ſeculi agebatur, vt ab ea auocaret illos, ſibi iubens fieri, quaſi deſideranti, ne ſimulacris faciendo delinquerent.
Sic Chryſoſtomus Homil. 6. in Matthæum, & Chryſ.
Homil. decimaoctaua ſuper Epiſtol. ad Hebræos: Sacrificia, inquit, non mundant hominem, ſed voluntas Dei: proinde igitur ſacrificare non

eſt

eſt voluntatis Dei; & quid miraris ſi nunc non eſt voluntatis Dei, ſiquidem nec initio diuinæ voluntatis fuit? quis enim, inquit, quæſiuit iſta de manibus veſtris? Quomodo ergo ipſe imperauit? Condeſcendens. *Hieron.* Hieronymus, Iſaiæ 1. in illa verba: Quis quæſiuit hæc de manibus veſtris? Hoſtiæ ergo, ait, & immolatio victimarum non principaliter à Deo quæſita ſunt, ſed ne idolis offerrentur, & vt de carnalibus victimis, quaſi per typum, & imaginem ad ſpiritales hoſtias tranſiremus. His *Theod.* adde Theodoretum, lib. de curandis Græcorum affectionibus, cap. 7. inter multa alia ſic dicentem. Sapientiſſimus Medicus hoc remedij genus adhibuit Ægyptiæ ægritudini, dum ſacrificare quidem Iudæis ad eorum imbecillitatem indulſit. & Cyril- *Cyrillus* lum lib. 4. contra Iulianum, aientem: Quoniam impoſſibile quodammodo erat, nuper, & vix abductum Iſraelem à fœdis, & irreligioſis moribus, & abominatione Ægyptiorum, cùm adhuc imbecillam haberet mentem, à conſuetudine remouere, legem illis inſtituit per Moyſem, permiſitq; tunc ſubditis cultum iuxta priſcorum conſuetudinem. & lib. nono, poſt multa quibus Iuliano hac de re obijcienti reſpondet: Ad illum autem, ait, nunc eundum, vt rectè doceatur quod legalis cultus, quantum ad literas, & figuras attinet, ex voluntate Dei non fuerit: Vbique enim per prophetas hoc dicit. & id ex prophetis probat Augu- *August.* ſtinus quoque lib. 18. contra Fauſtum cap. 6. De ſacrificiis, inquit, animalium quis noſtrũ neſciat, magis ea peruerſo populo congruenter impoſita, *Rupert.* quam Deo deſideranti oblata? Denique Rupertus ſuper 6. cap. Iſaiæ: Non me volente, ait, Moyſes inſtituit iſta ſacrificia, ſed permittente, quia aliter non poteratis à conſuetudine arceri, ſicut & libellum repudij dedit ob duritiam cordis veſtri. Et lib. 5. de victoria Verbi cap. vltimo: Secundum permiſſionem locutus eſt dominus legem ceremoniarum, & ſacrificiorum; ne ſi non liceret eis domino ſacrificare, ſine dubio dæmonibus ſacrificarent. Probat hanc ſententiam vt veram, adhibitis etiam exemplis, contra communem Hebræo- *R. Moſes* rum, Rabbi Moſes Ægyptius lib. 3. Directionis dubiorũ, c. 33. Ergo nõ volens præcepit Deus ſacrificia, ſed permiſit ſibi exhiberi ne dæmonibus exhiberẽt. Ea autẽ occaſione præcepta ſacrificia, ſimul ea ad hunc finem inſtituit, vt Chriſtum exprimerent, eiuſque fidem proteſtarentur, vt aſſeruit Au- *Auguſt.* guſtinus lib. 18. contra Fauſtum cap. 4. & lib. 10. de Ciuit. Dei, cap. 20. de venerando Chriſti agens ſacrificio. Huius, inquit, veri ſacrificij, multiplicia, variaque ſigna erant ſacrificia priſca ſanctorum: cùm hoc vnum per multa figuraretur tanquam verbis multis res vna diceretur, vt ſine faſtidio multum commẽdaretur. quod & Paulus 1. ad Cor. *1. Cor. 10. 1* 10. & ad Hebræos 10. confeſſus eſt. Præterea & *ad Heb. 10. 1.* ea permiſit, quæ præterquam quod Chriſtum exprimebant, etiam mentis puritatem deſignarent, *Origen.* ad eamque inducerent, vt interpretatur ſpiritua- *Cyril.* liter Origenes homil. 5. in Leuit. Et Cyrillus lib. *Euſeb.* 4. in Ioan. cap. 35. Quod intellexiſſe antiquos He- *Baſil.* bræorum ſapientes docet Euſebius lib. 8. de præparatione Euangelica, cap. 3. Et Baſilius ſuper cap. 1. Iſaiæ. Non enim, inquit, arietem, ſed mentem quærebat Deus, non adipem pinguium, ſed animi candorem, morumque ſimplicitatem: non ſanguinem hircorum, aut taurorum, ſed vt reprimamus noſtros affectus, noſtraſque prauas concupiſcentias reſtrenemus. Quæ licet has ob cauſas præſcripſerit, toties reſpuit, toties ſe nolle dixit, vt *Auguſt.* ita, quod notauit Auguſtinus lib. 10. de Ciuit. Dei, cap. 5. Iudæorum errorem coargueret, quo omnia ſibi proſpera, & fœlicia promittebant, dummodo templum adirent, ſacrificia illa offerrent, nullo modo mente ad ſuperiora elata, nulla fidei Meſſię, nulla morum, aut vitæ correctionis habita ratione, vt diximus. Iam ergo locus noſtri Ieremiæ, hoc extremo, qui præcedentis rationem continet, modo, ſatis ſuperque explicatur, quamuis & ille ſatis germanus ſit, & patrum auctoritate ſat comprobatus.

19 *Fides.*] Nomine fidei Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Dionyſius, & Vatablus, Dei fidem intelligunt, veramque eius religionem, quæ in nullo precio iam erat apud Iudæos, qui ſe totos falſæ dedebant religioni. At Hugo, ipſe ſanctus Thomas, Lyra, & Vatablus, legunt ex Hebræo, veritatem, aut fidelitatem, quod nullus iam eſſet, qui veritatem in corde coleret, & fidelitatem in ore proximo ſuo conſeruaret, quod omnes mendacia, doloſque meditarentur, iuxta illud Iſaiæ 59. 13. Concepimus, & locuti ſumus de *Iſ. 59. 13* corde verba mendacij, quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi.

20 *Tonde.*] Nemo eſt interpretum, qui non affirmet hunc ſermonem fieri Ieremiæ. Nihilominus quod hæc tria verba Hebræa, tonde, proiice, & ſume, fœminea ſint, quidam exiſtimant id iuberi Ieruſalẽ, cùm facilè dici poſſit Ieremiæ iniungi perſonam induenti vrbis Ieruſalem. Cùm autem ob tres, quatuorve cauſas conſueuerint Iudæi, vt gentes aliæ, caput tondere, oportebit explicare ob quam ex illis iuſſus fuerit Ieremias ſuam reſecare cæſariem. Prima cauſa erat ob ingentem ali- *Tondendi vſus ob dolorem.* quam calamitatem in ſignum luctus, vt fecit Iob, cap. 1. 20. cùm interitu ſuorum audito ſcidit veſti- *Iob 1. 20* menta ſua, & tonſo capite corruens in terrã adorauit. Iſaias cap. 15. 2. Aſcendit domus, & Dibon ad *Iſ. 15. 2.* excelſa in planctum, ſuper Nabo, & ſuper Medaba Moab vlulabit, in cunctis capitibus eius, caluitium, & omnis barba radetur. Ezechiel 27. 31. de *Eze. 27. 31.* Tyro dicit, Et radent ſuper te caluitium, & accingẽtur ciliciis, & plorabũt te in amaritudine animæ ploratu amariſſimo. Refert Cicero Quæſt. Tuſ- *Cicero.* culanarum libr. 3. Homericum Agamemnonem, Archelaum intelligens Macedoniæ regem, Euripidem tragicum crinem tonſum luxiſſe, ac de eo facetè Bionem dixiſſe, Stultiſſimum regem in luctu capillum ſibi euulſiſſe, quaſi caluitio mœror leuaretur: quod ipſum barbaris gentibus inſuetum *Tondebantur ſerui.* non fuit. Secunda cauſa tondendi caput veteribus fuit ad ſeruilem conditionem ſignificandam, vnde turpe erat caput tondere; quod pueri Eliſæo id probro dabant, cùm 4. Reg. 2. dicebant, Aſcende *4. Reg. 2* calue, aſcende calue: & fœminæ turpius, vt ait Paulus 1. ad Cor. 11. Turpe, inquit, eſt fœminæ *1 ad Co. 11* tondere caput, idem eſt, ac ſi decaluetur. Idcirco Demoſthenes cùm ſtudendi gratia nollet domo egredi, ne ab amicis cogeretur, caput tondebat. Sic legitur apud Ouid. 3. de Arte.

Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus, *Ouid.*
Et ſine fronde frutex, & ſine crine caput.

Propterea & captiuis caput ſolebat tonderi, imò corpus vniuerſum, in ſubiectionis ſignum: vnde in *Ariſtophanes.* Ariſtophane legimus, Seruus cùm ſis, comam nu- *Pompo.* tris? & Pomponius lætus de triumpho Diocletiani,

Conſuetudinis, inquit fuit, liberatos captiuitate
currus triumphantis ſequi abraſo capite, in argu-
mentum præcedentis ſeruitutis: ac ſic Ti. Flammi-
nij currum, qui de Macedonia, & Nabide trium-
phauit, duo millia captiuorum Romanorum,
quos liberrate donauerat, capitibus raſis ſeque-
Iſa. 3. 17. bantur. Hac ratione dum Iſaias 3. cap. 17. commi-
natur filiabos Sion ſeruitutem captiuitatis. De-
caluabit dominus, ait, verticem filiarum Sion, &
Iſa. 7. 20 dominus crinem earum nudabit. & c. 7. 20. In die
illa radet dominus in nouacula conducta, in rege
Aſſyriorum, caput, & pilos pedum, & barbam
vniuerſam, hoc eſt, nobiles, & ignobiles captiuos
Michea. 1.16. ducet. & Michæas. c. 1. 16. Decalua re, & tondere
ſuper filios delitiarum tuarum, dilata caluitium
tuum ſicut aquila, quoniam captiui ducti ſunt ex
Habac. 3.13. te. Sic canit Habacuch, tremendam Ægyptiorum
vaſtitatem. 3. c. 13. Percuſſiſti caput de domo impij
denudaſti fundamentũ eius, vſque collum. ad om-
nes enim pili eius à pede ad caput abraſi ſunt. Id-
circo, hoc ſanè eruditioni addamus, vt refert
Beda in Anglorum hiſtoria, Petto Antiochiæ
prædicanti, caput ab improbis ad ludibrium
abraſum fuit: quod honoris gratia, & decoris in
Eccleſia, ea propter admiſſum eſt, in viris ſacris.

Tondebatur reus abſolutus. Tertia cauſa caput tondendi erat, cum reus ab-
ſolutus dimittebatur: nam dum in carcere eſſet,
veſtes mutarat, & ſordidas induerat, & comam
creſcere ſiuerat, & barbam. quod de Milone Plu-
Pluth. tharchus notauit, neque comam, neque veſtem
Liuius. mutaſſe, cum cauſã diceret. & Liuius in cauſa Vir-
giniæ, venit, ait, poſtridie in foro obſoleta veſte.
Sueton. & Suetonius in Tiberio de Claudiorum gẽte, Nul-
lum, ait, in ea reum apud populum veſtem muta-
re ſuſtinuiſſe. Vbi autem abſolutus erat reus ton-
debatur promiſſus capillus, barbaque ponebatur,
Plutha. & veſtem candidam induebatur. Plutharcbus in
Cicerone, Macrum, refert, abſolutum dnmum re-
diiſſe, ſqualidam barbam poſuiſſe, candidam ve-
ſtem ſumpſiſſe, tanquam iam abſolutus eſſet. &
Follerus vt notauit Follerus lib. 2. hiſtoriæ fori Rom. c. 13.
gratias acturus diis aſcendebat Capitolium cum
ingenti aduocatorum comitatu. Hac conſuetu-
Gen. 41. 14. dine factum exiſtimo id, quod de Ioſeph, Gen. 41.
14. refertur. Protinus ad regis imperium edu-
ctum de carcere Ioſeph totonderunt, ac veſte mu-
4. Reg. 25.29. tata obtulerunt ei. & quod 4. Reg. 25. 29. & Ierem.
Ierem. 52.33. 52. 33. de Ioachin legimus, quod Euilmerodach
mutauerit illi veſtes, quas habuerat in carcere,
haud dubium quin & longam cæſariem: & come-
debat panem coram eo. Quartam cauſam Iere-
miæ peculiarem addunt alij, non ex conſuetudine,
ſed in ſignum propheticum, vt dicemus.

Igitur Hierony. Theodoretus, Rabanus, Iſido-
rus, & Vatablus ob primam illam cauſam dicunt
iuberi Ieremiam tonderi, & ſumere lugentium
habitum. & probat hunc ſenſum quod additur,
Et ſume in directum planctum. Hugo, S. Tho-
mas, Lyra, & Dionyſius, putant iuſſum eſſe pro-
phetam, vt ſiquidem verbis non ſuadebat popu-
Ierem. 27.2. lo, ſignis efficeret, vt cap. 27. collo iubetur cate-
Ezec. 5.1 nam circumducere. & Ezechieli cap. 5. iuſſum eſt
vt ſumeret ſibi gladium acutum radentem pilos,
& duceret per caput, & barbam: & vt aſſumeret
ſtateram ponderis, & diuideret eos. Ad hunc ergo
modum præcipit Deus Ieremiæ, vt tondeat ca-
pillos & proiiciat à ſe, & plangat eos, quo ſignifi-
cet filios Ieruſalem, qui pro ornamento capitis, &

A diademate decoris erãt prius ipſi Deo, abiiciendos,
licet cum dolore, ab ipſo Deo. & probat hunc ſen-
ſum quod ſtatim additur ſigni explicatio, cum di-
citur, Quia proiecit dominus, & reliquit generatio-
nem furoris ſui: in quam nempe furit, & indigna-
tur. Videtur & ille optimus huius loci ſenſus, ve
verba hæc ſimul cum præcedentibus dicantur ad
Ieruſalem, quia vt ſupra notauimus, hæc tria ver-
ba fœminea ſunt, ac dicat: O Ieruſalem, præpara
te ad captiuitatem, & tonde capillum, ſeu naza-
reatum tuum, aut cæſariem, ſic enim habetur in
Hebræo, vt ſolent captiui, & proiice abs te, & lu-
ge tuam calamitatem, vt Michæ. 1. Decalua re, & Michea. 1.16.
tondere, quod ſupra adduximus.

B 21 *In directum.*] Nomen שפים Sephaim deductum
à Saphah, ſignificat tumorem, aut eminentiam ali-
quam, loca excelſa, & edita, montes, & colles, ſic
vulgatus Iſa. 41. 18. vertit, Aperiam in ſupinis colli- Iſa. 41. 18.
bus flumina. & infra. c. 14. 6. Onagri ſteterunt in Ierem. 14.6.
rupibus. At aliis in locis cum LXX. ſolet vertere, In Ieremi. 3.2.
directum, vt cap. 3. 3. & hic: quo ſignificet, vt expo-
nunt Hugo, & Lyra, comam præciſam coram pro-
poni, vt recta oculis in ea directis, ſuper eam, vt ſo-
let ſuper mortuum lamentetur. Sed & in aliis ſo-
let vertere, In viis; vt Ierem. 3. 21. Vox in viis audita. Ierem. 3. 21. &
& 4. 12. & 12. 12. Super omnes vias deſerti. Iſa. 49. 9. 4. 12. & 12. 12.
In omnibus planis paſcuæ eorum. Septuaginta au- Iſa. 49. 9.
tem ſolent vertere, In labiis: vt Ierem. 3. 21. Vox ex Ierem. 3. 21.
labiis audita eſt, & hoc loco, Sume in labiis plan-
ctũ à שפה ſaphah punctò in ſiniſtro cornu Sin ש,
quod eſt labium, aut lingua. In quibus tamen om-
nibus locis Dauid Kimhi, Tigurina, Pagni. Vatab.
C & interpretes alij, ſuper, aut in excelſa vertunt, ſu-
per vertices, ſuper montes, aut ſuper colles: quia
verbum vnde nomen deducitur, eleuare ſignificat;
vt Iſa. 13. 12. Super montem excelſum eleuate ve- Iſa. 13. 12.
xillum. Iubetur ergo propheta attollere vocem la-
mentabilem in locum directum, vulgo, *derecho*,
altum, & excelſum, ſuper montes videlicet. vt ab
omnibus audiatur, vt ait Vatablus. aut vt expli-
cuit Hierony. c. 3. 2. Eleua oculos tuos, O Ieruſa-
lem, & huc illucque circumſpice, & vide vbi non
fornicatione proſtrata ſis: ſic modo, ſume ſuper lo-
ca excelſa planctum, in quibus tuum videbaris ha-
bere præſidium in idolis, & plange ibi, poſtulans
ab eis vt te rueanrur ſi poſſint, irriſoriè loquitur:
qua ratione merito irridendi ſunt, qui in rebus ca-
ducis confidunt, & ad eas mittendi cum à Deo pu-
niuntur, vt experiantur nullum ab eis poſſe habe-
ri præſidium.

D 22 *Offendicula.*] Idola intelligunt omnes, & com- 4. Reg. 21.4.
probat quod 4. Reg. 21. dicitur de Manaſſe: Extru-
xitque aras in domo domini, de qua dixit domi-
nus, in Ieruſalem ponam nomen meum: & extru-
xit altaria vniuerſæ militiæ cæli in duobus attiis
templi. Poſuit quoque idolum luci, quem fecerat
in templo domini, ſuper quo locutus eſt dominus
ad Dauid, & ad Salomonem filium eius: In templo
hoc, & in Ieruſalem, quam elegi de cunctis tribu-
bus Iſrael, ponam nomen meum in ſempiternum.
& infra. c. 32. 34. Poſuerunt idola ſua in domo, in
qua inuocatum eſt nomen meum, vt polluerent Ieremi. 32.34
eam. Id etiam latiſſimè oſtenſum eſt Ezechieli ca. Ezechie.
8. Quod ſi à viris ſacris in loco ſacro tot commit-
tebantur crimina in ipſius conſpectu Dei, quid ce-
teri non perpetraſſent, qui longius aberant à cul-
tu, & pietate?

23 *Excelſa.*] Altaria intelligunt Hieronymus, Ra-
banus

banus, & Lyra. Nam nomen במה bamah ſacellum ſeu altare ſignificat, quod ferè in excelſis locis inſtruebatur, diuerſum ab altari templi, in quo Deo ſacrificabatur, & in plurali Bamoth cuiuſuis rei ſublimitatem, & celſitudinem ſignificat, & ad arã excelſam extenditur, vt hîc aſſerit Hieronymus, & cap. 32. vt 4. Reg. 23. 15. de Ioſia dicitur, Et altare illud excelſum deſtruxit, atque combuſſit, & cõminuit in puluerẽ. De his ergo aris excelſis ædificatis in Topheth loquitur noſter propheta. De excelſis autem montium diximus ſupra c. 3. numero decimo.

4 Reg. 23. 15.

24 *Topheth.*] Interpretis munus eſt, vt ſiquidem Ieremias, hoc loco, & cap. 19. & 32. & ſæpè alias ſacri ſcriptores mentionem faciunt nefandi huius cultus, quo filij traducebantur per ignẽ idolo Moloch in Topheth, hîc ſimul tria explicemus, quis locus hic fuerit, & quæ nominis eius ratio: quod idolum, & quo ritu coleretur. His enim explicatis obſcuriora quædam ſcripturæ loca manifeſtiora fient.

Quæſtio de idolo Moloch.

De loco in primis ex Ioſue 15. 8. & c. 18. 16. didicimus fuiſſe vallem filij Ennon ad plagam meridianam Ieruſalẽ, quæ Siloë fontibus rigabatur, vt hîc & c. 19. aſſerit Hieronymus, & eſt iuxta portam vrbis fictilem, vt dicitur Ieremiæ 19. 2. habet autem vallis nomen viri dicti Ennon, vt vult hîc Hieron. & indicatur Ioſue 15. 18. Ierem. 19. 2. & 32. 35. & hîc, vbi vocatur, vallis filij Ennon. Vel certè vallis gratiæ vocatur: nam Ennon gratiam ſignificat, vt notat Hieronymus à verbo חנן hanam, quod eſt miſereri, aut gratis dari. Aut vallis rugitus, ſeu eiulatus, vt alij volunt à נהם naham rugire, eiulare, propter rugitũ, quẽ ibi filij emittebãt, de quo ſtatim. Verũ cũ nomen antiquius ſit, quã vt ſacraretur idolo Moloch, certius eſt, priſci cuiuſdam nomen illi valli fuiſſe inditum, quamuis poſtea cœperit infamis haberi. In hac valle erat Topheth, quod non idoli nomen eſt, vt putarunt Theodoretus, Lyra, & Dionyſius, ſed delubri nemoris, aut luci amœniſſimi, Siloë fontibus irrigati, qui hortorum præberet delicias, vt colligitur ex Hieronymo hîc, & cap. 19. & agnouit Theodoretus quæſtionibus in 4. Regum q. 26. idque ſatis indicant modi loquẽdi ſcripturæ ſacræ, quæ de Topheth, quaſi de loco in ea valle ſito, loquitur ſemper. Eſt autem nomen Iſaia vetuſtius, qui cap. 30 eius fecit mentionem. Tyropœon vocat Ioſephus lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. Difficile verò eſt huius nominis etymon inuenire, quo vſus eſt Iob cap. 17. 6. Nam vbi vulgatus dixit, Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, & exemplum ſum coram eis, Hebraicè legimus, Et Topheth coram eo; & quidem Ionathan paraphraſtes, Dauid Kimhi & Rabbi Moſeh ignẽ Gehinnon volunt eſſe, vt dicat Iob: & igni gehennæ iam ſum adiudicatus coram eis: tanto enim me odio proſequuntur, vt dignum me iudicent gehennæ ſupplicio. Sed difficile eſt nomen quod à poſt facto in ea valle deſumptum eſt, Iob præſumpſiſſe ad ſuam calamitatem deplorandam. Alij auctore Elia deducunt à פתה Phathah quod eſt ſeduci, pellici, vt ſignificet ſeductum, aut illectum à ſua concupiſcentia, qui in eum locum, vt in gehennam cadat. Nam & Teodoretus in q. illa 26. in 4. Reg. Topheth, inquit, caſum ſignificat. Secundum Hieronymum ab illa eadem radice deducentem, ſignificat latitudinem, locũ videlicet impiorum latiſſimum, & capaciſſimum, iuxta illud Iſaiæ

Topheth quis locus eſt.

Iere. 19. 2.

Ioſue 12
Iere. 32. 35

Iſa 30. 33

Iob. 17. 6.

Iſa. 5. 14

A

5. 14. Dilatauit infernus animam ſuam. Vel certè deriuatur à יפה iaphah pulchreſcere, aut amœnum eſſe. Siquidem auctore Hieronymo, tam amœnus erat locus, ac nemoroſus, vt populum ad idola prouocaret, qui gentilitatis captus errore ad capita fontium, lucoſque amœniſſimos victimas immolabat, & omnis prauæ ſuperſtitionis religionẽ ſeruabat. Viſum eſt præterea Forerio Iſ. 30. deducere à יפה iaphath, vt Topheth ſit portentum, ſeu prodigium, & ita dicat Iob, factum ſe portentum eis: & inde nomen luco illi impoſitum, qui erat in val- Gehinnon, quod horribile ibi appareret portentum, dum filij comburerentur idolo Moloch. Denique R. Moſech, & Abraham, & Lyra, multique ex recentioribus deducunt nomen à תף Toph, quod eſt tympanũ, vt dicat Iob, Et tympanũ ſum

B

corã eis, quia nemo erat, qui non accederet ad pulſandum eũ, irridendum, & illudendum: ad eũ modum quo dixit Ieremias cap. 2. Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam, ſibilauerunt, & mouerunt capita ſua ſuper filiam Ieruſalem. & Threnor. 3. 14. factus ſum in deriſum omni populo, canticum eorum tota die. Quod & Septuaginta probarunt, qui locum Iob verterunt: Et riſus eis fui. & ſimiliter vulgatus. Atque inde loco huic impoſitum eſt nomen Topheth, quod in infantium combuſtione tympana pulſarentur, vt mox dicemus. de loco ſatis.

Threno. 2. 15.

Threno. 3. 13.

Sequitur vt oſtendamus quis in Topheth Deus cultus fuerit. Hieronymus exiſtimat. c. 32. in illa verba Ieremiæ, Ædificauerunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filij Ennon, vt initiarent filios ſuos, & filias ſuas Moloch, duo idola eſſe culta à Iudæis

Quis Deus cultus in Topheth

C

eo ritu, Baal, & Moloch. Nam & Baal conſecrabant filios, vt dicitur Ierem. 19. ædificauerunt excelſa Baalim ad comburendum filios ſuos igni in holocauſtum Baalim. Nihilominus certius eſt vnum idolum duobus nominibus appellari, communi Baal, quo multæ gentes Deos ſuos nuncupahant; & peculiari Moloch: quod & Ieremiæ locus ille ſatis oſtendit, dum excelſa dicit, ædificata Baal, vt in eis initiarent filios ſuos Moloch; nam Moloch, quem vocauerat Baal, excelſa ſunt ædificata. & Iſidorus lib. 8. Originum, dum Bel idolum Babyloniorum Saturnum dictum affirmat, qui apud Aſſyrios, & apud Afros poſtea cultus eſt: vnde lingua Punica Baal Deus dicitur, apud Aſſyrios autem, vocatur Bel; quadam, ait, ſacrorum ratione Saturnus & Sol: dicemus autem ſtatim Moloch, Saturnum exiſtimatum. Vocatur autem in ſcriptu-

Ierem. 19. 5.

Iſidorus

Moloch, & Melchom id.

D

ra ſacra Moloch etiam Melchom, vt Iſa. 57. notauit Hieronymus. & id conſtat: nam. 3. Reg. 11. 5. 7. & 33. vbi dicitur, Salomonem coluiſſe, & adoraſſe, ac ædificaſſe fanum Moloch idolo filiorum Ammon, in Hebræo legitur Melchom. & 4. Reg. 23. 13. de Ioſia dicitur, quod abſtulerit excelſa, quæ ædificauerat Salomon Melchom abominationi filiorum Ammon: & ita Ammonitarum Deus Melchom dicitur Ierem. 49. 1. & Amos. 1. 15. Sed quis hic Deus fuerit, quem Molech, aut Moloch, aut Melchom vocat ſcriptura, inueſtigemus. Montano ſuper 1. Amos, viſum eſt hunc eſſe Mercurium; idque primo probat auctoritate Stephaai Geographi in ſua Geographia, qui Ammonitis Mercurium ſanctiſſimum fuiſſe refert, quem Malech, ſeu Malcho appellabant, quod animarum ductorem eſſe crederent, immortaliumque Deorum nuncium. His autem officiis functum Mer-

Iſa. 17.
3. Re. c. 1. 7. 33.

4. Reg. 23. 13.

Ierem. 49. 1
Amos 1. 15.

Stephanus.

eurium,& Homerus,& Pindarus, & Horatius aſfirmant, qui lib. 1. Carminum Ode 10. ſic eum inuocat. Te canam magni Iouis, & Deorum nuntium. Tu pias lætis animas reponis ſedibus, virgaque leuem coerces auream turbam, ſuperis Deorum, Gratus & imis. Probat deinde ethimologia, nam deducitur à לאך laach, vnde מלאך malaach angelus, & Malcbo angelus ſeo nuntius eius.

Saturnus Melchom. Sed certius eſt, & auctoribus magis probatum fuiſſe Saturnium. & in primis non fuiſſe Mercurium Deorum nuntium ex diuerſa ethimologia probatur: deriuatur enim à מלך malach, quod eſt regnare, & Moloch regem ſignificat, Melchom autem regem eorum. Ablatis enim punctis, & mem affixo, idem omnino nomen eſt, eiſdemque conſtans literis מלך atque ita quod vulgatus vertit 2. Reg. 12. 30. regis eorum, cum dicit, Rex Dauid cum cepiſſet Rabbah, tulit diadema regis eorum de capite eius. 1. Paral. 22. 2. vbi eadem refertur Hiſtoria, ita tranſtulit: Tulit autem Dauid coronam Melchom de capite eius. & Iſa. 57. 9. vbi dicitur, Ornaſti te regi vnguento, Hebraicè eſt, Ornaſti te Meloch vnguento, Deo Ammonitarũ: vt ibi exponit Hierooymus. eſt enim idoli nomen, vt Hieronym. Theodoretus, & Scriptura ipſa ſatis manifeſtat, cum illi filij immolarentur, quamuis nomen regem ſignificet. Deinde probatur ex gentis illius more, quam imitabantur Iudæi. Apud Chananæos enim, ſeu Phænices, Saturnus colebatur eiuſdem figuræ prorſus, & eodem ritu, quo Moloch, vt referunt omnes, qui illorum ſcripſerunt hiſtoriam; maximè Sachuniato à Philone Biblio in linguam Græcam traductus, & refert Euſebius lib. 4. de Præpar. euangel. c. 7. hi enim bellorum, aut peſtilentiæ calamitatibus afflicti amiciſſimos Saturno ſolebant immolare; quod & Philo prædictus lib. 1. hiſtoriæ Phœnicum, his verbis narrat: Morem, inquit, priſcis in magnis calamitatibus, atque periculis fuiſſe, vt ciuitatis, aut gentis princeps dilectiſſimum ex liberis vlciſcenti dæmoni, quaſi redemptionis præmium traderet, & ſic traditum myſticè iugularet. Sic igitur Saturnus rex regionis, quem Phænices Iſraëlem vocant, qui poſteaquam hominem exuit ad Saturni ſtellam adductus eſt, cum ab Anobret Nimpha vnicum haberet, atque chariſſimum filium Iahid, à re ipſa dictum (ſic enim etiam nunc Phænices vnicum filium appellant) quia maximo, atque periculoſiſſimo bello ciuitas premebatur, regio indutum ornatu, ſuper conſtructam ad hæc, præparatamque aram immolauit. Qua conſuetudine rex Moab. 4. Reg. 3. cum in ſummum deueniſſet periculum, filium regni hæredem ſuper murum ſimiliter immolauit: quam Phænices ad Carthaginenſes induxerunt. quippe Carthaginem Tyrij condiderunt, ſemper parentum loco culti, vt non ſemel aſſerit lib. 4. Q. Curtius, qui ſacrum, inquit, quod quidem dijs minimè cordi eſſe crediderim, multis ſeculis intermiſſum repetendi auctores quidam erant, vt ingenuus puer Saturno immolaretur: quod ſacrilegium verius, quam ſacrum Carthaginenſes à conditoribus traditum vſque ad excidium vrbis ſuæ feciſſe dicuntur. & Diodorus lib. 20. hiſtoriæ, de Carthaginenſibus loquens ſic ait; Dicebant autem Saturnum illis iratum fuiſſe, quoniã prius ipſi excellentiores, ex filiis ſuis ſacrificabant. Poſtea verò clam emptis infantibus, atque educatis, liberorum loco immolabant. Vnde Imilce Hannibalis vxor, cum Aſpar filius ejus eſſet mactandus, apud Siluium Italicum in calce li. 4. Punicorum, ſic lamentatur.

Sit ſatis ante aras cæſos vidiſſe iuuencos,
Aut ſi velle nefas ſuperis fixumque, ſedetque,
Me me, quæ genui veſtris abſumite votis:
Cur ſpoliare iuuat Lybicas hac ſudole gentes.

Monſtrum hoc deplorant plurimi, hique grauiſſimi. Plutharchus mox referendus. Tertullianus in Apologetico cap. 9. Lactantius Firmi. lib. 1. de falſa religio. cap. 21. ex Peſcenio feſto. Cyrillus Alexandrinus lib. 4. contra Iulianum. Theodoretus lib. 7. aduerſus Græcos, & Auguſtinus lib. 7. de Ciuit. Dei. c. 1. 9.

Saturni figura. Tertium iam expediamus. Erat Saturni figura huiuſmodi, vt his verbis depingit Diodorus lib. 20. relatus vbi ſupra ab Euſebio. Erat autem apud eos ænea Saturni ſtatua, magnitudine mirabilis; cuius manus in terram extenſæ ita erant in gyrum, vt qui ad eum peruenire adoleſcentes cogebantur, in ingentem foueam ignis repletam inciderent. Huic perſimilis erat effigies Moloch; quam ex antiquioribus Hebræis obſeruarunt Dauid Kimhi in cap. 23. 4. lib. Regum, & Leui Ben Gerſon ibidem, & Abeneſra, & R. Salomon in 18. Leuitici, quorum deſcriptionem ſequuntur Abulenſis in 4. Reg. 16. 4. 3. Lyra Leuit. 18. & 14. Reg. 16 & omnes recentiores. Quinquarboreus in 9. Hoſeæ, Iſidorus in 7 Ieremiæ, Munſterus in 23. ca. lib. 4. Regum, qui ſic ait: Fuit imago Moloch concaua, habens caput vituli, & manus hominis extenſas atque paratas ad ſuſcipiendum, & ponebatur in igni; & pueri, qui per ignem traducebantur, ad brachia Moloch impellebantur, vt inter amplexus eius cremati, gratum illi fierent ſacrificium. Quando autem non comburendos, ſed ſacris idoli Moloch initiandos offerebant filios, aut filias, extruebant pyras duas hinc, & inde: & idoli ſacrificuli initiandos per medium illarum pyrarum pedibus tranſire faciebant. Ne verò pueri clamor, & eiulatus, cum per duos illos ignes, hinc, & hinc poſitos adigerentur, audiretur, & paterna commoueret viſcera, dumque pueri cremabantur: ſaltando tympana in idoli honorem percutiebant; & idcirco Topheth à תף toph dictum putant, quod eſt tympanum, vt diximus. *Horrendum ſacrificium Plutarc.* Quem ritum ita admiratur Plutharchus lib. de ſuperſtitione: Quid bono ne fuiſſet Carthaginenſibus, Critia ſumpto ab initio, vel Diagora legiſlatore, non eſſe putare quenquam Deum, vel dæmonem, quàm ea ſacra facere, quæ faciebant Saturno? non ſicut Empedocles ait, inſectans eos, qui animalia immolant, forma alia indutum, precarum multa precatus, Mactauit ſtolidum natum pater. Verum ſcientes & prudentes ſuos ipſi natos deuotos victima cædebãt. Liberis qui carebãt, hi comparabant à pauperibus pueros, ſicut agnos, vel pullos auium, atque mactabãt. Aſſiſtebat rigida ſine gemitu mater: ſi ingemuiſſet, vel illacrymata eſſet, fraudabatur precio, neque puer minus immolabatur. Inſuper ne vociferatio exaudiretur circumſonabant omnia pro ſigno, tibiarum cantu, & tympanis. Hocque in Saturni fiebat honorem qui filios deuorare nitebatur, vt notat Auguſtinus libr. ſeptimo de Ciuitat. capit. 19. & Octauius apud Minutium Fœlicem: Quia Saturnus, ait, filios ſuos expoſuit, non vorauit, merito ei in nonnullis Africæ partibus à parentibus infantes immolabantur, blanditiis, &

oſculo

Marginalia: Saturnus Melchom. — 2 Reg. 12. 30. — 2 Para 22, 2. — Iſa 57. 9 — Sachuniato, philo Biblius — Euſebius Philo. — Phœnices primogenitum ſacrificabant Saturno. — 4 Reg. 3. 27. — Q. Curtius. — Diodor. — Silius. — Plutharchus. — Tertul. — Lactan. — Cyrillus Alex. — Theod. — Auguſt. — Saturni figura. Diodor. — Horrendum ſacrificium Plutarc. — Auguſt. Octauius.

oſculo comprimente vagitum, ne flebilis Hoſtia immoletur. Imitabantur autē Cnrybantes, ſeu Cureres, qui cum circū ignem tympana, cimbala, cornua, & ſimilia pulſarent inſtrumenta, Saturnum volentē deuorare Rheæ parieutis filios, ſonitu deterrebant: & vocem matris, Iouiſque vagitum auertebant. Iudæi verò ad hoc faciendum ſe induci putabant exemplo Abrahæ, qui filium iuſſus eſt *Michea, 6.7.* immolare; vnde Micheæ 6.7. dicebant, Nunquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?

Quia verò in vniuerſa terra Chanaā hoc nefando ritu immolabantur infantes idolis, vt ſatis apertè colligitur ex Leuit. 18. & 20. *Leu. 18. & 20.* vbi cum monerentur Iudæi ne ambularent in legitimis nationum, & more terræ Chanaan; inter alia gentis ſcelera, ſæpe reperitor, ne de ſemine ſuo darent, vt consecraretur idolo Moloch. *Pſ. 105. 37. 38.* & ex Pſal. 105. v. 37. & 38. vbi dicitur: Et immolauerūt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis, & effuderūt ſanguinē innocentē, ſanguinē filiorū ſuorū, & filiarū ſuarū, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan: idcirco exiſtimo omnibus illius regionis habitatoribus cultum fuiſſe Saturnum aliqua licet cum varietate; vnde diuerſus aliquo modo depictus Saturnus, Molocb diceretur Ammonitis, & Chamos Sydoniis, & ſimili ratione alijs. Quia verò Iudæi omnium gentiū ſequebantur abominationes, non contenti idolo Moloch, quod ab Ammonitis ſuſceperant, ſimul cum conuertere volebant in Serapim Deum Ægyptiorum: *Vitulus aureus in vexillo.* quem adeo deperibant, vt caput eius aureum conſecerint in deſerto, & in vexillo depictum habuerint, vt aſſerit Lactantius lib. 4. de vera *Lactantius.* ſapientia cap. 10. & Ambroſius lib. 7. epiſtola 56. & ideo ſtatuam Moloch capite vituli confecerunt, vt diximus. Hoc ergo idolum Moloch, Saturnos erat, non Mercurius; neque enim caduceatus, aut alatus erat, aut eius omnino figuræ, quam habuit Mercurius. & hic eſt horrēdus ritus, quo colebatur in Topheth. Quem locum contaminauit Ioſias, deſtruxitque, & immundum eſſe declarauit, vt nemo conſecraret filium ſuū, aut filiam per ignem *4. Reg. 23. 10.* Moloch, vt dicitur 4. Reg. 23. vnde immunda ibi, & cadauera proiiciebantur: ex quo factum eſt, vt quia immundus locus, & vilis haberi cæpit, eius *Gehenna vnde dicta.* nomine impiorum ſupplicij locus Gehinnon, & corruptè Gehenna, & Topheth diceretur, ſicut iuſtorum ſedes Ganedem vallis deliciarum, ſeu paradiſus. vel vt ex Hebræorum traditione aſſerit hîc Hieronymos, ex hoc loco appellata eſt gehenna, quod omnis populus Iudæorum ibi perierit offendens Deum, vbi in igne filios ſuos idolis conſecrarint: aut quia ibi damnati puniebantur, & combu*Iſa. 30. 33.* rebantur; ad quod videtur alluſiſſe Iſaias cum cap. 30. 33. dicit, Præparata eſt ab heri Topheth, à rege præparata, profunda, dilatata, nutrimenta eius ignis, & ligna multa, flatus domini, ſicut torris ſulfuris ſuccendens eam: ſic ergo locus ille cepit infamis haberi, ſaltem apud pios: & inde nomen ad damnatorum ſedem ſignificandam tranſlatum eſt, & locus qui ab amænitate, & pulchritudine *Collatio notanda* vocabatur cæpit horrori eſſe, ac terrori. Confer autem, ſi placet, horum Deorum ritum crudelem, ac ferum, cum ſuauiſſimo, & amantiſſimo Dei noſtri, & nihilominus illos ſequebantur ferè omnes Iudæi; hunc perpauci, hique negligenter amplectunt, & exercent.

21 *Non præcepi.*] Saturni ſacrificuli ſuadebant Iu-A dæis ſua hæc immania ſacrificia placere Deo; quod Abrahæ omnium parenti filium ſuum primogenitum præceperit immolare. Quæ ratio hominibus ad religionem quantumuis grauem, & ſuperſtitioſam propenſis facilè probabatur, vt apud Michæam cap. 6. oſtenderunt, cuius ſupra meminimus. Quam falſam exiſtimationem, quo remoueat Deus, plane affirmat ſe id nunquam præcepiſſe, nec in mentem veniſſe vnquam vt præciperet. Quod ſi Abrahæ præcepit, ideo fuit, non vt executioni mandaretur, ſed vt illius obedientiam experiretur; vnde ea manifeſtata impeditum eſt ſacrificium. & alioqui non ſequitur, vt ſi Deus Abrahæ præcepiſſet immolare Iſaac, ſtatim liceret filios *Ierem. 32. 35.* idolis immolare: quod vt repetit infra c. 32. 35. Nō mandauit eis, nec aſcendit in cor eius vt facerent B abominationem hanc. Cum nec ipſi homines perſuaderi potuerint ſacrum hoc diis ipſis cordi eſſe potuiſſe, vt Q. Curtius dixit: & auctore Varrone, *Curtius Varro. Lactantius Macrobius.* quem referunt Lactant. lib. 1. de falſa religione. c. 21. & Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 7. & 11. Hercules ex Hiſpania rediens per Italiā Pelaſgos ambiguo Oraculo deceptos quod homines in victimas poſtulare videbatur, in eam opinionem adduxit, vt pro hominibus cereos Saturno offerrent, & fictos eſt ſcirpo homines in Tyberim proiicerent. Tyberius etiam Proconſul hoc ſcelere Africam *Tertullianus Plinius* liberauit, vt ait Tertullia. in Apologeti. c. 9. & Gallias: nam Druidis humanas victimas interdixit, vt Plinius refert lib. 30. c. 1. Quæ ergo homines propter immanitatem interdixere ſacrificia, Deo manſuetiſſimo placuiſſent? Quid enim illis iſti dii, ait Lactantius, amplius facere poſſent ſi eſſent iraC tiſſimi, quam faciunt propitij? Aut ſi Typhones, ait Plutharchus, vel Gigantes exactis regnarent *Amentia hominum.* diis, quibus caperentur ſacris, aut quas victimas alias poſtularent? Profectò inſaniunt homines, qui dæmonibus duriſſima poſtulantibus tam facilè parent: Deo leuia, & facilia præcipienti, tam difficilè; aut nullatenus obſequantur.

26 *Vallis.*] Hoc ipſum Propheta repetit cap. 19. & *Ierem. 19. 11. Ezechi. 6. 4. 13* optimè ſtragem per Chaldæos exercendam deſcribit Ezechiel, cap. 6. 4. dum ait, Deiiciam interfectos veſtros ante idola veſtra, & dabo cadauera filiorum Iſraël, ante faciem ſimulachrorum veſtrorum, & diſpergam oſſa veſtra circum aras veſtras. verſ. 13. Et ſcietis quia ego dominus, cum fuerint interfecti veſtri in medio idolorum veſtrorum, in circuitu ararum veſtrarum, in omni colle excelſo, & in cunctis ſummitatibus montium, & D ſubtus omne lignum nemoroſum, & ſubtus vniuerſam quercum frondoſam; locum vbi accenderunt thura redolentia idolis ſuis. *Nominis commutatio vallis amœna in vallem ſtragis.* Ait ergo nomen vallis tam amænæ, ac iocundæ commutandum cum valle ſtragis, aut occiſionis, vt perpetuo nominetur, *valle de la matanza*, vnde Lyra, & eum ſecutus Dionyſius, exiſtimant per antitheſim iocūdam prophetam dixiſſe, non dicetur Topheth, & vallis conſolationis, aut gratiæ, vt ſupra nomen hinnon explicuimus numero. 24. ſed vallis ſtragis, ac deſolationis, vt oſtendat quantopere commotentur, quæ contra Deum homini iocunda ſunt, & plena voluptate, in triſtia, & in æternum duratura ſupplicia, à Chaldæis, hoc eſt, dæmonibus infligenda, non in gehinno, ſed in gehenna. Quæres fortaſſe quomodo tā acriter inuehatur in vallem hanc Ieremias, ab Ioſia iam contaminatam, & deſtructam; in qua tam pio rege viuente, hor-

renda illa victima permiſſa non fuiſſet? vt enim conſtat ex.2.Paralip. 34. 3. Ab anno. 12.regni Io- 2. Para. 34. 3. ſiæ, vuo antequam Ieremias cæpiſſet prophetare, vniuerſam terram mundauit, & anno.18. mundata iam terra fecit Phaſe: deinceps ergo idolorum cultus in Topheth in ſilentio fuit. Dicendum eſt Ieremiam inuectum in locum, non ob idololatriā, quæ tunc ibi exerceretur, ſed ob iam exercitā, ſicut & Olda prophetis reſpōdit eo loco v.23.& 4.Reg. 22 prædicta mala, vētura ob præteritū idololatriā, ſed nō Ioſiæ tēpore propter eius religionē. Potuit ergo Ierem. viuente, adhuc Ioſia, & cultū falſum impediente eadē prophetaſſe, ac cōminatum fuiſſe hoc c. quæ c. 19. cōtra Topheth & vallē filij Ennō.

PARAPHRASIS.

IN ipſo eodē tēpore, ait dominus, educēt oſſa Regum Iuda, & oſſa Principum, & ſacerdotum, & prophetarum, & ceterorū ciuium Ieruſalem de ſepulcris ſuis, & expandent ea ad ſolem, & lunam, & vniuerſam militiam cœli quæ neglecto Deo dilexerunt, quibuſque ſeruierūt, & poſt quæ ambulauerunt, quæque quæſierunt, & quibus ſe incuruauerunt. Nemo erit, qui ea colligat, nemo qui terræ mandet; ſed vt ſtercus relinquentur in ſuperficie terræ. Qui verò ſuperſtites remanſerint ex hac peſſima generatione, ad quæcunque tandem loca venerint, [2] ab hoſtibus intacti mortem potius eligent, quam vitam. Dic ergo eis, ſic ait dominus Quicunque [3] cadunt, nituntur ſtatim reſurgere; & qui ſe auerterit à via, ſtatim conuertitur ad eam. Quare ergo populus iſte Hieroſolymitanus tam [4] contentioſa auerſione receſsit à me? mordicus apprehenderunt [5] mendacium, & noluerunt ad me reuerti. Attendi, & auſcultaui ſermones eorū & nemo erat qui loqueretur rectum, nemo quem pœniteat peccati ſui, dicendo, quid feci? Quin vniuerſi equorum inſtar, feruido curſu ad prælium ruentium, feruntur præcipites in ſcelera ſua [6] conſueta.[7] Miluus per aëra volans ſtata ſua tempora cognoſcit, turtur, hyrundo & ciconia obſeruant tempus, quo venire debeant ex vna regione, ad aliam: at populus meus non cognoſcit præcepta mea. Quomodo dicitis, ſapientes ſumus, & lex domini nobiſcum eſt: certe [8] inutilis fuit ſtylus Scribarum, inutiles & Scribæ legem interpretantes: Pudore afficientur iſti ſapientes, perterriti capientur à Chaldæis. Verbum domini proiecerunt: cuius ergo rei [9] ſcientia poteſt reliqua eſſe in eis? Propterea dabo vxores eorū exteris, & agri eorum Chaldæos habebunt hæredes, quia à minimo vſque ad maximum omnes ſectantur auaritiam, & à propheta vſque ad ſacerdotem omnes [10] mendaciter agunt. Medentur enim vulneribus populi mei, per ignominiam dicētes, Pax erit, pax certè erit: cū pax nulla cerneretur. Nunc pudore affecti ſunt propter ſuam tam turpem abominationem? Imo non ſolum non ſunt pudore affecti: ſed nec nouerunt erubeſcere: Idcirco inter corruentes cadent, cadent inquam in tempore quo puniendi ſunt.[11] Diſperdam penitus eos, ait dominus: Nulla relinquetur in vitibus vua, nulli in ficulnea ficus, quin & folium defluet ex arboribus: [12] ſolos illos fructus dabo eis quos hoſtes prætermiſerint. Tūc dicent ſibi inuicem: Quare tā deſides ſumus, adeamus ſimul, ingrediamurque [13] ciuitates munitas, & vel ibi [14] pereamus, quia dominus Deus noſter abiecit nos, & potum dedit nobis [15] aquam fellis: & merito quidem, nam in ipſum peccauimus: expectabamus

CAPVT OCTAVVM.

IN illo tempore ait dominus: 1
eiicient [1] oſſa regum Iuda, &
oſſa principum eius, & oſſa ſacerdotum, & oſſa propheta-
rum, & oſſa eorum qui habi-
tauerunt Ieruſalem de ſepulchris ſuis. | Et 2
expandent ea ad ſolem, & lunam, & om-
nem militiam cœli, quæ dilexerunt, & qui-
bus ſeruierunt, & poſt quæ ambulaue-
runt, & quæ quæſierunt & adoraue-
runt, non colligentur, & non ſepelientur: in
ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt. | Et 3
eligent magis mortem quam vitam omnes
qui reſidui fuerint de cognatione hac peſſi-
ma in vniuerſis locis, quæ derelicta ſunt,
[2] ad quæ eieci eos, dicit Dominus exerci-
tuum. | Et dices ad eos: Hæc dicit dominus: 4
Nunquid qui [3] caðit, non reſurget? & qui
auerſus eſt, non reuertetur? | Quare ergo 5
auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auer-
ſione [4] contentioſa? Apprehenderunt
[5] mendacium, & noluerunt reuerti. | Atten- 6
di, & auſcultaui: nemo quod bonum eſt lo-
quitur, nullus eſt qui agat pœnitentiam ſu-
per peccato ſuo, dicens: Quid feci? Omnes
conuerſi ſunt [6] ad cutſum ſuum, quaſi e-
quus impetu vadens ad prælium. | [7] Miluus 7
in cœlo cognouit tempus ſuum: turtur, &
hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempus
aduentus ſui, populus autem meus non co-
gnouit iudicium domini. | Quomodo dici- 8
tis: Sapientes nos ſumus, & lex domini no-
biſcum eſt? verè mendacium [8] operatus eſt
ſtylus mendax Scribarum. | Confuſi ſunt ſa- 9
pientes, perterriti & capti ſunt, verbum
enim domini proiecerunt, & [9] ſapiētia nulla
eſt in eis. | Propterea dabo mulieres eorum 10
exteris, agros eorū heredib⁹: quia à minimo
vſq; ad maximū omnes auaritiā ſequuntur:
à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti fa-
ciunt [10] mendacium. | Et ſanabant contritio- 11
nem filiæ populi mei ad ignominiam, di-
centes: Pax, pax, cum uon eſſet pax. | Con- 12
fuſi ſunt quia abominationem fecerunt:
quinimo confuſione non ſunt confuſi, &
erubeſcere neſcierunt: idcirco cadent inter
corruentes, in tempore viſitationis ſuæ cor-
ruent, dicit dominus. | [11] Congregans con- 13
gregabo eos, ait dominus: non eſt vua in
vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea, folium
deſtru-

defluxit: & dedi eis quæ[12] prętergreſſa ſunt.
14 | Quare ſedemus? conuenite, & ingrediamur[13] ciuitatem munitam, & [14] ſileamus ibi,
quia dominus Deus noſter ſilere nos fecit,
& potum dedit nobis[15] aquam fellis: pecca-
15 uimus enim domino. | Expectauimus pa-
cem,[16] & non erat bonum: tempus mede-
16 læ, & ecce formido. | A Dan auditus eſt
fremitus[17] equorum eius, à voce hinnituũ
pugnatorum eius commota eſt omnis ter-
ra. Et venerunt, & deuorauerunt terram, &
plenitudinem eius: vrbem & habitatores
17 eius. | Quia ecce ego mittam vobis ſerpen-
tes[18] regulos, quibus non eſt[19] incantatio:
18 & mordebunt vos, ait dominus. | [20] Dolor
meus ſuper dolorem, in me cor meum mœ-
19 rens.[21] | Ecce vox clamoris filiæ populi mei
de terra longinqua:[22] Nunquid dominus
non eſt in Sion, aut rex eius non eſt in in ea?
Quare ergo me ad iracundiam concitaue-
runt in ſculptilibus ſuis, & in vanitatibus
20 alienis? | [23] Tranſiit meſſis, finita eſt æſtas,
21 & nos ſaluati non ſumus. | Super contri-
tione filiæ populi mei cõtritus ſum, & [24] cõ-
22 triſtatus, ſtupor obtinuit me. | Nunquid [25] reſina non eſt in Galaad, aut [26] medicus non
eſt ibi? quare igitur non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei.

pacem à pſeudoprophetis nobis promiſſã & illa[16] nõ contigit: tempus liberationis, & ecce omnia terrore completa. A parte Dan auditur ſonitus[17] equorum Nabuchodonoſoris, à voce hinnituum fortium equorum eius vniuerſa terra contremiſcet. Ingreſſi terram, eam deuorabunt, & quidquid in ea eſt; vrbem Hieruſalem cum omnibus habitantibus eam. Ecce enim ego immittam in vos ſerpentes[18] regulos, qui non patientur[19] ſe incantari, & mordebunt vos, ait dominus.[20] Nullus dolor ſuperat dolorem meum, qui graui mœrore cor occupat meum.[21] Ecce vox populi mei clamantis in terra longinqua ad quam eſt ductus captiuus, & querentis,[22] Nunquid dominus non eſt in Sion, aut rex eius non eſt in ea, quare ergo nos non eruit? reſpondit dominus: Quare & vos cõtriſtaſtis me ad iracundiam veſtris ſculptilibus, & Deorum alienorum vanitatibus? & illi:[23] Tranſiuit meſſis, æſtasque finita eſt, dum expectaremus liberationem, & ecce adhuc captiui manemus. Hac populi mei clade futura valde[24] contriſtor, offundor tenebris & ſtupore occupor. Nunquid deeſt[25] reſina in Galaad? num ibi deſideratur[26] medicus? Cur ergo non eſt curatus populus meus, aut cutis eius non eſt cicatrix obducta?

ARGVMENTVM.

PErſtat dominus in exponenda futura calamitate, & ſcelere idolatriæ, propter quod in illam inciderunt, vt vel ad reſipiſcentiam, & ſuorum ſcelerum odium excitentur Iudæi.

COMMENTARIVS.

1 O*ſſa regum.*] Ita euenisse in excidio Hieroſolymitano, per Chaldæos facto tanquam certũ, eſt credendũ, quia implẽda fuit prophetia, imo ex Baruc. 2. 24. re ipſa conſtat præſtitũ. *Baruch. 2. 24.* Quæ vero cauſa fuerit extrahendi è ſepulcris cadauera, & oſſa defunctorũ? Auaritiã putant Hiero. Hug. Lyra, & Iſid. quia more antiquo Iudæorũ, ſicut & aliarũ gentiũ, aurũ & argentũ, & precioſa alia ornamenta in ſepulcris condebantur, vt & coronæ, & inſignia alia, ſi reges eſſent, & principes alij viri. *Pretioſa cum defuncto ſepeliebantur.* Quod innuitur Iſa. 14. de rege Babylonis v. 19. Tu autẽ proiectus es de ſepulcro tanquã ſtirps inutilis, pollutus & obuolutus, cũ his qui interfecti ſunt gladio, & deſcenderunt ad fundamenta laci, &c. *Iſ. 14. 19.* Theodor. indicat id factum non ex auaritiã, ſed ex contemptu, & illuſione. Et quidem certum eſt non fieri hîc ſermonẽ, de oſſibus regis Ioachas, qui in Ægypto obiit iuxta Ieremiæ prophetiam c. 22. 11. neq; Ioachim, qui ductus Babylonẽ ibi permãſit in carcere vſq; ad regnũ Euilmerodach, vt dicitur c. 52. *Ierem. 22. 11. Iere. 52. 31* neq; de oſſibus regis Sedeciæ, qui ductus eſt Babylonẽ, & ibi in pace ſepultus eſt, vel potius cõbuſtus, vt prophetauit Iere. c. 32. 3. & 34. *Iere. 32. 3.* ſed de oſſib[9] cęterorũ regũ peſſimorũ: nec de cadaueribus eorũ quæ more patrio cõburebantur, vt prædixit Ier. c. 34. 5. Sedeciæ: In pace morieris, & ſecundũ cõbuſtiones patrũ tuorũ regũ priorũ, qui fuerũt ante te, ſic cõburent te. *Ierem. 34. 5.* In rogũ autẽ, quo cadauera huiuſmodi cremabantur, omnia precioſa quæq; & chariſſima conficiebantur, quæ ſimul comburebant, A vti veſtes, balthei, galeæ, clypei, aliaq; armorũ genera, & congeſta thurea dona. vt Virgil. canit l. 6. in funere Miſeni, & l. 11. in funere Pallantis. *Pretioſa quæque cum cadauere comburebantur.* Oſſa autẽ cõbuſta poſtea ſepeliebãt, vt de Saule dicitur 1. Reg. 31. 12. viri Iabes Galaad tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorũ eius & cõbuſerunt ea igni & tulerunt oſſa eorum, & ſepelierũt in nemore Iabes. *Virgil. 1. Reg. 31 12.* Qui mos ſi ſeruatus eſt in ceteris regibus, non exiſtimo vlla in ſepulcra ornamenta ſimul cõdita. Atq; ita certius mihi videtur Chaldæos hoc genus crudelitatis exercuiſſe in oſſa defunctorũ ex odio ad contemptum eorum: qui mos & gentibus fuit cõmunis. *Mos gentium.* Ægyptiis enim hic erat mos, vt auctor eſt Siculus Diod. l. 2. c. 3. & 5. vt reges ſtudioſi è ſuggeſtu laudarentur, at ſi vitia præualerent, honore funeris priuarentur, & inſepulti abiicerentur. *Diodor. Ægyptiorum mos.* Et Iudicum ſententia corpus eius, qui comprobatus B eſt male vixiſſe, ſepolcro priuabant, & cadauer eiectum, in vaſtis ſolitudinibus exponebant. Sic ergo in vſu erat vt quemadmodũ cadauera improborũ inſepulta manebant, & oſſa diſperſa, vt diximus, in calce pręcedentis capitis, ſic eorundem cadauera è ſepulcris eiicerentur, & tanquã ſtercus oſſa diſpergerentur, vt hîc cõminatur Deus, ante ſolem, & lunã, vt per quę peccat quis, per hæc & puniatur. *Sap. 11. 17.*

a *Ad quæ.*] Hieron. Hugo, & Vatab. intelligunt de locis ipſius Iudeę, quę cum nondum ingreſſi eſſẽt Chaldæi, tutiora erant, & propterea ad ea confugiebant Iudæi, ſed tanto cum timore aduentus Chaldæorũ, vt mortẽ prȩeligerẽt tã miſerę vitę. &

hunc ſenſum confirmat, quod dixit, in vniuerſis A
locis, quæ derelicta ſunt. Lyra, & Dion. de terra in-
telligunt, ad quam ducti ſunt captiui, vbi in tanta
erant miſeria, vt mortem vitæ præferrēt. Videntur
hæc loca poſſe accipi pro regionibus gentiū finiti-
marū, Idumæorū, Ammonitarū, & Moabitarū ad
quæ eiicibantur, & fugiebant, vbi & metu aduētus
Nabuchodonoſoris in ea, & qood malè à gentibus
illis exciperentur, vt per prophetas ſæpe conque-
ritur, vt per Abdiam, Amos, Sophoniā, Ieremiam,
& Ezechielem Deus, mortem optabant cum vita
cōmutare; huiuſmodi enim eſt hæc miſera vita &
hominum improborum communicatio, vt quò
fugiatur, vel à metu quis eius liberetur, deſideret
vel mortem, vel vitam ſolitariam.
3 *Cadit.*] Lyra, Dion. & Iſid. exponunt hunc locum B
de caſu, & auerſione corporea, vt vtatur argumēto
à comparatis. Qui ſolent cadere ſtatim ſurgere ni-
tuntur, & qui à via auerſus eſt, ſtatim reuertitur ad
eā, at hic populus cum ceciderit nullā habet curam
Chryſ. reſurgendi. At Chryſ. hom. 69. in Math. Hieron.
Theod. Hug. S. Thom. & Vat. de ruina, & reſurre-
ctione ſpirituali exponunt, hoc modo; nunquid
putaot homines, qui peccando ceciderunt, eis pręc-
cluſam eſſe viam reſurgendi à peccato ſuo? aut ſi
auerſi fuerint à Deo non patere illis aditum, vt ad
ipſum conuertantur? falluntur planè, ſi tam ſtultè
de Dei miſericordia ſentiunt. Sed maiorē vim ha-
bet argumentom priori modo explicatum. Nemo
enim dubitat quod ſit in homine facultas reſipi-
ſcendi, & reſurgendi à peccato ſuo, at voluntas de-
ſideratur ſæpe ſępius, quæ valde excitatur ad reſur-
gendum cōparatione, aut alia ratiocinatione à mi- C
nori ad maius ducta. Quod dicit, & qui auerſus eſt
non reuertatur, in Hebræo idem futurum eſt ישוב
Iaſub, ſi auertetur, & nō auertetur. Quod verbum
ſignificat etiam conuertetur, aut redibit, vt ſit ſen-
ſus ſecūdum Vata. Num auertetur homo à pecca-
to ſuo, & Deus non auertetur ab ira ſua, aut nō re-
dibit cum Deo in gratiam? vel ſecundum Hieron.
auertetur homo à ſcelere ſuo, & non auertetur à
ſupplicio, non euitabit imminens ſupplicium: aut
ſi reuerſus fuerit homo ad bonum, non reuertetur
ab ira furoris ſui.
4 *Contentioſa.*] Dictio Hebręa נצחת Niçahath à ver-
bo Naçah, quod roborare vel fortificare ſignificat,
vertitur forti, iugi, perpetua, pertinaci: nam & in
Pſalmis aliquando nomen ab eadem radice verti-
tur in perpetuum, in ſęculum, quod ſignificetur, &
obfirmatur Iudæorum in malo voluntas, & perpe- D
tua: quod Vulgat. explicuit dictione, contentioſa;
Deut. 31. 27. iuxta illud Deutero. 31. Ego ſcio contētionem tuā,
& ceruicem tuam duriſſimam, ſemper enim perti-
naci rebellione rebellabat.
5 *Mendacium.*] Nomen תרמית Hormith dolos, aut
fraudes ſignificat, vt vertunt Tigur. Pagn. & Vata.
Et hîc ſignificat ſermones doloſos, & fraudulētos
pſeudoprophetarum, qui grauitatem cōminatio-
nū S. Ieremiæ eleuabant, & negligendā affirmabāt.
Sicque accipiūt Lyra, & Dion. Hieronymus tamē
Raban. Hug. & S. Tho. prauitatē exponunt, quid-
quid enim officio aduerſatur & virtuti, vanum eſt,
mendaxque. Mendacium ergo apprehenderunt,
id eſt, vt vim Hebræi verbi explicemus, fortiter,
mordicus, aut pertinaciter adhæſerunt, quidquid
virtuti repugnat, & inofficioſum eſt, vt diuelli nul-
la ratione patiantur. Vel etiam iuxta Hieronym.
nomine mendacij intelligit idololatriam, in quam
crebro inuehitur propheta, quia adeo falſæ reli-
gioni adhærebant, vt vero Dei cultui non darent
vllum locum.
6 *Ad curſum.*] Quanto nos amore conditor noſter *Gregor.*
expectet, ait Gregorius homil. 33. in Euangel. inſi-
nuat cum dicit, attendi, & auſcultaui, nemo quod
bonum eſt loquitur, non eſt qui recogitet in corde
ſuo, & dicat, quid feci? Videte tantæ pietatis ſinum,
cōſiderate apertū miſericordiæ gremiū, quos male
cogitātes perdit, bene recogitantes quęrit. Ab illo
verbo, attendi, Iſidorus exiſtimat verba hæc eſſe
prophetæ attēdentis, an aliqui cōmouerētur minis
diuinis, ſed neminem reperit, qui reſipiſceret, & à
curſu viæ ſuæ peruerſæ pedem retraheret. Verùm
cęteri omnes tanquā verba Dei expouūt ſuperiora
proſequentis, & expectantis aliquem, qui ad ſe
conuerteretur, vt in illo Pſalmo 13. Dominus de *Pſal. 13. 2.*
cœlo proſpexit ſuper filios hominom, vt videat, ſi
eſt intelligens, aut requirens Deum: Et vidit, quaſi
dicat, quod omnes declinauerunt ei. Quod autem
dicit omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum: om-
nes intelligunt curſum vitæ peruerſæ, quam pro-
grediuntur iuxta ſuas voluntates, & naturæ pro-
nitatem, non iuxta voluntatem Dei, iuxta natu-
ram ad malom aſſuetam, quæ præceps currit nul-
lo detenta impedimento, non iuxta legem Dei,
contra illud Eccleſiaſtici 18. Poſt concupiſcentias *Eccl. 18.*
tuas, ne eas: vt enim dicit Geneſ. 8. Senſus & cogi- *30.*
tatio hominis proni ſunt in malum ab adoleſcen- *Gen. 8.*
tia ſua. Vnde Chaldæus hîc dicit, omoes multipli- *21.*
cant voluntates animæ ſuæ, & Syrus quem refert
Theodoretus, aguntur omnes ſenſu ſuo, quaſi
equus impetu vadens ad prælium: relicta enim le-
ge diuina ſuas ipſorum ſequuntur cogitationes;
quanto autem impetu, & quā feruido equus per-
gat ad bellum deſcribit eximiè Iob cap. 39. verſu *Iob. 39*
22. vt videas quam propriè comparetur ei per om- *22.*
nia improbos ruens ad malum. Lxx. hîc verterunt,
currens deficit à curſu ſuo; vel vt equus defeſſus in
hinnitu ſuo, ad hunc ſenſum Theodoreti; qui cur-
rit defatigatus aliquādo curſu deſiſtit, & quieſcit;
ipſe etiā equus defeſſus hinnitu ſuo exultat, quod
curſum perficiat; hi verò nullam malorum capiunt
ſatietatem.
7 *Miluus.*] Quatuor hîc auiū nomina legimus co- *Miluus.*
gnitu difficilia, quæ explicare eſt operæpretium.
חסידה Haſidah eſt primom, cuius ſignificatio ſatis
incerta eſt, miluū verterunt hîc Chaldæus, Sym-
machus, & Vulgatus, vt & Pſalmo centeſimo *Pſ. 103.*
D tertio, verſu decimo ſeptimo, & Zachar. 5. ver. *17.*
9. vbi etiam Pagninus miluom vertit, rapaciſ- *Zac. 5.*
ſimam auem, quam tamen Thalmodiſtæ, vt ait Pa- *9.*
gninus in theſauro, miluum album eſſe dicunt, ita
dictum, quod miſericors ſit in aues ſocias, quibus
de eſcis ſuis diſtribuit, quamuis Leuit. 11. nomine
milui à Vulgato, & Chaldæo Hebræum הדאה Ha- *Leui. 11*
daah explicetur diuersū ab Haſidah. Aquila, Sym- *14.*
machus, & Theodotio Zachar. quinto capite, *Zac. 5. 9*
verſu nono, erodium ſeu erodionem tranſtule-
runt, vt etiam hîc Septuaginta. & Pſalmo cen- *Pſ. 103*
teſimo tertio, Erodij domus dux eſt eorū: quam-
uis hîc dicat Hieronymus, Septuaginta Inter-
pretes, & Theodotionem ipſum Hebræum Ha-
ſidah reliquiſſe, & Vulgatus Leuit. 11. capite, *Leui. 11.*
verſu decimonono, Deuteronom. decimoquar- *Deuter.*
to capite, verſu decimooctauo, & Iob 39. 16. *14. 8.*
erodium vertit. Tamen R. Dauid Tygurina, Va- *Iob. 39.*
tablus, Pagninus, Genebrardus, in Pſalmum 103. *16.*
& Iſid.

A & Iſido. hic, ciconiam eſſe dicunt, à naturali miſericordiæ affectu dictam Haſidah: heſed enim miſericordem, pium, & beneficum ſignificat; eſt autem ciconia inſigne in parentes pietatis hieroglíphycon, præſertim candida, vt ex antiquis Hebræis notat Montan. Zach. 5. quæ quia peregrina ſemper, longéque ad nos aduentat, vt ex animalium conſtat hiſtoriis, & ex illo Virgilij Georgic. *Virgilius.* 2. Cum vere rubenti candida venit auis. Hoſpitis, cui nullibi ſedes eſt, imaginem refert: Et quidem non ſibi aduerſarentur interpretes; ſi miluum album eundem exiſtimemus cum alba ciconia, vt putauit Montan. & erodium eandem eſſe auem cum ciconia, aut ex ciconiarum genere, vt putauit *Suidas.* Suidas. Et licet illud verum videatur, hoc tamen falſum eſt; quia Theodorus Gaza, Antonius, & B Edoardus Vottonus lib. 7. de differentiis animalium, c. 146. Erodion Græcè, Latinè ardeolam eſſe dicunt, vulgo dictam *garza*, & ex his quæ Zachar. 5. refert Hieronym. fit manifeſtum: nam tria illa erodiorum genera quæ refert, album, ſtellatum, & nigrum ad coitũ tam impatiens, vt ex oculis erũpat cruor, eiſdem penè verbis ab hiſtoricis naturalibus de ardeola referuntur; nam *Ariſtoteles.* Ariſt. lib. 9. de hiſtoria animalium, c. 1. & 18. *Plinius.* Plin. lib. 10. c. 60. & *Albertus.* Albert. mag. lib. 23. de animalibus, planè affirmant tria eſſe genera ardeolarum: vna enim, *pella* dicitur, cuius coitus difficilis eſt, nam mas vociferatur, & ſanguinem ex oculis emittit; parit etiam ægrè fœmina ſummo cum dolore: altera alba, candido & pulchro colore, & nidificat in arborib⁹, vt patet Pſalm. 103. 16. Illic, id eſt, in cedris Libani, paſſeres *Pſ. 103. 16.* nidificabunt, erodij domus dux eſt eorum. Tertia C *aſterias*, id eſt, ſtellata dicitur, & pigra, ſeu iners cognominata. Tum etiam *Auguſtinus.* Auguſt. & *Ambroſius.* Ambroſ. ſuper Pſal. 103. erodiom putant eſſe fulicam, auem aquatilem prope littora nidificantem, & Zachar. 5. 70. vpupam verterunt. Certius ergo eſt Haſidah miluum album, ſeu ciconiam albam ſignificare propter miſericordiam & pietatem; quamuis Vulgatus, & Pagnin. *Iob. 39. 16.* Ioh. 39. 16. ſtruthionem vertant ab immiſericordia, & crudelitate in genus ſuum, quã deſcribit *Plinius.* Plin. lib. 10. c. 1. nam nomen, vnde deducitur, exceſſum affectus in bonum, & in malum ſignificat.

Turtur. Secundum nomen תר thor, turturem omnes vertunt; & Hebræi nominis ſonus ſatis Latino cõuenit, & vulgari, ſolus videtur Iſido. turdum interpretari.

Tertium nomen סוס ſus, hirundinem vertit hîc D Vulgatus, & Iſai. 36. 14. pullum hirundinis, & Lxx. *Iſa. 38. 14.* & Symmach. cicadam; gruem ſignificare dicunt Tigur. Pagnin. ex ſententia R. Salomonis, & Forerius *Hirundo.* Iſai. 38. & Iſidor. quod nomen à סוס ſus deducatur, quod equum ſignificat, quòd auis hæc ſimilis equo ſit proceritate, ſtatura, & voce.

Ciconia Quartum nomen עגור agur. Aquila & Symmac. ita vt eſt in Hebræo reliquerunt, at Vulgatus, & Chald. Tigurin. & Pagnin. vertunt hirundinem; picam alij volunt eſſe, variam alij, Forerius Iſa. 38. ferum anſerem vertit, à ſtridore. Sed præſtat eſſe hirundinem, vt tranſtulit Vulgatus Iſai. 38. quamuis hîc verterit ciconiã, tanta eſt enim in Hebræis vocabulis obſcuritas, vt diuinetur magis quid ſignificent, quàm ſciatur: & ita non mirum ſi & cæteri interpretes varij ſint, & ipſe Vulgatus diuerſa interpretetur: quatenus verò ſimilius eſſe exiſtimabat, dummodo conſtet de ſententia. Certum enim eſt has aues ex his eſſe quæ ſtatis temporibus ſolum mutant, & è maioribus quidem auibus miluus ſeu ciconia æſtate aduenit: nam milui, auctore Plinio, lib. 10. c. 10. hybernis menſibus latent, nec tamen ante hirundines abeunt. ciconiæ *Plinius.* æſtatis aduenæ ſunt eodem auctore, c. 23. turtures etiam, & hirundines hybernis menſibus occultantur, & in aprica loca recedunt, vt c. 24. idem narrat; mutant etiam locum ſuo tẽpore grues, vt c. illo 23. Plinius. Eſt ergo horum verborũ duplex ſenſus: hę aues cognoſcunt tempora ſtata ſua, quãdo ſcilicet effugere debeant hyemis rigorem, & placidum ver quęrere; aut è contra norunt etiam, vt addũt Lyra, Hugo, & Dionyſ. quando debeant nidificare, & pullos nutrire: at populus meus non cognouit iudicium domini: præcepta videntur intelligere nomine iudicij Chaldæus, quia dicit, Neſcierunt facere iudicium domini, Theodoret. Hugo, Lyra, Dionyſ. & Vatab. Noluit enim populus legem domini, & iudicia eius obſeruare: & probatur hic ſenſus ex ſequentibus: Quomodo dicitis ſapientes ſumus, & lex domini nobiſcum eſt. Sed mihi verius videtur quod poſterius addidit Hugo: iudicium hic ſignificare ſupplicium à Deo illi populo definitum, & toties repetitum, per Nabuchodonoſorem exequendum: nam pro Dei ſententia accipi, qua pœnæ definiuntur legem tranſgredienti, dicit Euthym. in Pſ. 17. & hoc eſt illud ſupplicium quod comminatus eſt Iudęis, Deut. c. 28. & ſententiam hanc explicuit Moſes c. 32. 28. cum dixit: Gens *Deuter. 28. 15.* abſque conſilio eſt, & ſine prudentia: vtinam ſa- *Deuter. 32. 20.* perent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent: C quaſi dicat: Prudentiores ſunt aues rationis expertes, quæ quaſi præſagientes futuram hyemem, vel æſtatem cum tempore, aliò ſe conferunt, & ſolum mutant: at hi qui ſe ſapientes iactant, & legis interpretes, non conſiderant opportunè pœnas in lege pro eius tranſgreſſione definitas, & ſupplicium promulgatum à prophetis, vt opportunè ſe ſubducant, ad Deum ſe conuertendo. Vnde ſubdit: Confuſi ſunt ſapientes, perterriti, & capti ſunt, quia nõ prouiderũt nouiſſima, cùm ſi prudenter ſe habuiſſent, imminente domini ſupplicio oportuerat à lætitia trãſire ad triſtitiam, à voluptate, & idololatria ad pœnitentiam, & cultum veri Dei.

8 *Operatus eſt.*] Hebræa ad verbum ſic transferri poſſunt: Verè ecce fruſtra fecit calamus mendacij Scribarum; quomodo vertit Vulgatus: Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax Scribarũ, & Tigurin. Vanè fecit fruſtraneus ſtylus Scribarum: D hoc eſt, iuxta communem expoſitionem, Falſiſſimum eſt vos eſſe ſapientes, & legem apud vos inueniendam; quia illi ſunt habendi ſapientes legis, apud quos vera legis interpretatio reperitur: at vos legem falsò interpretamini, & eam interpretationem ſcriptis mandatis: quomodò ergo poteſt eſſe vera ſapientia in vobis? In hoc autem fallebant, qui cum ex lege ingentia mala infligantur tranſgredientibus eam, illi dicebant, Pax, pax, & nihil mali eſſe timendum: & ſi quid ex lege opponebatur, illi in alium ſenſum conuertebant. Hic ſenſus rectè cohæret cum antecedentibus, & ſequentibus, & inſinuatur à Chaldæo dicente, Ecce fruſtra fecit Scriba calamum mendacij ad falſandas ſcripturas. Secundò, Vatab. vertit, Fruſtra fecit ſtylũ, fruſtra Scribę; ad hunc ſenſum, Qui calamũ ad ſcribendam legem temperauit, aut inſtruxit, operã & oleum perdidit, fruſtra etiam ſunt Scribæ

qui ſacros libros ſcribant, quia nullus eſt, qui eis A
ad componendã vitam vtatur; & hic quidem con-
iicit culpam non in Scribas, ſed in eos, qui eorum
opera non vtuntur, cùm tamen verè hîc Scribæ
reprehendantur, tanquam deceptores, qui pro-
iecerunt verbum Dei, & dicebant: Pax, pax, cùm
non eſſet pax. Poteſt & tertiò ſic accipi, ſi ver-
tatur cum Pagnino; Verè etiam mendacium fe-
cit ſtylus, fruſtra Scribæ: fruſtra, inquit, factus
eſt ſtylus, fruſtra eſt Scribarum officium in Re-
publica, ſiquidem non ſuo funguntur munere,
cùm nec ſtylo vtantur ad id, ad quod factus eſt:
nempe ad legem bene ſcribendam, & interpre-
tandam; neqoe ipſi id opere complent, vt aliis
exemplo ſint, quod facere tenentur: aut fruſtra
ſtudebant legi interpretandæ, cum factis eam non
Scribarũ munus. obſeroent. Scribæ autem qui fuerint, alio in lo-
co latius explicabitur: Nunc ſatis ſit noſſe no-
men סֹפֵר Sophet ſignificare in primis Notariũ, vt
Pſ 44. 2 Pſalm. 44. 2. Lingua mea calamus ſcribæ velo-
citer ſcribentis. Huiuſmodi erat Baruch filius
Ierem. 36. 32. Neriæ Scribæ infra 36. 32. Deinde Notarium pu-
blicum, qui regum geſta, hiſtorias, annales, &
acta publica ſcriberent, cenſus & redditus. Hu-
2 Reg 8 17. iuſmodi erat Saraias, 2. Reg. 8.17. & 4. Regum
12.10. Scriba regis, & 2. Paralypom. 24. 11. Ter-
4 Reg. 12 10. tiò hoc nomine appellati ſunt, qui libros legis
ſcribebant, conferebant, interpretabantur iuxta
Par. 24. 11. doctrinam ore tenos traditam; & dubia explica-
bant, & geoealogias tribus, maximè regiæ, me-
moriæ conſignabant. Lectores, legiſperiti etiam
3. Eſdr. 9. vocabantur 3. Eſdræ 9. vnde Chriſtus Matth. 13.
Mat. 13. 52. 52. Ideo omnis Scriba doctus, ait, ſimilis eſt pa-
triſamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & C
Mat 17 10. vetera. & c. 17. 10. Interrogauerunt eum diſcipu-
li: Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam opor-
Marc. 12 35. teat venire? Marc. 12. 31. Quomodo dicunt Scri-
Mat. 23 bæ Chriſtum filium eſſe Dauid? horum profeſſio-
Epiphan. nem explicuit ſatis Chriſtus Matth. 23. & Epipha-
nius hæreſ. 15. Ex his erãt hi, de quibus hîc loqui-
tur Ieremias: ſcribebant enim, & exponebant
legem Dei, & ideò vocat eos ſapientes.

Scientia apud Deum nulla præter quam legis eſt in precio eſt. 9 *Sapientia.*] Hebraicè dicitur: Et ſcientia quæ in
eis? quaſi dicat, Qui Dei ſcientiam non habent,
quia legem eius non obſeruant, quam ſcientiam
aliam habere poſſunt, quæ ſcientiæ nomine digna
ſit? Hinc colligitur quomodo in ſcriptura ſacra
practica diuinæ legis cognitio nomine ſcientiæ,
aut ſapientiæ intelligatur, & non alia, cuius fons
Eccl 1. 5 eſt verbum Dei in excelſis, Eccleſ. 1. & propterea
Iſ 5. 13. Iſa. 5. dicitur, Captious ductus eſt populus meus, D
Hoſ 4. 6 quia non habuit ſcientiam. Hoſeæ 4. Quia tu
ſcientiam repuliſti, ego te repellam, ne ſacer-
dotio fungaris mihi. Et ſtultitia vocatur, cùm
qois operibus deſtruit, quam legis ſcientiam ha-
Ad Ro. 2. 21. bet, vt ait Hieronymus; dicente Paulo ad Rom. 2.
qui alium doces, te ipſum non doces.

10 *Mendacium.*] Hæc integra periodus à verbo
illo [propterea dabo] vſque ad [corruent dicit do-
minus] eadem c. 6. à verſ. 12. vſque ad 16. conti-
netur. Nec tamen hæc particula quæ ibi dolum.
hîc mendaciom tranſlata eſt, expoſita manet. Eſt
autem in Hebræo idem nomẽ Saquer, qood ſupra
verſ. 8. cùm diximus de ſtylo mendacij, & vel ſi-
gnificat prauitatem vitæ in diripiendis bonis ple-
bis, dolis, & fraodibus, vt vult Hieronymos, &
Lyra, qui capite ſexto per minimom intelligit Le-
uitam, & per maximum, Pontificum; & certè vi-
A detur non loqui de populo, ſed de ſolis Eccleſia-
ſticis, qui omnes à minimo vſque ad maximum,
quo conquirerent aliqoid, dolos machinabantur,
& falſa prædicabant, dicentes bonum, malum, &
pacem futuram, cum nulla talis ſperaretur; & ve-
ros prophetas ſubſannabant. Quæ explicatio eſt *Ezec 13.*
Theodoreti, & S. Thom. iuxta illud Ezech. 13. Vi- *18.*
uificabant animas eorum, & violabant me ad po-
pulum propter pugillum hordei, & fragmen panis
vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & vi-
uificarent animas, quæ non viunt, mentientes po-
pulo meo credenti mendaciis. Fuit enim hoc in-
genium inſitum Iudæis doctoribus, vt multa effin-
gerent turpis lucri cauſa. quod dixit Paulos ad Tit. *Ad Tit.*
1. 10. Sunt, ioquit, multi inobedientes, vaniloqui, *1. 10.*
& ſedoctores, maximè qui de circunciſione ſunt,
B quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſub-
uertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri
gratia. Cætera explicata ſunt ſup. c. 6. n. 12. & 13.

11 *Congregans.*] Cõmunis eſt hæc phraſis Hebræis,
congregando congregabo eos, pro delebo de me-
dio, tollam aut perdam, vel conſumam, vt vertũt
Vatab. & Pagninus. quem ſenſum habet Chald.
dom dicit, Et finientur ſicut finiuntur vuæ de vite;
vt Hoſeæ. 4. 3. Piſces maris cõgregabuntur. Soph. *Hoſea 4. 3.*
1. 2. Congregans congregabo omnia à facie terræ,
congregans hominem, & pecus, congregans vo- *Sophon. 1. 2.*
latilia cœli, & piſces maris, & diſperdam homi-
nes à facie terræ: quibos verbis præcedentia ex-
plicuit. & quia morientes de conuictu hominum
tolluntur, & mortuis adiunguntur, inde pro mori
ſolet capi; vt Iſa. 50. 1. A facie mali collectus eſt *Iſa. 50. 1*
iuſtus. Numer. 27. 13. Moſi dictum eſt, Congre- *Nu. 27. 13.*
C gaberis & tu ad populos tuos: Inde pij illi patres
dicebantor colligi, ſeu colligari in faſciculos vi-
uentiom, quia inſtar faſciculi odoratiſſimorum
florum, vt vocantur Eccleſiaſt. 39. 17. per æter- *Eccl. 39 14.*
num eſſent in manu domini. ſic ad Dauid Abigail
1. Regum 25. 29. Erit, ait, anima domini mei cuſto- *1. Reg. 25 29.*
dita quaſi in faſciculo viuentium apud dominum; *Sap 3 1.*
quia Sap. 3. 1. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt,
& non tanget illos tormeotum mortis. Hæc au- *Verbi reduplicatio quid ſignificet.*
tem reduplicatio ad vehementiorem ſignificatio-
nem additur, vel actionis verbi, vt cum dicitur
Pſalm. 117. Caſtigans caſtigauit me dominus, ideſt, *Pſ. 117. 18.*
valde me caſtigauit. 1. Regum 26. Faciens facies,
id eſt, potentiſſimus eris ad faciendum quidquid *1. Reg. 26. 25.*
voles, aut certitudinis, vt 2. Reg. 9. 7. Faciens fa- *2. Reg. 9 7.*
ciam in te miſericordiam, id eſt, certiſſimè. Haba-
cuch ſecundo capite, verſ. tertio: Veniens ve- *Habac. 2 3.*
D niet, & noo tardabit: qua forma loquendi, &
profani quandoque vſi ſunt, vt Plato in Sympo- *Plato.*
ſio: Faciens faciet. & Lucianus in dialogo Me- *Lucian.*
nelai, & Prothei: Videns equidem vidi; ſed ta- *Dion.*
men res ſimilis mõſtro eſt. & Dion libro quadra-
geſimo Romanæ hiſtoriæ, Ac proculdubio occi-
dione omnes occiſi tunc eſſent, niſi barbarorum
haſtæ partim retuſæ, partim fractæ, & ipſi viri
cædendo defatigati fuiſſent. Apud Latinos quan-
doqoe quid ſimile reperitur, cùm dicunt, ſeruitu-
te ſeruire, aut furore furere; & apud vulgus cum
dicunt *andar que andaras*, ſic mndo congregans
congregabo eos, idem eſt ac ſi dicas, certiſſimè
eos de medio tollam, & conſummam, *yo los ar-
rebanare a todos*: nec remanebunt vuæ, nec ficus,
imò nec folia in arboribus, vt illud Habacuch *Habac.*
tertio cap. verſ. 17. Ficos enim non florebit, non *3. 17.*
erit germen in vineis. ad ſimilitodinem refert
Chal-

Chaldæus, Finientur ſicut finiuntur vuæ de vite, & ſicut ficus defluens de ficulnea, & ſicut folium ab arbore. Hieronymus tamen, Hugo, Rabanus, Lyra, & Dionyſius, congregandos exponunt de villis & pagis, & aliis locis in Ieruſalem, vt omnes ibi obſideantur, & videant æſtatem tranſire, quod ſignificatur per vuas, & ficus; & Autumnum, ſeu Hyemem, quando decidunt folia, quia duos annos durauit obſidio: dolebunt à longè videntes fructus arborum à Chaldæis deuoratos, & vſque ad folia defluxa.

12 *Prætergreſſa.*] Hebræa ſic habent ad verbum: Et dedi eis, tranſibunt eos; & quia eclyptica eſt oratio, aliquid debet ſuppleri. accipitur autem præteritum pro futuro, vt ſolet ſæpe. ſic ergo relatiuum, quæ, addunt quidam ex interpretibus B priori verbo, & quæ dedero eis tranſibunt eos: hoc eſt, fructuum copia, quam eis dedero tranſibit ab eis ad Chaldæos: videbunt enim Iudæi bona ſibi abundè conceſſa, verum quibus frui non liceat, vel attingere; quia transgredientur eos, & tranſibunt ad Chaldæos. Hunc ſenſum habent Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſ. Kimhi, Vatab. & Iſid. niſi quod ferè omnes illa quæ danda dicuntur, terræ naſcentia intelligunt. Vatablus omnia bona ſubindicat, cùm dicit, Et ſpoliabuntur bonis, quæ dederam eis. Iſidorus autem, Non ſolum, ait, amittent fructus, qui adhuc ſunt in arboribus, verùm & quos iam condiderant, auferent hoſtes. Iuxta Tygurinam verò dicitur ad hunc ſenſum, Et quæ dederam eis tranſibunt ab eis. & Pagninus, Et dedi eis fructus, qui tranſibunt ab eis. Alius, Et quæ dedi eis, migrabunt ab eis. Iſidorus legit, Et dedi eis qui C tranſierunt per illa, nempe Chaldæis: vt relatiuum pronomen non referat Iudæos, ſed ad ſenſum dictum. Alius vertit, Et dedi eis, Iudæis, quæ tranſibunt eos, Chaldæos. hoc eſt, tantum conceſſi Iudæis miſeris furtim colligere prætergreſſa, & relicta à Chaldæis. Chaldæus & Dauid Kimhius in libro radicum exponunt, quaſi ſit ratio ſuperiorum malorum, eo quòd dedi eis legem in monte Sinai, & tranſgreſſi ſunt eam. ſed prior ſenſus verior & magis ad rem.

13 *Ciuitatem.*] Hebraicè legitur, Ciuitates munitionis. & ita Septuaginta, & reliqui verterunt ciuitates munitas, vt etiam vulgatus eadem verba, Numer. 32. 36. & quaſque ciuitates munitas *Nu. 32. 39* intelligunt. Vulgatus tamen hîc vertit ciuitatem munitam, & Ieruſalem antequam obſideretur, exponunt Hieronym. Raban. Hugo, Lyra, D & Dionyſius. Probat Hieronymus quia ſtatim dicit vrbem, & habitatores eius, cohortatur enim ſeſe populus, vt recedant ab illis, & locis aliis, & ſe recipiant in vrbes munitas.

14 *Sileamus.*] Duo hic ponuntur verba, Sileamus, & ſilere nos fecit, ab eadem radice דמם Damam deriuata. & quidem verbum hoc, ſilere, in primis ſignificat, vt rectè vertit vulgatus, iuxta quam ſignificationem explicant Hieronymus, Rabanus, & Hugo: Ingrediamur munitas ciuitates, & ſilentium nobis deprecandi Deum imponamus, ſiquidem ipſe Deus fiduciam nobis abſtulit exorandi ipſum. Lyra autem, & item Hugo, Et ſileamus ibi auſcultantes tubas hoſtiles, an veniant Babylonij, ſiquidem dominus in has anguſtias nos adduxit. Secundò ſignificat expectare, & eſt ſermo abiecti animi abſque conſilio, nec ſibi cauere valentis; Eamus, quia nullum reliquum A eſt remedium, & ibi quieſcamus in ſilentio, expectantes rei huius exitum. Deus enim ipſe eſt, qui tantum nobis ſilentiū impoſuit, vt ore occluſo, & animo abiecto imminentem noſtris ceruicibus expectemus calamitatem. Tertiò ſignificat deficere, ſeu perire, per metonimiam, quia mortui ſilent, & ita Septuaginta verterunt, Et proiiciamur ibi, quia dominus abiecit nos. R. Dauid, & Pagninus vertunt, Et deficiemus ibi, quia dominus deficere nos fecit. Vatablus, Et quieſcamus ibi, quia dominus deleturus eſt nos. Denique Iſidor. Et pereamus ibi, quia dominus abiecit nos, & in hac ſignificatione accipitur infra cap. 25. 37. quia *Iere. 25. 37.* vaſtauit dominus paſcua eorum, & conticuerunt, id eſt, defecerunt, aut perierunt arua pacis, & c. 49. *Ieremia 49. 28.* 28. Cadēt iuuenes eius in plateis eius, & omnes viri prælij conticeſcent, id eſt, peribunt, aut deficient. Aſſerunt ergo ex quadam deſperatione, vt cum Ioannes 11. 16. dixit, Thomas eamus, & moriamur *Io. 11. 16* cum eo; ingrediamur ciuitatem, & vel ibi pereamus. Siquidem dominus ipſe nos fecit ad has venire anguſtias, vt pereamus. En in quātas miſerias adducat peccatum.

15. *Aquam.* Succū toxici ſignificat. ראש Ros enim venenum, aut toxicum, eſt ex ſerpente, aut ex herba expreſſum, vt patet Deut. 32. 33. Venenum aſpidum inſanabile, & cap. 29. 18. Et ſit inter vos radix germinans, ros toxicum, aut venenum. Vulgatus ferè ſemper vertit fel, & ait Kimhius dici aquam fellis, Quia eſt ſuccus expreſſus ex herba venenatiſſima nobis ignota, vt cicuta, aut aconitū, quam qui bibunt, perimuntur. Sic Pſal. 69. 22. de Chriſto dicitur, Dederūt in eſcam meam fel, id eſt, toxicum, aut venenum: quod & factum eſt, ſed noluit bibere, quia non erat patris voluntas, vt veneno interiret. Significāt autem iam mortem ſibi imminere, ſiquidem ad eum ſtatum timore hoſtium deducti erant, ac qui venenum bibiſſent lethiferū. *Deuter. 32. 32. & 29. 18* *Toxicū.*

16 *Et non erat.*] Expectabant quæ pſeudoprophetæ promiſerant, vt dicunt S. Th. Lyra, Dion. & Vata. ei autē erāt bonū pacis, ita illud, Et non erat bonū, de trāquillitate & pace explicant Hug. Lyra, Dion. & Vat. at Hiero. Raba. & S. Th. bonū meritū, exponunt, quo eā mererentur, & tēpus medellæ, hoc eſt liberationis per Deū, vt ferè omnes intelligunt, vel liberationis per Ægyptios, quorum auxilium expectabat Sedecias: nam cùm veniſſent, fugati ſunt à Nabuchodonoſore, & ecce illo redeunte omnia plena ſunt terrore, vt voluit Hugo cū Lyra, & Dion. Chald. ita explanat, Expectauimus tēpus propitiationis peccatorū, & ecce vindicta delictorū pro eo quod coluerunt vitulum, qui eſt in Dan.

17 *Equorum.*] Cum in Hebræo tantū dicatur à voce hinnituū fortium, ſeu robuſtorū eius, Chald. Hug. Diony. & alij, fortes pugnatores, & milites Nabuchodonoſoris intelligunt. At idē Hug. Tygurin. & Pagni. equos explicant, propter hinnitum adiunctū, & benè. quin & Lxx. verterunt, à voce hinnituū equitatus equorū eius. De hoc verò aduētu Nabuchodonoſoris cū ſuo exercitu per Dan iā ſupra diximus c. 4. n. 15. Accōmodat hunc locū Antichriſto Iren. li. 5. c. 30. quia ex tribu Dan fertur proditurus. *Iren.*

18 *Regulos.*] Hebræum nomē צפעני Tſiphoni quod genus ſerpentis ſignificet, non conſtat inter Hebræos: Nam Septuaginta quaſi nomen appoſitum ſerpētes mortiferos verterunt. Hierony. in Commentatio, peſſimos. Aquila verò, & vulg. hic & Iſa. *Iſ. 11. 8.*

11. 8. Prouerb. 23. 32. Regulos vertunt, Iſai. autem 59. aſpidem vertit volgatus, cum dixit, Oua aſpidum ruperunt: alij viperam, & à vulnerando ita dictam putant à פתע phatha tranſpoſitis literis, quia matris aluum egrediens vulnerat. Foretius Iſ. 11. putat eſſe nomen cõpoſitũ à צפה thaphah ſpeculatus eſt, vnde & Aquila in 2. ſua editione, vt notat Hieron. vertit hîc ſpeculatores, & ענה anah afflixit quod viſu noceat, & interimat. Regulos ergo recentiores omnes hîc vertũt, & ſecundum omnes, Chaldæos intelligit, qui vel ſolo adſpectu interempturi erant Iudæos. Conuenit autem reguli ſimilitudo Chaldæis: nam regulus Græcè baſiliſcos Plin. lib. 8. c. 21. authore, non amplius digitorum magnitudine, vel ad ſemipedem, vt ait Soli. c. 30. aut palmi, vt Ælian. lib. 9. de hiſtoria animalium c. 18. candida quaſi mitrula, vt quodam diademate lineatum habens caput, cùm mouetur non flexu multiplici, vt reliquæ, impellit corpus, ſed media corporis parte ſerpit, media erectus incedit, ſpiritu ſuo necat frutices, exurit herbas, rumpit ſaxa, ipſas etiam corrumpit auras, ita vt in aëra nulla alitum impunè tranſuolet infectum ſpiritu peſtilẽti, ſibilo omnes fugat ſerpentes, & quoquo pollunt properant: adſpectu enecat quæcunque præuiderit confeſtim, auctoribus Plinio & Æliano. Ambroſio etiam ſermo. 10. in Pſ. 116. in illum verſum, Qui timent te videbunt, & lætabuntur: Propterea nomen adeptus, rex ſerpentum eſt, & afflatu ſuo, atque cõſpectu homines occidere dicitur, ait Hieronymus in 14. c. Iſai. tales ergo fuere Chaldæi Iudæis, qui vel hinnitu, & adſpectu interiere, regis Babylonis.

Prou. 23. 32. *Iſa. 59.* *Reguli natura.* *Plinius* *Solinus.* *Ælian.* *Ambro.*

19 *Incantatio.*] לחש lahhas muſſitationem ſignificat, & incantationẽ, qua res miræ peraguntur verbis, vt ait Hieronymus in 2. Danielis. Incantatores enim ſunt qui certis verborum, carminũ, aut characterum incantamentis, plantas, animalia, ac homines ipſos excantant, & deos vt ipſi vocant, è cœlo deturbant, vt ex Porphyrio epiſt. ad Anebuntẽ refert Auguſtinus lib. 10. de Ciuit. cap. 11. Virgil. 4. Æneid. Hæc in carminibus promittit voluere mẽtes, quas velit, aſt alijs duras immittere curas, ſiſtere aquam fluuiis, & vertere ſydera retro: Nocturnoſque ciere manes, mugire videbis ſub pedibus terram, & deſcendere montibus ornos. Et Eglog. 8. Frigidus in pratis cantando rũpitur anguis. Legum etiam duodecim tabularum verba ſunt, qui fruges excantaſſet, & qui malum carmen incantaſſet. Verum hæc futilia eſſe, & meras eſſe præſtigias Plinius agnouit libro 28. capite 2. & ante eum Plato 11. lib. de legibus. Iuſtinus martyr quæſtionibus ad Orthodoxos, q. 31. & Porphyr. lib. 2. de abſtinentia animalium, & in epiſt. citata ab Auguſt. neque enim vis aliqua ineſt verbis, vt hæc affecta eorum efficacitatem ſuperantia efficiant: tantum ergo dæmonum opera fit quidquid fit, nam incantatoris carminibus prolatis adueniunt, & vel præſtigiis oculorum acies eludunt, vel etiam vi qua pollent animalia, ſerpentes & regulos ſiſtere cogunt, & ne veneno inficiant nituntur: Scriptura verò ſacra non ſtatim quod hac forma loquendi vſa ſit probat hanc artem, ſed quo rectius explicet Chaldæos adeo crudeles futuros, vt nullis precibus ad cõmiſeratioõẽ ſint flectendi. Et idcirco dictum eſt ſupra; Gentẽ cuius ignorabis linguã. Accõmodat ergo ſe modo loquendi vulgi, qui falſo exiſtimat illis verbis talem ineſſe incantandi ſerpentes vim. Tales autem erũt ſpiritus maligni, ait Gregor. 39. moral. c. 5. qui ſermone prædicantium non valeant incantari, nec precibus exorantiũ mitigari, quibus traduntur improbi deſerti, cõtra quos nõ valeat ſagittarius, vt ibi ait Iob.

Incantatores qui. *Porphy.* *Auguſt.* *Virgil.* *Plinius.* *Plato.* *Iuſtinus* *Gregor.*

20 *Dolor.*] Hebraicè dicitur: Roborat o mea ſuper dolorem, ſuper me cor meum mœſtum, hoc eſt, confortari cupiebam contra dolorem, qui me opprimit, ſed cor meum tanto mœrore affectum eſt, vt non det locum vlli conſolationi. Hieronym. Rabanus, Tygur. nomen Hebræum, quod vulgat. vertit, dolor meus, & eſt roboratio mea, refocillatio, aut refrigeriũ dicunt rictum ſignificare, qui eſt oris diſtenſio dolore contracti, ad ſimilitudinem ridentium, vt dicit, rictum flendo deduxi, id eſt, os meum diſtendi præ dolore. Ad quem ſenſum poteſt explicari vulgatus, dolor meus ore oſtenſus eſt, ob dolorem internum, quia in me cor meum mœror occupat. Exiſtimat Hieronym. & eum ſecuti Rabanus, & Hugo, emphaticos hîc perſonam Dei induci plangentis euerſionem Ieruſalem, & eius miſerias non ferentis, quod ipſum in ſequentibus exponit: nam & ipſe reſpondit, Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt? Chaldæus tamen & Hugo, S. Tho. Lyra & Dionyſ. verba Ieremiæ eſſe dicunt grauiter ferentis afflictionẽ populi ſui, & per dialogum ante eos ponentis, quæ dicturi ſunt, & paſſuri in captiuitate, vt vel hac repræſentatione ad reſipiſcentiam inducantur.

21 *Ecce vox.*] Hæc eſt cauſa doloris Ieremiæ, quod præuideret deſperantem populum, & multa contra Deum efficientem in ſua calamitate. Hieronymus, Rabanus, Hugo & Vatablus, hãc vocem editam exponunt à populo obſeſſo in Hieruſalem, aut etiam hoſtibus ingreſſis, & ſic coordinant verba: Vox populi mei ob hoſtes venientes è terra lõginqua, de Babylone. At Theodoretus, Lyra, & Dionyſius, & S. Thomas, vocem populi iam Babylone captiui exiſtentis eſſe volunt, & verius: inducit enim Ieremias ſe dolentem, quod iam audire videatur voces miſeras, & querellas populi ſui captiui, interrogantis an Deus ſit qui curam eius geſſerat?

22 *Nunquid.*] Has eſſe voces populi afflicti, & has querellas, omnes affirmant, Hieron. Raban. Hugo, Lyrã, Dionyſ. & Vatab. niſi quod Lyra nomine regis intelligit Sedeciã, quaſi dixerit: Quid factum eſt de domino qui præerat Sioni, & colebatur ibi, vbinam eſt rex Sedecias? ſed verius ceteri Deum intelligunt, qui colebatur in Sion tanquam dominus, & inde gubernabat populum, & inde eũ tuebatur tanquam rex: & quidem licet interrogent, non proferunt hæc dubitanter, ſed certiſſimè Dei prouidentiam erga ſe ipſos negantes. Solus Chaldæus verba prophetæ, Dei nomine dicta putat; quibus Iudæos clamantes increpat, dicens; Nunquid non eſt maieſtas domini in Sion, aut rex eius non eſt in ea? quare irritant me in ſimulacris ſuis, & in cultu idolorum; ac ſi dicat: Cùm habeãt ſummum Deum in Sion, quẽ colant, qui vt rex omnibus eis proſpicit, cur deos falſos colunt, qui nihil eis poſſunt cõmodi afferre, neque à malis ſuis liberare. Et eſt bonus ſenſus: ſed verior eſt prior, quod ſint hæc verba populi clamantis, & deſperantis, vt eos poſt reprehendat propheta, quibus reſpondet dominus per Ieremiam, cauſam quare dereliquerit eos, & in tantas cõiecerit calamitates, eam eſſe, quod veram religionem pro falſa commutauerint. Sic

omnes

omnes intelligunt.

23 *Tranſiit.*] Vox popoli ſecundum omnes eſt diuturnam calamitatem deplorantis, & quidem de tempore obſidionis Ieruſalem intelligunt Hieronym. Raban. Hugo. Lyra, Dionyſ. Vatab. & S. Tho. [illegible] quod Lyra & Vatab. ſic exponunt: Sedecias rebellauit fretus auxilio Ægyptiorum contra Babylonios, vt refertur. c. 37. & cum annus vnus, & alter in obſidione volueretur, nihilominus nullum videbat auxilium ab Ægyptiis. Hugo de auxilio quod pollicitierãt pſeudoprophetæ intelligit. Hier. & Rab. de auxilio Dei in vniuerſum. S. verò Tho. & Dion. explicaut hæc de collectione fructuum: Tranſiit meſſis & æſtas, & nos adhuc fame perimus. Theodoretus hæc exponit de diuturnitate 70. annorum captiuitatis, in qua clamabant Iudæi, non iam eſſe in Sion dominum, neque Regem, qui eos ſolebat liberare, ſiquidem è tam diuturna captiuitate eos non eruebat: & cõuenit hæc intelligentia cum ea, quæ nom. 21. diximus, vocem eſſe populi captiui in Chaldæa.

Ier 37.

24 *Contriſtatus.*] Hieronym. Raban. Hugo, & S. Tho. exponunt hæc verba, quaſi Dei compatientis cladi Iudæorum, & Ieruſalem, & vehementer dolentis vſque ad finem. Cæteri Chald. Theodor. & S. Tho. Lyra, & Dionyſ. & Vatab. vt prophetæ verba explanant contriti, & tenebris præ triſtitia offuſi, & ſtupentis exitium populi ſui, qui in tantam deuenerit deſperationem, vt noo curet remedium adhibere malis ſuis.

25 *Reſina.*] צרי Thori, Hebræum nomen liquorem ſignificat ex arboribus inciſis defluentem; balſamum vertit Chaldæus, & Simeon Bengamhel, & Vatab. at Burgenſis, & Pagnin. theriacam; quod non eſt certum: quia theriaca medicamentum eſt ex multis rebus compoſitum aduerſus venena, non liquor ſimplex, & naturalis, vt paret ex Plin. lib. 20. c. 29. & Alex. Afrodiſio lib. 1. problemate vlt. Lxx. vero, & vulgatus reſinam vertunt ſemper, & diuerſo nomine Ezech. 27. 17. vocatur balſamum: eſt autem reſina, vt notat Raban. infra. c. 46. lachryma ſudore [illegible] halata lignorum, Græcè ῥητίνη dicta. ῥέω enim dicitur quidquid manat: eſt autem vel ex ceraſo, lentiſco, balſamo, vel ex reliquis arboribus, aut virgultis, quæ ſudare producuntur, etiam odoriferis, vt eſt gutta balſami, ac ferularum, vel ſuccinorũ, cuius lachryma dureſcit in gemmam. Prima omnium eſt therebintina omnium præſtantiſſima, quæ producitur in Arabia Petrea, atque Iudæa, Syria, Cypro & Africa, & in inſulis Cycladibus. Secunda eſt è lentiſco, quam & maſticem vocant: hæc ex Ciſa inſula deportatur. Tertia eſt è Cupreſſo, acerrima ſapore. Quarta è Cedro craſſior ad pices faciẽdas. Quinta è pino, quæ quod è terra Colophonia feratur, colophonia dicta eſt. Arabica reſina alba eſt, acri odore, Iudaica calloſior, & therebintina odoratior, ſic partim ex Plinio lib. 14. c. 20. & lib. 29. c. 6. Reſina autem Galaad celebris in ſcriptura, vt Geneſ. 37. 25. Viderunt Iſmaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata & reſinam, & ſtacten in Ægyptum. Ierem. 46. 11. Aſcende in Galaad, & tolle reſinam; virgo filia Ægypti, & hoc loco. Chaldæus ergo, & Theod. explicant Galaad, de qua hîc fit ſermo, fuiſſe vrbem, ait Theodoretus, ſacerdotibus deſtinatam, ex qua ortus fuit Iephte. Iud. 11. & 12. 7. qui ſepultus eſt in ciuitate ſua Galaad. vnde Hoſeæ. 6. 8. Galaad, dicitur, ciuitas operantium idolum. Verùm nullibi legimus vrbem Galaad ſacerdotibus deſtinatam, ſed Ramoth Galaad. Eſt ergo Galaad regio, & mons, qui eſt initium Libani, vt aſſerit Ierem. c. 22. collibus Libani copulatus ad tergum Phænicis, & Arabiæ, ceciditque in ſortem Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe, extenditurque per deſertum vſque ad eum locum, vbi trans Iordanem habitauit olim Sion rex Ammorrheorum, vt ait Hieron. c. 47. Ezechielis, & de locis Hebraicis. Galaad autem olim dicta, poſt Arabia, ac tandem Geraſſa, eodem auctore ſuper Abdiam. Hanc igitur Arabiæ partem, quæ Galaad olim dicebatur, eſſe ex qua reſina, aut liquor ille colligebatur non eſt dubitandum: & eam fuiſſe aromatum, balſami, reſinæ, & cæterorum medicamentorum feracem ex loco Geneſ. 37. ſatis manifeſtum [illegible]: & quamuis in Iuda, & Iſraël hæc copioſè [illegible], vt conſtat cum Iacob dixit filiis ſuis, Gen. 43. [illegible] de optimis terræ frugibus deferrẽt munera [illegible], modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactæ, & therebinti, & amygdalarum. Et Ezech. 27. 17. vbi dicitur Tyro, Iuda, & Iſraël ipſi inſtitores tui in frumento primo, balſamum, & mel, & oleum, & reſinam propoſuerunt in nundinis tuis: tamen hæc copioſius, & præſtantius ferri in Arabia non eſt dubitandum, niſi ea pars Arabiæ, quæ dicitur Galaad, eadem & terra Iuda, & Iſraël annumeretur.

Plinius. Alex. Aphrodis. Ezech. 27. 17. Reſina quid. Plinius. Gen. 37. 25. Ier. 46. 11. Iud 11. & 12. 7. Hoſ 6. 8 Galaad Gen. 43. 11. Ez. 27. 17.

26 *Medicus.*] רפא Rophe, Beinoni eſt, aut participium præſentis à verbo rapha, idem quod ſanans, aut medens. Medicum vertunt vulgatus, Tigurin. & Pagnin. at Vatab. chirurgum: ſic Geneſ. 50. 2. præcepit Ioſeph ſeruis ſuis medicis. 2. Paralipom. 16. 12. Non quæſiuit dominum, ſed medicos. Iob. 13. 4. pro fabricatores mendacij vos, Hebraicè legitur, medici vanitatis omnes vos. Erat autem in Galaad ſicut & medicamentorum vbertas, ſic & medicorum, ſeu chirurgorum copia, qui ſimplicibus curabant. Qua in re ob ſimplicium abundantiam ſemper Arabes gentibus cæteris præſtitere. Hæc autem cum metaphoricos dicantur, oportet explicare tranſlationem. Igitur per vulnera omnes intelligunt populi peccata: per medicum omnes etiam intelligunt probum aliquem, & ſapientem virum è ſacerdotibus, & prophetis, vt Ieremiam, Ezechielem, qui ſuis hortationibus, & precibus remedium adhiberet populi ſceleribus. Per reſinam autem Theod. Hugo, S. Tho. Lyra, & Dionyſ. intelligunt doctrinam præceptorum legis, quam vocant inſtructionem, ſeu ſapientiam qua modum inſtruerentur, quo Deum placarent, verum ipſum Deum colendo. Hieronym. Raban. Hugo. S. Tho. & Dionyſ. etiam, explicant pœnitentiam, ſed hæc finis eſt medicamenti adhibiti vt ſanitas, quæ adquirenda eſt medicamine reſinæ. Chaldæus & Vatab. intelligunt preces, & orationes piorum virorum, vt ſit idem modus loquendi, quo aliquando conqueritur Deus aut propheta non eſſe qui obſiſtat Deo precibus, vt c. 7. 13. diximus. Mihi aliud videtur his verbis à Propheta ſignificatum: Loquitur de excidio Ieruſalem, & pœna graui, qua affectus eſt populus, nam de hac ipſe conqueritur cum dicit; Et nos ſaluati non ſumus, ex obſidione videlicet, vel captiuitate, vt omnes exponunt. & hæc eſt contritio populi, pro qua conteritur Propheta. hoc ergo eſt vulnus, hæc cicatrix non obducta, de hac ergo quærit Ieremias cur non ſit curata, cum tanta ſit reſina

Gen. 50. 2. 2. Par. 16. 12. Iob. 13. 4 Medici in Galaad. Ier. 7. 13

copia, & chirurgorum in Galaad, nam ſimiliter Ier. 46. locutus eſt Ieremias ad Ægyptũ. c. 46. cum dixit: Aſcende ad Galaad, & tolle reſinam, virgo filia Ægypti, fruſtra multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi. quia nihilominus quantumuis ſe pararet copia militum, capienda erat, & vaſtanda à Nabuchodonoſore. Per reſinam ergo conſilia intelligit, & præſidia, quibus ſe tuerentur, ac mederentur malo futuro: per medicos autem Principes & ſacerdotes qui ſuis conſiliis, & auxiliis videbantur populum poſſe tueri. Eſt ergo ſenſus: quid querimini, popule mi, nonne immerito quæreretur vulneratus aliquis, quod vulnus non eſſet ſanatum in Galaad, vbi tanta affluit medicamentorum copia? ſic etiam immerito querimini de Deo, quod non eripiamini à malo imminenti, cum vos gloriemini, quod habeatis prudentes homines, & fortes, qui ſuis conſiliis, & auxiliis à tantis malis eripiant, iuxta illud quod de Idumæis dixit Abdias verſ. 8. Abdias 8. Non eſt prudentia in eo. Nunquid non in illa die, dicit dominus, perdam ſapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Eſau? & Iſai. 29. Iſ. 29. 14. 14. Ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic, miraculo grandi, & ſtupendo; peribit enim ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus prudentum eius abſcondetur. Per ſarcaſmon igitur loquitur Ieremias, nõ vos gloriabamini, quod copias haberetis, quibus tueremini; vbinam verò modo ſunt? ſine Deo igitur nulla prudentia, ſapientia nulla, nullum eſt medicamen, nulla ſanitas, nullum aduerſus Deum manet conſilium.

PARAPHRASIS.

1 *O Si mihi concederetur vt totum caput meum in aquas verteretur, & oculi mei in fontes lacrymarum, vt die, noctuque deflerem eos, qui ex populo meo interficiendi ſunt à Chaldæis. O ſi etiam eſſet quiſpiam, qui mihi concederet diuerſorium viatorum in extrema ſolitudine, vt relicto populo meo, in illud ad habitandum ſecederẽ; quia vniuerſi ſunt adulteri, cætus præuaricatorum, qui linguam ſuam intendunt quaſi arcum ad fingendum mendacium, & veritati non nituntur, corroborauerunt ſe in prauitate ſua in terra, de vno malo in grauius aliud proſilientes, nec me Deum ſuum volunt agnoſcere. Caueat quiſque ſibi à proximo ſuo, & fratri ſuo ne fidat, quia nihil magis illi curæ eſt quam ſupplantare, & omnis amicus fraudulenter incedit. Illudit quiſque fratri ſuo, & verum non loquuntur, inſtruxerunt linguam ſuam ad loquendum mendacium vt praué agant, ad laſſitudinem vſque laborant. Verè tu Ieremias, inter doloſos habitas, qui doloſè noluerunt ſcire me. Propterea ego dominus exercituum, ecce excoquam eos extremo per Chaldæos ſupplicio, & probabo eos: quomodo enim aliter me gererem cũ populo meo, quam illum, vt filium caſtigando? lingua eorum eſt veluti ſagitta vulnerans, ad loquendũ dolum expedita: ore loquuntur pacem cum amico ſuo, & occultè ei parant inſidias. Num pro his tantis flagitiis non punirem eos, ait dominus, aut de huiuſcemodi gente non ſumpſiſſet vltionem anima mea? Propter montes aſſumam fletum, aſſumam & lamentum, & propter ſpecioſa deſerti loca planctum, quæ ex futura conflagratione ita adusta remanebunt, vt nemo ſit, qui tranſeat per ea, nemo qui vocem audiat pecoris depaſcentis ea, omnia enim animantia à volucribus per aera volantibus vſq; ad ea, quæ degunt in terra emigrabunt inde, aliòque recedent. Quin & ipſam Ieruſalem in aceruum lapidũ redigam, & in draconum cubilia, & ceteras Iudea ciuitates deſertas reddam abſque vllo habitatore. Eſt ne vir qui ita ſapiens, qui hoc intelligat, aut cui dominus locutus ſit vt annũciet tam acerbum excidium? Quænam cauſa*

CAPVT NONVM.

1 QVis dabit capiti meo aquam, 1 ſub Ioſia.
& oculis meis fontem lacry-
marum? & plorabo die ac no-
cte interfectos populi mei.
‖ Quis dabit me in ſolitudi- 2
ne diuerſorium viatorum, & derelinquam
populum meum, & recedam ab eis? quia
omnes adulteri ſunt, cœtus præuaricatorũ.
‖ Et extenderunt linguam ſuam quaſi ar- 3
cum mendacij & non veritatis: confortati
ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſ-
ſi ſunt, & me non cognouerunt, dicit domi-
nus. ‖ Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſto- 4
diat, & in omni fratre ſuo non habeat fidu-
ciam: quia omnis frater ſupplantans ſup-
plantabit, & omnis amicus fraudulenter in-
cedet. ‖ Et vir fratrem ſuum deridebit, & 5
veritatem non loquentur: docuerunt enim
linguam ſuam loqui mendacium: vt iniquè
agerent, laborauerunt. ‖ Habitatio tua in 6
medio doli: in dolo renuerunt ſcire me, di-
cit dominus. ‖ Propterea hæc dicit dominus 7
exercituum: Ecce ego conflabo, & proba-
bo eos: quid enim aliud faciam à facie filiæ
populi mei? ‖ Sagitta vulnerans lingua eo- 8
rum, dolum locuta eſt. in ore ſuo pacem cũ
amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſi-
dias. ‖ Nunquid ſuper his non viſitabo, di- 9
cit Dominus? aut in gente huiuſmodi non
vlciſcetur anima mea? ‖ Super montes aſ- 10
ſumam fletum, ac lamentum, & ſuper ſpe-
cioſa deſerti planctum: quoniam incenſa
ſunt, eo quod non ſit vir pertranſiens: & nõ
audierunt vocem poſſidentis: à volucre
cœli vſque ad pecora tranſmigrauerunt, &
receſſerunt. ‖ Et dabo Ieruſalem in aceruos 11
arenæ, & cubilia draconum: & ciuitates Iu-
da dabo in deſolationem, eo quod non ſit
habitator. ‖ Quis eſt vir ſapiens, qui intelli- 12
gat hoc, & ad quem verbum oris domini
fiat

fiat vt annunciet iſtud, quare perierit terra,
& exuſta ſit quaſi deſertum eo quod non
13 ſit qui pertranſeat?‖ Et dixit dominus: Quia
derelinquerunt legem meam, quam dedi
eis, & non audierunt vocem meam, & non
14 ambulauerunt in ea: ‖ & abierunt poſt pra-
uitatem cordis ſui, & poſt [8] Baalim: quod
15 didicerunt à patribus ſuis.‖ Idcirco hæc di-
cit dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce
ego cibabo populum iſtum [9] abſynthio, &
16 potum dabo eis aquam fellis.‖ Et diſpergam
eos in gentibus, quas non nouerunt ipſi &
patres eorum: & mittam poſt eos [10] gladium
17 donec conſumantur.‖ Hæc dicit dominus
exercituum Deus Iſrael: Contemplamini,
& vocate [11] lamentatrices & veniant: & ad
eas, quæ ſapientes ſunt, mittite, & properẽt:
18 ‖ feſtinent, & aſſumant ſuper nos lamẽtum:
deducant oculi noſtri lacrymas, palpebræ
19 noſtræ defluant aquis.‖ Quia vox lamenta-
tionis audita eſt [12] de Sion: Quomodo va-
ſtati ſumus & confuſi vehementer? quia de-
reliquimus terram, quoniam deiecta ſunt
20 tabernacula noſtra.‖ Audite ergo mulieres
verbum domini: & aſſumant aures veſtræ
ſermonem oris eius: & docete filias veſtras
lamentum: & vnaquæque proximam ſuam
21 planctum:‖ Quia aſcendit [13] mors per fene-
ſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſ-
perdere paruulos de foris, iuuenes de pla-
22 teis.‖ Loquere, Hæc dicit dominus: Et cadet
morticinum hominis: quaſi ſtercus ſuper
faciem regionis, & quaſi fœnum poſt tergũ
23 metentis, & non eſt qui colligat.‖ Hæc dicit
dominus: [14] Non glorietur ſapiens in ſapiẽ-
tia ſua, & non glorietur fortis in fortitudi-
ne ſua, & non glorietur diues in diuitiis
24 ſuis: ‖ Sed in hoc glorietur, qui gloriatur,
ſcire & noſſe me, quia ego ſum dominus,
qui facio miſericordiam, & iudicium, & iu-
ſtitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait
25 dominus.‖ Ecce dies veniunt, dicit domi-
nus: & viſitabo ſuper omnem, qui circumci-
26 ſum habet [15] præputium,‖ ſuper ægyptum,
& ſuper Iuda, & ſuper Edom, & ſuper filios
Ammon, & ſuper Moab, & ſuper omnes
qui [16] attonſi ſunt in comam habitantes in
deſerto: quia [17] omnes gentes habent præ-
putium, omnis autem domus Iſrael incircumciſi ſunt corde.

eſt, propter quam peritura eſt terra, & in deſertum ex aduſtione conuertenda, per quam nullus ſit iter facturus? cauſa eſt, inquit dominus, quia dereliquerunt legem, quam dedi eis, & non obedierunt voci meæ, nec ambulauerunt iuxta eam: ſed abierunt poſt improbam ſui cordis libidinem, colentes [8] Baalim, vt à patribus ſuis didicerant. Idcirco ſic dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego tribulationem adducã in populum iſtum, amarã vt abſynthium, & potum dabo eis grauiſſimam afflictionem, vt aquam fellis. Diſpergam eos in gentes, quas nec ipſi nouerunt, nec patres eorum: & mittam poſt eos [10] gladium donec conſumantur. Sic ait dominus exercituum: Adhibete diligentiam vt vocentur [11] lamentatrices, vt quàm celerrimè veniant: mittite ad mulieres in hac arte peritas, vt veniant præproperè, & ſumant ſuper nos planctum. Sed & noſtri oculi lacrymas deducant, & palpebræ defluant aquis, quia huiuſmodi lamentationis vox audienda eſt [12] de Sion vaſtata: Quomodo vaſtati ſumus, pudore affecti ſumus vehementer, quia terram noſtram cogimur derelinquere, è tabernaculis noſtris proiecti. Audite vos, o mulieres, verbum domini, & hunc ſermonem de ore eius, auribus veſtris percipite, docete filias veſtras lamentum, & vicinam ſuam vnaquæque planctum, quia [13] mors irrepſiſſe iam videtur per murorum, turriumque feneſtras, & vſque ad domos noſtras, Chaldæis ingredientibus, penetraſſe; vt diſperdat paruulos in viis publicis colludentes, & iuuenes in plateis. Loquere rurſus Ieremia: ſic dicit dominus: Cadauer hominis decidet tãquam ſtercus per agrorum ſuperficiem, & veluti fœni manipulus poſt metentem, & nemo erit qui colligat. Sic dicit dominus: [14] Non glorietur ſapiens quod poſſit eam calamitatem euadere ſua ſapientia, nec fortis glorietur quod viribus ſuis eam poſſit auertere: nec glorietur diues, quod ab ea ſe poſſit redimere pecunia ſua: ſed in hoc tãtum glorietur, qui gloriatur, quod ſciat, & noſcat me: quod ego ſolus ſim, qui in terra miſericordiam humilibus præſto, & graue ſuperbis iudicium, & in vniuerſos iuſtitiam exerceo. Hæc enim placent mihi, dicit dominus. En veniunt dies, ait, dominus, in quibus puniturus ſum omnem habentem [15] præputium circuncisum, vt Aegyptium, Iudam, & Idumæam, Ammonitas, & Moabitas, & omnes alios, qui [16] tondere ſolent comas, incolas deſerti: [17] omnes quidem aliæ gentes habent in carne præputium, at vniuerſa domus Iſrael, quod peius eſt, præputium habet cordis.

ARGVMENTVM.

LAmentatur Ieremias ingentia ſui populi flagitia, præſertim ex dolo profecta, & ſupplicia cladis extremæ, quibus optimo iure grauiſſimè eſſet puniendus.

COMMENTARIVS.

1 QVis.] Hebraicè dicitur: Qois det caput meum aquam,& oculoni meum venam lacrymæ.boc eſt:Vtinam caput meum totum vertatur in aquas,quo ſignificat copiam: & oculi mei in venam lacrymarum, quo explicet perennitatem. Hæc eſſe verba Ieremiæ Tbeodoretus, & omoes agnoſcunt. quamuis Hierooymus, Rabanus, & Hugo velint Deo accommodate. ſed prius verius eſt: quia idem ipſe Ieremias petit ſibi concedi in *Thren. 2* ſolirudinem ſecedere. & Tbreno. 2. dixit, Defecerunt præ lacrymis oculi mei ſuper cōtritione filiæ populi mei. Mos enim prophetarum, & ioſtorum *Chryſoſtomus.* omnium eſt, ait Chryſoſtomos homil. 29. in 9. Geneſis, non ſolum pro his duntaxat dolere, qui ſibi proximi ſunt, ſed & pro reliquis omnibus. Et ſi quis tecenſére velit, inueniet omnes hanc com-*Iſa. 22. 4.* paſſionem præ ſe ferre, & audiet Iſaiam c. 22. dicentem: Non valebitis conſolari me in contritio- B *Ezech. 9. 8.* ne filiæ generis mei. & Ezechielem 9. Heu mihi domine, delebis tu reliquias Iſrael? & *Daniel. 9.* Danielem 9. dicentem: Pauculos nos feciſti vltra omnes gen-*Habac. 1.* tes. Habacuc 1. Moſen Exod. 32. & Paulum ad Ro-*Exod. 32.* man. 9. Magnam enim erga proximos compaſſionem iuſti præ ſe ferebant. & lib. 3. de prouidentia. Aliam qooqoe mœroris adiectionem ludibriis, & *Ad Rom. 9.* verberibus, carceribus, & ceteris afflictionibus acerbiorē habuere, qood illorum nequitiam, qui ſe ita afficiebant ſemper ad deteriora progredi intuerentur. quæ duæ res Ieremiam cruciabant vehementer.

2 *Diuerſorium.*] מלון malon hoſpitium eſt, aut diuerſoriom, quo diuertunt viatores ad pernoctandum, & manendum. Ait ergo propheta, malle ſe in ſolitudinem ſecedere, & habere ibi aliquod diuerſotium, vbi ſicot viatores pernoctare ſolent dum dies illuceſcit, ſic ipſe permaneret longè ſemotus à populo flagitioſo, & infido, cuios improbitatem vltra videre non poſſit: ſic omnes expo-*Irenæus* nunt. Irenæus lib. 4. c. 42. iuſta Lxx. hunc locum explicat de eccleſia Chriſti, ſed myſticè: Quis mihi, ait, dabit in deſerto habitationem nouiſſimam, hoc eſt tabernaculum in nouiſſimo, & infimo eccleſiæ loco. Orabant enim patriarchæ & prophetę concedi ſibi tabernaculum in ea. Optabat ergo Ieremias improborum fugere ſocietatem, quorum *1. Cor. 15. 33.* colloquia praua bonos mores corrumpunt, 1. ad Cor. 15. & in ſolitodine degere, quo Chriſtus poſt *Math. 4. 1.* haptiſmum ſeceſſit, Math. 4. & vbi viatores, qui non habent hîc manentem ciuitatem, familiarius D Deo gaudent, & frequentius eum angelis conuerſantur.

Lingua arcui comparata. 3 *Mendacij.*] Linguam arcui comparat, verba mēdacij ſagittis ex arcu emiſſis, vt Pſal. 56. Dentes eo-*Pſal. 56. 5.* rom arma, & ſagittæ. Prou. 25. iaculum, & gladius, & ſagitta acuta homo, qui loquitur contra proximum ſuum falſom teſtimonium. Nomine autem *Prou. 25. 18.* mendacij blaſphemiam intelligunt Hieronym. & Rabanus. quam quidam interpretantur, quod in calce præcedentis capitis dixerint, Deum oon eſſe qui ſui curam gereret, neque qui malis mederetur. Sed verius Theodoretus, & alij de mendaciis, & fraodibus exponunt, quibus proximis inſidiabantur. de hoc enim vitio ſermo eſt in hoc capite. Animaduertendum eſt, ſic legi hæc verba in Hebræo: Et non ad veritatem præualuerunt in terra. A vt legit Chaldæus, Et non in fide coofortati ſunt in terra. hoc eſt, vt explicat Vatablus, Obtinent dignitates in terra, non per veritatem, ſed per ſycophantias: quam diſtinctionem ſecuti ſunt Lxx. dicentes, Mendacium, & non fides præualuit in terra. quos ſequitur Theodoretos. Verùm cùm in punctuatione ſola diſtinctio ſit, rectè quoque diſtinxit Vulgatus: Extenderunt linguam ſuam arcum mendacij, & non veritatis: confortati ſunt in terra. hoc eſt, Vtuntur fraodibus vt corroborent ſe in terra; ſcilicet, in terrenis affectibus, & peccatis, & in ſua malitia, vt volunt S. Thomas, Dionyſ. & Iſidorus, & confirmat honc ſenſom ratio ſubiuncta; quia de malo ad malum egreſſi ſunt, vt ſicot iuſti eunt de virtute in virtutem, ita improbi iſti de vitio in vitiom, & de peccato tranſiliunt in peccatum. Verùm Hugo, S. Thomas etiam, & Va- B tab. de acceſſione bonorum temporalium intelligunt, quod radices altas agant in terra, & opes acquirant, & obtineant dignitates, iuxta querellam Ieremiæ cap. 12. Quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus, qui præuaricantur, & iniquè aguut? Plantaſti eos, & radicem miſerunt, proficiunt, & faciunt fructum. Et ſanè ea propter dolos ſtruunt & fraudes, homines huius ſeculi, quales hi erant, de qoibus loquitur Ieremias, vt bona tem-*Ierem. 12. 1.* poralia expiſcentur, & dignitates, ceteraque honorifica munia conquirant. pro nihilo ducentes conſcientiam flagitiorum acceſſione turpiorem reddere, & Deum in dies magis offendere; non attendentes illi Chriſti dicto: Quid prodeſt homini *Math. 16. 26.* ſi vniuerſum moodum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?

C 4 *In medio.*] Hieronymus, Raban. Hugo, S. Thomas, Dionyſ. & Vatab. ad Ieremiam à Deo fieri ſermonem fatentur. At Chaldæus, & item Hugo, S. Thomas, Dionyſ. & Lyra de populo exponunt, mutat enim perſonam, cum ait: Sedere, ſeu habitare tuum eſt in dolo. Sedent in domo congregationis eorum, ait Chaldæus, & Lxx. Vſuram ſuper vſuram, & dolum ſuper dolum. Et eſt ſeoſus primus: Nihil aliud meditantur in domibus ſois, dum quieſcunt, quàm fraudes, & dolos, vt explicat Lyra. Secundus iuxta alios: Habitant in medio doli, id eſt, in populo dolis ac fraudibus pleno. Tertiò: Sedent in medio doli, quia huic viuendi rationi aſſuefacti, iam quaſi iacēt in dolo, vt reſurgere non poſſint. Vt dixit Dauid Pſal. 1. & in cathedra peſti-*Pſal. 1. 1.* D lentiæ oon ſedit. & Zachariæ 5. 7. Oſtenſa eſt mu-*Zachar. 5. 7.* lier ſedens in medio amphoræ. Sunt enim multi, qui adeo reſidēt in ſuis peccatis, vt iam per dolum nolint ſcire Deum, & intelligere vt bene agant, *Pſal. 35. 4.* Pſal. 35. De induſtria enim, ex prauo affectu nolunt viam ingredi virtutis, ne grauioribus conſcientiæ ſtimulis adacti, nec ſuis fruantur voluptatibus, nec Dei.

5 *Conflabo.*] Hebræum præſens pro futuro ponitur. nomine igneæ examinationis, & probationis, *Examinatio ignea per afflictionem.* intelligit belli & captiuitatis afflictionem, qoa reprobus Iudæorum animus exploratus eſt & declaratus. Siquidem ſupplicio non emendantur mali, ſed indurantur. Hunc ſenſum indicant Chaldæus, Theodoretus, & Lyra. & confirmat ſubiuncta ratio. Nam quo alio modo merentur puniri tanta flagitia populi mei? quam tradunt Lxx. dum vertunt:

A tunt. Quid faciam à facie malitiæ filię populi mei;
& Chaldæus, quomodo, ait, faciam à facie pecca-
torum cœtus populi mei? cum enim omnia alia re-
media adhibuiſſet, quamuis fruſtra, non reſtabat
aliud quam punitionis extremæ. Verum Hiero-
nymus, Hugo, S. Thomas, & Dionyſ. de examina-
tione captiuitatis explicant, non qua punirentur
ad interitũ ſine miſericordia, ſed qua purgarentur
ad correctionem: quem ſenſum illa verba, confla-
Pſ. 65. bo, & probabo, ſatis manifeſtant, vt Pſal. 65. dixit
10. Dauid, Quoniam probaſti nos Deus, igne nos exa-
Eccli. minaſti, ſicut examinatur argẽtum. & Eccleſiaſti-
27. 6. ci 27. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos
tẽtatio tribulationis. Tum etiam quod ſæpe Deus
comminetur ſe puniturum populum ſuum, non
ad conſumptionem, ſed cum iudicio, & modera-
B tione, & ideo adiecit, quonam alio modo, vel quo-
nam alio affectu quam paterno, punirem populũ
meum, quem tanquam tenerrimam filiam amo.
Vel, oſtendat mihi quiſpiam modum alium, quo
mederi poſſim huic malo: quod ſi alius non eſt, nõ
patitur animus paternus vt relinquam impunitũ,
ſiquidem ipſe non ceſſat à peccatis. Nam ſagitta
vulnerans lingua eorum, & cetera.

6 *Montes.*] Materiam lamentationis dicit ſibi fu-
turam montium vaſtitatem, per quos Hugo, &
Lyra vniuerſam Iudæam intelligunt, quæ monti-
bus conſtat. Cæteri intelligunt montium Iudeæ
ſolitudinem, & ſpecioſorum, ſeu amænorum ha-
bitaculorum deſerti deſtructionem, quæ ita erant
euertenda, vt nec homo præteriens, nec pecora
balantia, imo nec ipſæ aues cœli reperirentur in
C eis, aut audirentur. Nam omnia inde emigraſſe
putantur, pecora quidem à Chaldæis fortè ducta
ſecum Babylonem, aues autem, ceteraque animã-
tia, quod paſcua deeſſent. Illud autem verbum, aſ-
ſumam fletum, Hugo, & Lyra, pro aſſumi faciam,
accipiunt. Lugebunt enim omnem ſuæ terræ va-
ſtitatem Iudæi, & bene quidem, ſi Dei nomine hęc
comminetur propheta, ſicut illa, quæ ſequuntur,
& dabo Ieruſalem in aceruos arenæ, hoc eſt, redi-
gi faciam in aceruos, ſupple lapidum, vel arenæ, vt
expreſſit Vulgatus, quia lapides comminuendi, &
inſtar arenæ conterendi.

7 *Poſsidentis.*] Nomen מקנה Mikneh, quod Vulga-
tus vertit, poſſidentis, cum dicit, & non audierunt
vocem poſſidentis, pecus propriè ſignificat noſtra
Gen. 46 induſtria, laboreque acquiſitũ, vt Gen. 46. 34. Vi-
34. ri paſtores ſumus, Hebraicè dicitur, viri pecoris.
Numer. Num. 32. 1. filij Gad, & Ruben habebant pecora
D 32. 1. multa. Exod. 9. 6. de animalibus, vel de pecore fi-
Exod. 9. 6. liorum Iſraël nihil omnino eſt mortuũ. Lxx. ſub-
ſtantiam tranſtulerunt, quo nomine opes, & diui-
tias intelligunt, vt explicant Hieronymus, & Ra-
banus, quas nomine poſſeſſionis ſolemus com-
plecti: & quia antiqui bonam partem poſſeſſionis
in pecore collocabant, vnde poſteri pecuniam vo-
cauerunt, idcirco poſſeſſionem pecoris in ſcriptu-
ra ſignificat: cuius poſſeſſionis, quoniam vox dici-
tur non audienda, de pecore balante neceſſario
debet accipi, vt eo nomine accepit Vulgat⁹, pecus
vt tranſtulere Chaldæus, Tigurina, Pagninus, &
Vatab. vt ſit ſenſus, præ ſolitudine non audietur
vox poſſidentis, hoc eſt, pecoris depaſcentis ſpe-
cioſa deſerti, quia omnia pecora deducta erunt à
Chaldæis in captiuitatem. Aut certè vox poſſiden-
Gen. 46 tis, ſit vox paſtoris, iuxta illud Gen. 46. viri paſto-
34. res ſumus, pro viri pecoris, aut viri peculij, aut pe-
coroſi, vt ſic explicemus, non audient ergo vocem
poſſidentis, vel paſtoris, hoc eſt Dei, vt Lyra, &
Dionyſius intelligunt, cuius vocem Iudæi audire
noluerunt. Aut ſecundum Hugonem, & S. Tho-
mam veriùs, dominum eorum locorum, qui iam
ea loca non viſitabat, neque degebat in illis, ſed
tanquam deſerta relinquebat.

8 *Baalim.*] Plurali numero dixit Baalim, quo ſigni-
ficet multos finitimarum gentium, quos colebant
Iudæi. Belus Nini pater à filio in Deum relatus Baal, ſeu Be-
Hebraicè dictus Bel, à Babylonijs primum cultus lus quis
eſt, Saturnus vocatus ab Aſſyriis, auctore Euſebio Deus.
in Chronici præfatione, & lib. 9. de præpar. c. 4. & Euſeb.
Hieron. ſuper 46. Iſaiæ: deinde variæ gentes Baby-
lonijs cognatione, aut vicinitate coniunctæ, eum
ſibi Deum acceperunt, variis nominibus appellan-
tes, vt ait Hieron. ſuper 2. Oſee. Cuius tanta fuit
apud veteres religio, vt ei non ſolum humanas ho-
ſtias captiuorum, ignobiliumque mortalium, ſed
& ſuos liberos immolarẽt. Hunc Sidonij, & Phœ-
nices appellant Baal: eadem enim inter ב & ל litte-
ras conſonantes, ע vocalis littera ponitur, ait Hie-
ronym. Oſeæ 2. quæ iuxta linguæ illius proprieta-
tem nunc Beel, nunc Baal legitur. Vnde & Dido
Sidonia regij generis cum Æneam ſuſcepiſſet hoſ-
pitio, hac patera Ioui vina libabat, qua Belus, &
omnes à Belo ſoliti, vt refert Virg. Æneid. 1. Hinc Virgil.
aliqua adiectione gentes aliæ ſuum Deum Bel nũ-
cupabant. Nam Moabitæ vocabant Beel Phegor.
Num. 25. 4. 6. Pſ. 105. Oſee 9. quem nos, ait Hiero. Numer. 25. 4. 6.
ibi, Priapum poſſumus appellare, ſignificat etiam Pſ. 105.
dominum apertionis. Acharonitæ appellabant 28.
Beelzebub 4. Reg. 1. dominum muſcæ, vel quod Oſee. 9.
muſcæ ſpeciem haberet, vel quod muſcæ extin- 10.
guerentur opera dæmonis, quibus ea ciuitas infe- 4 Reg.
ſtabatur. Sichimitæ Beel Berith, dominum fœderis, 1. 2.
Iud. 9. 4. quod ibi fortè percuterentur fœdera. Phi- Iud. 9. 4
liſtæi vocabant Beel Dagon, dominum piſcis, Iud. Iud. 16.
16. 23. 1. Reg. 5. 2. quod piſcis figuram haberet. Hu- 23.
ioſmodi etiam videtur fuiſſe Beel Moloch, aut 1. Reg.
Melchom Ammonitarum, de quo latè diximus c. 5. 2.
7. Numero. 24. Iudæi ergo non contenti vitulis,
quos ex Ægypto portauere, ab iis omnibus vicinis
gentibus falſos Deos Baalim aſſumebant, eoſque
quaſi proprios venerabantur.

9 *Abſynthio.*] Sic Chaldæus rectè interpretatur:
Crebro hæc duo iunguntur, amaritudo, vel abſin-
thium, & fel Ros Hebraicè, vt Deuter. 29. 18. Ne Deuter.
fortè ſit inter vos, qui vadat, & ſeruiat Diis illarum 29 18.
gentium, & ſit inter vos radix germinans fel, &
amaritudinem. Ad quem locum alluſit Petrus
Actuum. 9. 23. cum Simoni dixit, In felle amaritu- Act. 9.
dinis & obligatione iniquitatis video te eſſe, & 23.
Paulus ad Hebræ. 12. 15. Ne qua radix amaritudinis Ad
ſurſum germinans impediat, quo ſignificetur gra- Hebræ. 12 15.
uiſſima calamitas, qua Deus plectit peccatores, &
plexurus erat Iudæos, vt hîc declarant Chaldæus,
cum dixit, ecce tribulationem adducam ſuper po-
pulum iſtum amaram quaſi abſynthium, & potum
dabo eis calicem maledictionis peſſimæ, & Theo-
doretus. Eſt autem abſynthium herba amariſſima, Abſyn-
verum ſaluberrima, & eo ſalubrior, quo amarior, thij vis.
qua pecora pingueſcunt in Ponto, & ob id ſine fel-
le reperiuntur. Apud Romanos verò Latinarũ fe-
riis quadrigis in capitolio certantibus victor ab-
ſynthium bibit, vt refert Plini. lib. 27. c. 7. & credit Plinius.
ſanitatem præmio dari honorificè, arbitratos ma-
iores in abſynthio; de eo etiam Dioſcorides lib. 3. Dioſcor.

c.24. De felle ſeu Ros diximus cap. 8. Num. 15. A Hinc licet animaduertere inſinuaſſe Deum, vtilẽ & ſalubrem futuram tribulationem Iudæis, quo amariorem, ſiquidem eiuſmodi herba voluit ſignificare, qoa & ipſa pecora pingueſcunt. Nam virtus pingueſcit tribulatione, & ſanitas roboratur, quæ certantibus datur in præmium victoria potitis.

Virtus pingueſcit tribulatione, vt pecus abſynthio.

10 *Gladium.*] Secundom Lyram, & Diony boc dicit, quod tam in via, quam Babylone facilè interficiebantur captiui. Sed melius Hugo, & ipſe Lyra de reliquiis Iudæorum intelligunt, qui poſt vaſtatam Ieruſalem ad Ægyptum, ſicut ad gentes alias confugerunt, quos gladius Chaldæorum, boc eſt, bellum, vt exponit Theodoretus, inſecutum eſt, & interfecti multi, & cæteri ducti Babylonem: vnde B Ezech. 5. dicitur: Tertiam partem diſpergam in ventum, & gladium nudabis poſt eos. Dicit autem Ægyptios gentem, & illis, & patribus ignotam, quod extranei ſemper babiti ſunt illis, & veluti boſtes, & vt mancipia tractabantur, alias autem in vniuerſum, & Chaldæi, & aliæ gentes, vt Ægyptij, ooti erant Iodæis.

Ezech. 5 12.

Præficarum munus.

11 *Lamentatrices.*] Quo futuram tribolationem ante oculos ponat, iubet vocare mulieres, quæ ſparſis crinibus, nodatis pectoribus, voce modulata, lacertos manibus verberantes, omnes ad fletum concitarent, quæ fuit & aliis gentibus communis conſuetudo. Plautus in Truculento, Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro præfica, quæ alios collaudat, eapſe ſe vero non poteſt. Nænius hæc quidem me Hercule præfica eſt, quæ ſic mortuum collaudat. Lucillius, mercede, quæ con C ductæ ſunt alieno in fuoere præficæ, molto & capillos ſcindunt, & clamant magis. Horatius in in arte Poëtica: vt qui conducti plorant in funere, dicunt, & faciunt prope plura dolentibus ex animo. Erant & lamentatrices, Thrinodes Græcè dicti, de quibus Amos 5. Vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui ſciunt plangere: de quibus Matth. 9. Et cum veniſſet Ieſus in domum principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem. Vtrorumque meminit liber Paral. 2. c. 35. 24. nam omnes cantores & cantatrices lamentationes ſuper Ioſiam, dicit ſolitos replicare, ita vocatos, quod voce lamentarentur modulatá. Durabant autem cantiones, præſertim in principum deceſſu, trigiota dies, vt Moſem fleuerunt filij Iſraël Deuteron. 34. 8. aut ſeptem, vt luxit Ioſeph patrem, & omnis Ægyptus Gen. 50. 11. & Iudith c. 16. 29. imo & per ſingulos annos in die obitus replicabantur, vt ſuper Ioſiam. Meminit huius conſuetudinis Ioſephus lib. 3. de bello Iudaico, c. 15. Alij, inquiens, alios flebant, Ioſephum autem vniuerſi, adeo vt per dies triginta nunquam lamenta ceſſarent: plurimique tibicines condocerentur, qui illis in lamentationibus præcinerent. Verba, quæ in his lamentationibus replicabantur, referuntur cap. 22. 18. Qui mos vt ſeruabatur in obitu alicuius, ita in magna aliqua calamitate, & cum omnium grauiſſima fuerit excidium vrbis ſanctæ, ac templi, conduci iubet omnes in arte lamentandi peritas, vt tanquam ſuper obitu ſynagogæ lamententur, qno munere functus eſt ipſe Ieremias ſuis lamentationibus.

Amos 5. 16

Matt. 9 23.

2 Par. 35 24.

Deuter. 34 8.

Gen. 50. 11.

Iudith. 16. 29.

Ioſephus

Ierem. 22. 18.

12 *De Sion.*] De, præpoſitio materiam lamẽti denotat, vt indicat Hieron. cum ait: Vox iſta eſt lamentantium Sion. ſic etiam affirmant Rabanus, & Hugo. At LXX. cauſam efficientem notare oſtendont, cum dicunt: Vox lamentationis audita eſt in Sion: ſic & S. Thomas, erat vox hujuſmodi: Quomodo vaſtati ſumus, pudore affecti ſumus vebementer, quia dereliquimus terram, & proiecta ſont taberoacula noſtra, ab hoſtibus: & quidem vtrunque Sioni competit, nam ipſa ſeipſam lamentabatur, & ſuam ſortem merito dolebat.

13 *Mors.*] Hieronymus, & cæteri interpretes hæc dicta putant ad ſignificandam Chaldæorum fortitudinem, & velocitatem, quæ tanta eſſet futura, vt oon expectarent reſerare fores, ſed per feneſtras, & tecta conſcenderent. Sed ootat bene Vata. non de feneſtris quarumcũqoe domorum, nec de quibuſcunque domibus eſſe ſermonem, ſed de arciũ feneſtris, palatiorum, ac turrium, quæ ad muros erant ædificatæ, quam intelligentiam ratio ſubiũcta demonſtrat: vt diſperderent paruulos, & iuuenes, qui erant in vicis, & plateis, neque enim in priuatas domos penetrarent Chaldæi, vt pueros, & iuuenes offenderent in vicis, & plateis, quin imo in eos colludentes prius iociderent, quam domos conſcenderent. Futuri ergo, ait, erunt tam fortes tamque veloces Chaldæi, vt fores vrbis cõfringere non opus habeant, nam per feneſtras arcium, ac turrium, domorumque muris adhærentiũ conſcendent, & in vrbem proſilient, & pueros ipſos, ac iuuenes in viis, ac plateis conuerſantes primos interficient, vt Ioëlis 2. 9. Vrbem ingredientur, io muro current, domos conſcendent, per feneſtras intrabunt quaſi fur. Quod ſi de priuatis domibus loquatur, quia cum mulieribus loquitur quæ domi concluſæ ſe effugere vim Chaldæorum putabant: nec hac ratione, inqoit, mortem effugietis, quia Chaldæi mortis illatores, ſi per fores ingredi non valuerint, proſilient per feneſtras & domos penetrabunt, & paruolos veſtros, ac iuuenes coram vobis occident, vt nullus ſuperſit, qui verſetur in vicis, aut in plateis, vt ſolebant. Vſurpant hoc Ieremiæ dictum quamplurimi patres ad morum confirmationem nõ inutiliter, quod hoſtes animæ per feneſtras ſenſuum mortem in hanc animatam vrbem freqoenter inuehant, ac teneros fœtus, & iuuenes fortes virtutum ſæpe detruncent, & vitam animæ eripiant, non ſine gemitibus, & lamentis &c. ita Gregorios Naz. orat. 1. de Theologia, & 38. de Chriſti natiuitate, & optimè, lateque Chryſoſtomus Homilia. 51. io illa Matthæi verba: Illud autem ſcitote, quia ſi ſciret paterfamilias qua bora fur veniret, vigilaret D vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Ambroſius etiam lib. de fuga ſæculi, c. 1. & in Apologia poſteriori Daoid. cap. 3. & in Pſ. 118. ſermo. 5. in verſum. 37. Auerte oculos meos ne videãt vanitatem. Epiphanius hæreſi. 9. ad finem, & hoc loco Hieronymus, optimè quoque magnus Greg. libr. 21. Moral. c. 2. in illa Iob. c. 31. Pepigi fœdus cũ oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine, & in Pſ. 4. pœnitentialem, in verſum, A voce gemitus mei adheſit os meum carni meæ.

Ioel 2. 9

Hoſtes ſpirituales per feneſtras in animam penetrant.

Greg. Naz.

Chryſ.

Ambr.

Epiph.

Greg.

14 *Non glorietur.*] Iudæi confiſi in conſiliis ſapientum ſuorum, & in ducum militumque virtute, tũ etiam in opibus, ac diuitiis regum, & principum, exiſtimabant prædictam calamitatem ſe poſſe eoadere: hanc ſpem illis adimit Deus, qui ſcit ſapientum diſſipare conſilia, fortium virtutem debilitare, & potentium opes in nihilom redigere, vt cooſtat in Sanſone, Salomone, & epulone, ob hãc ipſã conſi-

confidentiam confringendam Iudæis captiuitatem ſe fugere poſſe putantibus oſtēdit Deus Ezechieli cap.1. illud quadriforme animal cum totis à Dei ſpiritu actis, quo ſignificaret nullam humanam tationem, aut induſtriam poſſe reſiſtere ſpiritui dioino, qui quocunque vult agitat, & verſat celeri impetu animal, quantumuis pertinax, quod à Dei ſpiritu oon ſe poreſt liberare vel aqoilæ velocitate, vel leoois fortitudine, vel bonis abūdantia, vel hominis conſilio & ſapientia, quin rotarū velocitate ad nutum Dei ſpiritoi obedientium, ducatur in Chaldæam: nam rempublicam Iudaicam ſignificabat Deo reſiſtentem, quod in illis quatuor conſideret. Non eſt igitur, ait, quod ſe de his iactent, ſed de eo tantum, quod ſciant, & noſcant me. Scire antem, & noſſe Deum, abſolutè aliquando capitur, pro ſcire, & noſſe volontatem Dei in diuina eius lege expreſſam, vt dixit Moſes Deuteronom. 4. poſt tradita mandata, hæc eſt enim vera ſapientia, & intellectus. & Sap. 6. cogitare de illa ſenſus eſt conſūmatos. & Sap. 15. noſſe Deum iuſtitia eſt conſummata, & ſcite ioſtitiam, & virtotem ſoam radix eſt immortalitatis. At hoc loco ſumitur pro noſſe Deum, quod ſit dominus faciens miſericordiam, & iudicioin, & iuſtitiam in terra, quod cuius vult miſeretor, & quem vult indurat: quod ipſe ſolus eſt qui liberat ſua miſericordia, non ſapiens, fortis, aut diues, & ipſe qui ſupplicium infert, nihil contra facientibus hominom ſapientia, virtute aut diuitiis, & qui vtrunque facit iuſtè, & ex æquitate, contra quam, nemo eſt qui merito conquceratur. In nulla ergo re alia gloriandum eſt, aut confidendum, vt rectè expendit Nazianz. in Orat. de pauperum amore, & Aug. lib. 2. de bono perſeuerantiæ cap. 14. reddens huius rationem ex Cypriano. Sed qui gloriatur in domino glorietur, vt ex hoc loco dixit Paulus 2. ad Cor. 10. Ad retundendam ergo homanam confidentiam hāc ſententiam addidit Deus, nam homo confidit ſuæ ſapientiæ, exiſtimans, prudentia ſua, & conſilus præcauere poſſe malū imminens, quod ſola miſeratione diuina præcaueri poteſt, & virtuti, aliorumque auxilus, arbitrans iis poſſe malo reſiſtere, & ſupplicium, iodicij nomine ſignificatum, effugere, quod Deus inducere decreuit, confidit quoque opibus, quibus redimere poſſit eam vexationem, quaſi iniuſtè illatam, cum ſatis iuſtè dominus eam inferat, qui nec donis capitur, nec muneribus, quin reddat vnicoique ſecundum opera ſua: quem ſenſum ſatis indicat Hieronym cum ait, quod omnia Dei prouidentia, & ioſtitia gubernentur, & quæ nobis videntur non habere rationem, iuſtitiæ plena ſint, atque rationis. Negabant ſæpe impij Iudæi Dei prouidentiam, dicentes, non faciet dominux bene, & non faciet male Sophon. 1. & ideo in rebus caducis fidebant.

Ezech. 1.4. Animal Ezechie lis quad nouit. — *Deuter 4.* — *Sap. 6. 18.* — *Sap. 15. 3.* — *Ad Rom. 9. 18* — *Greg. Naz. Auguſt.* — *2. Cor 10. 17. In humanam confidentiam.* — *Soph. 1. 12.*

A — B — C — D

15 *Præputium.*] In Hebræo legimus, viſitabo omnem circuncilium in præputio, & Dauid Kimhi, Pagnin. Vatab. & Iſidorus ita diſtingunt: viſitabo ſeu puniam omnem circunciſum, & omnem manentem io præputio. Hoc eſt, omnes gentes, ſiue quæ circunciduntur, ſioe quæ nón; quas ſtatim mixtim connumerat. Chaldæos, Lyra, & complutenſis legunt: Viſitabo ſuper omnem, qui incirconciſum habet præputium, quaſi io Hebræo dicatur: Viſitabo ſuper omnem circunciſom integro præputio. Hoc eſt, puniam illum, qui tenetur eſſe circunciſus, & adhuc manet in præputio. Vel ſecundum Iſidorum, puniam Iudæum, qui cum ſit circunciſus carne, corde tamen eſt præputiatus. Aut iuxta Lyram, qui incircunciſum habet præputiom ſiue carnis, ſiue cordis, vt comprehendat tam Iudæos, quam cæteras gentes, nam Iudæi circuocidont carnem non cor, gentes aliquæ nec carnem nec cor. Sed præſtat lectio Vulgati, viſitabo ſoper omnem, qui circunciſum habet præputium, quæ eſt Lxx. dicentium, viſitabo ſuper omnes circunciſos præputio, & eam plane tradunt Hebræa, viſitabo ſuper omnem circunciſom in præpotio, id eſt, qui in ſolo præputio circunciſus eſt, & non in corde; quales ſunt omnes gentes à propheta connomeratæ, vt aiunt Hieronymus, ac Theodoretus. Ratio autem propter quam mentionem facit harum gentium circunciſarum ea eſt ſecundum Hieron. & Theodoretum, vt auferat Iudæis fiduciam, & gloriationem, qood filij eſſent Abrahæ eius circunciſionis ſigno notati, iuxta illod Ioan. 8. 39. Pater noſter Abraham eſt, & tamen opera Abrahæ noo faciebant. Ait ergo non eſſe opus de ſua circunciſione gloriari, & exiſtimare quod non eſſent capiendi, ea propterà Babylonis quia eo modo externæ circunciſionis carnis, non cordis, multæ aliæ gentes circunciſæ erant, & tamen ſimul cum Iudæis puniendæ, ſicut ergo internus cultus externo ſpreto non placet Deo, ita externus abſque interno inutilis habendus eſt.

Ioan. 8. 39.

16 *Attonſi.*] Hebræa habent, & ſuper omoes extremificatos, vel præciſos angulo, habitantes in deſerto, & participium quidē illud קְצוּצֵי Ketſutſim Hebræi Dauid Kimhi, R. Salomon, Lyra, Tigurina, Pagninus & Vatab. deducunt à קֵץ Keth finis, ſeu extremum temporis, aut loci, & ita vertunt, ſuper omnes extremificatos anguli, ſiue angulatos angulo, quod eſt dicere, ſuper omnes habitantes in extremo anguli, plagæ, aut regionis mondi, nempe in deſerto, in quo qui habitabant videbantur Iudæis in extremis mundi finibus habitare. Vnde R. Salomon explicat de populo habitante in deſerto iuxta angulum Iudææ, nam ſeipſum explicat propheta, cum addit, habitantes in deſerto. Sed Lxx. Chaldæus, & Vulgatus deduxere participium illud à קָצַץ Katſats quod eſt præcidere, aut extremitus, vt ſic dicam reſecare. Atque ita Lxx. vertunt, ſuper omnem attonſum circa faciem ſuam, & Chaldæus, ſuper omnes attonſos in comam; & Vulgatus, ſuper omnes, qui attonſi ſunt in comam, quomodo etiam vertunt infra, c. 25. 23. & c. 49. 32. & eſt ſenſus ſecundum Hieron. puniturum Deum has gentes, & Iſmaëlitas, poſt Saracenos dictos, qui conſuetudinem habent præcidendi angulos crinium circum caput ad aures. Theodoretus eoſdem intelligit ab Iſmaële, & ceſura deſcendentes circuntonſos facie, quia pilos genarum auellere conſueuerunt. Non ergo eximet ab extremo ſupplicio neque coma caput circūiens, neque reſecata in modū coronæ cæſaries.

Ierem. 25. 23. & 49. 32.

17 *Omnes.*] Quia omnes gentes præputiatæ ſunt, & omnis domus Iſraël præputiati corde, de aliis gentibus loquitur à prædictis, nempe de incircunciſis, cum iam dictæ circunciderētur. Sic Lxx. quia omnes gentes carne ſunt incircunciſe, omnis autē Iſrael incircuncisi ſunt in corde ſuo, & Chaldæus, Hieronym. Theodoretus, Rabanus & Hugo, & eſt ſenſus: Enumeraui gentes, quæ circōcidi ſolent

quis omnes aliæ gentes non circuncidontor carne, quibus nihil habent melius Iudæi carne circuncisi, cum vt illę genres, corde ſint incircuncisi. Confert ergo Iudæos, quod attinet ad circuncisionem, in qua confidebant, cum aliis gentibus tam circuncisis, quam incircuncisis, & ait, non oportere confidere in circuncisione, quia ſi de circuncisione carnis ſit ſermo, multæ aliæ genres hîc enumeratæ circunciſæ ſunt, & nihilominus plectendæ: quod careant circuncisione cordis, & multis ſint ſceleribus inquinatæ. Si vero de circuncisione cordis, ea ipſi carent, in quo ab aliis gentibos incircuncisis non differunt, quæ licet incircunciſæ ſint carne, Iudæi tamen corde ſunt incircuncisi, quare vtrinque comprehenſi, noo poſſunt futuram punitionem effugere. Lyra, & Vatablos videntur explicare de ſopradictis gentibus, quæ omnes incircunciſæ ſuot carne, vel corde, cum Iſraël ſit quoque corde incircunciſus, vt ait Lyra. Vel ſecundum Vat. quia omoes hæ gentes incircunciſæ ſunt, hoc eſt contumaces, rebelles, immorigeræ, nam vna circuncisione contempta totã legem cõtemnunt, & vniuerſam Dei religiooem. At Iudæi licet carne circuncisi, religionis contemptũ eundem cum gentibus præ ſe ferunt, cum corde ſint incircuncisi, rebelles, & cootumaces, ſed prior ſenſus planior, ac verior eſt. Nihil ergo iuuat circunciſum eſſe carne, vel incircunciſum, ſi corde ſis incircũciſus, rebellis diuinæ legi, ac contumax; quia in Christo Ieſu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura, vt quis euadat ſupplicium æteroum. *Ad Gal. 56.*

PARAPHRASIS.

1 *AVdite verbum hoc, quod dominus locutus eſt de vobis, domus Iſrael. Sic dicit dominus: Gentium moribus, quibuſcum verſamini, ne aſſueſcatis, &[2] ſigna cæli, quæ illæ timent ne metuatis, quia re vera[3] leges populorum de ſimulachrorum ſuorum cultu ſtatutæ, vana ſunt. Nã quid aliud ſunt gentium ſimulachra quam lignum è ſaltu præciſum, & opus[4] dolabra manu artificis dolatum, quod auro, & argento decorauit, clauis & malleis compegit ne diſſolutum loco ſuo[5] moueatur, & decidat?[6] Erecta, palmæ inſtar, & neſcia flecti fabricata ſunt, & non loquentur, & ſi aliò moueri contingat, portentur neceſſe eſt, quia incedere non poſſunt. Ne igitur metuatis ea, quia nec poſſunt benefacere, nec male. Non ſic Deus noſter, qui ex eo quod nullus ei ſimilis inuenitur, magnus eſſe dignoſcitur, & ob ſummam eius potentiam & fortitudinem, magnũ eſt illi nomen. Quis ergo te nõ metuat, ô rex gentium?[7] tibi enim conuenit quicquid decoris, ac regiæ maieſtatis poteſt inueniri, ſiquidem inter cunctos ſapientes gentium, & in vniuerſis eorum regnis nemo eſt qui tecum poſſit comparari.[8] Qui hoc plane deſipiunt, & fatui ſunt quod omnem ſuam eruditionem, & vanam ſapientiam in eo ſitam putant, vt lignum doceant adorandum, & argentum[9] ductile de[10] Tharſis allatum, & aurum ſelectiſsimum de[11] Ophaz opere artificij, & ærarij manu fabrefactum,[12] hyacintho, & purpura indutum. Talium ſcilicet ſapientum vniuerſa hæc opera ſunt. At dominus Deus noſter, Deus verus eſt, Deus viuus, & rex ſempiternus, quo irato contremiſcit terra, & gentes ferre non valent comminationem eius. Quam ob rem ſi quiſpiam Chaldæorum vobis perſuadere voluerit idolorum eiuſmodi cultum,[13] ſic dicetis ei: Dij qui cælos non fecerunt, & terram, pereant de terra, & de ſub cœlis iſtis.[14] Noſter vero Deus in æternum viuit, qui potentia ſua terram fecit, & ſapientia ſua orbem diſpoſuit, & cœlos prudentia ſua[15] extendit. Ad cuius[16] imperij vocem ingens aquarum copia generatur in aëre, eductis nubibus[17] ab extremis*

CAPVT DECIMVM.

1 AVdite verbum, quod locutus 1
eſt dominus ſuper vos do-
mus Iſrael. | Hæc dicit domi- 2
nus: iuxta vias gentium noli-
te diſcere[2] & à ſignis cœli no-
lite metuere, quæ timent gentes: | quia[3] le- 3
ges populorum vanæ ſunt: quia lignum de
ſaltu præcidit opus manus artificis[4] in aſcia.
| Argento & auro decorauit illud: clauis & 4
malleis compegit, vt non[5] diſſoluatur. | In 5
ſimilitudinem palmæ fabricata ſunt, & non
loquentur: portata tollentur, quia incedere
non valent, nolite ergo timere ea, quia nec
male poſſunt facere, nec bene. | Non eſt ſi- 6
milis tui domine: magnus es tu, & magnum
nomen tuum in fortitudine. | Quis non ti- 7
mebit te, ô rex gentium?[7] tuum eſt enim de-
cus: inter cunctos ſapientes gentium, & in
vniuerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui.
| [8] Pariter inſipientes & fatui probabun- 8
tur, doctrina vanitatis eorum lignum eſt.
| Argentum[9] inuolutum de[10] Tharſis af- 9
fertur, & aurum de[11] Ophaz: opus arti-
ficis, & manus ærarij:[12] hyacinthus & pur-
pura indumentum eorum, opus artificum
vniuerſa hæc. | Dominus autem Deus verus 10
eſt: ipſe Deus viuens, & rex ſempiternus, ab
indignatione eius commouebitur terra: &
non ſuſtinebunt gentes comminationem
eius.[13] | Sic ergo dicetis eis: Dij qui cœlos 11
& terram non fecerunt, pereant de terra,
& de his, quæ ſub cœlo ſunt.[14] | Qui fa- 12
cit terram in fortitudine ſua, præparat
orbem in ſapientia ſua, & prudentia ſua
[15] extendit cœlos. | [16] Ad vocem ſuam, 13
dat multitudinem aquarum in cœlo, &
eleuat nebulas[17] ab extremitatibus terræ,
[18] fulgura in pluuiam facit, & educit ven-
tum[19] de theſauris ſuis. | Stultus factus 14
eſt omnis homo[20] à ſcientia, confuſus
eſt,

eſt artifex omnis in ſculptili: quoniam fal-
ſum eſt quod conflauit, & non eſt ſpiritus
15 in eis. | Vana ſunt, & opus riſu dignum: in
16 tempore viſitationis ſuæ peribunt | [22] Nō
eſt his ſimilis pars Iacob: qui enim formauit
omnia, ipſe eſt: & Iſrael virga [23] hæreditatis
eius: Dominus exercituum nomen illi.
17 | Congrega de terra [24] confuſionem tuam,
18 quæ habitas in obſidione: | quia hæc dicit
dominus: Ecce ego longè proiiciam habi-
tatores terræ in hac vice: & tribulabo eos,
19 ita vt [25] inueniantur. | Væ mihi ſuper con-
tritione mea, peſſima plaga mea. Ego au-
tem dixi: Planè hæc [26] infirmitas mea eſt, &
20 portabo illam. | Tabernaculum meū [27] va-
ſtatū eſt, omnes funiculi mei dirupti ſunt:
filij mei exierunt à me, & non ſubſiſtunt: nō
eſt qui extendat vltra tentorium meum, &
21 erigat pelles meas | Quia ſtultè egerunt pa-
ſtores, & dominum non quæſierunt: pro-
pterea non [28] intellexerunt, & omnis grex
22 eorum diſperſus eſt. | Vox auditionis ecce
venit, & commotio magna de terra Aqui-
lonis: vt ponat ciuitates Iuda ſolitudinem,
23 & habitaculum draconum. | Scio domine
quia non eſt hominis via eius. nec viri eſt vt
24 ambulet, dirigat greſſus ſuos. | Corripe me
domine, veruntamen [30] in iudicio: & non in
furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me.
25 | Effunde indignationem tuam ſuper gen-
tes, quæ non cognouerunt te, & ſuper pro-
uincias, quæ nomen tuum non inuocaue-
runt: quia comederunt Iacob, & deuoraue-
runt eum, & conſumpſerunt illum, [31] &
decus eius diſſipauerunt.

terræ, illiſque [19] fulgurantibus in pluuiam conuerſis, qui educit ventos de [x] receptaculis ſuis. [20] Scientia ſua ſtultus factus eſt omnis homo, pudore affectus eſt omnis artifex propter ſculptile, cum inueniet falſum eſſe quod conflauit, & nullum ei ineſſe ſpiritum. Nā vana terræ ſculptilia ſunt, & opus riſu dignum cum [z] vltionem ſumam de cultoribus eorum, & ipſa diſperibunt. [22] Non his ſimilis eſt Deus, qui eſt portio [23] hæreditatis Iacob, qui plaſmator omnium ipſe eſt, & Iſrael ſceptrum eſt hæreditatis eius, dominus exercituum nomen eſt illi.

Tu vero plebs Ieroſolymitana, quæ reliqua es, [24] collige opes tuas ex agris, quæ in extrema obſidione ſunt tibi confuſioni futuræ. Ecce enim, ait dominus, hac demum vice proiiciam in Chaldæam, veluti funda, reliquos ciues tuos, vbi eos ſic affligam, vt ſeſe in tribulatione implicatos [25] deprehendant, quam præcauere noluerunt. Quid tunc vero facies tu, ô Ieruſalem? Væ mihi, inquies, propter tantam hanc meam contritionem, plaga mea doloris plena eſt. Sane eiuſmodi [26] ægritudo mihi debetur, feram ergo illam. [z] Vaſtata ſemel ſum, inſtar tabernaculi, & oppida ditionis meæ diruta, filij mei abducti ſunt cum Iechonia in captiuitatē, quos amplius videre non datur, nemo reſtat, qui ſit inſtauraturus me, & domos meas erecturus. Paſtores populi ſtulti facti huius tantæ ruinæ cauſa fuere, qui quærere dominum renuerunt, & idcirco non [28] intellexerunt, quæ ipſis mala imminerent, & vniuerſus eorum populus diſpergetur. En iam rumoris vox venit, & ingens Chaldæorum fremitus de terra Aquilonis aduentantium exauditur, vt vrbes Iuda redigant in ſolitudinem, & in draconum luſtra conuertant. Compertum mihi eſt, ô domine, quod non ſit [29] hominis dirigere quo velit viam ſuam, nec eſt in cuiuſque poteſtate vt proſperè ei ſuccedat quod aggreditur, atque adeo nec Nabuchodonoſoris, ſed tu es, qui eum adigis ad puniendum nos, & quidem quidquid intuleris mali, meremur profecto. Veruntamen pro tua miſeratione corripies nos, non in furore, ſed [30] moderatè, vt quaſi filios emendes, non quaſi inimicos, vt nos omnino deleas. Effunde potius indignationem tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in prouincias, quæ nomen tuum non inuocant. Hos certe puni abſque miſericordia, qui abſque miſericordia comedere nituntur tuum Iacob, deuorare, & conſumere, & omnem eius [31] pulchritudinem diſſipare.

ARGVMENTVM.

ADmonet Iudæos cum Chaldæis conuerſantes, ne falſorum Deorum cultum ſequantur, Deo vero ſpreto, qui ob culpam præcipuè paſtorū, magnam eorum partem in Chaldæam permiſerat abduci, reliquam propediem obducturus.

COMMENTARIVS.

1 AVOTTE.] Sermonem facit ad Iſraëlitas idololatriæ deditiſſimus. Nam præpoſitio עַל, Al, quæ communiter vertitur, ſuper, hoc loco pro, ad, accipitur, vt tranſtulit Tigurina, vel pro, de vobis, vt Vatablus, iuxta ſermonis indigētiam.

Quo tēpore, & ad quos fuerit edita hæc prophetia. Dubium tamen eſt vtrum ſermo hic fiat ad Iudęos Ieroſolymis commorantes, an ad eos qui Babylonem tranſmigrauerant cum Ioachin, ita vt per modum epiſtolæ admonitionem hanc ad eos mittat, vt caueant idololatriam? Communis interpretum opinio inſinuat hunc ſermonem ad Ieroſolymitas factum, antequam ducerentur in Chaldæam, vt tunc præſertim cum abducti fuiſſent, à vero Dei cultu non recederent: & probatur, quia illis Ieremias loquitur in poſteriori capitis parte, ad quos ſermonem fecerat in priori. Sed in poſte- B riori parte comminatur captiuitatem, & demolitionem vrbis, & aduentum Nabuchodonoſoris ad id opere exequendum, non aliis quam ciuibus Ieruſalem: ergo eoſdem ipſos in priori parte inſtruxerat, vt cauerent ſimulachrorum cultum, & veram Dei religionem proſequerentur. Deinde quia cum Ieremias epiſtolam miſerit longam, hoc vnum argumentum tractantem ad abductos captiuos Babylonem, quæ continetur in cap. 6. Baruch, ſuperfluum fuiſſet eodem fere tempore hāc eiuſdem argumenti miſiſſe. *Vera reſpōſio.* Verum ex Chaldæo paraphraſte, R. Salomone, Lyra, & Iſidoro, & aliis colligitur ſermonem hoc capite contentum, fa- C ctum ad Iudæos, qui Babylonē cum Iechonia tranſmigrauerant, ante Sedeciæ captiuitatem, & vrbis, templique deuaſtationem. Nam quod ante exitiū extremum hæc de idololatria vitanda fuerit data admonitio, ſatis conſtat ex illis verbis, Ecce ego longè proiiciam habitatores terræ in hac vice. Sed ex iis maximè, quibus deſcribit aduentum Nabuchodonoſoris, vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda ſolitudinem, & habitaculum draconum, &c. Quod autem poſt tranſmigrationem Iechoniæ oſtendunt prædicti auctores: tum quod verſiculus ille vndecimus, Sic dicetis ei &c. ſolus Chaldaico ſermone cōſcriptus eſt, vt mox notabimus; vt haberent Iudæi quid reſponderent Chaldæis D patrio eorum ſermone, vt intelligerentur. Tum quod Chaldæus hunc ipſum verſum ita tranſtulit: Hoc eſt exemplar epiſtolæ, quam miſit Ieremias propheta ad reliquos ſeniores tranſmigrationis, qui erant Babylone: Si dixerint vobis populi, inter quos habitatis &c. Atque his verbis eiuſmodi epiſtolam contineri affirmant R. Salomon, Lyra, & Iſidorus. Tum tertiò, quod de ciuibus ductis cum Iechonia Babylonem quæritur Ieruſalem verſu. 20. Filij mei exierunt à me, & non ſubſiſtunt. Et demū quia ipſum genus admonitionis oſtendit voluiſſe prophetam ſuos præmunire iam propediem cum Chaldæis victuros. Quæ omnia licet non ita euincant, vt alium ſenſum pati non poſſint, de quo ſuo loco videbimus, at probabilem reddunt hanc ſententiam: vt tunc admonuerit Ieremias Iudęos idola deſpicere, cum in Chaldæam vel eſſent abducti, vel celeriter abducendi, quemadmodū diuerſam ab hac miſit epiſtolam ad eos, qui iam abduceban- A tur, Baruch. 6. Eſt ergo habitus hic ſermo ſub Sedecia paulo poſt tranſlatum Babylonem Iechoniam. *Baruc. 6*

a *Signis.*] De ſignis loquitur, Sole, & Luna, & vniuerſa cœli militia. *Signa cœleſtia metui poſſunt dupliciter.* Quæ cum duplici ratione metui poſſint, aut propter naturalem ſuam vim, quatenus ſigna ſunt mutationum temporum, & tempeſtatum, & ſimilium, quæ ſunt hominibus incommoda, & hac ratione nihil prohibet ea metui: ſiquidem Lucæ 21. 11. Chriſtus prænunciauit futuros terrores de cœlo, & ſigna magna, & ver. 25. Signa in Sole, & Luna, & ſtellis, areſcentibus hominibus præ timore eorum, aut potius Dei, qui per naturalia nos punire, & terrere conſueuit. *Lucæ 21. 11. 25.* Aut quatenus exiſtimantur aliquam ſupra homi- B nes excellentiam habere animæ intelligentia, & libertate præditæ, qua valeant pro ſuo arbitratu bene, aut male facere hominibus, quaſi Dij quidam illis ſuperiores: & hoc modo conſiderata metui prohibentur, metu ſcilicet religioſo, quo gentes ea metuunt, reuerentur, ac colunt; vt rectè notant Hugo, Lyra, & Dionyſius. Sic enim metui prohibita erant in 4. cap. Deuteronom. ver. 19. cum dicitur: Cuſtodite ſolicitè animas veſtras ne fortè eleuatis oculis ad cœlum videas Solem, & Lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub cœlo ſunt. *Deuter. 4 19.* Enimvero quamuis cœleſtia corpo- C ra animata exiſtimaremus cum Philoſophis pene omnibus, viuentia, & intelligentia cum Philone in libris de opificio mundi, de ſomniis, & de gigantibus: & præterea virtutis, vitiique capacia, & pro quibus Chriſtus etiam mortuus fuerit, vt putauit Origenes tomo. 1. in Ioannem, & libr. 1. Periarchon cap. 7. & Homilia vltima in Numeros: quem errorem eius eſſe agnoſcit Hieronymus in epiſtola 54. ad Auitum, & in verba cap. 45. Iſaiæ, Manus meæ tetenderunt cœlos. *Philo. Orig. Hieron.* Nihilominus non eis tanquam Diis diuinum honorem exhibere deberemus, ſed tanquam vel hominibus, aut angelis, qui à Deo ſortiti eſſent excellentiorem naturæ conditionem, aut dignitatem, qua nobis eſſent ſuperiores. Iam cum & hoc lo- D co Ieremias, & Deuteronom. 4. Moſes, & ſæpe alias ſcriptura omnino prohibeat cultum, & honorem cœlis, aſtriſque præſtare, quod & conditione naturæ, & dignitate inferiora nobis ſint, quippe quæ propter ſeruitium, & vſum hominis, ſicut res ceteræ, à Deo ſint condita: profectò colligitur nulla poſſe ratione affirmari cœlos eſſe animatos, multo minus rationis capaces, in qua ſententia ſunt omnes ferè Eccleſiaſtici patres, Lactātius lib. 2. diuinarum inſtitut. cap. 5. Baſilius Homil. 3. in Geneſim, & in Pſal. 48. Ambroſius lib. 2. Exameron. cap. 4. Cyrillus lib. 3. cōtra Iulianum, & Damaſcenus lib. 2. de fide cap. 6. nam Auguſtinus dubius manſit. *Cœli animati non sūt. Lactan. Baſil. Ambr. Cyrill. Damaſ. Auguſt.* Falſo ergo Plato in Epinomide præcepit aſtra vt Deos quoſdam cœleſtes ab hominibus honorari, & coli, exiſtimans ratione eſſe prædita, & nobis ſuperiora, quam opinionem ex gentibus ebibere Iudæi, contra quos hîc loquitur Ieremias. *Plato.*

3 Leges.

3 *Leges.*] De legibos tantum loqoitur cultum idolorum, ritus, & cæremonias ſtatuentibus, vt rectè exponunt Hugo, Lyra, & Dionyſius, de legibus enim intelligit ad præſentem materiam ſpectantibus, nō de alijs, quarum multę vtilex fuere apud gentes. Nam lex eiuſmodi vocabatur, vt conſtat
Sap. 14. 15.
Sap. 14. vbi dicitur: Acerbo ęnim luctu dolens pater, cito ſibi rapti filij fecit imaginem, & illum, qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit. Deinde interueniente tempore, conualeſcente iniqua conſuetudine hic error tanquam lex cuſtoditus eſt. Probat autem leges has de cultu Deorum cœleſtium vanas eſſe, quod Dij eiuſmodi nollius eſſent virtutis: nullius autem fore virtutis oſtendit ex eorum ſimulachris, quæ cum ſint opera hominis nihil vitturis habent, qualia ſunt Solis, ſeu Phœbi ſimulachra, Lunæ, ſeu Dianæ, Mercurij, Martis, Veneris, Satorni, cæterorumque planetarum, & aſtrorum, quæ gentes deluſæ putabant Deos. Nam de eiuſmodi idolis, ſeu ſimulacbris loqui Ieremiam aſſerit Iſidorus, & ipſe contextus manifeſtat. Quorſum enim meminiſſet modi illa conficiendi poſt ſermonem de aſtris non timendis, & de gentium legibus pro illorum cultu latis, niſi docere vellet, cultum illum gentium ne imitarentur; timent enim ſigna cœleſtia, coluntque pro Diis, fabricantes in eorum honorem imagines ligneas auro, argentoque obductas. Quod ſi obucias. Simulachra
Obiectio. Simulachra duo licet Idolola tria varietas.
hæc, in quæ inuehitur propheta, poſſe duplici ratione conſiderari, vel quatenus nihil verum exprimunt, ſed falſum, & efictum, vt Centauros, aut homines canino vultu, & hæc propriè dicuntur idola: vel quateous exprimunt aliquid ſubſiſtens in rerum natura, vt quoduis animal, hominem, auem: & ſic ſimilitudines sũt, aut imagines. Sic diſtingunt Origenes Homil. 8. in Exod. Theodoretus quæſt. 38. in Exodum, & Æcumen. 1. ad Corint. 8. Eſt autem ſimulachrum idem cum idolo à ſimulando, dictum quod ſit falſa, fictaque imago, vt aſſerit Auguſtinus io verſum Pſal. 113. Confiremini domino dominorum, & interpres vetus, Græcum εἴδωλον, Pſal. 113. Actuum 15. 1. Ioan. vlt. & aliàs ſæpe, vertit ſimulachrũ. Vel ergo propheta loquitur de imagine aliqua cœli aſtra referente, quæ gentes putabant animata: aut iosignes aliquos homines in aſtra relatos, vt Apollinem, Mercurium, Iouem, Saturnum: & hoc modo, non vera nititur ratione, ea repræhendens quod ſint opera manuom hominum: alioqui reprehendendi eſſent omnes, qui imagines, aut ſtatuas ſuorum maiorum ex obſeruantia colunt, & qui imagines Diuorum venerantur. Aut loquitur de idolis, aut ſimulachrix nihil vltra ipſas imagines ſignificantibus, vt videtur locutus Dauid cum Pſal. 113. dixit: Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Quo ſignificat, geotium idola, in quibus confidunt, nullum aliud eſſe habere, quam argenti, aut auri, manu hominis fabrefactum. & Sapiens Sap. 15. 13. & ſæpe aliàs ſcriptura. Cum ergo hîc Ieremias ſimiliter loquator, planè loquitur de idolis, aut ſimulachris, quæ nihil repræſentant, neque aliud eſſe habeur, quam ligni, argenti, aut auri ſabrefacti: vnde merito inferiora dicuntur iis, qui fecerunt ea. Reſpondetur verè loqui prophetam contra idololatriam, ſiue qua gentes falſa adorabant ſimulachra, in quibus aliqoid ineſſe numinis arbitrabantur: ſiue qua adorabant ſimulachra Iouem referentia, Mercurium, Solem, & eiuſmodi aſtra, falſa ratione ductæ, & minimè exiſtenti: qua putabant mentem illis ineſſe, ſanctitatem aliquam, aut diuinitatem. Nam ad hæc etiam ſignificanda extendunt nomen idoli Auguſtinus libr. 6. quæſtionum veteris teſtamenti quæſt. 41. & Euthymius in Panoplia. H. 23. itaque cum ſimulachrum Iouis nihil repræſentet excellentius homine, quia planeta ſine mente eſt, ac propterea ſine diuinitate, ac ſanctitate, fit, vt qui adorat ſimulachrum Iouis, nihil præter ipſum ſimulachrum adoret, quod inanime ſimiliter eſt. Verius ergo eſt loqui prophetam de ipſis ſimulachris nihil vltra exprimentibus, aut ſignificantibus.

Pſal 113 4. Actuum 15. 20. 1. Ioan. 5. 20.
Origen. Theod. Æcumenius. Auguſt.
Pſ. 113. 4
Sap. 15. 13.
Reſpōſio
Auguſt. Euthy.

4 *In aſcia.*] Cum dicitor: Qoia lignom de ſaltu præcidit, opus manus artificis in aſcia; ablatiuum in, pro cum aſcia, ſeu dolabra, Hugo, S. Thomas, & Dionyſius, coniungunt cum verho, præcidit, nempe cum aſcia lignum è ſaltu ſtatuarius, vel quiſpiam alius. At Hugo ipſe, & Vatablus ex Hebraica diſtinctione verius colligunt, coniũgi cum poſteriori clauſula: opos manus artificis cum aſcia, vel dolabra dolatum. Deſcribit enim modum idolum conficiendi, nam primum è ſylua lignum præciditur, deinde aſcia, ſeu dolabra, dolatur, poſtea auro, vel argento obducitur, gemmiſque decoratur, tandem clauis malleiſque compingitur, ne tota diuinitas ſimul ruat. Nam ſanctitas, aut diuinitas, quæ ex intimo corde non naſcitur, ſed externis eget fulcimentis, diu non perſtabit, ſed cadet cum dedecore.
Sanctitas ſimulata facile ruit.

5 *Diſſoluatur.*] Hebraicè, & non פיק Iapik cadet, corruet, aut mouebitur. Septuaginta, Chaldæus, Hierooymus, & Tigurina, vt non moueatur, vel vacillet. alij, & non egredietur, ſcilicet, è loco ſuo. Solus Vulgatus effectum caſus, vel ruinæ ſignificauit, vertens: vt oon diſſoluatur: niſi enim firmom redderetur clauis, è loco ſuo caderet, ac diſſolueretur: eodem modo locutus eſt Iſaias cap. 40. 20. Artiſex ſapiens quætit quomodo ſtatuat ſimulachrum, quod nō moueatur. & c. 41. 7. Cōfortauit cum clauis vt non moueretur. Idolorum imbecillitatem irridet, vſus ſarcaſmo: qua ratione verius eſſent hypocritæ irridendi.
Iſ. 40. 20
Iſ. 41. 7.

6 *Palma.*] Hebraicè legimus, ſicut palma מקשה Mikſah, quod nomen Vulgatus ſoler vertere ductile, ſeu productile, Exod. 15. 18. duos quoq; Cherubim aureos, & productiles facies. & v. 31. facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo, & aliàs ſæpe. At Iſa. 3. 24. pro criſpitudine ſumpſit, cum vertit, & pro criſpanti crine caluitiom: dicitur aotem aorum ductile, qood facilè ducitur, malleiſque attenuatur in laminas: & licet multi nomen hoc vt adiectiuum conuertant æquale, aut planum, vel certè rectum, erectum, rigidum, vel totum ex vno ſtipite aſſorgens, *de vna pieza.* & ita Chaldæus, Tigurina, & Iſidorus acceperunt, & hoc modo capillus criſpus dicitur, hoc eſt, ſurſum aſſurgens, & erectus. Alijs vt Vatablo videtur eſſe nomen ſubſtantiuum, idem quod complanatio, aut æqualitas, & ſic vertunt, ſicut palma complanatio, ſeu æqualitas ſunt. Hoc eſt, iuxta Lyram, Vatab. & Iſidorum, quemadmodum
Exod. 25. 18.
Iſ. 3 24.

palma vno ex ſtipite, omni ex parte æqualis, tereſque aſſurgit, ita ſimulacrum illud arte opificis erectum, tereſque conſtruitur. Hieronymus tamen, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius à pulchritudine palmę ducunt ſimilitudinem, quod ſicut palma affabrè, pulchreque conſtructa, nihil affert fructus, nihil emolumenti, ita ſimulacrum illud è ligno fabrefactum nullum alium fructum habet, quam decorem, & pulcritudinem adiectam, cum neque ſentiat, neque loquatur. Hãc idolorum conficiendorum rationem latè ſimul ac pulchrè depingit Sapiens capite 13. Sapientiæ, verſu. 11. & c. 15. 14. & Iſaias cap. 40. 18. & 44. 12. & Baruch. cap. 6.

Sap. 13. 11. & 15. 14 Iſa. 40. 18. & 44. 12. Baruch. 6.

7 *Tuum.*] In Hebræo tantum dicitur, quia tibi veniet, & accipitur futurum pro præſenti, vt omnes vertunt, vt Laa. te enim decet. Reddit autem rationem eius, quod dixerat: Quis non timebit te, ô Rea gentium, tibi enim venit, hoc eſt, tibi gentium regi præſtantiſſimo conuenit hic regius metus, aut quod ſis rea gentium: quod Vulgatus ſignificauit, cum diait, tuum enim eſt decus, regium videlicet. Aut tibi conuenit tegnum, & monarchia, vt Chaldæus, Pagninus, & Vatablus ſupplẽt, & conſtat ex ſequentibus hic ſenſus: inter cunctos ſapientes gentium, & in vniuerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui. Alludit autem ad gentium cnnſuetudinem ex Magis, aut Sapientibus reges eligentium. Nam Ægyptij ex Philoſophis ſacerdores, & ea ſacerdotibus probatiſſimum creabant regem, vt ait Plato lib. de Regno poſt mediũ. Vnde Triſmegiſtus ter maximus dictus eſt, quod eſſet philoſophus, ſacerdos, & rea maximus: Et apud Perſas nemo rea creabatur niſi Magorum imbutus diſciplinis, auctore Cicer. libr. 1. de Diuin. & lib. 5. de Finibus. eſt ergo ſenſus: Te eſſe regem gẽtium tibi venit, *viene te nacido*, tibi ſoli debetur, & nulli alij. Nam ſi oculos coniiciamus ad ornamẽta, quibus ornatum eſſe illum opportet, qui ſuffragiis omnium creaodus eſt rex, nemo te plura, qui habes natura omnia, nemo digniora meretur ſuffragia inter omnes ſapientes gentium. Nam ſi ſapientia quæritur, illi quidem ſunt inſipientes, tu natura ſapientiſſimus: ſi potentia, tu feciſti cœlum, & terram &c. Merito igitur cunctis es ſapientibus præferendus, cunctis quoque regibus præponendus: vnde tibi gentium tegnum tribuendum eſt. Quod ſi per futurum legamus, vt habetur in Hebræo, tibi enim veniet, Lyra quaſi prophetiam eaplicat. Ad te veniet quicumque ſapiens vt te colat. aut certè Ieremias ſpiritu proſpiciens regnum Chriſti ex gentibus futurũ, vt notat Theodoretus, mira enthuſiaſmo eacitus: Quis, ait, non timebit te, ô rea gentium? quia tibi veniet, hoc eſt, quia tempus erit quando hunc regium timorem tibi regi ſuo dilectiſſimo, gentes præſtabunt, quibus dominari nulli potius quam tibi conuenit, & tibi ſubiici nihil honorificentius.

Conſuetudo gentium reges eligẽdi. Plato. Cicero. Regnũ Chriſti.

8 *Pariter.*] Sic vt habet Paraphraſis, hæc verba præcedentibus connectuntur, vt connectunt Chaldæus, Tigurina, & Vatablus, & hoc vno bruteſcunt, ac deſipiunt planè, quod diſciplina vanitatum lignum eſt, iuxta quem ſenſum Vulgatus ſic eſt ordinandus. Pariter inſipientes, & fatui probabuntur ex vno hoc, quod doctrina vanitatis eorum lignum eſt, nam in eo verſatur vniuerſa eorum ſcientia, & eruditio, vt doceant lignum adorandum, quod eſt vaniſſimum. Sunt qui illud in vnum explicent, vt vno verbo dicam, aut vt ſemel dicam, deſipiunt, & ſtultè agunt. Hieronymus legit, Pariter fatui, & ſapientes probabuntur, & iuata hanc lectionem commentatur: cum neque apud Hebræos, neque apud Septuaginta, neque apud alium quemuis interpretum eiuſmodi lectio reperiatur. Quod autem ſubijcitur, argentum &c. putat S. Thomas, explicare rurſus materiam, ea qua conficiebatur idolum, circa quod verſabatur illorum ſapientum doctrina, nempe lignum, argentum, & aurum, vt ſenſus Vulgati ſit: Materia vanæ illorum doctrinæ lignum eſt, ex quo conficitur idolum, argentum quoque inuolutum, quod de Tharſis affertur, & aurum allatum de Ophaa. Hieronymus tamen, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus de argento, & auro exponunt, non ex quo idolum conficeretur, ſed quo ligneum idolum exornaretur, ac decoraretur: dictum enim fuit ſupra, argento, & auro decorauit illud. Sed fortaſſe verum habet prior expoſitio, quia cum dicitur, hyacinthus, & purpura indumentum eorum, relatiuum, eorum, tria illa refert idola, lignum, argentum, & aurum per metonimiam, ea ligno, argento, auroque confecta.

Sapiẽtia gentiũ qua.

9 *Inuolutum.*] Participium מרקע Metuka, extenſum in laminas, eapanſum, diductum, aut productum ſignificat, vt Septuaginta Hieronym. Dauid Kimhi, R. Salomon, Tigur. Pagnin. & Varab. adnotarunt: iuata quam ſignificationem Nume. 16. 39. dicitur: Tulit ergo Eleaaar ſacerdos thuribula ænea, & produait ea in laminas, affigens altari. Vulgatus, & Chaldæus vertunt inuolutum, quod videlicet inuoluatur, vel voluatur in laminas. Quibus indicatur argentum illud, allatum fuiſſe in laminis, extenſum iam, & accommodatum ad inuoluendum, & cooperiendum ligneum idolum, vel certè capitur participium pro verbali in bile, vt volunt Lyra, Tigurina, & Vatablus, argentum ductum pro ductile, expanſum pro expanſile, inuolutum pro inuolubile, vt illius argenti condirio, eius nobilitatem præferens, eaplicetur, quod facile eapandi ſoleat, attenuari, & in laminas diduci, quo vel idolum conficeretur, vel certè inuolueretur, non quod extenuatum, & in laminas diductum afferretur. Semper enim illa conditio: metallorum præſtantiſſima eſt, ſi facile ab opifice ad quoduis opus moueantur. Vt illa illuſtriſſimum cor, & generoſum habere hominem oſtendit, ſi facile mobile ſit ab ſpiritu ſancto, & ad illi in quoduis opus obediendum ſeſe ſubiiciat. Vt Paulus nos docuit, cum dixit: Domine quid me vis facere?

Ductile quid. Num. 16. 39. Cor facile mobile. Act. 9. 6

10 *Tharſis.*] Quoniam nomen Tharſis homonymum eſt, & multa, variaque ſignificat, quæ pro mulris ſcripturæ locis intelligendis, explicari oportet: operæprecium duxi ea omnia in breuem ſummam redigere, vt quis locus ſit Tharſis, vnde hoc argentum afferebatur, intelligamus. Et imprimis nomen eſſe precioſi lapidis non poteſt dubitari, quia Eaod. 28. 20. & 39. 13. ordo quartus gemmarum Rationalis dicitur eſſe, Tharſis, Onychinus, & Beryllus. Sed quod genus lapidis ſit, controuertitur. Vulgatus interpres ſæpe vertit Chryſolytum, ſecutus Lxx. & Aquilam, vt illis in locis, & Eaech. 10. 9. & Dan. 10. quomodo accepit Ioſephus libr. 3. Anti-

Tharſis æquiuocum nomen. Tharſis lapis. Exod. 28. 20. Exod. 39. 13. Ezech. 10. 9. Daniel. 10. 6. Ioſephus.

3. Antiquit. c. 11. & lib. de bello Iudaico cap. 7. & Hieron. in epiſt. 133. ad Marcellam. Septuaginta Ezechie. 10. 9. & 28. 13. vertunt carbunculum. Sunt qui putent ſignificare lapidem cœlureum, quia à colore maris Tharſis vocatur, vulgo dictum Turcicum *Turqueſa*, non abſonante nomine. Vnde & *Ezech. 1. 16.* Vulgatus, Ezechiel. 1. 16. dixit, Et aſpectus rotarum *Cant. 5. 14.* quaſi viſio maris. Vulgatus demùm Cantico. 5. 14. pro hyacintho accepit, cùm vertit: Manus eius tornatiles plenæ hyacinthis, vt etiam Symmachus Exod, 28. & Ezechiel 10. Ieremiam de lapide non loqui, ſed de loco aliquo nemo dubitarit.

Tharſis Cilicia. Ioſeph. Primùm igitur hoc certum eſt Tharſis nomine ſignificari Ciliciam, quod Ioſephus fatetur libro 1. Antiq. cap. 11. Hieronymus illum crebro referens, præſertim quæſt. 61. in Gen. dum explicat illa verba Gen. 10. filij autem Iauan, Eliza, & Tharſis, Cetim, & Dodanim: Chaldæus quoque verſum 19. Pſalm. 72. Reges Tharſis, & Inſulæ, vertit, Reges Tharſenſium, id eſt, Cilicum, & finitimarum nationum. Vatab. etiam v. 8. Pſalm. 47. Idque ſatis *Iudith. 2. 13.* planè cõfirmatur ex Iudith 2. 13. vbi de Holoferne dicitur: Cùm tranſiſſet fines Aſſyriorum venit ad magnos montes Ange. Effregit autem ciuitatem opinatiſſimam Mellothi, prædauitque omnes filios Tharſis, quod explicatur 2. Machab. 4. 30. cũ *2. Mac. 4. 30.* dicitur: Contigit Tharſenſes, & Mellothas ſeditionem mouere, eo quod Antiochi regis concubinæ dono eſſent dati. Feſtinanter igitur rex venit ſedare illos, & ſubiungitur: Sed regreſſum regem de Ciliciæ locis: vbi Ciliciæ loca vocat Tharſenſes, & Mellothas. In hanc prouinciam nauigaſſe Ionã *Ioſeph.* aſſerit Ioſephus libro nono Antiquitat. cap. 11. & certiùs eſt.

Tharſis mare. Hinc deriuatum eſt nomen Tharſis, ad ſignificandum ſecundò mare prætentum Ciliciæ, & Chananeæ, quod geographi Phœnicium vocant, ſeu Syriacum, & ſcriptura mare occidentale. & quia Iſraelitæ nullum aliud mare nouerant præter illud Cilicum, omne mare Mediterraneum, & eius loca maritima Tharſis vocabant, ſicut Pontici populi, quia nullum mare præter ſuum eſſe putabant, maria omnia Pontum appellauerũt. Vt etiam vocabulum Cethim, primùm Cyprum, deinde omnes inſulas, locaque maritima mediterranea ſignificauit. Aut certè quia poſteri Tharſis è Cilicia profecti, totum hoc mare, & loca eius maritima peruagati, habitatoribus compleuerunt. Nam Cilices quondam mari terraque fuiſſe dominatos, tradit *Solinus.* Solinus cap. 41. Cilicia, inquiens, quondam vſque ad Peluſium Ægypti pertinebat Lydüs, Medis, Armeniis, Pampbilia, Cappadocia ſub imperio Cilicum conſtitutis. Inde quoque nomẽ eſt extenſum ad mare Oceanum ſignificandum, quomodo *3. Reg. 10. 22.* explicant aliqui nauigationem in Tharſis claſſis nauium Salomonis, 3. Regum. 10. 22. & 2. Paralip. *2. Para. 9. 21.* 9. 21. & Ioſaphat 2. Paralipom. 21. nauigabant enim in Tharſis, hoc eſt in mare. Oceanum, vel Indi- *2. Para 20. 36.* cum, in qua ſignificatione ſæpe Vulgatus accipit. *Iſ. 23. 6.* Iſaiæ 23. Vlulate naues maris, & verſ. 6. Tranſite *Iſa. 66. 19.* maria, & 10. Tyrus dicitur filia maris. cap. 66. 19. Mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad gẽtes in mare. *Pſ. 47. 8* Pſalm. 47. & ſæpe alias. Sic Chaldæus Ionæ 1. & Hieronymus, vt hîc, & Iſa. 2. vbi nomen Tharſis propriè ait Hebræis mare ſignificare: nam alterum nomen, iam, magis Syriacum eſt, quam Hebræum, & lacus, minoreſque aquarum collectiones ſignificat, non magnas in quibus magnæ nauigãt naues.

A Tertiò, ex eadẽ ratione factum eſt, vt quia Thar- *Tharſis Africa* ſis mare ſignificat Mediterraneum, & loca eius maritima, accipiatur quandoq; pro Africa Sic Chaldæus 3. Regum 10. 22. & hoc loco Ieremiæ: Et quia celeberrima fuit Carthago in locis maritimis, quæ diu mari dominata eſt, & in re nauali floruit, idcirco Tharſis pro Carthagine accipitur à Lxx. Vulgato & Hiero. Ezechiel. 27. 12. cùm dicitur: Car- *Ezec. 27. 12.* thaginenſes negociatorès tui. Et Iſa. 2. 16. Lxx. *Iſ. 2. 16.* Symmachus, Aquila & Theodotio vertunt, Iugete naues Carthaginis. Similiter verterunt Lxx. Iſa. 23 1. & Ezec. 38. 13.

Quartò, hinc etiam non improbabiliter deductus eſt à Foretio Iſa. 23. Tharſis nomine ſignifica- *Tharſis Tarteſſus.* ri quoque Tarteſſum Hiſpaniæ, quod Mediterra- B neo mari circumluatur, & nomine ipſo conſentiat. Nam inde Phœnices magnam auri, argentiq; copiam afferebant, vt ſcribit Strabo lib. 3. Geogra- *Strabo.* phiæ. Tarteſſum enim ex Africa tranſuecti Phœnices habitarunt, Mela auctore lib. 2. de ſitu orbis c. *Mela.* 6. Carteia poſt appellata eſt, & à Græcis Tarteſſos, *Plinius.* vt lib. 3. c. 1. aſſerit Plinius.

Quintò demùm, pro Indiæ regione accipi, affir- *Tharſis India regio.* mat hoc loco Hieronymus ex mente Ioſephi, Daniel. 10. & epiſtola 133. ad Marcellam, ad quam claſſe Salomonis & Ioſaphat, vt cæpimus dicere, ſemel per tres annos petebatur, per mare rubrum, ad cuius oram in Aſiongaber naues parabantur. Vnde patet Chaldæum deceptum, qui 3. Reg. 10. 22. Africam vertit, ad quam potat claſſem illam nauigaſſe: tum etiam Ioſephum lib. 8. Antiq. c. 7. & li. *Ioſephus* 9. c. 1 qui putat hanc claſſem per mare Cilicum, in C Pontum nauigaſſe ad emporia Thraciarum. Verũ quia non filij Iauan, Tharſis, & reliqui, ſed filij Ie- *Gen. 10. 26.* ctan, vt Ophir, & Heuila ſcribuntur Gen. 10. ad loca Indiæ profecti, quidã viri docti nolũt nomen Tharſis regionẽ Indiæ ſignificare; ſed mare Oceanum, Æthyopicum, Indicumve, ratione iam ſupra adducta.

Ex quo autem horum locorum Tharſis nomine ſignificatorum argentum afferretur, cuius facit mentionem Ieremias hoc loco, non idem ſentiũt interpretes. Chaldæus paraphraſtes, Theodoretus, & Varabl. Africam intelligunt, ex qua argentum optimum exportabatur, aut Carthaginem, vt Theodoretus.

Alij Tarteſſum propter argenti copiam, quam *Machab. 1. 8. 9.* Phœnices inde afferebant: nam & Machab. 1. c. 8. 3. mentio fit metallorum argenti, & auri, quæ erant in Hiſpania.

D Hieronymus, Rabanus, Hugo & Dionyſius pro mari accipiunt: cum certè modus loquendi ſcripturæ locum certum deſignet, vbi erueretur.

Probabile eſt poſſe accipi pro Africa, quia Ezec. c. 27. 12. iuxta Vulgatum, ſignificat abundaſſe ar- *Ezech. 27. 12.* gento, quod Tyrũ afferebatur, cùm dicit, Carthaginenſes negociatores tui, à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, ſtanno, plumboq; repleuerunt nundinas tuas. Vel potius pro Cilicia; nam Cilices erant celebres negociatores, vt ex Solino cap. 40. & 41. colligitur. Aut demùm, quia precioſitatem argenti ex viæ longitudine videtur velle ſignificare, ex Indiæ regione allatum dicit argentum, vnde claſſis Salomonis afferebat ſemel per tres annos aurum & argentum, & dentes elephantorum, & ſimias, & pauos, quam quidam putant eſſe auream Cherſoneſum, nunc dictam Malacã; aut inſulam Taprobanam propè illam, quæ

modo dicitur Samotra, aut Zamatra, rerum om- A
nium feraces: quarum in lib.Reg.fit mentio.
11 *Ophaz.*] Hebraicè legimus אופז Vphaz hoc tan-
Dan. 10. 5. tum loco, & Dan. 10.5. vbi dicitur, Renes eius ac-
cincti auro אופז obriso, vt eo loco vertit Vulgatus,
& hîc Hieronymus, & epiſt.133.ad Marcellã, & 140.
ad Principiam, exiſtimat eſſe vnum è ſeptem auri
generibus, quæ diſtinctis vocabulis ab Hebræis
nominantur. & ita Rabanus, Hugo, & Tigurina
putant nomen eſſe appellatiuum, ſignificans aurũ
obrizum, ſeu purum purum. פז Paz enim aurum
eſt defecatiſſimum, puriſſimum, & ſolidiſſimum;
Pſal. 21. 4. quod obrizum vertit Hieron. Pſalm. 21. 4. Impo-
Pſal. 19. 11. nes capiti eius coronam de auro obrizo. Pſalm.19.
11. Deſiderabilia ſuper aurum, & obrizum pretio-
Cant. 5. 11 ſum multum. Cantic.5.11. Caput eius aurum opti- B
Ophaz loci nomen. mum. Verùm ex hoc loco Ieremiæ ſatis oſtendi-
tur nomẽ eſſe loci, vnde aurum illud deferebatur;
ſicut enim de argẽto dixit, quod affertur de Thar-
ſis, ita ſimiliter de auro, quod de Ophaz adducitur:
3. Reg. 19.26. & ex aliis locis ſatis compertum fit. 3. Reg. 19.26.
dicitur: Miſit Hiran ſeruos ſuos cũ ſeruis Salomo-
nis, qui cùm veniſſent in Ophir, ſumptũ inde aurũ
quadringentorum viginti talentorum detulerunt
3. Reg. 22.49. ad Salomonem. & c. 22.49. Ioſaphat fecit claſſes,
quæ nauigarunt in Ophir. Iob 22.24. dabit pro Ci-
Iob. 22. 24 lice flumina Ophir. Iob 28.16. Non conferetur tin-
Iob. 28. 16. ctis Ophir Indiæ coloribus. Chaldæus, Lyra, &
Vatab. putant Ophir vnde aurum illud defereba-
tur, dictum Paz, & obrizum ſolẽt vertere Vulga-
tus & Hieronymus, à loco Indiæ vocari quaſi O-
Plinius. phirizum: quamuis Plin.lib.33.c.3. obrizum dicat
vocari quod ſimili colore rubeat vt ignis: aut quod G
Iſidorus obradiet ſplendore ſuo, vt vult Iſidor: lib.16. ethy-
mol. c.17. Sed quis locus ſit quæritur. Chaldæus
lib.2. Paralipom. c.20. dicit eſſe Africæ regionem.
Hieronymus lib. de locis Hebraicis, dicit eſſe in-
ſulam auriferam ab Ophir filio Iectan, dictam at-
Gen. 10. 29. nepote Noe, Gen.10.29. Ioſephus lib. 8. Antiq. c.
Ioſephus 7. Terram auream nuncupat, quæ olim Ophira di-
Strabo. cebatur: Sic vocat Strabo lib.17. putatque eſſe au-
ream Cherſoneſum. Sunt qui exiſtiment eſſe inſu-
lam Malacæ propinquam Zeffalam, vel Zamatrã:
alij Taprobanam miris modis à priſcis celebra-
tam. Sed quiduis dicatur, incertum erit quis lo-
cus ſit.
Hyacinthus color. 12 *Hyacinthus.*] Hebræum nomen תכלת Teceleth
hyacinthinum colorẽ ſignificat in ſcriptura. Vi-
de Exod.26.1. & 31.c.35.25.35. quod dicitur de cor-
Exod. 26. 1. tinis, & velis texendis ab Ooliab, & ſociis ex biſſo, D
Exod. 35. 25. hyacintho & purpura, coccoque bis tincto: Sic ef-
fert Ioſephus: Deferebant, inquit caprarum pilos,
Ioſephus & ouium pelles, alias quidem hyacintho, alias ve-
ro coccino, alias purpureo flore tinctas, alias vero
alium colorem præbentes; lanaſque prædictis
fucatas coloribus, & linum biſſinum, lapideſque
inſertos auro: quibus homines ornamenti gratia
ſolent vti, pecudumque multitudinem pariter of-
ferebant. Sic lib.3. Antiq. c.6. & 7. Tegebatur, ait,
Tabernaculum cortina ex biſſino, & purpureo, &
hyacinthino, & coccineo colore facta. Erãt autem
quædã cortinæ textę ex pilis, & pellib⁹, alię ex lana.
Eſt autẽ hyacinthus flos ab Homero laudatus
Plinius. auctore Plinio lib. 21.c.7. Vaccinium Latinis dici,
Dioſcor. ait Dioſcorides li. 4.c. gibboſam comam ſuſtinẽs,
Seruius. purpureo flore plenam. Vnde Seruius explicans
illum Virgilij verſum Ægloga.2. Alba liguſtra ca-
dunt, vaccinia nigra leguntur: Vaccinia, inquit,
ſunt violæ, quas purpurei coloris fuiſſe manifeſtũ Plinius.
eſt. Et Plin. lib.16. c.18. Vaccinia Italiæ in aucu-
piis ſata, Galliæ verò etiam, purpurea tingendi
cauſa ad ſeruitiorum veſtes. Hinc Manilius dixit: Manil.
Pallentes violas, & purpureos hyacinthos. Virgil. Virgil.
in Buco. Munera ſunt, lauri que, & ſuaue rubens
hyacinthus. & Fauſtus, Pallentes aliæ violas, ru- Fauſtus
broſque hyacinthos. Sed Virgil.4. Georgi. ferru- Virgil.
gineos vocauit, Et pinguem tiliam, & ferrugineos
hyacinthos, id eſt nigri coloris, ait Seruius. Verũ
certiùs ferrugineos dixiſſe pro lugubres. Alluſit
enim ad fabulam hyacinthi, quam refert Ouid. li. Ouid.
13. Metamor. qui colorem eum oſtendit, cũ dixit:
Rubefactaque ſanguine tellus, Purpureum viridi
genuit de ceſpite florẽ. Qua ergo ratione Colum. Columella.
B dixerit: Nec ouo vel niueos, vel cæruleos hyacin-
thos, ignoro. Marcel. quoque locum exponens
Virgilij, ferrugineos hyacinthos, cæruleos expo-
ſuit. Hinc ergo veſtes hyacinthinæ dicebãtur co-
lore hyacinthi infectæ. Sic Perſius Satyr.1. hic ali- Perſius.
quis, cui circum humeros hyacinthina læua eſt. De
hoc ergo colore loquitur Ieremias. Eſt & lapis Hyacinthus lapis
hyacinthus, cui in Hebræo peculiare nomen nul-
lum eſt. Nam Tharſis & hyacinthus vertitur, &
chryſolithus, etiam à Vulgato, vt ſupra notatũ eſt.
Refert autem florem colore dum marceſcit, ſimili
amethyſti, quæ colore purpureo fulget, non ex to-
to igneo, ſed in vini colorem deſinente, qui viola-
ceus eſt, ſed in hyacintho dilutus eſt. In Æthyo-
pia aureo colore tranſlucet; de quo Plin. lib.37.c. Plinius.
9. & Solinus c.33. ad finem. Ex hoc ergo hyacinthi- Solinus.
no colore, & purpureo, id eſt, ex ſubnigro rubeſcẽ- Plinius.
G ti, qui ex purpura piſce expetitur, vt refert Plin. li.
9.c.36. vulgo *carmeſi*, ligni ſimulacrum veſtibus
infectis induebatur quo Deus haberetur, & cole-
retur: nam qui ex hominum opinione, ac conducto
diuinitatem emendicabant, quã minime habebãt; Sanctitas ſimulata.
ex floribus, piſcibus, aliiſque rebus ornatum re-
poſcebant, vt dij haberentur, vt multi ſolent ſimu-
latione externa fictam ſanctitatem aucupari, quæ
vt flos decidit, vt tandem lignum eſſe appareat.
13 *Sic dicetis.*] Hanc pericopen [Sic ergo dicetis eis,
Dij qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de
terra, & de his quæ ſub cœlo ſunt] Chaldaico ſer-
mone ſolam ſcriptam in vniuerſo Ieremia agno-
ſcunt S.Thomas, R. Salomon, Lyra, & Iſidorus,
hîc, & Bonau. Præfatione in Threnos, & ex ipſo
textu Hebræo conſtat.
Quæſtio tamen eſt, ad quos hæc verba proferan- Quæſtio
D tur, vel quibus hæc admonitio tradatur: hinc enim ad quos
facilè tempus, quo hæc admonitio facta eſt, in- fiat ſer-
telligemus. mo.
Hieronymus, Theodoretus, & Rabanus, hæc
verba tradita aſſerunt Iudæis ab Ieremia, vt his ve-
luti execrationibus idola inſectarẽtur; nihil in par-
ticulari diſtinguentes. Hugo, S. Thomas, & Dio-
nyſius, hæc verba putant oblata ab Ieremia Iu-
dæis, vt ea dicerent cultoribus idolorum, eorum
ſuadentibus cultum. Atque ita indicant fuiſſe ad-
monitionem communem, non ex certa occaſione
datam: & probatur, quia videtur propheta ab ini-
tio capitis loqui cum Iudæis, quos præſentes ha-
bebat Ieroſolymis, monens eos ne acquieſcerent
ſapientum conſiliis, qui ſigna cœli docebant ve-
nerari, ob metum portentorum.
Vatablo videtur hæc verba dicta Iudæis iamiam
abducendis in captiuitatem, vt haberent, quibus
reſponderent Chaldæis idolorũ cultũ ſuadẽtibus.
Chaldæus

Epiſtola Ieremiæ ad transmigratos.

Chaldæus paraphraſtes, R. Salomon, Lyra, Iſidorus, & alij exiſtimant his verbis contineri epiſtolam, quam miſit Ieremias transmigratis Babylonem, regi videlicet Ieconiæ, cum omnibus Iudæis, qui de conſilio Ieremiæ ſe tradiderant Nabuchodonoſori, in qua ſuadet illis, ne verum Deũ obliti, idolis cultum præſtent: offertque illis verba, quibus ſint reſponſuri Babyloniis illũ ſuadentibus. Sic enim habet Chaldæus: Hoc eſt exemplar epiſtolæ, quam miſit Ieremias propheta ad reliquos ſeniores tranſmigrationis, qui erant in Babylone. Si enim dixerint vobis populi, inter quos eſtis, domus Iſrael, colite idola: ſic reſpondebitis, & ſic dicetis eis: Idola quæ vos colitis, errores ſũt, in quibus nulla eſt vtilitas; ex cœlo non poſſunt deducere pluuiam, & ex terra non poſſunt producere fructus: ipſa, & cultores eorum peribunt de terra, & conſumentur de his, quæ ſub cœlis iſtis ſunt, & cetera, quibus proſequitur epiſtolam. Atque hæc ſententia videtur vero ſimilior. Tũ quod ſemper fuit curæ Ieremiæ exhortari, ac conſolari eos, qui tranſmigrauerant, vt conſtat ex epiſtola miſſa ad eos, quæ habetur cap. 36. Tum quod hæc ſola verba Chaldaico idiomate expreſſit, vt non Hebraico ſermone, quem Babylonij non intelligebant, ſed Chaldaico Babyloniis proprio, hoc Ieremiæ reſponſum illis obiicerent. Nec tamen, vt quidam putant, eadem eſt epiſtola cum ea quę habetur Baruch 6. nam licet idem ſit argumentum, at longè diuerſa ratio perſuadendi: illa longiſſima, hæc breuiſſima; illa inuehitur in ſimulachra muta, hæc & in ſigna cœlorum. Denique & tempore differunt: Nam illa ſcripta eſt cùm iam Iudæi captiui abducerentur Babylonẽ cũ Sedecia: hæc ad iam Babylone morantes, cũ abducto Ieconia. Vnde caput hoc edidit Ieremias Hieroſolymis anno 1. Sedecię, ſtatim poſt abductum Ieconiam Babylonem: in quo primum admonuit Ieroſolymitas, ne deos gentium metuerent, deinde ſimul hanc ad iam abductos addidit admonitionem. Tandem dolet de vaſtitate futura Ieruſalem, & reliquorum ciuium qui cum Sedecia erant capiendi, & Babylonem inuiti abducendi.

Iere. 36. *Anno 1. Sedeciæ hæc miſſa epiſt.*

14 *Qui facit.*] Ecliptica eſt illa oratio, Qui facit terram in fortitudine ſua. Vt enim connectatur ſuperioribus antecedens aliquod debet adiici, quod referat relatiuum, qui; ſic Chaldæus addidit: Et ſic dicetis illis: Nos colimus eum, qui fecit cœlum & terram. Lxx. & Theodoretus, Dominus qui fecit, hoc eſt, Dominus autem noſter eſt, qui fecit cœlum & terram. Hugo, Vatablus, & Pagninus: Sed iſte verus eſt Deus, qui; aut Deus, quem nos colimus eſt qui. Aut quia dixerat, dij pereant, ſubiiciant modo: Noſter verò Deus in æternum viuat, qui fecit cœlum & terram, &c.

Vatablus inſinuat poſſe illa verba Chaldaica (ſic dicetis eis, vſque ſub cœlo ſunt) parentheſi concludi, & coordinari ſequentia cum præcedentibus hoc modo. Dominus autem Deus verus eſt, ipſe Deus viuens, & rex ſempiternus; ab indignatione eius commouebitur terra, & non ſuſtinebunt gẽtes comminationem eius. Qui facit terram in fortitudine ſua, &c. Sed hic modus non conuenit litteræ: nam relatiuum, eis, cum dicit, ſic ergo dicetis eis, refert gentes quas verſu præcedenti nominarat, & nos Chaldæos intelligimus. Aliis videtur verba illa in principio periodi collocanda: nã per recapitulationem ſunt extra ordinem poſita; hoc modo: opus artificum vniuerſa hæc. Sic ergo dicetis eis, dij, &c. de his, quæ ſub cœlo ſunt. Dominus autem Deus verus eſt, ipſe Deus viuens, & rex ſempiternus. Ab indignatione eius commouebitur terra, & non ſuſtinebunt gentes comminationem eius. Qui facit terram in fortitudine ſua, &c. quæ omnia pertinebunt ad illam epiſtolam. Verùm prima expoſitio probabilior eſt.

15 *Extendit.*] Metaphoricos dictum eſt, vt Pſalm. 103. extendens cœlos, ſicut pellem, aut ſicut cortinam. Iſa. 40. 22. qui extendit velut nihilum, aut vt telam cœlos, & expandit eos, ſicut tabernaculum ad inhabitandum. Sumitur autem metaphora à tentoriis, ſeu tabernaculis ex pellibus confectis, quæ tendi, extendive dicuntur, & ſic Deus extendit cœlos tanquam tentorium, quo tegitur vniuerſa terra. Inter ſapientiam autem, qua diſpoſuit, ſeu ſtabiliuit orbem, & prudentiam, qua extendit cœlos, hoc eſt diſcrimen ex nominibus Hebræis, quòd ſapientia dicat certam rerum ſcientiam ex luce mentis profectam; prudentia verò ex collatione vnius rei cum alia iudicium, aut opificium internum eius, quod extra faciendum eſt.

Pſ. 103. *Iſa. 40. 22.*

16 *Ad vocem.*] Nomine vocis imperium Dei intelligunt Theodoretus, Hugo, S. Thomas, Dionyſius, & Vatablus, quod tanta facilitate cogat multam aquarum copiam, vt pro voluntate, ac nutu id efficiat. Verùm exiſtimo, tonitru ſignificari more ſcripturæ. vt Pſalm. 28. 3. Vox domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas, &c. Iob. 37. 5. Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter. Exo. 9. 23. Dominus dedit voces, ſeu tonitrua. Significat ergo, ad vocem Dei, hoc eſt, poſt tonitru mox ſequi ingentem aquarũ copiam, vt quotidie experimur.

Vox Dei qua ſit. *Pſ. 28. 3.* *Iob. 37. 5* *Exod. 9. 23.*

Sunt quibus videatur hæc ſimul coniungenda, qui prudentia extendit cœlos, quando voce ſua dat copiam aquarum in cœlo, vt ſit periphraſis aëris nubiloſi, nam cum dicit: extendit cœlos, aëreos intelligit; ex parua enim nubecula, ſolet ita contegere cœlum nubile, vt illam extendiſſe videatur; vnde ferè ſemper, extendere cœlos, coniungit cum tonitru, & cum aquarum copia, quod in aëre cogantur nubes, & expandantur, ac tonitrua perſonent, & aquas emittant copioſas, quæ Dei maieſtatem ſummopere oſtentant. Hæc integra periodus ad verbum ferè repetitur capite 51. verſ. 16.

17 *Ab extremitatib⁹.*] Ita ſæpè alias, vt Pſ. 134. 7. educẽs nubes ab extremo terræ. Per extrema, ſeu fines terræ, aquas maris intelligunt Theodoret. Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, quia cum terras circumluant eas finire dicuntur. Ex mari autem, maiori ex parte, vapores educi, quibus coguntur nubes, vulgo ſatis compertum eſt. Alij ſunt quibus videtur per extrema terræ, extima terræ eſſe intelligenda, hoc eſt ſuperficiem, quod vndiquaq; terræ ſuperficies ſolis calore humores, ac vapores in aërem emittat. Vt eleuare nebulas, aut nubes ab extremis terræ ſit è ſuperficie terræ, vel certè è cacuminibus montium, quæ videntur extrema terræ, & è quibus hæ nebulæ ſæpè conſurgere videntur. Nec minus in his nubeculis cogendis eſt admirandus Deus quã in nubibus ſpiritualibus, quales ſunt ſancti Dei præcones, vt Moſes, qui dixit Deuteronom. 32. Concreſcat in pluuiam doctrina mea; Iſaias, Apoſtoli, quos è nouiſſimis educit Deus, & copias aquarum emittere facit,

Pſalm. 134. 7. *Nubes ſpirituales.* *Deuter. 32. 2.* *Iſ. 42. 6.*

ex humilibus,idiotis, in nouiſſimis terræ habitis, eos Chriſtus elegit, & vniuerſam terram irrigarunt.

18 *Fulgura.*] Fulgura in pluuiam fecit, aut vertit, Iden, quia fulgurantibus nubibus in pluuiam reſolutis, ceſſant fulgura. Sic Theodoret. Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, qoo oſtendit diuinam virtutem, nubes fulgurantes, quæ quaſi leones rugitu ſuo, & quaſi tormenta bellica ignem euomentia, perterrefacere, & quatere terram videbantur, demulcentem, & ad manſuetudinem reducentem. Pagnious cum Iſidoro ל lamed pro cum, aut inter, accipit, legitque fulgura inter pluuiam, aut cum pluuia facit, quaſi rem hanc admirandam commemoret, quod in media pluuia igneæ appareāt fulgurationes. Sed illud admirabilius quod cum fulgura ex nubium colliſione generari putentur in morē ſilicum duriorum, quos cum comploſeris medius ex his elabitur ignis, ita nubes rationales, ſi ſe inuicem collidant, ignem emittunt. Moſes enim & Ieſus Naue miniſter eius nubes erant, qui cum ſecum loquebantur, ex ſermonibus eorum fulgura micabant. Sic ex ſermone Ieremiæ cum Baruch fulgura rutilabant: & Chriſtus cum loquebatur cum euntibus Emaus. Similiter Paulus, & Syluanos nubes quādoque coibant, & ecce totum mundum epiſtolæ eorum fulgore illuminant. Multos quoque ſimiles facilè inuenire potes concurſus, è quibus fulgura emicent, & pluuiæ largiſſimæ emittantur.

Nubiū colliſio ignem efficit.

Luc.24. 32.

19 *De theſauris.*] Hebræum nomen ſignificat recōditorium, aut locum abſtruſum, vbi quid reconditur vt aliquando depromatur. Hoc loco notat cauſas occultas ventorum, in quibus tanquam in quibuſdam apothecis, aut ſpelūcis nobis inacceſſis, & ignotis, continet ventos Deus, vt Iob 38.22. dicitur: Nunquid ingreſſus ès theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti? quos ad nutum detegit Deus, cùm nos vnde oriantur, ignoremus. Ideo Chriſtus dixit Ioan.3. Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quò vadat. Sic relatiuum, ſuis, pro eius, refert vētum, quem Deus educit de locis abſconditis, vbi quaſi clauſus diuina virtute continetur; nec enim alia vis præter diuinam, ad id ſatis eſſet, quod inſigni illa hipotipoſi oſtendit nobis Poëta, quam tradit 1. Æneid. ſic canens:

Iob.38 22.

Ioan. 3. 8.

Virgil.

Æoliam venit. Hic vaſto rex Æolus antro,
Luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.

Poteſt theſaurus, vt ſæpè ſolet, accipi non pro loco, ſed pro rebus ipſis, aut diuitiis reconditis in loco. vt Iſa.7.7. Non eſt finis theſaurorum eius, & Ieremiæ 17.3. Et theſauros tuos in direptionem dabo; qua ratione ſi ſumamus pronomen, ſuis, referet Deū, qui ex theſauris multis quos habet reconditos, pro ſua voluntate educit hunc, aut illum quaſi ventum ad ſuæ omnipotentiæ oſtentationē: quemadmodum de reconditorio theſaurorū ſuorum Chriſto in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi, educit diuerſos ſpiritus, vt ſpiritum ſapientiæ, & intellectus, ſpiritum conſilij, & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, ac timoris domini. Educit & varia chariſmata ſapientiæ, & ſcientiæ, fidei, & ſimilium, in ædificationem Eccleſiæ.

Iſa.7.7.

Iere.17. 3.

Chriſtus reconditorium theſaurorum.

Ad Col. 2. 3.

20 *A ſcientia.*] In Hebræo abſolutè legitur: Brutus factus eſt omnis homo à ſcientia, abſque vllo pronomine. A ſcientia Dei intelligunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, Dionyſius, & Vatabl. quod præ Dei ſcientia, homines quantumuis ſapere, & penetrare præſumant ſecreta Dei, bruteſcant, & ſtulti fiant. Vnde & fatuum Dei, ſapientius eſt hominibus. Nemo enim aſſequi poteſt Dei prouidentiam in prædictis operibus. Verùm Chaldæus, Hugo quoque; ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus, de ſcientia ipſius hominis exponunt: vt his verbis ex ſuperioribus concludatur hominum ignorantia, qui ſuo ſtudio putantes naturalium rerum vim, & naturam penetrare, præſertim pluuiarum, fulgetrorum, ventorum, & ſimilium, plurimi à vero aberrent, & cùm præſumant ſe ſcire aliquid, deſipere potius probentur, cùm hæc opera admirari potius, quàm aſſequi velle debeamus. Sic videntur Vatablus, & Iſidorus exponere. Verùm Chaldæus, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, cum Hugone etiam, & Iſidoro hæc verba cum ſequentibus connectunt, quod ex textu videtur verius. Oſtendit enim quam deſipiant idololatræ ſcientia conficiendorum idolorum; aut potius vehementi ſtudio ſciendi ſigna cœleſtia, & portenta meteorologica, & eorum cauſas, quas cum attingere non poſſent, falſas alias adinuenerunt, dicentes ſigna ipſa cœleſtia libera eſſe, & mente præſtare, libereque hæc efficere in terris, quibus homines terrefaciant, & puniant, ideoque tanquā deos placari, colique oportere: ſic ſcire eorum in ſtultitiam conuerſum eſt: nam dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, ad Rom.1. & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. Hic ſenſus textui conformior eſt: nam ſubditur, confuſus eſt omnis artifex propter ſculptile.

Homo ſcientia ſua bruteſcit.

Ad Ro. 1. 22.

21 *Viſitationis.*] Cùm dicit in tempore viſitationis ſuæ: ſuæ, pro eorum poſuit, referique ſculptilia, & eorum auctores, ſeu cultores, ſecundum Hugonē, Lyram, & Dionyſium, & quidem Theodoretus hanc viſitationem factam explicat per Apoſtolos, qui idolorum deleuere memoriam. S. Thomas extremam, putat in die iudicij, propter illud Sap.14. 10. Etenim quod factum eſt, cū illo qui fecit tormenta patietur. Aliis videtur eſſe ſermonem de Iudæorum excidio, & gentium finitimarum, quæ illos inducebant ad idololatriam, quos omnes per Chaldæos puniuit Deus. Sed poteſt locus hic intelligi de vltione ſumpta de Chaldæis per Cyrum & Darium, qui in Aſtrologia, & idololatria inſignes fuerunt, quorum ne captiui Iudæi acquieſcerent conſiliis, hactenus monuiſſe videtur propheta. Loquitur ergo de vltione ſumpta de Chaldæis, & eorum idolis, in conſolationem ſui populi Babylone captiui.

Sap. 14. 10.

22 *Non his.*] Hebraicè: Non ſicut hæc, pars Iacob. hęc autem refert idola, vt omnes intelligunt, cum quibus confert Deū, qui eſt portio Iacob. Theodoretus ſolus refert ad idololatras, quibus ait non eſſe ſimilem partem Dei Iacob, ipſum videlicet populum Iacobæum, quod Deus eum ſibi delegerit, & ſua ſolicitudine, ac cura dignatus fuerit. Dicitur autem Deus pars, ſeu portio Iacob, ſumpta metaphora à partibus, in quas hæreditas aliqua diſtribuitur, cuius pars obtingit ſorte vni, & pars alteri. Vnde ille Luc.15.12. dixit patri: Da mihi portio-

Deus portio Iacob.

Luc. 15. 12.

portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit, & diuiſit illis ſubſtantiam. Deus etiam Numer. 18. 20. dixit Aaron: In terra eorum, videlicet Iſraelitarum, nihil poſſidebis, nec habebis partem inter eos, ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. hoc eſt; illi terram ſibi diſtribuent in partes, tibi autem quicquid illi mihi obtulerint, partem do: nam ſicut filij Iſrael partem accepturi ſunt terræ, quam colant, & ex qua fructus decerpant, quibus ſuſtententur, ita tu cũ filiis, me ſolũ partẽ habebis, id eſt, cultum meũ, ac cæremonias, quibus me colas, & ex me feras quicquid mihi fuerit religioſè oblatũ. Hoc fuit Leuiticæ tribui præmium tributum, quod Dei honorem vlti ſunt. Exod. 32. 29. vt notat Philo li. 3. de vita Moſis, & li. 2. de Monarchia. Sic igitur Deus dicitur pars Iacob, vt infra Threnor. 3. Pars mea dominus, dixit anima mea. Pſ. 15. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatẽ meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. Pſ. 72. 26. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternũ. Ob hanc rationem ex hoc loco deductam, quod cum ſorte obtigerit ſingulis aliis gentibus, tanquam portio quædam, & pars Deum aliquem falſum colere, vti partem ſuam, quod de diis ſibi eligendis ſortitæ ſint; Iacobæis ſolis, Dei ipſius miſericordia obtigerit verus Deus, quem colerent, cuiuſque honorem tuerentur, vt ſolet quis ſuam partem ſibi vindicare, ac tueri.

Num. 18. 20.
Deus pars ſacerdotũ.
Exod. 32. 29.
Philo.
Thren. 3. 24.
Pſ. 15. 5.
Pſalm. 72. 26.

Habent & alij hominum ſuam portionem, & partem quam poſſideant, ac tueantur, vt adulteri ſuum obſcœnum amorem, & auari pecuniæ cupiditatem: vnde Pſal. 49. 18. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. At pietatis cultores habent Deum, & eius mandatorum obſeruantiam, vt docuit Dauid cum Pſal. 118. 57. dixit: Portio mea domine dixi, cuſtodire legem tuam.

Portio improborũ, & proborũ quæ.
Pſa. 49. 18.
Pſ. 118. 57.

23 *Hæreditatis.*] Virga hæreditatis Dei vocatur Iſrael, ſigno, aut menſura per metonimiã, accepta pro hæreditate ſignata, ac dimenſa, quia virga, aut funiculo ſolebant agros metiri; ſic Hugo, S. Thomas, Lyra, & Vatab. Deus enim cœleſti ſorte ſelegit Iſraelem, vt cognitionem ei, cultumque ſuum inter omnes gentes commendaret. Vt ſic reſpondeant ſibi inuicem Deus qui eſt portio Iacob, & Iacob, qui eſt portio Dei. Quod Deuter. 32. ſic decantauit Moſes: Quando diuidebat altiſſimus gẽtes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit dominus terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael. Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Hieronymus tamen, Rabanus, ſanctus Thomas, & Dionyſius, nomine virgæ ſceptrum intelligunt; quo modo nomen hoc vertitur Gen. 49. 10. Non auferetur ſceptrum de Iuda; quo regnum, regiaque poteſtas ſignificatur, quod rex ſceptrum manu ſoleat geſtare. Iacob autem regnum erat quaſi hæreditario iure Deo debitum, vnde & Lucæ 1. dicitur, Et regnabit in domo Iacob in æternum. Et hæc ideo retulit propheta, vt ad reſipiſcentiam diuinis prouocet Iudæos beneficiis, & ad amorem, cultumq; Dei tam benefici, quaſi demulcens pertrahat. Sed quia his non excitabantur, ad minas ſolitas redit in ſequentibus.

Iſrael eſt portio Dei.
Deut. 32. 8
Gen. 49 10.
Luc. 1. 33.

24 *Confuſionem.*] Nomen Hebræũ כנעתך Cinahecb à verbo Cana negociari, aut humiliare, vnde dicitur Cananæus, negociator, aut mercator. Chaldæus, Pagninus, & Iſidorus vertunt, merces tuas: Lxx. Hieronymus in commentario & Tygurina, ſubſtantiam tuam. At Vulgatus, Dauid Kimhi, & Vatablus, confuſionem, ſeu humiliationẽ tuam. Et quod dicitur, in obſidione, Lxx. Chaldæus, & omnes alij interpretes vertũt in munitione, vel in loco munito. Et quidem Dauid Kimhi, & Vatab. non ineptè affirmant, his verbis ſermonem fieri ad Chaldæos, ſeu Babylonem, ſubſannando eam, ac excitando, vt modo ſuas vires exerat contra Ieruſalem, nam aliquando & ipſa incidet in laqueum, quem parauerat Ieruſalem, atque ita loquitur ad eam: Congrega, ô Babylon, humiliationem, qua alias gentes humilias, deſine eas tibi ſubiicere, quæ putaris inexpugnabilis, quod habites in loco munito, quia ecce hac vice eiaculabor habitatores tuos, & arctabo eos, donec inueniant quæ prædixi per meos prophetas. Eſt autem hic ſenſus non ineptus, quia eſt conſolatorius Iudæorum captiuorum, ad quos prior ſermo factus eſt.

Verùm ceteri omnes ad Ieruſalem hæc dicta exponunt: & Lxx. ac Theodoretus connectunt cum ſuperioribus: nam mox vt Deus elegit Iacob, terram ex gentibus electam illi donauit, hoc eſt, quod dicunt Lxx. Congregauit de terra aliena ſubſtantiam tuam, quæ habitas in electis. Alij omnes ad ſequentia referunt; tripliciter explicantes. Nam Hieron. Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, & Dionyſius, ſic intelligunt: quicquid habes foris ſubſtantiæ in vrbem munitiſſimam congrega, & para longæ obſidioni alimenta: quam ſubſtantiam vocat confuſionem, ſeu humiliationem, quia opes quibus fidebant, nihil vtilitatis erant allaturæ in obſidione per Chaldæos futura. Lyra autem ſic expoſuit: Perſta, ô Ieruſalem, in tua obſtinatione, & congrega per ſingulos dies tibi confuſionem, quæ ex omnibus terræ gentibus tibi obſidendæ ventura eſt: quo modo Paulus ad Rom. 9. dixit de improbis, quod theſaurizẽt ſibi iram in diem iræ, hoc eſt, augeant peccata, ac proinde ſupplicia.

Ad Ro. 2. 5.

25 *Inueniantur.*] In Hebræo actiuè legitur, vt inueniant, vt legunt Chaldæus, Tigur. Pagni. & Vatab. & cũ ſit ecliptica oratio, foris aliquid petendũ eſt, more ſcripturæ, quæ apoſiopeſi vti ſolet, qua multa dantur intelligi. Pſalm. 34. 21. Euge, euge viderunt oculi noſtri, ſupple, vindictam. Pſ. 51. 11. Cõfitebor tibi in ſæculũ, quia feciſti, ſup. vindictã. Pſ. 91. 12. Audiet auris mea: vltionẽ. Pſ. 122. 4. Quia multum repleta eſt anima noſtra: afflictionibus; ita modo: Tribulabo eos, vt inueniant retributionem aut mercedem ſuorum ſcelerum, vt Chaldæus, & Vatab. aut mala, quæ cõminatus ſum eis per meos prophetas, aut vt inueniãt eos anguſtię. Sed Hugo, Lyra, Pagn. & Vatab. Septuaginta, Vulgatus, & Hieron. paſſiuè legerunt, vt inueniantur, aut deprehendantur: ſup. omnes in vrbe, qui fugere nequeãt malum: aut ſecundum Hieronymum, vt inueniantur in tribulatione, & pœna quam meruerunt, & præcauere noluerunt. In aliquibus codicibus cũ negatione legebatur, vt legunt Hug. S. Th. Lyra, Dion. & Iſid. Verum affirmanter legitur in Hebræo, vt diximus, & in Græcis, & Latinis codicibus correctis. Demum Theodo. exponit, vt deprehendantur an rectè currerent, vel incederent, vel inueniant ſeſe, ac Deum, quem negando perdiderant. Hæc enim omnis tẽdit diuina caſtigatio, vt aperiat eorũ oculos, qui frequenter impingunt

Apoſiopeſis vſus.
Pſalm. 34. 21.
Pſalm. 51. 11.
Pſalm. 91. 12.
Pſal. 122. 4.

Quomodo quis ſe ennumeat. neſciẽtes quo greſſus dirigant. Hi enim afflicti ad ſeipſos reuerſi cognoſcũt ſe merito puniri, quod à Deo defecerint, ſibique ipſis in his, quæ Dei ſunt errantes defuerint, vt legitur de Manaſſe. 2.Paral. *2 Para 33.12.* 33. 12. qui vinctus catenis, atque compedibus ductus Babylonem coanguſtatus egit pœnitentiam valdè coram Deo, & cognouit quod dominus ipſe eſſet Deus.

26 *Infirmitas.*] In Hebræo ad verbum dicitur: Profecto hæc infirmitas mea, & portabo eam. Vatab. & Iſid. interroganter efferunt, intolerabilis plaga, quomodo eam ferre potero? loquitur autem Ieremias perſonam ſuſtinens Ieruſalẽ, confitentis plagam cõminatam maximam eſſe, ferendam tamen quod eam ſua peccata mereantur. Sic Chaldæus, Hieron. Theodo. cum ceteris: quaſi dicat, quando prophetę hanc plagam mihi infligendam comminabantur, extenuabam illam, dicendo, non adeo grauis erit, ferre potero, vt alias tuli, at cum eam experta ſum, ſentio grauiſſimam, ac intolerabilem. Nam tabernaculum meum vaſtatum eſt, &c. Loquitur enim poſtquam Ieconias, & magna pars ciuium tranſmigrauerat Babylonem.

27 *Vaſtatum.*] Poſſunt hæc verba intelligi de vaſtitate iam facta per Nabuchodonoſorem, quando tulit Ieconiam, & plures alios, & duxit in Chaldæam. Dolet enim Ieruſalem ſe vt tabernaculum diſiectam, filiis abductis in Chaldæam, qui eam ſuſtentabant. Quamuis proprius hęc interpretes explicant per futurum de extrema vaſtitate, quando Ieruſalem inſtar tabernaculi, tanta, quãta illud facilitate deſtruetur: & funes, hoc eſt, vel ciuitates vicinæ, ac oppida illi ſubiecta, ſecundum Chaldæũ, Vat. & Iſidorum, vel munitiones, turres, muri, palatia, & templum, quibus quaſi funibus conſtabat ſecundum Hieronym. Theodoret. & reliquos, diſrumpentur. Filij quoque, hoc eſt ciues, captiui abducẽtur, & non comparebunt; omnibuſque ſimul erit deſtituta, vt Chaldæus rectè, ac Theodoretus: *Baruch. 5.6.* iuxta illud Baruch, 5. 6. exierunt abs te pedibus ducti ab inimicis.

28 *Intellexerunt.*] לֹא הִשְׂכִּילוּ Lohaſulu ſignificat nõ intellexerunt mala venientia, aut minas prophetarũ vt Hieronym. Raban. Hugo, Lyra, & Dionyſius explicant, aut non proſpexerunt ad finem & nouiſſima prouiderunt, quod eſt non egerũt prudenter, vel non ſunt proſperati, vel non proſperè agent vt legunt Chaldæus, & Vatablus, quia ſcilicet, non illis proſperè erat cum hoſtibus ſucceſſurum, ſiquidem victi ducendi erant, & omnis populus diſpergendus in Chaldæam.

Homo Nabuchodonoſor. 29 *Hominis.*] Hebræi, quos ſequuntur Vatabl. & Iſidorus, hominis, ac viri nomine inſignem quendam ſignificari notant ex articulo ל, lamed illis nominibus præfixo, quare Tigurina vertit, ſcio domine quod hominis illius non eſt via ſua. Is autem eſt Nabuchodonoſor rex Babel. vt etiam agnoſcit Theodoretus, Hieronymus quoque & eum ſecuti Rabanus, Hugo, & S. Thomas dum *Ezech. 21.* hæc de Babyloniis exponunt. Nã vt dicitur Ezech. 21. in biuio conſtitutus Nabuchodonoſor commiſcuit ſagittas, interrogauit idola, exta conſuluit vt noſceret, an ſiniſtram ingreſſurus eſſet viam, contra Ammonitas, an dexteram contra Ieruſalem, & facta eſt diuinatio contra Ieruſalem: vt di*Prou 16 33.*citur Prou. 16. 33. ſortes mittuntur in ſinum, ſed à domino temperantur. Cor hominis diſponit viam *Prou. 21 2.* ſuam, ſed domini eſt dirigere greſſus eius, &c. 21. 2. ſicut diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu do-

A mini, quocunque voluerit, inclinabit illud. Nunquam domine, ait Theodoretus, irrupiſſet ille cõtra nos te non volente, & ſi irrupiſſet nequaquam proſperè egiſſet quæ decreuerat nobis opitulante dextera tua: ſcio enim quæ acciderint Sennacherib. Correctio ergo eſt prophetæ, qua ſe corrigit ne putetur exiſtimare hoc ſupplicium inferẽdum Ieruſalem ſoli Nabuchodonoſori tribuendum: nõ enim illi tribuendum, ſed Deo, qui eo vtitur, vt virga ad puniendum; & nobis ademit reſiſtendi virtutem; quare cum Deus ſit qui punit eum rogat vt moderatè ſe gerat in puniendo. Hugo ta- *Hominis miſera natura Deũ ad miſerendum vocat.* men, Lyra, & Dionyſ. putant hoc verbo velle prophetam extenuare grauitatem ſcelerum, ob quæ populus puniendus eſt, coram poſita humanæ na-

B turæ fragilitate: ſcio, inquit, domine, ad eo fragilem eſſe hominem, vt nec ſciat vias ſuas ad virtutem dirigere, neque valeat, niſi tu opem feras; præſertim cum tam multis, tamque variis rebus diſtrahatur, affectibus aduerſis præpediatur, ab aliis hominibus, & à dæmonibus à recta via diducatur. Habet ergo quo ſua ſcelera excuſet, & quo tu inducaris, vt ſiquidem puniturus es, non adeo grauiter punias. *Auguſt.* Auguſtinus lib. 2. de peccat. merit. & remiſſio. c. 17. vſurpat hæc verba ad probandũ diſcrimen inter probos ac reprobos, quorũ Deus iuuat, aut non iuuat voluntates. Scio, inquit, ad correptionem meã pertinere quod minus abs te adiuuor, vt perfectè dirigantur greſſus mei: verũtamen hoc ipſum noli mecum ſic agere, tanquam in furore, quo iniquos damnare ſtatuiſti, ſed tanquam in iudicio, quo doces tuos non ſuperbire.

C Verum primus ſenſus germanus eſt, vt ex præcedentibus conſtat.

30 *In iudicio.*] Nomen Hebræum מִשְׁפָּט Miſphat cum iudicio, hic ſignificat cum diſcretione, cum modo, ac menſura, non pro meritis, ſed mediocritate ſeruata, leniter, indulgenter, vt Ierem. capit. 30. verſ. 11. Caſtigabo te in iudicio. Huic opponit, & non in furore, non in אַף aph naſu, per metonimiam, nam ſufflatio naſus iram ac furorem præfert. Hinc, breuis naribus eſt idem quod impatiens, Prouerb. 14. 17. & longanimis ac patiens dicitur longus naribus, hoc eſt tardus ad iraſcendum, vt Pſalm. 85. 15. vocatur Deus. Non diſſimili phraſi Latini naſum accipere ſolent pro acrimonia, ad dicacitate ad deridendũ & naſutum vocant hominem dicacem, ac ſatyricũ, vt Martial. lib. 13. epigram. Naſutus ſis vſque licet,

Iudiciũ moderatio eſt. Ierem. 30. 11.

Prou 14 17.

Pſ 85. 15.

Martia.

D ſis denique naſus. Hunc Dei furorem expoſuit nobis Dauid Pſ. 77. 65. cum ait: Et concluſit in gladio populum ſuum, & excitatus eſt tanquam dormiẽs Dominus, tanquam potens crapulatus à vino, & percuſſit inimicos ſuos: ſicut enim ſomno correptus, gladium rapit & quoſcumque obuios habet, viros, aut fœminas, nocentes, innocenteſve ad necem vſque, ſine modo percutit, & ſicut ebrius, præſertim ſi princeps ſit, aut potens, omnes aggreditur, nec eſt domi, qui tutum poſſit habere ſuffugium. Ita Deus cum punit, ductus impetu ex odio ſcelerum profecto, nulla alia ratione conſiderata, quaſi impos ſui, quaſi ebrius, aut ſomnians, nullo modo furori impoſito punit, vſque ad conſumptionem, cùm tamen omni iræ affectu prorſus ſit expers; & ſanè peccatum hunc tantum ſtheretur punitorẽ. Vnde Pſ. 142. 2. Nõ intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in

Pſ 77. 6

Pſ. 142. 2. 129 3.

con-

conſpectu tuo omnis viuẽs. & 129.3. Si iniquitates A obſeruaueris, Domine, Domine qois ſuſtinebit? Tũc autẽ dicitur Deus punire cum iudicio, ac diſcretione, cũ ſui compos attendit ad ſuam miſericordiam, & ad noſtram miſeriam, & fragilitatem. ita obſecrabat Dauid Pſal. 37. Domine ne in naſu Pſal 37. tuo, hoc eſt, in furote tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. & addit modum, Miſerere mei Pſal 118 Domine, quoniam infirmus ſum. & Pſal. 116. Aſpi- 32 1 ce in me, & miſerere mei ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Ait ergo Propheta. Obſecro Iehouah, ne ille Nabochodonoſor permittatur exigere à nobis pœnas impietatis, verum tuipſe nos erudias vt filios paterna caſtigatione, nõ vt hoſtes. ita Hieron. Theodoretus, & omnes: quod Ierem. 30. 11. & Deus pollicitus eſt Ieremiæ c. 30. cùm dixit, Te autem non faciam io conſummatiooem, ſed caſti- B gabo te in iudicio, vt oon videaris tibi inooxius. & hoc eſt quod hîc ſubijcir, ne forte nos paucifices, aut ad paucitatem redigas, vt habet verbum Hebræũ, & omnes interpretes. quod Vulgatus dixit, Ne forte ad nihilum redigas nos, hoc eſt, ne forte, verſus nihilum redigas oos, hoc eſt pauciores, facias. non nè oos omnino conſumas. Sed in gentes petit immittat ſuum furorem Deus, hoc eſt Chaldæos, cum cæteris gentibus, quæ cum illis venerunt contra Ieruſalem. ſic Diony. & pater, quia hi ſunt qui Iacob deuorauerunt, & decus eius diſſipaoerunt.

31 *Et decus.*] Hebræũ nomen נוה Naueh habitaculum ſignificat, paſcua, decus, ac pulchritudinem, & ita 70. paſcua eius: Chaldæus, Tigur. & Pagni. habitaculum eius, Vulgatus decus eius vertũt. Sed idem omnium ſenſus eſt. Nam quæ propriè dicuntur habitacula, metaphoricè vocantur paſcua, in quibus, ouium inſtar paſcebantor ciues Ieruſalem, & per metonimiam dicuntur decus, quod præ ſe ferebat ciuitas ex templi forma, & magnificentia, ex ædium regiarum, ac principum pulchritudine, cæterarumque domorum publicarũ, ac priuatarum, quæ omnes à Chaldæis vaſtatæ ſunt. Nec enim aot generis nobilitas ducta à Iacob, aut templi celebritas, & magnificentia, aut domorum admiranda pulchritudo continere Deũ potuerunt, ne habitatores ſceleribus inquinatos puniret: ne fidamus nobilitati, decori, opibus, cæteriſque huius ſeculi ſpolijs. *Fides in rebus caducis vana.*

CAPVT VNDECIMVM.

1 1 VERBVM, quod factum eſt à
Domino ad Ieremiam di-
2 cens: | [2] audite verba pacti
huius, & loquimini ad viros
Iuda, & habitatores Ieruſa-
3 lem; | & dices ad eos: Hæc dicit Dominus
Deus Iſrael: [3] Maledictus vir, qui non au-
4 dierit verba pacti huius, | quod præcipi Pa-
tribus veſtris in die, qua eduxi vos de terra
Ægypti, de fornace [4] ferrea, dicens: Audite
vocem meam, & facite omnia, quæ præci-
pio vobis, & eritis mihi in populum, & ego
5 ero vobis in Deum: | [5] Vt ſuſcitem iuramẽ-
tum, quod iuraui patribus veſtris daturum
me eis terrã fluentẽ lacte, & melle, ſicut eſt
6 dies hæc. | Et reſpondi, & dixi: [6] Amen Do-
mine: Et dixit Dominus ad me: Vociferare
omnia verba hęc in ciuitatibus Iuda, & [7] fo-
ris Ieruſalem, dicens: Audite verba pacti hu-
7 ius, & [8] facite illa, | quia [9] conteſtans con-
teſtatus ſum patres veſtros in die, qua edu-
xi vos de terra Ægypti vſque ad diem hanc,
mane conſurgens conteſtatus ſum, & dixi:
8 Audite vocem meam | & non audierunt,
nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed abie-
runt vnuſquiſque in prauitate cordis ſui
mali: & induxi ſuper eos omnia [10] verba pa-
cti huius, quod præcepi, vt facerent & non
9 fecerunt. | Et dixit Dominus ad me: Innen-
ta vt [11] coniuratio in viris Iuda, & in habita-
10 toribus Ieruſalem. | Reuerſi ſunt ad iniqui-
tates Patrum ſuorum priores, qui nolue-
runt audire verba mea, & hi ergo abierunt
poſt Deos alienos, & ſeruierunt eis: irritum
fecerunt domus Iſrael, & domus Iuda pa-

PARAPHRASIS.

1 *HVNC ſermonem rurſus habuit dominus ad prophetam Ieremiam, quem alus ſibi ſimilibus referret.* [2] *Suſcipite verba de fœdere olim cum hoc populo inito, vt ea Iudæis omnibus referatis, & præcipuè incolis Ieruſalem. Tuque, ô Ieremia: dices eis. Sic dicit Dominus Deus Iſraelis.* [3] *Sit vir ille maledictus, qui non ſeruauerit illius pacti conditiones, quod ſeruare præcepi patribus veſtris, cum eduxi eos de terra Ægypti, & de* [4] *duriſſima eius ſeruitute, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia, quæ præcipio vobis, & eritis mihi populus, & ego ero Deus veſter, &* [5] *preſtabo promiſſionem, quã iureiurando promiſi patribus veſtris de danda eis terra lacte, ac melle affluente: quam hoc tempore vos ipſi impletam conſpicitis. Ego autem Ieremias reſpondi, ac dixi:* [6] *Ita eſt vt dicis, Domine, preſtitiſti enim quod promiſiſti: & dixit mihi Dominus. Predica omnia verba hec in ciuitatibus Iuda, & in* [7] *foris Ieruſalem, ac dic. Audite verba fœderis huius, & facite ea,* [8] *ne vobis accidat quod patribus veſtris, quos adhibitis etiam teſtibus* [9] *admonui ex die, quo eduxi eos de Ægypto vſque ad hunc opportune ſatis, ac dixi, Audite vocem meam, & non audierunt, nec accommodare voluerunt aurem ſuam voci meæ, quin imo precipites abierunt poſt prauam libidinem peſſimi cordis ſui; & idcirco induxi ſuper eos omnes* [10] *maledictionis in eo fœdere conſcriptas: quod vt facerent præcepi, & noluerunt. & adiecit Dominus. Deprehenſi ſunt viri Iuda, & incolæ Ieruſalem cum patribus ſuis* [11] *conſpiraſſe, nam relapſi ſunt in iniquitates patrum ſuorum priorum, qui renuerunt verbis meis obtemperare: & ſectati ſunt ipſi etiam Deos alienos, vt ſeruirent eis. Itaque tam decem tribus Iſrael, quam tribu Iuda irritum fecerunt pactum, quod cum patribus eo-* *Sub Ioſia.*

rum pepigeram; conſimili ergo affici merentur ſupplicio Eam ob rem dicit Dominus, ecce ego induco non ſuper eos malum, de quo ſe non poterunt eximere, clamabuntque ad me, & non exaudiam eos, & ibunt ciues vrbium Iudeæ, incolæque Ieruſalem ad deos, quibus libauerunt, & nullo modo ſeruabunt eos in tempore calamitatis eorum: & merito quidem, quandoquidem vnaquaque ciuitas Iuda ſuum colebat Deum, & in vnaquaque vis Ieruſalem erectæ erant confuſionis aræ, aræ ad libandum Baal.

Tu ergo Ieremia noli pro huiuſcemodi populo orare, neque aſſumas pro eis vocem [13] laudis, aut deprecationis, quia non exaudiam cum clamauerint ad me in tempore ſuæ tribulationis. Et [15] quid cauſæ eſt, cur populus tam vnicè mihi dilectus in templo meo tam multa ſcelera perpetrauerit, in varia immolatarum [14] carnium immolatione glorioſus, quaſi eis ſint ingentia illorum ſcelera delenda? Olim quidem ob multa ornamenta ipſi à Deo præſtita comparauerat illum [5] vberi oliuæ, pulchræ, fructiferæ, & ſpecioſæ, & eo nomine vocabat eum. At nunc cum ingenti [16] Chaldæorum tumultu ignis exardeſcet in eo, & rami eius comburẽtur. Dominus enim exercituum, qui plantauit eum parauit ei exitiũ, ob impietatem, quam Iſrael, & Iuda in ſuam exercuere perniciem: vt me irritarent, ipſi libãdo Baal. Hæc quia meo populo [18] prænunciabam tuo nomine, inſcio mihi parabant interitum. Tu vero domine, quæ tua eſt miſeratio in tuis è periculo eruẽdis, reuelaſti mihi inſidias eorum, tu oſtendiſti mihi eorum conatus Ego enim nihil tale veritus incedebam inter eos quaſi [19] agnus mãſuetus, qui portatur ad victimã, ignarus quod contra me cogitationes eiuſmodi molirẽtur, [19] mittamus lignũ mortiferum in panẽ eius, & excindamus eum de terra viuentiũ, vt nec memoretur quidem amplius nomẽ eius. Tu autẽ domine Sabaoth, iudex iuſte, cui explorata ſunt mea, illorumque [20] conſilia, fac videam ſumi à te [21] vltionem de eis, ſiquidem tibi cauſam meam agẽdam reliqui: Et dominus ad me: propter hæc, quæ in te ſunt machinati, ſic dices nomine meo, ad ciues Anathoth, qui nituntur tibi vitã eripere, ac dicunt, ne [21] vaticineris nobis, quaſi à Deo ſis miſſus, toties futurã captiuitatem, alioquin manibus noſtris interficieris: propter hæc inquam, ſic dicit dominus exercituũ, ecce ego vos tam acriter puniam, vt iuuenes veſtri gladio confixi moriantur, filij autem filiæque fame pereant, nulluſque erit ſuperſtes ex eis: intentatam enim calamitatem ego indubiè inferam ciuibus Anathoth, eo ipſo tempore, quo eos dixi fore puniendos.

ctum meum, puod pepigi cum patribus eo-
rum.‖ Quamobrem hęc dicit dominus: Ec- 11
ce ego ioducam ſuper eos mala, de quibus
exire non poterũt: & clamabũt ad me, & oõ
exaudiã eos.‖ Et ibunt ciuitates Iuda, & ha- 12
bitatores Ieruſalem, & clamabunt ad deos,
quibus libaot, & non ſaluabunt eos in tem-
pore affictioniseorum ‖Secuodum numerũ 13
enim ciuitatum tuatũ erant dij tui Iuda: &
ſecũdum numerum viarum Ieruſalẽ poſuiſ-
ſti aras cõnfuſiouis, aras ad immolandũ Baa-
lim.‖ Tu ergo noli orare pro populo hoc, & 14
ne aſſumas pro eis laudem & orationẽ: quia
non exaudiam in tempore clamoris eotum
ad me, in tempore afflictionis eorũ. ‖ Quid 15
eſt quod dilectus meus fecit in domo mea
ſcelera multa? numquid [14] carnes ſanctæ au-
ferent à te malitias tuas, io quibus gloria-
ta es?‖ Oliuam [15] vberem, pulchram, fructife- 16
rã, ſpecioſam vocauit dominus nomen tuũ;
[16] ad vocem loquelæ, grandis exarſit igois in
ea, & cõbuſta ſunt fruteta eius.‖ Et dominus 17
exercituum, qui plantauit te, loquutus eſt
ſuper te malum: pro malis domus Iſrael, &
domus Iuda, quæ fecetunt ſibi ad irritãdum
me, libãtes Baalim. [17] Tu autem domioe de- 18
monſtraſti mihi, & cognoui: tunc oſtendiſti
mihi ſtudia eorum. ‖ Et ego quaſi [18] agnus 19
manſuetus, qui portatur ad victimã, & non
cognoui quia cogitauerunt ſuper me con-
ſilia, dicentes: [19] Mittamus lignum in panem
eius, & eradamus eam de terra viuentium, &
nomen eius non memoretur amplius. ‖ Tu 20
autem dominus Sabaoth, qui iudicas iuſte,
& probas [20] renes, & corda, videam [21] vltio-
nem tuam ex eis: tibi enim reuelaui cauſam
meam.‖ Propterea hæc dicit dominus ad vi- 21
ros Anathoth, qui quærunt animam tuam,
& dicunt: [22] Non prophetabis in oomine
domini & non morieris in manibus noſtris.
‖ Propterea hæc dicit dominus exercituum: 22
Ecce ego viſitabo ſuper vos: iuuenes moriẽ-
tur in gladio, filij eorum & filiæ eorum mo-
riẽtur in fame.‖ Et reliquiæ non erunt ex eis: 23
inducam enim malum ſuper viros Anathoth
annum viſitatioois eorum.

ARGVMENTVM.

Foedere olim cum populo inito ad memoriam teuocato, exemplo patrum oſtendit Deus, eiſdem ſuppliciis mereri affici filios ob illius tranſgreſſionem, quibus ob eandem puniti ſunt pattes. Minatur deinde ciuibus Anathoth extremam calamitatem, quod conati fuerint veneno Ieremiam de medio tollere, quod in ſcelerum ipſorum pœnam, futuram denuntiauerit captiuitatem.

COM-

COMMENTARIVS.

1 VERBVM.] Adnotat Hieronymus, & ex eo Rabanos, & Hogo, cum non ſit ſcriprum ſub quo tege, aut quo anno hoc verbom fuerit factum Ieremiæ, intelligendum eſſe factum eodem, quo propheria quæ habetut in 10. capire, aot certe poſt aliquod tempotis interuallum. Sed ſi verum eſt qyod eo cap. probabilius exiſtimauimus numeto. 1. contineri in illo epiſtolam miſſam ad tranſmigratos Babylonem, & ira edita in eo capite contenta ſub tege Sedecia: non eſt cur ſcripta in hoc capite ad illud tempus pertinuiſſe dicamus, quæ quod defiuire tempus neſcimos ſub Ioſia edita, in prologomenis conſtituimus. De loco autem aſſerit Iſidorus, propheriam cap. illius, editam ab Ieremia in potta templi, magna cum libertate, B hanc vero in pattia illius Anathoth. & hoc quidem cum verum eſſe ex fine capitis colligarur, illud tamen, vnde Iſidotus deduxerit incompertum mihi eſt.

Ad quẽ fiat hic ſermo.

2 *Audite.*] Quærunt hîc interpretes, cut verbum ſit factum ad ſolum Ieremiam, in ſingulari, & adiectum, dices ad eos. At in numeto multitudinis, dictum eſt, Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Ieruſalem? Reſpondent qoidam verbum, Aodite, eſſe factum ad populum, vt attendat, & audiat verba fœderis. at cum ſubdit, & loquimini, couoertit ſermonem ad prophetas, qui expoſituri erant pactum Iudæis, & tandem ad Ieremiam: honc in modum: Audiat populus vniuerſus, quæ de fœdere cum eis olim à me iniro dicturus ſum, ruque ô Ieremia, cum ceteris Prophetis referte quæ dixeto Iudæis omnibus, incolis præcipuè Ieruſalem. Dices ergo ad eos. Verum non videtut verba, audite, & loquimini, ad diuerſos fore referenda. Quare S. Thomas, Dionyſios, Vatab. & Iſidotus exiſtimant prioribus verbis ſermonem fieri ad Ieremiam cum reliquis prophetis, aut iuſtis, qui tunc erant Ieroſolymis, qoales erant Sophonias, Olda & ſimiles, vt Hoſeæ 2.1. Dicite fratribus veſtris, populus meus; quod Chaldæus expoſuit, prophetæ dicite fratribus veſtris, popule mi, conuertimini ad legem meam. & in Abdia. s. viſio Abdiæ: Auditum audiuimus à Domino, & legarum ad gentes miſit; quia vna cum ſociis ſuis Prophetis, ſecundum Hieronym. audiuit. ſic modo omnes Prophetas excitat ad loquendum, incipiens loqui per Ieremiam. Hugo è mente Hebræorum dicit, hîc loqui Dominum cum Ieremia, & Baruch, ſed præcipuè cum Ieremia, & propterea ſobdit ei, & dices ad eos. At ſatius eſt dicere Ieremiam accepiſſe verbum pro omnibus ſui ſimilibus, qui locuturi erant ad filios Iuda.

Hoſea. 2. 1.

Abdia. s.

Fœdus vetus renouatur.

3 *Maledictus.*] Inſtaotat modo vetus fœdus ſecundum Theodoretum, & Vatab. cum ait, Audite verba pacti huius, & maledictus vir qui non aodierit verba pacti hoius, quod pepigit Moſes Dei nomine, poſtquam in monte Sinai accepir legem. Sic enim latè refertut Exod. 24. 3. Venit ergo Moyſes, & narrauit popolo omnia verba Domini: reſpõditqoe omnis popol⁹ vna voce, Omnia verba domini, quę locotus es faciemus: & cum duodecim vitulorum ſanguinem ſumpſiſſet partẽ ſuper altare fudit, partem ſuper populũ reſperſit, dicens, hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper omnibus ſermonibus his. Hoc fœdus renouatur in Deuteronomio, de quo cap. 29. s. dicitur. Hæc ſunt verba fœderis, quod pepigit Dominus Moyſi, vt feriret cum filijs Iſrael in terra Moab, præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb. & verſo 10. Vos ſtatis hodie cuncti coram Domino Deo veſtro, vt tranſeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando, quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum, vt ſuſcitet te ſibi in populum, & ipſe ſit Deus tuus, ſicut locutus eſt tibi, & ſicut iurauit patribus ruis Abraham, Iſaac, & Iacob. Nec vobis ſolis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo, ſed cunctis præſentibos, & abſentibus Hoc fœdus vt cum populo iniret præcepit Dominos Moſi, Exod. 19. à verſu 4. quod ſe initurum promiſerat, Exod. 6. verſu 3. Sicut pepigerat cum Abraham, Iſaac, & Iacob, quibus promiſit terram Chanaan: Abrahæ quidem Geneſ. 12. 7. & 13. 14. & 15. 18. diuiſo ſacrificio more Chaldæorum. Iſaac vero Geneſ. 26. 3. Iacob autem Geneſ. 28. 13. Hoc ergo fœdus hîc renouatur, cui Deuteronom. 27. & ſequentibus, adiunctæ ſunt variæ execrationes, ſeu maledictiones contra non ſeruantes illud. & ita concludit capur 27. Maledictus, qui non permanet in C ſermonibus legis huius, nec eos opere perfecit, & dicet omnis populus, Amen. Quas omnes execrationes hac vna renouat hoc loco. Maledictus vir, qui non audierit verba pacti huius. Eſt autem admiranda ſomma Dei cura, & ſolicitudo in fœdere cum popnlo ineundo, & renooãdo, & in exigendo in eo inita, tantum, vr populum ſibi deuinctum magis, ac magis teneret, illo obligationis nexo, & ſecum colligatum haberet, ne pro ſua libidine vagaretur, ac fugeret.

Exod. 24. 3.

Deuter. 29. 1.

Exod. 19. 4.

Exod. 6. 3.

Geneſ. 12. 7. & 13. 14. & 15. 18.

Geneſ. 26. 3.

Geneſ. 28. 13.

Deuter. 27.

4 *Ferrea.*] Metaphora fornacis ferreæ ſecundum Hieronymum, & omnes alios interpreres, ſignificat duriſſimam, grauiſſimamque ſeruitutem, quam Ægyptijs per tot annos ſeruiendo pertulerunt filij Iſrael in laterum effictione, ac decoctione. Dicitur aurem fornax ferrea, inquit Ambroſius in Pſalm. 118. ſermon. 20. quia erat dura D fornax, fornax mottis perpetuæ, quam nullus poterat euadere, quæ omnes conſumeret, in qua ſolus dolor ineſſet, & luctus: quia demun nullius adhuc in Ægypto opera virtutum plena lucebant: nullius aurum illic fuerat comprobatum, nullius plumbum iniquitatis exuſtum.

Ambroſius.

At vero fornax, in qua Auanias, Azarias, & Miſaël Hymnum Deo canebant, fornax aurea, non ferrea. Erat quidem hæc fornax in Babylonia, vbi aurum noo erat ſpirituale, niſi forte captiuum. Hoc erat aurum in Dei Sanctis, qui captiui erant apud Babylonios corpore, ſpiritu autem liberi apud Deom: & fortaſſe eadem fornax ferrea fragilibus eſt,

aurea perſeuerantibus, ferrea improbis, & peccatoribus, aurea probis, & martyribus, quia tanquam aurum in fornace probauit electos Domi-
Sap.3.6 nus, Sap.3.6.

Quo vero augeat beneficium populo collatum, eumque deuinciat ad ſeruiendum Deo, & grauiorem reddat culpam ingrati animi, oſtendit miſerum ſtatum, ex quo fuerit eductus, & fœliciſſimum, in quem deductus, quod ex fornace ferrea,
Deut.4.20. & in terram fluentem lac, & mel. Sic Deuteron. 4.20. Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hæreditarium. Qua ipſa ratione Salomon Deum ſuis
3.Reg.8.51. conciliabat, 3. Reg. 8. 51. vt eos audiret: populus tuus eſt, inquit, & hæreditas tua, quos eduxiſti de terra Ægypti, de medio fornacis ferreæ, vt ſint oculi tui aperti ad deprecationem ſerui tui, & populi tui Iſrael. Quo enim maius eſt collatum beneficiũ, maius bonum à Deo factũ in homine relucet, & quo maius bonũ magis diligitur à boni auctore: vnũquodque enim diligit effectũ ſuum, pater filium, Deus creaturam, benefactor illum, in quem ſuum contulit beneficium. Vnde ea ipſa ratione, qua homo Deo adſtrictus eſt lege gratitudinis, Deus homini deuinctus eſt lege amoris, & prouidentiæ.

5 *Vt ſuſcitem.*] Verbum Hebraicum, quod Vulgatus vertit, vt ſuſcitem, & Pagninus cum Lxx. vt ſtatuam, Chaldæus, & Tigurina transferũt, vt cõ-
Deut.27.26. Ier.34.18 firmem. & ex Deuteron. 27, 26. & Iere. 34. 18. conſtat eſſe, ſeruare: vt ſit ſenſus, ſeruate legem meam, quod ſi feceritis, ſeruabo & ego vobis promiſſionem illam, quam ſub iuramento præſtiti patribus veſtris de dando illis terram hanc, vt videtis completam.

Dicit autem ſe ſeruaturum promiſſionem, quę iam erat completa, ſicut Deus ipſe notat, cum inquit, ſicut eſt dies hęc, hoc eſt, qualẽ videtis hodie, iam enim filij terra promiſſa potiebãtur: quia non tantum erat promiſſio dandi terram, ſed datam conſeruandi, ſi fidei ſtetiſſent. Cum ergo filij ſuis ſceleribus meruiſſent terra illa priuari, & ab ea expelli, pollicetur de nouo ſe ratam habiturum, confirmaturumque promiſſionem de conſeruandis illis in terra, ſi vellent ipſi reſipiſcere, legemque ſeruare: aut de terra conſeruanda iam peccatis amiſſa, vel iure ad illam deperdito, & hoc eſt ſecundum Hugonem, & ſanctum Thomam, quod dicit, vt ſuſcitem iuramentum. Quod vero ait de terra lacte, & melle manante, hyperbolycè dictum putat Hieronymus pro rerum omnium
Virgil. abundantia, vt illud Virgilij in Bucol. Æglo. 3. Mella fluent illis, feret & rubus aſper amomum: & iterum, Et paſſim riuis currentia vina repreſſit.

6 *Amen.*] אָמֵן Amen dictionem Hebræam nomen eſſe veritatem, aut firmitatem ſignificans docet
Iſa.25.1. nos Iſaias capit. 25. 1. cum dicit: Quoniam feciſtis mirabilia, cogitationes antiquas fideles Amẽ, hoc eſt veritatis, aut firmitatis, pro veras, ſtabiles,
Iſ.65.16 ac firmas: & cap. 65. 16. In quo qui benedictus eſt ſuper terram benedicetur in Deo Amen, pro veritatis: & qui iurat in terra iurabit in Deo
Amen quid nomen. Amen, id eſt, veritatis: eſt enim vox Hebræa in regimine, vt opus ſit Amen nominaliter accipere: ideo Lxx. hîc Deum verum tranſtulerunt.
Apoc.3.14. Hac ratione putatur accipiendum Amen Apocal. 3. 14. cum dicitur: Et angelo Laodiceæ Eccle-

A ſiæ ſcribe, hæc dicit Amen, hoc eſt, veritas, teſtis fidelis & verus, qui eſt principium creaturæ Dei, & capit. 7. 12. & adorauerunt Deum dicentes Apoc.7.12.
Amen, id eſt, veritas, benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum Amen. Qua loquendi forma vſus videtur Paulus 2. ad Corint. 1. 18. cum ait, Fidelis autem Deus, quia 2.Co.18
ſermo noſter, qui fit apud vos, non eſt in illo eſt, & non. Dei enim filius Ieſus-Chriſtus, qui in vobis per vos prædicatus eſt, non fuit ναί, καὶ οὔ, hoc eſt, etiam, & non, ſed ναί in ipſo fuit. Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt in illo ναί, etiam, aut eſt, & per ipſum Amen Deo, ad gloriam per nos. Hoc eſt, promiſſiones in Chriſto ſunt etiam, & veritas, quia conſtanti, firmaque ratione com-
B plendæ erant.

Eſt deinde & particula affirmantis, ratum quæ dicuntur habentis, & conſenſum præbentis, & vt ſigoaculum veritatis: quod Aquila, Symmachus, & Theodotio fideliter ſiue verè ſunt interpretati, vt aſſerit Hieronymus ſuper cap. 6. epiſtolæ ad Galatas in fine, & in epiſtol. 137. ad Marcellam. In qua ſignificatione Chriſtus ſæpe hac particula vſus eſt. Sic illud Marci. 12. 43. Amen dico vobis, Marci 12.43.
quia vidua hęc pauper plus omnib⁹ miſit, Luc. 21. 3. vertitur, Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper Luc.21.3.
plusquã oẽs miſit: & Paulus. 1. ad Cor. 14. 16. dixit: 1.Cor.14.16.
Ceterũ ſi benedixeris ſpiritu, quis ſupplet locum idiotæ? quomodo dicet Amen ſuper tuam benedictionem? quoniã quid dicas neſcit. Non enim, ait, idiota reſpõdere poterit verum eſſe quod dicitur, niſi intellexerit quod docetur.

C Eſt demùm particula optantis bonum, ſiue malum, aut ſibi, aut alij imprecantis quod dicitur: quam ſignificationem verbo γένοιτο, hoc eſt fiat, ſolent exprimere Lxx. vt locis dictis, & ſuper hunc Ieremiæ notat Hieronymus. Sic Nume. Nu.5.21
5. 21. præfatis variis execrationibus ſuper adultera, Deu.27
reſpondebat mulier Amen amen, hoc eſt, fiat, fiat, vere mihi hæc mala contingant, ſi adultera fui. Et Deuterono. 27. poſt ſingulas execrationes, & diras, quibus deuouetur qui non ſeruat legem, reſpondet omnis populus Amen, ita ſit, ſic contingat: & in fine quinque voluminum, vt ait in ea epiſtola Hieronymus, in quæ Pſalmos Hebræi diuidunt, benedictio illa, Benedictus dominus Deus Iſrael à ſeculo, & vſque in ſeculum fiat, fiat, particula optantis, deprecantiſque Amen, amen abſoluitur.

D Ad rem igitur, cum reſpondet Ieremias, Amen Ieovah, Hieronymus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, & Dionyſius verbis præcedentibus, quibus dixerat Deus ſe impleſſe quod promiſerat, applicant reſponſionem, vt Ieremias cupiens in perpetuum permanere quæ data ſunt, populi captus amore, vel affirmanter dicat, Amen domine, ita eſt, verum eſt, aut veritas eſt, & negare non poſſumus te præſtitiſſe quæ promiſeras. Vel vt ſit particula optantis, & dicat, Amen domine, vtinam ratum habeas quod feciſti, aut ſemper conſerues, quæ populo tuo præſtitiſti. Sed Origenes homilia ſexta in Ieremiam, Ly- Orig.
ra, & Vatablus, dicunt reſpondere Ieremiam ei, quod dominus dixerat, maledictus vir, qui non inſtaurat fœdus illud vetus, & vno verbo renouat omnes execrationes, quas impræcan-
tur

forma Deuteron. 27. Maledictus homò, qui fa-
Deut. 27
ciet ſculptile &c. Et pro reſponſione totius populi dicentis Amen, Ieremias hîc reſpondet, Amen Domine, ſit verè maledictus, & execratus: & eſt ſenſus verior, quem inſinuat Theodoretus.

7 *Foris.*] Nomen Hebræum חוץ Huts omnem extra domum locum ſignificat, aut extra ciuitatem exiſtentem, vt plateas, vias, vicos, & adverbialiter foris, aut foras: & hîc quidem nomen plurale Huzoth cum prepoſitione, in, Hieronymus, quem ſequuntur Rabanus, Hugo, & Dionyſius, pro adverbio, foris, accipit, quo ſignificet agros, qui ſunt extra Ieruſalem. Chaldæus in vicis expoſuit Ieruſalem, Tigurina vero, Pagninus & Vatablus in plateis Ieruſalem, & ita hîc accipio, vt foris ſit caſus auferendi pluralis nominis, forum, ſi aliquando fuit in vſu; vt in foris Ieruſalem ſit idem quod in forinſenſis, aut externis, publicisve locis Ieruſalem, vt in viis, aut plateis: nam ſic accipitur ſupra cap. 5. 1. Circuite vias, vel ſcrutamini in plateis Ieruſalem: & cap. 17. 17. Nonne vides quid iſti faciant in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? & verſ. 34. Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem vocem gaudij: & conſtat, quia vt hoc loco vides, cum quid faciendum dicit ſcriptura, in ciuitatibus Iuda, mox ſubiicit, in Ieruſalem, tanquam in metropoli faciendum, & non quidem in agris, ſed in locis publicis, & in plateis eius, vt fit in hoc loco. Vnde confirmatur illud dictum Dauidis Kimhi Ieremiam in locis publicis prædicaſſe, cum Sophonias in Synagogis, & Olda in cœtu fœminarum.
Ier. 5. 1.
Ierem. 17. 17.
Ieremias in vicis publicis prædicabat.

8 *Facite.*] Hæc quam in paraphraſi explicuimus, comminatio colligenda innuitur ex exemplo à patribus deducto, & propterea ad rectam literæ coordinationem erat adiicienda. Argumentatur enim à maiori, aut à pari: patres veſtri, quod ſæpius admoniti legem ſeruare noluerunt, inciderunt in pœnas à lege definitas: ergo & vos filij eorum ſæpius quoque admoniti, nolentes legem ſeruare, certiſſimè eiſdem pœnis ſubiiciemini. Hugo vult ſic connecti hæc verba: Audite verba mea, & ne contemnatis ea, ſicut fecerunt patres veſtri quibus conteſtans conteſtatus ſum, & cetera.

9 *Conteſtaris.*] Verbum העיד Heid, quod vertit Vulgatus, conteſtatus ſum: in primis ſignificat implorare in teſtes contractus, aut fœderis initi res quaſcumque animatas, ſeu inanimatas, nequando paſciſcentes à pacto deſciſcant, ſed per teſtes conuincantur vt fœdifragi, & digni pœnis fœderi ſubiectis. Sic Cicero oratione 6. in Verrem, Deos, homineſque, ait, conteſtans clamare cœpit. Sic ſæpe adhibentur in teſtes, cœlum, terra, montes, colles, lapides, bruta animantia, ipſi denique quibuſcum fœdus percutitur. Sic Ioſue vltim. 22. Teſtes, ait, vos eſtis, quia ipſi elegeritis vobis Dominum, vt ſeruiatis ei: reſponderuntque teſtes. & verſ. 25. Percuſſit ergo Ioſue in die illo fœdus, & propoſuit populo præcepta atque iudicia in Sichem: ſcripſit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini, & tulit lapidem prægrandem, poſuitque eum ſubter quercum, quæ erat in Sanctuario Domini, & dixit ad omnem populum, En lapis iſte erit vobis in
Conteſtari quid.
Cicero.
Ioſue 24. 22.

A
teſtimonium, quod audieritis omnia verba Domini, quæ locutus eſt vobis, ne forte poſtea negare velitis, & mentiri Domino Deo veſtro. & Moſes Deuterono. 31. 28. dixit: Congregate ad me omnes maiores natu per tribus veſtras, atque doctores, & loquar audientibus eis, ſermones iſtos, & teſtabor, ſeu inuocabo teſtes contra eos, cœlum, & terram: noui enim quod poſt mortem meam iniquè agetis, & declinabitis cito de via, quam præcepi vobis: vnde incipit caput 32. Audite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.
Deut. 31. 28.

Significat ſecundò monere, ſeu præmonere eiſdem, aut ſimilibus teſtibus adhibitis, de fœdere inito conſeruando, ne poſtea, cum res à non implente pactum auferatur, aut pœna conſtituta
B
puniatur, vel neget fœdus, vel conqueratur. Hoc iura vocant, proteſtari, hoc eſt, legitima facta monitione, teſtibus etiam adhibitis, denunciare velle ſibi ius ſuum integrum conſeruari, & alienum repelli: ne ſi contra fiat, vel neget omnino aduerſarius, vel iure ſe conqueri fateatur. Sic Geneſ. 43. 3. dicitur: Proteſtando proteſtatus eſt nobis vir dicens, non videbitis faciem meam ſine fratre veſtro minimo: aut monendo monuit nos: quod Vulgatus dixit: Denunciauit nobis vir ille ſub atteſtatione iuramenti. Hac ratione prophetæ ſæpe ſæpius præmonuerunt populum ſtare fœderi cum Domino inito: alioqui certò ſubiectum in pœnis in fœdere conſtitutis: adhibebantque teſtes ſuarum admonitionum eos ipſos, qui inuocati fuerant in fœderis percuſſionem, aut ſimiles alios. Sic fecit Mo-
Ge. 43. 3.
C
ſes Deuterono. 4. 25. Si decepti feceritis vobis aliquam ſimilitudinem, patrantes malum coram Domino Deo veſtro, vt eum ad iracundiam prouocetis, teſtes inuoco hodie cœlum, & terram, cito perituros vos eſſe de terra, quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis. Sic Iſaias. cap. 1. 2. Audite cœli, &c. Hoc eſt quod dicitur 4. Regum 17. 13. & teſtificatus eſt Dominus in Iſrael, & in Iuda per manum omnium prophetarum, & videntium, dicens, Reuertimini à viis veſtris peſſimis, & cuſtodite præcepta mea, & ceremonias, iuxta omnem legem, quam præcepi patribus veſtris, & ſicut miſi ad vos in manu ſeruorum meorum prophetarum: & abiecerunt legitima eius, & pactum, quod pepigit cum patribus eorum, & conteſtationes, quibus conteſtatus eſt eos.
Deut. 4. 25.
Iſa. 1. 2.
4. Reg. 17. 13.

D
Hoc modo accipiunt verba noſtri prophetæ Hieronymus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Dionyſius, & Vatablus, pro frequenter ingerere, ſæpius admouere, aut adhibitis teſtibus præmonere: & probat hunc ſenſum, quod poſt hoc verbum ſequitur communiter propoſitio ב in, vt 4. Reg. 17. diximus: Teſtificatus eſt Dominus in Iſrael, & Iuda, & ita hîc legitur in Hebræo, quia conteſtans conteſtatus ſum in patres veſtros: hoc eſt, ab exitu de Ægypto vſque nunc non deſtiti monere patres veſtros, & teſtes contra eos adhibere meæ monitionis, ne cum eos puniam ſe non fuiſſe admonitos inficientur, aut conquerantur. Itaque nullum eſt ſuffugium, nulla excuſatio homini Dei legem negligenti, cum omnis creatura teſtis exiſtat Dei ſolicitudinis in eo admonendo.
4. Reg. 17. 13.

Deu. 27

10 *Verba.*] Induxiſſe dicit ſe omnia verba pacti, hoc eſt maledictiones, & pœnas definitas Deu.27. non ſtantibus fœderi, & legem non ſeruantibus: ſic Chaldęus, Theodoretus, Hugo, ſanctus Theomas, Dionyſius, & Vatablus. Variis enim ſupplicijs addixit eos, ait Theodoretus, interdum Ammonitis, interdum Moabitis, interdum alienigenis ſeruiebant. Sic Iudic.2.14. dicitur: Iratuſque dominus contra Iſrael tradidit in manibus diripientium qui ceperunt eos, & vendiderunt hoſtibus, qui habitabant per gyrum, nec potuerunt reſiſtere aduerſariis ſuis, ſed quocumque pergere voluiſſent, manus domini ſuper eos erat, ſicut locutus eſt, & iurauit eis. & verſ.20. Iratuſque eſt furor domini in Iſrael, & ait, quia irritum fecit gens iſta pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempſit, & ego non delebo gentes, quas dimiſit Ioſue, &c.

Iudic. 2. 14.

11 *Coniuratio.*] Nomen קֶשֶׁר Keſer, Chaldæus rebellionem expoſuit. Lxx. Aquila, & Theodotio *σύνδεσμον* coniunctionem, coitionem, aut colligationem. Vatab. Pagni. Tigurin. & Vulgatus, cum Symmacho verterunt coniurationem, vt 4.Reg. 11.14. dixit Athalia, coniuratio, coniuratio: & Iſa. 8.12. Ne dicatis, coniuratio, omnia enim quæ loquitur populus iſte coniuratio eſt. Verbum enim קָשַׁר Kaſar, vnde nomen deriuatur, ligare propriè ſignificat: transfertur autem ad animorum colligationem, quam Latini coniurationem, aut conſpirationem vocant. Quo nomine propriè ſcriptura ſolet vti, ait Hieronymus, quando non ſubito, fortuitoque, ſed paratis inſidiis, & coniuratione tenditur ad delictum, & pari mente, vnoque ſtudio id agunt, vt Dei mandata contemnant. Sicut enim qui iureiurando ſe adſtringunt ad aliquē ſimul occidendum, coniuraſſe dicuntur, vt Act. 23.21. viri amplius quam 40. ſe deuouerunt non manducare, neque bibere, donec interficerent Paulum. Sic filij Iuda vna mente conſpirarunt aduerſus Deum, vt cultum illi debitum præſtarent idolis.

4.Reg. 11.14. *Iſa* 8.12. *Act* 23. 21.

Et licet plures ex interpretibus nihil adnotarint de tempore huius defectionis, aut coniurationis: ſed tantum dixerint, filios imitatos fuiſſe, ac ſecutos patres, in eo quod, ſicut illi, idola coluere; & hoc eſſe, reuerſos eſſe ad iniquitates patrum ſuorum priorum, aut deuolutos ad vomitum, ſicut in bonum de Elia dicitur Malach. 4.6. & conuertet cor filiorum ad patres eorum, vt vnius ſint mentis, & fidei. Nihilominus Vatab. & Iſidorus hanc defectionem factam putant ſub Eliachim: nam cum ſub optimo rege Ioſia reſipuiſſent, vt conſtat ex 4. Reg. 22. & 23. eo interfecto reuerſi ſunt ad vomitum, vt patet .4.Reg.23.37. & cap. ſequentibus vſque ad Babylonicam captiuitatem.

Malach. 4 6.

Mihi tamen verius cum Lyra, videtur, ſermonem eſſe de defectione, & conſpiratione facta omnium Iudæorum aduerſus cultum Dei verum tempore Manaſſæ.

Coniuratio ſub Manaſſe

Illa enim dominus irritatus decreuit extremo ſupplicio punire Iudam, ſicut Iſrael. Nec mutauit hanc voluntatem tempore Ioſiæ regis optimi, quia fortaſſe populus in eadem mente perſeuerabat, licet regis metu, ſe non detegerent. Nam & hîc ſimiliter queritur Deus ſicut tempore Manaſſæ, quod domus Iuda, & Iſrael, irritum fecerit pactum, & quod pro numero ciuitatum, & viarum Ieruſalem fuerit numerus idolorum: quod non alio, quam tempore Manaſſæ conſtat accidiſſe.

De hoc autem extremo ſupplicio comminato Iudæ propter flagitia Manaſſæ dicitur 4. Reg. 21. 11. & repetitur ab Olda propheriſſa tempore Ioſiæ. cap. 22.15. & cap. 23. 25. poſtquam dictum eſt, nullum fuiſſe Ioſiæ ſimilem, additur: Verumtamen non eſt auerſus Dominus ab ira furoris ſui magni, quo iratus eſt contra Iudam, propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manaſſes. Dixit itaque dominus: Etiam Iudam auferam à facie mea, ſicut abſtuli Iſrael. & c.24.3. tempore Ioakim dicitur: Factū eſt autem hoc per verbū domini cōtra Iudā, vt auferret eum coram ſe propter peccata Manaſſæ vniuerſa. Ob hanc rem noluit dominus propitiari. Idem ferè dicitur ſub Sedecia cap.24.10. Si ergo Deus à tempore Manaſſæ noluit propitiari, ideo erat, quod populus, etiam per Ioſiam non fuerat verè reuocatus ad Dei cultum. De hoc ergo tempore Manaſſæ dicit Ieremias, poſt veram religionem ſeruatam tempore Ezechiæ reuerſum fuiſſe Iudam ad iniquitates, & idolatrias patrum priorum, eorum videlicet, qui ab exitu de Ægypto ſemper defecerunt à Deo vero.

4.Reg. 21.11. *4 Reg.* 22 15 & c. 23. 25. *4.Reg.* 24 3. *4.Reg.* 24.20.

His ſimiles ſunt Chriſtiani, inquit Origenes homil. 6. in Ieremiam, qui poſtquam ſemel ex patre Deo nati ſunt, imo per ſingula opera iuſtitiæ quotidie naſcuntur, vt ſaluator ex Deo, peccantes reuertuntur ad patres ſuos priores. Nam diabolus prior pater fuit, vt Chriſtus indicauit, cum dixit Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis, & Ioan. ipſe in epiſto.1.ca.3. Omnis qui peccatum facit, inquit, ex diabolo natus eſt. Nam duplices nobis eſſe patres, in Pſalm. 44. docet Dauid, cum ait: Audi filia, obliniſcere domum patris tui: à quibus duplex conſurgit generatio, duplex natiuitas, & filiatio. Infœlix ille, qui ſemper generatur à Zabulo, à diabolo, toties enim ex eo naſcimur, quoties peccamus: rurſuſque multum beatus, qui ſemper ex Deo naſcitur.

Origen. Chriſtianum, robi patrē diabolū ... *Ioan.* 8. 44. *1 Ioan.* 3.8. *Pſ* 44.11 *Patres duplices.*

12 *Laudem.*] Duo hîc ponuntur nomina: vnum רִנָּה Rinnach, quod laudem vertit Vulgatus: de eo ſupra cap.7. nonnihil diximus: ſignificat autem vocem lætitiæ, ſeu ouationis, vt Pſalm.29.6. Et ad matutinum lætitia, ſeu exultatio. Pſalm. 41.5. In voce exultationis, & confeſſionis ſonus epulantis. 42.6. Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion. 117.15. Vox exultationis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.

Pſ. 29.6. *Pſ.* 41.5. & 42.6. & 117. 15.

Hymnum vertit Vulgatus 3. Reg. 8.28. cum ait, Audi hymnum, & orationem, quam ſeruus tuus orat coram te hodie: & deprecationem, vt Pſalm. 16. 1. Intende deprecationem meam. At hîc, & ſupra cap. 7. & Iſa. 35. 10. laudem vertit, ait enim, Et redempti à Domino conuertentur, & venient in Sion cum laude, ſeu cum ouatione. Eſt enim, auctore Hieronymo, veterum hiſtoriarum repetitio commendando clementiam Dei, vt inducatur ad audiendum populi clamorem. Eſt ſane acclamatio, & enumeratio triumphorum olim reportatorum ad captandam Dei beneuolentiam.

3.Reg 8. 28. *Pſ.* 16.1. *Iſ.* 35.10.

Alterum nomen תְּפִלָּה Thephilah ſignificat precationem, ſeu orationem, qua negocium noſtrum, aut cauſam Deo manifeſtamus, & defetimus. Vnde vt notat hîc rectè Hugo, laus eſt de præteritis, oratio de futuris: nam primo per laudem captatur beneuolentia, deinde ſubinſertur oratio:

Laus, & oratio.

laus

A laus eſt oratio magis laudibus conſtans, ait Iſidorus; oratio, in qua magis petitionibus vacatur. Ne ergo, ait, defatigeris, laudes meas, meoſque triumphos commemorando, vt meam captes beneuolentiam, & inducas me ad audiendum populi clamorem, nam fruſtra id quidem niteris, cum enim non ſim exauditurus.

Chryſoſtomus. Eze 14. Num. 12.

Ex his colligit Hieronymus fruſtra aliquem rogare pro alio, cum ille non mereatur accipere, pro quo rogatur Deus. Eandem ſententiam, dum hoc Ieremiæ tractat teſtimonium tradit Chryſoſtomus homil. 5. in Matthæum, multis probans orationem pro indigno factam non exaudiri, cum nec Noë, Iob, & Daniel. Ezech. 14. nec Moſes orans pro ſorore, Numer. 12. nec Samuel pro Saule, 1. Reg. 16. exauditi ſint: & concludit. Non igitur

1 Reg. 16.

B oſcitantes, & deſides ex aliis pendeamus, habent enim vim pro nobis, & quidem maximā, orationes, ſupplicationeſque ſanctorum, ſed tunc cum nos quoque pœnitentiam egerimus, & meliores reddemur. Nam etiam Moſes, qui fratrem ſuum, & ſexcenta illa millia armatorum à tam dira liberauit ira: ſororem tamen ſuam nequiuit eripere: non quippe erat æquale peccatum. Idcirco & Ioan. 1. ſua epiſto. cap. 5. 16. dicit non eſſe rogandum pro peccato ad mortem. Conſentit Hugo, qui adducit Hieronymum, de damnatis, ac viuis etiam intelligens.

1. Ioan 5. 16.

Pro impiis deprecandum.

Veruntamen ex ea parte, qua indignus eſt ille, pro quo rogatur, non inanis eſt oratio, ſi ille qui rogat meretur exaudiri, quòd iuſtus ſit. Sic enim Stephanus pro Paulo rogauit Actuum 7. 60. & exauditus eſt: & Paulus 1. ad Timoth. 2. obſecrat, vt fiant obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & prò omnibus in ſublimitate conſtitutis, qui eo tempore ethnici erant, & improbi, communi etiam vſu eccleſiæ pro peccatoribus, & flagirioſis hominibus oramus. Loquuntur ergo ſancti de oratione fuſa pro iis, in quos iam eſt conſumata ſententia, de qua ſic Hieronymus: tunc enim ea non exaudietur: quod ſi nouiſſemus, vt reuelatum fuerat Ieremiæ de Iudæis, fruſtra rogaretur Deus. Vnde ſuper hunc eundem Ieremiæ locum ſermo. 14. morali ſuper 8. cap. epiſtol. ad Roma. ait Chryſoſtomus: Ieremiæ dicebat, ne roges pro populo iſto, quoniam non exaudiam te, non quod voluerit ab orando illum ceſſare, nam ſalutem illorum plurimum cupiebat, ſed vt terrerentur iſtud dicebat: id quod & propheta non ignorans ab oratione non ceſſabat, ſed ad orandum ſolicitior fiebat.

Actuū 7. 60. 1. ad Ti. 2. 1.

C

Chryſoſtomus.

13 *Quid eſt.*] Hebræa ad verbum ſic habent: Quid dilecto meo in domo mea faciendo ipſam abominationem multis. Dauid Kimhi & Vatab. addunt cum multis, ſuppleidolis: & ſynagogam refert illud pronomen: Quid dilecto meo in domo mea, cum fecerit ipſa abominationem cum multis: alij ſaluato ſenſu vertunt, abominationes multas, vel ſcelera multa: & poſſunt eſſe verba Dei, vel Ieremiæ iuxta quadruplicem ſenſum.

Prima expoſitio.

Primus ſenſus eſt, vt loquatur Deus. Quæ cauſa eſt, ob quam dilectus populus meus in templo meo tam multas abominationes perpetrauerit cum idolis? hunc ſenſum exprimunt Lxx. Quid dilecta mea in domo mea fecit abominationem? & Chaldæus, cum ait: Quid populo huic, qui erat dilectus coram me, dereliquerunt cultum domus ſanctuarij mei, fecerunt conſilium ad peccandum multifariam, nempe, vt multi peccarent, & Vulgatus: & ſic intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius. Loquitur enim de idolis, ſtatuiſque in templo erectis tempore Manaſſæ 4. Reg. 21. per omnem populum. Licet autem mirari cur impium populum, ac ſceleratum, & quem merito è domo ſua debuerat profligare, dilectum ſuum appellet miſericors Deus! vt Moſes Deuteron. 32. 15. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit. Num amoris vocabulo voluit populum ad ſe reducere: vel æquitatem pœnæ qua populum illum affecit, voluit oſtendere, vno eo verbo omnia exhibita beneficia comprehendens, & animum populi ingratiſſimum.

4 Reg. 21.

Deuter. 32. 15.

2. expoſitio.

Secundus ſenſus eſt. Quid eſt dilecto populo meo quod vltra permaneat in templo, in quo hactenus fecit abominationem, Diis multis ſacrificando. Merito quidem eiiciendus eſt, & captiuus ducendus, ne gaudeat domo mea, quam adeò polluit. Hunc ſenſum indicat Pagninus ſua verſione: Quid eſt dilecto meo, vltra in domo mea, cum fecerit abominationes multas.

3. expoſitio.

Tertius ſenſus eſt Hugonis, & Iſidori ex ſententia Hebræorum. Quid dilectus meus Ieremias tam aſſiduò prophetat in templo meo, oratque, in quo ipſa eccleſia Iudæorum tam nefandum perpetrat ſcelus? & in his quidem loquitur Deus de populo ſuo, aut de Ieremia: in ſequenti loquitur Ieremias.

4 expoſitio.

Quartus ſenſus Dauidis Kimhi, & Vatabli, ſic habet. Quid cauſæ eſt Deo dilecto meo, ait Ieremias, cur diutius habitet in templo hoc meo Ieroſolymitano in quo ipſa plebs Iudaica multa cum diis multis ſcelera perpetrauit? Hunc ſenſum innuit Tigurina, cum ait: Quid negocij vnicè dilecto meo in domo mea, cum ipſi congregatio ſcelerata multa deſignet. Hoc eſt, nihil eſt iam, quod dilectum Dominum meum retineat in templo hoc Ieroſolymitano, ſiquidem plebs ipſa tam multa in eo perpetrat ſcelera.

Inter has expoſitiones prima videtur præſtare: tum quod reuera conqueratur Deus de populo in templo idola colente, quod propriè domum ſuam vocat, cum Ieremias, vel quiuis alius, impropriè, & indecorè de templo poſſet dicere in domo mea: tum ob interpretantium authoritatem.

14 *Carnes.*] Hæc ſententia ex Hebræo ſic habet ad Verbum, Et caro ſancta tranſibūt à te, quia ma-

D litia tua tunc exultabas. Singulare verò accipitur pro plurali carnes ſanctæ: niſi nomē velis eſſe collectiuum.

Senſus primus.

Explicantur vero hæc verba multipliciter. Primo, quia in malitia impietatis tuæ, qua ſcelus cōmittebas in templo cum idolis, exultabas, & gloriabaris, carnes ſanctæ, hoc eſt, victimæ, ſacrificia, & omnis demùm cultus diuinus tranſibunt à te, & auferentur tibi: quem ſenſum innuit Chaldæus, dicens: commiſcent carnem abominationum cum carne ſanctificata, migrabunt à te propter malitiam tuam; & Iſidorus vertens: Vtique carnes ſanctæ recedent à te propter malitias tuas, in quibus gloriata es. 2. ſenſus eſt Tigurinæ, & Iſidori, in quo queritur Deus quod populus tranſtulerit holocauſta, & victimas, & cultum templi in cultum idolorum, & nihilominus gaudet de eo, de quo deberet confundi: carnes ſanctæ tranſeunt à te, id eſt, transfers carnes ſanctas à te ad

Senſus 2.

idola,& neglexiſti cultum meum, exultans in maleſaciendn.

Senſus 3. Tertiò alij, vt Pagninus, & Vatablus, carnem ſanctam, accipiunt pro homine ſancto, vt ſæpe accipitur caro, vt ibi, omnis caro fœnum. Ita vt ad- *Iſ.40.6.* dat pœnam, non tantum Deus recedet à templo ſed omnes viri ſancti, vt ſacerdotes, tranſibunt à te, & captiui ducentur, quia gloriabaris in tuis ſceleribus: & homines Sanctuarij, ait Pagninus, tranſibunt à te, quia in malitia tua tunc exultaſti. Vel per præteritum, vt explicat Vatablus: Cur Deus in templo diutius remaneat, cum viri ſancti tranſierint à te, hoc eſt, cum deſtituta ſis viris ſanctis: nullus enim in te remanſit.

Senſus 4. Quartò, R. Salomon, vt refert Lyra, nomine carnis intelligit circumciſionem, quia re vera oomen Hebræum בָּשָׂר Baſar pelliculam, cutim, membrumque virile ſignificat, quaſi dicat, circumciſio tranſit à te, ſiquidem nihil tibi prodeſt, cum in ea profeſſus ſis renunciare omnibus idolis, & mihi ſoli Deo vero ſeruire, & tamen, multis modis illis ſacrificaſti, & gloriaris in tua impietate.

Senſus 5. Quintò, & hunc ſenſum habent verba dicta:
Sacrificia male inutilia. & carnes ſanctæ, nempe victimæ, & ſacrificia, tranſibunt à te, nihil vtilitatis tibi allatura: nulla enim ratione proderunt ad auferenda tua peccata, quia in malitia tua exultans gloriata es. Hunc ſenſum, præfixa interrogatione tradiderunt nobis Lxx. vertentes: Numquid preces, & carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, aut per hæc effugies? & Vulgatus: Numquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? quaſi dicat, minimè, ſed fruſtra adhibebis ſacrificia, quæ mihi non placent. Sic exponunt Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius. Tantum aduertendum, cum dicit Vulgatus, io quibus gloriata es, relatiuum, quibus, referre malitias, non carnes ſanctas, vel oblationes, vt voluot Hieronymus & Hugo: & præſtat hic ſenſus ceteris, & conuenit lectioni Hebraicæ affirmanter dicenti, quod Lxx. & Vulgatus interroganter ſunt interpretati.

Reſpub. ſine religione nulla. Quæ autem Reſpublica modo vigere poteſt abſque templo, & carne ſancta Chriſti domum? aut quis color, quæ forma Chriſtianæ Reipublicæ eſſe poſſet, Hæreticorum congregationi, à qua & Deus pulſus è templis, & carnes ſanctæ abiectæ ſunt, quibus auferenda erant peccata?

15 *Vberem.*] Hebraicè legimus: Oliuam virentem, pulchram fructu, & forma vocauit Dominus nomen tuum. Olim, inquit, cum Deo vero ſoli deuota ſeruiebas, omnibus bonis affluebas, & eras Domino quaſi oliua viridis, ac florens, & decora valde, nempe tunc, cum Iudæorum Reſpublica, vt tempore Dauidis & Salomonis Deum cultu vero proſequebatur, ſumma fruebatur pace, & Dei regimine amplificabatur in dies: reddebat eam Deus celebrem, famoſam, & nominatiſſimā gentibus, denique vt ab omnibus fœlix, ac beata vocaretur. Hoc enim eſt, vocauit Dominus nomen tuum, id eſt, fecit vocari, vt iotellexit Chaldæus vertens, ſicut arbor olea, pulchra forma, & ſpecioſa aſpectu, cuius rami obumbrant in arborem ſeu expotrigunt ſeſe in arbores; ſic magnificauit Dominus nomen tuum in populis: ita etiam exponunt Hugo, & S. Thomas.

16 *Ad vocem.*] Nomen הֲמוּלָּה Hamullach Septuaginta deduxerunt à verbo מוּל Mul, quod reſecare, ſcindere, circumcidere, aut putare ſignificat: vnde & verterunt: ad vocem circumciſionis, ſciſſionis, aut putationis ipſius exarſit ignis ſuper eam. & ſignificant, quod cum ſciſſus eſt Iſrael à Iuda tempore Roboam, magnæ calamitatum tragediæ excitatæ ſuot inter eos. Aut ſecundum Theodoretum: Cum tempus aduenit putationis, & purgationis, magna orta eſt tribulatio ſuper eos per Babylonios.

Verum ceteri omnes interpretes deducunt à verbo Hamal, quod eſt loqui. vnde & vertunt: Ad vocem ſtrepitus, tumultus murmuris magni, vel ad vocem loquellæ magnæ exarſit ignis ſuper eam. Sic Exechiel.1.24. dicitur: Vox loquel- *Ezech.*
læ, ſicut vox, aut ſonitus caſtrorum. Et fere *1.24.*
omnes interpretes de igne intelligunt per Chaldæos ſuccenſo in excidio Iudeæ: ſunt tameo varij in explicanda illa voce, grandis loquellæ.

Nam primò Hieronymus, Rabanus, Hugo, *1. Senſus.* ſanctus Thomas, & Dionyſius, nomine grandis loquellæ, intelligunt iactantiam, ſeu elationē ſuperbam, ſeu blaſphemam, de qua cap.12.8. De- *Ierem.12.8* dit contra me vocem, ideo audiui eam, qua ex nomine ſuo celebri grandia de ſe ſentiens prorupit in grandem ſermonem, vt oblita Dei ſui gloriaretur de pulchritudine, & opulentia, quaſi non eam accepiſſet à Deo, & ea propter Deus igni Chaldæorum ſuccendit eam. Hoc eſt illud Deuteronom.32.13. Conſtituit eum ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agroruoi &c. *Deut.*
Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſa- *32.13.*
tus, impinguatus, dilatatus: dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo. Prouocauerunt eum in diis alienis: Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima, deuorabitque terram cum germine ſuo.

Secundò, Chaldæus per loquellam videtur in- *2. Senſus.* telligere legis tranſgreſſionem, qua omnibus perturbatis idolorum cultus vero Dei cultui præferretur: ait enim: Et nunc cum tranſgreſſa es legem, exercitus populorum, qui fortes ſuot ſicut ignis, venient contra te.

Tertiò, Hugo, ad vocem loquellæ grandis, qua petiit regem, intelligit, cum dixit omnis po- *3. Senſus.* pulus Samueli 1. Reg.8.5. Conſtitue nobis regem, vt iudicet nos, ſicut vniuerſæ habeot nationes, & *1 Reg.*
quorum regum iutroductione inducta eſt ido- *8.5.*
lolatria in populum, ex qua tandem euenit, vt corruerent omoes, & ſucceoſo igni deſtruerentur.

Quartò, Lyra, & Dionyſius per vocem lo- *4. Senſus.* quellæ grandis, intelligunt imperium magni Dei, quo Nabuchodonoſor ſuccendit, ac vaſtauit vniuerſam Iudæam: vel vt dicunt ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, ad imperium Nabuchodonoſoris, quo miniſtro templum concrematum eſt, & diruta Iudæa. Vnde ſubditur, Dominus exercituum, qui plantauit te, locutus eſt ſuper te mala, hoc eſt, definiuit, ac indixit ſuo miniſtro Nabuchodonoſori, vt executioni mandaret.

Quintò, Hebræis, Vatablo, & Iſidoro videtur *5. Senſus.* per vocem loquellæ debere intelligi murmur,

ſonitum,

ſonitum, aut tumultum exetcitus Babylonis, qui cum voce ſtrepitus militaris irruit in Ieroſolymam, & tandem combuſit eam. Atque iuxta hunc ſenſum præterita pro futuris accipiuntur, nam ignis exardeſcet in ea, & frangentut rami eius, etiam altiſſimi, & fruteta comburentur: qui ſenſus bonus eſt, ſi contra Iudam ſolum ſit ſermo.

6 Sēſus. Sextò, eſt alius ſenſus valde conſonus, vt vox, reſpondeat verbo, vocauit dominus nomen tuum. boc eſt fecit te florentem, pulchram, famoſam, & glorioſam apud finitimas omnes gentes; vnde magoum eſt adepta nomen. Ad famam ergo magni, ac celebris nominis huius Reipublicæ, gentes deſiderauerunt videre eam, & contrahere cum ea amicitiam, & commercium habere, ex quo factum eſt, vt ex amicitia cum gentibus contracta, quod ſæpe dolent prophetæ, earum deos eligeret, & coletet, & omnis populus peccato idololatriæ contaminaretur, propter quod immiſcuit ſe quæſtionibus multis, & excidio à Deo parato ſubiectus eſt: ideo ſubditur: Et dominus exercituum, qui plantauit te, locutus eſt ſuper te mala. Id eſt, decreuit te excindere. Videtut autem loqui de vniuerſo populo Iſtael & Iuda, nam ait, propter culpam domus Iſrael, & domus Iuda, quæ fecerunt ſibi ad irritandum me libantes Baalim, vt intelligunt Hieronymus, & Theodoretus. Erat enim Reſpublica duodecim tribuum florentiſſima, ad cuius famam, ex gentium familiaritate grandis idolatriæ ignis exarſit in ea, & combuſta gloria eius, vbertate, ac virore, pulchritudo eius periit, atque ita dominus definiuit vtrumque excindere populum, vt fecit, illum per Aſſyrios, bunc per Chaldæos. *Gregor. Senſus ſpiritualis.* Senſum hunc indicauit nobis magnus Gregorius dum homil. 21. in Ezechielem, prædicto literali ſenſu bunc ſpiritualem ſuperſtruit. Hinc, ait, per prophetam Iudeæ dicitur quod in ſeipſa incauta mens inueoit, ſi poſt culpam ſuas ſaltem cogitatioues rimetur. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam, vocauit dominus nomen tuum. Ad vocem loquellæ grandis exarſit ignis in ea, & combuſta ſunt fruteta eius.

Oliuam quippe vbetem, & pulchram, fructiferam, & ſpecioſam dominus vocat, cuius vel efficaciam in operatione, vel ſancta ſtudia in verbis ſcientiæ approbat. *Adulatio grādem excitat ignem.* Sed ad vocem loquellæ grandis exarſit ignis in ea, quia cum laudari quis cæperit, erubeſcit forſitan minot videri quam dicitur, & ſtudet eſſe quod dicatur. Vox enim grandis loquellæ eſt fauor adulantis, vnde ſcriptum eſt *Pro, 27.* Prouerb. 27. Qui benedixit ptoximo ſuo voce grandi de nocte conſurgens ſimilis eſt maledicenti. Ad vocem etgo loquellæ grandis exarſit ignis in ea, quia in magnitudine fauoris flamma in corde accenditut de amore laudis. Sed omnia oliuę fruteta comburuntut, quia ante omnipotentis Dei oculos, vel quæ beoe geſta, vel quæ ſcienter ſunt dicta depeteunt, cum iam non amore domini, ſed intentione tranſitoriæ laudis fiunt.

Quæſtio ſit ne ſermo hic de Chriſto, an de Ieremia 17 *Tu autem.*] Dubium eſt vtrum verba quæ ſequuntut, Ietemias protulerit quaſi ei accidiſſent, an tantum in Chriſti perſona. Hieronymus, quem ſequitur Rabanus, ſic inquit: Omnium eccleſiarum iſte eſt conſenſus, vt ſub perſona Ieremiæ à Chriſto hæc dici intelligant: & ideo Hugo, ac Dionyſius veriorem hunc ſenſum exiſtimant. Et ptobat Hietonymus, quia non poſſunt illa verba, mittamus lignum in panem eius, completa ptobari in Ieremia, cum crucifixum Ieremiam ſcriptura non memoret, ac proinde expuſitio Iudæorum, & noſtrorum Iudaizantium, ait Hieronymus, de perſona Ieremiæ expooentium vera non eſt.

Reſpōſio Nihilominus quod Ieremias ad literam de ſeipſo loquatur, & de iis, quæ ſibi acciderunt à ſuo populo machinata, propter vaticiniū futurorum, & ingtuentia captiuitatis mala, quæ prænunciabat, aſſerit tandem ipſe Hieronymus, Theodoretus quoque, Rabanus, ſanctus Tbomas, Lyra, Vatablus, & Iſidorus: & probatur primò, quia ad literam de Chriſto non verè diceretur, Non cognoui, quia contra me cogitauerunt conſilia, cum Chriſtus ſemper cognouerit cogitationes Iudæorum: neque petiit vltionem de inimicis ſuis, quin potius vt pater ignoſceret illis. Neque verba illa: Hæc dicit dominus ad viros Anathoth, qui quætunt animam meam, & dicunt, non prophetabis in nomine domini &c. poſſunt de alio intilligi biſtoricè, quàm de Ieremia, & de vitis Anatbotb.

Qua tarione Hieronymus conuictus, ad finem capitis dixit: Vt autem nos ab omni interpretationis moleſtia liberemur, illam ſequamut tegulam quod omnes prophetæ in typum domini ſaluatoris pletaque geſſerint: & quicquid iuxta præſens tempus completum ſit in Ieremia, hoc in futurum de domino prophetari. Fatetur ergo id, quod etiam Theodoretus affirmat, hiſtoricè in Ieremia completa quæ in typum fuerunt domini noſtri Ieſu-Chriſti: & hic eſt ſane conſenſus omnium eccleſiarum: quomodo autem conueniant Ieremiæ illa verba, mittamus lignum in panem eius, mox dicemus.

18 *Agnus.*] Hebraicè hæc ſic habent: Sicut Agnus אַלּוּף Alluph ducetur ad victimam, vel ad lanienam, vel ad iugulandum: & nomen quidem Alluph bouem ſignificat, quod ſit quaſi ductor, ac doctor gregum, vt Prouerb. 14. 4. Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt, Iſa. 30. 24. Et tauri tui, ſeu boues, & pulli aſinorum, qui operantur terram, & ita hîc accipiunt Dauid Kymhi: ſicut agnus, bos, repetita particula ſimilitudinis, ego autem tanquam agnus, tanquam bos: vt repetit Pagninus, vel addita coniunctione, &, vt addit Vatablus, ſicut agnus, & bos, qui ducitur ad iugulum. *Prou. 14.4.*

Significat etiam magnum, aut maiorem, principem, ducem, dominum: & ita Chaldæus vertit, ſicut agnus electus, & in hac ſignificatione poteſt intelligi Vulgatus tranſtuliſſe, ſicut agous manſuetus. Nam buius modi eſt agnus, qui ducit tanquam ductor, & viæ magiſter ſequentem gregem, qui vulgo dicitur, *elmanſo.* Io hac ſignificatione dixit Michæas cap. 5. 2. & tu Epbrata nequaquam minima es in Alphæ Iehudah, in Chiliarchis, aut principibus Iuda. *Michea 5.2.*

Alij putant dictum manſuetum ob inſitam illi manſuetudinem: qua tatione intelligunt Vulgatum omnes alij interptetes ex illo Iſa. 53. 7. de Chriſto, oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus cotam tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum: & ideo Lxx. hic verterunt, ſicut agnus innocens. *Iſ. 53.7.* *Agnus manſuetus quis.*

Verum ſi ad verbi Hebræi ſignificatum reſpiciamus, manſuetum ea aſſuetudine ſignificat, & ſic Tigurina vertit, ſicut agnus aſſuefactus. Ait ergo Ieremias. Ego cum eſſem inter cõciues meos, neſciens quid mihi molirentur mali, tanquam agnos innocens, ac manſuetus ducebar ad victimam. omnes autem futurum illud, ducetur, pro præſenti, aut præterito accipiunt, qui ducitur, aut qui duci ſolet ad victimam. Niſi velis oculos coniecisse prophetam in illũ, quẽ præſignabat agnum Christum, vt de eo exponit Euſebius lib.1. de Demonſtratione euãgel.c.10. ac ſi diceret. Ego etiam inter illos ſicut agnus ille mãſuetus, dux omnium gregum Chriſtus, qui ducetur ad crucis victimam.

Euſebius.

19 *Mittamus.*] Hebraicè, corrũpamus lignũ in pane eius, & præcidamus eum de terra viuentium. Verbum enim Hebræum נשחיתה Nashithah, quod 70. verterũt, immitamus, & Vulgatus mittamus, corrumpamus, aut diſperdamus ſignificat. vt conſtat Geneſ. 6. 12. Omnis caro corruperat viam ſuam. Ierem. 6.5. Deſtruamus, ſeu diſperdamus palatia eius. & ita vertunt Tigurina, & Pagninus. Panis autem vſu ſcripturæ pro omni edulio, aut cibo, vel fructu capitur. Et quidem ſunt qui ita legant: Corrumpamus lignum in fructu eius, in, pro, cum, ſumpto, hoc eſt, perdamus arborem cum fructu ſuo, quod ſtatim exponit cum addit, & eradicemus eum de terra viuentium.

Geneſ. 6.12. Ierem. 6.5.

Sacri ſcriptores vno conſenſu hunc locum, ſecundum Lxx. & Vulgati verſionem intelligunt de Christo vero pane, ligno crucis affixo, qui de ſe dixit Ioan.6. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi, adeò vt adhuc hiſtoricè, dixerit Theódoretus, iſtud non conuenit Prophetæ. Sic accipiunt Iuſtinus philoſophus & martyr, dialogo cum Triphone; qui à Iudæis hunc locum deletum aſſerit quod eo conuincerẽtur, quámuis in aliquibus exemplaribus repertus ſit. Tertullia. lib. aduerſus Iudæos cap.10. & lib.3. aduerſus Marcio. cap.19. & lib.4. cap. 40. Cyprianus lib. 2. aduerſus Iudæos, cap.15. & 20. Lactantius lib.4. diuinarum Inſtitut. cap.18. Ambroſius in Titulum Pſal. 35. Hieronymus, & Theodoretus hîc, Ruffinus in Symbolo, & Gregorius lib.3. Moral. cap.12. dicunt ergo, Mittamus lignum in panem eius idem eſſe quod, aptemus lignum crucis corpori eius, quod eſt verus panis, ſicut in Pſal.68. dixit Chriſtus, Dederunt in eſcam meam fel.

De Chriſto Ioan 6. 51. Iuſtinus. Tertullianus. Cyprianus. Lactantius. Ambroſius. Hieronymus. Theodoretus. Ruffinus. Gregorius.

Verum cum dixerimus, etiam è mente Hieronymi hæc in perſona completa Ieremiæ, & tanquam in typo Chriſti, quomodo in Ieremia completa ſint opportet explicare, vt poſtea Chriſtũ applicemus.

Pſal. 68. 22.

Chaldæus ergo paraphraſtes, Hugo Hebræos referens, S. Thomas, Lyra, Pagninus, & Vata. per lignum intelligunt arborem lethiferã, nempè venenum efficientem, quam Taxum eſſe dicunt; & legunt, mittamus venenum, aut taxum in panem eius: ſic dixit Chaldæus: mittamus, aut proijciamus venenum lethale in cibum eius. & ita Lxx. & Vulgatus ſunt intelligendi, mittamus lignum, nẽpè veneficum in panem eius. vel per hypallagen tranſpoſita eſt præpoſitio, vt notant Ioſeph Kimhi, Pagni. & Vatab. & pro corrumpamus lignum in pane eius, dicendum, corrumpamus in ligno panem eius. Hebræi autem inſtrumento, in, præpoſitionem addunt, pro, cum, quæ Latinis ſuperfluit; vnde Vatablus vertit, corrumpamus ligno cibum eius, *echemos le yerua, reſalgar, & o toxico en la comida.* hac ratione vulgo dicimus, *Serena enhernoiada*, quæ effecta eſt herba lethifera. Putant autem Hugo, S. Thomas, Lyra, & Vatab. hoc lignum, aut hanc arborem eſſe taxum, cuius & lignum, & folia, & baccas, & flores lethalia omnes hiſtoriographi naturales affirmant. Theophraſtus lib.3. hiſtoriæ cap. 10. Plinius lib. 16.c.10. Dioſcorides lib.4.c.75. Plutharcus lib.4. Simpos. & Gallenus lib.4. Simpliciũ. vnde & Virgil. lib.4. Georgic. taxum, vt apibus noxiam ab apiario ſemouet hoc verſu. Ne propius tectis taxum ſere. & Æglo-ga. 9. Sic tua cirnæas fugiant examina taxos. & in Arcadia tam præſentis eſſe veneni ait Plinius ea ſententia Sextij, vt qui obdormiant ſub ea, cibumve capiant, moriantur. Vnde & ingrati animi Symbolum eſt, quod ſatorem ſuum, & curatorem interimat. Sunt qui & toxica venena, hinc appellata putent, quæ vulgo toxica dicimus, quibus intinguntur ſagittæ. Sic Plinius, & addit, repertum, taxum innoxiam fieri, ſi in ipſam arborem clauus æneus defigatur; quamuis à nomine Græco τοξικὸς quod eſt ſagitta, toxicum doctiores dictum exiſtiment. Dioſcorides nimio frigori taxi, hanc illi tribuit facultatem, vt cicutæ. Sed Matthiolus ſuper eiuſdem lib.6. cap.12. nimio calori, quod ex corticis, frondiumque amarore demonſtrat, baccarum dulcedine, & acrimonia, perpetuaque virẽte coma, quæ à calore fieri nemo negat; & quod auiculæ frondes depaſtæ nigreſcant. vnde & ex calore immodico febres mortiferæ, & alui profluuia lethalia naſcuntur. De hac ergo, aut ſimili arbore dicit, corrumpamus taxo cibum eius, hoc eſt, mittamus toxicum in cibum eius, & præcidamus eum de terra viuentium. quod malum contra Ieremiam fuiſſe machinatos conciues eius, non eſt dubitandum.

Senſus alter. Taxi natura. Theophraſtus. Dioſcorides. Plutarchus. Gallenus. Virgilius. Sextius.

20 *Renes.*] Tres iudicis oſtendit virtutes: quod ſit Dominus exercituum, potens ad pœnam, quam ſtatuerit, infligendam: quod ſit iuſtus, qui nullis precibus, aut reſpectu perſonarum à iuſta ſentẽtia ferenda remoueatur: quod ſit omniſcius, & habeat pro teſtibus ſuam prouidentiam, ac ſcientiam, qua explorat intima quæque. Quod autem ſcriptura ſæpe cor, & renes vſurpet ad ſignificanda intima deſideria, & cogitationes, metonimicos fit. Cum renes ſint ſedes deſideriorum, & affectuum, præſertim concupiſcibilium, nam concupiſcendi vis in renibus ſita frequenter excitat cogitationes, vt Theodoretus notat. & nunquam è mente has abegeris, niſi affectus fueris moderatus. ideò Hebraice dicuntur כליות Kelaioth, à verbo calah, quod eſt deſiderare, deperire, quod in renibus ſit vis deſiderij coitus: aut perficere, & conſumare, quod in illis incipiant, & conſummẽtur affectus. Cor autem ſedes eſt cogitationum, nam dixit Chriſtus Math. 15. de corde exeunt cogitationes. Coniunguntur autem renes, & cor, quod principium conſiliorum, & cogitationum ſit affectus, cuius vis eſt in renibus, perfectio autem, & complementum eſt cor. Et quia hæc duo mentis inſtrumenta formantur in corpore, quaſi duæ poli ſpheræ, accipiuntur pro mente, ſub qua comprehenduntur voluntas, quæ eſt affectuum origo, & intellectus, qui eſt cogitationum, & conſiliorum ſcaturigo, & fons. Quia ergo Deus affe-

Tres iudicis virtutes. Math. 15. 19.

ctus

ctus noſtros, & cogitationes, non tantum cum ad A effectum deducuntur, ſed qood ſublimius eſt, com adhuc in ipſis fontibus, vnde dimanant, deliteſcunt, cognoſcit, idcirco dicitur explorare renes & cor, hoc loco, & c. 12. & 17. 10. & 20. 12. & Pſal. 7. 10. & 26. 2. Proba, dicitur, renes meos, & cot meũ, hoc eſt, explora in fontibus affectus meos, & cogitationes, iuxta illud Pſalm. 9. 37. præparationem cordis eorum audiuit auris tua: & Pſal. 138. 13. Tu poſſediſti renes meos, & cor meum, ſuſcepiſti me de vtero matris meæ: hoc eſt, tu tibi præripuiſti affectus, ac deſideria mea, & cogitationes; vt te ſolum amarem, te ſolum cogitarem, & me ipſum ex vtero mattis meæ: hac forma loquendi vſus Pluthatchus, io lib. de ſera Numinis vindicta, dixit: Deus vniuſcuiuſque affectum, ac naturam haud igoorat, vt pote qoi magis animi, quam corporis B ſcrotator exiſtit.

Ierem. 12. 3. Ierem. 17. 10. Pſal. 7. 10. & 26. 2. Pſal. 9. 37. & 138. 13.

Plutharcus.

21 *Vltionem.*] Velle ſumi vindictã per iudicem publice deſignatum, de ſceleratis pacem publicam turbantibus, & bonom virtutis impedientibus, dum abſit odium, & inoidia, honeſtum eſt: multoque boneſtius ſi per Deum iuſtiſſimum iodicem ea fieri deſideretur. Nihil enim aliud expetitur dũ Deo tribuitur vltio, qui non poteſt iniuſte vlciſci, quam vt ſecundum æquitatem, & rectã rationem fiat: ideo Deuteron. 32. dixit ipſe: Mihi vindictã, & ego rettibuam: & Dauid Pſal. 36. dat conſilium, Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet, & educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem. Quod ergo turpe eſt hac in re, illud plane eſt, vlciſci ſe aliquem de ſuu aduerſario, in eo enim vſurpat alienã iudicis poteſtatem, C nec iuſtam ſumet vltiooem odio ductus, aut nimio zelo. Ieremias ergo non ſumit vltionem de ſuis hoſtibus, ſed Deo ſuam omnem cauſam committit, petitque vt vlciſcatur ſe Deus de illis, ne impediant bonom reipublicæ commune, ex ipſius prouenieus commonitioníbus, idque ex ſumma efflagitat charitate.

Vltiones ſumendæ ratio.

Deuter. 32. 35. Pſal. 36.

22 *Non prophetabis.*] Tres caoſę poſſunt ex his verbis colligi, propter quas cines Anathoth inſidiati ſunt vitæ Ieremiæ: vna fuit inuidia, quam affert Lira; nam cum eſſent ſacerdotes, & leoitæ, & viderent conciuem ſuum Ieremiam Prophetantem, ſe vero ea gratia non eſſe donatos, vnde fiebat vt ille magni apud populum haheretur, ipſi vero nihili, triſtabantur, & graoiter ferebant gloriam Ieremiæ: atque ita boc ſolum poſtulabant ab eo ſub comminatione mortis, vt ne Propbetaret in nomioe Domini, D & non morieris, aioot in manibus ooſtris, hoc eſt, ſi vis effugere mortem, quam tibi manibus noſtris paramus, deſine propbetare io nomine Domini: nemo enim Propheta acceptus eſt in patria ſua, dixit Chriſtus.

Odij in Ieremiã cauſæ tres.

Luca. 4. 24

Altera cauſa eſſe poteſt, qua inducti falſi Prophetæ ex Anathotb necem Ieremiæ moliebantur, quod prophetaret in nomine Domini, cuius cultus eis exoſus erat, cum ipſi prophetarent in nomine Baal, inde videntur dixiſſe, ſi velis manus noſtras effugere, propheta, vti nos in nomine Baal, & non in nomine Domini. Tertia cauſa erat, quod non bene audiebat Ieremias apud eos propter increpationes, & comminationes quibus ſæpuis in Dei oomine comminabatur captiuitatem: & infenſi illi ei parabant niſidias, & necem, dicentes, ne in nos tam acriter inueharis, quaſi à Deo miſſus, vt mala imminentia denuncies, alioqoin interficiemos te: & hæc eſt certiot cauſa, quæ colligitor ex Hieronymo, alijſque interpretibos, & præcipuè ex Vatablo: & ea propter comminatur Anathothitis annom viſitationis, quo ſunt afficiendi ſupplicio, nullo ex eis ſuperſtite relicto, nempe in aduentu Nabuchodonoſotis.

Quoniam autem, auctore Hieronymo, omnium eccleſiatom conſenſus eſt in perſona Ieremiæ, tamquam in typo Domini ſaloatotis prædicta accidiſſe, operepræcium erit videre, quæ præceſſerit in Ieremia ſimilitudó, & qua in re Chriſtum adumbrarit. Et in primis notare opportet, qui eſſent inſidiatores, coi inſidiareotur, deinde quibus modis, quave de cauſa, & demum qua pœna ſint affecti. Inſidiarores etant ſacerdotes potiſſimom, qoia ciues Anathoth ſacerdotum ciuitatis, & ex familiaribus, & cognatis Ieremiæ, ſic c. 20. 10. indicat ipſe, cum ait, Audiui contumelias multorum, & terrorem in circuitu, perſequimini, & perſequamur eum, ab omnibus viris, qui erant patifici mei, & cuſtódientes latus meum.

Ieremias typus Chriſti.

Ierem. 20. 10.

Erat autem Ieremias, cui parabantur inſidiæ, cuius innocensia vno illo verbo declaratur, Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, non cognoui, quia ſoper me cogitauerunt conſilia.

Inſidias paratas illis verbis oſtendit. Tu autem Domine demonſtraſti mihi, tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum, & ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia cogitauerunt ſuper me conſilia, mittamus lignum in panem eius & eradamus eum de terra vioentiom & nomeo eius non memoretur amplius. Sic cap. 18. 18. Et dixerunt, venite cogitemus contra Ieremiam cogitationes, venite & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad omnes ſermones eius.

Ierem. 18. 18.

Cauſam autem inſidiatom diximus fuiſſe odium, quo eom proſequebantur, quod prophetaret in nomine Domini futuram captiuitatem propter ingentia illorum ſcelera.

Pœna, qua puniti ſunt fuit vaſtitas vrbis Anathorh, & ciuium captiuitas. Hæc omnia non diſſimiliter in Chriſto cõpleta facile inueniemos, & quidem quamuis omnes Iodæi vitam illi eripere molitentur, vt conſtat ex Ioan. 5. 18. 7. 20. 25. 30. 44. & 8. 37. 59. & 10. 30. 39. Sed præcipuè Pootifices, & Sacerdotes, Scribæ, & Phariſæi: nam Ioan. 7. 32. miſerunt principes, & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent eum, & cap. 11. poſt ſuſcitatum Lazarum, inito conſilio, ab illo die cogitauerunt, vt interficerent eum, dederontque mandatum, vt ſi qois cognouiſſet vbi eſſet, indicaret, vt apptehenderent. Marci 11. 18. audito illo ſermone, Vos feciſtis eam ſpeluncam latronum, principes ſacerdotum, & ſcribæ quærebant quomodo eom perderent, ſed timebant, qooniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius.

Ioan. 7. 32.

Marci. 11. 18.

Mathæi 21. 46. Marci 12. 10. Locæ. 20. 17. quærentes eum tenere timuerunt turbas, quoniam ſicut Prophetam eum habebant. Lucæ. 19. 48. principes ſacerdotum, & ſcribæ quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi, & Matthæi 26. Marci 14. Locæ 22.

Matth. 21. 46. Marci 12. 10. Luca 20. 17. Luca 19. 48.

Concilium fecerunt, vt Ieſum dolo renerent A & occiderent, & quomodo eum interficerenr, & dicebant non in die feſto, ne forte tumulrus fieret in populo.

Erat autem Chriſtus innocentiſſimus, cui inſidiæ parabantur, ipſorum etiam ethnicorum Pilati, & vxotis teſtimonio iuſtus cōptobatus: qui tanquam agous ſelectiſſimus, & aliorum agnorum princeps, ac dux manſuetus, inſidiis, & ſtudio Pontificum, & ſacerdorum portabatur ad iugulum, & ad victimam: non inſcius cogitationum, & machinarionum eorum, quarum omnium conſcius erat. Sed ideo dicit, non cognoui, ſecundum Hieronymum, Rabanũ, Hugonem, & Dionyſium, hîc, & Iſa. 53. Quia non cognouit in ſe vllum peccatum, propter quod occidendus eſſet: 2. Cor. 5. iuxta illud 2. ad Cor. 5. eum, qui non nouit pecca- B catum pro nobis peccatum fecit. Vel ſecundum Hugonem, non cognouit vt homo abſque patre, qui illi demonſtrauit, vel melius ſecundum eundem, non cognoui, inquit, hoc eſt, diſſimulaui, ac ſi neſcirem inſidias eorum: atque ita, me adigi ad necem permiſi, non reſpuens, neque refugiens, vt ſolet ſimpliciſſimus, ac manſuetiſſimus agnus, qui alacris, & exiliens, ac ſi ad vberrima paſcua duceretur, pergit ad lanienam. Quam animi alacritatem multis nobis ipſe declarauit. Tum quòd ſæpè de ſua morte ſermonem conſeretet, Mat. 6. vt Matb. 6. cum Moſe, & Elia in ſancto monte, inter delicias gloriæ. cum aſcendit Ieroſolymam Marci 10. 32. Marci 10. 32. præcedens diſcipulos ſtupētes, quod tam celeriter aſcenderet, & Lucæ 22. 15. cum dixit, Luca 22. 15. deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vo- C biſcum antequam patiar. & Lucæ 12. 50. baptiſ- Luca 12. 50. mo haberet baptizari, & quomodo coarctatur, donec perficiatur. & occurrit ſe quærentibus Ioan. Io. 18. 4. 18. dicens, quem quæritis, ego ſum, & ſimilia multa id oſtendunt: tanquam agnus enim coram Iſa. 53. 7. tondente ſe obmutuit Iſa. 53. & non aperuit os ſuum.

Inſidiæ vero Chriſto paratæ ſimiles Ieremiæ completæ quidem ſunt in Chriſto, iuxta communem ſacrorum patrum ſententiam numero. 19. celatam, cum eum cruci affixerunt, tunc enim lignum crucis miſſum eſt in corpus eius, quod pa- Io. 6. 51. nis viuus eſt, vt ipſe dixit Ioan. 6. Hanc autem cogitationem, aut conſilium machinatos Sacerdotes, Scribas, & Phariſæos, quoties Chriſtum comprehendere, & interficere conſultarunt, non eſt dubitandum. Hugo tamen, & S. Thomas nomine panis doctrinam Chriſti, aut famã intelligunt, quam ligni crucis ignominia obſcurate ſunt oſi, vt nulla amplius fieret mentio nominis eius. ſed contra accidit, nam nihil magis eius doctrinam acceptiorem fecit, & famam clariorem, quã mors illa ignominioſa.

Quod ſi veriùs per lignum venenum intelligamus, vt ſit ſenſus, iniiciamus lethiferum lignum in cibum eius. in primis ad complementum habemus dictum Chriſti Pſalm. 69. 22. dederunt in eſ- Pſalm. 69. 22. cam meam fel. vbi pro fele eſt nomen, Ros, quod ſignificat ſuccũ expreſſum ex herba venenatiſſima nobis ignota, vt diximus cap. 8. numero 15. Aut ſaltem cogitaſſe aliquando Iudæos potione aliqua, aut cibo, infecto veneno interficere Chriſtum, ſicut & Ieremiam, ex multis euangelij verbis, quæ ſupra retulimus, facile poteſt collegi: dum enim quærebant modum, quo eum occiderent, & quomodo eum dolo tenerent, & interficerent, quem palam occidere non poterant, quod Toxico Chriſtum interficere tentarunt. timerent turbam, neceſſario colligimus eos conſultaſſe de occidendo eum clam, & abſque vllo ſuo periculo. Vnus autem modus ad id accommodatior erat, toxicum in cibum iniicere, cum inuitaretur: quare veriſimile eſt & hac ratione impletum in Chriſto quod intentatum eſt contra Ieremiam.

Iam cauſa inſidiarum Chriſti notiſſima eſt. odium nempè, quo eum proſequebãtur Iudæi, ſed præcipuè Sacerdotes, Scribæ, & Phariſæi: quod eorum mores carperet, & affirmaret ipſos abijciendos gentibus admiſſis. vnde quod timerent turbam multa Chriſto impoſuerunt, quibus cauſam cohoneſtarent ſuam, propter quã eum interficerent.

Demum ob hoc tam nefandum facinus, vt prius à Chaldæis, ſic poſterius à Romanis vaſtati ſunt, ſicut Chriſtus ipſe fuerat comminatus. Atque ita & vrbs diruta, & templum conflagratum, abſque vlla inſtaurationis ſpe. Completum eſt igitur vere in Chriſto quicquid in typo præceſſit in Ieremia.

CAPVT

CAPVT DVODECIMVM.

1 [1] IVſtus quidem tu es domine,
ſi diſputem tecū: veruntamē
iuſta loquar ad te: Quare via
[2] impiorum proſperatur? be-
nè eſt omnibus, qui [3] præuari-
2 cantur, & iniquè agunt? | Plantaſti eos, &
radicem miſerunt: [4] proficiunt & faciunt
fructum: [5] propè es tu ori eorum, & longè
3 à renibus eorum. | Et tu domine noſti me,
vidiſti me, & probaſti cor meū tecum: [6] cō-
grega eos quaſi gregem ad victimam, & ſan-
4 ctifica eos in die occiſionis. | Vſquequo [7] lu-
gebit terra, & herba omnis regionis ſiccabi-
tur propter malitiam habitātium in ea? con-
ſumptum eſt animal, & volucre, quoniam
dixerunt: Non videbit nouiſſima noſtra.
5 | Si cum peditibus currens laboraſti: quo-
modo cōtendere poteris cum equis? cū au-
tem in terra pacis ſecurus fueris, quid facies
6 in ſuperbia Iordanis? | Nam & [9] fratres tui,
& domus patris tui, etiam ipſi pugnauerunt
aduersū te, & [10] clamauerunt poſt te plena
voce: ne credas eis cùm locuti fuerint tibi
7 bona. | Reliqui domum meam, dimiſi hæ-
reditatem meam in manu inimicorum eius.
8 | Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi [12] leo in
ſylua: dedit contra me vocē, ideò odiui eā.
9 | Nūquid [13] auis diſcolor hæreditas mea mi-
hi? nūquid auis tincta per totū? venite, con-
gregamini omnes beſtię terræ, properate ad
10 deuorandū. | [14] Paſtores multi demoliti sūt
vineā meā: dederunt portionem meā deſi-
11 derabilē in deſertū ſolitudinis. | Poſuerūt eā
in diſſipationē, [15] luxitq; ſuper me: deſolatio-
ne deſolata eſt omnis terra: quia nullus eſt
12 qui [16] recogitet corde. | Super omnes vias
deſerti venerūt vaſtatores, quia gladius do-
mini deuorabit ab extremo terræ vſq; ad ex
13 tremū eius: nō eſt pax vniuerſę carni. | Se-
minauerunt triticū, & ſpinas meſſuerūt: hæ-
reditatē acceperūt, & nō eis proderit: cō fū-
demini à fructibus veſtris, propter irā furo-
14 ris domini. | Hæc dicit dn̄s [18] aduersū om-
nes vicinos meos peſſimos, qui tāgūt hære-
ditatē, quā diſtribui populo meo Iſrael: Ec-
ce ego euellā eos de terra ſua, & domū Iuda
15 euellā de medio [19] eorū. | Et cū euulſero eos,
cōuertar, & miſerebor eorū: & reducā eos,
virū ad hæreditatē ſuā, & virū in terrā ſuam.
16 | Et erit: ſi eruditi [20] didicerint vias populi
mei, vt iurēt in nomine meo: Viuit dn̄s, ſicut
docuerunt populū meū iurare in Baal: ędifi-
17 cabuntur in die populi mei. | Quod ſi non
audierint, euellam gentem illam euulſio-
ne & perditione, ait dominus.

PARAPHRASIS.

1 *IVſtior quidem tu es domine, quàm vt merito debeam leuibus meis rationibus tecum contendere. Nihilominus (quod pace fiat tua) aliquas proponam, quæ iuſtam videntur oſtendere meā expoſtulationē. Qui fit vt vis [2] impiorum proſperetur, & feliciter omnia ſuccedant his, quibus nihil magis curæ eſt quā vt legem tuā [3] tranſgrediantur? Plātaſti eos quaſi arbores, & altas in terris radices agunt: [4] Proficiunt & copioſos à te fructus conſequuntur: [5] aſſiduè te in ore habent, ſed intimi eorum affectus longiſſimè abſunt à te. At ego quem quo animo erga te ſim, quāque fideliter tibi ſerui, notum habes, & exploratum ſatis ex his, quæ in me quotidie expertus es multis quatuor calamitatibus. [6] Adige ergo eos quaſi gregem ad victimam, & conſtitue diem, in qua occidantur: ne tamdiu terra, quaſi lugeat ſuam deſolationem, & omni herbarum virore ægro priuata permaneat, propter tam impiorum hominum, eam incolentium, peccata. Nullum iam reſtat animal in ea, nullæ volucres: dixerunt enim, vaſtitas, quam nobis minatur Ieremias, non continget in diebus noſtris. Reſpondet dominus. Si in tuis ciuibus ad viam rectam deducendis, quibuſcum, quaſi cum peditibus cucurriſti, adeo laboraſti, vt tuis expoſtulationibus conquereris, quanto plus laborabis, & duriores experieris inſidias cum contendere volueris cum Ieroſolymitanis, qui in facinoribus perpetrandis, eo ciues excedunt tuos, quo in curſu pedites exceduntur ab equis. Et ſi in tua patria, in qua pacificè, atque ſecurè te agere arbitrabaris, inſidiæ tibi inſtructæ ſunt, quid patiens Ieroſolymis, vbi tot homines tumidi ſunt, atque elati, inſtar intumeſcentis Iordanis? Quin imò, ecce & [9] fratres tui, & ipſi domeſtici patris tui parauerunt tibi inſidias, & [10] turbam induxerunt, vt te perſequerentur: ne ergo credas eis, etiam ſi te blandè alloqui deinceps videantur: Neminem ſanè inuenies in Anathoth, multò minus Ieroſolymis, cui te credere poſsis; eò acceſsit horum hominum improbitas. Ea propter, inuitus licet, proh dolor, [11] deſerui templum meum, dimiſi hæreditatem meam, dedidique hanc meam plebem, quam hucuſque quaſi animam meam dilexeram, in manum Chaldæorum inimicorum eius, vt eam deuaſtent. Nam cum eam vt propriam hæreditatem coluiſſem, illa tamen huius benignitatis, ac curæ nullam rationem habens, vt ſolet rugitu ſuo [12] leo homines in ſyluis obuios ad fugam cogere, ita ſuis impiis vocibus, me vt ſe deſererem coegit: & hæc eſt cauſa vnica, propter quam tam graui odio eam proſequar. Atque hinc effectum eſt vt hoſtes hanc meam hæreditatem inuadant, non aliter quàm [13] aues reliquæ peregrinam aliquam, plumis inſolentibus veſtitam, & variis diſtinctam coloribus, ſolēt inuadere. Venite igitur Chaldæi, properate, vt deuaſtetis eam. Videor iam mihi videre [14] duces*

eorum vineam hanc meam demolientes, portionẽ meam conculcantes, portionem certè meam deſiderabilẽ in ſolitudinem redigentes, atque omnino diſsipantes: ipsãq; non ſine luctu aduerſus me [15] conquerentẽ. Nihilominus vniuerſa vaſtãda eſt, quia nemo reperitur in ea, qui corde recogitet meorũ [16] monita prophetarum. Per omnes vias deſerti venturi ſunt Chaldæi vaſtatores: quibus, quaſi gladio, vniuerſã terrã percutiã, & nullis in ea parcetur viuẽti. En tibi, ô Ieremia, quomodo iſti omnes improbi, de quorũ proſperitate querebaris, quãuis [17] ſeminauerint triticũ, metent ſpinas: quãuis altas in terris egerint radices, multas hæreditates poſſidentes, nihil proderunt eis: quãuis deniq; fructus copioſos tulerint, pudefacti manebunt ſine illis: quia ſumma ira in eos accenſus ſum. Et ne tibi videatur me non animaduertere in [18] Ammonitas, Moabitas, Idumeos, ceteroſq; moleſtiſsimos populi mei hoſtes, illi finitimos, qui in sũma pace degere videntur, & audent vaſtare hæreditatẽ, quã diſtribui populo meo Iſrael: Ecce ego efficiã, vt captiui & ipſi extrahãtur à Chaldæis de terris ſuis, & vna cũ populo Iudah, qui habitat in medio eorũ. Quod poſtquã effecero, redibo in gratiã, & miſerebor [19] eorũ: reducãq; eos, vnũquemque ad terrã ſuam, & vnumquemque ad hæreditatẽ ſuam: & poſtquam redierint, [20] ſi conſenſerint ex animo diſcere probos illius mores, vt ſcilicet iurent per nomen meum, dicentes: viuit dominus: ſicut ipſi docuerãt populũ meũ iurare per Baal, degent fœliciter in medio illius: ſi autem docentes ſe noluerint audire, euellam eos de medio populi mei, ea euulſione vt omnino diſpereant.

ARGVMENTVM.

IEremias ex inſidiis innocentiſſimo ſibi paratis, occaſione ſumpta, admirabundus quærit in hoc capite à Deo cauſam, cur ciues ſui, & eis ſimiles facinoroſi, non tantum impuniti, ſed rebus omnibus affluentes vitam degant, ipſe autem, & probi ceteri in ærumnis aſſiduis ſint. Obſecratque ne ita fiat: ſed vt grauiter eos puniat. Dominus verò ſuauiter increpat Ieremiam: innuens nondum vſque ad ſanguinem teſtitiſſe, maiora Ieroſolymis eum mala paſſurum, quá in patria ſua, ne tam leuibus moleſtiis animum deſpondeat. Comminaturque non tantum illis exterminium interitum allaturum, ob tam inſignia facinora, ſed & vicinis gentibus; quas tandem vnà cum Iuda ſe liberaturum pollicetur, ſi acquieſcere voluerint legi ſuæ, ſin minus perditurum.

COMMENTARIVS.

1 I*Vſtus.*] Ieremias diſcere volẽs modũ, quẽ ſeruat Deus in probis affligendis, & in improbis omnib⁹ bonis augẽdis; ne quis ſuſpicetur ſe velle Deũ arguere iniuſtitiæ: vt rectè animaduertũt Chryſ. li. 1. de prouidẽtia, propè finẽ; & Hier. in ea verba c. 1. Habac. Mundi ſunt oculi tui: præmiſit tãquã certũ & indubitatũ, in Deũ nullã poſſe cadere iniuſtitiã; dicens, Iuſtus es tu, ô dñe, etſi diſputẽ tecũ; non. n. cõtendere tecũ volo, vt te iniuſtũ eſſe demõſtrem; ſed vt ſatisfacias meis quæſtionibus, & querellis, quæ iuſtis vidẽtur inniti rationib⁹. Similiter exorſus eſt Habac. c. 1. ſuas querellas: Mundi ſunt oculi tui, inquiẽs, ne videas malũ, & reſpicere ad iniquitatẽ non poteris: quare reſpicis ſuper iniqua agentes. At improbi nihil aliud quærunt in quæſtionib⁹ ſuis, quã vt Deũ iniquum oſtendant, & vt capiant Chriſtũ eius in ſermone. Vnde Math. 22. 16. Mittũt ad eũ diſcipulos ſuos cũ Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viã Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo, nõ. n. reſpicis perſonã hominũ, dic ergo nobis, quid tibi videtur: licet cenſũ dari Cæſari, an nõ? Neqoiter quidẽ, ac ſimulatè, veracẽ eũ eſſe dicebant, & iuſtũ; vt eũ ſuis verbis irretirent, & perderent. non ſic viri pij, qui certi fieri volũt de his, quæ dubitant, ab eo qui fallere nequaquam poteſt, nec falli.

Chryſoſ. Hieron. Habac. Impij quæſtiones mouẽt Deo vt capiant. Mat. 22. 16.

2 *Impiorũ.*] Io omnem formã ſe vertit propheta, & omnẽ loquendi figurã aſſumit, vt impios corrigat. Nã interrogando Deũ, extorquet reſponsũ impiis ſecurè viuentibus pertimeſcendũ; & licet in genere quæſtionẽ ſtatuat, & Hiero. ac Dion. de iniquè agentibus in vniuerſum intelligant, & Chald. cum aliis inſinuet queri prophetã de Chaldæis: tamẽ de A ſuis ciuibus Anatothithis fieri ſermonem fatetur Lyra, & Theod. & Hugo videntur ſignificare, quia explicant de Iudæis, qui Ieremiã perſequebantur: & hãc intelligentiã eſſe verã conſtat ex his quæ dixerat in præcedenti cap. de illis, quod ſe interficere conarentur, & ex ſequentibus: ait enim: Propè es tu ori eorũ, & longè à renibus eorũ: quod gentib⁹ conuenire nequaquã poteſt: benè tamẽ ciuibus Anathoth, qui cũ eſſent ſacerdotes, ſẽper De⁹, & lex erat in ore eorũ: at lõgè ab obſeruatione eorũ: inferius etiam de illis fit ſermo, vt ſuo loco dicemus. Mouit hanc eandẽ quæſtionẽ iuſtiſſimo Deo Iob c. 21. cũ dixit: Nũquid contra hominem diſputatio mea eſt, vt meritò non debeã cõtriſtari? & ego quãdo recordatus fuero pertimeſco, & cõcutit carnẽ meã tremor. Quare ergo impij viuunt, ſubleuati ſunt, cõfortatiq; diuitiis? &c. Et Dauid. Pſ. 72. Quã bonus Iſrael De⁹ his, qui recto ſunt corde. Mei autẽ B penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui ſuper iniquos, pacẽ peccatorũ videns: & quæ ſequuntur. & Habac. loco ſupra relato. Aliquãtulo audacius agreſſus eſt diſputationẽ ſuã noſter adoleſcens Ieremias: cũ addit: verũtamen iuſta loquar ad te. Hebraicè legimus, iudicia, vt legit Hiero. hîc, & Habach. 1. cũ Lxx. & alij Interp. quo nomine ſignificãtur interrogationes forẽſes, quas vocat volg⁹ interrogatoria: volo cõtexere hoc interrogatoriũ corã iuſto iudice. vel etiã quæſtiones arduæ de dictis & factis Dei, rationib⁹ aliquã earũ partẽ cõprobãtib⁹: & iuſtã eſſe demonſtrantibus.

Iob 21. 4. Pſ. 72. 1.

3 *Præuaricantur.*] Vt iuſtam oſtendat ſuam expoſtulationem propheta, auget impietatem eorum, de quorum quæritur proſperitate. Nam pro

illis

illis verbis, qui præuaricantur, & iniquè agunt. In Hebræo tantum dicitur, vt Lxx. ceterique tranſtulerũt: præoaricantes prçuaricatione, quod eſt dicere: quî fit, vt non ſolum quiuis mali fœlices ſint in hac vita, ſed impudentiſſimi quique, & qui iam non verentur transgredi palam legem Dei; qui habent Deum in ore, & longè eſt ab affectibus, & cogitatiooibus eorum. Dç his quæro, ait propheta, cur tam fœlici vita fruantur?

Proficere pro generare.
4 *Proficiunt.*] Hebraicum verbum ילדו Ielcu ſignificat genuerunt, aut pepererunt filios, vt Lxx. tranſtulerunt, quos ſecuti ſunt Hiero. Theod. Rabanus, & Hugo. eſt autem futurum ſumptũ pro præterito, aut præſenti, quod Gen. 20. 17. Vulgatos ita vertit: Orãte Abraham, ſanauit Deus Abimelech, & vxnrem, ancillaſque eius & pepererũt. & Hoſeæ 9. 16. Quod ſi genuerint, interficiam amantiſſima vteri eorum, & quod additur, faciunt fructum, declaratio eſt verbi præcedentis, genuerũt, & in lucem fœtum ediderunt: Nam etiam Lyra nomine fructus filios intelligit: vt Hoſeas eo loco, dum dicit: Percuſſus eſt Ephraim, radix eorum exſiccata eſt, fructum neqnaquam facient: & vt intelligas de quo fructu loquatur, addit: Quod ſi genuerint, vt ſupra. Et videtur hic ſenſus ſatis germanus, quia populus ille partem fœlicitatis non modicam conſtituebant in copia filiorum. Vnde Iob cap. 21. 8. Semen, ait, eorum permanet coram eis, propinqoorum turba, & nepotum in conſpectu eorom. & verſu 11. Egrediuntur quaſi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus. & Dauid Pſalm. 143. 12. Quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua. Vulgatus ergo, illo verbo proficiunt, ſignificauit, auctos eſſe filiis. Chaldæus tamen Paraphraſtes, dom expoſuit: Diuites facti ſunt, & poſſederunt ſobſtantias, ſanctus Thomas, Dionyſius, & Vatablus, verbum proficiunt, exponũt, aucti ſunt diuitiis, & bonis temporalibus. Sic etiam Lyra declarauit, quod dixit Iob cap. 21. 7. Subleuati ſunt, coofortatique diuitiis. & Dauid illo Pſalmo: Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias: prior tameo ſenſus germanior videtor, & verbi Hebraici ſignificato accommodatior.

Gen. 20. 18. *Hoſeæ 9. 16.* *Iob 21. 8.* *Pſa. 143. 12.* *Iob 21. 7.*

[A] [B] [C]

5 *Prope.*] Omnes interpretes, Chald. Hiero. Theo. Rab. Hug. S. Tho. Lyra, Dioo. & Vat. ac Iſidor. eo ipſo modo, qoem in Paraphraſi adduximus explicant hanc ſeotentiam: iuxta illud Iſa. 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Prope ſunt, ait Chaldæus, verba legis tuæ in ore eorum, & longè eſt timor tui à renibus eorum. Dicunt enim ſe noſſe Deum, & nomen eius ſæpios appellitant, & legem eius verſant in ore, factis autem negant: quia affectus eorum omnino abhorrent à lege, & adhærent turpibus voluptatibus: quia vt dictum eſt cap. 5. vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat; vt ait Lyra. Per renes autem diximus præcedenti capite intelligi deſideria, ſiue affectus: & quia ea cogitat quis, quibus affectus eſt: oam, vt dixit Chriſtus, vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum, aliqui hîc accipiont pro cogitationibus: quia nihil minus cogitabant impij illi, quam Deum eiuſq; legem. Hieronymus accepit pro conſcientia, quam vitioſis affectibus impuram habebant. Ex hac horum verborum intelligeotia colligitur, vt iam ſupra notauimus, has querellas non intelligi, de gentilibus, quorum nec ori Deus, lexque eius propè erat, ſed de Iudæis Anatothitis, qui ſemper verſabant eam in ore, vtpote ſacerdotes, qui dilexerunt eom in ore ſoo, Pſalm. 77 36. & lingua ſua mentiti ſunt ei: cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt io teſtamento eius. Poteſt & hoc modo verbis congruenti bic locus explicari. Propè es tu ori eorum, nempè tribuens illis ad os; id eſt ad nutum, pro votis, quicquid deſiderant, & petunt: volgo *a pedir de boca.* Nam os prn voto, aut voluntate ſolere accipi in ſcriptura, oſtẽdit quod Gen 41. 40. dicitur: Ad tui oris imperium cunctus populus obediet. & Numer. 4. aliquoties dicitur: Ad os domini: ad os Moſis, pro ad voluntatem, vel ad imperium: & ita prope es tu ori eorum, idẽ erit, ac ſi dixeris, præſto es tu petitioni, voluntati, aut deſiderio eorum. Et longè es à renibus eorum, hoc eſt, nec modico flagello attingis terga eorum, nam calamitate quem percuti, eſſe renes eius tangi, docet Pſalmus 25. in quo petit Dauid: Proba me domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum. & Pſalm. 72. Quia inflammatum eſt cor meum, & renes mei commotati ſunt. & Threno. 3. 13. Tetendit arcum ſunm, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ, id eſt, omni ærumnarum genere afflixit me. Atqoe hunc ſenſum conoenire rei de qua agitur, patet, quia hoc vnam magnam fœlicitatem manifeſtat; quod pro voto omnia ſuccedãt, & nihil accidat calamitoſum. Sic enim Iob idem argumentom pertractãs dixit: Domus eorum ſecuræ ſunt, & pacatæ, & nõ eſt virga Dei ſuper illos. & Dauid: Quia nõ eſt reſpectus morti eorũ, & firmamentum in plaga eorum. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur.

Iſ. 29. 13 *Lex improbis frequens in ore.* *Ierem. 5. 8.* *Math. 6. 21.* *Pſal. 77. 39.* *Os pro voto.* *Gen. 41. 40* *Num. 4.* *Pſ. 25. 21.* *Pſal 72. 21.* *Threnõ. 3. 13.* *Iob 21. 9* *Pſ. 72. 4*

[D]

Vltionem impiorum poſtulat.
6 *Congrega.*] Hebraicè eſt eradica, euelle, transfer, aut diſrumpe eos. Redit Ieremias ad illam poſtulationem, quam poſtulauerat in præcedenti capite à Deo contra ſuos conciues: Tu autem domine Sabaoth, qui iudicas iuſtè, & probas renes, & corda; videam vltionem tuain ex eis. & certus iã de ſupplicio, quia dixerat ei dominus: Ecce ego viſitabo ſuper eos: idem petit, quo impios illos ad Dei timorem inducat.

Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Dionyſius, & Iſidorus, videntur intelligere, hoc eſſe quaſi reſponſum, quo ſe cooſolatur propheta, ſibi reſpondens, ad quæſtionem prius motam: quaſi dicat: impios qoidem mulra cumulare bona, & fœlicem in omnibos ſucceſſum habere, ſed boc nihil aliud eſſe, quam ſaginari, ſicut gregem ad victimam: nam tandem ſubitò omnia illis auferuntur, & in tenebras interiores detruduntur, perpetuo puniendi, quantumuis ipſi non credant, dicentes, Deum ignorare quid illis poſt hanc vitam ſit eoenturum.

7 *Lugebit.*] Rogat vt celeriùs puniantur, & è terra euellantur improbi Iudæi, ne propter eorum impietatem, dum pœna differtur, terra ſuſtineat ſterilitatem quam paſſura eſt, imminente obſidione Chaldæorum. Loquitur enim de ea, vt notant Hugo, & Lyra, de qua acturus eſt Ieremias capite 14. & hunc ſenſum probat, quod impij ipſi dixerunt, non viſuros ſe ſtragem illam, & vaſtitatem, quam Dei nomine fuerat eis comminatus Ieremias: ſæpè enim hac ſua incredulitate eludebant prophetias eius; diceotes noo futurum illũ malum; nec verba Ieremiç aliud

11 *Reliqui.*] De templi Ieroſolymitani deſtructione, & Iudeæ vaſtitate per Chaldæos futura omnes intelligunt hunc locum, Chaldæus, Theodoretus Hugo, cum reliquis: quo oſtendit exitum infœlicem impiorum; quos fœlices fuerat conqueſtus Ieremias, & licet præteritum pro futuro explicēt nōnulli, reliqui, pro relinquam, aut pro decreui relinquere, rectè etiam per præteritum Dei mens explicatur, qui peccatis prouocatus incipit deſerere; & in derelictum hoſtes irruunt: ſic enim cœpit deſerere populum ſuum, uolens ferre opem aduerſus hoſtes; vt ſic tandem penitus interirent.

Cypria. Cypr. ſuper ſymbolum, Euſeb. lib. 10. de Demonſtr. Euangel. Demouſtrat. 4. & alij accommodāt hæc verba Christo, qui tradidit ſeipſum, & dilectam animam ſuam, nempe hęreditatem ſuam hoſtibus ſuis, crucifixoribus Iudæis, & carnificibus. *Euſeb. de Chriſto.* Sic Hieronymus, etiam Rabanus, & Dionyſius, qui aſſerit his verbis contineri prophetiā de Chriſto, & confirmat Theodoretus, qui ſimilitudinem ſequentem ſumptam à leone, de populo Iudaico intelligit voce clamante: Tolle, tolle, crucifige eum, atque ideo dereliquit eum, & tradidit Romanis. Verùm prior ſenſus tanquam proprius eſt accipiendus, & coherens cum his quæ dicta ſunt, poſterior vt myſticus.

12 *Leo.*] Quamuis vt diximus, Euſebius, Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, & Dionyſius, cum ſanctis nonnullis, de Chriſto explicent, hanc ſimilitudinem, & ad eius confirmationē illud Zachar. 11. 8. producant: Succidi tres paſtores in mēſe vno, ſiquidem & anima eorum variauit in me, ſeu immaturauit vt Aquila, ſeu inualuit vt Symmachus, ſeu animæ eorum rugierunt ſuper me, vt LXX. verterunt: ſed in ſenſu quidem myſtico: de Iudæis tamen ſuis blaſphemiis, & idolatriis cogētibus Deum vt ſe deſereret, & traderet Chaldæis exponunt Chaldæus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, Vatablus, & Iſidorus. *Similitudo à leone.* Stat autem in hoc ſimilitudo, quod quēadmodum leo ferociſſimus animantium, ſuo rugitu diffugere facit feras per ſyluā agrestes: ita populus Iudæorū, prius Dei domeſticus, & manſuetus, & omnibus Dei mandatis obſequentiſſimus, & qui ſuis vocibus aſſiduo laudabat Deum, ſibique faciebat propitium, factus agreſtis, ferox, & immitis ex conuerſatione cum gētibus idololatris, vocem exacuebat ad blaſphemias contra dominum ſuum, qui propterea fugit ab eo. Iſidorus ſic declarat ſimilitudinem: ſicut quis fugit leonem in ſylua rugientem, ſic ego deſerui vos propter voces pauperum, & innocentiū qui calumniā patiuntur: irrugiunt enim pauperes, & innocentes, & clamant ad Deum contra potentes, dum ſe defendere non valent. Sed prior explicatio eſt rei, de qua agitur, & verbis cōuenientior.

13 *Auis.*] Sententia hæc ex Hebræo ſic habet ad verbum: Num auis tincta hæreditas mea mihi? Num auis in circuitu ſuper eam? eſtque difficilis intellectu. *Senſus 1* Eſt ergo primus ſenſus, quem ſecuti ſumus, ceteris facilior Dauidis Kimhi, Hugonis, & Vatabli, vt loquatur de populo qui comparatur aui multis coloribus reſperſæ, & inſolentibus plumis ornatæ, quam vt deuorent aliæ omnes aues inuidentes congregantur: aliqui putant eſſe noctuam rubris maculis adſperſam. Ait ergo: Nunquid hæreditas mea, hoc eſt plebs mea, non eſt ſimilis aui diuerſicolori, circum quam reliquæ aues inimicæ congregantur, vt eam expilent & perdant? Eſt quidem, nam Chaldæi, vt aues rapaces eam ſunt inuaſuri, & deſtructuri: hunc ſenſum declarauit verſio Tigurina, cum vertit: Hæreditas mea auitium varicolor eſt mihi, auitium per circuitum contra eam eſt. Explicaturque rectè fabulâ corniculæ, quæ cum variis ceterarum auium plumis ſeſe induiſſet, ac exornaſſet, illæ recognoſcentes quæque ſuam abripuerunt, & nudam, vt prius fuerat, reliquerunt.

Hanc fabulam ſic Græcus tradit Gabrias, *Cornicula fabula.*

Alienis pennis induta
Gloriabatur cornicula præſtare auibus.
Primùm, demum hirundo rapit:
Poſt eam omnes, hinc nuda inuenta eſt.

Et Horatius libro 1. epiſtolarum, epiſtola 3. ad Iulium Florum.

Ne ſi fortè ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum.
Furtiuis nudata coloribus.

Et Hieronymus ad Paulinum: Malo, ait, alieni operis interpres exiſtere, quam vt quidam faciunt informes corniculæ, alienis me coloribus adornare. Cum enim quicquid boni Iudæi haberent, à gentibus ereptum, incolentibus terram Chanaan, illis à Deo tributum fuerit, rectè conuenit, vt ab ipſo Deo permittatur eiſdem ſua repetentibus, quod Iudæi malè eis vſi fuerint. Et quidem Dauid Kimhi, & Vatablus cum Tigurina, priorem partem ſententiæ plebi Iudaicæ accommodant, quæ aui comparatur ab aliis expilandæ, & deuorandæ: poſteriorem inimicis eam inuadentibus, inſtar auium rapacium inuolantium circum, in eā. At Hugo integram ſententiam accommodat ipſi plebi, quæ comparatur aui diſcolori, & tinctæ per totum; quam deuoraturi eſſent Chaldæi, & hic ſenſus conuenit magis Vulgato interpreti, quem ſecuturi ſumus.

Secundò, Hieron. Raban. Hugo, item S. Thomas, & Dionyſius ſic explanant, ſequentes lectionem Vulgati, qui verba illa, Num auis circum ſuper eam, accepit pro vndique tinctam, & ita repetiuit, Nunquid auis tincta per totum? vult autem Hieron. auem hanc, cui comparatur plebs Iudaica, eſſe pauum: vt ſit ſenſus: Quia hæreditas mea facta eſt mihi, quaſi leo in ſylua, quę tantam à me acceperat pulchritudinem, tantis fuit diſtincta virtutibus, vt nihil eſſet bonorum, quod non cerneretur in ea, idcirco venite, & congregamini contra eā omnes beſtiæ terræ & deuorate eam. *Senſus 2*

Tertiò, R. Ioſeph. Pagn. & Iſid. hoſtē intelligunt nōīe auis, inuadentis hæreditatē Dei, & ita vertunt Nū aui tinctæ sāguine, data eſt mea, hæreditas quā elegi mihi? Num auis per circuitum eſt contra eā? vt ſit ſenſus: plebs Iudaica, quam odio proſequor tradita eſt aui truci, & ſanguinarię deuoranda: nam auis. Nabuchodoſor venturus eſt per circuitum aduerſus eam, atq; cum aues ſaturatæ fuerint ſanguine occiſorū, venient beſtię agri ad comedendū. Solent enim beſtię videntes aues tinctas ſanguine cadauerū, explorare locū occiſorū & in eos irruere. *Senſus 3*

Quartò, Lyra affert hanc expoſitionem. Nunquid auis rubricata ſanguine in diuerſis partibus hæreditas mea? eſt certè: ſiquidem percuſſa eſt partim ab Ægyptiis, partim ab Aſſyriis. Nunquid auis tota ſanguinolēta? eſt certè, quia tota eſt à Nabuchodonoſore deſtructa, & ducta in captiuitatē: & ideo inuitantur vt veniant Chaldæi. *Senſus 4*

Quinto, Chaldæus videtur aliū ſenſū indicare dū *Senſus 5*

dicit. Sicut auis quæ diſperſa eſt, ſic diſperſa eſt hæreditas mea coram me, & ſicut auis, quæ volat, ſic congregabuntur contra eam beſtiæ agri, vt diripiãt eam. Ac ſi dicat: ſicut auis varijs diſperſa coloribus, ſic hæreditas mea diſpergetur ad varias gentes, ducta captiua: & ſicut auis volat, ita velociter venient contra eam beſtiæ agri, vt deuorent eam.

Senſus. *6.* Sextò, Septuaginta cum alijs interpretibus antiquis, vt ait Hieronymus, ita tranſtulerunt: Nunquid ſpelunca hienæ hæreditas mea mihi? An ſpelunca in circuitu eius ſuper eam? Pergite, congregate omnes beſtias agri, & veniant, & comedant eam. Videntur nomen, עיט Ait, quod ab alijs verſum eſt auis, nempe rapax, ſumpſiſſe pro auiario, loco videlicet in quem aues rapaces, aut beſtiæ ſeſe abdunt; vt ibi carnibus ſaturentur, & nomen צבוע Cebuah, quod cæteri vertunt, diſcolor aui tincta ſanguine, accepiſſe pro hiena, quæ ſanguine cadauerum tingi ſolet. Nam idem nomen in plurali, quod relictum eſt 1. Reg. 13. 18. illis verbis: *1. Reg. 13. 18.* Tertius verterat ſe ad iter termini imminentis valli Seboim contra deſertum: doctores Hebræorum transferunt, valli baſiliſcorum, ſeu regulorũ, quod variegati ſint & tincti. Ionathan viperarum reddidit. Hanc etimologiam ſecuti LXX. verterunt hienam, quæ viuit cadaueribus mortuorum, & ſemper ſepulcris, & oſſibus incubat, vt notant Origenes homilia 8. in Ieremiam, & Hieronymus hic, *Origenes.* & erit hic ſenſus: quemadmodum ad ſpeluncam ſolent hienæ congregari, vt cadauera mortuorum deuorent, ex eiſque ſaturentur, ſic beſtiæ Chaldæi venturi ſunt contra meam hæreditatem, vt in ea tanquam in ſpelunca, ſanguine ciuium, & carnibus occiſorum ſaturentur. Primus ſenſus facilior eſt, vt diximus, & lectioni ſimpliciori accommodatior. *Similitudinis ac commodatio. ingrato.* Solet enim Deus his ſimilitudinibus ingratum illorum animum declarare, qui cum multis donis ſint cumulati & inſtar colorum exornati, ipſi nihilominus datã à Deo pulchritudinem ſuis peccatis deturpant, ac delẽt: quemadmodum præcedenti capite, oliuæ vberi, pulchræ, fructiferæ, ſpecioſæ comparauit populum ſuum, & Ezechiel *Ezech. 28. 12.* ca. 28. regem Tyri vocat ſignaculum ſimilitudinis, plenum ſapientia, & perfectum decore, & cætera. Hi enim qui cum decorem à Deo tributum cõſeruabãt, angelorum, ac Dei erant domicilium: amiſſo decore ſuo conuertuntur in ſpeluncam hienæ, in qua nihil faciat aliud, quam deuorare cadauera, nempe facultates, virtutibus priuatas: & oſſa corrodere, & ſanguine omnia complere. Requieſcẽt ibi beſtiæ, & habitabunt ibi ſtrutiones, & piloſi ſaltabunt ibi, vt dicitur Iſaię 13. tales enim beſtiæ *Iſa. 13. 21.* congregantur ad comedendum animam eiuſmodi.

14. *Paſtores.*] Reges, ac principes, qui cum Nabuchodonoſor venerunt contra Iudęam, & Ieruſalem, intelligunt Chaldæus, Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, Vatablus, & Iſidorus, iuxta illud 6. capitis. Ad eam venient paſtores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu. Hieronymus præterea, Theodoretus, & Rabanus & etiam Hugo, volunt intelligi duces populi Iudaici, principes, & ſacerdotes, propter quos pars Domini conculcata eſt, ac diſſipata. Atque Theodoretus, & Dionyſius hæc omnia de tẽpore Chriſti exponunt, & de exercitu Romanorum. Sed magis ad rem, de qua agit Ieremias eſt, vt de Chaldæis hæc omnia intelligantur.

A 15 *Luxit.*] Cõtra me lugẽs cõqueſta eſt, quod eã dereliquerim: ſic videtur intellexiſſe Hierony. Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus, vel vt Chaldæus, Hugo etiam, & Iſidorus, luxit ſuper me, aut coram me, id eſt cum luctu implorauit à me auxilium, vt eam liberarem, licet ſero: plorans enim plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius, non eſt qui conſoletur eam, Threno. 1. *Threno. 1. 2.*

16. *Recogitet.*] Sic Chaldæus; Nemo eſt, qui attendat Prophetis, ſic etiam Vatablus, & Iſidorus. Vel vt alij, iuxta lectionẽ Hebræam: Non eſt vir ponẽs ſuper cor, nempe Deum, eiuſque timorem, aut legem: aut nemo eſt, cui veniat in mentem reſipiſcere à via mala, quam eſt ingreſſus, vt ſic Deum mitiget.

B 17. *Seminauerunt.*] Hucuſque tacitè, & generatim reſpondit Deus ad querellas Ieremiæ, non eſſe quod doleat impiorum fœlicitatẽ, quia exitus acta probant; & hoc modo oſtẽdit in particulari, quod licet plantati in terra ſeminauerint triticum, at metent ſpinas; & licet radices miſerint, hęreditati in terra, at non eis procedent, & licet profecerint, & fructus fecerint, ſed pudefient à fructibus ſuis: vel enim loquitur de ſterilitate futura tẽpore obſidionis Ieruſalem, vt aiunt S. Thomas, & Lyra vel in vniuerſum, omnem illorum proſperitatem cõuertendam in miſeriam, vt volunt Hieronymus, Rabanus, & alij. Sed Vatablus, & Iſidorus de Prophetis hanc ſententiam intelligunt: eamque ſic transferunt ex Hebræo. Seminauerunt triticum, & meſſuerunt ſpinas, egrotauerunt, quia non profecerunt, pudefacti ſunt propter fructus veſtros. C Hoc eſt, prophetæ ſeminauerunt triticum ſuarũ admonitionum, & meſſuerunt ſpinas perſecutionum: dolore nimio affecti ſunt, quod eorum verba non profecerint, & pudefacti ſunt propter fructus peſſimos, quos vos fertis. Deduxerunt enim verbum נחלו Nehlu, à radice חלה Halah, quod eſt ægrotare, infirmari, aut dolore affici, & ita Vat. & Pagn. verterunt, ægrotauerunt. Vulgatus vero, Tigurina, & communis à נחל Nahal, quod eſt hæreditare, aut poſſidere hæreditatem, & ceteri verbum confundemini, ſeu pudefietis, per futurum trãſtulerunt, non per præteritum, vt fecit Vatabl. Quare primus ſenſus ſimplicior eſt, & vulgatæ lectioni accommodatior.

18 *Aduerſu.*] De his gẽtibꝰ fieri hîc ſermonẽ omnes interpretes affirmãt quæ Iudæis erant finitimæ, & moleſtiſſimæ, & Nabuchodonoſorẽ concitauerũt D contra eos, primique in exercitu illius venerunt. Has omnes gentes ait Propheta euellendas de terra ſua, & captiuas ducendas per Chaldæos. Quod vero addit: & domum Iuda euellam de medio eorum; Vatablus vult intelligi de Iudæis, qui inter eas gentes habitabant, quos pollicetur ſe liberaturum, ne cum illis gentibus captiui ducantur: nouimus enim ex 4. Reg. 25. à verſu 22. & Ierem. 40. v. 7. 11. 12. & Ioſeph. lib. 10. Antiqui. c. 12. omnes Iudæos, qui vaſtata Ieruſalem per Nabuchodonoſorem, fugerant, ac diſperſi fuerant inter Moabitas, Ammonitas, & Idumæos, cum audiſſent, Godoliã fuiſſe præfectum agricolis, & pauperibus terræ, ad eum redijſſe: & poſtea illæ gentes deſtructæ ſunt à Chaldæis, & ductæ captiuę. Verum quæ liberatio illorum Iudæorum hîc promittitur, ſi occiſo Godolia, iterum in fugam ſe conuertere, nec auſi ſunt in Iudæa manere, ſed fugerunt in Ægyptum, *4. Reg. 25. 2. Ierem. 40. 7. Ioſephus.*

vnde tandem abducti ſunt captiui per Babylonios A ut inferius refertur 41. & 42. capitibus: planius, ac ſimplicius eſt vt cum Hugone, & Lyra intelligamus plebem Iudaicam, quæ habitabat in medio illarum gentium: nam Iudæa ab illis circundabatur, abducendam captiuam per Nabuchodonoſorem, ſicut & illæ gentes erant abducendæ. & patet hic ſenſus, quia loquitur non de reliquiis, ſed de domo Iuda, quæ eſt tota plebs Iudaica: & ſicut dicit euellendas gentes illas ad captiuitatem, ita ait domum Iuda euellendam, nempe in captiuitatem, vt in ſuperioribus fuerat comminatus.

19 *Eorum.*] Dubium eſt quos intelligat Ieremias B illis pronominibus, eos, & eorum: cum ait, miſerebor eorum, & reducam eos. Theodoretus videtur intelligere Iudæos, atque ita ſentiunt Lyra, Dion. & Vatablus, de eorum enim liberatione loquitur facta per Cyrum. Hugo intelligit tam Iudæos, quã illos gẽtiles, omnes enim reduxit dominus, quemque in terram ſuam. Verius exiſtimo, quod inſinuant Hieron. & Rabanus de ſolis gentibus, de quibus hæc prophetia fuit inchoata, eſſe eiuſmodi pronomina accipienda: nam quemadmodum vno pronomine vicini illi referuntur, ſic & reliquis de eiſdem enim, de quibus dixit, ego euellam eos de C terra ſua, dixit, & cum euulſero eos, miſerebor eorum, & reducam eos, & clarius addit, & erit ſi eruditi, &c. Quibus verbis ſatis clare oſtendit de illis loqui, diſtinctis à Iudæis. At quæres, quando hæ gentes reductæ ſint in patriam ſuam è captiuitate? Reſpondet, Vatab. id factum fuiſſe per Cyrum: nam vna cum Iudæis has gentes dimiſit liberas. quod videtur colligi ex. 1. Eſdræ. 9. vbi Moabitarum, & Ammonitarum fit mentio, quibuſcum Iudæi matrimonia contrahebant: imo inferius cap. 48. in fine, liberatio promittitur Moabitarum, & Ammonitarum cap. 49. 6. ſicut & aliarum gentium. Cæteri, qui de Iudæorum reductione hæc intelligunt, per Cyrum illam fuiſſe factam affirmant, vt Theodoretus, & Lyra.

Moabita cum cæteris gẽtibus

per Cyrum liberati fuerant. 1. Eſd. 9 Ier 48. & c. 49. 6.

20 *Didicerint.*] Hæc de gentibus ſupradictis eſſe intelligenda, conſtat ex præcedentibus, & Vatablus de eis. Theodoretus, de Iudæis omnia intelligit, qui perdendi erant per Romanos, vt etiam Hugo. Sed quomodo conuenit hic ſenſus cum illa comparatione: ſi didicerint vias populi mei, vt iurent, viuit dominus, ſicut docuerũt populũ meum iurare in Baal: de alia gente proculdubio loquitur diuerſa à populo Iudæorum. Propterea Lyra, & Dionyſ. exponunt hæc de Babyloniis aliquibus, qui redierunt cum Iudæis, & conſenſerunt agere cum eis. Sed hoc incertum eſt, & facile de gente ad gentem proſilimus: conuenientius ergo eſt, vt hæc vniuerſa prophetia intelligatur de vicinis Iudæorum, Ammonitis, Moabitis, & Idomæis, à quibus Iudæi didicerunt idolatriam, & iurare in Baal, quos, ait, permanſuros inter Iudæos, ſi voluiſſent legem eorum amplecti, & Deum verum ſequi, ſin minus omnino perdendos, vel perditione temporali, vt Chaldæus exponit cum dicit, tranſmigrare faciam gentem illam tranſmigratione perditionis, quod an factum fuerit ignoramus, vel quando acciderit: vel perditione ſpirituali, quia in ſua idolatria eſſent Deo permittente victuri: vel de æterna. Adumbrat autem hac pollicitatione Ieremias conuerſionem gentium per Chriſtum efficiendam: quæ victuræ erant in medio eccleſiæ Chriſti.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.
à verſu. 1. ad 17.

1 HÆc dicit dominus ad me: ' Vade, & poſſide tibi ' lumbare lineum, & pones illud ſuper lumbos tuos, & in aquam non inſe-
2 res illud. ‖ Et poſſedi lumbare iuxta verbum
3 domini, & poſui circa lumbos meos. ‖ Et factus eſt ſermo domini ad me, ſecundò di-
4 cens. ‖ Tolle lumbare, quod poſſediſti, quod eſt circa lumbos tuos, & ſurgens, vade ad Euphraten, & abſconde ibi illud in forami-
5 ne petræ. ‖ Et abij, & abſcondi illud in Eu-
6 phrate, ſicut præceperat mihi dominus. ‖ Et factum eſt poſt dies plurimos, dixit dominus ad me: Surge, vade ad Euphratẽ: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi, vt abſ-
7 conderes illud ibi. ‖ Et abij ad Euphraten, & fodi, & tuli lumbare de loco, vbi abſcondetam illud: & ecce computruerat lumbare,
8 ita vt nulli vſui aptum eſſet. ‖ Et factum eſt
9 verbum domini ad me, dicens: ‖ Hæc dicit dominus: ſic putreſcere faciam ſuperbiam
10 Iuda, & ſuperbiam Ieruſalem multam, ‖ populum iſtum peſſimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis

PARAPHRASIS.

HOc præceptum iniunxit mihi dominus: Vade compara tibi ' baltheum lineũ, & adaptabis lumbis tuis, & ne in aquam inferas illum: comparaui mihi baltheum iuxta præceptum domini, & applicui lumbis meis. Dixitque mihi ſecundò dominus: Cape baltheum, quem comparaſti, & adhæret lumbis tuis, & vade ad Euphraten, & abſconde illum ibi in foramine petræ. Abij igitur, & abſcondi vt mihi fuerat præceptum. Multis tranſactis diebus dixit rurſus mihi dominus: redi ad Euphraten, & tolle baltheum, quem ibi abſcondi præcepi. Profectus ad Euphraten, & fodiens ſuſtuli baltheum de loco, vbi eum abſconderam, & inueni putridum, & nulli vſui aptum, & addidit dominus ad me: Ad hunc modum faciam putreſcere faſtum Iuda, & ſuperbiam magnam Ieruſalem: populi inquam iſtius peſſimi, qui non vult audire verba mea, ſed ambulat in praua libidine cordis ſui, ſecutuſque eſt Deos alienos, vt illis ſeruiret, eoſque adoraret. Erit ergo populus iſte ſicut ille baltheus, qui nulli vſui aptus eſt. Quemadmodum enim baltheus vniuſcuiuſque, lumbis eius adhæreſcit, ſic adglutinaui mihi Iſraelem, & Iudam, vt eſſent populus meus, ex quo ſummum ' nomen, laudem, gloriamque ſempiternam

Ioakim anno. 7.

A 2 *Lumbare.*] Hebraicè legitur, אזור Eçor linorum, cingulum lineum, ſeu cinctorium, vt vertunt LXX. ſeu baltheum ex lino contextum, vt transferunt Tigurina, Vatab. & Iſidorus. Erat autem genus veſtis honeſtiſſimum, vt aduertunt Vatab. & Iſidorus, quo ſacerdotes veſtes ſtringebant, Exodi 39. 28. & c. 29. 9. Cinges baltheo Aaron, liberoſque eius, eoque vtebantur reges, & principes, vt patet Iob. 12. 18. Baltheum regum diſſoluit, & præcinxit fune renes eorum. 1. Reg. 18. Ionathas dedit Dauid arcũ ſuum vſque ad baltheum. & Iſa. 22. 20. Et erit in die illa vocabo ſeruum meum Eliacim filium Heleiæ, & induam eum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & erit quaſi pater habitantibus Ieruſalem, & domui Iuda. Deſeruiebat autem ad veſtes ſtringendas, ne deſfluerent, & ſic præcincti expeditiores redderentur ad opus, firmiores, ac B conſtantiores: vnde Paulus pro conſtantia, & fortitudine accipit ad Epheſ. 6. 14. dum inquit: State ergo ſuccincti lumbos veſtros baltheo veritatis. Hoc loco non ad ornatum iuſſus eſt Ieremias cingulum coëmere, nam vt ex verbis illis colligitur, & in aquam non inferes illud, & notat bene Hieronymus, cingulum hoc ex lino contextum aſſumi iubetur, illoto, nec mollitudinem habente, nec candorem: (incuratum vocare ſolemus) tantum ad coniunctionem ſignificandam, & ſummam familiaritatem. Sicut Iſaias cap. 11. 5. de Chriſto dicit: Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius; quod iuſtitia, & fides tam coniunctæ illi eſſent, vt cingulum ei, qui præcinctus eſt. Ergo eius ſimilitudo parabolæ, ſic poteſt explicari. Quemadmodum ſi quis compararet ſibi C baltheum ex lino contextum incurato, aſpero, & abſque mollitudine, & candore, vt ex terra decerpitur, & ſuis lumbis applicet ex quo gloriam capiat ſingularem, ſordidus deinceps factus ex puluere, repellitur, & in ſtercus reiicitur, vt ibi putreſcat, ſic dominus elegit ſibi plebem Iſraëliticam, nullo ornamento præditam, ſed illotam, nudam, atque ex Ægyptiaca ſeruitute redemit: qualem deſcribit Hoſeas cap. 3. & Exechiel cap. 16. & adglutinauit eam ſibi, & lumbis applicuit affectuum ſedibus: dilexit enim eam tanquam ſponſam, tanquam vxorem, ac peculium deſideratiſſimum. vnde Deuter. 10. 14. En, dicitur, domini Dei tui cœlũ eſt, & cœlum cœli, terra, & omnia, quæ in ea ſunt: & tamen patribus tuis conglutinatus eſt dominus, & amauit eos, elegitque ſemen eorum, poſt eos, id eſt vos de cunctis gentibus. At illa ſordibus idolorum ſe coinquinauit, & ideo dominus abiecit eam D & trans Euphraten in Chaldæam captiuam duci permiſit, vbi adeo computruit, & vilis facta eſt, vt ad nullum vſum vtilis relinqueretur.

Balthe⁹. *Exod. 39. 28.* *Exod. 29. 9.* *Iob. 12. 18.* *1 Reg. 18. 4.* *Iſa. 22. 20.* *Ad Eph. 6. 14.* *Iſ 11. 5.* *Amor Dei in Iſraelem* *Hoſea 3. 1.* *Ezech. 16. 4.* *Deuter. 10. 14.*

Quæſtio vtrum reipſa hoc ſignũ fuerit præſtitum? Sentẽtia prior.

Dubium hîc eſt non leue, vtrum reipſa contigerit hoc præceptum comparandi baltheum, & ſuis lumbis applicãdi, eo modo quem refert Ieremias, an tantum per viſionem imaginariam & in ſpiritu, vt aiunt, tranſactum fuerit hoc mandatum. Lyra, & Vatablus in viſione tantum hoc accidiſſe putãt, & habent pro ſe Hieronymum, qui in procœmio in Hoſeam ſic inquit: Alioquin ſi omnia, quæ præcipiuntur ob cauſas, vt in ſimilitudinem fiant, vere facta contendimus: ergo & Ieremias accinctus lumbari, veſtimento muliebri, inter innumerabiles nationes & Aſſyrios, atque Chaldæos, gentes inimiciſſimas Iudæorum, iuit ad Euphraten, vt ibi abſconderet lumbare ſuum: & poſt multa tempora reuerſus, inuenit illud computruiſſe, quod nulli eſſet vſui. Quomodo exire poterat, & ire tam longè obſeſſa Ieruſalem, extructis per circumitum munitionibus, foſſa, vallo atque caſtellis? Qui cum ſemel ad Anathoth viculum ſuum, in tertio milliario ab vrbe ſitum voluiſſet exire, in porta capitur, & reductus ad principes quaſi proditor verberatus, in carcerem mittitur. Si illud in typo quia fieri non potuit, ergo & hoc in typo, quia ſi fiat turpiſſimum eſt. Hæc ſanctus Doctor. At rebus hanc prophetiam conſtitiſſe abſque dubio affirmant ſic Theodoretus, Hugo, S. Thomas, Dionyſius, & Iſidorus, illud addens, in hac ſententia eſſe præcipuos Hebræorum: & probatur in primis, quia mos ſcripturæ eſt non ſolum verbis docere populum ſed magis rebus, quod fortius moueant B tenaciuſque menti inhæreant. ſic aſſerit Hieronymus in principio cap. 19. huius prophetæ. Vult autem, ait, ſcriptura diuina, non ſolum auribus doceri populum, ſed & oculis: magis enim mente retinetur quod viſu, quam quod auditu ad animum peruenit, iuxta illud Horatij in arte poëtica.

Sentẽtia poſte rior vera. *Scriptura non verbis tantum, ſed magis rebus docet.* *Horatius.*

Segnius irritant animum demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus: & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator.

Vniuerſorum namque Deus, vt ait Theodoretus ſuper Hoſeam cap. 1. poſteaquam ad homines ex inueterato, & robuſto morbo laborantes verba faciens non verbis perſuaſit, rebus quibuſdam adumbratis futura oſtendit, viſorumque admirabi-C litate ad ſpeculationem, & conſiderationem eos, qui ad peccata obdurauerant, & percalluerant, trahit. Præterea, cum res in ſpiritu fiunt, ipſi prophetæ ſolent vno, aut altero verbo explicare, vt cum dicunt, in viſionibus Dei, aut in ſpiritu, vel à ſpiritu eleuatum, vt conſtat apud Ezechielem & Zachariam, vbi ergo non explicant, ſignificant reipſa rem tranſactam, præſertim cum circunſtantiæ particulares referuntur. Quod ſi dicas id non negari ab Hieronymo, quaſi non ſoleat, ac debeat fieri, ſed quia non potuerit fieri: reſpondemus nihil fuiſſe quod impediret Ieremiam id facere: nam frequenter ibant, ac redibant Iudæi Babylonem, cum multi eorum iam ibi negociarentur, ac Iudæa eſſet regibus Chaldæorum ſubiecta: diximus enim ſupra ſub Ioakim hoc præceptum Ieremiæ.

Prophetæ vno aut altero verbo oſtendunt ſe in ſpiritu vidiſſe.

3 *Nomen.*] Verba illa [vt eſſent mihi in populum, D & in nomen, & in laudem, & in gloriam] poſſunt dupliciter intelligi: vel ita vt ex coniunctione, qua coniunxit ſibi populum illum Deus, celebre nomen, laudem, & gloriam ſit populus conſecutus: quem ſenſum videntur amplexi Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, & Lyra. Nã vt Origenes rectè deducit, ſicut linum de terra paſcitur: & ſemen in humum proiectum, primum in gramine pullulat, deinde de meſſe transfertur domum, pectitur, lauatur, teritur, tunditur, & intenti opera excutitur, quo tale fiat, ex quo poſſit cinctorium, aut aliud quid in vſus neceſſarios comparari: iam candido opere ipſo, & lucido facto, ſic ille populus, & nos, à generatione nigri ſumus, iuxta illud Canticorum, nigra ſum, ſed formoſa, deinde eluimur vt efficiamur candidi, & nitorem qui nobis ex natura non fuerit inſitus, conſequamur, vnde ſcribitur: Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit dealbata? & efficimur linum purum, candidum, dignum, qui in

Orig. Coniuges ex lino comparantur. *Cant. 1. 5.* *Cant. 3. 6.*

cinctorium Dei plectamur, & ſummum inde bonorem adipiſcamur, & quo magis illi coniuncti celebriores efficiamur, & glorioſiores. Alioquin ſi ſeparemur, computreſcemus, & in nihilum redigemur, omni vſui inepti facti: vt Salomoni accidit & eius patri Dauid, alias coniunctiſſimo, quando peccauit, & populo illi duro, qui in tantam deuenit putredinem, vt in vſum, ac cinctorium domini vltra redire non potuerit. Poſſunt etiam illa verba referri ad Deum ipſum, cui ſummum nomē comparatur, magna laus, & gloria, ſi populus, quem ſibi delegit, eius ſemper adhæreat voluntati, cui ſēper adhærere bonum eſt, vti vxor viro, cuius gloria eſt. Sic Hugo, ac Dionyſius interpretantur. Ex quo valde ſumma Dei bonitas elucet, qui populū illum elegerit, per quem ſuum nomen, laudem, & gloriam, in vniuerſo orbe, celebraret, & amplificaret: & ad hoc ſibi adglutinauit, tanquam cingulum, ſed lineum, quod facilè putreſcat, & pereat.

Pſ. 72. 28.

Dei bonitas elucet.

Sed poſtquam Dei filius carnem noſtram ex Mariæ viſceribus candidiſſimam ſibi adglutinauit, & baltheo affabrè Spiritus ſancti opera ex byſſo, purpura, & hyacintho, coccoque bis tincto elaborato ſe præcinxit, nunquam relicturus, quam ingens nomen Deo Patri primùm, deinde ſibi, & nobis tandem comparauit? Nos enim ſibi coniunctiſſimè copulauit, & patri offerendum cingulum illæſum conſeruauit. Nam quemadmodum ſummus ille Pontifex Aaron veſtem pontificiam, in qua deſcriptum ferebat populum vniuerſum, baltheo biſſino pulcherrimè contexto, ſibi applicabat, & adiungebat, vt dicitur Exodi 28. ita ſummus hic ſacerdos Chriſtus Ieſus, vniuerſum populum Chriſtianum, deſcriptum ac depictum habet in veſte ſua candidiſſima, quam baltheo biſſino vnionis hypoſtaticæ, abſque vllo ſeparationis timore, ſibi coniunxit. Vnde capite. 2. querebatur Deus: Nunquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſui? populus autem meus oblitus eſt mei, diebus innumeris; illo enim cingulo, illa faſcia, non pectori Chriſti tantum, ſed renibus ac lumbis eius adheremus, qui ſummum amorem, & ardentem affectum, quo nos ſibi colligauit, ſignificant, vt ſuo loco diximus.

Dei filij amor in homines.

Exod. 28. 4.

Ierem. 2 32.

4 *Lagunculа.*] Hebræum nomen נֵבֶל Nebel Septuaginta, Chaldæus, Tigurina, & Pagninus vtrem verterunt. Aquila, etſi in 2. ſua editione ipſum nomen Hebræum reliquerit, in prima tamen tranſtulit, lagunculam, Symmachus craterem, Theodotio vas ſunt interpretati: vas iniquam terreum, vt intelligunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, & Lyra. Nam quod lagenam, aut Hydriam fictilem ſignificet, ſatis manifeſtè oſtendit Iſaias, cum inquit, & comminuetur, ſicut conteritur נֵבֶל Nebel lagena figuli contritione perualida, & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Sed cur ait omnem lagunculam tantum impleri vino, non oleo, non aqua, non melle, non lacte, non alia quauis materia liquentis elementi? ratio eſt quia vult ex vini conditione inebriantis, futuram tribulationem comminari, ex ſimilitudine in ſcriptura ſæpe vſurpata, quæ eſt inter tribulationem, & vinum: quæ cap. 25. declaratur, cum dicitur: Sume calicem vini furoris de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, & bibent, & turbabuntur, & inſanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos: & inferius; bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque ſurgatis à facie gladij, quem ego mittam inter vos. Quamuis enim in ſacris literis vinum ſæpe in bonam partē accipiatur vt notat Origenes hom. 9. in Ieremiam, vt Canticorum 5. Venite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi, & apud Salomonem Sapiētia, ait, Venite, comedite panem meum & bibite vinum, quod miſcui vobis; hic tamen pro ingenti afflictione, & anguſtia ſumitur, vt ſtatim explicabimus.

Laguncula quod genus vaſis.

Iſ 30. 14

Ierem. 25. 15.

Vinum pro afflictione.

Orig.

Cant. 5. 1.

Pro 9. 5

5 *Ebrietate.*] Hoc nomine per metaphoram, ingentem tribulationem ſignificat, qua Iudæi ex calice Babylonio inebriati, victi iacuerunt, ad imperium Babyloniorum agitati, quemadmodū ebrius à vino regitur, nec à ſua mente gubernatur. Sic intelligunt Chaldæus, cum ait, ego implebo habitatores Ieruſalem anguſtia, & erunt ſimiles ebriis; Origenes, Theodoretus, Rabanus, Hugo, Dionyſ. Vatablus, & Iſidorus. Lyra vero, eo nomine vult ſignificari defectum mentis, & corporis ad reſiſtendum aduerſariis, ſicut ebrietas ſenſum aufert, vſumque membrorum. S. Thomas, & iterum Vatablus intelligunt animi cæcitatem, qua redditur homo ad omnes probas actiones ineptus, & hæc quidem ex calicis potatione dimanant: ſicut enim ebrius, ita fit impos mentis, vt nihil cōſilij habeat, nihil virium, quibus ſe tueatur, ita quiuis Iudæorū in eas anguſtias à Babyloniis redactus eſt, vt neque ſibi conſulere poſſet, neque vi vlla corporis ſe tueri. Nam quod ingentem illam tribulationem ſignificet, præter vſum ſcripturæ ſæpe eam ea metaphora ſignificantis, oſtendunt verba ſequentia, & diſpergam eos, virum à fratre ſuo, non parcam, & non concedam, neque miſerebor, vt non diſperdam eos, quibus verbis, vt notat bene Theodoretus, oſtendit firmum, & ineuitabile iræ diuinæ propoſitum.

Ebrietas mentis.

6 *Diſpergam.*] De ſeparatione, qua ſeparandi erant ab inuicem Iudæi, dum in diuerſa loca ducti ſunt captiui, intelligunt hunc locum Origenes Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, S. Thom. Lyra, & Dionyſius, iuxta interpretationem Vulgati: Et Lxx. qui vertunt & diſpergam illos, virum & fratrem eius: verbum tamen Hebræum נִפַּצְתִּים Nipazthim, à verbo Napaz, eſt idem quod conteram, collidam, & quaſi in fragmenta diſpergam: nā hoc modo ſolet verti à Vulgato hoc verbum: vt cap. 51 à verſu. 20. Ego collidam in te gētes, & collidam in te equum, & equitem. Iudic. 7. 19. cœperunt buccinis plangere, & complodere inter ſe lagenas, id eſt, hydrias comminuere. Pſ. 136. 9. Beatus, qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram & iuxta hanc ſignificationem dixit Chaldæus, & irruere faciam eos vnumquemque in fratrem ſuū. Tigurina quoque, Pagninus, & Vatablus, & collidam eos alterum ad alterum, & Iſidorus, fruſtatim comminuam eos virum per fratrem ſuum, vt ſit ſenſus, ex metaphora hydriarū, aut laguncularū Iudæos inſtar lagunculарum collidendos ad inuicem, & comminuendos, & ex mutua colliſione in fragmenta diſpergendos. Verum etiam ſi in hac ſignificatione verbum hoc accipiatur, eundem ſenſum cum eo, quem diximus, habet hæc ſententia: nam ſicut laguncula contrita, & colliſa cum altera comminuitur, & in fragmenta redacta, huc illucque diſpergitur, ſic plebs Iudaica contrita, & colliſa, cum frater fratris ærumna conterebatur & pater filij, & filius patris dolore confringebatur, & omnes

Ier 51. 20

Iud 7. 19.

Pſ 136. 9

omnes pro ratione coniunctionis aliorum cala- A mitatibus premebantur, quaſi in fragmenta conciſi in varias ciuitates diſpergebantur. Ar quæres *Deus in hos congregat, diſgregat peccatores.* cur Deus diſpergat peccatores, & iuſtos ſoleat cõgregare? ſic Geneſis 11. illos, qui in vnum coacti volebant ædificare turrim ad cœlum vſque pertingentem, diuiſit dominus ex eo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem. Populum etiam ſuum; qui antequam peccaret, erat *Gen. 11. 8.* in Iudæa, poſt peccata in vniuerſum orbem diſperſit. Duas huius rationes tradit Origen. Hom. 9. *Orig.* in Ierem. Vnam, ad pœnæ incremẽtum: quodammodo enim leuius fit ſuppliciũ ſi plures in eodem loco conſtituti mutuis ſe conſolentur alloquiis: ſolent enim reges eos, qui imperio ſuo inſidiati ſunt ad deſertas inſulas deportare: & pro magnis ſuppliciis hoc iubere ne in vno loco exilij penu- B riam ſuſtineant, ſed in aliam partem orbis vxor, in aliam liberi exterminentur, vt ne in calamitatibus quidem ſuis, perfruantur ſolatio, aut pater filij, aut mater filiæ, aut frater fratris. Simili modo peccator per quandam diſpenſationem Dei, maiora ſolitudinis tormenta perpetitur ſi ſolus in exilium relegetur, vt emendatus in ſtatum priſtinum redeat. Addit & hanc alteram cauſam. Nam mali cũ ſimul fuerint, ea quæ mala ſunt cogitant, & in priſtina nequitia perſeuerantes augent peccata peccatis, vt è contrario boni, cum ſimul fuerint de honeſtis ſermocinantur. Diſſoluitur ergo, & ad nihilum deducitur nequam cogitatio, cum non habuerit allocutionem alterius nequioris. Idcirco per diſpenſationem Dei prouidetur peſſimos à peſſimis ſeparari: iuſtumque quoque, ac commodum C eſt, vt à priſtinis ſceleribus ipſa ſolitudine, & penuria conſortij aliquando deſiſtant.

7 *Gloriam.*] Hanc ſententiam videtur oppoſuiſſe propheta illi, qua mouerat Iudæos: Nolite eleuari, quia dominus loquutus eſt. Hoc eſt, ne ſuperbè meas minas, & cõminationes cõtẽnatis, quia verbum, quod vobis locutus ſum, non eſt à me profectum, ſed à Deo, ab eo enim hoc ſupplicium decretum eſt: quod vos nulla ratione auertere poteritis etiam ſi ſpem ſitam habeatis in Ægypto, ſic videntur interpretari Theodoretus, Hugo, Lyra, & Iſidorus. In eo ergo ſuperbierant, quod putabant ſatis conſilij, ſatis virium, ſibi eſſe, vel ea ſe, vel ex Ægypto, ad reſiſtendum Chaldæis, ideoque contemnebant prophetam, & Deum, qui illum miſerat. Ait ergo: ne hoc genere ſuperbiæ eleuemini; ſed date gloriam domino Deo veſtro, antequam ducamini in captiuitatem. Mos ſcripturæ *Dare Deo gloriam quid ſit.* eſt dicere peccatoribus: Date gloriam Deo, vt notant Hieronymus, Rabanus, Hugo, & Lyra, ſic c. 7. Ioſue dixit Acham, Fili da gloriam Deo Iſraël, & confitere, atque indica mihi quid feceris. & Ioan. 9. dixerunt Phariſæi cæco nato, quem Chriſtus ſanauerat: Da gloriam Deo, nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt: & eſt ſenſus: Confitere veritatẽ, quæ Deum minimè latet: & mihi Dei vices gerenti, te conſtringenti indica quid feceris: ſic enim Deum glorificabis: aut ad cæcum natum, fatere tu id ipſum, quod nos ſcimus eſſe verum, nempe hũc hominem eſſe peccatorem, & hac veritate manifeſtata, quæ latebat, dabis gloriam Deo. ſic modo ait Ieremias: Confitemini vos veſtris ſceleribus Deum offenſum, quæ ipſum non latent, & reſipiſcite, ant agite pœnitentiam opportunè: ne verberibus, ſumma cum ignominia, cogat vel inuitos A confiteri: hæc licet vera ſint, veruntamen exiſtimo illius huius loci eſſe germanum ſenſum, qui ſic exponit. Dum res vobis ſunt integræ, date Deo gloriam, veſtram infirmitatem cognoſcentes, qui nihil poſſitis ſine ipſo, nec valeatis ſupplicium imminens effugere, humiliamini ergo ſub potẽti ma- *1. Pet. 5. 6.* nu Dei, ne vos deſerat in tempore tribulationis: & ſperate in eo, & ſubditi eſtote ei, qui enim recognoſcit ſuam infirmitatem, cognoſcit ſe indigere Deo, & ab eo ſperat remedium, illique per omnia ſe ſubmittit: humilitas autem ſummam gloriam tribuit Deo: ſic docet Eccleſiaſticus c. 3. 20. Quan- *Eccl. 3. 20.* to maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur.

8 *Caliginoſos.*] Montes caliginoſos Hebraicè cre- B puſculi noctis, tenebrarum, aut caliginis, vocat montes Chaldeæ iuxta Hieronymum, Rabanum, Hugonem, S. Thomam, & Dionyſium, dictos caliginoſos, quod præ caligine videri non poſſent, & hoc accidebat vel ex magna tribolatione, qua oculi Iudæorum caligabant, vel quia præ altitudine obducti tenebris videbantur, vel ea alluſione ad nomen Babel, quod Babylon plena ſit confuſione ex peccatis, & idololatria proueniente. Sic autem *Iſ 13. 2.* vocari montes Chaldeæ oſtendit Iſaias, cum dicit: ſuper montem caliginoſum leuate ſignum. Sunt qui exiſtiment, vt Iſidorus aſſerit, per montes caliginoſos Ægyptum intelligi, cui fidebant, & in quã confugêre: nam ſubiicitur ſtatim; expectabitis lucem, per quam intelligunt Lyra, Dionyſ. & Iſidorus, auxilium Ægyptiorum, quod tempore Sedeciæ expectabant, fruſtra. Sed Chaldæus, Theodo- C *Caligo calamitatẽ inſignem notat.* retus, Lyra, & Vatablus videntur intelligere hyperbolicè, non Babylonem, aut montes eius, ſed inſignem calamitatem, & captiuitatis tribulationem, quæ illis obiicietur, ac ſi eſſet mons obductus caligine, & nox tenebris obtecta, qui ſenſus ex verbis ſubiectis probatur verus: Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem, loqui videtur de tempore excidij vrbis Ieruſalem: quando nihil ſolatij illis erat futurum. Præterea, quia eiuſmodi ſimilitudinibus ſolet deſcribere ſcriptura magnam, & importabilem tribulationẽ, vt Iſaiæ 59. 9. Expectauimus lucem, & ecce tene- *Iſ 59. 9.* bræ, ſplendorem, & in tenebris ambulauimus, palpauimus, ſicut cæci, parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus: impegimus meridie, quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui. Solẽt etiam non infrequenter dici montes commoueri, aut D perturbari à facie iræ furoris domini. Monet ergo Iudæos Ieremias, vt præoccupent tempus vindictæ, dum tempus habent, quæ monita ſæpe tradit ſcriptura peccatoribus: ſic Eccleſiaſticus: ſanus, ait, & viuus confiteberis, & ante iudicium para iuſtitiam. & Eccleſiaſtes: Memento creatoris tui in *Eccl. 17. 27.* diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus *Eccl. 18. 19.* afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent, antequam obtenebreſcãt *Eccl. 12. 1.* Sol, & lumen, ſtellæ, & Luna, tunc enim obtenebreſcent videntes per foramina. Apud Ioannem *Ioã. 5. 4.* etiam ait Chriſtus: Operamini dum dies eſt: venit *Ioan. 12. 35.* nox, quando non licet operari, & ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Prius ergo quam iudicij tempus adueniat, & offendant pedes noſtri ad montes tenebroſos, ait hîc Hieronymus, aduerſarias ſcilicet fortitudines, quæ tormentis, & eruciatibus præpoſitæ ſunt, aga-

ARGVMENTVM.

MOnet Regem Sedeciam, & eius vxorem ne ſe regni efferant dignitate, quia cum Iuda vniuerſo, captiui ducendi ſunt, & iniquitas quam deſerere nolunt omnibus prodenda.

COMMENTARIVS.

De quo rege vel regina ſit ſermo. Ierem. 22. 24. 4. Reg. 24. 8. Ierem. 22. 26. 4 Reg. 24. 15. Math. 1. 11.

10 DIc Regi.] De quo rege, de quave regina ſit ſermo, graue dubium eſt. Hieronymus, Rabanus, Hugo, R. Salomon, Thomas, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, Ioachin, qui c. 22. 24. dicitur Ieconias filius Ioachim, intelligunt & reginã ſeu, vt cum Aquila & Symmacho vertit Vulgatus, dominã, ſeu dominatricem, matrem eius, quæ. 4. Reg. 24. 8. Nohesta vocatur. Poteſt autem probari, quia eadem comminatio facta eſt huic regi, & eius matri c. 22. 26. Et mittam te & matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam in qua nati non eſtis, & ibi moriemini. & vt prędictũ eſt, ita re accidit, vt refertur 4. Reg. 24. 15. Tráſtulit quoq; Ioachin in Babylonem, & matrem regis, & vxores regis & eunuchos eius: & Ier. 29. 2. dicitur. Poſtquam egreſſus eſt Ioachin rex, & domina, & eunuchi, & principes Iuda & Ieruſalem. Tradidit enim ſe de cõcilio Ieremiæ, vt refertur 4. Reg. 24. & ideo eius profectio vocatur tranſmigratio Math. 1. Quod autem matris potius ſub nomine reginæ, ſeu dominatricis, & non vxoris fiat mentio, ea poteſt ratio aſſignari, quod plures habuerit vxores, quarum nulli nomen reginæ tributum eſt. Deinde probatur, quia dicitur tranſlata eſt omnis Iuda tranſmigratione perfecta, quia recepit quod merebatur, & completum eſt in ea, vt notat Hieronymus: ſed tempore huius regis facta eſt hæc tranſmigratio. Ergo de eo fit hoc loco ſermo. Lyra tamen, cui aſſentit Dionyſius, exiſtimat hunc regem Sedeciam, & reginã, eius vxorem. Nã Chaldęus quoq; dixit, Dic regi, & vxori eius: ex qua filios genuerat, quos occidit Nabuchodonoſor in Rablatha, vt refertur Ierẽ. 52. 10. & probatur ex verbis Prophetæ Nam ſi cõminatoria ſunt, ipſi regi, qui cum loquitur, comminatur: At Sedeciæ illa recte conueniunt. Nam corona regia omnino concidit in illo vt dicitur cap. 5. Trenorum: Cecidit corona capitis noſtri. Tunc quoque veniente exercitu Babylonio clauſæ ſunt ciuitates auſtrales: & omnis Iuda tranſlatus eſt tranſmigratione perfecta, quæ cap. 1. facta dicitur menſe quinto. At quando Ioachin tranſlatus eſt, cum tres tantum menſes regnauerit, ſeſeque dediderit, non tanta ſtrages facta eſt, nam ſoli ciues Ieruſalem tranſlati ſunt, vt conſtat 4. Reg. 24. 14. nõ omnis Iuda ciuitatib⁹ clauſis quod nullus eſſet habitator. Ergo quãuis difficile ſit decernere quo tẽpore hæc dicta fuerint, mihi probãtur magis illa verba: Dic regi & dominatrici referri debere ad initiũ regni Sedecię, aut quãdo rebellauit contra Nabuchodonoſorẽ nam illi dicitur: Tu docuiſti eos aduersũ te, & erudiſti in caput tuum, vt oſtendemus, & cetera iam notata illi cõueniũt.

Sedecias. Ierem. 52. 10. Threnor. 5. Ierem. 1. 3. 4 Reg. 24 14.

11 Corona.] Ex hebræo ſic habet hec ſententia. Qvia deſcendit principatuum veſtrorum corona: gloria veſtra quia nempe auferetur vobis regia dignitas, & eius inſignia de capite veſtro abijcientur, per Nabuchodonoſoris duces.

12 Auſtri.] Tribus Iuda, & Ieruſalem ſuam ſortem acceperat ad plagam meridianam, vt dicitur Ioſue 15. & notat hic Hieronymus: quam comminatur capiendam à Chaldæis, & ita ad ſolitudinem ciuitates redigendas, vt omnes clauſę manſuræ ſint deficientibus ciuibus qui poſſint aperire, quia omnes ducentur captiui: vnde dicitur tranſlatus eſt omnis Iuda: vel quia propter obſidionem, & hoſtium incurſus, nec audebant, nec poterant aperire, vt exponunt Hieronymus, & cum eo reliqui omnes expoſitores.

Ioſue. 15.

13 Perfecta.] Quod hebraicè dicitur, in perfectionibus, aut complementis. & alij tranſtulerunt omnino, vel in vniuerſum, aut cum vniuerſis, recte Vulgatus vertit, tranſmigratione perfecta, ſecutus 70. quæ facta eſt vndecimo anno Sedeciæ, vt intelligunt Hugo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus, nam cap. 1. ita vocata eſt, illis verbis: Vſque ad tranſmigrationem Ieruſalem mẽſe quinto: & Threnor. 1. 3. dicitur: Migrauit Iudas propter afflictionem. Licet enim ſub Ieconia migrauerit, ſed ſub Sedecia abſoluta eſt captiuitas.

Tranſmigratio perfecta quæ. Ierem. 1. 3. Threnor. 1. 3.

14 Venitis.] Sermo fit ad Iudam, ſeu Ieruſalem vt 70. notarunt, vertẽtes Leua oculos tuos Ieruſalem, & ita Hieronymus, Theodoretus, cum ceteris intelligunt, dempto Iſidoro qui non ineptè putat hæc dici regi, & reginæ, Leuate oculos, & videte venientes hoſtes, & quo abducendos grex qui datus eſt tibi regendus, pecus inclitum tuum: Rex enim Sedecias deſeruit vrbẽ, nec potuit ſuũ gregẽ cuſtodire: verũ quia & verba, & pronomina in Hebręo fœminea sũt, referẽtia Iudã ideo prior sẽſus verior eſt habendus. Sed quod Vulgatus legit, videte qui venitis ab Aquilone, Hebraicè dicitur, videte venientes ab Aquilone, vel qui veniũt. & ita tranſtulerũt ſeptuaginta, Chaldæus, Hieronym⁹ in cõmẽtario, ceteriq; oẽs interpretes, & iuxta hãc lectionẽ legũt, & exponũt Hieronym⁹ Theodoretus, Raban. Hugo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, Vat. & Iſidor. Videte Chaldęos veniẽtes ab Aquilone, & hũc ſensũ oſtendũt verũ quæ ſequuntur: itaq; dicendũ eſt, illud, qui venitis, accipiẽdũ eſſe pro qui veniũt, ſiquidẽ non eſt infrequens vnum tempus pro alio vſurpari.

15. Docuiſti.] Ex Hebręo ſic habẽt hęc verba: Et tu aſſuefeciſti eos ſuper te, duces ſeu principes, capiti pro in caput, nẽpe tuũ, quẽ ſenſum expreſſit Vulgat. & interpretantur Hier. Rab. Hugo, S. Thom. Lyra, Dionyſ. & Iſid. Tu docuiſti eos nẽpe Aſſyrios ſeu Chaldæos aduersũ te, vt fierẽt duces in caput tuũ, in exercitu Babylonio. Habet & hũc ſenſum textus Theodoreti: Et tu docuiſti eos aduersũ te artes in caput tuũ. Tigurina tamen, Pagni. & Vat. ſic ferè vertunt: Tu enim aſſuefeciſti eos ſuper te principes, & capitaneos vel vt contra te duces & capita eſsẽt. Nam in Hebræo duo nomina ponũtur, tu docuiſti eos aduerſum te aluphim, leros, & nomẽ aluph, vt diximus c. 11. n. 19. ſignificat principẽ, Chiliarcham, aut ducem, vt Micheæ. 5. Et tu Ephrata nequaquã minima es in principibus, ſeu chiliarcis Iuda: nomen vero ros ſignificat caput, ac proinde principẽ aut capitaneum. Verum oẽs eundem fere exprimunt ſenſum. Huius cladis futurę tu, ô Iuda, tibi cauſa fuiſti, quia Chaldæos

Ierem. 11. 19. Mich. 5. 2.

Dubiū aſſueſeciſti contra te, vt eſſent ſtrenui doces, & in virtute arteque militari pollerent in malum tuũ. Sed quando Aſſyrios, ſeu Chaldæos docuerit, aut aſſueſecerit militare, quærunt interpretes? & in primis quidam, quorum meminit Vatablus, hoc dictum potant propter Achaz, qui, vt refertut 4.
4.Reg. 16.7. Reg.16.Vocauit Teglatb Phalaſſar regem Aſſyriorū in auxiliū aderſū Raſin regē Syriæ atq; ſic ſentire videtur Theodoretus, & Iſidorus. Hugo, S. Thomas, Lyra & Vatablus alludi exiſtimār ad factū Ezec. Iſa.39. qui nūciis Baladan Metodach Babi-
Iſa.39. 2. lunij oſtendit omnes theſauros ſuos. Propter quod ſic illi comminatus eſt Iſaias. Ecce dies venient, & auferetur omnia, quæ iu domo tua ſunt, & quæ theſaurizauerunt patres tui vſque ad diem hanc, in Babylooem. Lyra præterea, & Dionyſius, de facto illo exponunt hunc locum, qui refer-
Ezech. 23.16. tur Ezechielis 23.16. quando Iuda miſit nuncios in Chaldæam: & cum veoiſſent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarum, polloeruot eam in ſto- B pris ſuis. Hieronymus Rabanus, & Hogo in vniuerſum hæc intelligunt de amicitia inita cū Aſſyriis, cuius occaſione dicebant per quod iter in Iudæam venire deberent. Verum illorum expoſitio
Solutio verior. magis videtur literæ conuenire, qui exponuot de tempore, qoo vocabant Iodæi Aſſyrios, ſeu Chaldæos in auxiliū aduerſus gentes alias, vt diximus feciſſe Achaz. Quod & ſæpe alias factum fuiſſe dubitari non debet, cū ſupra cap.2. increparit Ie-
Iere.2. 18. remias hanc ob tem Iudæos, cum dixit; & nunc quid tibi vis in via Ægypti vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis, tunc enim aſſueſaciebat Chaldæos ad hellum, & in arte militari erudiebat, vt nūc randem ſtrenui duces facti, ac virtute inclyti Iu- C dam deuaſteot & Ietoſolymam expugnent, & capiant, omoeſque Iudæos in Chaldæam captiuos ducant. Quamuis enim impium ſit artem in eum conoertere, à qoo eam eruditus es; verum ſi magiſter iniquitatis diſcipolo ſit, quid mirum ſi magiſtrum expugnet, & perdat? & omne malū quod parauit, & docuit, conuertatur in capot eius, & in verticē illius iniquitas eius deſcendat, vt de Saule
Pſal.7. 17 canit Dauid pſal.7. Impriubi ſrequentibus im-
Impij h. ſtes ſibi parant. piis actionibus viria generant, augent habitus, & in modum naturæ conoertunt, & ita hoſtes producunt, duces aſſueſaciunt aduerſum ſe, cū enim volunt ad cor, Deomque redire, adeo ſeentinnt impeditos, vt difficilem, ne dicam impoſſibilem, experiantur conuerſionem, repogoaute natora, rot vitiis armata, tot virturibus deſtituta: nimirū D ergo, ſi quemadmodum Iudæi à Chaldæis, à vitiis tandem excidantur, & in Babilooicam inferni captiuitatem detrudantur.

Ignominia capimitatis quid ta. Pœna ingens ingentē culpam arguit. 26 *Polluta*] ex hæbræo ſic habent hæc verba. Propter multitudinem iniquitaris tuæ detectæ ſūt fimbriæ tuæ, diſcoopertæ ſunt plantæ tuæ, qua forma loquendi ſolet ſcriptura ſignificare per ſupplicium detegenda flagitia occulta: nam pœna ingens palam facit orbi vnioerſo culpæ magoitodinem. Ait ergo propter multa tua peccata, extremo hoc ſupplicio fiet omnibus manifeſtum re fuiſſe impudiciſſimam meretricem, & flagitia verenda cōmiſiſſe. Sic videntur explicare Hieroonymus, Rabanus, Hugo, & S. Thomas. Sed Theodoretus, & Vatab. hunc ſenſum amplectuntor de pœna iotelligentes, hæc tua delicta has calamitates tibi pepererūt. ſignificatur enim ſumma ignominiæ, in quā deuenit Iudæa, ſicot valde eſt ignominioſum fœminę, crora nudari aut fæmora propter ſua delicta, & patethic ſēſus, quia dicitur propter multam tuam iniquitatem, detectæ ſunt fimbriæ tuæ, hoc eſt hac ſumma pœna punieris nempe ignominiæ ingentis, qui ſenſus ex ſequentibus fit manifeſtior. Sed quia ignominia maxima eſt fœminæ, ſi detegantur turpitudines illius, etiam per pœnā: vtetque ſēſus eandē fere habet explicationē, iuxta id quod infra dicitur. Ego uudaui fœmora tua cootra faciē ſuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinoitos tui ſcelos fornicationis tuæ Tiguriοa, & Lyra legūt vi afflictæ aot præciſæ ſunt plantæ tuæ: oempe ne vlterius in malis progrediaris.

17 *Mutare.*] Comparatio Æthiopis, & Pardi cum improbis Iudæis poreſt vel ad hoc deſeruire, quod quemadmodum impoſſibile eſt apud bomines nigredinem æthiopis in candorem mutari, & Pardi macolas auferri, at apud Deum oon eſt impoſſibile. Ita apud homines impoſſibile eſt malū & molto magis aſſuetum malis, mutari io honum, abſq; Dei gratia, at cum illa poſſibile eſt, quod eſt nihil eſſe impoſſibile apud Deum & hoc modo videtor intelligere Hieronymos & Rabaous. Sed cum hęc impoſſibilitas etiam in quouis alio peccatore reperiatur qui non eſt aſſuetus malo, nullos enim etiam ſi vnom commiſerit tantum peccatum, ſine Dei gratia poteſt couuerti: hoc vero loco ſermo fit de impoſſibilitate ex parte ipſorum Iudæorum, cum ex parte Dei ſatis ſit facile, qui omnibus præſto eſt ſuo auxilio, ideo aliorum omnium interpretum explicatio verior eſt. Vehementiam voluntatis ſolet ſcriptura vocare poteſtatē, ait Chry- *Chryſoſtomus. Impoſſibile quid.*
ſoſtomos homil.67.in Ioā. Sic Ioānis 12. dicitur, propterea non potuerunt credere, quia iterum dixit Iſaias audito audietis, & non intelligetis, & nō poteſt mundos vos odio habete, difficultatem ergo conoerſionis ex cōſuetudioe ortam ſignificat, *Ioā. 12. 39.*
quæ eſt altera natura. Nam ſicot non poteſt fieri aut certæ nunquam fiet vt Æthiops, & Pardus mutent ſuos colores, ita Iudæi ita erant malis aſſueti vt merito rimeretor, nunqnam ſe couerſuros. Sic expoount Chriſoſtomus ibi Theodoretus, Hugo, S. Thomas cum reliquis dicitor enim Prou. 22. *Pro. 22. 6.*
adoleſcens ioxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea

18 *Parſque menſuræ.*] Illud, Parſque menſuræ tuæ à me hebraice legitur, Pars menſurarum tuarum à mea & Chaldæus dixit. Pars hæreditatis tuæ à facie mea, ſumpta eſt metaphora à meoſuris agrorum, ad hunc modum, ſolet menſor ſua menſura agros diſtribuere, & vnicoique quod illi debitum eſt aſſignare: ego igitur menſoris inſtar, daho ſceleribos tuis debitam pœnam, quæ ex menſura tibi debetur.

19 *In mendacio.*] Idolorum intelligunt Hogo, & Lyra, quia dixit, oblita es mei, Dei oempe toi, & recurriſti ad idola. Cum quo ſeoſu conuenit ille alter Hngonis, & Diooyſij, oblita es mei, nō cōfidēdo in meis pollicitatiooibus; ſed confidiſti in mēdacibus promiſſis pſeudoprophetarū, vel Ægyptiorum iuxta illud Iſa.36. ecce confidis ſuper bacolom arundineum. Chaldæus intelligit pecca- *Iſa.36. 6.*
tō iuxta illud cap.7. ecce vos confiditis in ſermo- *Iere. 7. 8.*
nibus mendacij, qui non proderunt vobis, furari occidere, adulrerari, iurare, libare, Baalim, & ire poſt Deos alienos quos ignoratis. Senſus primos

mus videtur germanior: quia hoc delictum confidendi in idolis, mox dicit ſe puniturum: cum addit, vnde & ego nudaui femora tua, & cætera. His enim metaphoris ſignificat idolatriam, & ignominiam, in quam venturus erat Iudas propter eam.

Impetus Iudæorũ ad idololatriã

20 *Innitus.*] Inſaniam libidinis, aut furorem libidinoſum, quo inſtar equarũ ad coitum geſtientium, ferebantur Iudæi ad idolatriam, ſignificat ſecundum Hieronymum, Rabanum, Hugonem, & Dionyſium: iuxta illud cap. 10. vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Nam de inſania illa equarum dixit Virgilius, Georgic. 3. Hinc demũ, Hippomanes, vero, quod nomine dicũt paſtores, &c. Lyra exponit patentem libidinẽ: nam ſicut equa inſana hinnitu ſuo, & manifeſtat impetum ſuæ libidinis, & ad eam mares inuitat: ita plebs illa vultu Hilari, voce iocunda, & cura celeri eundi ad idola oſtendebat furorem, quo tenebatur, & ciues quoſuis inuitabat ad eorum cultũ. Quod vero dicitur: nudaui fæmora tua, idem eſt cum eo, quod ſupra dictum fuit: nudabo fimbrias tuas, hoc eſt, veſtes. vt appareant femora. Nam ſicut cum dimittit Deus peccatum aliquod, illud dicitur contegere, & facere vt non appareat amplius, ita cum punit dicitur illud reuelare, & palam omnibus facere: vt cum inter nam ſuper- A biam externa detegit turpitudine.

Iere 10. Virgil.

Peccata detegere, ac tegere dicitur De⁹.

Cõuerſio Iuda difficilis niſi per ſupplicia.

21 *Væ tibi.*] Hebræa ſic habent ad verbum. Væ tibi Ieruſalem, non mundaberis poſthac, quando adhuc? & eſt ſenſus Vatabli, & Iſidori. Nulla te cura ſolicitat mundandi te poſtea, aut pœnitendi de tuis ſceleribus. Nam quando tandem id facies? Sane poſtquam in captiuitatem abducta fueris. Alij ſic exponunt. Nunquam in æternum ſponte mundaberis, citra meam punitionem, nec te niſi inflicta pœna, recognoſces, cum hucuſque ſis in profundo malitiæ. Inſinuat hunc ſenſum Pagninus ſua verſione, qua dicit. Non mundabis te poſt hac, quando adhuc es immunda: ſic etiam exponit Iſidorus.

Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, & Hugo B cum cæteris, ſic explanant. Non mundaberis poſt me, dum ambulas, vel dum me tu curatorem habes: vſque quo enim te expectabo, quandiu feram? certè vltionem inducam, & omnem tui curam abijciam. Poteſt & hic eſſe planus ſenſus. Non eſt ſpes quod vltra munderis, nunquam enim mundaberis, adeo tuis es addicta ſceleribus. Ad hoc enim præcipitium deuenit plebs illa, vt niſi grauiſſima pœna captiuitatis inflicta ſpes nulla eſſet conuerſionis.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

1 QVod factum eſt verbum Do- C
mini ad Ieremiã de ſermoni-
2 bus [1] ſiccitatis: ‖ luxit Iudæa,
& [2] portæ eius corruerunt,
& obſcuratæ ſunt in terra, &
3 clamor Ieruſalem aſcendit. ‖ Maiores mi-
ſerunt minores ſuos ad aquam: Venerunt
ad hauriendũ, non inuenerunt [3] aquam, re-
portauerunt vaſa ſua vacua: confuſi ſunt &
4 afflicti, & operuerunt capita ſua: ‖ Propter
terræ vaſtitatem, quia non venit pluuia in
terram, confuſi ſunt agricolæ, operuerunt
5 capita ſua. ‖ Nam & [4] cerua in agro peperit,
6 & reliquit: quia non erat herba: ‖ Et Onagri
ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum
quaſi dracones, defecerunt oculi eorum,
quia non erat herba. Si iniquitates noſtræ [5] D
reſponderint nobis: Domine fac propter
nomen tuum, quoniam multæ ſunt auer-
7 ſiones noſtræ, tibi peccauimus. ‖ [6] Expecta-
tio Iſrael, Saluator eius in tempore tribu-
lationis: quare quaſi [7] colonus futurus es in
terra, & quaſi [8] viator declinans ad manen-
8 dum? ‖ Quare futurus es velut vir [9] vagus,
vt fortis qui [10] non poteſt ſaluare? [11] tu au-
tem in nobis es Domine, & nomen tuum
inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas
9 nos. ‖ Hæc dicit Dominus populo huic,
qui dilexit [12] mouere pedes ſuos, & non
quieuit, & Domino non placuit: Nunc

PARAPHRASIS.

VErbum quod factum eſt à Domino ad Ieremiam [1] ſuper futura Iudææ ſterilitate, ſic habet: lugebit Iudæa, & vrbium [2] portæ corruent, vaſtantibus Chaldæis, & puluere inuolutæ non apparebunt: & ciues Ieruſalem clamabunt præ famis, ſitiſque anguſtia. Mittent principes, ac rectores vrbis reliquos de plebe ad conquirendam aquam, & cum acceſſerint ad hauriendum ex fontibus, & [3] lacunis, non inuenient, & ita reuertentur vaſis ſuis vacui; Pudefacti ſane, & præ pudore caput ſuum operientes. Ipſi etiam agricolæ confuſi operient capita ſua videntes terram dehiſcentem, quod non deſcenderit in eam pluuia. Quin & cerua quem fœtum in agro pariet, relinquet, quia non erit herba: & Onagri ſtabunt in rupibus, draconum inſtar ventum D *haurientes, deficient oculi eorum, quia non erit herba.* [*Oratio Ieremiæ*] *Si iniquitates noſtræ [5] merentur puniri nos tam diro ſupplicio, ne quæſo Domine reſpicias ad eas; multæ enim ſunt, & contra te confitemur peccaſſe; ſed clementer age nobiſcum, propter nomen tuum. [6] expectatio Iſraelis, & ſaluator eius in tempore tribulationis: cur deſerturus es hanc tuam terram, ſicut ſolet [7] peregrinus, & [8] viator terram deſerere per quam tranſit, tantum hoſpitio contentus, quo ad pernoctandum diuertat? Quare viſum mouebis hoſtibus, dicentibus, te, virum certe fortem [9] præ timore fugiſſe, quod ſaluare [10] non poſſes, [11] An non tuô Domine habitas inter nos; & nos de tuo nomine, appellamur populus Domini, ne ergo*

derelinquas nos. Sic respondet Dominus populo huic: qui huc illucque discurrit: [13] vt opem quærat ab hominibus, nec desistit, & Domino placere non curauit: dicit enim se nunc ad memoriam reuocaturum iniquitates illius, & digna pœna affecturum eius peccata. Mihi vero dixit, Noli orare me vt huic populo parcam, quia quantumuis [11] ieiunauerint, non exaudiam preces eorum, & si obtulerint holocaustum & oblationem, non suscipiam ea: imo gladio, fame, & peste consumam eos: & dixi ego, ah ah ah Domine Deus: ecce prophetæ dicunt eis, [13] gladium non videbitis, quinimo nec fames eueniet vobis, sed firmam vobis dabit pacē in loco isto, & Dominus respondit mihi, falso prophetæ isti vaticinantur in nomine meo, quasi à me missi fuerint, cum certè non miserim eos, neque præceperim eis loqui, & ne vel vnum verbum locutus fuerim eis: visionem ergo mendacem, [14] vanam diuinationem, & seductionem cordis sui: prophetant vobis. Idcirco sic ait Dominus de istis prophetis: qui prophetāt in nomine meo, à me non missi, dicentes: nec gladius, nec fames erunt tanquam in terra hac: gladio, & fame consumentur ipsi, & populi quibus prophetarunt, proiecti iacebunt in viis Ierusalem præ fame, & gladio, cum vxoribus, filijs, & filiabus eorum, nec erit vllus, qui possit eos sepelire: & effundam super eos malum, quod meruerunt: & addes, quo magis obstupescant. Conuertantur [15] oculi mei in lachrymas die, ac nocte, & nunquam cessent, quia ingenti clade plebs mea, tanquam virgo carissima à me semper custodita, cōterenda est, plaga admodum vehementi. Nam si contigerit mihi tunc, in agros egredi, multos offendam occisos gladio: si vero in ipsam vrbem ingredi, incidam in multos fame cōfectos. Sed & [6] Prophetæ, & sacerdotes nulli occurrent, abducti in regionem, quam ignorabant. At, ô Domine, ad te enim conuerte sermonē meum. Num prorsus abiecturus es Iudam, aut Sionem abominaturus est anima tua, vt eam percussurus tam grauiter sis, vt nihil in ea sanum relinquatur? Expectabimus pacem à prophetis illis falso promissam, & nihil boni erit: expectabimus tempus curationis, & nihil sentietur nisi communis turbatio. Agnoscimus verè domine impietates nostras, & patrum nostrorum iniquitates, omnes enim in te peccauimus. Ne ergo des nos gētibus in opprobrium propter nomen tuū, neque ad nostram contumeliam, [17] abijcias templum hoc tuæ solium gloriæ. Recordare fœderis nobiscum initi, ne irritum facias. Nūquid sunt inter Deos gentium, qui pluant? aut cæli possunt absque te imbres dare? Nonne tu es dominus Deus noster, in quem sperauimus? Tu enim horum [18] omnium factor es.

A recordabitur iniquitatum eorum, & visi-
tabit peccata eorum. | Et dixit dominus ad 11
me. Noli orare pro populo isto in bonum.
| Cum [11] ieiunauerint, non exaudiam pre- 12
ces eorum: & si obtulerint holocaustoma-
ta, & victimas, non suscipiam ea: quoniam
gladio, & fame, & peste consumam eos: | Et 13
dixi, A, a, a domine Deus: Prophetæ dicunt
eis: Non videbitis gladium, & fames non
erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis
in loco isto. | Et dixit dominus ad me: falso 14
prophetæ vaticinantur in nomine meo: nō
misi eos, & non præcepi eis, neque lucutus
sum ad eos: visionem [14] mendacem, & diui-
B nationem, & fraudulētiam, & seductionem
cordis sui prophetant vobis. | Idcirco hæc 15
dicit dominus de prophetis, qui prophetāt
in nomine meo, quos ego non misi, dicen-
tes: Gladius, & fames non erit in terra hac:
In gladio & fame consumētur prophetæ
illi. | Et populi, quibus prophetant, erunt 16
proiecti in viis Ierusalem præ fame & gla-
dio. & non erit qui sepeliat eos; ipsi, & vxo-
res eorum, filij, & filiæ eorum, & effundam
super eos malum suum: | Et dices ad eos 17
verbum istud: Deducant [15] oculi mei lacry-
C mam per noctem & diem, & non taceant:
quoniam contritione magna contrita est
virgo filia populi mei, plaga pessima vehe-
menter: | Si egressus fuero ad agros, ecce 18
occisi gladio: & si introiero in ciuitatem,
ecce attenuati fame: [16] Propheta quoque &
sacerdos abierunt in terram, quam ignora-
bant. | Nunquid proijciens abiecisti Iu- 19
dā? aut Sion abominata est anima tua? Qua-
re ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sani-
tas? Expectauimus pacem, & non est bonū:
& tēpus curationis, & ecce turbatio. | Co- 20
D gnouimus domine impietates nostras, ini-
quitates patrum nostrorum, quia peccaui-
mus tibi. | Ne des nos in opprobrium pro- 21
pter nomen tuum, neque [17] facias nobis
contumeliam solij gloriæ tuæ: recordare,
ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. | 22
Nunquid sunt in sculptilibus Gentium qui
pluant? aut cœli possunt dare imbres? non-
ne tu es dominus Deus noster, quem expe-
ctauimus: tu enim fecisti [18] omnia hæc.

ARGV-

ARGVMENTVM.

DENVNCIAT populo ſterilitatem, & famem obſidionis tempore futurã. Rogat Dominum Ieremias vt mitius agat cum eo, & repulſam paſſus, cauſam malotum reiicit in falſos prophetas: quos vna cum populo peritutos minatur Deus. Demum Propheta, prohibitus licet, ſe dat in preces, rogans Deum vt populi miſereatut ſua agnoſcentis peccata.

COMMENTARIVS.

1 SICCITATIS.] Titulus Prophetię eſt hic, A qui Hebraicè ſic habet. Verbum Domini, quod factum eſt ad Ieremiam ſuper verbis, ſeu ſuper rebus prohibitionum, aut retentionum nempè imbrium, aut pluuiarum, hoc enim ſignificat nomen Hebræum בַּצָּרוֹת baçaroth: cauſa autem ſumpta pro effectu, per retentionem pluuiarum ſignificatur ſiccitas, quam ſequitur ſterilitas: ſterilitatem annonæ caritas, & fames: loquitur autem de ſterilitate, & fame tempore obſidionis Ieruſalem futura, vt intelligunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, idque reliqui inſinuant, & patet ex verbis huius capitis, quibus dicitur non tãtum fame, ſed & gladio Iudæos perituros: quod in obſidione prædicta conſtat accidiſſe ex 4. Reg. 25. & Ierem. 52. nam menſe 4. anni 11. Sedeciæ, (4. Reg. 25. Iere. 52.) qui erat 19. Nabuchodonoſoris, nona menſis, obtinuit fames ciuitatem, & non erant alimenta populo terræ: tum etiam quia dicitur prophetas, & ſacerdotes abducendos in terram illis ignotam, nempè in Chaldæam: tum demum quia in fine capitis rogat Deum Ieremias, ne populus detur in opprobrium, & ne templum abijciat: quod per Chaldæos, factum eſſe certum eſt.

2. *Portæ.*] Ipſas vrbium portas excíſas per Chaldæos, & terra inuolutas, intelligunt Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus, iuſta illud Threnor. 2. Defixæ ſunt in terra portæ eius, perdidit, & contriuit (Thren. 2. 9.) vectes eius. Vnde Nehemias nouas portas cõſtruxit in vrbis reædificatione: quod veteres omnino fuiſſent putrefactæ: quamuis Vatablus illa verba; corruerũt, & obſcuratæ sũt in terra, declaret, Amittent ſuam claritatem antiquam, & nullius erunt precij. Chaldæus præterea, Dauid Kimhi, & Iſidorus, parte accepta pro toto, nomine portarum intelligunt ipſas ciuitates, quæ deſertæ ſunt ciuibus, & deformes factæ: nam ſic capiuntur portæ Gen. 22. cum dicitur: Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum tuorum. (Gen. 22. 17.) S. Thomas per metonimiam nomine portarum intelligit magiſtratus, & iudices, qui in portis ſua exercebant iudicia. Hi enim corruerunt, quia neſciebant quod caperent conſilium in tanta anguſtia, triſteſque, atque atrati incedebant, vel ipſa loca iudiciorum corruerũt, vel vt Lxx. verterunt vacua facta ſunt, quia nullæ erant lites, nullæ cauſæ agebantur: ceſſauerant propter calamitatem. Hac ratione intelligendum eſſe locum illum Threnorum dicemus, cum ad eum veniemus. Significatur ergo ſumma calamitas Iudæorum, qui ſuam infœlicitatem luxerunt, & triſtitiæ tenebris veluti cooperti iacuerunt, vrbibus omnino dirutis.

3. *Aquam.*] Quod Vulgatus verbo, [ad hauriendum) explicuit, vnicum nomen eſt in Hebræo גבים Gebim, quod puteos, vt verterũt Lxx. ſignificat, aut ciſternas, vt expoſuit Chaldæus, aut foſſas, ſeu lacunas vt alij, in quib' aquę pluuiales aſſeruari ſolent. Igitur Vulgatus ſeruato ſenſu dixit: venerunt ad hauriendum: quod alij tranſtulerunt, venerunt ad ciſternas, foſſas, ſeu lacunas.

4. *Cerua.*] Magnitudinem futuræ ſiccitatis duorum animantium ſylueſtrium ſenſu, ac dolore manifeſtat, Ceruæ, & Onagri. (Cerua natura.) Cerua enim, quæ odore narium ſerpentes extrahit de cauernis, & venenata interficit animantia, vt hîc aſſerit Hieronymus ex Plinio lib. 8. cap. 32. & Solino cap. 31. (Plinius Solinus.) herba ad paſtum deficiente, inquit, etiam ſi pepererit, relinquet fœtum, matris amore repugnante, & in B aliam regionem abibit: vel herbis deficientibus, Aro, & Seſeli dictis, quibus vtitur ad purgandum ſe, & ad imbuendum vbera primis lactis ſuccis, quibus paſta redit ad fœtum, vt auctor eſt eo in loco Plinius: cum enim herbas illas non inueniat, & lacte careat, relinquit fœtum morti obiectum. Onagri etiam duo patiuntur mala, (Onager.) & ſitim vehementem, cuius ſunt valde impatientes, ſolent enim nimio æſtu torreri, vt referunt Plin. lib. 8. cap. 22. & Solinus cap. 38. (Plinius. Solinus.) & ideo aſcendunt in rupes vt ventum hauriant, ad refrigerandum calorem, & ſitim temperandam, & famem, vnde oculi eorum debilitati deficiebant præ inedia: vt oculi Ionathæ 1. Reg. 14. 27. ſumpto melle illuminati (1. Reg. 14. 27.) ſunt, qui prius caligauerant præ inedia: ſic expo- nũt Hieron. Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, C & Iſidorus, quamuis Vatablus dicat: oculos onagrorum dictos defeciſſe in quærendis paſcuis. Vbi aduerte nomen Hebræum Saphaim, quod diximus cap. 7. ſignificare excelſa, Chaldæum hîc vertiſſe, ſuper torrẽte, Chryſoſtomum legiſſe, in prateris, homilia 3. ad populum Antiochenum, (Chryſoſtomus.) R. Salomonem, ſuper riuos aquarum, & Lyram, in ripis fluuiorum, & torrentium deſiccatorũ. Sed melius verterũt Lxx. Vulgatus, Lyra, Pagninus, & alij, & magis ad rem: nam ad hauriendum ventum in excelſis expectant onagri in ſiti ſua, Pſal. 103. (Pſ. 103. 12.) non in fluminum ripis.

D 5. *Reſponderint.*] Verbum ענו Anu, ab Anach, & teſtificari ſignificat, & ita Chaldæus, Pagninus, & Vat. hîc verterũt, Si iniquitates noſtræ teſtificatæ ſunt contra nos; videlicet nos dignos eſſe pœna hac grauiſſima, quam minaris, & clamare reſiſtendo, quomodo verterunt Septuagita. Si iniquitates noſtræ reſtiterint nobis, ſcilicet, miſericordiam poſtulantibus, ne ad eas reſpicias, ſed ad nomen

A iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat, oon tecordabontur. & c ap. 3. *Ezech. 33.12.* 12. Iuſtitia iuſti non liberabit eum, iu quacunque die peccauerit: iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua in quacunqoe die peccauerit. etiam ſi dixero iuſto quod vita viuat, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit ioiquitatem, omnes ioſtitiæ eius oblioioni tradentur, & in iniquitate ſua, quam operatus eſt, *Memoria præterita vita doloři incutit tepidis.* in ipſa morietur. Sicut ergo & Iudæi à Deo derelicti, cum apod Chaldæam captiui morabantur, ſuper flomina Babylonis ſedebant, & flebant, dū recordarentot Sion, & priſtinos dies ad memoriam reuocabant, in quibus Deus tanquam amicus, & pater cum illis agebat; ſic qui vitam priſtinam, in qua omnia proſpere illi ſuccedebāt, cum ea, in quam deueoit, confert, ſuſpenſo è ſalicibus B omni inſtrumentotum moſicorum genere, & abiecta omni lætitia, miſerandum illud carmen *Iob. 19.2* decantat Iob. 29. Qois mihi triboat, vt ſin iuxta menſes priſtinos, ſecundom dies, quibus Deus *Iob. 36.1* cuſtodiebat me: & quæ in toto eo capite ſequontor. & c. 30. nunc autem deridēt me iuniores tēpore, quorum non dignabat patres ponere cum canibus gregis mei: in hunc enim ſtatum decidūt eiuſmodi homines miſerandi.

7. *Colonus.*] Nomen גר Guet peregrinom, iocolam, aduenam, & colonom ſignificat, qoi domicilium accipit in aliena terra, in qua natus non eſt: qualis fuir Abraham in Chanaan, cum dicebat *Gen. 23. 4.* Gen. 23. 4. Aduena ſum, & peregrinus apud vos. & Dauid in hoc mundo, cum aiebat Pſ. 38. 13. Ne *Pſ. 38. 13.* ſileas, quoniam adoena ego ſum, apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. & quales omnes C proſelyti apud Iudæos, qoi in eorum fœdera ex alijs oationibus recipiebantur, & cum eis habitabant. Vnde & legibus tenebantur, vt patet in Le- *Leuit. 17. 12.* uitico, cap. 17. 12. omuis anima ex vobis non comedet ſanguinem, nec ex adoenis, qui peregrināntur apud vos. Ait ergo Propheta Deo, cor deſeſes nos, & hanc terram, in qua, iu medio noſtri, tanquam proprios Dominus habitaſti, & præ te feres morem aduenæ, qui parui facit domicilia, in quibus habitat, tanquam aliena, & aliquando re- *De Chriſto.* linqoenda. Vel ſi ſermo fiat ad Chriſtum: quare foturus es in terra qoaſi peregrinus, & colonus *Ioan. 1. 11.* qoia in propria venit, & ſui eum nou receperunt, Ioan. 1. vt iutelligunt Hugo, & Lyra: vel quia in vſu harum rerum caducarum ſe habuit tanquam aduena, & peregrinus, nihil ax eis, præter naturæ neceſſaria accipiens; vt eſſet nobis exemplo, qui D peregrinamur à Domino, & vtamur rebos huius mundi tanquam non vtentes, vt pote, qui futuram inqoirimus: vel demom, & aptius: quia de cęlo venit in mundum, quaſi in terram alienam, non habens in ea, vbi caput ſuum reclinaret, eam paulo poſt relictorus, vt expoſuit Diouyſius iuxta il- *Ioā 16. 28.* lud Ioānis: exiui à patre, & veni in mundum, iterū relinqoo mundum, & vado ad patrem: non enim fruſtra Chriſtus, ait Propheta, in moodum tanqoā adoena eſt ventorus, ſed vt nobis auxilietur.

8. *Viator.*] Qoaſi viſtor, qui diuertit ad Hoſpitandū, ad manendū, ſeo pernoctaudom, verterunt omnes: more viatorū, qui tantum dioertont per tranſenā in diuerſoriū, vt o octē traducant. Quod Septuaginta interpretati ſunt tanquā indigena diuertēs in diuerſotiū. Sic ait, cur tu Deus te geres nobiſcū, qoaſi viator dioertēs ad noctem tranſigendam: qui cum nullo amote hoſpitij teneatur, A ſtatim relinquit, nō curans, quid de illo ſit futurū; vtrū vaſtandum ſit ab hoſtibos, necne. Si vero de *De Chriſto.* Chriſto ſit ſermo: fuit ille quidem quaſi viator diuertēs ad manendū, qoia paruo tempore vſus eſt terræ hoſpitio, vt dicoot Hieron. Rabanus, Hugo, & Dionyſius: nam pertranſijt benefaciendo, & ſanando oēs oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cū illo, vt dicit Petrus Actuū 10. 38. quam ce- *Actuum 10. 38.* lerrimè, nam dixit, exiui à patre, & veni io mundū, iterum relinquo mundū, & Vado ad patrē: iuſtar ſolis, qui, vt eſt in Pſalmo, Exultauit vt gigas ad currēdam viam: à ſommo cælo egreſſio eius, & oc- *Pſ. 18.* curſus eios vſque ad ſūmum ei⁹. Vnde merito illi cōuenit nomen illud, quod eſt apud Iſaiam 8. Accelera ſpolia detrahere, feſtina prędari: ſiquidem B mox vt nat⁹ eſt, antequā ſciret vocare mi patet, aut *Iſa. 8. 4.* mater mea, abſtulit ſpolia Damaſci, & magos ad ſe adorandū adduxit. Vel ideo cōparatus eſt viatori: quia nullū habuit propriū domiciliū, quo dioerteret, ſed declinabat ad Marthę hoſpitiū in Bethaniam, vt ait Lyra: de ſe enim dixit Math. 8. Vulpes *Math. 8. 20.* foueas habēt, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput ſoum reclinet. Vel tertio dictus eſt viator, quia nullo captus eſt viæ amore, nulla re à via deiētus, qua tēdebat ad Patrē, paopere hoſpitio ad manendū contentus, quo nobis eſſet exemplo, ne aliqua re huius mundi, qui via eſt, ad Deū afficiamor. Omnes, inquit magnus Baſilius in via ſomus, ſoper illa primi Pſalmi ver- *Viatoris officiū. Pſ. 1. 1.* ba [& io via peccatorum non ſterit] atque ad hunc modū ſi de via ſenſeris, viator eris: in hac vita trāſibunt omnia: poſt tergū relinqoentur omnia: vi- C diſti de via plantam, herbam, aqoā, aot aliud quiduis nō indignū ſpectatu; non oihil hinc decerpſiſti oblectationis? Hæc interim abs te defloxerunt. Rurſus in lapides incidiſti: io cōualles, præcipitia, ſcopulos, lignave acuminata: aut forte in feras incurriſti, reptilia, ſpinas, alia itē permoleſta? Hinc nōnihil contraxiſti mœrotis? Mox iſta reliqoiſti. Talis eſt vita quæ nec delectabilia; nec rurſus acerba, & triſtia diu retioet.

9. *Vagus.*] Hebræum נִדְהָם Nidham, quod nuſquā alias iu ſcriptura reperitur, eſt idē qood terſitus, ſtopefactus, attonitus, ſoporatus, aut dormiēs, *De Chriſto.* vt verterunt Septuaginta: & vagus vt Vulgatus: quia qui ſtupefactus eſt, huc illucq́ue vagatur; & erit ſenſus ſuperioribus cohærens, quare fieres quaſi vir vagus, qui nullū habet domiciliū, & ita nos, noſtrâque terram nihil curas: aut nos dimit- D tēs, & ad alios tranſiens, vt exponunt Hieron. Rabanus, & Lyra: vel cū ſeqoētibus cōnectendo, & verius, vt Iſidorus exponit. Cur prębebis occaſionē hoſtibus dicēdi te qoaſi attonitū, & pauidum, aufugiſſe, nobis, in hoſtiū manibus, relictis, quod nō poſſes nos ſaluare. De Chriſto vero ſic exponūt Hugo, Lyra, & Dionyſios, qood futurus eſſet quaſi vir vagus, qui nullibi quietum habebat domiciliū, ſed per oēs ciuitates Iudææ & Galilęæ, & Samariæ diſcurrebat, prædicans Euangeliū regni, vode Luc. 4. dicebat: quia alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare. Vel vir vagus, qui relictis Iu- *Luc. 4. 43.* dæis trāſiturus erat ad gētes, vt explicāt Hieronymus, Rabanus, itēque Lyra, & Dionyſius, vel quia Iudæis ipſis viſus eſt quaſi attonitus, & territus, cū aliquādo fogit de medio eorū, vel quādo ſe comprehēdi permiſit, verberibus affici & cruce affigi: quod viros etiā ſanctos ſtupidos reddit: ideo Ha- *Habac. 3. 2.* bacuc dicebat c. 3. Audiui auditionē tuā, & timui.

iti. *Nonpoteſt.*] Numen Hebræum גבור Gibbor fortem,robuſtnm, heroam, ac potentem ſignificat,vt verſum Latinè dicat, quaſi putens nun potens ſaluare. Vt ſi dicat, ignuminioſum tibi eſt, & hoſtinm riſu dignum, te Deum noſtrum omnipotentem,& ſtrenuum bellatorem, receſſiſſe à nobis:dicent enim, ecce quam fortis.& potens eſt rex Iudæorum, qui non valet eos eripere de manibus noſtris:iuxta illnd Nnmer.14. Dicent *Numer. 14.16.* Ægyptij:nō poterat introducere populum in terram,pro qua iurauerat: idcirco uccidit eos in ſolitudine.

Chriſtus deinde, cum potens fuerit ſecundum diuinitatem,ſecundum humanitatem tamē videbatur *De Chriſto.* infirmus in cruce, qui non poſſet ſaluare, vt notant Hugo,Lyra,& Dionyſi⁹, iuxta illnd Math. 27. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere:fuit autem magnæ virtntis abſcondere virtutem *Math. 27.42.* ſub erucis infirmitate, & tunc verè ſaluare, cum videbatur nun poſſe ſaluare: cum enim cornua *Habac. 3.4.* crucis in manibus eius, tunc ibi abſcondita erat fortitudu eius.

11. *Tu autem.*] De ſno tempore loquitur prophera ſecūdum Theodoretū,S. Thomam Lyrā & Vatablū. Habitabat enim Deus inter Iudæos propter præſentiam, quam in templo eahibebat. & nomen eius fuit inuocatum ſuper eos, quia verè populus Domini vocabantur. Hieronymus tamen, Rabanus, Hugo, & Dionyſins ſermonem hunc eaplicant quaſi à Cbriſtianis dictum ad Chriſtum; myſticè vt opinor. Tu, ô Chriſte, ſemper in nobis es,tamquam adiutor,& redemptor, & de tuo nomine vocamur Cbriſtiani,ne nos deſeras. Vel ita vt ſit Iudæorum ſermo: Tu, ô Cbriſte, quem flagrantiſſimis deſiderijs ſpectamns,in nobis es, tanquam in ſeruis, nobis omnia largiens, & prouidens,& nomine tuo gaudemus vocari tui,ne ergo relinquas in manibus Chaldæorum.

12. *Monere.*] Hoc modo bunc locum interpretantur D. Thomas,Diunyſius,Vatab.& Iſidorus: nam ad Aſſyrios quandoque,qnandoque ad Ægy- *Iſa.31.5.* ptios ſe conferebant, vt queritur Iſaias 31. Væ qui deſcendunt in Ægyptum ad auxilium,in equis ſperantes, & habentes fiduciam ſuper quadrigis. Cbaldæus,Lyra, ac item Dionyſ. exponunt de iis, qui nun quieſcebāt in cultu diuino, ſed ad alienas regiones proficiſcebantur,ad idola quærenda,quę eolerent, Deo vero non cōtenti. Generalins Hie- *Peccator inſtabilis.* ronymus,Theodoretus,Rabanus, & Hugu accipiunt de omni ſceleſti humine:quiſqnis enim non eſt fixus in Domino, mouet pedes ſuos ad varia ſcelera perpetranda,neſcitq́ue quieſcere, de einſmodi dicitur in prouerbiis c. 1. Fili mi ne ambnles cum eis: prohibe pedem tnum à ſemitis eorum. *Prou. 1. 15.* Pedes enim illorum ad malnm currunt,& feſtināt vt effundant ſanguinem. Peccatnm peccauit Ie- *Thren. 1.8.* ruſalem Thren.1. propterea inſtabilis facta eſt.talis fuit Cain, Gen. 4. qui espnlſus à facie Domini, *Gen 4. 14* vagabatur per terram: & qui, Gen. 11. mouerunt *Gen. 11. 2.* pedes ſuos ab oriente, vt contra Deum turrim altiſſimam ædificarent, & mulier illa garrula, & vaga,quietis impatiens,non valens conſiſtere in do- *Prou. 7. 10.* mo pedibus ſuis Prou. 7. hi enim omnes Domino non placuerunt.

13. *Ieiunauerint.*] Vetuit ne Ieremias pro populu oraret in bonum.vt videlicet ei parceret Deus,vt Dionyſ. & Vat. eaplicant: nam, etiam ſi ipſi ieiunaſſent,non erant audiendi. Sic loquitur, quod

A tunc nun fiebat ieiuninm abſque oratione:& quoties indicebatur ieiunium, id erat,vt obſecraretur *ieiunium cum oratione.* Deus,vt rectè adnutauit Iſidorus. Sic 1. Reg. 7. indialt Samuel vniuerſo Iſraëli ieiunium in Maſpha,vt Dominum deprecarentur & Ioſaphat. 2. *1.Reg. 7.5.* Paralip. 20. 3. & Eſdras 1. Eſdræ. 8. 21. & Iudith *2.Para. 20.3.* 4.8. congregabanturq́ue in domum Domini ad *1.Eſdræ. 8.21.* orandum in die ieiunij: vt conſtat capite 36. 6. *Iudith. 4.8.* nam Ieremias iuſſit Baruch, vt legeret librum in *Ier.36.6.* domo Domini in die ieiunij:& prædicauerunt ieiunium umni populo.& Ioel. 1. 14. dicit: ſanctificate *Ioel.1.14* ieinnium, vocate cœtum, congregate ſenes *Tobiæ 12. 8.* omnes habitatores terræ in domum Dei veſtri, & clamate ad Dominum. Hinc diait Angelns Tobiæ *Math. 17. 21.* 12. 8. bona eſt oratio cum ieiunio, & Chriſtus ge- *Marc. 9.29.* B nus quoddam dæmoniorum nou eijci niſi per orationem, & ieiunium. Matth. 17. 21. & Marci 9.29.

14. *Mendacem.*] Pro illis Vulgati verbis & diuinationem, & fraudulentiam in Hebræo legitur, diuinatiunem, & אליל, quod numen Septuaginta verterunt,& auguria; Tigurina,& vanitatem:eſt autem idem quod vanū,inutile, nihil: vnde Pagninus,& Varablus tranſtulere diuinatiunem,& nihilum, *vſu nada.*

15. *Oculi mei.*] Verba ſunt Prophetæ de ſeipſo loqnētis,vt intellignnt Chaldæus, Hugo, S. Thomas,Lyra, Dionyſius,& Vatabl⁹, qui fuſis lachrymis plebem ſuam vult ad ſui commiſerationem permouere, vt cōuertatur, ne tātam ſtragem ſentiat,& defleat futuram calamitatem: & qnia propheta ipſe pro plebe ſua lachrymas fundit, prop- C terea Septuaginta de plebe loquentem inducunt, dicentem. Deducant oculi veſtri lachrymas, & nō ceſſent, vt notarunt Hieronymus, Theodoretus, Raban⁹, & Hugo. Præter hæc vnlt Hieronymus, quem ſequūtur Rabanus,& Hugo, Deum hic induci plangentem populum ſuum,& flere non ceſſantem, ſed non ita propriè. Virginem antem *Virgo Iſrael cur dicatur.* vocat & filiā, ob tenerum amorem, quo tāquam pater eam proſequebatur, timens tradēndam fore Chaldæis,eiſque proſtituendam; à quibus adhuc intacta manebat.

16. *Propheta.*] Sic hūc locū interpretantur Hieronymus,Raban⁹, Hugo,S. Thomas,& Dionyſius, de prophetis,& ſacerdotibus,qui ducti ſunt in captiuitatem,Babylonem,terram quam non nouerant. Sententia hæc ea Hebræo ſic habet, quia etiam Prophetæ, etiam ſacerdos circuierunt in regionem, & non nouerunt. & eſt ſenſus ſecun- D dum Dauid Kimbi in Commentarijs: Circuierunt eundo in captiuitatem in terram alienam, & nou cognouerunt in ſeipſis, donec in captiuitatem ducti fuerunt, quamquā fuerit eis dictum à Propbetis,quod partim gladio, partim fame morerentur,partim demigrarent,& captiui ducerentur. Dicit circuierunt, quia in lungo itinere cum via non ſit recta,fieri nequit,qnin vias circumeāt. Varablus indicat alium ſenſum, ait enim; Circumeundo profecti ſnnt in alienam regionem, imprudentes vagando:in qua poſtea captiui fuerunt,& nō animaduerterunt ſe ire in captiuitatē, antequam captiui fuerunt. Hoc dicit, vel quia fugientes Iudeæ vaſtationem, dum imprudentes vagabantur in alienas regiones, deuenerunt tandem Babylonem, & ibi captini detenti ſunt: vel quia fugerunt in regiones finitimas Ammonitarum, & Moabitarum, & alias, exiſtimantes ſe

ibi

ſibi tutos futuros, & inde etiam captiui ducti ſunt A in Chaldæam, quia eas regiones ſubiecit Nabuchodonoſor: & quia verbum illud סחר Sahat præter dictam ſignificationem, ſignificat etiam
Gen. 34. 10. negociari, vnde Gen. 34. 10. dicitur, terra in poteſtate veſtra, negociamini. Chaldæ' ſic vertit hic, quoniam etiam ſcriba, & ſacerdos conuerſi ſunt ad negociationes ſuas, ad id, quod eſt in terra, nec requiſierunt. Hoc eſt nil curantes de dictis prophetarum, terram circuibant ſuis in negociationibus occupati.

17. *Facias.*] Verba hæc. Neque facias nobis contumeliam ſolij gloriæ tuæ recordare. Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, ita diſtinguunt. Neque facias nobis contumeliam: ſolij gloriæ tuæ recordare: ne irritum facias fœdus tuum nobiſcum. Sed ex Hebræo cũ hac diſtinctione legerunt melius Septuaginta, Chaldæus, Tigurina, Pagninus, & Vatablus: & ita legit codex vulgatus correctus. Neque facias nobis contumeliam ſolij gloriæ tuæ: aut ne contumelia afficias, aut abijcias ſolium gloriæ tuæ; hoc eſt templum, in quo tuam gloriam oſtendebas vt intelligunt Hugo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, & Vatablus. Hieronymus, & Rabanus accipiunt omne ſanctum, quod peccatis deſtruitur. Theodoretus vrbem Ieruſalem, nam Matth. 5. dixit Christus, non iurabis per Ieruſalem, quia thronus eſt magni regis: & Chaldæus videtur ita ſignificare, cum dicit: Ne vilem facias locum gloriæ tuæ. Matth. 5.35. Recordare ne irritum facias fœdus tuum nobiſcum de quo Leu. 26. dictum eſt. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abijciet vos anima mea: ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus. Leuit. 26.11.

18. *Omnia.*] Ita Hieronymus cum reliquis om- B nibus: redit enim in fine ad titulum prophetiæ ſiccitatem minantis, dicens, hoc opus ſolius Dei ipſius eſſe, non ſimulacrorum: conciliat hac commendatione ſibi Deum, vt alliciat ad faciendum quod poſtulat: tu, inquit, es dator imbrium, tu ablator, tu dominus omnium es, tu affligis, & liberas ab inflicta pœna. ne ergo punias nos tam acriter.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

1 ET dixit dominus ad me: [1] ſi C
ſteterit Moyſes, & Samuel
coram me, nõ eſt anima mea
ad populum iſtum [2] eijce il-
2 los à facie mea, & egredian-
tur. ‖ Quod ſi dixerint ad te: quo egredie-
mur? dices ad eos: Hæc dicit domin⁹: qui ad
mortẽ, ad mortẽ: & qui ad gladiũ, ad gladiũ
& qui ad famẽ, ad famẽ: & qui ad captiuitatẽ
3 ad captiuitatẽ. ‖ Et [3] viſitabo ſuper eos qua-
tuor ſpecies, dicit dominus: Gladium ad
occiſionem, & canes ad lacerandum, & vo-
latilia cæli & beſtias terræ ad deuorandum
4 & diſſipandum. ‖ & dabo eos in [4] feruorem
vniuerſis regnis terræ: propter [5] Manaſſem
filium & Ezechiæ regis Iuda, ſuper omni-
5 bus quæ fecit in Ieruſalẽ. ‖ Quis enim mi-
ſerebitur tui Ieruſalem? aut quis contriſta- D
bitur propter te? aut quis ibit [6] ad rogãdum
6 pro pace tua? ‖ Tu reliquiſti me, dicit do-
minus, retrorſum abijſti: & extendam ma-
num meam, ſuper te, & interficiam te: [7] la-
7 boraui rogans. ‖ Et diſpergam eos ventila-
bro [8] in portis terræ [9] interfeci & diſperdi-
di populum meum, & tamen à vijs ſuis nõ
ſunt reuerſi. ‖ Multiplicatæ ſunt mihi vi-
8 duæ eius ſuper arenam maris: induxi eos
ſuper [10] matrem adoleſcentis vaſtatorem
meridie: [11] miſi ſuper ciuitates repente ter-
9 rorem. ‖ [12] Infirmata eſt quæ peperit ſeptẽ,
defecit anima eius: occidit ei Sol, cum ad-
huc eſſet dies: confuſa eſt, & erubuit: & [13] re-
ſiduos eius in gladium dabo in conſpectu
10 inimicorum eorum, ait dominus: ‖ [14] Væ
mihi mater mea: quare genuiſti me virum

PARAPHRASIS.

ET dominus reſpondit mihi in hunc modum: ne te deſpici exiſtimes quod te non exaudiam: hoc ſcias velim, adeo alieno animo eſſe erga populum iſtum, vt [1] ſi Moyſes, & Samuel ſe ſisterent coram me, vt pro eo deprecarentur, nihil prorſus impetrarent. Quapropter [2] vaticinare illis definitum exilium, & ex terra hac certam eiectionem: & ſi quæſierint à te, quo ſumus egreſſuri? reſpondebis eis, quo iuſſerit dominus. Nam quidam morti deſtinati, peſte peribunt: quidam gladio perimẽdi, gladio cadent, alij fame perituri, fame finientur, alij denique captiuitate opprimendi, ducentur in captiuitatem [3] & parabo illis quatuor genera necis, ait dominus, gladium quo occidantur, canes à quibus dilacerẽtur: volatilia cæli, & beſtias terræ, à quibus deuorentur, & diſſipentur: faciamque vt trementes, & anguſtiati [4] vagentur per vniuerſa regna terræ propter D *omnia ſcelera Manaſſæ filij Ezechiæ regis Iuda, quæ patrauit in Ieruſalem. Quis in tantis calamitatibus, miſerebitur tui ô Ieruſalem, Deo tam iuſte, tãque grauiter tibi irato? Quis cõdolebit tibi? aut quis accedet [6] vt roget te, quomodo te habeas? Tu me deſeruiſti, ait dominus, retroque abijſti: extendam igitur manum meam ſuper te, vt te interficiam laſſus nimis ſum te ad ſalutem prouocando: diſpergam ergo filios tuos [8] in regiones longinquas: [9] puniui iam eos ſæpe, interficiendo ac perdendo, vt ſua ſcelera deſererẽt, & tamen à vijs ſuis reuerti noluerunt. Idcirco viduæ eorum, interfectis viris, per Chaldæos multiplicabuntur ſuper arenam maris: ſuper [10] multitudinem adoleſcentum bellatorum, quibus confiditis inducam palam, & aperta vi exercitum Chaldæorum, qui eos deuaſtet: & [11] obrui faciã ſubito terrore ciuitates: [12] Plebs Iudaica multorum filiorum mater orbabitur vniuerſis: ideoque anima illius deficiet: occidet ei ſol*

In ipſo medio proſperitatis die, pudefiet, ac erubeſcet: qui reliqui fuerint ex eius filiis, cadent gladio hoſtium ſuorū, ait dominus. [& Ieremias] Væ mihi miſero, mater mea, quare me genuiſti, hominem, qui rixas omnibus moueo, atque diſcordias, in vniuerſa terra hac. Nihil dedi cuiquam fœnori: neque ego ab aliquo accepi, & tamen omnes me maledictis inceſſunt. Reſpondet dominus. Non habebit poſthac verax, ſi reliquum vitæ tuæ tempus felicius non tranſegeris, ô Ieremia: ſi non adfuero tibi in tempore afflictionis, & tribulationis, aduerſus inimicos tuos: ne vero putes tuas prophetias vanas futuras, ſi reconcilientur Iudæi cum Chaldæis: ſcias ferrum duriſsimum, aut æs ab Aquilone ductum, nempè Nabuchodonoſor, nequaquam poſſe Iudæorum ferro, aut æri commiſceri. Opes ergo Iudæ, & theſauros in direptionem dabo abſque vllo pretio, propter illius peccata, idque accidet in omnibus terminis eius: & adducam inimicos eius de terra Chaldæorum, quam neſcit, qui ignis furoris mei flagrantiſsimus contra eam incenſus eſt. Sermo Ieremiæ ad Deum. Tu ô domine rectè noſti, quid moliantur aduerſus me inimici mei. Recordare ergo mei, viſita me, & tuere me ab his, qui perſequuntur me: ne dum tua patientia differs vltionem de illis, ego [20] è medio tollar. Scito pro te me opprobrium ſuſtinuiſſe, verba tua prædicando: quæ mox vt mihi [21] tradidiſti, ſuſcepi animo gratiſsimo, & fuerunt mihi, vt ſuauiſsimus cibus comedenti: fuerunt mihi gaudio, & cordis mei lætitiæ, quoniam eo ipſo vocatus, ac factus ſum propheta tuus domine Deus exercituū. Non ſedi in concilio ludentium, [22] nec gloriatus ſum propter munus prophetæ, quo me dignatus es. Solus ſedi, ab omnibus derelictus quia prophetiam plenam indignatione credidiſti mihi. Quare ergo patieris, vt dolor meus perpetuò affligat me, & plaga hæc mea incurabilis perſeueret? abſque vlla curationis ſpe? Nam cum mihi auxiliū promiſiſſes non præſtitiſti, [23] factus mihi inſtar fontis non ſemper manantis, & aquarum infidelium, quæ tempore neceſsitatis non fluunt: his permotus dominus dixit Ieremiæ. Si à tua hac impatientia [24] conuerteris, parcam tibi, & in mea amicitia permanebis: & ſi dederis operam, vt tuis hortationibus probi [25] ſeparētur ab improbis, eris meus familiariſsimus propheta: [26] ipſi conuerſi te imitentur, tu vero non imitaberis eos: & reddam te contra hunc populum fortem inſtar muri ænei, & pugnabunt aduerſum te, nihil tamen poterunt tibi nocere: quia ego adero tibi dominus vt ſaluem te, ac eruam: eripiam te de manu peſsimorum iſtorum, & de manu quorumcumque fortium eximam te.

A rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra; nō
fœnerauì, nec fœnerauit mihi quiſquam:
omnes maledicunt mihi. ‖ Dicit dominus: 11
Si non [15] reliquiæ tuæ in bonum, [16] ſi non
occurri tibi in tempore afflictionis, & in
tēpore tribulationis aduerſus inimicum. ‖ 12
Nunquid fœderabitur [17] ferrum ferro ab
Aquilone: & æs? ‖ Diuitias tuas & theſau- 13
ros tuos in direptionem dabo [18] gratis in
omnibus peccatis tuis, & in omnibus ter-
minis tuis. [19] ‖ Et adducam inimicos tuos 14
de terra quam neſcis: quia ignis ſuccenſus
B eſt in furore meo, ſuper vos ardebit: ‖ Tu 15
ſcis domine, recordare mei, & viſita me, &
tuere me ab his, qui perſequuntur me, noli
in patientia tua [20] ſuſcipere me: ſcito quo-
niam ſuſtinui propter te opprobrium. ‖ In- 16
uenti ſunt ſermones tui, & comedi eos, &
factum eſt mihi verbum tuum [21] in gau-
dium & in lætitiam cordis mei: quoniam
inuocatum eſt nomen tuum domine ſuper
me Deus exercituum. ‖ Non ſedi in conci- 17
lio ludentium, [22] & gloriatus ſum à facie
manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam com- 18
C minatione repleſti me. ‖ Quare factus eſt
dolor meus perpetuus, & plaga mea deſpe-
rabilis renuit curari? facta eſt mihi quaſi [23]
mēdacium aquarum infidelium. ‖ Propter 19
hoc hæc dicit dominus: Si [24] conuerteris,
conuertam te, & ante faciem meam ſtabis:
& ſi [25] ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os
meum eris: conuertentur [26] ipſi ad te, & tu
non conuerteris ad eos. Et dabo te popu- 20
D lo huic in murum æreum, fortem: &
bellabunt aduerſum te, & non præuale-
bunt: quia ego tecum ſum vt ſaluem te, &
eruam te, dicit dominus. ‖ Et liberabo te de 21
manu peſſimorum, & redimam te de ma-
nu fortium.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Nullius precibus exoratum certo ſe vaſtaturum Iudæos cōminatur Deus quo malo permotus Ieremias dolet ſortem ſuā quod ad mala nūciāda natus, omnibus infeſtus ſit. Sed Deus meliora ei pollicitus in futurum, ſe ait ab omnibus periculis, & perſecutionibus ipſum liberaturum.

COMMENTARIVS.

1 SI *Moyſes*] Argumento à maiori demulcet pro- A pheram Deus ne ſe deſpici puter quod non audiatur, ſiquidem tam inſignes viri in tali cauſa nihil impetraſſent. Sed cur tantum Moyſis Samuëlis meminit, veruſtis alijs patribus prætermiſſis? Reſpondet Gregorius lib. 9. Moral. c. 12. & 13. & homil. 27. in Euangelia. Quem ſequuntur Rabanus, & Hugo, horum duorum tantum factam fuiſſe mentionem, quia in cuncta teſtamenti veteris ſerie de his duobus legitur tantum pro ſuis exoraſſe inimicis. Nam Moyſes cū fere lapidibus impeteretur, vnde Exod. 17. dixit: quid faciam populo huic, adhuc paululum & lapidabit me: pro eo nihilominus orans dixit, dimitte populo huic noxam hāc. & Samuel à principatu eiectus. 1. Reg. 8. orauit pro eiicientibus, dicens, abſit à me hoc B peccatum, vt ceſſem orare pro vobis. Dionyſius refutat hanc rationem quaſi inſufficientem, tum quia Moyſes non eſt lapidibus impetitus vt ex eo loco Exodi conſtat, nec Samuel ex odio eiectus eſt, vt patet. 1. Reg. 8. & 12. tum quia multi alij orauerunt pro inimicis ſuis. Aaron enim, Num. 16. obtulit thimiama, & ſtans inter viuos & mortuos pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit. Qui tamen murmurauerant contra Aaron. Et Dauid. 2. Reg. 8. Abſalom inimiciſſimum fecit ſeruari: & Eliſæus. 4. Reg. 6. pro Siris hoſtibus ſuis orauit. Eſt ergo certa ratio Chriſoſtomi homil. 1. in epiſt. 1. ad Theſſal. Hieronymi, Theodoreti, S. Tomæ, Hugonis, Rabani, Lyræ, Dionyſij, & Iſidori: quod Moſes, & Samuel, tam potentes erant in C orando, & tanta cum efficacitate precabantur, vt iræ Domini pro populo teſtiterint, & impendentem ſententiam auerterint. Nam Exod. 32. cum Dominus ob conflationem vituli diceret Moti. Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit: dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos. Moyſes orabat Dominum Deum ſuū Placatusque eſt Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduerſus populum ſuum, & Deut. 9. 18. ait de ſe Moſes & procidi ante Dominum ſicut prius, quadraginta diebus, & noctibus panē non comedens & aquam non bibens propter omnia peccata veſtra, quæ geſſiſtis contra Dominum. Timui enim indignationem, & iram illius, D qua aduerſum vos concitatus delere vos voluit, & exaudiuit me Dominus etiam hac vice. De Samuele autem dicitur. 1. Reg. 7. congregaſſe vniuerſum Iſraël in Maſphath, vt oraret pro eo: contra Philiſtæos, dixerunt enim ei. Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum Deum noſtrum vt ſaluet nos de manu Philiſtinorum & facta eſt manus Domini ſuper Philiſtæos cunctis diebus Samuelis.

Queſtio cur Moyſis, & Samuelis tantum fit mentio Gregorius. *Exod. 17. 4.* *1. Reg. 12. 5.* *Nume. 16. 46.* *2. Reg. 8. 5.* *4. Reg. 6. 20.* *Chryſoſtomus, oratio Moſis, & Samuelis efficax.* *Exod. 32. 9.* *Deut. 9. 18.* *1. Reg. 7. 5.*

A & c. 12. clamauit Samuel ad dominum, & dedit dominus voces & pluuias & timuit omnis populus, & dixit ad Samuelem ora pro ſeruis tuis ad dominum Deum tuum, vt non moriamur & dixit Samuel. Abſit a me hoc peccatum in dominum, vt ceſſem orare pro vobis. Ratio autem efficacitatis orationis horum duorum ſanctorum ea videtur, quod mediatoris munere fungerentur inter Deum, & populum, uam Rempublicam illam, tam quo ad ea, quæ ſunt ad Deum, quam quæ ſunt ad populum admiuiſtrabant: fuere enim iudices populi eique muneri à domino prælati ſumma cum Deo familiaritate fruebārur: eximiaquę erga populum flagrabant caritatę atque ita ex munere ſibi credito, ſe orare pro populo obligatos cenſebant, ideoque dicebat Samuel. Abſit à B me hoc peccatū, vt ceſſem orare pro vobis. Quāta autem fuerit familiaritas Moyſis cum Deo, ſatis oſtenditur capite 33. Exod. pręſertim verbis illis loquebatur autem dominus ad Moyſem facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. Quanta etiam caritas eius ad populum, indicauit ipſe nobis ea oratione capite 32. 31. qua orauit obſecro, peccauit populus iſte peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Samuelis præterea cum Deo familiaritas multis declaratur. 1. Reg. 2. vt illis magnificatus eſt puer Samuel apud dominum, & puer Samuel proficiebat, atq; creſcebat & place- C bat tam domino, quā hominib⁹, & ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meū, & animā meam faciet. & cap. 3. dicitur ſermo Domini erat precioſus in diebus illis, nō erat viſio manifeſta: & cognouit vniuerſus Iſrael à Dan vſque Berſabee, quod fidelis Samuel propheta eſſet Domini: quāto vero amore populum proſequeretur, oſtendit quod non ceſſabat pro eo orare. Vt diſcant hi, qui alijs præficiuntur in his, quæ ſunt ad Deum vnde efficaciter pro ſuis ſubditis orare debeant, ex ſūma cum Deo familiaritate, & incenſa cum hominibus charitate. Si ergo tam inſignes viri interpellantes pro populo non exaudirentur, nimirum ſi oratio Ieremiæ nihil impetraret: quod peccata po- D puli id impediebant.

1. Reg. 12. 18. *Exod. 33. 11.* *Exod. 32. 31.* *1. Reg. 2. 2.*

2 *Eiice.*] Ita illud, eiice illos explicant omnes pro denuncia eiiciendos, à facie mea: hoc eſt à terra, cui adeſt præſens in templo maieſtas Dei vt intelligunt Chaldæus, Sanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, ac Vatabl⁹. idque declarat magis verbo egrediantur, nempe ad mortem, ad gladium ad famem, & ad captiuitatem: recte etiam intelligitur illud eiice, id eſt vaticinare eiiciendos à mea

protectione, & propenſa in eos voluntate: vt in- *A* telligunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, & Dionyſius: quia ſubdit eijciendos ad mortem gladiũ, famem, & captiuitatem: at in vrbe ipſa Ieruſalem morte, gladio, & fame perierunt. Nomiue vero mortis peſtem intelligunt Hieronymus, Rabanus, S. Thomas, Lyra, Dionyſ. & Vatablus, quia cum mors genus ſit ad eam, quæ fit gladio, & fame, opportet condiſtingui ab eis: præſertim cum *Ezec. 14. 15. & 5. 12.* Ezechiel bæc eadem quatuor genera enumeret cap. 14. Si quatuor iudicia mea peſſima, gladium, & famem, ac beſtias malas, & peſtilentiam immiſero. &c. c. 5. Tertia pars tui peſte morietur, & fame, & tertia gladio cadet, tertiam partem in omnem ventum diſpergam.

3 *Viſitabo*] Verbum, Pakad, quod hic Septuaginta, Vulgatus, & Chaldæus cum ceteris interpretibus, transferunt viſitabo. hoc eſt puniam qua- *B* tuor generibus necis: Pagninus, & Vatablus vertunt, Et præficiam eis quatuor gentes, ſeu cognationes: quas genera, ſeu ſpecies alij verterunt. Nã & præficere ſignificat verbum illud, aut conſtituere, vt. Iob. 34. 13. *Iob 34. 13.* Quem conſtituit alium ſuper terram? aut, quem præfecit ſibi ſuper terram? & *2. Paralip. 36. 23.* præcipere, vt. 2. Paralip. 36. 23. & ipſe precepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ieruſalem: ex boc verbo Ioſepb à Putiphare præpoſitus, ſeu *Gen. 39. 4.* præfectus omnibus, Gen. 39. 4. gubernabat exauditam ſibi domum & *2. Paralip. 34. 12.* 2. Paralip. 34. 12. etant præpoſiti operantium, qui vegebant opus. ait ergo, & præficiam, ſeu præponã aut conſtituam ſuper eos quatuor gentes, ſeu genera beſtiarum, & quia deſignat canes, volatilia, & beſtias: illud primũ genus, gladium ad occidendum Chaldæus expoſuit, occi- *C* ſores gladio, & Vatablus, viros gladij hoc eſt gladio accinctos.

4 *Feruorem.*] Nomen זעוה çaauah commotionem ſignificat, tremorem, vel conquuſſiooem: & Hugo ac S. Thomas: dabo eos in feruorẽ, explicant, in feruens odium, quo eos proſeqoẽtur omnia regna terræ. 2. Alij explanant: & dabo eos in commotionem paſſiuè: efficiam vt omnia regna terræ cummoueanınr, & contremiſcant, timore concuſſa tãtæ calamitatis, vt intelligunt Lyra, & Dionyſius: vel in commotionem capitis, præ ad- *Pſal. 21. 8* miratione tam ſtupendæ ſtragis: vt Pſal. 21. locuti ſunt labiis & mouerunt capur: & Pſal. 43. *Pſal. 43. 15.* Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus: commotionem capitis in populis. Alıis videtur commotionem nilııl aliud ſignificare, quam peragrationem, ſeu diſperſionem Iudæorum per omnia re- *D* *Deut. 28. 25.* gna terræ: quia Deut. 28. 25. dicitur hac pœna punieodos: Tradat te Domious corruentem ante hoſtes tuos: per vnam viam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias, & diſpergaris per omnia re- *Ezech. 23. 46.* gna terrę: quod Hebraicè legitur. Et eris in commotionem per omnia regna terræ. & Ezec. 23. 46. Adhuc adeas multitudinem, & dabis eas in commotionem: quod Vulgatus dixit & trade eas in tumultum. Verum quia nomen illud pro- *Gen. 4. 12.* prie inttanſitiuum eſt, Significans ſui commotionem, cum quis, buc, atque illuc ſe mouet, incertusque vagatur, idque cum territa, pauidaque cõſcientia, vt vagabatur Caim, & æſtuenti cogitatione, quam vocat feruorem noſter interpres, ideo cum Vatablo melius interprerabimur: efficiam, vt præ pauore, ac terrore conſcientiæ per omnia regna terræ vagentur, nullas certas ſedes babentes. Nam Leuit. 26. *Leuit. 26. 36.* ita ſimiliter dicitur: Qui de vobis remanſerint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hoſtium: & Iſa. 57. *Iſa 57. 20.* Impij autem quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt: & has vocarũt anguſtias Lxx. cũ verterunt: Et tradam eos in anguſtias omnibus regnis terræ.

5 *Manaſſem.*] Huins impiiſſimi Regis ingentia, ac multiplica ſcelera late receenſentur 4. Reg. 21. & 2. Paralip. 33. propter quæ definiuit Deus penitus delere Iudã. *4. Reg. 23. 26.* vnde 4. Reg. 23. 26. dixit Deus: Veruntamen non eſt auerſus Dominus ab ira furoris ſui magni quo iratus eſt furor eius contra Iudam: propter irritationes, quibus prouocanerat eum Manaſſes. At dices, cum Deus polliceatur non ſemel, idque declarauit ſatis apud Ezechielẽ *Ezech. 18. 21.* cap. 18. ſe noo recordaturum ſcelerum impij pœnitentis amplius, ſic enim ait verſu 21. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor. Qnomodo toties recordatur iniquitatum Manaſſæ, quem ſcimus pænituiſſe omoium iniquitatum ſuarum? *2. Paralip. 33. 12.* Nam 2. Paralip. 33. 12. dicitur de eo, qui poſtquam coanguſtatos eſt: orauit dominum Deum ſuum, & egit pœnitentiam valde, coram Deo patrum ſuorum. Deprecatusque eſt eum, & obſecrauit intente, & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Ieruſalem in regnum ſuum, & cognouit Manaſſes quoò dominus ipſe eſſet Deus: & infra. Pręcipitque Iudæ vt ſeruiret domino Deo Iſrael. Propterea, cum ſæpe repetatur in ſcriptura illud *Ezech. 18. 19.* Ezechielis 18. filius non portabit iniquitatem patris, ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur, cur hic dicit ſe diſperſurum Iudam per omnia regna terræ propter peccata Manaſſę. *Manaſſæ ſcelerũ recordatur Deus.* Reſpondent quidem omnes interpretes, recordari hoc loco Deũ ſcelerum Manaſſæ, quæ in poſteris eius reperta ſunt per imitationem, quæ ille ſua pœnitentia delere non potuit: atque hæc ſunt quæ puniuntur à Deo. Nam quomodo ſanctorum merita, ait hic Hieronymus, deſcendunt ad poſteros, ſicut Dauid, & ceterorum, ſic peccatorum flagitia, ſi liberi, nepoteſque ſimilia geſſerint, ad poſteros peroeniont: quam rationem expreſſit ſua Paraphraſi Chaldæus, ſic dicens: Dabo eos ad commotionem omnibus regnis terræ: eo quod non sũt conuerſi ſicut Manaſſes filius Ezechiæ Regis tribus domus Iudæ ſuper multis malis, quæ fecãt in Ieruſalem.

6 *Ad rogandum.*] Communis buius loci interpretatio eſt Hieronymi cum ceteris omnibus: Quis ſuſcipiet munus hoc poſtulandi à Deo tibi pacem. Nam hunc ſenſum indicant ſua verſione Septuaginta: Quis flectet genua in pacem tibi, aut vt habet Theodoretus: Quis incuruabit ſe ad rogitandũ tibi pacifica: & Pagninus, & quis ibi ad poſtulandum pacem pro te: quaſi dicat, ſupererit aliquis, qui poſſit ire Ieroſolymam ad poſtulandam pacem, & ſalutem tibi: aut quis audebit poſtulare à Deo tam irato, pacem tibi: vt illi, *Pſal. 121. 6.* quibus dicitur Pſalm. 121. Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem. Nam ſi Moyſes, & Samuel non exaudientur, quis certus quod exaudietur poſtulabit pro pace tua? Sed Chaldæus quem ſequitur Vatablus aliam ſenſum tradit, & ſatis germanum: Quis diuertet ad ſalutandum te, aut

vt

vt legit Vatablus, Qois recedet de loco ſuo, vt rogет te de pace tua, ac ſalute, nempe, qui valeas, quẽ ſenſum Vulgatus interpres aptè expreſſit, cum dixit, quis ibit ad rogandum, nempe te, pro pace rua, & ſalute. Oſtenditur enim ſumma calamitas Ieruſalem, & ſolitudo, quod nullus ex ciuibus ſit temãſurus, qui eius commiſereri poſſis, contriſtari, & conſolari ſalutando eam, ac interrogando de malis ſuis, vel de ſalute, ſicut enim tres amici Iob cum veniſſent vt viſitarent eum, & conſolarentur c. 2. exclamantes plorauerunt ſciſſiſque veſtibus ſparſerunt puluerem ſupes caput ſuum in cælum, & ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebasur ei verbum: videbant enim dolorem eſſe vehementem, ita santus prædicitur fururus dolor Ieruſalem, vt nullus ſit futurus, qui ad eam conſolandam accedere præ dolore poſſit, & rogare, quomodo ſe habeat. Vnde in Threnis queritur ſæpe Ieremias, quod non ſit qui conſoletur eam ex omnibus caris eius.

Iob. 2. 12.

7 *Laborani.*] Ex Hebræo legitur, laboraui pœnitere, vel conſolari, paſſiue, vt conſolater meipſum. Vulgatus vertit, laboraui rogans, vt ſit communis ſenſus Hieronymi, Rabani, Hugonis, S. Thomæ, Lyræ, & Dionyſij, laboraui per meos prophetas vos exhortando ad meliorem vitam, & nihil hactenus effeci: laboraui certè vt me pœniteret ſententiæ contra vos latæ, prouocando vos ad reſipiſcentiam veſtrorum ſcelerum, & nihil à vobis obtinui. Secundo Dauid Kimhi ſic inſtè Hebræũ exponit, laboraui conſolari me, hoc eſt, ægre conſolationem admitti, non poſſum me conſolari: eſt & tertius ſenſus melior, Hieronymi legentis, laboraui rogatus, Rabani, & Hugonis, Dauidis Kimhi in commentarus, Vatabli, & Iſidori. Laboraui pœnitendo, ſeu commiſerãdo, nam ſæpe ore veſtra ſcelera impulerunt vt vos punirem, & toties meam iram reprimebam, & pœnitentia ductus, & cõmiſeratione, pœnam intermittebam, qua toties repetita pœnitudine defatigatus ſum, & laſſatus, itaque iam non ſuſtinebo mutare ſenſentiam, ſed vlciſcar me de vobis, nec vltra parcam, vt hîc vertunt Septuaginta ad hunc ſenſum reſpicientes, quaſi dicat, vt ait Theodoretus, iam non vtar priſtina patiẽtia. ſimile eſt buic illud Iſaiæ 1. 14. laboraui ſuſtinens, hoc eſt, defatigarus ſum ferendo, clementiſſimus Deus, cuius miſericordiæ non eſt numerus, toties ignoſcit peccatoribus reprimendo iram ſuam, vt in eo laborare dicatur, ac defatigari: & hoc ipſo, labore ſuo ac defatigatione hortatur homines ad reſipiſcentiam, ne toties defatigent, ac laborare faciant Deum in peccatis ſuis, nam ſi humano more de Deo loquendum eſt, & puniendo laborat, continente miſericordia manus eius vltrices, cum hoc ſit alienum opus eius ab eo, & non puniendo, dum vindex iuſtitia impellit, & ipſe ſe comprimit, crebro ignoſcendo.

Dei clementia in puniendo & miſerando.

Iſ. 1. 14

Iſ. 28. 21.

8 *In portis.*] Portas terræ, vſu ſcripturæ, vocat regiones, aut terras, ad quas difficilis eſt aditus ob munitiones arcium, montiumque, quas penetrare eſt neceſſe ad ingrediendum in eas regiones, nam montium fauces, ſeu anguſtiæ portæ per ſimilitudinem ſolent appellari: ſic Caſpiæ, Caucaſiæ, aut Ciliciæ portæ dicuntur à Coſmographis, parte ergo ſumpta pro toto, nomine portarum ſignificat regiones, ad quas eſt ingreſſus per portas illas: ſic accipisur illud Gen. 22. 17. poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & Nahum. 3. 13. Inimicis tuis adapertione pandẽtur portæ terræ tuæ; hoc eſt arces, & montium anguſtiæ facilè patebunt inimicis tuis, vt ingrediantur in terram tuã. Hac ratione Hugo, S. Thomas, Lyra, & Vatablus interpretantur. Diſpergam eos ventilabro in portis terræ. Diſpergam quaſi ventilabro in regiones longinquas, nempe in Chaldæam, quæ longè abeſſe putabatur à Iudæa. Significant portæ, per ſinecdochem etiam vrbes ipſas, quæ facilè patent hoſtibus, captis, & apertis portis, vt Deuteronom. 1. 14. & peregrinus, qui eſt intra portas tuas, & cap. 12. 12. atque Leuites qui in portis veſtris. Vulgarus vertit rectè, qui in vrbibus veſtris cõmoratur: ſic etiam loca ſupra adducta poſſunt accipi, atque hoc modo Chaldæus, Vatablus, & Iſidorus hunc locum interpretantur, diſpergam eos in varias terræ ciuitates, in quas ducentur captiui. Addit Dionyſius has ciuitates eſſe illas, per quas, tanquam per portas, tranſituri erant Iudæi in captiuitatem: perque eas ingreſſuri in Chaldæam. Non deſunt qui vulgari loquendi forma explicent, diſpergam in portis terræ, hoc eſt ad tantam inopiam redigi eos efficiam, vt cogantur ſtipem cogere, *andar por puertas*: quia nullum habebunt domicilium, nullum alimentum.

Portæ terræ quæ.

Gen. 22. 17.

Nahum 3. 13.

9 *Interfeci.*] Hebræum verbum שִׁכַּלְתִּי Siccalti, idem eſt quod priuaui, aut orbaui, nempe liberis, vt Septuaginta, Chaldæus, ceterique expoſuerunt aut orbum reddidi populum meum, liberos, cum parentibus perdendo, quod Vulgatus rectè vertit: interfeci. Dubiom eſt vtrum ab hoc loco vſque ad lamentum Ieremiæ, ſint hæc omnia tanquam iam facta accipienda, an tanquam futura intelligenda, præteritis poſitis pro futuris? Hugo & Vatablus de futura Iudæis per Chaldæos ſtrage hæc omnia volunt intelligenda. Interficiam eos, & nihilominus à viis ſuis non reuertentur & cætera. At Chaldæus, Hieronymus, Rabanus, itemque Hugo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus, tanquam præterita hæc explicant, tũ quia in Hebræo præterita ſunt, nec habens Vao conuerſiuum, vt vocant Grammatici, quod indicat præteritum cõuerti in futurum, tum quia Deus vult ſuam cauſam iuſtam oſtendere extremo ſupplicio puniendo, ſiquidem præteritis ſuppliciis non erant conuerſi, vnde ſubiicit, & tamen à viis ſuis non ſunt reuerſi, tum quia in fide dicit & reſiduos eius in gladium dabo, quaſi dixerit, magnam Iudæorum, partem puniui, & paulatim perdidi: reliquam permittam Chaldæis interficiendã. Sic ſupra cap. 2. fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt. Sed vlterius quando hæc acciderint dubitatur. Lyra exiſtimat fieri ſermonem de vaſtitate decem tribuum, tunc enim Deus interfecit, ac perdidit populum ſuum Iſraël, & tamen tribus Iuda non eſt à viis ſuis reuerſa, nec ſororis periculo Oollæ vt dicitur Ezech. 23. Ooliba eſt emendata, & ſic infirmata eſt terra decem tribuum, quæ peperit plurimos, & reſiduos eius, nempe duas tribus, inquit, in gladium Chaldæorum dabo. Sed Hieronymus, Rabanus, Dionyſius, & Iſidorus hæc putant accidiſſe ipſis Iudæis, eorum multis iam ductis in captiuitatem, quorum calamitas non moueat filios Iuda, qui adhuc ſupererant, ad pœnitentiam, & probatur hæc ſententia, quia de his loquitur Deus, contra quos erat incenſus, quod imitati fuiſſent

Dubiũ.

Dubiũ alterum de tempore.

Ezech. 23. 4.

ſcelera Manaſſæ, vt dictum eſt ſupra: & de quibus A
diaerat, quatuor malorum generibus percutien-
dos, & cetera, quæ ſequuntur, hi autem erant
qui de tribu Iuda incolebant Ieruſalem, & Iu-
dæam: certum eſt enim magnam eorum partem
punitam, & in exteras nationes ductam captiuam,
vt reliqua conuerteretur, ac reſipiſceret, atque
hoc primo contigit tempore Manaſſæ, nam 2.
2. Par. 33. 10. Paralipom. 33. 10. dicitur. Locutuſque eſt domi-
nus ad eum, & ad populum illius: & attendere
noluerunt. Idcirco ſuper induait eis principes
exercitus regis Aſſyriorum, ceperuntque Manaſ-
ſem, & vinctum catenis, atque compedibus du-
aerunt in Babylonem. Sed tunc quidem coan-
guſtiatus orauit dominum Deum ſuum, & egit
pœnitentiam valde, præcepitque Iudæ vt ſeruiret
domino Deo Iſraël, itaque tunc à viis ſuis ſunt
Tẽpore Ioakim. reuerſi. Quare verius hæc accidiſſe putantur tem-
pore Ioakim, cuius anno. 3. venit Nabuchodono-
ſor Ieroſolymam, & obſedit eam, & cepit Ioa-
kim, & partem vaſorum, & tranſportauit Baby-
lonem, cum multis regiis adoleſcentibus, vt di-
Dan 1. citur Danielis 1. & 2. Paralipom. 36. 6. Anno
2. Para. 36. 6. deinde octauo Ioakim rediit Nabuchodonoſor,
& obſedit Ieruſalem, & cepit eam, & impoſuit
tributum per tres annos 4. Reg. 24. 1. Demum an-
4. Reg. 24. 1. no. 11. rebellauit, immiſitque ei dominus latrun-
culos Chaldæorum, Syriæ, Moab, & Ammon, in
Iudam, vt diſperderent eum, iuxta verbum domi-
ni, vt auferret eum coram ſe propter peccata Ma-
4. Reg. 24. naſſæ vniuerſa, quæ fecit 4. Reg. 24. Rurſus cum
tres tantum menſes regnaſſet Ioachin filius præ-
dicti Ioakim, venit Nabuchodonoſor, & obſe-
dit Ieroſolymam, & cepit regem, & matrem, ac
principes, cum decem millibus fortium, & duxit
captiuos Babylonem: cum theſauris, vt dicitur.
4. Reg. 14. 2. Paralipom. 36. 10. Denique tranſtulit
omnem Ieruſalem, nihilque relictum eſt exceptis
pauperibus. Nec tamen reuerſi ſunt à viis ſuis.
Nam Sedecias conſtitutus rex pro Ioachin fecit
malum coram domino iuxta omnia, quæ fecerat
Ioakim. Iraſcebatur enim dominus contra Ieru-
ſalem, & contra Iudam, donec proiiceret eos à fa-
cie ſua, & de his dicit dominus, & reſiduum eorum
in gladium dabo. Verum cum hic ſermo ſub Ioſia
rege ſit habitus, verius eſt de ea pœna loqui Deum,
de qua ſupra c. 62. 30. dixerat, fruſtra percuſſi filios
veſtros, diſciplinam non receperunt, & c. 5. 3. per-
cuſſiſti eos, & non doluerunt, attriuiſti eos, nempe
per Sennacherib prius, deinde per regis Aſſyrio-
rum principes tempore Manaſſæ, vt cap. 2. diai- D
mus, num. 32. nam licet inflicto ſupplicio conuer-
tebantur, at mox redibant ad vomitum, idcirco
modo extremum eis comminatur exitium per
Nabuchodonoſorem.

10 *Matrem.*] Hebraicè ſic legitur. Induxi eis ſuper
matrem electi vaſtatorem in meridie, & nomen
quidem Bahhur ſignificat electum ad quoduis
opus, præſertim ad bellum, nempe iuuenem, vel
adoleſcentem, & Hieronymus, Rabanus, Hugo,
S. Thomas, & Dionyſius, ſic intelligunt. Induxi
in Iudæos palam, & aperta vi vaſtantes Chaldæos
qui matrem quamlibet orbam reddidit filio ado-
leſcente, dum eum interficiebant, ſic etiam inter-
pretatur Theodoretus verba Septuaginta dicen-
Mater vrbs primaria. tium. Induxi ſuper matrem adoleſcentum miſe-
riam, docet enim matres liberis priuatas fuiſſe. Sed
Lyra, & Dionyſius etiam vrbem Ieroſolymam
dicunt matrem vocari, ſicut 2. Reg. 20. 19. dixit *2. Reg. 20. 19.*
mulier illa ſapiens de Abela ad Ioab, tu quæris
ſubuertere ciuitatem, & euertere matrem in Iſ-
raël, matrem dictam quod multos gigneret, ale-
retve ciues, vel quod multa oppida ex ea tanquam
ex matre penderent, quæ filiæ dici ſolent in ſcri-
ptura: vnde & Græci huiuſmodi ciuitatem metro-
polim, vocant Μητρόπολιν id eſt vrbem matrem.
Verum quia hic dicit, ſuper matrem adoleſcẽtum:
nam ſingulare ponitur pro plurali, vt oſtendat non
eſſe ſermonem de vrbe, quæ non tantum mater
eſt adoleſcentum, ſed ciuium, cuiuſcunque ſexus,
& conditionis ſint; ideo proprius, ac verius ſignifi-
cat turbam, cœtum, congregationem, aut multi-
tudinem adoleſcentum, vt intelligunt Chaldæus,
Pagninus, Vatablus, & Iſidorus: ait ergo ſe addu-
B ctorum Chaldæorum exercitum, in meridie, hoc
eſt palam, aperta vi, non per inſidias, omnia diri-
pientem, ſic enim hoc nomen explicant Hieron.
Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Iſidorus,
quamuis Vatablus exponat, dum ſecuri agerent.
Conſtat autem ſub Ioakim rege Nabuchodono-
ſorem obſediſſe Ieroſolymam, & duxiſſe regem
ſecum Babylonem cum multis regiis adoleſcenti-
bus, & ſub Ioachin rediit Nabuchodonoſor, &
tranſtulit regẽ Babylonem & omnes fortes exer-
citus decem millia, & omnes viros fortes, & bella-
tores, quos hic vocat Ieremias electos, ſeu adoleſ-
centes, & demum ſub Sedecia.

11 *Meſ.*] Hebraicè ſic dicitur. Cadere feci ſuper
eam repente ciuitatem, & feſtinatione. Nomen
בֶּהָלָה Behhalah ſignificat feſtinationem, vt Pſ. 78. *Pſ. 78. 33.*
33. & anni eorum cum feſtinatione: & terrorem, vt
C exponit Dauid Kimhi, & anni eorum cum terrore
& Iſ. 65. 23. & non generabũt in terrore, quod Vul- *Iſ. 65. 23.*
gatus dixit, in conturbatione. Nomen etiam, עיר
Ir, quod ciuitatem vertit Vulgatus, ſignificat ciui-
tatem, vt Pſ. 139. 20. accipient in vanitate ciuitates *Pſ. 139. 20.*
tuas, vt hic verterunt Pagn. & Vatablus. Significat
etiam inimicum, aut hoſtem: quomodo vertit hic
Tigurina: obrui eam ſubito & hoſte & terroribus.
Eſt ergo primus ſenſus, ſi coordinetur ſic littera, *1. Senſus.*
cadere feci ſubito ſuper eam ciuitatem, terrores,
ſeu perturbationes. Hoc eſt, ſingulari accepto pro
plurali. Subito occupabit ciuitates terror hoſtilis,
nam omnes reliquæ ciuitates audita obſidione Ie-
ruſalem territæ ſunt, quem ſenſum verſione ſua
tradit Vulg. & Hieron. Raban. Hugo, S. Thomas,
Lyra, & Dion. ſic interpretantur. 2. Cadere feci *2. Senſus.*
ſuper eam, nempe turbam adoleſcentum, & fortiũ
D virorum, ciuitatem, & terrores, quia antequã du-
cti eſſent captiui fortes illi, ciuitas Ieruſalẽ diruta
erat, ex quo omnes valdè ſunt territi, ſic explicant
Vatablus & Iſidorus. Tertio, cadere feci, aut inieci *3. Senſus.*
ſuper eam, matrem, ſeu copiam electorum virorũ,
repente, hoſtem, & terrores: hoc eſt ciuitatem ho-
ſtium, nempe exercitũ, qui inſtar eſt ciuitatis, quia
ſubito exercitus Chaldæorum inuaſit Ieruſalẽ, &
electos eius adoleſcentes, quorum in virtute fide-
bat, cepit; hunc ſenſum videntur indicare Lxx. cũ
dicunt, inieci ſuper eam repente tremorem, nem-
pe hoſtilem, & feſtinationem, & Chaldæus cũ ait.
Induxi ſuper eam repente exercitum, & Tigurina
vertens, obrui eam ſubito & hoſte, & terrori-
bus: & Vulgati verba poſſunt etiam hunc ſenſum
accipere, miſi ſuper ciuitates repente terrorem,
nempe ab hoſtili exercitu Chaldæorum, nã vrbẽ
ipſam Ieruſalem occupauit, & reliquas Iudeæ, quę
audie-

audiebant hoſtium aduentum.

12 *Infirmata.*] Infirmata dicitur, hoc eſt orbata, immionta filiis, aut vacua, vt hic vertunt Septuaginta, & eſt ſermo de terra, ſeu tribu Iuda: vt intelligunt Chaldæus, dicens: Deſerta eſt terra eorum abſque popolo, fuerunt in exalatione animæ: Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, Vatablus, & Iſidorus, niſi quod Lyra de mente R. Salomonis, vult ſignificari terram Iſraël, quæ in amiſſione regni orbata eſt populo, ex quo prodierunt, ſeptem iniqui reges Ieroboam, Baaſa, Amri, Iehu, Manahem, Phacea, & Hoſee. Sed melius alij de ipſa plebe Iuda accipiunt, nam quæ conſtabat plurimis filiis ab hoſte orba facta eſt, cum populus multus redactus eſt in exiguum numerum, & hi qui ſuperſtites erant, videbantur efflaſſe animam, die in noctem viſa commutari. Nam lugentibus, ac mœſtis lux ipſa tenebræ apparet, vt rectè Theodoretus, Hugo, S. Thomas, & Iſidorus intelligunt illa verba: occidit ei Sol cum adhoc eſſet dies: quamuis Chaldæus, Hieronymus, Lyra, Dionyſ. & Vatablus, explicent, occidit ei Sol, hoc eſt vaſtata eſt in medio curſu proſperitatis, dum videlicet ſe putabat copioſam viris fortibus, & confidebat in eorum virtute, in principom conſilio, & in munitionibus, tunc capta eſt, & deſtructa: tempore namque Ioachin omnes Ieroſolymitæ ducti ſunt Babylonem, exceptis pauperibus, & cultoribus terræ: & tandem tempora Sedeciæ.

13 *Reſiduos.*] Reliquum populom gladio Chaldæorum obiiciendum dicit, vt volunt Hieron. Rabanus, Hugo, & Dionyſius, nempe qui remanſit ſub Sedecia, transmigrato Ioachin cum vniuerſa Ieruſalem, in deſolatione enim Ieruſalem facta vndecimo anno Sedeciæ, quamplurimi Iudæorum interierunt, & qui reliqui fuerunt tandem in Ægypto, quo confugerant periere. Lyra de regno Iudæ, quod reſiduum erat finito, & deſtructo regno decem tribuum vult hanc ſententiam intelligi. Quantam Deus adhibuerit diligentiam vt Iudam ad ſe conuerteret, antequam penitus deleret, oſtendit ſatis his verbis, nam vxores priuauit viris, matres filiis: terrorem immiſit, probro affecit, lætum omne abſtulit: & ſi quid boni remanebat, comminatur ſe ablaturum, ſic ſanè ſe gerit cum quouis peccatore, paulatim ad memoriam ei reuocando mortem, morte propinquorum, & amicorum, & viribus morbo infirmatis, & proſperis in aduerſa conuerſis. Quod ſi bis, aliiſve ſimilibos medicamentis non conualeſcat, comminatur ſe eum penitus traditurum hoſtibus ſuis, vt deleant penitus.

Admonetio Dei frequens, frequẽtis affſlictione.

14 *Væ mihi.*] Omnes conueniunt hanc eſſe Ieremiæ lamentationem, conqueritur enim quod ob prophetiam peius audiat, quam vſorarius quiuis, & hoc eſt illud. Non fœnerauí, & non fœnerauerunt mihi, quod Septuaginta dixerunt: Non profui, & non profuit mihi quiſquam, & Theodotio: Nõ debui, nec debuit mihi quiſquam. & Sirus apud Thaodoretum, Non profeci, nequa fœneraoi, multos tamen comparaui conuitiatores aſſidoos. Eſtque ſenſus, nemini cauſam, aut occaſionem dedi vllius offenſionis, aut moleſtiæ, nam ob debitum aliquod, quod ſolet inter cioes eſſe rixarum cauſa, atque diſcordiarum, nec enim infenſus cuiquam fui, quod illi debuerim aliquid, & non ſoloerim, aut quod debuerit mihi, & ego exegerim, & tamen omnes me maledictis proſcindunt: vnde ſola prophetia videtur huius rei eſſe in cauſa. Dignus ergo ſum lamentatione, inquit Theodor. fruſtra editus in hanc lucem, qoia nulli profui, oec ab aliis emolumentum adeptus ſum, maledicta duntaxat refero ab audientibus prophetias. Qoæres fortaſſe, cur tantum vir inſtar pueruli conqueratur, quod maledictis inceſſatur, & contumeliis afficiatur ob verhi Dei prædicationem? Reſpondet Ioãnes Chryſoſtomus, Hom. 4. de patientia Iob. tom. 1. Hæc & ſimilia mala, quæ patiebantur ſanctos expreſſiſſe, vt nos diſceremus, non in deliciis egiſſe vitam, ſed mala innomera tolerantes in agone certaſſe: alioqui enim patiebantur quidem vt homines, ſuſtinebant autem vt Dei amici. Sic Moyſes magnus Dei legiſlator, præ moltitudine calamitatum Deo dicebat: ſi inueni gratiam in conſpectu tuo tolle animam meam à me, non poſſum ferre onus populi hoios. Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in ſinu too, ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iuraſti patribus eorum? ſimiliter & Habacuc dicebat: Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, & laborem: videre prædam, & iniuſtitiam cootra me, & hi quidem ſic, vt diſcas qualem agonem pertranſierunt, quibuſque periculis plenam vitam duxerunt. Tu vero, ſi vis diſcere qualis eſſe debes, diſce quæ poſt gratiam fuere, paſſi ſunt ſancti prophetæ, paſſi & Apoſtoli. Sed illi quidem patientes dolebant, hi vero patientes gloriabantur. Venit en Paulus in medium, patiens quidem, ſed non ingemiſcens, verberatus, ſed non plorans, tormentis afflictus, ſed gaudens. Noo ſolum autem, inquit, ſed & gloriamur in tribolationibus & cetera. & iterum: verberati ibant gaudentes Apoſtoli à conſpectu conſilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Ne ergo ea, quæ ante gratiam fuere, ad gratiæ tempora trahas: ita Chryſoſtom. Sed & perſonæ Chriſti rectè conuenire has Ieremiæ querelas aſſerit Hieronymus: nam cum in hoc natus eſſet, & ad hoc veniſſet in mundum, vt teſtimonium perhiberet veritati, viſus eſt eſſe vir rixæ; & vir diſcordiarum: vnde dixit de eo Simeon: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum, & in ſignom cui contradicetur. & Ioannes inquit, diſſenſio facta aſt in turba propter eum, quia qoidam dicebant quia bonos eſt, alij autem non, ſed ſeducit turbam, non venit pacem mittere, ſed gladium. Omnes, inquit, maledicunt mihi, omnes peccatores Chriſto contradicunt, quibus ſanè non fœnerauit, quia nullus ſe præbuit, qui digna eius æra ſuſciperet, qui mandata eius obſeruanda aſſumeret, & gratiam, qua lucra magna conſequeretur, nec fœnerauit ei quiſquam, qoia nullus ſuis bonis operibus, eum debitorem ſibi præſtitit. Vnde nec profuit illa cuiquam: quia nullus tantum voluit accipere, quantum ipſe retribuere deſiderauit. Nec profuit ei quiſquam: Salus enim creaturæ, lucrum non eſt creatoris.

Quatitur Ieremias quod mala audiat. Chryſ.

Certamen prophetarum.

Num. 11. 11.

Patientia prophetarũ cum patientia Apoſtolorum collata.

Hab. 1. 3

Ad Rom. 5. 3.

Act 5. 41.

De Chriſto quod fuerit vir rixæ.

Luca. 2. 34.

Ioan. 7. 12.

Ioan. 10 19.

Matt. 10. 34.

Alias autem Chriſtus exactor eſt diligentiſſimus, vſurarum, & prouentuom, & propterea maledictis, & odio vſque ad necem eum proſecuti ſunt cuſtodes vineæ. Nam cum dominus vineæ miſiſſet filium ſuum Chriſtum, vt

Chriſt. exactor. Matt. 21. 37.

acciperet fructus: agricolæ videntes dixerunt in- A
tra ſe: Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & ha-
bebimus hæreditatem eius, & apprehenſum eum
Mat 21. eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Præterea
27. Chriſtus ipſe ideo hominibus talenta diſtribuit, vt
cum vſura ea exigat, vnde & dixit ſeruo, qui talen-
tum ſuum abſconderat, oportuit te committere
pecuniam meam nummulariis, & veniens ego re-
cepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura.
15 *Reliquiæ.*] Si aut, ſi non, hoc eſt, niſi, iurantis par-
ticula eſt Hebræis vſitata, ſubintellecto aliquo
per Apoſiopezim, nempe, hæc faciat mihi Deus, &
Ruth. 1. hæc addat, vt iurauit Ruth ſocrui ſuæ, ſi non ſola
17. mors me, & te ſeparauerit. Dauid etiam iurauit
1. Reg. hæc faciat mihi Deus, & hæc addat ſi reliquero de
25. 22. omnibus, quæ ad ipsũ pertinent vſque mane, min-
gentem ad parietem, eadem iurandi formula repe- B
titur ſæpe in libris regum. Hoc ergo loco, vbi iu-
rat Deus Ieremiæ ſupplendum aliquid eſt, vel il-
Pſ. 88. lud, quod exprimitur in pſalmo. Semel iuraui in
36. ſancto meo ſi Dauid mentiar: &, vt iuraui in ira
Pſ. 94. 11 mea, ſi introibunt in requiem meam, vt dicat mo-
do dominus Ieremiæ. Iuro tibi reliquum vitæ tuæ
tempus fęlicius futurum. Vel, non habear, poſthac
verax, aut non credas mihi, ſi non reliquiæ tuæ ceſ-
ſerint tibi in bonum, vt ſupplent Hugo, ſanctus
Thomas, Lyra, & Vatablus. Per reliquias au-
tem, cum dicit, ſi non reliquiæ tuæ in bonum, in-
telligunt omnes Hieronymus, Rabanus, Hugo,
Lyra, & Dionyſius, & Vatab. reliquum tempus
vitæ Ieremiæ, nempe extremum, aut finem, vt
Chaldæus expoſuit, cum dixit, ſi non finis tuus in
bonum, quod Iſidorus intelligit de tempore poſt C
captam vrbem, quando liber dimiſſus eſt Iere-
Ierem. mias per Nabuzardam principem militiæ Nabu-
40. 3. chodonoſoris, vt refertur cap. quadrageſimo.
16 *Si non.*] Verba ex Hebræo ſic habent, ſi non oc-
currere feci tibi in tempore malo, & in tempore
afflictionis aduerſus hoſtem, & quidem præpoſi-
tio, ב Beth, cum dicitur בְּךָ Beca transfertur à Da-
uide Kimhi, Tigurina, & Pagnino, pro te, ab
Vulgato vero, & Lyra, tibi, ſi non occurrere fe-
cero pro te, vel tibi: particulam vero אֶת Eth, præ-
fixam nomini hoſtis, aut inimici, quidam tanquam
articulum caſus accuſandi nihil ſignificantem ac-
cipiunt, vt Dauid Kimhi, Tigurina, & Vatablus.
At noſter interpres, Lyra, & Pagninus pro ad-
uerſus hoſtem accipiunt: Alij pro apud, aut erga,
Senſus. 1. vt Septuaginta. Eſt ergo horum verborum pri-
mus ſenſus Hieronymi, Rabani, Hugonis, S.
Thomæ, & Dionyſij, Non credar ſi in præſen- D
tiarum cum te cuperent inimici tui opprimere
non affui tibi, & meo es protectus auxilio. Sed
exiſtimo dominum polliceri bona in tempus ex-
tremum, vt ceteri interpretes intelligunt, illud
præteritum occurri accipientes pro futuro, ſi non
Senſus. 2. occurrero, aut fecero occurri. Secundus ſenſus
eſt. Non credar poſthac ſi non occurrere fecero
tibi, in tempore afflictionis, ſcilicet vaſtitatis Ie-
ruſalem, hoſtem Nabuchodonoſorem, qui tuam
amicitiam ambiat. Vel ſi non fecero occurrere
pro te hoſtem Nabuchodonoſorem, qui pro te,
tuaque libertate intercedat. Vel hoſtem Nabu-
zardan, qui iuſſu Nabuchodonoſoris, te liberet,
& quocunque velis abire permittat, vt infra cap.
Ier 39. 39. 11. conſtat impletum. Nam præceperat Nabu-
11. chodonoſor de Ieremia Nabuzardan magiſtro
militum, dicens, tolle illum, & pone ſuper eum
oculos tuos, & cap. 40. Tollens princeps militiæ
Ieremiam, dixit ad eum: Nunc ergo ecce ſolui te
hodie de catenis, quæ ſunt in manibus tuis: ſi pla- Ierem.
cet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni, & 40. 4.
ponam oculos meos ſuper te, & cetera. Hunc ſen-
ſum habent Dauid Kimhi, dicens, ſi non poſui
eum nempe Nabuchodonoſorem, vt rogaret pro
te, & Tigurina vertens, ſi non effecero vt hoſtis
pro te intercedat, & R. Salomon, & Lyra qui
eum refert, Vatablus, & Iſidorus, & eſt verus &
germanus ſenſus.
Tertius ſenſus eſt. Non credar, ſi non fecero oc-
currere tibi hoſtem tuum Sedeciam, vel Sedeciam Senſus 3.
poſtulantem vt ores pro eo aduerſus hoſtẽ Chal-
dæum: quod ita contigiſſe patet in capite. 21. vbi
refertur miſiſſe ad Ieremiam nuncios Sedeciam Ier. 21. 2.
dicentem. Interroga pro nobis dominum, quia
Nabuchodonoſor rex Babylonis præliatur, aduer-
ſum nos: ſi fortè faciat dominus nobiſcum ſecun-
dum omnia mirabilia ſua, & recedat à nobis. Hũc
ſenſum exprimit Chaldæus ſua paraphraſi, dicens.
Si non finis tuus erit in bonum: ſi non venient, &
deprecabuntur te, in tempore, quo adduxerim ſu-
per eos hoſtem, & tribulauerit eos inimicus. Tum
etiam R. Salomon, & Lyra.
17 *Ferrum.*] Secundum Lyram, & Dionyſium le-
nit dolorem, remouetque metum Ieremiæ, quo
affici videbatur, quod ſua prophetia non foret ad-
implenda, inito fœdere inter Iudæos, & Chaldæos:
ait enim id nulla ratione futurum, quod effici non
poſſet vt ferrum poſſet cum ferro coniungi, aut
æs cum ære. Eſt hoc loco verbum futuri tempo-
ris יָרֹעַ Iaroa, quod deducitur vel ab vno verbo
duas habente ſignificationes, vel à duobus nempe
à רָעָה Raah quod eſt aſſociari, vt Prou. 13. 20. ami- Prou.
cus ſtultorum ſimilis efficietur, vel aſſociabitur, 13. 20.
eis videlicet, & Iud. 14. 20. Vxor ſanſon accepit Iudic.
maritum, vnum de amicis eius, vel, qui ſocietatem 14. 20.
fecerat ei: & in hac ſignificatione accepit hîc Vul-
gatus, & Chaldæus paraphraſtes: & à רָעַע Raa,
quod eſt conterere, confringere, vnde Pſ. 2. illud,
reges eos in virga ferrea, Hieronymus vertit, fran- Pſ. 2. 9.
ges eos in virga ferrea, & Iob 34. 24. dicitur: conte- Iob. 34.
ret multos, & innumerabiles, in hac ſignificatione 24.
tranſtulerunt hunc locum: Symmachus, nunquid
nocebit ferrum ferro ab Aquilone, & æs. Dauid
Kimhi, Salomon, Tygurina, Lyra, Pagninus, &
Vatablus. Num conteret ferrum, ferrum ab Aqui-
lone & æs. At Septuaginta, & Theodotio legentes
ד Daleth pro ר Res, à verbo יָדַע Iada deduxerunt,
quod eſt ſcire, aut cognoſcere, & ita illi verterunt,
ſi cognoſcetur ferrum, & operimentum æreum,
fortitudo tua, & Theodotio: ſi cognoſcet ferrum
& operimentum æneum varietatis perſpicua. Ac-
cepto ergo verbo in prima ſignificatione: erit, pri-
mus ſenſus. Nunquid ferrum, & æs duriſſimum
Iudæorum inibit ſocietatem cum ferro Babylo- Senſus. 1.
nio, hoc eſt, nunquid poterit amicitia iniri inter
regem Babylonis, & Iudæos? nequaquam, ne ti-
meas tuam prophetiam vanam futuram, ſic inter-
pretantur Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Tho-
mas, Lyra, & Dionyſius, niſi quod Lyra intelligit
etiam regem Ægypti, hoc modo exponens: Nun-
quid rex Ægypti, & Sedecias inibunt ſocietatem
cum Nabuchodonoſore ab Aquilone veniente?
Secundus ſenſus eſt. Ne doleas quod populus ini- Senſus. 2.
micus tuus ſit: te enim dura nunciantem non po-
reſt amare, qui durus eſt: populus enim durus vt
ferrum

ferrum nequit ſociari tibi dura illi comminanti, A ſic exponunt etiam Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, & Dionyſius. Sed repugnat huic ſenſui illud, ab Aquilone, quod ſignificat Chaldæum.

3. Senſus. Tertius ſenſus eſt Chaldæi, ſic exponentis. Rex qui eſt fortis ſicut ferrum aſcendet in adiutoriū regis qui fortis eſt ſicut ferrum, & ſicut æs veniet ab Aquilone aduerſus eam ad conterendum eam, & eſt ſenſus. Nuuquid Rex Pharao, qui eſt durus ſicut ferrum ſociabitur regi Sedeciæ forti vt ferro, vt pugnet contra Nabuchodouoſorem inſtar Chalybis venientem ab Aquilone coutra Ieruſalem?

Iuxta alteram ſignificationē. Si vero in ſecunda ſignificatione accipiatur illud verbum erit

1. Senſus. 1. ſenſus Salomonis, & Lyræ. Nūquid rex Ægypti, qui, ſicut ferrum, eſt fortis, conteret regem Babylonis roboris ferrei, & te, Ieremia, qui æri ſimilis es, & prophetizas pro Babylone cōtra regem Ægypti, & Sedeciam? nequaquam, imo contra fiet, nam opes Iudæorum, & theſauros diripiet Chaldæus.

2. Senſus. 2. ſenſus eſt Dauidis Kimhi, & Vatabli: Putant ipſi Iudæi, qui tibi nncent, ô Ieremia, ſe poſſe ſua virtute tueri contra Nabuchodonoſorem, ſed planè decipiuntur, qui ſi ſe putāt fortes vt merum ferrum, at Nabuchoduuoſor inſtar ferri eſt Chalybe mixti, quod fortius eſt: & quod minimè poterunt confringere. Vnde eorum opes, & theſauros diripiet.

3. Senſus. Tertium ſeuſum addunt alij, efficiam vt beneuole tibi occurrat Nabuchodonoſor, qui inſtar ferri, imo Chalybis fortis eſt: At tu, ô propheta, qui es quaſi murus ferreus prçualebis non tantum ferreo, ſed & Chalybeo regi Babylonico. Senſus 1. Hieronymi germanior videtur lectioni Vulgati, quāuis ſenſus Dauidis Kimhi ſit C ſatis idoneus ſignificationi verbi illi*, qua diximus ſignificare conterere. Septuaginta ſua tranſlatione hūc ſenſum iudicarunt iuxta Theodoretum. Ne fiduciam habeatis in indumentis ferreis, aut ęreis, ceteriſque armorum generibus, nam omnes veſtras opes diripiet inimicus.

18 *Gratis.*] Sic omnes exponunt illud aduerbium, gratis, quia Chaldæi rapturi erant omnia Iudæorum bona, & regios theſauros, non facta commutatione precio ſoluto: ſolus Vatablus, transferens non precio, exponit, & non redimes direptas tibi diuitias precio aliquo, adeo duri erunt direptores. Septuaginta tranſtulerunt, theſauros tuos dabo cōmutationem propter omnia peccata tua. Quod vero addit: & in omnibus terminis tuis, ita vt diximus, exponunt Dionyſius, & Vatablus, quod ea bonorum direptio non tantum Ieroſolymis, ſed D per omnem Iudæam futura erat. At Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Pagninus ſua verſione, hoc modo expouunt, diripient omnia bona tua, propter peccata tua, & propter peccata, præſertim idololatriæ, commiſſa in omnibus terminis tuis: quem ſeuſum ſecutus eſt Chaldæus ſua paraphraſi dicens, ſubſtantiam eorum, & domum theſaurorū eorum direptioni tradam, non in precio, ſed in peccatis, quod colebatis idola in omnibus terminis veſtris.

19 *Et adducam.*] Huius loci duplex lectio eſt diuerſum ſenſum eius inducens, prior eſt Vulgati, quam ſequitur Hierouymus, & omnes Latini interpretes: & adducam, vel transferam hoſtes tuos de terra, quam non noſti, nempe de Chaldæa, vt te deuaſtent, & in captiuitatem ſecum traducant. Poſterior eſt ceterorum interpretum, nempe. Transſire A faciam ad hoſtes tuos in terram, quam non nóſti, videlicet, efficiam vt captiuus ducaris de hoſtibus tuis in terram Chaldæam, quam ignoras, iuxta hāc lectionem dixerunt Septuaginta: ſeruire faciam te in circuitu inimicis tuis, in terra, quam non ſcis: & Chaldæus, & ſeruietis inimicis veſtris in terra, quam ignorabatis: & Tigurina, & transferam cum hoſte veſtro, in terram, quam non nouiſti: ſic etiam Pagninus, & Vatablus, tranſire faciam te, vel extrudam te ad hoſtes tuos, in terram, quam non nouiſtis. Diuerſitas nata eſt ex duabus particulis, vna eſt, אֶת Eth, præfixa nomini, inimicos, aut hoſtes, quæ poteſt eſſe articulus deſignans caſum accuſandi, nihil per ſe amplius ſignificans, & hoc modo accepit Vulgatus, cum dixit, & adducam inimicos tuos. Poteſt B etiam accipi, pro, ל, Lamed articulo dandi, vt accepere Lxx. & Chaldæus. Poteſt etiam deſeruire, pro cum, vt Iſa. 28. 15. Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno: fecimus pactum, & ſic accepit Tigurina. *Iſa. 28. 15.* demun, pro Ad, vt Ezechielis 21. 20. vt veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam: & idcirco hic ceteri verterunt, ad hoſtes, vel ad inimicos. *Ezech. 21. 20.*

Altera particula eſt, ב, Beth præpoſitio præfixa nomini, terra, quæ, vt plurimū, eſt idem quod, in, notans locum: vt Iſaiæ 2. 10. ingredere in petram, *Iſa. 2. 10.* & hac ratione acceperunt omnes interpretes præter vnum Vulgatum, ſignificantes Iudæos extrudendos è Iudæa in terram longinquam, nempe in Chaldæam. Solus Vulgatus, vt dixi, accepit Beth pro Min de, notans hoſtes de terra longinqua venientes, vt poteſt etiam, & ſolet accipi in ſacris lit- C teris, vt Leu. 8. 32. quicquid autem reliquum fuerit de carne, & panibus ignis conſumet: vnde vtraque lectio, & ſenſus ex vtraque deductus bonus eſt. *Leu. 8. 32.*

20 *Suſcipere.*] Hebraicè ſic legitur. Non in longitudine naſi tui tollas me: naſi pro iræ, dixit, metonimikῶs, vt ſupra dictum eſt, ignis ſuccenſus eſt in naſu meo, pro, in furore meo: & eſt ſatis germanus ſenſus Vatabli, & Iſidori. Noli, vel ne facias, vt dum tua longanimitate & patientia differs vltionem de illis, ego peream, & moriar, illis ſaluis agnoſcant me veritatis prædicatorem, alias, cedet in opprobrium tuum, ſic in Pſalmo 72. 24. dicitur, in voluntate tua deduxiſti me, & *Pſal. 72. 24.* cum gloria ſuſcepiſti, pro ſuſcipies me, quod de morte iuſtorum explicant R. Abraham, & Dauid Kimhi. Ceteri, Hugo, Lyra, & Dionyſius, exponunt ne propter patientiam, qua differs vl- D tionem ſumere de meis aduerſariis, remoraris ſuſcipere me meamque poſtulationem: non vis enim audire me, patienter agens cum meis inimicis, quē ſenſum indicauit Chaldæus, cum dixit. Ne des dilationem iniuriæ meæ, quod cap. 11. dixerat, videā vltionem tuam ex eis quo oſtendantur viſcera miſericordiæ Dei noſtri & ingens eius longanimitas *Longanimitas Dei.* qui procraſtinat expectans conuerſionem peccatorum, ſanguine ſanctorum ſuorum clamante vindictā, vt ſanctos illis ſimiles ſua expectatione potius efficiat, quam celeri punitione diſperdat, quod eſt genus victoriæ præſtantiſſimum. Hoc *Victoria genus illuſtre, expectando.* enim bellandi genere quamplurimos, eoſque excellentiſſimos, viros ſibi comparauit, quos ſi deleuiſſet, amiſiſſet, nec tantam gloriam ex hoc vno conſecutus fuiſſet, quam ex aliis multis ſuis geſtis: vt Magdalenam, Matthæum, Paulum, Auguſtinum, & ſimiles.

1. Sēſus. 21 *In gaudium.*] Senſum, quem explicamus in paraphraſi, affert, Lyra, & Vatab. & videtur ſatis aptus: reddit enim rationem ſui muneris, quod initio, cum electus eſt in prophetam, libens, & obediens illud ſuſceperit onus, & non minimo cum gaudio, quod propheta Dei, ac prædicator fuerit inſtitutus: nec poſtea ſomno, aut ocio indulſerit, quin propter prædicationem, multa, eaque grauia pertulerit. 2. Sēſus. Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, & Dionyſius ſic exponunt: Gaudio magno affectus ſum videns verba tua completa, quæ mihi propterea fuere dulcia inſtar cibi, qua completione cognouerunt omnes me tuum eſſe verum prophetam. Sed non video de qua completione loquatur iam facta, quia præcipua eius comminatio fuit deſolatio Ieruſalem, quæ nondum erat completa. 3. Sēſus. Quare melius Theodoretus ad futurum refert hunc ſenſum. Dum ſermones tuos, inquit, perferrem factus ſum inimicus. Adimple eos & erit ſermo tuus in lætitiam, & gaudium cordis mei, quia inuocatum eſt nomen tuum ſuper me. Quia me falſa prædicere arbitrantur, promiſſionibus autem pſeudoprophetarum tanquam veris attendunt, rebus ipſis confirma ſermones meos, & ita conſolare me. Sequitur autem tranſlationem Septuaginta dicentium: Accepi pro te opprobrium à reprobantibus ſermones tuos, conſume eos, & erit verbum tuum mihi in lætitiam, & gaudium cordis mei. Addit & quartum ſenſum R. Salo- 4. Sēſus. mon apud Lyram. Dediſti mihi ſermones tuos veros, quos magno cum gaudio ſuſcepi, & annunciaui populo, certus de illius conuerſione. & Hieronymus, quem ſequuntur Rabanus, & Hugo, adiecit & hunc ſenſum: Senſi anguſtias, miſerias pertuli populi perſequentis me, propter verbum tuum, & gauiſus ſum talia perferens, quod tuis ſermonibus paruerim, quod eximiam prophetæ virtutem oſtendit. Nihilominus primus ſenſus eſt planior, & accommodatior.

22 *Et gloriatus.*] Ex Hebræo hæc verba ſic diſtinguuntur. Non ſedi in concilio iocantium, & gloriatus ſum, à facie manus tuæ ſolus ſedebam, quoniam ira repleſti me. Sic etiam legit Gregorius lib. 4. Moral. c. 35. Sed Vulgatus coniungit illa, & gloriatus ſum à facie manus tuæ: vbi Chaldæus, Pagninus, & Dionyſius volunt reperi præcedentem negationem, vt fit frequenter in ſcriptura, & ita dicat. Non ſedi in concilio ludentium, & non gloriatus ſum, vel, nec gloriatus ſum, lætatus, aut exultaui à facie manus tuæ. Per manum autem Hieronymus, Rabanus, Lyra, Pagninus, & Vatablus intelligunt duram prophetiam, vel ſententiam iam definitam contra Iudæam, & plagam imminentem: nullum, ait, genus conſolationis accipere poſſum propter malum comminatum populo meo, hoc eſt quod dixit Chaldæus, & non ſum lætatus à facie verbi tui. Vnde ſe explicat propheta cum ſubdit: quoniam comminatione repleſti me: Chaldæus, & Vatablus exponunt, quia prophetia maledictionis, aut indignationis plenæ erga populum, repleſti me. Iſidorus etiam ſic intelligit illud, à facie manus tuæ, hoc eſt, propter te, ac munus prophetiæ.

23 *Mendacium.*] Hebræa ſic habent ad verbum: Eſſendo eris mihi ſicut mendacium, aquæ non fideles; & ita transferunt, Tigurina, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus, & illud, mendacium, declarant, quaſi vena, aut fons mendax, ad hunc ſenſum. Tu Deus promiſiſti mihi auxilium laturum aduerſus meos inimicos, at contra accidiſſe experior, nam quemadmodum fons, cuius aquæ ceſſant aliquando, & ſicut aquæ non perennes, eo tempore, quo magis illis eſt opus deficiunt, ita tu mihi defuiſti. Habet etiam hunc ſenſum Chaldæus, dicens: Ne ſit verbum tuum mihi in mendacium, ſicut fons aquarum, cuius aquæ deficiunt, refert enim, manum, de qua dixerat, à facie manus tuæ, hoc eſt, verbi tui. Vnde Vulgatus, eandem referens, dixit, vt etiam Septuaginta: Facta eſt mihi, nempe prophetia tua, & promiſſio in ea mihi facta, quaſi mēdacium aquarum infideliū. Ceteri, illud, facta eſt, coniungunt cum plaga, & ita Hieronymus, Rabanus, Hugo, & S. Thomas hanc ſententiam adiectam putant à Ieremia, vt ſe conſolaretur, quaſi dixiſſet. Sed hoc me in tam graui dolore conſolatur quod omnis inimicorum meorum impetus, nō ſemper durauit, ſed te adiuuante præterit, ſicut aquæ infideles dum fluunt, videntur, ſimulque dilabuntur. Huiuſmodi eſt omnis tribulatio, vt dicitur Iſaiæ 54. ad punctum in modico dereliqui te, & Iſ. 54. 7. in miſerationibus magnis congregabo te. Verum hic ſenſus videtur contrarius ei, quod dixerat Ieremias: Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis? nullam ergo ſenſerat conſolationem. Quare Hugo, Lyra, & Dionyſius ſenſum horum verborum, & ſimilitudinem ab aquis ſumptam ſic efferunt: ſicut aquæ infideles, aliquādo fluunt, aliquando deficiunt, cum illis magis indigemus tempore æſtus, ſic plaga hæc tunc mihi adeſt, quando magis erat neceſſaria conſolatio. At dices, plaga comparatur aquis deficiētibus, Ieremias autem conqueritur de plaga perſeuerante, non ergo rectè explicatur ſimilitudo. Affert ergo Auguſtinus lib. 2. contra literas Petiliani cap. 105. Auguſt. tom. 7. & S. Thomas hunc ſenſum, vt nomine plagæ intelligantur inimici, qui Ieremiam contriſtabant malè viuendo, hi enim erant illi quaſi aquæ doloſæ, & infideles, quibus credere nemo permittitur, ſic illis Ieremias, non ſe credebat, nec confidebat ſe poſſe tranquillius degere, dum viuerent.

24 *Conuerteris.*] In Hebræo eſt futurum תָּשׁוּב Taſub conuertaris, aut conuerſus fueris, vt legit Origenes Homil. 11. in Ieremiam, & vertūt Tigurina, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus, & ita cum Vulgatus dicit, ſi conuertêris, vt futurum tranſtulit. Fuerat enim aliquanto impatientius locutus Ieremias & minus Deo fidens, & ita dicit illi Deus, ſi reſipiſcens de tua inpatientia, & incredulitate conuerti volueris ad me, ego te cōuertam, & in priſtinam amicitiam, tanquam miniſtrum verbi mei te recipiam, caruſque mihi eris, & magnam coram me fiduciam habens. ſic illud, & ante faciem meam ſtabis, exponunt Chaldæus, Theodoretus, Hugo, & Vatablus, quemadmodum enim familiaris miniſter alicuius principis, præſto illi adeſt, ipſumque coram ſemper habet, ad omnia ſibi neceſſaria eo vſurus, ita Deus miniſtros ſibi præſentiſſimos habet ſuos familiares, quos ad omnia miniſteria mittat, vt angelos, qui aſtant ante faciem illius. Cæteri interpretes Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, verbum illud, ſi conuerteris, accipiunt vt præteritum, & ita exponunt: Si hunc populum à peccatis ſuis conuerteris, ego te à

tua

à tua tribulatione conuertam, & eris mihi familiariſſimus, & probat hunc ſenſum quod addit, & ſi ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meum eris: quod iam erit explicandum.

25 *Separaueris.*] Omnes expoſitores illa verba: Si ſeparaueris precioſum à vili, ita ferè vt diximꝰ explicant. Si iuſtos ſeiunxeris ab improbis, vel ſi reduxeris ab improbitate ad virtutem tuis adhortationibus ſeiungens quod precioſum eſt nēpe virtutem; & electos meos à vili vitio, & hominibus vitioſis, ac reprobis. Hūc ſenſum eſſe verum: probat quod ſequitur: conuertentur ipſi ad te, & tu

Prædicatoris præmium. non conuerteris ad illos. Huic autem officio Ieremiæ hanc Deus mercedem propoſuit, quaſi os meum eris, hoc eſt, eris propheta meus, prolocutor meus, & interpres meus, per quem ego loquar, & mea ſecreta detegam. Sic exponunt Gre-

B

Gregor. gorius lib. 18. Moral. cap. 23. & lib. 33. cap. 22. Hug.
Mat. 10. 19. ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, iuxta illud Math. 10. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed
Luc. 21. 15. ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. & Luc. 21. Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non pote-
Philo. rūt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri: Nam & Philo libro de præmijs, & pœnis Dei interpretes vo-
Exod. 7. 1. cauit prophetas, & Exod. 7. dixit Moſi Dominus: Aaron frater tuus erit propheta tuus, hoc eſt, vt
Exod. 4. 16. 4. cap. dixerat: Ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum.

Hieronymus, & Rabanus videntur ita explicare, quaſi os meum eris, hoc eſt præceptis meis copulaberis, nam id præſtabis, quod verba mea, & præcepta mea ſolent præſtare, quæ conuertunt ani-
Pſ. 18. 8. mas, iuxta illud Pſ. 18. Lex dn̄i immaculata cōuertēs animas, teſtimonium dn̄i fidele ſapientiā præ-

C

Num. 4. ſtans paruulis. Solet autem ſcriptura os pro præ-
Prædicator verbo Dei ſimilis. cepto ponere, vt Num. 4. Iuxta præceptum domini, aut Moſis, Hebraicè dicitur ad os domini, vel Moſis: huc refertur quod dixit Chaldæus: Si renocaueris impios vt ſint iuſti, voluntatem verbi mei implebis: hoc eſt, efficies quod verbo meo eram facturus. Vatablus, & Iſidorus ita exponunt: Quaſi os meum eris, id omne quod dixeris meo nomine, ita certo præſtabo, & ratum habebo, ac ſi ego dixiſſem. Theodoretus hanc expoſitionem addit. Adſimilaberis verbo meo, quia ſicut ego verbo condidi vniuerſa, ita tu verbo perperam agentes conuertes ad virtutem.

Chryſoſ. Tom 5. Subiiciamus bis duas Chryſoſtomi expoſitiones, quæ huius operis mercedem magis illuſtrāt. Ora-
Saluti proximo rum quātopere incumbendum. tione quinta aduerſus Iudæos, ſic ait: Itidem & de fratribus collapſis cogita, putatoque te theſaurum reperiſſe nimirum occaſionem illis medendi: Etenim ſi inſtillaueris illis velut oleum ſermonis doctrinam: Si obligaueris humanitate, temperātiaque vulneratum: Si ſanaueris: ille te faciet ditiorē quouis theſauro. Qui enim eduxerit prætioſum ex indignitate, tanquam os meum erit, inquit ille. Quid huic potuit equiparari? quod neque ieiuniū, neque humi peractę cubationes, neque peruigilia, neque aliud quidpiam poteſt efficere, efficit fratris procurata ſalus. Cogita quam multa tuum os frequenter peccauerit, quam multa verba obſcœna protulerit, quam multa conuitia, quā multa maledicta euomuerit, & omnino ſuſcipies collapſi curam. Nam hoc vno beneſacto omnem il-
Prædicatoris os, eſt os Dei. lam delere maculam poteris. & quid dico delere? facies vt ſit os tuum, ſicut os Dei. Quid huic honori poſſit æquiparari? Non enim ego iſta polli-

A

ceor, ipſe Deus hoc dixit. Si vnum quēpiam eduxeris, inquit, vt os meum erit os tuum, purum ſan-
ctumque. & hom. 3. in Geneſim: Et vt ſcias, inquit *Tom 1.*
quantum bonum ſit cum ſalute noſtra & alios lucrari, audi prophetam ex perſona Dei dicentem: Qui educit precioſum à vili, quaſi os meum erit. Quid hoc eſt? qui ab errore ad veritatem, ait, manuduxerit, vel à peccato ad virtutem proximum induxerit, quantū homini licet, me imitatur. Etenim ipſe cum Deus ſit, propter nihil aliud noſtram induit carnem, & alia humana omnia ſuſtinuit, quandoquidem crucem quoque ſuſcepit, quam vt nos peccato obnoxios à maledicto liberaret. Si igitur ipſe, qui Deus eſt ineffabilis eſſentiæ, ob miſericordiam ineffabilem hæc omnia propter nos, & ſalutem noſtram ſuſcepit, cur non & nos erga fratres iuſti ſumus, agnoſcenteſque eos vt membra noſtra, & eripientes ea diaboli faucibus in viā virtutis inducimus. Nam vt anima corpore melior eſt: ita his qui indigentibus pecunias, & facultates ſuppeditant, maioribus pręmiis digni ſunt hi, qui admonendo, & continuè docendo in viam rectam ſupinos, & deſides inducunt; monſtrando eis diuinarum virtutum fragrantiam, & vitiorum maleolentiam. Hæc omnia cū ſciamus præ omnibus aliis huius vitæ curis de ſalute animarum loquamur proximis, eandem illis ſolicitudinem ingerentes. Hæc ille, & plura alia. Enim verò Chri-
ſtum filiū Dei os patris dici, ac faciem, & verbum, *Cant. 1. 1.*
quod non rediuit vacuum, ſcitum eſt. Vnde illud oſculetur me oſculo oris ſui. Ei autem aſſimilari *Similimus Chriſto quis.*
ſumma eſt beatitudo: ille autem maximè aſſimilatur Chriſto, qui ſua virtute non contentus, aliorum ſalutem obnixè procurat.

26 *Ipſi.*] Communis omnium interpretum ſenſus eſt quem diximus, vnde Chaldæus obedient, ait, ipſi verbis tuis, & tu nō reuerteris, vt erres poſt eos. Iſido. explicat hoc modo: Cupient ipſi amicitiam tecum contrahere; videlicet cum videant fauorē, quo te proſequetur Nabuchodonoſor: at tu non [illegible] eris vt amicus eis ſis. Poſſunt & hunc ſenſum [illegible] hæc verba. Ipſi ſunt qui conuertendi ſunt [illegible]rte, & qui ambituri ſunt tuam amicitiam, & tuos mores imitaturi; At tu tanta à me virtute indueris, vt non ſit tibi neceſſe eos tibi amicos habere, nec in re minima eorum voluntati indulgere, & acquieſcere moribus, quia dabo te vt murum æreū. Vel ipſi conuertentur contra te, tu verò non cedes eis, quia dabo te vt murum æreum: nam ego protector tuus ero; & liberabo te de peſſimis qui-

D

buſque, præcipuè ſacerdotibus, & pſeudoprophetis, vt intelligit Lyra, & de fortibus, aut tyrannis, nempe de regibus, & principibus, iuxta id, quod Deus promiſerat in initio huius prophetiæ cap. 1. cum dixit, ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam & in columnam ferream, & in murum æreum, ſuper omnem terram: regibus Iuda, principibus eius, & ſacerdotibus, qui omnes fuere inſtar lignorum comburendorum, verba vero Iere-
miæ vt ignis, ex cap. 5. 14. & ſicut ignis omnia con- *Ierem 5. 14.*
uertit in ſe, & ipſe in nihil conuertitur: ita Ieremias omnem populum erat ad ſe attracturus, ipſe vero ad nullum eorum conuertendus, neque illi in ali-
quo malo conſenſurus. Huuc ſi imitarentur præ- *Prælatorū munus.*
lati, qui tanta & tam ignea charitate vigerent, vt omnes ſubditos ad ſe cōuerterēt, & ad ſe imitādos inducerent, non tā facile illis, eorumque moribus morē gererent, & vitiis eorum ſe commacularēt.

PARAPHRASIS.

Subloſia

ET locutus eſt mihi dominus ad hunc modum dicens. Ne vxorem accipias, ne filios, aut filias habeas in vniuerſa hac terra[1] Iudeæ. Quia tam filij, & filiæ, qui in Iudæa generãtur, quã matres quæ eos pepererunt, & patres, qui eos genuerunt, variis[2] ægrotationibus ex fame profectis interituri ſunt. Nullus erit, qui plangat eos, neque qui ſepeliat. Sed fame, gladio ve conſumpti, inſtar ſtercoris iacebunt in ſuperficie terræ, eorumque cadauera volatilibus, beſtiiſque laceranda obiecta erunt. Et adiecit dominus mihi. Ne domum adeas alicuius defuncti ad parentale[3] conuiuium, neque eas ad plangendum eum, neque ad conſolandos cognatos illius, quia abſtuli pacem meam à populo iſto, ait dominus, miſericordiam ac miſerationes, & certè interituri ſunt omnes huius regionis incolæ, magni & parui non ſepelientur, neque plangentur: nemo ſe pro eis[4] incidet, nemo decaluabit: aliove exteriore ſigno proſequetur eos honore, Nemo qui ſuperſtiti lugenti[5] frangat panem, quo eum conſoletur ſuper mortuo ſuo: neque qui calicem propinet ad conſolandum filios pro patre, ac matre mortuis. Ne ergo alicuius domum ingrediaris ad conuiuium, vt ſedeas cum eis ad edendum & bibendum. Quia ſic iterũ dixit dominus exercituũ Deus Iſrael. Ecce ego efficiã vt ceſſet in hac regione, vobis aſpicientibus in vita veſtra, vox lætitiæ, & gaudij, vox etiã ſponſi, & ſponſæ exultantiũ. Cũ autẽ annũciaueris huic populo cuncta verba hæc: Si dixerint tibi, quare locutus eſt dominus cõtra nos hoc omne tam ingens malũ: aut quæ iniquitas noſtra, quod ve peccatũ commiſimus contra eũ? reſpondebis tu illis: Quia dereliquerũt me patres veſtri, ait dñs, & ſecuti ſunt deos [...] eiſq; ſeruierũt, eoſq; adorauerũt: dereliquerunt, inquã, me, & legẽ meã non cuſtodierũt. Sed & vos peius egiſtis quã patres veſtri: Nã ecce vnuſquiſq; veſtrũ ſequitur prauã libidinẽ cordis ſui mali quominus me audiat. Idcirco eijciã vos de terra hac in terrã Chaldæorũ, quã nec vos noviſtis, nec patres veſtri, vbi dië noctuque ſeruietis dijs alienis abſq; vlla requie,[6] cogentibus vos hoſtibus ad cultũ eorũ.[7] Venient tamẽ dies, quãdo liberabimini: tãta cũ exultatione, vt obliuioni tradatur prior Ægypti liberatio: nec vltra in iureiurando dicetur, Viuit dñs, qui eduxit Iſrael de terra Ægypti: ſed viuit dñs, qui eduxit Iſrael de terra Aquilonis, & de vniuerſis terris, ad quas eiecerat eos. Reducet enim eos ad terram ſuam, quam dederat patribus eorum. Sed prius vltionem ſumet de eis. Nã ecce ego, ait dominus, mittam multos ex Chaldæis[8] piſcatores, & piſcabuntur, quaſi reti ciues Ieruſalẽ, vrbe obſeſſa: & ſi qui effugerint, mittã ex eis venatores poſt eos, qui venabuntur eos, extrahẽtq; ex omni mõte, & ex omni colle, imo & ex petrarũ cauernis ſi qui in eas ſeſe abdiderint: quia oculi mei ſunt intẽti ſuper omnes vias eorũ, nulla ratione vultum meum effugient, neque conſpectui oculorum meorum, poterunt celari eorũ iniquitates.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

ET factum eſt verbum domi- 1
ni ad me dicẽs: | Non accipies 2
vxorem,[1] & non erunt tibi fi-
lij, & filiæ in loco iſto. | Quia 3
hæc dicit dominus ſuper fi-
lios, & filias, qui generantur in loco iſto, &
ſuper matres eorum, quæ genuerunt eos: &
ſuper patres eorum, de quorum ſtirpe ſunt
nati in terra hac: | Mortibus[2] ægrotationum 4
morientur: nõ plangentur, & non ſepelien-
tur, in ſterquilinium ſuper faciẽ terræ erũt:
& gladio, & fame conſumentur, & erit ca-
dauer eorum in eſcam volatilibus cœli, &
beſtiis terræ. | Hæc enim dicit dominus: Ne 5
ingrediaris domum[3] cõuiuij, neque vadas
ad plangendum, neque conſoleris eos: quia
abſtuli pacem meam à populo iſto, dicit
dominus, miſericordiam, & miſerationes.
| Et morientur grandes, & parui in terra iſta: 6
non ſepelientur, neque plangentur: & non
ſe[4] incident, neque caluitium fiet pro eis.
| Et non[5] frangent inter eos lugenti panem 7
ad conſolandum ſuper mortuo: & non da-
bunt eis potum calicis ad conſolandum ſu-
per patre ſuo & matre. | Et domũ conuiuij 8
non ingrediaris, vt ſedeas cũ eis, & comedas
& bibas: | Quia hæc dicit domin⁹ exercituũ 9
Deus Iſrael: Ecce ego auferam de loco iſto
in oculis veſtris, & in diebus veſtris vocem
gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, &
vocem ſponſæ. | & cum annunciaueris po- 10
pulo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi:
Quare locutus eſt dominus ſuper nos om-
ne malũ grãde iſtud? quæ iniquitas noſtra?
& quod peccatum noſtrum, quod peccaui-
mus domino Deo noſtro? | Dices ad eos: 11
Quia dereliquerunt me patres veſtri, ait do-
minus: & abierunt poſt deos alienos, & ſer-
uierunt eis, & adorauerũt eos: & me dereli-
querunt, & legem meã non cuſtodierunt:
| Sed & vos peius operati eſtis, quam patres 12
veſtri: ecce enim ambulat vnuſquiſq; poſt pra-
uitatem cordis ſui mali, vt me non audiat:
| Et eiiciam vos de terra hac in terram, quã 13
ignoratis vos, & patres veſtri: & ſeruieris ibi
diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vo-
bis[6] requiem. | Propterea ecce dies[7] veniũt, 14
dicit dominus, & non dicetur vltrà: Viuit
dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Æ-
gypti, | ſed, Viuit dominus, qui eduxit filios 15
Iſrael de terra Aquilonis, & de vniuer-
ſis terris, ad quas eieci eos: & reducam
eos in terram ſuam quam dedi patribus
eorum. | Ecce ego mittam[8] piſcatores 16
multos, dicit dominus, & piſcabunt eos:
& poſt

& poſt hæc mittam eis mulros venatores, &
venabuntur eos de omni monte, & de om-
17 ni colle, & de cauernis petrarum. | Quia o-
culi mei ſuper omnes vias eorum: non ſunt
abſconditæ à facie mea, & non fuit occul-
18 tata iniquitas eorum ab oculis meis. | Et
reddam primum ' duplices iniquitates, &
peccata eorum: qnia contaminauerunt ter-
ram meam in morticinis idolorum ſuorum,
& abominationibus ſuis impleuerunt hære-
19 ditatem meam. | Domine fortitudo mea,
& robur meum, & refugium meum in die
tribulationis: ad te [10] gentes venient ab ex-
tremis terræ, & dicent: Verè mendacium
poſſederunt patres noſtri, vanitatem quæ
20 eis non profuit. | Nunquid faciet ſibi homo deos, & ipſi non ſunt dij? | Idcirco ego
21 oſtendam eis per vicem hanc, oſtendam eis manum meam, & virtutem meam: & ſcient
quia nomen mihi dominus.

Itaque antequam reducam eos ' duplas mihi rependēt pœnas, pro iniquitatibus, & peccatis ſuis; quibus contaminauerunt hanc terram meam, cadaueribus nempe hominum, quos idolis ſuis immolauerunt, & abominationibus ſuis, quibus impleuerunt hæreditatem meam. [Ieremias] Domine fortitudo mea, petra mea, & refugium meum in die tribulationis, ad te [10] gentes venient de finibus terræ, & dicent. Profectò maiores noſtri per longum tempus coluerunt deos mendaces, & qui eis nihil vtilitatis attulerunt. Nec enim homo deos facere poteſt, & idcirco quos facit nō ſunt dij Propterea ecce ego, ait dominus, oſtendam eis hac vice, oſtendam inquam eis manum meam, id eſt, potentiam meam, vt ſciant nomen mihi eſſe Dominus, quod præſtare poſſum, quod fuerim comminatus.

ARGVMENTVM.

PErſtat propheta in manifeſtanda futura Iudæis calamitate, & cauſa illius idolatria: reditum promittit è Babylone, fæliciorem quam olim ex Ægypto, poſt vltionem grauiſſimam ſumptam de Iudæis: & de gentibus ob vetuſtum idolorum cultum.

COMMENTARIVS.

1 IN *loco.*] Cū dicitur prophetæ ne vxorē accipiat in loco iſto; per locum iſtum Vatabl. intelligit patriam Ieremiæ Anarboth. Sed melius Lyra, & Dionyſios vniuerſam Iodæam intelligunt, & præcipuè Ieroſolymam, & cauſa reddita, quia tam patres, qoam filij in futura per Chaldæos vaſtatione erant interituri: At vaſtatio illa noo tantum vrbē Anathoth, aot Ieroſolymam: ſed Iudæam vniuerſam erat comprebenſura. Colligunt ex hoc loco Lyra, & Dionyſius Ieremiæ virginitatem, de qua diximus in primo capite Iſagoges ad hūc prophetam. Quod ſi, vt notat benè Hieronymus, tempore imminentis captiuitatis vetatur propheta vxorem ducere, ne tribulationem carnis habeat, & ſuper dolorē propriū vxoris, ac liberorū miſeriis torqueatur: quāto magis Apoſtolus iobet, quod abbreuiatū eſt tēpus, & imminet cōſummatio, vt qui habēt vxores ſic ſint quaſi non habeāt: Reddit rationē Paulos, dicēs: Volo autē vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo: Qui autem cū vxore eſt, ſollicitos eſt quæ ſont mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſos eſt, & quæ nopta eſt cogitat quæ ſunt mundi, qoomodo placeat viro. & ſupra: Si nopſerit, inqoit, virgo non peccauit, tribolationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Nam cum amor diuiſus ſit erga vxorem, & filios, ſicut gaodet pater de bonis accidentibus aot vxori, aut ſingulis filiorum, ita doler grauiter de malis eorum, ac de ſuis. & hæc eſt tribulatio carnis, quam patitur. Cauſa autem peculiaris, cur imminente captiuitate prohibeatur propheta vxorem ducere, ea ipſa eſt, propter quam iuſſus eſt cap. 32. emere agrum conſobrini ſui, ſicut enim hac emptione ſignificatus eſt reditus filiorū Iſrael in terram ſuam; ita illa prohibitione ſignificatur ſceleris deſtructio terræ, & captioitas immines & vniuerſum interitus.

Ierem. virgo. — *1. ad Co. 7. 28.* — *Tribulationē carnis coniugati ferunt.* — *Iere. 32.*

2 *Ægrotationum.*] Omnes exponunt longa infirmitate morituros Iudæos ex fame, peſteque exorta. Chaldæus, Iſidorus, & Vatablos, de ægrotatione ex fame ſola intelligunt. Morte, ait Chaldæus, ægrotationum famis morientur. Nam inferios dicitur, fame conſumentur. Vt noueris infirmitates, & longas ægritudines ex Dei ira prooenire ſolere, nam Ioram filius Ioſaphat infirmitate contabuit. & Apoſtolus docet ægrotare eos, & tabeſcere, & mori, qui ſancta violarint. Sunt nihilominus, qui aliter hunc locum interpretentur: nam quia Hebraico nomini præponitur præpoſitio מן min, à de, vel ex ממותי memothe, & ita vertitur; à mortibos ægritudinum morientor, hoc eſt præ, vt illod Luc. 18. deſcendit hic iuſtificatus ab illo, id eſt, præ illo. Volunt honc eſſe hoius hemiſtichij ſenſom. Aliis mortibus quam ſunt mortes ægritudinum morientur: nempe, vel fame, peſte, aot gladio. Verùm cum ceteri omnes & LXX. & Vulgatus, & Chaldæus, Tigurina, Pagnioos, Vatablus, & Iſidorus priori modo ioterpreteotur, illom amplectamur, neceſſum eſt.

Infirmitas ex Dei ira promanat aliquando. — *Luc. 18. 14.*

3 *Conuiuiy.*] Hebræum nomen מרזח Marçeah, Hebræi, Pagninus, & Vatablos transferunt, luctus, & Vulgatus Amos 6. 7. vertit factionem, cum dixit: Et auferetur factio laſciuientiom. Vbi Pagninos, & Vatablos legunt, Appropinquabit luctus ſe extendentium. & infra hoc ipſo capite verſo 8. cum

Amos 6. 7.

repetitur eadem ſententia; Et domum conuiuij ne ingredieris, aliud nomen eſt משתה Miſteh, quod cõpotationem, aut conuiuium ſignificat, vt etiã Lxx. verterunt, qui tamen hoc loco dixerunt; Ne ingredieris ad choros eorum. Sed nomen illud *Parentale conuiuium.* ſignificare conuiuium parentale, ſeu cœnam exequialem, aut epulum funebre, aſſerit Hieronym. Vulgarus, Tigurina, & R. Salomon. Nam moris fuit lugẽtibus, ait Hieronymus, ferre cibos, & præparare conuiuium, quæ Græci περίδειπνα vocant, & à noſtris vulgo appellantur parentalia, eo quod parentibus iuſta celebrentur. Dicit & alibi ſcri- *Prou. 31 6.* ptura diuina, Prou. 31. Date vinum his, qui in luctu ſunt, vt videlicet obliuiſcantur doloris. Huius e- *Tob. 4. 18.* puli videtur Tobias meminiſſe cũ cap. 4. verſ. 18. dixit filio ſuo: Panem tuum, & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus, ac ſi dixiſſet: Inſtrue conuiuium, & voca fideles pauperes, vt orẽt pro defunctis. Nam & hodie affines defuncti conuiuium faciunt: & mittunt cibum, & potum pauperibus, & religioſis, vt orent pro anima defuncti. *Perſius.* Fuit & hoc Gentibus conſuetum, vnde Perſius Satyra 3. Sed cœnam funeris hæres negliget, ira- *Plinius.* tus quod rem curtaueris. Plinius de viris illuſtribus cap. 32. Mortuo huic tantum ęris populi liberalitate congeſtum, vt inde filius viſcerationem, & *Lucian.* epulas publicè daret. Lucianus de luctu. Poſt hęc omnia, inquit, ſupereſt exequialis cœna: iamque adſunt neceſſarij, vt defuncti parentes conſolẽtur: ſuadentque vti cibum capiant: quamquam illi nõ illibentes ad id compelluntur: quippe perpetuum *Pollux.* iam triduum enecti fame. Athenis auctore Polluce per funeris præfectos epulum apud defuncti maximè neceſſarium dari conſueuit. & Scythas, *Herodo.* cùm decedebant proximi quique, vt refert Herodotus lib. 4. in plauſtris collocatos ad amicos circumferebant. Eoſque ſinguli amicorum, excipientes epulum cadauer comitantibus præbebãt, tam propinquis, quam ceteris. Præcipit ergo prophetæ Deus, ne vllo conſolationis genere proſequatur ciues ſuos: etiam cum defunctos deflẽãt, vt ſentiant pœnam ſcelerum ſuorum, de hoc funebri conuiuio intelligunt hunc locum, vt diximus: Hieronymus, Rabanus, & Hugo, quamuis Theodoretus, Lyra, & Dionyſius de quouis conuiuio exponunt, ne lætetur cum his qui lætantur, cùm deflere deberent: nam de cœna exequiali ſermonem eſſe, quæ ſequuntur ſatis manifeſtant.

Leuit. 19. 28. 4 *Incidet.*] Prohibitum erat Iudæis ſe incidere, aut caluitium facere pro mortuo: ſic dicitur Leuit. 19. 28. & ſuper mortuo nõ incidetis carnem veſtram, neque figuras aliquas, aut ſtigmata facietis vobis. *Deu 14. 1.* & Deuteronom. 14. 1. Filij eſtote domini Dei veſtri: non vos incidetis, neque facietis caluitium ſuper mortuos: quoniam populus ſanctus es domino Deo tuo, & te elegit, vt ſis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus, quę ſunt ſuper terram. *Iudæi barbaritus ſe incidere.* Nihilominus hac ſingulari nobilitate deſpecta, Iudæi volentes magis gentium moribus aſſueſcere, quam Dei eſſe populus peculiaris, incidebãt ſe, & decaluabant in funeribus. Vnde Hieronymus hîc ait: Mos hic fuit apud veteres, & vſque hodie in quibuſdam permanet Iudæorum, vt in luctibus incidant lacertos, & caluitium faciant: quod etiam Iob feciſſe legimus. Scytæ in funere regum, inquit *Herodo.* Herodotus lib. 4. Aurem decidunt, crinem circuntondunt, brachia circuncidunt, ſiniſtrã manum ſagittis traiiciunt. & Lucianus libro de luctu meminit comæ dilaniationis, & generum cruentationis. *Lucian.* vt Plutharchus in conſolatoria ad Apollonium: *Plutha.* Barbarorum quidam, ait, partes corporis abſcindunt, nares, ſcilicet atque aures, reliquum quoque corpus plectentes: quod & multis aliis gentibus conſuetum fuit. Significat ergo Deus tam præproperum exitium futurum, & adeo ingẽs, vt nullus relinquẽdus ſit qui honore aliquo funebri proſecuturus ſit mortuos.

5 *Frangent.*] Ex Hebræo ſic habet ad verbum hæc ſententia, & non diuident eis in luctu ad conſolãdum eum ſuper mortuo: nam nomen אבל Ebel luctum ſignificat, vt patet ex cap. 27. Gen. 41. vbi *Gen. 27. 41.* Eſau ait: Venient dies luctus patris mei. & ita hoc loco vertunt Lxx. Chaldæus, ceterique interpretes. Solus Vulgatus, & Hieronymus verterũt hîc, lugenti, vel quia legerunt nomen Hebræum cum camez pro ęere, nempe abel, quod eſt lugens, pro ebel luctus, vel quia ad ſenſum reſpexerunt: nam cum luctus ſit lugentium, qui conſolatur in luctu, lugentes conſolatur. De verbo illo יפרסו Ipreſu, quod eſt futurum verbi פרס Paras, eſt controuerſia inter interpretes quid hîc ſignificet. Nam Dauid Kimhi in commentario huius loci exiſtimat eſſe expandere manus in luctu, eaſque præ dolore cõplodere: & hoc ſignificatum, amplexus eſt Vatablus. At in libro radicum, pro extendere accipit, ſic vertens. Non extendent ſe eis, nec venient ad conſolandum eum. id eſt, ſingulum eorum, ſuper mortuo: hoc eſt, non plangent ſuper mortuis, neque viuentes conſolabuntur: & ita intelligunt Pagninus, & Vatablus, vel pro confringere, & lacerare corpus, vt fieri ſolere diximus in funeribus, & ita hîc dicet, & non incident cutem ſuam ſuper mortuis, neque conſolationem accipient à viuentibus. Nihilominus concedit etiam Dauid Kimhi hoc loco ſignificare frangere, ſcilicet panem, qui mos erat veteribus, vt ait Ioſeph Kimhi: nam hic auctor & Vatablus illud Threnorum 1. 17. Ex- *Thre. 1 17.* pandit Sion manus ſuas, non eſt qui conſoletur eam, illi vertunt: Fregit Sion manibus ſuis, ſupple panem, quo refert Ieremias te exhibitum, quod hoc loco comminatur. In hac autem ſignificatione ſolere accipi hoc verbum in ſcriptura, vt patet ex Threnorum 4. 4. paruuli petierunt panem, & *Thren. 4 4.* non erat qui frangeret eis. & Iſa. 58. 7. nonne fran- *Iſa. 58. 7.* gere eſurienti panem tuum? Rectè ergo noſter interpres in hac ſignificatione accepit ſupplendo panem; quia ſequitur. Nec potabunt eos poculo conſolatorio ſuper patre ſuo, & matre. iuxta illud Prou. 31. Date vinum mærentibus, & ſiceram his *Prou. 31 6.* qui amaro ſunt animo: bibãt, & obliuiſcantur doloris ſui: in qua ſignificatione accepit ſimiliter Chaldæus. Ait igitur Deus nullum futurum genus conſolationis lugentibus mortuos, in tempore calamitoſo vaſtitatis Ieroſolymorum. Iubetq; prophetæ ne ſe commiſceat, neque lugentibus vt lugeat; neque lætantibus, vt cum illis lætetur: nam *2. Io. 10* cum peccatoribus nec cibum eſſe ſumendum, nec aue eis dicendum iuſſit Apoſtolus: niſi vt capite *1. Cor. 5. 11.* præcedenti dictum eſt Ieremiæ, ipſius mores illi exprimerent. Hieronymus, & cum eo Raban. & Hugo notant, iuſta debere celebrari his, qui cõmuni iure naturæ moriuntur, iuxta illud Eccl. 22. *Eccl 22. 10. 11* Supra mortuum plora, defecit enim lux eius, & modicum plora ſuper mortuum, quoniam requieuit: quod omnium gentium conſuetudine probatum

batum eſt, non tamen his, quos Dei occidit ſentẽtia. Verùm cum eos etiam, qui Dei ſententia decedunt, conſuetum ſit poſtremo honore proſequi, niſi expreſsè id prohibuerit: aliam huius rationem, aſſignemus oportet accommodatiorem rei, qua de agitur; quam affert Hugo, nempe hoc prohibitum eſſe Ieremiæ in ſignum, vt ſuo facto exprimat ſolitudinem futuram, & infœlicitatem quæ tanta erat futura, vt nemo ſupereſſet, qui hæc quę communi gentium iure tribuuntur defunctis, & eos lugẽtibus tribueret, vt vel hac comminatione, populũ, qui cum loquebatur ad meliorem frugem reduceret.

6 *Requiem.*] Hebraicè dicitur: Quia nõ dabo vobis miſericordiam, hoc eſt, non reddam vobis hoſtes miſericordes, & clementes, ſed immiſericordes potius, & inclementes, quia vos compellent ſuis idolis ſeruire. Sic Theodoretus, Chaldæus, & Vatablus. Suppoſitum verbo, dabunt aſſignantes hoſtes Chaldæos: nam Paraphraſtes Chaldæus per deos alienos intellexit cultores deorum alienorũ, dicens: Seruietis ibi populis colentibus idola die, ac nocte, qui non erũt vobis miſericordes. Si autẽ ſuppoſitum aſſignemus, deos, ſenſus erit. Dij ipſi non vos eripient à veſtra calamitate, vt intelligũt Hugo, & Dionyſius: vel ſecundum Hieronymum & Rabanum, dij ipſi non dabunt vobis requiem, aut miſericordiam, quia dæmonum impulſu delicta augetis delictis, & cumulum facietis, peccatorum: cum die ac nocte vos ad id cogere non ceſſent. Rectè ergo Vulgatus ſecutus Lxx. & Chaldęum ad ſenſum reſpiciens, verbum, dabo, vertit per tertiam perſonam, dabunt: quia deſerente Deo Iudæos, nec dij, nec cultores eorum futuri erant clementes Iudæis. Colligunt hinc Lyra, & Dionyſius Iudæos Babylone idola coluiſſe, nec mirum cum eos deſeruiſſet Deus. Quam ergo requiem habebunt impij dæmoni traditi in ſeruitutem, quę valde aliena eſt ab humana dignitate, non eſt pax impiis, dicit dominus, Iſa. 57. Et peccata peccatis accumulant, cogentibus eos libidinem prauã ſequi cordis ſui; vt tandem in infernum detruſi, vt olim Iudæi Pharaoni, Exodi 5. Sic illi dæmoni ſeruiant dũra, & æterna ſeruitute.

Iudæi Babylone deos coluerant

Iſa. 57. 21.

Exo. 5. 7

7 *Venient.*] Læta interſerit triſtibus, ne ob tantorum malorum comminationem deſperent Iudæi: pollicetur ergo illis reſtitutionem, & redẽptionem è captiuitate. Sed interpretes tribus modis exponunt his verbis promitti redemptionem. Nam quidam, vt Iſidorus, exiſtimant promitti redemptionem per Chriſtum factam, per quem tam Iudæi; quam Gentes redempti ſunt è captiuitate diaboli, & peccati. Hunc autem eſſe huius ſenſum prophetiæ probari poteſt in primis; quia redemptionem, quam hîc Deus pollicetur, dicit adeò admirabilem futuram, vt liberationem de Ægypto toties decantatam obliuioni ſit traditura quaſi minus admirabilem; Sed hoc non eſſet verum, ſi de Babylonica liberatione ſit promiſſio: eſſet autẽ maximè, ſi de redemptione per Chriſtum intelligatur, vt omnibus compertum eſt. De hac ergo, & non de illa debet intelligi: Nam quod minus multo admirabilis fuerit liberatio è Babylone facta, quam ex Ægypto patet, tum quia in illa populus Iſraeliticus liberatus eſt à grauiori iugo, & lõgiori, 215. annor. Babylonica autẽ durauit ſolis 70. annis: tũ quia in illa facta eſt cũ maximis miraculis & portẽtis, hæc autẽ nõ ita: tũ quia in illa exiit populus liber ab omni iugo gentiũ in hac vero, ſubiectus iugo Perſarũ: tũ deniq. quia poſt liberationẽ è Babylone adhuc celebrabatur liberatio de Ægypto facta. Siquidem vſque ad Chriſtum Paſcha celebrabatur, vt paret Luc. 22. in illius memoriam. Non ergo loquitur propheta in hoc loco de redẽptione facta è ſeruitute Babylonica. Præterea, quia non videtur verùm, quod reducturus ſit Iudæos de vniuerſis terris, ad quas eiecerat eos. Siquidem tantum in Chaldæam eiecerat: & tamen eſt verum de liberatione facta per Chriſtum. Et demùm, quia dicit reducturum eos in terram ſuã, quam dederat patribus eorum: At patribus eorum non dederat terram Chanaan, ſed promiſerat terram ſpiritualem Eccleſiæ. Dicit enim Stephanus, cap. Actorum 7. de Abraham, Deum tranſtuliſſe eum in terram Iudeæ, & non dediſſe illi hæreditatem in ea, nec paſſum pedis, ſed repromiſiſſe dare eam illi in poſſeſſionem, & ſemini eius poſt ipſum. Iuxta hanc intelligentiam multa ex his quę ſequũtur in hoc capite exponuntur de tempore Chriſti, vt de Apoſtolis, id quod dicitur de piſcatoribus, & venatoribus, & ſimilia.

1. expoſitio. Chriſtus promittitur redditor.

Luc 22. 7.

Act. 7. 5

Hieronymus tamen, quẽ ſequuntur Rabanus, & Hugo aſſerit hanc prophetiam iuxta literam ſub Zorobabele, & Ieſu Pontifice, & Eſdra ex parte completam eſſe; iuxta intelligentiam ſpiritualem veriùs, atque perfectiùs in Chriſto complendam deſcribi: & ita quædam competunt liberationi, è captiuitate Babylonica, vt quod educti ſint Iudæi è Babylone, & reducti in terram patribus eorum datam: quædam liberationi per Chriſtum, vt quod hæc illam de Ægypto obſcurauerit: & quod facta fuerit reducendo ex vniuerſis terris, quod complebitur in fine mundi, dicente Apoſtolo ad Rom. 11. Poſtquam ſubintrauerit plenitudo Gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet, atque hoc probant rationes pro intelligentia præcedenti adductæ. Quod autem hanc vocat intelligentiam ſpiritualẽ Hieronymus, non ideò vocat quod non ſit literalis: ſed quod ſpiritui, & gratiæ euangelicæ deſeruiat. Sic enim eiuſmodi ſenſus vocare ſolet hic ſanctus doctor. Tertia nihilominus interpretandi ratio eſt verior, & his, quæ dicuntur conformior, ac planior, quam ſequũtur Chaldæus, Paraphraſtes, Theodoretus, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius & Vatablus, quod hic promittatur liberatio è captiuitate Babylonica. Satis enim planè verba omnia huius prophetiæ, propriè accepta hunc ſenſum nobis tradunt: vt cum rationibus oppoſitis reſponderimus patebit. & Hieronym. quidem, & qui eum ſecuti ſunt, non reſpuunt hãc interpretationem; quamuis iuxta ſenſum ſpiritualem, & myſticum de Chriſti redemptione per allegoriam exponant.

2. expoſitio.

ad Rom. 11. 26.

3. expoſitio.

Ad primam ergo rationem reſpondetur verbis prophetæ non factam comparationem inter liberationem è Babylone, & ex Ægypto, quaſi illa fuerit hac admirabilior, ſed ſimpliciter dictũ hoc nouo ingenti beneficio vetus illud obliuioni tradendum, quantũuis inſignius, & admirabilius fuerit.

Rationibus oppoſitis ſatisfit.

Ad ſecundam rationem dicimus maximè conuenire liberationi factæ è Babylone reductionem, ex vniuerſis terris: nam ex omnibus illis terris reduxit Deus populum ſuum, ad quas eiecerat eum: At capite præcedenti cõminatus fuit, & dabo eos in feruorem vniuerſis regnis terræ, multi enim fugerant ad Moabitas, multi ad Ammonitas, &

Idumæos, multi in Ægyptum, & multi apud Medos, & Perſas morabantur: è quibus omnibus terris reducti ſunt, tempore Cyri, per Zorobabelem, & Ieſum, ac Eſdram.

Ad tertiam rationem dicimus Deum non dediſſe veſtigium pedis Abrahæ in terra Chanaam tunc, cùm voluit illum cum ſemine eius peregrinum vixiſſe in terra aliena; At poſt exitum de Ægypto dedit illam poſteris Abrahæ, omnibus geotibus eam incolentibus vel ſubiectis, vel expulſis, ad quam terram datam patribus, qui exierunt ex Ægypto, reducti ſunt filij è captiuitate Babylonica: quanuis hæc omnia in figura contigerint illis, ſignificante omnia, quæ per Chriſtum nobis ſunt præſtita beneficia.

8 *Piſcatores.*] Chaldæos piſcatorum nomine, ac venatorum intelligunt Theodoretus, Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus, & meritò: nam ex ratione ſubiūcta, quia oculi mei ſuper omnes vias eorum, & quæ ſequuntur, conſtat comminari Iudeæ vaſtitatem per Chaldæos, qoi ciues Ieruſalē, vt piſces, reti obſidionis cinxeruot, & ceperunt: iuxta illud *Ezech. 12.13.* Ezechielis 12. Extendam ſuper eum, Sedeciam videlicet, rete meom, & capietur in ſagena mea. Poſtea verò regem cum priocipibus fugientem per ſolitudinem Iericho, quſi veoatores feras, ſunt inſectati, & comprehenderunt, extraxerunt ex latibulis omnibus, ad quæ ſe receperant, vt refertur 4. *4 Reg. 25. 4.* Regum vltimo: Et quanuis Iudæi, vt aſſerit Hieronymus, & ſanctus Thomas per venatores intelligant Romanos: ſed falsò id quidem; quia ſicut de ſola Babylonica captiuitate hîc ſermo eſt, ita de ſolis his, qui venati ſunt Iudæos vt adducerent Babylooem, nempe de Chaldæis.

Nihilominus ex veteribus non pauci, vt Origenes *Apoſtoli piſcatores. Origen.* homil. 12. in Ieremiam: Tertullianus lib. 4. aduerſus Marcionem cap. 9. *Tertul.* Ambruſius ſermo. 6. in *Ambr.* Pſalm. 118. *Hieron.* Hieronymus hoc loco: Ezechielis 28. *Auguſt.* & Math. 13. Auguſtinus tract. 10. de vtilitate ieiunij cap. 9. Rabanus etiam, & Iſidorus, hunc locum de Apoſtolis, viriſque apoſtolicis intelliguot; nam *Mat. 4. 18.* Apoſtoli Mat. 4. Piſcatores dicuntur à Chriſto, iuxta artem in qua ſe exercuerunt. & *Mat. 13. 47.* Mat. 13. Regnum cœlorum dicitur ſagena, & viri apoſtolici homines per montes, colleſque dioerſorom vitiorum vagantes tanqoam feras, & in cauernis petrarum, variarum nempe conſuetudinum peſſimarū morantes venati ſunt, & ad Chriſtom manſuetiores factos adduxerunt.

Senſus quidem bonus, ſed ſpiritualis & myſticus ſi ad nomina tantum piſcatorum, & venatorum attendamus. Si verò ad ſenſum literalem, quem adduximus, cum Apoſtoli, virique apoſtolici non fuerint à Chriſto miſſi, vt piſcarentur, ac venareotur ciues Ieruſalem, & captiuos ducerent Babylonem: ſed è conuerſo, vt è Babylooe reoocarent Ieroſolymam. *Dæmones piſcatores.* Accommodatior erit ſenſus allegoticus, ſi per piſcatores intelligamus dęmones, quos Deus permittit in huius mondi magno mari, vt piſces in eius aquis immerſos, & liberè oberrantes piſcentur, & in infernum detrudant. Per venatores ſimiliter eoſdem ipſos, qui varijs muſcipulis, ac tentamentis feros homines, qui nolunt aſſuefieri ad virtutem, per montes colleſquè vagantes, & in cauernis terræ latitantes venentur, & in caueas vitiorum includant: & tandem ſi nolint Chriſti redemptionem potiri æternæ captiuitati mancipētur. *Habac. 1.14.* Nam & propheta Habacuc hac vſus ſimili-

A todine Nabuchodonoſorem piſcatori comparat: piſcaturam dæmoois adumbrantem; qui totum in hamo ſubleoauit, traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuū. Super hoc lætabitur, & exultabit, & gloriabitur io ſagena ſua, & ſacrificabit reti ſuo, quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus: & ſorte ſoa fœlici excitatus non ceſſat expandere ſageoam ſuam, ne parcit ioſidiari hominibus.

9 *Duplices.*] Hebraicè dicitur: Et reddam prius duplum iniquitatibus eorum, & peccatis eorum, hoc eſt, prioſquam accedat hoc tempus quo eos liberabo, meritas pœnas dabunt; ſic omoes intelligunt. Sed per duplices, licet qoidam ex interpretibus exponant duplicia peccata oris, & operis, aut in Deum, & proximum: aut quia grauiora erant B peccata Iudæorum, quam gentium, quia ſeruus *Luc. 12. 47.* ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens plagis vapulabit multis, vt ait Hieron. & cum eo Rab. & Dionyſ. alij vt Iſidorus, intelligant peccata patrum, & filiorum, qui peius operati ſont quam illi. vt hoc ipſo capite dictum eſt. & Leoit. 26. prædictū eſt, v. 39. Et propter peccata patrum ſuorum, & ſua *Leuit. 26.39.* affligentur: Nihilominus verius videtur hac forma loqueudi ſignificari grauiſſimam pœnam, & ingentem vltionem, quam ſomprorus erat Deus de Iudæis: nam Leuit. 26. frequenter comminatur Deus ſe rediturum pœnas ſeptuplom, hoc eſt grauiſſimas. Sic enim Iſ. 40. 2. dicitur: Suſcepit de ma- *Iſ. 40. 2.* nu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis, hoc eſt ſatis abundè caſtigata eſt, & c. 61. 7. pro confu- *Iſ. 61. 7.* ſione veſtra duplici, & rubore laudabunt partem C eorum: propter hoc in terra ſua doplicia poſſidebūt, lætitia ſempiterna erit eis, hoc eſt, pro magna, & multiplici cōfuſione, magna, & multiplici portione donabontur. Sic modo, poſtquam vltionem ſumpſero grauiſſimam & multiplicem, pro menſura iniquitatum, ac peccatorum, tunc eruam eos de captiuitate. Non quod Deus velit prius punire, quā miſereri, cum alienum ſit opus illud ab eo, ſed *Iſa 28. 21.* quod homo niſi punitus ſuam miſeriam, Deique miſericordiam non recognoſcat, qui eius miſerea- *Iſa. 28. 19.* tor, cum vexatio det intellectum.

10 *Gentes.*] Ieremias ad compellendom Deum ex ſuperioribus excitatus, & ad commēdandam eius virtutem in liberandis afflictis in tempore afflictioois eorum: & reducendis ad ſe idolulatris: vaticinatur eiuſmodi conuerſionem. Sed eſt graue *Quæſtio de qua reductione hic ſit ſermo* dubium, vtrum loquatur de reductione Iudæorū ex captiuitate, an gentium? & ſi gentium, vtrum D de conuerſione gentium ad Iudaiſmum, quæ aſcēderunt cum Iudæis liberatis; an de conuerſione gentium ad Chriſtum facta per Apoſtolos? Chald. *1. interpretatio.* Hug. & Vata. videntor hæc intelligere de Iudæis è Babylone liberis redeuntibus, qoi veniſſe dicuntur ab extremis terræ, hoc eſt, è terra longinqua, de qua dixerat ignotam fuiſſe illis, & patribus eorum; cum enim vlteriorem non nouiſſent, eam vocabāt extremam Iudæi: qoi & gētes vocari ſolent in ſcriptura. vt Pſ. 105. 5. ad videndum in bonitate electo- *Pſalm. 105. 5.* rom tuorum, ad lætaodum in lætitia geotium tuarum. & Ezech. 36. 13. Pro eo, quod dicunt de vo- *Ezech. 36. 13* bis deuoratrix bomioum es, & ſoffocans gentem tuam: ptopterea bomines oo comedes amplios, & gentem tuam oon oecabis vltra, & gentes tuas non amittas amplius, ait dominus Deus. Sic illud Sophouiæ 3. 6. Diſperdidi gentes, & diſſipati *Sophon. 3. 6.* ſunt anguli earum, de Iudæis intelligit Hierony.

Iere-

Ieremias ergo exultabundus quod Deus inter tot comminationes pollicitus fuerit felicem reditum Iudæorum, alloquitur Deum dicens: Domine fortitudo mea, robur meum, & refugium meum inter tot calamitates, redibunt quidem Iudæi, vt tu polliceris, è longinqua terra Chaldeæ, gratias tibi pro tanto beneficio agentes. ac ex corde confitentes, ſe planè falſos Deos, & patres ſuos coluiſſe, qui illis non profuerunt. Nam quomodo homines potuiſſent ſibi deos effingere, qui idcirco non erant Dij? & reſpondet Dominus: Ne impunitum maneat tam ingens ſcelus, ego volo oſtendere vice hác vltricem manum meam, & potentiam meam, vt ſciant iuxta nomen meum, me poſſe præſtare, quæ fuerim comminatus. Iuxta illud quod paulo ante dixerat, poſt promiſſionem reditus de Babylone: & reddam primum duplices iniquitates, & peccata eorum, quia contaminauerunt terram meam, & cetera. Qui ſenſus ſatis eſt perſpicuus, & literæ, atque antecedentibus cohærens, & ad rem.

2. Interpretatio

Chaldæus item vertens, ad famam potentiæ tuę populi venient à finibus terræ, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius intelligunt fieri hîc ſermonem de gentibus conuerſis ad Iudaiſmum, quæ cum Iudæis redeuntibus è Babylone redierunt: vt oſtendit Eſdras lib. 1. cap. 6. 21. cum dicit: Et comederunt filij Iſrael, qui reuerſi fuerant de tranſmigratione, & omnes, qui ſe ſeparauerant à coinquinatione gentium terræ ad eos, vt quærerent dominum Deum Iſrael. & lib. 2. cap. 5. verſ. 17. Et qui veniebant ad nos de gentibus, quæ in circuitu noſtro ſunt, in menſa mea erant. Atque ita propheta quaſi gloriabundus pollicetur non tantum Iudæos reuerſuros, ſed ex gentibus aliquas ſuam præteritam ignorantiam confitentes. At cur Deus propter hanc humilem confeſſionem adiecisset, ſe illa vice fuiſſe puniturum gentes illas ob præteritam ignorantiam, & ſuam duram manum, & potentiam oſtenſurum, & nominis ſui ſignificatum? & quæ magna Dei gloria ſi pauciſſimi gentilium ad Iudaiſmum conuerterentur.

1. Eſdra 6. 21.

2. Eſdra 5. 21.

3. Interpretatio Euſeb. Hiero. Theod. Auguſt. Conuerſio gentiū.

Igitur Euſebius lib. 5. de demonſt. euangel. cap. 30. Hieronymus hîc, & ſuper illa verba Iſaiæ 52. Videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei. Theodoretus hoc loco, Auguſtinus lib. 1. de conſenſu euangeliſtarum cap. 26. Rabanus, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus: Tum etiam R. Samuel lib. de aduentu Meſſiæ cap. 16. exiſtimant Ieremiam his verbis vaticinari conuerſionem gentium ad Chriſtum, per Apoſtolos factam. Nam cum propheta oſtendiſſet felicem Iudæorum reditum è Babylone: vt ipſe confeſſionis redderet vicem, dixit, non tantum modo Iudæi reuertentur ad te colendum: ſed & gentes omnes conuertentur, & venient ad te ſuã idololatriam abominantes, propter quam confeſſionem promittit Deus ſe illis oſtenſurum Chriſtum manũ ſuam, & virtutem, & nomen ſuum manifeſtaturum, vt manifeſtauit Chriſtus Ioan. 17. vt intelligunt Hieronymus, & Rabanus.

Ioan. 17

Theodoretus autem, Lyra, & Dionyſius manum, & potentiam interpretantur ſigna, & miracula: illud præcipuè, quo per abiectos, & pauperes homines vniuerſum orbem erat conuerſurus.

B Alij vt Iſidorus, his verbis minas in Iudæos; putant ſignificari de ipſorum excæcatione. Quaſi dixerit Deus: Ecce, ô Ieremia, copioſiorem alium populum, & obſequentiorem ex gentibus ego colligam, Chriſto meo gratiorem, ne populus iſte glorietur ſe mihi inſeruiiſſe. Hac enim vice admiſſis gentibus, eum deſeram, ac perdam, oſtendens in eis meam potentiam, & iuxta nomen meum poſſe præſtare, quæ illis ſum comminatus: & quidem ſenſus ſatis probabilis. At obſtat, quod dicit, Idcirco oſtendam illis per vicem hanc, manum meã: & virtutem meã quo reddit cauſam oſtenſionis manus ſuæ, vel quod cófeſſi ſuam ſint ignorantiã, vel quod idololatræ fuerint: at dicere Deum comminari gentibus ob ſuam confeſſionem, vltionem, vel voluiſſe punire præteritam idololatriam, creditu eſt difficile.

C Si vero nomine manus, aut virtutis intelligamus Chriſtum, aut miracula ab Apoſtolis patrata, non vna vice, ſed multoties & Chriſtus illis oſtenſus eſt, & ſigna, & miracula ad hunc vſque diem coram illis edita ſunt. Quod ſi dicas pronomen, eis, cum dicit oſtendam eis, referre Iudæos, aut filios Iſrael: vere quidem, quia pronomen illud refert, gentes, de quibus dixerat, venient ad te gentes: vt ex ipſa litera conſtat, & ex rationali coniunctione, idcirco, vt ſatis perſpicuum fiat, nomine gentium intellectos fuiſſe Iudæos gentili more colentes idola, qui licet venturi dicantur confitentes ſcelera ſua, voluit tamen prius eos punire captiuitate, ne Dei minas per prophetas indictas contemnerent, illa vice per Chaldæos.

PARAPHRASIS.

Ioakim anno 3.

PEccatum Iuda ita firmiter exaratum hæret[1] in tabula cordis eorum, & in cornibus ararum ad monumentum poſterorum, ac ſi ſcriptum fuiſſet ſtylo ferreo, & vngue adamantino, [2] vt filij eorum monumenta habeant ararum, & lucorum eorum, quos ad arbores frondoſas, & in excelſis montibus erexerunt [3] ô tu qui in montibus ſacrificare conſueuiſti, in agro opes tuas, omneſque theſauros tuos hoſtibus deripiendos exponam: excelſa quoque tua, quæ ad tua peccata perficienda in vniuerſis finibus tuis erexiſti: & [4] abiicieris à terra, quã dedi tibi iure hereditario à patribus traditam, & ſeruire te faciem inimicis tuis in terra Chaldæorum, quã non noſti: quia tuis ſceleribus effeciſti, vt ignis furoris mei in te deſeuiret, quouſque te conſumam. Quia vero confiditis [5] in auxilio regis Aegypti audite ſermonem domini. Maledictus, inquit [6] homo, qui in alio homine ſpem ſuam collocat, & ſuam virtutem in carne conſtituit, & corde recedit ab ſperando in domino. Erit enim tanquam [7] myrica in deſerto, quæ imbre cœleſti nunquam fruetur, ſed conſita erit in terra, ſicca penitus, deſerti, in terra ſalebroſa, & inhabitabili, è contra vero, [8] benedictus ſit vir, qui confidit in domino, cuius ſpes dominus eſt: erit enim quaſi arbor iuxta aquas plantata, quæ ad riui fluenta extendit radices ſuas, nec æſtum, cum venerit, ſentit, ſed folium eius ſemper virebit, & ſi quando defuerit pluuia non erit ſolicita, nec deſinet vnquam fructum ferre [10] Prauum eſt cor hominum, & inſcrutabile, & quis cognoſcet quo ſuas ſpes dirigat? ego dominus intima cordis perſcrutor, & renum affectus exploro, vt reddam vnicuique iuxta ſuorum operum merita, & iuxta fructum ſtudiorum ſuorum. Sicut [11] perdix ſolet oua congregare, quæ non peperit, & excluſi pulli ea relicta ad matres ſuas properant, ſic accidit congreganti diuitias præter ius, nam in medio dierum ſuorum, quando feliciorem ſe putabat, derelinquet eas, & in extremo vitæ ſuæ cognoſcet quam fuerit inſipiens, ſpem ſuam conſtituens in eis. Eſt enim Deus in cœlo proſpiciens omnia: vbi eſt ei [12] ſolium glorioſum, ac ſublimè ab initio mundi conſtitutum, quod eſt locus noſtræ conſummatæ ſanctificationis. O domine ſpes Iſraelis confunde omnes, qui te derelinquunt, recedentes à te [13] ſcribantur in terris, quia dereliquerunt te dominum ſuum, qui es vena aquarum viuentium. [14] Sana me à culpa, quam mihi imponunt, & ſanabor: ſerua me ab inſidiantibus mihi, & ſaluus ero, ſiquidem de te ſolo gloriari ſoleo. Ecce enim hi, qui te dereliquerunt inſultantes dicunt mihi, vbi eſt verbum domini, quod comminatus es nobis: veniat iam: & ne toties nos tuis minis fatiges. At ego his opprobriis non

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

PEccatvm Iuda ſcriptum eſt
ſtylo ferreo, in vngue adamantino,
exaratum ſuper latitudinem
cordis eorum, & in cornibus
ararum eorum. | Cum 2
recordati fuerint[2] filij eorum ararum ſuarum,
& lucorum ſuorum, lignorumque frõdentium
in montibus excelſis,[3] | ſacrificantes 3
in agro: fortitudinem tuam, & omnes
theſauros tuos in direptionem dabo, excelſa
tua propter peccata in vniuerſis finibus
tuis. | Et [4] relinqueris ſola ab hereditate tua 4
quam dedi tibi: & ſeruire te faciam inimicis
tuis in terra, quam ignoras: quoniam ignem
ſuccendiſti in furore meo, vſque in æternũ
ardebit.[5] | Hæc dicit dominus. Maledictus 5
[6] homo, qui confidit in homine, & ponit
carnem brachium ſuum, & à domino recedit
cor eius. | Erit enim quaſi myricæ in de- 6
ſerto, & non videbit cum venerit bonum:
ſed habitabit in ſiccitate in deſerto, in terra
ſalſuginis, & inhabitabili.[7] | Benedictus vir 7
qui confidit in domino, & erit dominus fiducia
eius. | Et erit quaſi [9] lignum, quod 8
tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem
mittit radices ſuas, & non timebit cum
venerit æſtus. Et erit folium eius viride, in
tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec
aliquando deſinet facere fructum. | [10] Pra- 9
uum eſt cor omnium, & inſcrutabile: quis
cognoſcet illud? | Ego dominus ſcrutans 10
cor, & probans renes, qui do vnicuique iuxta
viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum
ſuarum: | [11] Perdix fouit quæ non pe- 11
perit: fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio
dierum ſuorum derelinquet eas, &
in nouiſſimo ſuo erit inſipiens. | [12] Solium 12
gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationes
noſtræ: | expectatio Iſrael domi- 13
ne: omnes qui te derelinquunt confundentur:
recedentes à te, in terra, [13] ſcribentur
quoniam dereliquerunt venam aquarum
viuentium dominum: [14] Sana me domine,
& ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero: quoniam
laus mea tu es. | Ecce ipſi dicunt ad me: 14
vbi eſt verbum domini? veniat. | Et ego non 15
ſum [15] turbatus te paſtorem ſequens: &
[16] diẽ hominis non deſideraui, tu ſcis. Quod
egreſſum eſt de labiis meis, rectum [17] in conſpectu
tuo fuit. | Non ſis tu mihi formidini, 16
ſpes mea tu in die afflictionis, | Confundan- 17
tur qui me perſequũtur, & [18] non confundar
ego:

ego: paueant illi, & non paueam ego: induc
ſuper eos diem afflictionis, & duplici con-
19 tritione contere eos. | Hæc dicit dominus
ad me: vade, & ſta in porta filiorum populi,
per quam ingrediuntur reges Iuda, & egre-
20 diuntur, & in cunctis portis Ieruſalem: | &
dices ad eos: Audite verbum domini, reges
Iuda, & omnis Iuda, cunctique habitatores
Ieruſalem, qui ingredimini per portas iſtas.
21 | Hæc dicit dominus: [20] Cuſtodite animas
veſtras, & nolite portare pondera in die ſab-
22 bati, nec inferatis per portas Ieruſalem. | Et
nolite eiicere onera de domibus veſtris in
die ſabbati, & omne opus non facietis: ſan-
ctificate diem ſabbati, ſicut præcepi patri-
23 bus veſtris. | Et non audierunt, nec inclina-
uerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt cer-
uicem ſuam ne audirent me, & ne acciperēt
24 diſciplinam. | Et erit, ſi audieritis me, dicit
dominus, vt non inferatis onera per portas
ciuitatis huius in die ſabbati: & ſi ſanctifica-
ueritis diem ſabbati, ne faciatis in eo omne
25 opus: | ingredientur per portas ciuitatis hu-
ius reges, & principes, ſedentes ſuper ſolium
Dauid, & aſcendentes in curribus, & equis,
ipſi, & principes eorum, viri Iuda, & ha-
bitatores Ieruſalem: & habitabitur ciuitas
26 hæc in ſempiternum. | Et venient de ciuita-
tibus Iuda, & de circuitu Ieruſalem, & de
terra Beniamin, & de campeſtribus, & de
montuoſis, & ab Auſtro, portantes [21] holo-
cauſtum, & victimam, & ſacrificium, & thus,
& inferent oblationem in domum domini.
27 | Si autem non audieritis me, vt ſanctifice-
tis diem ſabbati, & ne portetis onus, & ne
inſeratis per portas Ieruſalem in die ſabba-
ti: ſuccendam ignem in portis eius, & deuo-
rabit portas Ieruſalem, & non extinguetur.

ſum [15] turbatus te ſequens, qui paſtor meus es, & in hac prophetiæ aſſumenda prouincia tibi fui obediens: Tu ſcis quam longè abfuerim à deſiderando tempus hoc [16] calamitoſum, quod ſum huic populo comminatus, licet in eo manifeſtandum ſit me verum fuiſſe prophetam, atque me quod prædixi, [17] te inſpirante prædixiſſe. Ne ſis ergo tu mihi formidini. Siquidē ſemper ſperaui in te, quod in tempore huius vaſtitatis, me liberaturus ſis. Pudore ergo afficientur hi, qui tui miniſterij gratia, me perſequuntur, & ego non pudefiam, in extrema illa [18] calamitate: ipſi pauebunt Chaldæos, ego vero non. Induc ſuper eos diem illum calamitoſum, & contritione grauiſſima contere eos. Ad hæc reſpondit mihi dominus. Ne timeas, quia tibi adero: & ſiquidem ad te nolunt venire vt te audiant: tu abi ad eos, & ſta in frequentiſſima [19] porta vrbis, per quam ſolent ingredi, ac egredi reges Iuda, & in cęteris omnibus portis Ieruſalem: & dices eis, Audite verbum domini reges Iuda, & omnis Iuda, vos quoque ciues omnes Ieruſalem, qui ingredimini per portas has. [20] Propter veſtras animas, dicit dominus, ne portetis onera extra vrbem in die ſabbati, nec inferatis per portas Ieruſalem, nec efferatis onera è domibus veſtris in die ſabbati, imo nihil operis faciatis. Sed ſanctificate diem ſabbati, quemadmodum præcepi patribus veſtris: qui tamen non audierunt, neque inclinauerunt aurem ſuam, imo ceruicem ſuam indurauerunt ne audirent, & ne meam reciperent diſciplinam. At ſi vos me diligenter audieritis, ait dominus, & nihil oneris inferatis per portas huius vrbis die ſabbati, ſed illum ſanctificaueritis, vt in eo nihil operis faciatis, trāſibunt per portas vrbis huius reges & principes, regni Dauidici hæredes, vecti curribus, & equis, ipſi & principes Iuda, quilibet Iudæi, & ciues Ieruſalem, & inhabitabitur ciuitas hæc in perpetuum, & venient de ciuitatibus Iuda, & de his, quæ ſunt circum Ieruſalem, ac de terra Beniamin, de campeſtribus, & montanis, & à regione auſtrali, ferentes [21] holocauſtum, victimam, oblationem, & thus, & cum confeſſione laudis ingredientes in domum domini. Si vero me non audieritis, vt diem ſabbati ſanctificetis, non inferentes in eo onera per portas Ieruſalem: ego ſuccendere faciam ignem per Chaldæos in portis eius, & magnificas vrbis ædes deuorabit, nec vlla arte poterit extingui.

ARGVMENTVM.

Grauiſſimum, & indelebile fuiſſe Iudæorum peccatum, quo Deum ad extremam calamitatem inducendam, prouocarent, oſtendit Ieremias: & eo maximè, quod ſpreto Deo omnes ſuas ſpes, tum in ope regis Ægypti, tum in diuitiatum cumulis, quibus ſe tuerentur, coactis, collocarent: quas nihil profuturas minatur. Rogat vt ſe liberet inſidiis Iudæorum, & opprobriis ob verbi Dei prædicationem inſectatum: eoſque poſtulat vltimo ſupplicio caſtigari. Mittit tandem prophetam Deus, vt palam hortetur Iudæos ad ſanctificandum diem ſabbati, ſin minus vt comminetur eis extremam per Chaldæos vaſtitatem. De tempore vide numer. 5.

COMMENTARIVS.

A LATITVDINEM.] Hæc ſententia ſic habet ex Hebræo. Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo, vngue adamantino, ſculptum in tabula cordis eorum: & quidem quod Vulgatus dixit ſuper latitudinem cordis eorum, ſeptuaginta, & ceteri omnes interpretes verterunt ſuper tabula, vel in tabula cordis eorum.

Samir quid notat. De Hebraico vero nomine שָׁמִיר Samir, quod adamantino, vertit Vulgatus, dubium eſt quid ſignificet? In primis veprin, ſpinæ genus ſignificare certum eſt. Sic enim legitur Iſaiæ 5.6. & aſcendant *Iſa. 5. 6.* veptes, & ſpinæ, & cap. 7.14. vepres, & ſpinæ erunt *Iſa. 7. 24.* in vniuerſa terra.

Dauid Kimhi, & R. Abraham exiſtimant eſſe lapidem duriſſimum, qui ferro dolari nequeat: Quem merito putarunt adamantem, id eſt, indomabilem, Septuaginta, Vulgatus, Chaldæus, Hieronymus, Tigurina, & multi alij. Sic Ezech. 3. 9. *Ezech. 3. 9.* dicitur, vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciem *Zachar. 7. 12.* tuam. Zachar. 7. 12. & cor ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audirent legem.

Lyra ex ſententia quorundam Hebræorum aſſerit Samir eſſe nomen cuiuſdam vermis, cuius ſanguis habet vim cauandi, & incidendi lapides: cuius vſus fuit in templo Salomonis, in quo propterea malleus, & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita, cum ædificaretur, vt legimus. 3. *3. Reg. 6. 7.* Regum. 6. 7. qua ratione ſi acciperetur Samir, vnguis ſignificaret vim, & efficacitatem illius ſanguinis.

Verum quod dicit, [in vngue adamantino] Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, pro tabula adamantina accipiunt, in qua ſcriptum eſt peccatum Iuda, ob duritiem, & indelebilitatem dictam adamantinam, vnguem vero ad notandum nitorem, & læuitatem, vt abſque vllo impedimento in ea ſcribi poſſit.

Septuaginta vero, Chaldæus Paraphraſtes, *Origenes.* Dauid Kimhi, Tigurina, Pagninus, & Vatablus, & ex patribus Origenes Homilia, 12. in Iere- *Ambroſius.* miam, & Ambroſius lib. 3. de Spiritu ſancto, cap. 2. vnguem adamantinum non pro tabula, accipere, in qua ſcribatur: ſed pro inſtrumento, nempe pro graphio, aut ſtylo adamantino, quo peccatum Iuda ſcriptum eſt, & ſculptum in tabula cordis Iudæorum. Vngue dicto, quod ſtylo eo non ſecus ac vnguibus, non hominum, vt accepit Hieronymus, ſed auium rapacium, ſculpatur, quæ acutæ ſunt, & cuſpidatę, vt ſit idem quod cuſpide adamantino.

Quod autem ita debeat accipi conſtat in primis, quia iam ipſe Propheta manifeſtat tabulam cordis Iudæorum, in qua ſcriptum fuit peccatum: deinde quia naturæ adamantis repugnat cedere ferro: qui lapis eſt adeo indomitus, & infrangibilis, vt ſtylo ferreo nullatenus poſſit inſculpi: & demum quia in Hebræo, dicitur; peccatum Iuda ſcriptum eſt in ſtylo ferreo, & in vn- B gue adamantino ſuper tabula cordis eorum, vt ſeptuaginta expreſſere: vbi more ſcripturæ præpoſitio, ב Beth, quæ eſt, in accepta pro cum, præfigitur caſui inſtrumenti, vt in illo dicto Iacob. Geneſ. 32. in baculo meo tranſiui Iordanem *Gen. 32.* iſtum, id eſt, cum baculo, & Pſalm. 48. in *Pſal. 43. 6.* re inimicos noſtros ventilabimus, hoc eſt tecum, ope tua.

Sic hoc loco dictum eſt, Peccatum Iuda ſcriptũ eſt cum ſtylo ferreo, & cum vngue adamãtino, hoc eſt, vt cum latinis loquamur, ſtylo ferreo, & vngue adamantino nec enim adamas lapis magnus eſt, ex quo poſſit tabula fieri, in qua ſcribatur. Ad hunc modum tranſtulit Vulgatus, peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo, in pro cum, C vngue adamantino, vel in tanquam latinis ſuperfluum, non legatur.

Peccatũ Iuda quod dicatur. R. Iam explicemus quod ſit peccatum Iuda, vt deinceps dicamus qua ratione ſcriptum aſſeratur. *Euſebius.* Euſebius Cæſarienſis lib. 10. de demonſtratione euangelica, cap. 5. exiſtimat hic nominatim fieri ſermonem de peccato Iudæ proditoris, quod nunquam abolitum fuit. Verum repugnat litera, *Origenes.* vt notat Origenes homil. 12. in Ieremiam, quæ dicit peccatum Iuda ſcriptum eſſe in tabula cordis eorum, non eius.

Euſebius. Euſebius idem, Hieronymus, & Rabanus, volunt intelligi hunc locum de peccato Iudæorum contra Chriſtum commiſſo: vnde ipſi dixerunt, *Matth. 27. 25.* ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros: nam ſi verum eſt illud dictum Lyræ, hoc peccatum ſcri- *Pſalm. 21. 7.* ptum eſt in cordibus Iudæorum, numquam delendum, ſanguine vermis illius dicti Samir, hoc eſt Chriſti, qui de ſe dixit per prophetam, vermis ſum ego, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Verum de peccato ſui temporis, quod *Verior expoſitio.* toties repetitur à propheta, ſermo hic eſt.

Eſt ergo verius fieri ſermonem de peccato præcipuè idololatriæ, ad quod adeo procliuis erat ille populus, vt notant S. Thomas, & Lyra: & ſatis conſtat ex verbis ſubiunctis, & in cornibus ararum eorum. Cum recordati fuerint filij eorum ararum ſuarum, & lucorum ſuorum, lignorumque frondentium in montibus excelſis: quæ ſatis oſtendunt fieri ſermonem de peccato idololatriæ: quod tempore Chriſti iam ceſſauerat.

Hoc ergo peccatum dicit ſcriptum ſculptumque in corde Iudæorum, tanquam in tabula ſtylo ferreo, & adamātino. Vel vt ſignificet obſtinatum affectum, & pertinacem, quo Iudæi erant affecti cultu idolorum, vt nulla ratione ab eo dimoueri poſſent, aut prophetarum hortationibus, aut promiſſionibus, aut minis. Vt videntur intelligere Hugo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus. Nam affectus pertinax inſtar eſt ſtyli ferrei, & cuſpidis adamantis, quo homo ſcribit, ſculpitque peccata ſua, in tabula ſuæ voluntatis, à qua *Ambroſius.* deleri non poſſint. Ibi igitur culpa eſt, inquit Ambroſius lib. 3. de ſpiritu ſancto cap. 2. vbi gratia: Sed culpa graphio ſcribitur: gratia ſpiritu deſignatur: hoc eſt digito Dei.

Altera expoſitio Vel quod potius eſt, vult ſignificare ſententiam latam à Deo, & nulla ratione delendam contra peccatum Iudæ, quod adeo infiſum dicitur cordi eorum, vt conſtet non mirum ſi Deus tam firmo decreto, quod nequeat reuocari, pœnam grauiſſimam definierit populo illi inferre: ſic intelligunt Origenes, Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, & item Hugo. Antequam peccatum faciam, inquit Origenes, nulla in corde meo peccati imago verſatur: cum autem conſcientia peccati imaginem ſumpſerit, habeo formam illius, & ſemper ante oculos cordis mei delicti pompa depingitur: & ſiquidem eſſet peccatum meum attamēto conſcriptum, forſitan delerem illud: nunc autem ſcriptum eſt ſtylo ferreo, in vngue adamantino, ſuper pectus cordis mei, vt ante tribunal veniam, & com- *In iudicio aperta omnia.* pleatur illud, quod à Chriſto prophetatum eſt, Nihil abſconditum, quod non manifeſtabitur, & nihil occultum, quod non palam fiat. Nudabitur pectoris mei conſcientia: & aperto corde videbuntur *Matth. 10. 26.* literæ peccatorum, quæ ſtylo ferreo in vngue adamantino ſcriptæ ſunt: atque ita vniuerſa peccantiū multitudo leget in pectore meo ſignatas ima- *Ad Rom. 2. 16.* gines peccatorum. Nihil enim abſconditum, quod non reuelabitur, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, ſiue defendentium. Nolite, ait, ante *1. Cor. 4. 5.* tempus iudicare, donec veniat dominus, & illuminet abſcondita tenebrarum, & manifeſtet conſilia cordium. Cui manifeſtet? vtique non ſibi, qui antequam fiant, cuncta cognoſcit, ſed his, qui cum illo venturi ſunt, & propter puritatem mentis, & corporis agnum ſequuntur. Oſtendet delicta in corde peccatoris expreſſa, vt reſurgant iuſti in gloriam, peccatores vero in opprobrium, & confuſionem æternam: & Theodoretus, nihil, ait, potentius conſcientia, in qua literæ ſunt ſolidæ: Quamuis enim omnes homines ſuæ ipſorum cōſcientiæ de bona vita teſtificari conentur, peccata nihilominus eorum, qui mentiuntur, conſcientia ferre nequit: ſed percutitur, ac perforatur, incorruptamque profert ſententiam; & ideo hic dicit, facinora tua videlicet te arguunt, & conſcientia tua teſtimonium præbet.

Addit autem propheta in cornibus ararum peccatum Iuda ſcriptum ſtylo ferreo, & vngue adamantino ſculptum: quia in aris erat omnibus manifeſtum ſacrilegium ſingulorum, nec poterat vlla ratione celari: nam aræ ſanguine immolatitio perfuſæ remanebant, qua de re conqueſtus eſt Do- *Ierem. 16. 18.* minus in cap. 16. cum dixit, quia contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum ſuorum, & abominationibus ſuis impleuerunt hære- *In ara patebat peccatū.* ditatem meam: pertinebat autem ad religioſum cultum ſanguine perfundere cornua altaris præcipue: Sic iuſſum eſt. Exod. 29. 12. ſumptumque de *Exod. 29. 12.* ſanguine vituli pones ſuper cornu altaris digito *Leuit. 8. 15.* tuo. Leuit. 8. 15. Hauriens ſanguinem, & tincto digito tetigit cornua altaris per gyrum: quo expiato fudit reliquum ſanguinem ad fundamenta *Leuit. 4. 7.* eius. Leuit. 4. 7. & 18. Ponetque de eodem ſanguine ſuper cornua altaris thimiamatis. & c. 16 18. *Leuit. 16. 18.* Et ſumptum ſanguinem vituli, atque hirci fundat ſuper cornua eius per gyrum. Sic & multis alijs in locis. Conſtabat ergo peccatum, quod altas egerat radices in cordibus Iudæorū: in multitudine ararū idolis erectarū, & in ſanguine cōcreto cornibus adhæreſcente, vt nullatenus negare poſſent: Vnde & Dei iuſtitia in eis puniendis omnibus conſtare poterat. Nam quod alij dicunt, in aris ſcripta nomina erigentium eas, vt eſſet monimentum poſteris: vel nomina idolorum ſculpta, aut ſigna alia ibi expreſſa, incertū eſt, & nullo innititur fundamento.

2 Filij.] Hebraicè legitur. Cum recordando filios eorum, ararum ſuarum, & lucorum ſuorum iuxta lignum frondoſum, & iuxta colles excelſos. Gerundium vero illud, cum recordando. Septuaginta, Vulgatus, Chaldæus Paraphraſtes, & Pagninus, vertunt, cum recordati fuerint filij eorum: quod Tigurina dixit: vt filij eorum monimenta habeant ararum eorum, vt ſit ſenſus, peccatum Iuda non ſolum ſcriptum eſt, & ſculptum in cordibus eorum. Sed etiam in cornibus ararum eorum: vt filij eorū recordentur ararū ſuarum, & lucorū ſuorum & videant vbi corruerint patres ſui, & caueāt ſibi, ne cum illis puniantur, quod vulgo dici ſolet, ad perpetuam rei memoriam: & hoc eſt quod dixit vulgatus, cum recordati fuerint, quaſi dixerit, cum recordentur filij in illis aris, & lucis, ſuos parentes impegiſſe, & petiiſſe, ipſi caueant ſibi. Vel vt indicant Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius. Cum filij eorum ad memoriam reuocauerint ſcelera patrum ſuorum commiſſa in aris, & lucis, ea ipſi imitarētur, vnde & comminatur eis bonorū omnium direptionem: eſt enim ecclyptica ſentētia, cui aliquid adijci debet. Vatablus, & Iſidorus, vertūt aliter. Quaſi recordando filiorum ſuorum, recordātur ararum ſuarū, & lucorum ſuorum: hoc eſt, vt iocunda eſt recordatio liberorum cariſſimorum, ita ſunt gratæ illis aræ, & luci, & eſt bonus ſenſus, quo ſignificatur affectus, quo idola colebāt: quāuis non poſſit accōmodari verſioni vulgatæ, & aliorū.

3 *Sacrificantes.*] Illa verba: Sacrificantes in agro: omnes interpretes cum ſequẽtibus cõnectunt: vt ille ſit caſus vocandi. Sed nomen Hebræum hîc poſitum הֲרָרִי Harari, Septuaginta, Pagninus, & Vatablus vertunt: O Montane mi, in agro. Tigurina, Iſidorus, & alij, ô tu mons mi, quo ſignificatur Iuda, qui in montibus degere gaudebat, vt in eis idolis ſacrificaret, ad quem dicit Dominus, ô Iuda, qui tam frequens es in montibus, vt in eis idolis ſacrifices, in agro exponam hoſtibus diripienda bona tua, ac theſauros tuos. Vel: ô Iuda, montibus dedi te, qui ſitus es in amæno loco, opes tuas diripiam; & hoc eſt quod dixit Vulgatus: ſacrificãtes in agro eo, & Chaldæus: Pro quod colunt idola ſuper montes, in agro ſubſtantiam veſtram, & omnem domum theſaurorũ veſtrorum direptioni tradam. Alij vertunt. Montem meum in agro, poſſeſſionem tuam, & omnes theſauros tuos in direptionem dabo. Hoc eſt, diripiam te montem meum in amæno ſitum agro, vna cum tua poſſeſſione, & omnibus theſauris tuis: nam eo nomine, quod Vulgatus vertit, fortitudinem, aut robur, ſignificari opes, ſubſtantiam, aut poſſeſſionem diximus ſupra.

Prior ſenſus. 4 *Relinqueris.*] Hebraicè ſic habet hæc ſententia, Et dimitteris in te ab hæreditate tua. Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius plane exponunt de Iuda ducto captiuo, qui priuandus erat ſua hæreditate, & à terra ſua pellendus: quare ſolus remanſurus erat abſque hæreditate, quam coleret: & ipſa hæreditas abſque cultore, iuxta illud, Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo! Threnorum. 1. *Tren. 1. 1.* niſi quod, cum reliqui de captiuitate facta per Chaldęos exponãt, ſolus Hieronymus, quem ſequitur Rabanus, intelligit de facta per Romanos, quæ in æternum durat, cum illa per 70. tantum annos durauerit. Verum pœna hæc cum propter peccatum idololatriæ imponatur, quod nõ fuit apud Iudæos, cum aduenit Chriſtus, de priori captiuitate eſt accipienda, particulam autem, in æternum, ſolet ſcriptura dicere pro in longum tempus, vt alio in loco oſtendimus.

Poſterior ſenſus. Dauid Rimhi, Pagninus, & Vatablus alium hunc ſenſum adducunt horum verborum, & dimitteris, aut remiſſionem facies, & ea remiſſio erit in te, ab hæreditate tua. Hoc eſt, quia tu noluiſti dimittere terrã, vt vacaret aut ſabbathiſaret, iuxta præceptum meum, quo præcepi tibi, Exod. 23. 11. *Exod. 23. 11.* Sex annis ſeminabis terram tuam, & congregabis fruges eius: anno autem ſeptimo dimittes eam, & requieſcere facies, vt comedant pauperes populi tui: *Sabbatum terræ.* ideo tu remiſſionẽ facies, aut Sabbatiſabis ab hæreditate tua, vt neque eam poſſidere, aut fructum vllum ex ea poſſis percipere: ſic etiam intellexit Chaldæus dicens: Et adducam hoſtem ſuper terram veſtram, eritque deſolata ſicut in anno remiſſionis: quia enim ſeptimo quoque anno non dimittebant vacare terram, coacti ſunt ſeptuaginta annis relinquere vacantem. Sic enim ſolet euenire his, qui nolunt Deo præcipienti rem modicam, vel, ſemel deſerere aut leue aliquod præceptum adimplere, vt ſeptempliciter puniantur, & pro ſeptẽ annis, quibus poſſent Deo morem gerere, priuentur ſua re per ſeptuaginta, ne dicã in ęternum.

5 *Hæc dicit.*] Occaſione ſuppetiarum regis Ægypti, in quibus confidebant Iudæi, vt notant Theodoretus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, adiecit ſequentem maledictionem, & benedictionem,

A & licet tempus huius auxilij poſtulari non definiant Theodoretus, & S. Thomas: at Hugo ad tempus Nechao regis Ægypti refert, qui Ioziam occidit, vt dicitur 4. Reg. 23. 29. Sed tunc Iudæi non confidebant in rege Ægypti, ſed potius in rege *4. Reg. 23. 29.* Babylonio: Lyra, & Dionyſius intelligunt de tempore Sedeciæ, qui vt ſcribitur 2. Paral. 36. & Ierem. cap. 37. receſſit à Nabuchodonoſore conſiſus in auxilio regis Ægypti, qui fugatus eſt, & capta Ieruſalem. *2. Para. 36. Ierem. 37.* Verum ex ſubiũcta adhortatione, qua tam liberè hortabatur Ieremias reges, principes, & populum in portis Ieruſalem, vt cuſtodirent Sabbatum, nec onera importarent per portas illas, videtur adhuc tunc non obſeſſam fuiſſe Ieruſalem: vnde videtur loqui de tempore Ioakim, qui confiſus in auxilio Ægyptiorum, rebellauit, & captus,

B ductus eſt Babylonem: eo enim tempore ſperabant ſe euaſuros captiuitatem Babylonicam, ac de ea re gloriabantur, ſubſannãtes Ieremiam Iudæi, confidẽtes in pollicitationibus regis Ægypti: vnde colligere poſſumus caput hoc prędicatũ fuiſſe à Ieremia ſub rege Ioakim. *Tempus huius Prophetiæ.*

6 *Homo.*] Notanda hîc eſt vis verborum Hebraicorum: nam in hac antitheſi, dicitur Hebraicè, Maledictus vir, qui confidit in homine, & benedictus ille vir, qui confidit in Domino, & vtrobique eſt nomen גֶּבֶר, licet cum dicitur, maledictus, legatur abſolutè, Guéuer: cum vero dicitur, benedictus, cum pronomine demonſtratiuo הַגֶּבֶר Haguéuer, vt ſignificetur raros eſſe illos, qui vere Domino fidant, & qui poſſint digito demonſtrari: *Rarus vir probus.* contra vero crebro, ac vbique offendamus confidentes in hominibus, & in rebus humanis, &

C caducis: eſt autem Guéuer vir à virtute dictus, qui potentia, auctoritate, aut robore, ſeu virtute, alijs ſuperior ſit, ac ſe ipſo. Rurſus cum dicitur. Maledictus vir, qui confidit in homine, Hebraicè dicitur in בָּאָדָם Adam: & cum dicitur, benedictus ille vir, qui confidit in Domino, legitur Hebraicè, in Iehouah, vbi cõtra ponitur Iehouah, Adam: Adam enim eſt filius Adamah, terræ rufæ: ex ea parte, qua ex terra conditus eſt, nempe ex parte carnis. Vnde idem eſt, qui confidit in homine, ac qui confidit in carne imbecilli, & infirma: Iehouah autem ſignificat Dominum: qui cum omnipotens ſit, & omniſcius, non poteſt fieri, vt ea impotentia, aut ignorantia non pręſtet opem, quam ſæpius hominibus promiſit: facit enim vera dicta ſua, iuxta nomen ſuum. Erit ergo ſenſus. Maledictus vir, qui cum omni creata natura ſuperior ſit, & ſolum ex

D ea parte, qua vir eſt, Deum habeat ſuperiorem: ita demittit ſe, & exuit ingenitam virilitatem, & virtutem, vt ſe ſubijciat homini, carni infirmæ, vt ab eo ſperet auxilium, ſpreto Deo, qui non poſſit adiuuare: vel quia nõ vult, vel quia ſi velit neſciat, vel quia ſi velit, & ſciat, non tamen poſſit, vel quia hęc omnia illi ſimul abſint: è contra vero, benedictus ille vir, qui ingenitam virilitatem, ac virtutem conſeruans, ſolum Deum ſibi ſuperiorem recognoſcit, & ſuæ virtutis auctorem, in eo ſolo confidit, qui præſtat quod promittit auxilium, & vult, ſcit, & poteſt præſtare: nec poteſt aliqua vis tam potens, aut aliquis homo, vel angelus tam ſapiens eſſe, qui eius poſſit reſiſtere voluntati. Huiuſmodi maledictioni ſubiectus fuit Sedecias, & Iudæi reliqui, qui in rege Ægypti confidebant ſpreto Deo, vnde omnia illis infæliciter euenerunt.

7 *Myrica.*] Hebræum nomen עַרְעָר Arar Dauid Kimhi,

Kimhi, & Vatablus iuniperum interpretantur: alij ericam; Symmachus lignum infructuoſum. Sed ceteri omnes, Septuaginta, Vulgatus, Tigurina, & *Plinius.* Pagninus, pro myrica acceperunt, quæ Plinio lib. 13. cap. 21. Tamarix dicitur. vulgo *Taray*, aut *Tamarız*: cũque duplex ſit *Dioſcorides.* Dioſcoridi lib. 1. cap. 99. & Plinio lib. 24. cap. 9. vna ſylueſtris plane ſterilis: *Myrica natura.* mitior altera, quæ in Ægypto, & Syria gignitur fertque abundanter lignoſum fructum, galla maiorem, ſed aſperum guſtu, hominis altitudinem nõ ſuperat: vt propterea dixerit Latinus Poëta Æ- *Virgilius.* gloga. 4. Non omnes arbuſta iuuant, humileſque myricæ. Comparatur autem vir, qui non fidit Deo, myricæ, quod tam apud Hebræos, quã apud alias nationes hoc arbuſti genus ſterile, & infructuoſum maledictioni ſubiectum ſit: quemadmodum enim benedictionis effectus ſunt viror, & copioſus fructus; ita maledictionis, ſiccitas, & ſterilitas: *Geneſ. 3. 17.* hinc Geneſis. 3. 17. terra maledicta, ſubditur, ſpinas & tribulos germinabit tibi. & apud hunc prophetam cap. 23. 10. dicitur: à facie maledictionis *Ierem. 23. 10.* luxit terra, areſacta ſunt arua deſerti: & apud Marcum cap. 11. 13. cum Chriſtus egreſſus Bethania iter *Marci. 11. 13.* faceret verſus Ieroſolymam, & eſuriret, cum ad ficum accederet, & nihil in ea inueniſſet præter folia, maledixit ei dicens, Iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet: & cum ex vrbe redeuntes tranſirent diſcipuli, viderunt ficum aridam à radicibus: & dixit Petrus Chriſto: Rabi, ecce ficus, cui maledixiſti, aruit. Cum ergo myrica arbuſtum ſit ſterile, & infructuoſum, maledicta erat, & digna, cui conferatur qui Deo ſpreto confidit in homine, ſterilis quidem, infructuoſus, & ſolus, qui non habeat ſubleuantem ſe Deum, quamuis omnes homines habeat, quibus fidat. Erat ob eandem rationem apud barbaras nationes myrica maledicta, infauſta, & infælix, & diris omnibus obiecta. Tamarix, ſeu myrica, inquit *Plinius.* Plinius loco ſuperius citato, infelix arbor appellatur, & lib. 24. cap. 9. de ea ipſa tamaricè loquens, vulgus, ait, infelicem eam arborem appellat, quoniam nihil ferat, nec ſeratur vnquam, ſteriles enim arbores infelices nominantur: repetit hanc rationem lib. 16. cap. 26. infelices, inquiens, arbores exiſtimantur, damnatæque religione, quæ neque ſe- *Tarquinius.* runtur vnquam, neque fructũ ferunt. Tarquinius Priſcus in oſtentatio arborario, quem refert Ma- *Macrobius.* crobius lib. 3. Saturnal. cap. 20. Arbores, quæ inferũm Deorum, auertentiumque in tutela ſunt, inquit, eas infelices nominant, quibus portenta, prodigiaque mala comburi iubere oportet. Vnde *Theocritus.* Theocritus de anguibus, quos Hercules in cunis eliſit, loquens, Græcos, inquit, ex ſpinoſis lignis, quæ infeliciora videbantur, comburere ſolitos, & cinerem in profluentem proijcere. Ideo Catulli puella, vt malum quoddam prodigium vouerat, ſe crematuram optimos Voluſij verſus lignis infelicibus. Ex his etiam ſuſpendi iubebantur malefa- *Liuius.* ctores; Liuius Decad. 1. lib. 1. Caput obnubito, inquit, arbori infelici ſuſpendito: de cruce intelli- *Cicero.* git, vt colligitur ex cicerone in oratione pro Rabi- *Seneca.* rio: & Seneca epiſtola, 1. dicente, Inuenitur, qui velit adactus ad infelix illud lignum trahere animam tot tormẽta tracturam: & Minutius Felix in Octa- *Minutius.* uio, Deus ligneus, rogi fortaſſe, vel infelicis ſtipitis portio, id eſt crucis. Merito ergo Deus diris deuouet, & omnẽ imperat infelicitatem illi viro, qui in homine, non Deo confidit: & recte comparat

A myricæ infelici arbuſto, vel quod in ſolitudine ſola naſcatur, ſolus autem eſt, qui in Deo non confidit, quia non habet ſubleuantem ſe: cum homines non poſſint ſubleuare: vel quod neque ſeratur, neque colatur, nec fructum ferat: quia enim in ſolitudine nata eſt, non fruetur bono pluuiæ, cum è cælo deciderit: ita Sedeciæ, ceteriſque Iudæis in Ægypto fidentibus, nihil boni accidet, quia ſpes in Deum eſt, quæ deducit è cælo omnia bona, Deum etiam ipſum propitium, ac præſentiſſimum facit in periculis: vel demũ quod Dijs infernis ſit illa arbor deuota: in quam omnes prodigia, portenta, fulmina, maledicta, quamcunque denique aliam infelicitatem, quaſi in rem execrandam, & terræ cæloque infenſam, proijciant, & verbis, factiſque imprecentur: quæ omnia vna illa dictione, maledi-
B ctus, Dominus comprehendit. Sicut enim timebat Caim omnibus ſe expoſitum periculis, quod *Geneſ. 4. 14.* eiectus eſſet à facie Dei: & ſicut leproſi, qui è caſtris expellebantur, hoſtibus occidendi exponebãtur. Vt etiam Acham, cum ſimilibus, qui lapidi- *Num. 5. 2.* bus obruendi tradebantur alijs, qui eos maledictis inceſſebant, eoſque tanquam anathema cauebant: ſic vir non confidens in Deo, derelictus dæ- *Ioſue. 7. 24.* monibus obijcitur obruendus: & ad tantam deuenit calamitatem, vt ab ipſis etiam hominibus, Deo ipſi execratum habentibus deſeratur, & diris tradatur, ne ijſdem, quibus ille malis inuoluatur: vt curauit Moſes reliquos amoueri à tabernaculo Dathan, & Abiron, ne cum illis abſorberen- *Num. 16. 24.* tur à terra. Quemadmodum ergo homines mala dicunt, ac precantur myricæ infelici arbuſto, ita homini illi mala dicunt, ac precantur: qui in ho-
C mine fidit, infideli: de quo recte Salomon in Pro- *Pro. 25. 19.* uer. c. 25. Dens putridus, & pes laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ, & amittit pallium in die frigoris, ſicut enim, qui cibum ſumit confiſus in dente putrido, ſtatim ſentit dolorem, & damnum: & qui graditur pede laſſo, deficit in via, & qui amittit pallium in die frigoris, alget; ſic nullũ commodum ſentit, ſed multum damni, qui confidit in homine infideli: quales ſunt omnes homi- *Baſilius.* nes incõſtantes nec ſolidæ fidei: quos Baſilius Homil. 5. in æxameron, myricæ ſimiles eſſe dicit, quæ degit vitam ancipitem, nam inter aquatiles numeratur, & copioſa eſt in deſertis.

8 *Benedictus.*] Cur adeo commendetur ſpes in Deum, & cur vir ſperans benedictus dicatur, & ligno fructifero comparetur, merito eſt inueſtigandum. Spes ſummo afficit Deum honore: nam que- *Praeminium ſpei.*
D madmodum, qui non confidit in Deo, eius negat prouidentiam, & eo ipſo eius negat bonitatem, qua in res omnes ſeſe effundit: aut infinitam ſapientiam, qua nouerit omnia, eiſque in omnibus proſpiciat, aut eius omnipotentiam, qua poſſit nullo reſiſtente, ſubuenire, vnde orta eſt omnium ſentina vitiorum idololatria: nam mox vt homines de vero Deo diffidere cæperunt, & eius negare prouidentiam, ſtatim Deos ſibi adinuenerunt: quibus fiderent, & à quibus ſperarent liberari: & bonis augeri: ſicque ſummo dedecore Deum *Dei nominis notificatio.* proſequuti ſunt. Ita qui cõfidit in Deo, eo ipſo iudicium fert, quod ipſe ſit verus Deus, quem nihil lateat: ſed omnia proſpiciat, ac intueatur iuxta nominis eius etimologiam, ſi nomen θεὸς Theos de- *Dionyſius.* ducatur ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, quod eſt ſpectare, & om- *Damaſcenus.* nia contemplari prouidentia, vt diuinus tradit *Nicetas.* Dionyſius lib. de diuinis Nomi. cap. 12. & Da-

maſcenus. lib. 1. de fide cap. 12. & Nicetas ſuper orationem 2. in Paſcha Gregorij Nazian. & quod ſit bonus, qui ſponte ſua ſeſe communicet, ac miſeris ſeſe præſentem teddat, de quo nomine ſic loquitur idem Dionyſ. 4. c. de diuinis Nomi. *Dionyſ.* Age ergo iam ad nomen booi noſtra veniat oratio, quod præcipuè Theologi ab omnibus ſecretum diuinitati quæ Deum ſuperat, tribuunt, ipſam, vt opinor diuinam eſſentiam bonitatem appellantes, quod hoc ipſo, quod bonom eſt, vt bonum per ſe, & eſſentia ſua, in ea, quæ ſuut omnia, bonitatem diffundat. Vt enim ſol noſter, non cogitatione, aut volũtate, ſed eo ipſo quod eſt, omnia illuſtrat, quæ eius lumen pro modo ſuo capere poſſunt: ſic etiam ipſum bonum, quod ita præſtat ſoli, vt prima ſpecies tenoi, obſcuræque imagini, per ſe, ipſaque eſſentia ſua, iis, qoę ſunt omnibus, pro eorum captu, totius bonitatis radios emittit.

Hac ſua infinita bonitate Deus ita ſe creaturis, & præcipuè hominibus communicat, vt quicquid boni habent, illis tanqoam boni fons largiatur: & quicquid mali, tanquam liberator remoueat, ac miſericors conſumat. Vnde θεὸς dictus eſt, vel à verbo θέειν, quod eſt currere, & res vniuerſas confouere, vt iidem ſopracitati auctores affirmant, & *Naz.* Gregorius Nazianz. oratione 3. de Theologia: vel ab αἴθειν, quod eſt vrere, Gregorio, & Damaſceno auctoribus: quod Deus ita præſentiſſimus ſit rebus omnibus, vt eis ſuccurrat ſtatim & ſuo complexu foueat, & contineat, vt adiutor in opportunitatibus, & tribulatione: eiſque prouideat. Tum etiam *Pſ. 9. 10. Deut 4. 24.* adurat, & igniat omnia amore ſuo: malaque in eis reperta conſumat, ſiquidem Deus noſter ignis cõſumens eſt. *Naz. a.* Propterea merito Nazianzènus oratione de pauperum amore, cura, inquit, vt proximo tuo, idcirco præſtantior ſis, qoia benignior: fac calamitoſo ſis Deus, Dei miſericordiam imitando. *Deus in quomi-tendus.* Nihil enim tam diuinum homo habet, quam de aliis bene mereri. Qui ergn confidit in Deo in tẽpore anguſtiæ, eiuſque opem implotat, rebus omnibus ſpretis, Dcum præfert tebus omnibus, tanquam qui ſolus poſſit ſua miſericordia à quocumque periculo eruere, quem bonotem tanquam ſibi debitum in Pſal. 49. poſtulat; dicens. *Pſal 49. 5.* Inuoca me in die tribulationis eruam te, & honorificabis me. Deinde prædicat omnipotentem, cui omnia ſnbſint ad nutum: & fidelem, ac veridicum in promiſſis. Sicut enim Machabæi, cum à Romanis opem *1 Mac. 8 23.* implotabánt eo ipſo amicos eos, ſocios, & fratres iudicabant, & ita potentes, vt poſſent facile è periculis eruete: quo magno eos honore proſequebantur: ita qui Deo fidit, ſeque illi credit, magno eum afficit honore: prædicans optimom, qui velit ſua bonitate ſuccurrere, omnipotentem qui poſſit & omniſcium, qui ſciat liberare: ac fideliſſimum *Pſalm. 124. 1.* amicum. Vnde qui confidit in domino, ſicnt mõs Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Ietoſalem, & merito abſqoe anxietate viuit, & abſque ſolicitudioe, ſecurus eſt, id eſt, ſine ſui, ſuarumque cura rerum. Omnem enim ſolicitudinem *1. Petri. 5. 7.* proiicit in Deum de Petri conſilio, quia illi cura eſt de ipſo: nec portæ inferi præualebunt aduerſus eom. Talis erat Dauid, cum cantabat Pſal. 22. do- *Pſalm. 22. 2.* minus regit me, nihil mihi deerit, & quæ ſequuntur.

Hinc illud dignum eſt qood notetur, Hebræis *Homo Adam & Enos.* hominem duplici nomine vocari, nam dicitur אָדָם Adam, à rubea terra, ex qua conditus eſt, di- A citur & אֱנוֹשׁ Enos: ab infirmitate, & fragilitate ſic dictus, quod ærumna, & miſeria incurabili ex peccato profecta repletus ſit, vnde in Pſalm. 9. 21. dicitur. *Pſal. 9. 21.* Conſtitue domine legiſlatotem ſuper eos, vt ſciant gentes qund Enos homo ſint. Hoc eſt fragiles, miſeri: vt hoc nomen priori ex terra deſumpto addat geous omne miſeriæ ex peccato exortæ. Vt iam hinc fiat manifeſtum enos hominem omni miſeriarum genere repletum, omnium booorum indigentem eſſe, & Deum ſolũm miſericordem habere, qui poſſit ei ſufficere, atque adeo ſola ſpe ſe ſuſtinere, & ita dictum enos, quaſi ea ſpe pendentem, & omnia à Deo ſperantem: ſic affirmat Philo libro de Abrahamo, cum, inquit: *Philo.* Quoniam principium parandorum bonorum ſpes eſt, etiam tanquam publicam viam oſtendit, & aperit B anima veri boni ſtudioſa, quæ primom amicum ſpei nominat hominem, vocabulum totius generis commune, tribuens ei per excellentiam; nam chaldæi hominem enos vocanr; ac ſi ſolus verè homo ſit, qui res bonas expectat, & bona ſpe ſe ſuſtinet. Merito igitur, qui nihil habet ex ſe, ſed totus pendet ex Deo, benedictus vocatur, ſiquidem Deum habet cuſtodem, & curatorem.

9 *Lignum.*] Ex his, quæ diximus numero 7. colligitur, felices eas arbores appellatas, & in religione *arbor felix.* habitas, quæ ſeraotur, & fructum ferant: Huiuſmodi ergo arbori felici, quæ ſerimr, & fructum fert, comparat virum in Deo confidentem; quod ſicut arbor illa, præſertim, iuxta aquarum conſita fluenta, aſſiduo humore vireſcit; nec timendum eſt æſtum illi nocere poſſe, aut plouiæ defectom, ideo copioſum fert ſuo tempore fructum, quod ſit C arbor felix, Deoque ſacra, cui propterea nulla audebit nocere creata res; ita vir fidens Deo, plantatus dicitur: quia ponit in Deo ſpem ſuam, Pſal. 72. *Pſalm. 72. 28.* Eique adhæret; & mittit radices ſuas ad humorem; dum iactat cogitatus ſoos in Dominum qui *Pſalm. 54 23.* enutrit ipſum, vt aqua arborem: vnde ſemper viridis eſt, nonquam diffidens, qui color ſpei Symbolum eſt: ſiue æſtu ceteræ combutantur arbores, ſiue pluuiæ defectu areſcant agri, ſiue carnis æſtus exurgat; ſiue cælum ipſum ruinam minetur. Quod autem hic vir nõ vni ſingulari arbori comparetur, ſicut qui non fidit Deo, comparatur myricæ, ſed arbori felici, ac fructiferæ in vniuerſum, fortaſſe ea cauſa eſt, vt omnium felicium arborum felicitates in ynum coactæ illi vni tribuantur; vt *Pſal. 1. 1.* Pſ. 1. tribuit Daoid, cum dixit, beatus vir, Hebraicè, beatitudines viro, qui nõ abijt in cõſilio impio- D rum, ſed in lege Domini voluntas eius: & erit tanquam lignum, quod plantatom eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſoum dabit in tempore ſuo. Vt enim omnes arbores fructiferæ felices dicuntor, ſingulæ propter fructus ſuos: ita ille erit beatus, felix, ac benedictus, omni beatitudine felicitate, ac benedictione: omnium virtutum germina producens, & omniũ bonorum felicitate affluens, qui confidit in Iehuuah. Vt ita dicatur ter felix, & terque qoaterque beatus, hoc eſt multis modis, aut omnibos beatus, nam ſecundum Phi- *Ariſtoteles.* loſopbum. 1. de cælo, quod tribus conuenit, omne merito dicitur.

Nota illa verba: & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, Hebraicè ſic legi, & in anno retentionis ſeu prohibitionis non erit ſolicitum, & omnes intelligunt, in anno priuationis pluuiæ, ſeu imbrium, vt Tigutina, Pagn. & Vatablus, ex qua

quia

ſequitur ariditas, ſeptuaginta, Chaldæus, & Vulgatus, explicuerunt, io anoo, ſeu in tempore ſiccitatis. Sed ſunt qui hæc verba ſic transferant. In tempore amputationis ſurculotum non erit ſolicita arbor, oam facile alios germinabit: ergo illum genitiuum, priuarionis, ſurculorum accepere, nou pluuiæ, vt priores melius.

10 *Prauum.*] Hebraicè ſic habet hæc ſeotentia. Deceptorium eſt cor præ omoibus, & peruerſum eſt: *Geneſ. 27. 36.* quis cognoſcet illud? & quidem nomen עקב Arob ſupplantatorium ſignificat, verſutum, verſipelle, & fallax, à ſupplantando, vode Iacob ſupplãtator dictus eſt, & ſeptuagiota profundum transtulerunt: apud Chryſoſtomum vero, & Theodoretum, graue eſt cor ſuper omoia legimus. Nomẽ autem אנוש Vt notat Hyeronimus ſi legatur אנוש Anus, ſignificat inſcrutabile, vel deſperabile, vt ait Vulgatus, aut grauiter affectum, deploratum, præfractum, obſtinatum. Si autem legatur אנוש Enos, eſt uomen bominis, vt diximus oumero. 8. & ita acceperuot ſeptuaginta, cum verterunt. Profundum eſt cor ſuper omnia, & homo eſt, quis cognoſcet eum? & Symmachus dicens, inſcrutabile cor homioum, vir autem quis eſt, qui inueniat illud? Vnde ex veteribus non pauci, magis ex bono voto, vt hic notat Hieronymus, quam ſecundum ſcientiam, illa verba: & homo eſt, & quis cognoſcet eum! de antecedeotibus, & ſubſequentibus *De Chriſto.* reſecaut, & de Chriſto exponunt, qui cũ homo ſit, *Tertullianus.* at propter oceultam diuinitatem noo cognoſcatur: ſic acceperunt Tertulianus lib. aduerſus Iu- *Cyprianus* dæos. cap. 14. & lib. de carne Chriſti. cap. 15. & lib. *Lactantius.* 3. aduerſus Marcionem. cap. 7. Cyprianus. lib. 2. aduerſus Iudæos, cap. 10. Lactant. lib. 4. diuinarũ *Epiphanius* inſtitutionum, cap. 13. Epiphauius Hereſi. 30. in Ebionæos. Ambroſius de inſtitut. virginis. cap. *Ambroſius.* 16. & lib. de pœnitentia. cap. 2. & demum Augu- *Auguſtinus.* ſtinus lib. 3. contra Fauſtum, cap. 11. Verum de Chriſto oon eſſe hic ſermonem ioſtitutum, ex ipſo textu ſatis compertum eſt, in quo de bumano eorde fallaci & peruerſo, quod à oullo cognoſci poſſit, præterquã à Deo, tantum ſermo eſt. Quare de corde humano, quod eo ſolum, quod hominis ſit, inſcrutabilis, aot prẹfracti, peruerſum eſt, & fallax, & à nemine cognoſcibile, accepta hæc ſententia, ideo putatur adiecta, à Lyra, quod in ſequentibus loeuturus eſt de cõſideutia in diuitiis, & idcirco Dominus præmittit eam, dicens, prauum eſt cor homiois, & prooum ad auaritiam: & quis cogooſcet illud? ego qui auferam ab eis diuitias male acquiſitas. Hugo refert ad ſuperiora: nam poſſeut homines dicere, ſe in Domino confidere: dicit ergo, poſſe quidem ab hominibus ſic aſſereotibus homines decipi, ſe vero minime, qui intuetur cor. Iſidorus exiſtimat hoc dictũ adiectum vt ratio reddatur illius, maledictus bomo, qui confidit in homine; quia euẽtus ab homine pẽdens incertus, quia cor eſt ad fallendum aptum, & malorum excogitandorum ſtudioſiſſimum. Verius videtur cũ Hieronymo, Tbeodoreto, Rabano, & Vatablo, eſſe quoddã epiphonema ex præcedentibus deductum, dixerat, maledictum confidentẽ in homine, & benedictum, eonfidentem in Deo. Concludit. ô quam fallax eſt cor bominis præ rebus omnibus, & quam varium, neſeias enim quo ſuas ſpes dirigat, in Deum, an io creaturam? cum enim putas, ex Deo totum pendere, recurrit ad Ægyptiorum baculum arundineum, & quid magis deploratum,

A quàm hçc cordis humani mutabilitas? quid magis dolendum, quam ita metuere, vt opem ſibi laturũ non confidat Deum; Sed aggrediente quocumque malo ſibi imminere fotoidet, & ſtatim Dei oblitus ad humana præſidia confugiat, quis ergo poterit cognoſcete quo in ſtato ſit, niſi Deus?

11 *Predix.*] Hebraicè tãtum legitur, Perdix collegit, & non peperit: ab interpretibus autem explicatius vertitur cum ſubintellecta nota ſimilitudinis. Sicut perdix colligit oua, quæ non peperit; ſic qui facit diuitias, & nõ in iudicio: ita Chaldæus, Vulga- *Perdicis natura.* tus, & ceteri, cum ſeptuaginta, qui addunt: cla- *Ambroſius.* mauit perdix, congregauit quæ non peperit, faciẽs diuitias ſuas non cum iudicio. Sumpta eſt hæc ſi- *Hieronymus.* militudo ex natura perdicis, quam referunt Am- *Albertus.* broſius lib. 6. exameron. cap. 3. & Epiſtol. 48. & B Hieronymus hic, & Albertus lib. 2. de animalib⁹: nam perdix alterius perdicis oua, id eſt aliena furatur, & eis incubat, fouetque, cumque fœtus adoleuerint, & vocem eius audierint, quæ oua generarit, auolant, & alienum parentem relinquunt: Huic ergo ſimilem eſſe dicit impium Sedeciam, cũ populo Iudæorum, qui confidentes in diuitiis, vt ſe poſſent ab hoſte in futuro bello liberare, cõgregabant eas malis artibus, per fas aut nefas, magis in illis, quam in Deo fidentes, ſed quia male parta male dilabuntur, cum ſe copioſos glorientur, & in ætate meliori ſe illis frui gaudeant: tunc auolabũt ab eis, ad hoſtes chaldæos, qui eas diripient, & tandem ſe ſtultos prædicabunt, cum ſe inopes duci captiuos viderint, & fruſtra aliis diuitias congregaſſe. Sic hunc locum interpretantur Hugo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus, & videtur C Chaldæus hũc ſenſum indicare, cum ait, ſicut perdix, quæ congregat oua, quæ non ſunt ſua, & fouet pullos, qui eam noo ſunt ſecuturi, ſic vir impius, qui poſſidet diuitias, & non in iudicio, in dimidio dierum ſuorum relinquet eas, & in fioe vocabitur impius: vltio fiet de eo, à facie eius, cuius maieſtas habitat in ſolio gloriæ.

Theodoretus ex alia perdicis natura ducens ſimilitudinem de rege Babylonio declarat hunc lo- *Iſidorus* cum. Sceleratum enim belli docem deſcribit, ait *Perdicis alia proprietas.* Iſidorus Peluſiota condiſcipulus Theodoreti lib. 1. Epiſtola 298. Solent, ait, venatores manſuetarũ perdicum voce alias eiuſdem generis conuocare, quę concurrentes decidunt in caſſes: ita perdix voce ſua congregat perdices, quas non peperit: ſic rex Babilonius dominari nititur in omnes, at opes congregat iniquas, in dimidio dierum ſuorum de- D relinquent eum: & in extremo ſuo erit ioſipiens, nam incidit in maniam, & belluinus effectus, expulſus eſt regno. Verum de Babylooio hic non fieri ſermonem, inde conſtat, quod eſſet quaſi extra chorum proſilire, nam cum inuectus fuiſſet in populum magis in Ægyptiis confidentem, quam in Deo: eiuſque eor prauum, & inſcrutabile declaraſſet, quod nemo hominum poſſet callere, pręter ipſum Deum, qui intimas peoetrat cogitationes, & iudicat, ac puoit iuxta fructum adinnentiouum *Perdicis alia proprietas.* ſuarum, perſtas in eadem inuectiua, oſtendit perdicis ſimilitudine, amiſſurum diuitias populum, *Baſilius* quas Deo diffidens congregabat, & à quo mox ſe *Ambroſius.* liberari poſtulat Ieremias. Sunt nihilominus alij, *Ariſtoteles.* qui ex alia perdicis aſtutia volunt ſumptam eſſe ſimilitudinem, quam referuot Baſilius Homil. 13. *Plinius.* de exhortatione ad Baptiſmum, & Ambroſius in *Ælianus.* 17. Ieremiæ & Epiſtol. 48. & aute eos hiſtoriogra-

phi naturales Ariſtoteles lib. 9. de hiſtoria animalium. cap. 8. Plinius.lib. 10. cap. 33. Ælianus. *Solinus.* lib. 3. de animalibus cap.16. & Solinus cap.13.Polyhiſtoriæ. Nam ſi quę perdix ſibi inſidias, & ſuis pullis molientem conſpexerit, ad illius pedes ſe prouoluens, ſpem oſtendit, ſimulata vel pedum, vel alarum debilitate, ſe capi poſſe. tum quidem auceps inclinat ſe, atque in prædam, quam ſe putat habere in manibus, incumbit: ille vero ſeſe cōuoluens, pedetentim elabitur, cumque illum à nido auertit, ac abduxit, ſeque vanum illius laborem ſentit eluſiſſe, magna iam fiducia venatorem hiantem relinquens euolat; atque ab inſidiis tuta pullos appellat, qui maternā vocem agnoſcentes eo aduolant. Sic ergo clamauit perdix, & congregauit pullos, quos non peperit, aucupe deluſo. At non in omnibus conuenit ſimilitudo, nam perdicis aſtutę ea proprietas eſt voce vocare, & congregare pullos, quos peperit, quique eam erant ſecuturi: quare primus ſenſus ex prima perdicis natura deſumptus ceteris præſtantior eſt, planior, & literæ conformior. *Diabolus perdicis nomine ſignatur.* Per hunc perdicem multi ex patribus allegoricè intelligūt diabolū, eiuſque miniſtros. Sic Amb.li.6.in Exam.c.3.li.2.de pænitentia. c.2.li.7.epiſt.47.& 48. Hier.hîc, & ſoperc.2.Hab. *Ambroſius.* Chryſ.Hom.20.in Matth.Aug.li.13. contra Fauſt. c.12.& li.de paſtoribus c.12. Amb.tamē verba referemus, *Hieronymus.* qui ceteris luculentius allegoriam hāc nobis expreſſit Epiſt.48. iuxta lectionē Septuaginta. *Chryſoſtomus.* Clamauit perdix, quia à perdendo nomen accepit *Auguſtinus.* (Hebraicè קרא Kore à vocando, aut clamando) Sathanas ille, qui Latine contrarius dicitur, clamauit in Eua primū, clamauit in Caim, clamauit in Pharaone, Dathan, Abiron, Chore; clamauit in Iudęis, quando petierunt ſibi fieri Deos, cum Moyſes legem acciperet: *Exod. 32.1.* clamauit iterum quando de ſaluatore dixerunt; crucifigatur, crucifigatur; ſanguis eius ſuper nos: *Matth. 27.22.* clamauit quando ſibi regem poſtulauerunt. Vt recederent à Domino Deo rege; clamauit in omni vano, & perfido his vocibus con- *Ioan.19 15.* gregauit ſibi populos, quos non creauerat. Deus enim hominem ad imaginem ſuam fecit, & diabolus ſibi hominem vocis ſuæ fraude ſociauit: cō- *Geneſ.1. 26.* gregauit ſibi nationum populos faciens diuitias non cum iudicio. At vero meus Ieſus, quaſi iudex bonus cū iudicio omnia agit, qui venit, ſicut ſcriptum eſt, dicens, ego loquor iuſtitiam, & iudiciū ſalutis: ea igitur gratia deprædatus eſt perdicem *Iſa.45. 19.* illum diabolum, abſtulit ei male congregatas diuitias multitudinis, reuocauit ab errore animas gentium, menteſque nationum deuiantium: & quia diaboli voce deceptos ſciebat, & ipſe, vt vin- *Gene.4. 10.* cula, nexuſque veteris erroris ſolueret, clamauit primum in Abel, cuius clamauit vox ſanguinis, clamauit in Moyſem, cui dixit, quid clamas ad me? *Exod. 14.15.* clamauit in Ieſu Naue, clamauit in Dauid, clamauit in omnibus prophetis, vnde ad Iſaiam ait, clama, & ille ait, quid clamabo: *Iſa. 41. 6.* clamauit in Salomone conuocans cum altiſſima prædicationem ad ſapientiam: Venite edite de meis panibus, & bibite *Prou. 5. 20.* vinum, quod miſcui vobis: clamauit etiam in corpore ſuo, ſicut ſcarabæus in ligno, clamauit vt inſidiatorem falleret, & circumueniret, dicens, Deus, *Matth. 27. 46.* Deus meus, quare me dereliquiſti? clamauit vt deſpoliaret, reſpondens latroni: Amen Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo, itaque vbi cla- *Luca. 23. 43.* mauit Ieſus, continuo perdix ille à congregatis in dimidio dierum ſuorum derelictus eſt.

12 *Solium.*] Hæc verba. Solium gloriæ altitudo à

A principio, locus ſanctificationis noſtræ: ſunt qui referant ad ſuperiora; quaſi reddatur ratio in illis, cur confidens in diuitiis ſit illas amiſſurus, & vt ſtultus finem habiturus; quia videlicet eſt Deus in cælo proſpectās omnia, in ſolio excelſo gloriæ ſuæ conſidens à mundi principio, & in templo ſancto noſtro in Ieruſalem, qui nō permittit impios præterire impunitos. Hunc ſenſum habet Chaldæus, ſic exponens: vltio fiet de eo à facie eius, cuius maieſtas habitat in ſolio gloriæ ſuæ, in cælis excelſis à principio è regione domus ſanctuarij noſtri: & Vatablus, cum vertit, vt ſolium Dei glorioſi fuit à primordio mundi conditi in cælo, ſic nunc in loco ſanctuarij noſtri locū habet, ac ſi dicat, cum Deus habitet in templo noſtro, vt in cælo; quis audeat dicere illum, aut non videre, aut non curare quæ B in mundo patrantur, vt puniat eos, qui aliena diripiunt, in eiſque confidunt? Hieronymus tamen, Theodoretus, & Rabanus, ac Iſidorus cum ſequētibus coniungunt, vt his verbis deſcribatur Dei maieſtas, ad quam, eā inuocando, ſermonem conuertit propheta, petens liberari ab impiorum inſidiis, quaſi dicat, ô Deus glorioſe, cuius maieſtas ſplendet in ſolio gloriæ excelſo, ab exordio mundi tibi conſtituto in cælo; qui es etiam locus noſtræ ſanctificationis, quia delegiſti in terris apud nos tibi peculiare ſanctuarium, cuius tu ſplendor es; expectatio Iſrael, omnes, qui te derelinquunt, confundentur, & cetera. Niſi quod Theodoretus, hæc omnia ad locum refert, dicens, Tu autem Domine ſanctificatio noſtra, ſplendor loci noſtri, ſempiternum habes imperium. Te igitur expectamus. Tu enim præbebis nobis liberationem ab aduerſis. C Hugo demum, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, hanc periodum ſeorſim ſtatuunt, ſolium gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ, expectatio Iſrael, quibus verbis, cum in ſuperioribus dixiſſet ſupplicium, exitumque malorum, iam declarat quid probis, & fidēlibus Iſraëlitis futurum boni ſit: vt ſit ſenſus ſecundum Lyram, & Dionyſ. At expectatio Iſrael, hoc eſt, quod expectant probi Iſraelitæ, eſt cælū excelſum, in quo eſt ſedes diuinæ maieſtatis; & locus noſtræ ſanctificationis, quia eo tēdit omnis noſtra sāctificatio: hūc locū expectabat Abrahā, vt ait Paul.ad Heb.11. expectabat Abrahā fundamenta habentē ciuitatē, cuius auctor, & cōditor Deus. S. Tho. de cultu diuino *Ad Heb. 11.10.* exponit, in quo iuſti ſpem habebāt: expectatio & fiducia populi Iſrael eſt tēplū, arca, & propitiatoriū, in quo gloria Dñi tanquā in ſolio apparebat à prin- D cipio legis latæ, qui eſt loc° noſtræ ſanctificationis, hinc ſup.c.14.dictū eſt, ſolij glorię recordare, ne irritū facias fœdus tuū nobiſcū. Hugo putat eſſe do futura reſtitutione ſermonē. Probi Iſraelitæ expectāt Ieruſalē quę eſt ſoliū glorię dñi, quia in propitiatorio apparebat à principio, & locō sāctificationis noſtræ, templū reſtituēdū ad priſtinā gloriā: & quamuis Septuaginta ſic, vt hi auctores, literā coniungant, tamē in Hebræo, expectatio Iſrael, ad ſequentē periodū ſpectat. Vt ſub vno pūcto legatur. Soliū gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ. Vt legunt Vulg. Tigur. Pag. & Vat. & ita horū verborū ſenſus germanior erit primus, quē in paraphraſi elegim°. Vel breui°, quia de ſupplicio Iudęorū futuro erat ſermo, qui in vaſtatione amiſſuri erāt diuitias, in quib° cōfidebāt, præcipuas inter has diuitias enumeret vrbē Ieruſalē, & tēplū, quaſi dicat. Sedecias & ceteri Iudæi, q cōfidūt in raptis diuitiis, in dimidio dierū ſuorū derelinquēt eas

deſerent etiam Ieruſalem, qoæ eſt ſolium gloriæ celſitudinis Domini ab antiquo tempore: in qua eſt templum, locus ſanctificationis noſtræ, in quo diuinum cultum exercemus, nam Ieruſalem vocari ſoliom, vel thronum oſtendimos ſupra cap. 14. Ieremiæ, ex Chriſti teſtimonio, numero. 17. At templum vocari locum ſanctificationis, ſanctuarium, & ſanctificium, præter ſupradictos auctores, ſcriptura ipſa noo infrequenter nos docet.

13 *Scribentur.*] Hic eſt nomen Hebræum יְסוּרַי Ieſurái, pro veſurai. & recedentes, in quo deficit mem, dicendum enim erat Surim, recedentes, ſupple, á te, vt recte ſupplebit Vulgatus, quanuis Tigurina, Pagninus, & Vatablus, illud iod pro pronomine primæ perſonæ acceperint, vertentes, recedentes à me, hoc eſt, a via, quam te iubente, oſtendo eis. Nec deſunt, qui à verbo יָסַר Iaſar deducentes, quod ſignificat caſtigare, vincire, in vincula conijcere, aut vioculis cohercere, verterint hic. qui caſtigauerunt me in terra ſcribentur. Hoc eſt annomerabuntur his, qui terrena ſapiunt, & terrenis adhærent, tanquam cioes huius mundi, ſicot hi, quorum conuerſatio in cælis eſt, adſcribuntur cælitibus, & in cęlo ſcripti eſſe dicuntur, tanquam ciues ſanctorum, & domeſtici Dei. Sic videntur iūterpretari B. Hierooymus, cum Origene Homil. 4. in Ieremiam, Rabanus Hugo S. Thomas. At Lyra, & Dionyſius, in terra ſcribentur, exponunt, in infernum detrudentur, aut in inferno ſepelientur, ioxta illud Pſam. 35. Introibunt in inferiora terræ: quem ſenſum videtur ſecutus Chaldæus, cum ait, & impij, qui transgredientor verbum tuum futurum eſt vt cadant in gehennam. Præterea Hugo, & Vatablus ſcribi in terra putant eſſe perire nomen, aut memoriam impiotum, qood quæ in terræ puluere ſcribuntur facile, quocunque vento deleantur, nam ſicut in memoria æterna erit ioſtus, quia tales ſcripti ſunt in libro vitæ, ita qoi deleti ſunt de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribuntur, ſcripti dicuntur in terra, & periiſſe memoriam eorum cum ſonitu. Certe gentiles eos terræ filios nuncupabant, qui ignotis eſſent nati parentibus, quaſi terræ communi matri annumerantes, vt ex Minutij felicis ſententia aſſerit Lactantius lib. 5. inſtitut. cap. 11. quique nihil ægregij feciſſent, & eorum genus vetuſtas aboleuiſſet. Sicut cæli filios vocabant, quotum miremur virtutem, quaſi è cælo eſſent delapſi: ſcribuntur ergo in terra, qoi nihil egerunt dignum memoria, ſed ſtatim periturum eſt nomen eotum, quales ſunt hi, qui Dominum derelinquunt venam aquarum viuentium.

Orig.

Pſal. 35

Pſalm. 111 6.

Pſalm. 68. 29.

Terræ filij.

Minutius, Lactantius

14 *Sana me.*] Non petit ſanari à vera culpa, vt putãt S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, ſed vel à culpa, quam illi Iodæi imponebant, quaſi mendaci, dum mala comminabatur, optans vt illis euenirent: vel certe petit ſanari, & ſaluꝰ fieri à calumniis, opprobriis, inſidiiſque, quas ſuſtinebat à Iudæis, Dei nomine, ſuo functus munere prophetæ: vt intelligũt Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, & Hugo, & conſtat ex malis, quæ ſubiungit, à quibus poſtulat liberari.

15 *Turbatus.*] Verbum אַצְתִּי Açthi, ab אוץ Vts ſignificat, feſtinaui, anguſtiis affectus, coarctatus, aut in anguſtias coactus ſum: & ita ad verbum ſic dicitur Hebraicè, & ego non feſtinaui à paſtore poſt te, quod Vatablus vertit. Non fui ſolicitus vt eſſem paſtor poſt te: vt ſit ſenſus, quanuis Iudæi

A lacerent meam prouinciam, to tamen noſti, quòd non inuaſerim eam, neque me intruſerim, vt aſſumerẽ officiom paſtoris poſt te, qui es princeps paſtorũ. Secũdò. Iuxta aliã illius verbi ſignificationẽ, quæ eſt elongare, aut moram trahere: dixit Chaldæus: ego autem non ſum cunctatus ſuper verbũ tuom, vt non prophetarem eis, vt conuertam eos ad timorem tui, & Tigurina. Cum tamen ego te ſecutus morã non traxerim, qoominus paſtor eſſẽ: & Pagninus, & ego non elongaui meipſum. vt eſſem paſtor poſt te. Hoc eſt: & ego non deſerui officium paſtorale, quod mihi tu commendaueras, quamuis multis conuitiis, & opprobriis, me Iudęi ad id adegiſſent: ſemper enim annũciaui illis, qoæ mihi annunciare præcipiebas. Tertiò. Iuxta tertiã ſignificationem, inquit. Ego aotem, nõ ſum anguſtiis affectus, aut coarctatus, vt eſſẽ paſtor poſt te. B Ad quem modum verterunt Lxx. Non laboraui ſequens poſt te: & Vulgatus: & ego non ſum turbatus, te paſtorem; vt paſtor ſequẽs: vt ſit ſenſus: & ego, quamuis tot maledictis laceſſitus, tot opprobriis affectus, quod munere meo recte fungerer, non ſum ad eas anguſtias redactus, vt deſiſterem à munere prophetæ, quominus paſcerem Iudæos, te ſummum paſtorem ſequens, & hic eſt germanus ſenſus lectionis Vulgatæ, & idem fere cum ſecundo, vt exponunt Hiero. Raban. Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dion. Theo. neſcio vnde hanc huius loci lectionem ſumpſerit. Ego vero ſane multa captus ſum laſſitudine ſequẽs te. Hoc eſt, multa ſum perpeſſus, dum me prædicant mendacem, quod tu vindictam differas: cum Lxx tantum verterint. C Non laboraui ſequens poſt te, quæ verba ſic proſequitur Ambroſius lib. 3. epiſtol. 20. ad Syricium, Quis poteſt laborare ſequens Ieſum, qui dicit, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Sequamur ergo Ieſum ſemper, nec deſinamus. Quod ſi ſemper ſequamur, nunquam deficimus, dat enim vires ſequentibus ſe. Itaque quo propiot virtuti fueris, eò fortior eris. Plerumque cum ſequimur, dicitur nobis ab adoerſariis, vbi eſt verbum domini, veniat. Sed nos non fatigemut ſequendo: non auertamur ſubdolæ interrogationis impedimento. Dicebator hoc prophetæ cum mitteretur in carcerem: cum demergeretur in voraginem luti, vbi eſt verbum domini, veniat. Sed ille multo magis ſecutus eſt, & ideo ad brauium peruenir, ideo accepit coronam: quia non laborauit qui ſequebatur Ieſum: non eſt enim labor in Iacob, nec dolor videbitur in Iſrael, D vt dicitur 23. Num.

Munus prophetiæ qui ab Ieremia ſumptu.

Ambr.

Nume. 23. 21.

16 *Diem hominis.*] Hoc loco ſeptuaginta, & eos ſecutus Vulgatus legerunt, & diem אֱנוֹשׁ Ænos hominis non concupiui, de quo nomine diximos ſupra numer. 8. & Nazianzenus oratiooe 40. qoæ eſt in ſanctum baptiſma, Hiero. Raba. Hugo, S. Thomas, Lyra, & Diony. per diem hominis intelligunt humanam fœlicitatem, proſperitatem, aot fauorem, aot etiam vitam longam, & quietam quaſi dixerit Ieremias. Tu ſolus es laus mea, hoc eſt, laodis meæ cauſa, dum me tua virtute corroboras, & potentem facis, nam cum multi ex Iudæis mihi prædicanti inſultent, & me, quæ iuſſiſti denunciantem probris proſequantur, ego non deſtiti, nec curaui illis placere: neque fauorem illorum, & vitã quietam, quam poſſem habere, ſi illis morem geſſiſſem procuraui. Vt de ſe ait Apoſtolus ad Galat. 1. An quæro hominibus placere? ſi adhuc hominibus

Dies hominis quis.

Ad Gal. 1. 10.

placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Sic. 1. ad Co- A
rinth. 4. diem hominis vocauit humanum diem, cum dixit, Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, hoc eſt hominum fauore, & commendatione. Aut, te ſolo, ô Deus, patrono, & adiutore contentus, non indigeo humano fauore, non eſt mihi opus hominum ſubſidiũ, hoc eſt enim, non deſideraui : *no me bazeſalta el fauor humano* ; Ceteri vero interpretes, quia non legerunt Enos, ſed אָנוּשׁ Anus, quod ſignificat dolorem, afflictionem, & contritionem, verterunt hîc diem durum, calamitoſum, doloris, aut contritionis non concupiui, hoc eſt diem illum calamitoſum, quo vaſtandi ſunt Iudæi, & ſi ſcirem in eo me verum prophetam fuiſſe manifeſtandum: ſic Chaldæus dixit, & diem malã, quam tu adduces ſuper eum non deſideraui : & verterunt Tigurina, B
Pagninus, Vatablus, & Iſidorus, & poteſt quidem hic ſenſus lectinni Vulgati accõmodari, ſi nomine hominis ſignificatum Hebraici Enos intelligamus, nempe fragilis, miſeri, calamitoſi, vt numero. 8. expoſuimus, cum ab eodem verbo deducantur hæc duo nomina; vnde & Theodoretus, qui Lxx. ſecutus legit, diem hominis, ita exponit, ego vero & ſi mihi perſpectum eſſet, quod dolere neſcirent, eos in calamitatem labi nolui: hoc enim innuit, cum ait, diem hominis non concupiui, non optaui vnquam vt veniret dies ille calamitoſus, quem comminabar, vt illi mihi imponebant.

17 *In conſpectu.*] Licet in Hebræo tantum dicatur: Quod egreſſum eſt de labiis meis coram facie tua fuit, rectè eſt adiectum, rectum coram facie tua fuit: hoc eſt verum fuit, nihilque mendacij conti- C
nens, ſic exponunt Hieronymus, Rabanus, & Hugo, nam quod Deo inſpectante loquimur verum
Ad Gal. 1. 20. ſit compertum eſt, vnde Paulus ad Galat. 1. 20. dixit, Ecce coram Deo, quia non mentior: vel verbum, quod locutus ſum eis inſultantibus, ac dicentibus, vbi eſt verbum Domini, veniat, coram facie tua fuit, hoc eſt à facie tua, vel à te profectum eſt, te inſpirante illud prænunciaui : ſic videntur intelligere S. Thomas Lyra, Dionyſius, & Vatablus, vt conſtet eum qui vel præſentem habet Deum, vel eius ſpiratione ducitur, recte omnia & loqui, & operari.

18 *Non confundar.*] Hæc omnia eſſe intelligenda de extrema calamitate per Chaldæos adducenda, exiſtimant Lyra, & Dionyſius, ceterique inſinuant, qui in vniuerſum dicunt poſtulare prophetam, vt Deus ſe liberet, ſuos autem perſecutores puniat, D
& affligat, vt ſic corrigantur. Theodoretus de die afflictionis exponit, quo Ieremias erat affligendus conuitiis, & opprobriis Iudæorum, à quibus petit liberari, & vt ſuis conatibus excidant, ipſe autem victor emergat. Quod vero dicit duplici contritione contere eos, in extrema calamitate, multiplici, aut grauiſſima ſignificat, vna poſt aliam, aut fame, & gladio, vt aiunt Hieron. Raban. & Dionyſius, aut morte, & captiuitate vt Lyra, aut certe grauiſſima, iuxta ea quæ diximus in capite 15. numero. 9.

19 *Porta.*] De porta vrbis frequentiſſima intelligit Vatablus. Hieronymus, & Rabanus de portis vrbis exponunt. Theodoretus de portis regiis, alij de portis tẽpli. Sed plane loquitur de porta frequentiſſima, ad quam præcipuè conuenire ſolebant ciues Ieruſalem iuriſdicendi cauſa, nã in portis cauſæ agebantur, illucque confluebant omnes ad negocia peragenda in planteis, quæ erant in portis, iubet ergo vt ſe conferat ad portam, plateamque frequentiſſimam, & ad ceteras alias, vbi inſtet importunè opportunè, vt ex Paulo adducit Hier. vt ſeruarent ſabbata, cultuique diuino ſe dederent. *1. ad Timot. 4. 2.*

20 *Cuſtodite.*] Quod Septuaginta, & Vulgatus eos ſecutus, verterunt : cuſtodite animas veſtras, Hebraice dicitur: Cauete in animabus veſtris, vel, propter animas veſtras, vt Pagninus, & Vatablus tranſtulerunt, & Tigurina: cauete quam caræ ſunt vobis animæ veſtræ, eſtque genus obſecrationis, quo Iudæos obſecrat, vt per vitam ſuam, & ſalutẽ caueant ne ſabbata violent, quo nomine omnem religioſum cultum intelligit, vt Theodoretus, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus aduerterunt, qui enim ſabbati diẽ non ſeruabant, eo ipſo oſtendebant Deum omnium conditorem ſe non colere, nec eum religioſo cultu venerari, in lectione ergo Vulgati, cuſtodite animas veſtras, vel communis ſenſus accipiendus eſt Hieronymi, & ceterorum, proſpicite animabus veſtris, ne vlla culpa coinquinemini, vel ſuppleri debet præpoſitio, per, vt habeant ſenſum præcedentem; cuſtodite, vel cauete per animas veſtras, vt diem ſabbati ſanctificetis. Pollicetur autem ſi diem ſabbati ſanctificarent in primis ſummam pacem, & temporariam proſperitatem, deinde augendum diuinum cultũ confluentibus vndique Iudæis, nemine impediente, in templum cũ ſacrificiis, & oblationibus. Sin minus extremam per Chaldæos ruinam vrbis Ieruſalem, templo combuſto, domo regia, cum ceteris ædibus, quam effugere nemo poterit, vt omnes intelligunt.

21 *Holocauſtum.*] Vt horum ſacrificiorum differentiam cognoſcamus animaduertamus oportet, id, quod recte notauit Hugo de ſancto Victore ſermone 37. Inſtitutionis monaſticæ, duo in vniuerſum fuiſſe ſacrificia Iudæis, vnum vocatur ſacrificium, alterum oblatio : illud de animalibus tantũ fiebat, oblatio autem ceteris rebus conſtabat. Sacrificiorum tria erant genera, holocauſtum, Hebraicè עוֹלָה Olah ab Alah aſcendere, quod totum conſumeretur, & in fumum abiret, aut aſcenderet. Hoc ex debito, vel ſponte oblatum, totum incendebatur, fiebatque aliquando de armentis, aliquãdo de pecoribus, aliquando de volatilibus. Sacrificium ſimplex, Hebraicè זֶבַח Zeua ſacrificiũ, vel victima, illud erat, quod pro debito inſtitutionis oblatum partim cremabatur, partim reſeruabatur: eratque duplex, vnum pro peccato, alterũ pro delicto, vocabant delictum quãdo non fit quod fieri debet, nẽpe omiſſionem, peccatũ vero, quando fit quod non debet fieri. Sacrificium pacificũ, ſponte offerebatur, ſiue in gratiarum actionẽ, ſiue pro voti emiſſi adimpletione, ſiue pro voluntaria, & ſpõtanea deuotione, hoc autẽ ſacrificiũ confeſſionis, ſeu laudis, ſeu gratiarũ actionis dicebatur תּוֹדָה Todah. In ſacrificiũ, & holocauſtũ offerebãtur taurus, vitula, hircus, capra, hædus, vitul⁹, vacca, bos, ouis, agn⁹, aries, turtur, colũba, paſſer. Oblatio Hebraicè dicta מִנְחָה Minha munus, aliquãdo fiebat ex ſimila, & dicebatur ſacrificium crudũ: aliquãdo de clibano, vel ſartagine, vel craticula, & dicebatur ſacrificiũ coctũ, aliquãdo ex thure, aut thimiamate, aut ex calamo aromatico, dicta Hebraicè, לְבוֹנָה Leuonah thus. Ieremias ergo pollicetur adducendũ in templum triplex, illud genus ſacrificiorum: & oblationem ex ſimila, & ex thure. *Sacrificiorum diuerſitas.*

CAPVT

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

1 VERBVM, quod factum eſt ad Ieremiam à domino, dicens:
2 | Surge, & deſcende in domũ figuli, & ibi audies verba mea.
3 | Et deſcendi in domum figu-
4 li, & ecce ipſe faciebat opus ſuper rotã. | Et
diſſipatum eſt vas, quod ipſe faciebat è luto
manibus ſuis: conuerſuſque fecit illud vas
alterum, ſicut placuerat in oculis eius vt fa-
5 ceret. | Et factum eſt verbum domini ad me
6 dicẽs: | Nunquid ſicut figulus iſte, non po-
tero vobis facere, domus Iſrael, ait domi-
nus? Ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic
vos [1] in manu mea, domus Iſrael. | Repentè
7 loquar aduerſum gentem, & aduerſus re-
gnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdã
8 illud | Si pœnitentiam egerit gens illa à ma-
lo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agã
& ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogi-
9 taui, vt facerem ei. | Et ſubito loquar de gẽ-
te, & de regno, vt ædificem, & plãtem illud.
10 | Si fecerit malum in oculis meis, vt non au-
diat vocem meam: Pœnitentiam agam ſu-
per bono. quod locutus ſum, vt facerem ei.
11 | Nunc ergo dic viro Iuda & habitatoribus
Ieruſalem, dicens: Hæc dicit dominus, ecce
ego fingo contra vos malum, & cogito con-
tra vos cogitationem: reuertatur vnuſquiſ-
que à via ſua mala, & dirigite vias veſtras,
12 & ſtudia veſtra. | Qui dixerunt: [2] deſpera-
uimus: poſt cogitationes enim noſtras ibi-
mus, & vnuſquiſque prauitatem cordis ſui
13 mali faciemus. | Ideò hæc dicit dominus:
Interrogate gentes: quis audiuit talia [3] hor-
14 ribilia, quæ fecit nimis virgo Iſrael? | Nun-
quid deficiet de petra agri nix Libani? aut
[5] euelli poſſunt aquæ erumpentes frigidæ, &
15 defluentes? | Quia oblitus eſt mei populus
meus, fruſtra libantes, & [6] impingentes in
viis ſuis, in ſemitis ſæculi, vt ambularent
16 per eas, in itinere non trito: | vt fieret ter-
ra eorum in deſolationem, & in ſibilum
ſempiternum: Omnis qui præterierit per
eam obſtupeſcet, & mouebit caput ſuum,
17 | Sicut, [7] ventus vrens diſperdam eos coram
inimico, dorſum, & non faciem oſtendam
18 eis, in die perditionis eorum. | Et dixe-
runt: Venite cogitemus contra Ieremiã co-
gitationes: non enim [8] peribit lex à ſacerdo-
te, neq; conſiliũ à ſapiente, nec ſermo à pro-
pheta; Venite & percutiamus eũ lingua, &
non attẽdamus ad vniuerſos ſermones eius.
19 | Attẽde domine ad me, & audi vocẽ aduer-
20 ſariorũ meorũ. | Nũquid redditur pro bono

PARAPHRASIS.

HVIVSMODI verbum fecit dominus Ieremiæ: Abi in domum figuli: ibi enim loquar ad te. Deſcendi ergo in domum figuli, & vidi eum vas quoddam fingentem è luto, quod quidem inter manus eius confractum eſt. Iterum ergo fecit ex illo aliud vas pro beneplacito ſuo. Tunc dominus locutus eſt mihi, dicens: Referes hunc meum ſermonem populo tuo, ac dices: An non ſicut hic figulus fecit de illo vaſe luteo, ego potero facere vobis domus Iſrael? Sicut enim lutum in manu figuli eſt, vt ex eo faciat vas, quod libuerit, ita vos eſtis [1] in manu mea, vt faciam ſimiliter de vobis, quod mihi libuerit, ſicut & de aliis gentibus. Statim enim ac locutus fuero contra gentem aliquam aut regnum, quod euulſurus illud ſim, deſtructurus, & perditurus, ſi redierit gens illa, contra quam locutus fueram, reſipiſcens à malo ſuo, & me pœnitebit ſupplicii, quod ei infligere conſtitueram. Statim ſimiliter ac locutus fuero de gente aliqua, aut regno, quod illud ſim ædificaturus, ac plantaturus, ſi malum fecerit gens illa in conſpectu meo, non obediendo voci meæ, & me quoque pœnitebit boni, quo eam afficere conſtitueram. Tu ergo, dic quæſo Iudæis, & præſertim ciuibus Ieruſalem huiuſmodi rationem. Ecce ego decreui, ait dominus, inferre vobis malum per Chaldæos, & cogito pro veſtris mentis pœnam grauiſſimam infligere: reuertimini vnuſquiſque veſtrum à viis ſuis malis, & emendate veſtram impiam viuendi rationem, veſtraque ſtudia relinquite, & ſtatim ego in melius ſententiam cõtra vos latam mutabo. At illi, obiecta penitus de ſua ſalute ſpe reſponderunt [2] actum eſt de nobis effrenes exequemur noſtras cogitationes, & cordis noſtri mali, improbam libidinem complebimus. Sed admiratus dominus de tam impudenti reſponſione; inquirite quæſo, inquit, an quiſquam in gentibus ſimilia his facta audierit inter ſuos, quæ [3] horribilia valdè commiſit contra me Iſrael? [4] Nunquid exhauriet quiſquã aquas exiſtentes in petra agri ex niue Libani defluentes? aut [5] euellet canales, per quos aquæ frigidæ, ac viuæ ſolent effluere? certè non, & tamen populus meus oblitus eſt mei, qui ſum fons aquarũ viuentiũ, fruſtra libans Baalim, & [6] impingens in viis ſuis, & his per quas inceſſerunt maiores eorum, vt relictis viis regiis irent per vias nouas, & non tritas, quò hoc vlterius ſibi malum pepererunt, vt terram ſuam deſolandam exſibilandamque redderent, omni per eam tranſituro obſtupeſcẽte, caputque ſuum per irriſionem mouente. Idcirco ſicut [7] ventus orientalis diſpergere ſolet nubes, ita diſſipabo eos cum hoſtis Chaldæus acceſſerit, cumq; ad extremam deuenerint calamitatem, tergum vertã illis, & ſi me rogent, & non oſtendam faciem. His adacti ſunt vt dicerent ſibi inuicem, venite, & machinemur malũ aliquod aduerſus Ieremiã, nec enim, illo extincto, [8] deerunt alii, vel ſacerdotes, qui legẽ nos do-

Sedeciā anno 11

ceant, vel ſapientes, qui dent nobis conſilium, vel prophetæ, qui futura prædicant. Venite igitur, & de falsò aliquo crimine eum accuſemus, & nõ curemus vllum ſermonẽ eius, quãtas nobis minas incutiat. Hu permotus Ieremias hunc ad Deum ſermonẽ habuit. Attende domine ad me, & audi quid loquantur contra me aduerſarij mei. Nunquid reddi ſolet pro bono malum: hi tamen mihi mortem machinatur, cum tamen tu benè memoria teneas, quomodo ſteterim coram te, pro eis deprecaturus, vt ſua illis peccata dimitteres, quo auerterẽ irã tuã ab eis. In pœnã ergo tanti ſceleris, da filios eorum in famẽ, & effundat gladius ſanguinẽ eorum: fiant eorum vxores orbæ filiis, ac viduæ, viri earũ turpi morte pereãt, & iuuenes eorum cõfodiantur in prælio gladio, audiatur clamor in domibus eorum, cum ſubito ſuper eos induxeris Nabuchodonoſorẽ, quia ſtruxerunt foueã, vt caperẽt me, & laqueos pedibus meis abſconderunt. Tu verò dñe, cum noueris omne eorum conſilium, quod de me occidẽdo inierunt, ne condones illis tantas iniquitates, ſed peccatum eorum ſemper ſit in memoria tua vt eos punias, corruant coram te, & in tempore furoris tui nulla in re te ſentiant clementem.

malum, quia foderunt foueam animæ meæ?
Recordare, quod ſteterim in cõſpectu tuo,
vt loquerer pro eis bonum, & auerterem in-
dignationem tuam ab eis. | Propterea da fi- 21
lios eorũ in famem, & deduc eos in manus
gladij, fiant vxores eorum abſque liberis, &
viduæ, & viri earum interficiantur morte:
Iuuenes eorum cõfodiantur gladio in præ-
lio | Audiatur clamor de domibus eorum: 22
adduces enim ſuper eos latronem re-
pentè: quia foderunt foueam, vt caperent
me, & laqueos abſconderunt pedibus meis.
| Tu autem domine ſcis omne conſilium 23
eorum aduerſum me in mortem: ne propi-
tieris iniquitati eorum, & peccati eorum à
facie tua non deleatur: fiant corruentes in
conſpectu tuo, in tempore furoris tui a-
butere eis.

ARGVMENTVM.

EXemplo figuli allicit Iudæos ad reſipiſcentiam Deus, docens tam facile ſibi eſſe deſtruere, ſeu ædificare, quam facilè eſt figulo ex eodem luto, vnum, aut aliud vas fingere: proptereа ſciant facilè ſibi eſſe mutare ſententiam, ſi ipſi reſipuerint. At quia obfirmauerunt cor ſuum in malo, nihili facientes tam beneuolam Dei clementiam, definit Deus ſe illos deſtructurũ. Quod quia Ieremias denunciabat, mortem ei machinabantur. & propterea vt ſe liberet, illoſque puniat obnixè præcatur.

COMMENTARIVS.

3 IN manu mea.] Comparat ſe dominus figulo non A
Deus figulo ſimilis. infrequenter, vt Iſ. 45.9. Væ qui contradicit fictori ſuo, teſta de ſamiis terræ. Nunquit dicet lutũ,
Iſ. 45.9 figulo ſuo, quid facis, & opus tuũ abſque manibus
Iſ. 64.8. eſt? & c. 64.8. Et nunc domine pater noſter es tu, nos verò lutũ; & fictor noſter tu, & opera ma-
Ad Ro. 9.20. nuum tuarum omnes nos. & ad Rom. 9.20. Nũquid dicit figmentũ ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatẽ figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam. & hoc loco Ieremiæ: Populos autem lutum eſt, ſic enim dixit, Nos verò lutum, & hic, Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea. Eſt autem hoc lutum in manu; id.
Hieron. Auguſt. eſt, in poteſtate Dei, vt intelligunt Hieron, epiſto- B la 15. in 9. tom. & Auguſtinus. lib. de eſſentia diuinitatis, iuxta Paulum, An non habet poteſtatẽ figulus luti. & Deus ipſe declarat dum inquit: Nũquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere, domus Iſrael. Eſt autem lutum in poteſtate figuli? vt conficiat ex eo quodcunque genus vaſis, cuiuſcunque formæ voluerit, ſiue honorificũ, ſiue contumelioſum. Hac ergo ſimilitudine vult Deus populũ erigere in ſpem ſalutis, ſi velit reſipiſcere, quia quãuis iã comminatus fuerit illi extremam calamitatem, inquit tam facilè erit mihi mutare malũ in bonum ſi per populum non ſteterit, quam facilè eſt figulo ex vaſe iã ficto ex luto, quod habet in manibus, cõfringere illud, & fingere vas aliud, quod voluerit. Dixit autẽ vas in manu figuli, & non vas fictile,
Chryſoſ. vt animaduertit Chryſoſtomus homilia ad baptizandos in 5. tomo explicans illa verba Pſ. 2. Sicut vas figuli confringes eos. Nã confracta vaſa fictilia iam nulla emendatione corriguntur, ſemel figuram per flammas ſortita: vaſa autem figuli nõ ſunt fictilia, ſed argilla compoſita. Inde ſi quo fuerint caſo peruerſa facilè ad figuram priſtinam artificis reformantur induſtria: Et ideo, quando calamitatem ſine remedio dicit, non vas figoli, ſed vas fictile nominat. Nam quando propheta monſtrabat Iudæos cũm ciuitate ſuppliciis extremis traditos; & nullum eis remedium promittebat, iuſſit accipi vas fictile, & ante omnem confringere populũ, & dicit, quia ita ciuitas peribit. Quando autẽ ſpem eis pollicetur, prophetam ad figuli vas adduxit, & illi non oſtendit vas fictile, ſed argillam ei, in manibus poſitam demonſtrat artificis, quæ etſi ceciderit, reformatur tamen: Ideo ſequitur; dicens: Si iſte figulus hoc vas lapſum iterum renouat, non multò magis ego vos potero lapſos corrigere? Inducit ergo ad ſpem ſalutis, vt meliora ſperent, vt hic ait Chryſoſtomus, & Theodoretus: Nam populus deſperabat, dixit enim, infra. Deſperauimus: quamuis media pœnitentia, ad quã exhortatur, vt dicũt cæteri interpr. præter Hugo. qui exiſtimat, hac ſimilitudine oſtẽdi Iudæis, in liberta-

libertatem priſtinam vindicãdos poſt captiuitatẽ, ſi reſipoiſſent. Verùm de tẽpore ante captiuitatem eſſe inſtitutum hunc ſermonẽ, illud vnũ ſatis oſtẽdit, ecce ego fiogo contra vos malum, & cogito
Luti conſideratio vtilis. contra vos cogitationẽ; reuertatur vnuſquiſque à via ſua mala. Quia verò ſcriptura ſacra multa ex luto vili eruit digna conſideratione; non erit abs te ea ad noſtram vtilitatem conuertere, ſiquidem omnia, quæ ſcripta ſunt, ad noſtram vtilitatem ſcripta ſunt. In primis reducamus ad mentem, quo timore, quave humilitate Deo Optimo Maximo ſubiecti eſſe debeamus, in cuius poteſtate non aliter ſumus. quam eſt lutum in poteſtate figuli. Sicut enim figulus ex eodem luto facit vnum vas in honorem, & aliud in contumeliam; & iterum vas illud honorificum deſtruit, & quod eſt contumelioſum, reficit ad honorem. Ita Deus ex eodem luto eligit vnum hominem ad ſanctitatem, & alium dimittit, & negligit: & vnum diuitem facit, & glorioſum, aliſque ornamentis præclarum; alium pauperem, & ignobilem, abſque vllis ornamentis: & hos quidem, quando libuerit ita commutat, vt ex eodem luto ignobili faciat vas nobile, & cetera. Vnde dicitur
Eccl. 33. 10. Eccleſiaſt. 33. Omnes homines de terra fecit, vnde creatus eſt Adam: In multitudine diſciplinæ domini ſeparauit eos, & immutauit vias eorum, & ex ipſis benedixit, & exaltauit, & ex ipſis ſanctificauit, & ad ſe applicauit, & ex ipſis maledixit, & humiliauit, & conuertit illos ad ſeparationem ipſorum, quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare, & diſponere illud, omnes viæ eius ſecundum diſpoſitionem eius: ſic homo in manu illius, qui ſe fecit. Cùm ergo in manu eius virtus noſtra ſit, ſalus noſtra, gloria, & diuitiæ, & quicquid boni obtinere optamus ab eius pondeat voluntate, cui nullus poſſit reſiſtere; meritò illum timere debemus, ab eo pendere, illique nos reſtituere, cuius poteſtatem nequaquam poſſumus fugere. Debet etiam quiſque noſtrum ſua ſorte eſſe contentus. Sicut enim figmentum non poteſt dicere ei, qui ſe finxit, quid me feciſti ſic:
Ad Ro. 9. 20. Iſa. 45. 9. vt Paulus dicit ad Romanos, 9. & Eſaias capite 45. Sic nec nos poſſumus Deo dicere, cur nos feciſti pauperes, ignobiles, rudes, & omni ornamento deſtitutos? illos verò tales feciſti? Nos enim tantum habemus eſſe lutum; ex manu verò figuli, hanc, aut illam formam ſortiti: Vnde humiliatis materiam, & argumentum reperiemus, ſi in domum figuli deſcendamus, vt lutum conſideremus, humiliatio tua in medio tui, inquit Deus,
Mich. 6. 14. Michææ 6. Vbi paratur auditus ad audienda verba Dei? Ideo dicit, Et ibi audies verba mea.

Tempus Prophetiæ. Quæ hoc capite referuntur ſub rege Sedecia contigiſſe aſſerit Abulenſis, quæſtione vltima, ſuper 4. librum Regum, quia credibile non eſt ſub Ioſia rege vltimo, tam male tractatum Ieremiam, vt eum occidere Iudæi attentarent. Potuit & hoc accidere ſub Ioakim, cuius tempore multa pertulit Ieremias, ſiquidem in carcerem coniectus eſt. Verùm in re dubia Abulenſi ſuffragemur, dum aliquid certiùs inuenerimus.

Ierem. 2. 30. 2 *Deſperauiſti.*] Verbum Hebræum נוֹאָשׁ Noas, cuius ſupra etiam meminimus capite ſecundo, numer. 30. paſſiuæ eſt ſignificationis, deſperatum eſt, ſupple cor noſtrum, vt Dauid Kimhi dicit ſupplendum, vt idem ſit, quod præ diffidentia, ac deſperatione, animo cecidimus. Deſperatione affectum eſt cor noſtrum, faſtidio, & contemptu, & negligentia, animus noſter abiecit omnem ſpem in Deum, vt inquit Vatablus. Actum eſt, deploratum eſt: Deſperata res eſt, id eſt, obſtinatum eſt cor noſtrum in malo, vt non poſſit ſequi Deum, vt exponit Iſidorus, quod dixerunt Septuaginta, confortabimur, nempe ad malum, ſeu vt habetur in Theodoteto; obfirmati ſumus. Symmachus; Defecimus, Chaldæus, auerſi ſumus à cultu tuo. & Tigurina; expectoratum eſt. Alij vertunt, Peruerſè vbique agitur, equidem, & nos poſt cogitationes noſtras ibimus: Significant ergo animum ſuum tam obfirmatum iam eſſe in malo, vt præ difficultate, præ tædio, & negligentia, deſperent ſe poſſe ad Deum, licet inuitantem, conuerti, ac ſi dixiſſent: Non poſſumus eum ſequi, ceptum perſequemur iter, faciat quod ſibi libuerit, pereamus, nil refert, *vaya la ſoga tras el caldero, acaueſe de vna todo*; vt vulgo dicimus.

3 *Horribilia.*] Hebræa dictio שערורת Saarurith pro aduerbio turpiter accipitur à quibuſdam; eſt autem turpe, fœdum, & horrendum præ turpitudine, vnde quod Vulgatus Septuaginta ſecutus dixit, horribilia, Chaldæus expoſuit: Rem alienam admodum, & Pagninus, & Vatablus, Rem fœdam nimis fecit virgo Iſrael. Virginem autem vocat plebem Iſraeliticam, vel quod vni Deo ſeruiiſſet eique tanquam indiuiſa ſponſa adhæſiſſet, vt volunt Hieronymus, Rabanus, & Hugo, & iam ſe multis aliis proſtituiſſet tanquam meretrix, ita vocata per Ironiam, & Sarcaſmon, vt vult Dionyſius, vel per antiphraſim virginem dicit pro meretricem, nam 2. c. ita vocauit, vel quia nondum *Iere. 2. 2.* fuerat immiſta gentibus, ducta inter eas captiua, vel denique quod fuiſſet intemperans, formæque dediſſet operam, & de pulchritudine gloriaretur, vt vult Theodoret. Adducit autem gentes in teſtes tam eximiæ turpitudinis, vt ſupra fecit ca. 2. cùm dixit: Tranſite ad inſulas Cethim.

4 *Nunquid.*] Hebræa ad verbum ſic habent. Nunquid relinquet de petra agri nix Libani, quod Vulgat. dixit. Nũquid deficiet de petra agri nix Libani *Simile.* ad hunc ſenſum. Nũquid factũ vnquã fuit, vt nix Libani, liqueſceret aliquando, & petrã agri ſuper quam indurata fuerat, deſereret? at populus iſte à me defecit, meque pro nihilo dereliquit, quẽ ſenſum habet Chaldæus, dum ait: Sicut fieri non poteſt vt deficiat nix quæ deſcendit ſuper agros Libani, qui agri illi niue candebant indurata & Hieronymus, quem ſequuntur Raba. Hug. & S. Th. qui ſic exponit. Quomodo nix de Libani ſummitatibus deficere non poteſt, nec vllo, vt omnis liqueſcat, ſolis ardore ſuperatur, ſic ego nõ potero immutari, & tamen cum cetera naturæ ordinem ſeruent, populus meus oblitus eſt mei. Eſt autem argumẽ- *Ratio firma ab impoſſibile.* tum ſumptum ab impoſſibili: tam impoſſibile exiſtimari deberet populum meum à me deficere, quam impoſſibile eſt niuem deficere in monte Libano; & tamen cum illa nõ deficiat, populus meus à me defecit, vt illud ca. 13. Si mutare poteſt æthiops *Ierem. 13. 23.* pellẽ ſuam, & pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere. & illud Poëtæ Æglo. 1. Ante leues ergo paſcẽtur in æthere cerui: Et freta deſtituẽt nudos in littore piſces: Quã noſtro illius labatur pectore vultus. & alio in loco 1. Æneid. In freta dũ fluuij currẽt dũ montibus vmbræ luſtrabunt; Cõuexa *Virgil.* polus dũ ſydera paſcet: Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt, quæ refert Hierony.

Secundò, Lyra, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus, ita vertunt hanc ſententiam: Num quis relinquet de petra agri niuem Libani? hoc eſt, Nunquid erit aliquis homo adeò demens, vt ſi fatigetur ſiti, deſerat aquas è rupe, quæ in agro eſt, manantes, è Libani liquefacta niue effluentes, frigidas, & claras, & in loca remota diſcedat, vt quærat aquam fætidam, & calidam? Nemo ſanè, & tamen populus meus me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Per petram igitur, vel intelligit rupem per quam manat aqua è Libano defluens, vel in quam colligitur tanquam in concham, vt inde haurirent homines, & biberent: vel intelligit agros petroſos, qui riuis è Libano fluentibus irrigabantur, vt volunt Lyra, & Dionyſius. Nam quod aquæ è Libano fluerent ſatis oſtendit illud Canticorum quarto, Puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Dementiſſimus ergo planè eſſet, qui propè habens fontem aquæ frigidæ è Libano fluentis ciſternas diſſipatas, longè diſſitas quæreret ad ſedandam ſitim: tam demens fuit ille populus dum Deo relicto, libabant Baalim.

Cant 4. 15.

Tertiò ſoli Septuaginta vnicam ſimilitudinem in duas diſtinxerunt, vertentes: Nunquid deficient de petra vbera, vel nix de Libano? nam nomen שָׂדַי Sadai cum puncto in cornu ſiniſtro quod ſignificat agrum ſecundum alios omnes interpretes, ipſi legerunt cum puncto in dextro, quod ſignificat vbera, ſeu mammas; quod ex rupe ſic fluerent aquæ, vt ex vberibus lac: atque ita explicat Theodore. Fontes ſine intermiſſione ſcaturiunt; Libanus ſemper habet niuem: Iſti verò viam legis deſeruerunt, & mandatorum meorum apud eos nulla eſt mentio. Hanc lectionem ſecutus Ambroſius libro primo, de virginibus, ſic myſticè exponit. Qualis eſt hæc virgo, quæ trinitatis fontibus irrigatur, cui de petra fluunt aquæ, non deficiunt vbera, mella funduntur. Petra autem eſt, iuxta Apoſtolum, Chriſtus: Ergo à Chriſto non deficiunt vbera, claritas à Deo, flumen à ſpiritu, hæc eſt Trinitas, quæ Eccleſiam ſuam irrigat, Pater, Chriſtus, & Spiritus, quæ illis tribus ſignificantur, non deficient de petra, nempe de Chriſto vbera, neque nix à Libano, claritas à Deo; aut declinauit aqua valida vento quæ portatur, hoc eſt flumen à ſpiritu.

Ambr.

Chriſtus petra.

Simile aliud.

5 *Euells.*] Ex Hebræo ſic habet hæc periodus. Si euellentur aquæ alienæ frigidę defluentes? & verbum quidem נָתַשׁ Natas euellere ſignificat extirpare, ac deſtruere; ſignificat etiam, ſecundum Dauid Kimhi, relinquere, ſeu deſerere, ſi accipiatur pro נָטַשׁ Natas, quod hæc duo verba habeant literas permutabiles ת, & ט. Nomen verò זָר çar, cuius plurale hîc ponitur çarim, à verbo çur, ſignificat alienas, hoc eſt, aliunde venientes, ſeu erumpentes: aut compreſſas contractas, aut conſtrictas in vnum, quæ alias ſparſæ fluebant. Septuaginta verterunt, vel declinabit aqua violenter vento ſublata, aut vt legit Ambroſius loco ſupra citato: Aut declinabit aqua valida vento, quæ portatur; vel vt Theodoret. Num fluent aquæ violentæ ſurſum verſus. Erit ergo horum verborum hîc primus ſenſus. Num aquæ è monte Libano, aut aliis mõtibus erũpentes, frigidæ, & per riuos effluentes, poterunt euelli ab aliquo, aut ſiccari, impedirive, ne fluãt? id ſanè eſt impoſſibile. Hũc ſenſũ indicat Hiero. Rab. Hug. S. Th. Lyra, & Diõ. licet aliquãtulũ varient. Ait enim Hiero. Nũ fluẽtes de mõtib⁹ riui ſiccãtur in fontibus? Nequaquã.

Secũdus ſenſus erit, iuxta lectionẽ quã ſequuntur Tigu. Pagn. Vat. & Iſido. Nũ relinquentur, aut deſerẽtur aquæ alienæ, aut peregrinę frigidæ, fluẽtes. Aquas alienas, vocat aquas ex alio loco deductas, per canales conſtrictas, & in vrbem inductas, vt ſit ſenſus. Erit ne aliquis tã demens, qui deſerat aquas peregre per canales in vrbẽ inductas, nolitque eas guſtare frigidas, & viuas, & alio ſe cõferat ad quærendas aquas fœtidas ad ſedandam ſitim ſuam. Ita prędicti auctores interpretãtur. Nec alienus eſt hic ſenſus à lectione vulgati; cui hoc modo poteſt applicari. Num eſt aliquis, qui euellat aquas erumpentes in vrbem per ſubterraneos canales contractas, quæ frigidæ ſunt, ac viuæ? Nemo quidem.

Tertium ſenſum affert Theodoretus, non incõcinnum iuxta lectionem Septuaginta, quam ſequitur. Nunquid aqua, quæ fertur impetu, relinquet viam tritam, qua fluit? non poterit vlla vi ventorum, alio deflecti, & tamen populus meus deflexit à trita via maiorum ſuorum, & abiit poſt Baalim.

6 *Impingentes.*]. Hunc ſenſum iuxta lectionem vulgatam, ſecutus eſt Hierony. & Rab. & Iſid. qui vias ſæculi, vias antiquas intelligunt, per quas inceſſerũt maiores eorũ fideles. Sic enim ait Hiero. Qui obliuiſcitur Dei, & relinquit eũ, qui dicit. Ego ſum via, libatq; diis alienis, impingit in viis ſuis, nequaquam Dei, ſed ſuis, & antiquas, ſempiternaſque ſemitas derelinquit, quæ omniũ ſanctorũ ſunt tritæ veſtigiis colentiũ Deũ: Iſti verò ambulauerũt in itinere non trito, & relicto cultu Dei idola venerari ſunt. Hunc eũdem ſenſum ſequũtur Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, impingebant enim & corruebant in viis ſuis, quia vt ait Dauid Viæ eorum tenebræ, & lubricũ. & Prou. 4. Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruãt. Iſ. 59. Impingimus in meridie, quaſi in tenebris. Niſi quod per ſemitas ſæculi, nõ intelligũt ſemitas antiquas ſuorum patrum, ſed ſemitas antiquas hominũ huius ſæculi, idola iam olim colentiũ: iuxta illud Iob 22. Nunquid ſemitam ſæculorum cuſtodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui, qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, qui dicebat Deo, recede à nobis. Chaldæus tamen, Tigurina, Pagninus, & Vatablus: quia verbum illud impingentes, tranſtulerunt, impingere, aut corruere fecerunt illos in viis ſuis, quia Hebræa dictio יַכְשִׁילוּם Iacſilium, eſt tertia perſona pluralis futuri coniugationis hiphil, quod pro præterito accipitur propter Vau conuerſiuum, vt aiunt Grammatici, alium ſenſum horũ verborũ afferunt. Fruſtra, ait, adolent incenſum idolis, & offendere fecerunt eos falſi prophetæ in viis ſuis peſſimis, deſerendo vias antiquas ſuorũ maiorum fidelium, vt relicta via regia ſuorũ patrũ, ambularẽt per vias nouas, & non tritas. Hũc ſenſum indicat Chaldæus, dum exponens ait: In nullum vſum accenderunt aromata, & errare eos fecerunt in viis ſuis peſſimis à ſemitis rectis, quæ à ſæculo ſunt, vt ambularent in viis non rectis, in ſemitis non ſtratis, & Tigurina. Fruſtra ſuffitum incendunt, faciuntque eos prophetæ falſi impingere in viis ſuis, à ſemitis antiquis, vt eant ſemitas viæ non munitæ. Sic & Pagni. Fruſtra, ait, adolebunt, & impingere fecerunt eos falſi prophetæ in viis eorum, vt relinquant ſemitas longi

Sanctorum via trita.

Pſalm. 34. 6.

Prouer. 4. 19.

Iſa. 59. 10.

Iob. 22. 15.

temporis, vt ambulent per ſemitas viæ non calcatæ: ſimiliter vertit Vatablos: Bonus quidem ſenſus & parum differens à cæteris, & qui perfacile poteſt accommodari lectioni Vulgati.

Ventus Orientalis quis.

7 *Ventus.*] רוח קדים Ruah Kadim eſt ventus Orientalis, ab oriẽte Iudeæ flans. Dauid Kimhi exiſtimat è tribus, qui ab oriente perflant, ſubſolano, qui flat ab oriente æquinoctiali; Vulturno qui ab oriente Septentrionali, & Euro, qui ab oriente Meridionali: hunc extremum dicit eo nomine ſignificari, qui Euroauſter dicitur, & in terra Iſrael erat rapidiſſimus, & ardentiſſimus, quem propterea Hieronymus vocat ventum vrentem.

Pſal 77 26.

Probatque ex Pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo, v. viceſimo ſexto, illis verbis: Tranſtulit Auſtrũ de cœlo, & induxit in virtute ſua Africum: vbi pro auſtrum in Hebræo eſt, vt hoc loco nomen Kadim: quod Hieronymus, ceterique interpretes vertunt Eurum, & eundem vocauit, Teman, hoc eſt Africum: vt eſſe Euroaoſter intelligatur. Quamuis Vatablus de vento Orientali, Septentrionali exponit, quem Vulturnum nominant. Hunc autem ventum eſſe vehementiſſimum, & rapidiſſimum conſtat Exodi 14. 21. Vbi cùm extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Domious flante vento kadim vrenti, & vehementi tota nocte. Iob 27. 21: Tollet eum ventus Orientalis, & velut turbo rapiet eum de loco ſuo. & cap. 38. 24. Per quam viam ſpargitur lux, ſpargitur Eurus, ſeu ventus Orientalis ſuper terram. Ait ergo ſicut ventus Orientalis ſolet nubes diſpergere, ſic diſpergam eos Iudæos coram Chaldæis, nullam eis opem ferens: ita Vatablus, aut vt Dauid Kimhi in commentario: ſicut ventus Orientalis diſpergit quiſquilias, & alia minuta, ſic eos diſpergam huc illuc in conſpectu Chaldæorum. Vt illud Pſalm. 1. Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis aut quiſquiliæ quas proiicit, aut diſpellit ventus.

Exod 14. 21. *Iob. 27. 21.* *Iob. 38 24.* *Pſal. 1. 4*

Conſilium de occidedo Ieremia

8 *Peribit.*] Hunc paraphraſis ſenſum tradunt Hierony. Rabanos, Vatablus, & Iſidorus: & eſt ſatis literæ conformis. Reſpondent enim tacitæ obiectioni. Occidamus Ieremiam, nec impediat nos, quod occidendo illum occidemus ſacerdotem ſapientem, & prophetam: ſunt enim alij complures, qui eo munere fungantur. Secundum ſenſum inſinuat Theodoretus, & Vatablus: Cogitemus de nece Ieremiæ, quia alioquin non ceſſabit ſua munia aduerſus nos exercere, docens nos legem, & corripiens quod eam non ſeruemus, tan- A quam ſacerdos, dans etiam cõſilia, noſtris contraria tanquam ſapiens, & mala nobis prænuncians tanquam propheta. Tertium ſenſum adhibent Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus. Venite, agamus de Ieremiæ nece, tanquam de falſo propheta, qoia dixit perituros ſacerdotes, ſapientes, & prophetas. Non enim peribunt, vt ille prænunciauit, qui à Deo ipſo ſunt inſtituti: Habemus ergo crimen, de quo eum accuſemus: venite ergo, aiunt, percutiamus eum lingua, hoc eſt, falſa teſtimooia teſtificemur contra eum, vt ait Chaldæus; vel texamus io eum calumniam, vt Theodoretus, & Vatablus; vel accuſemus eum tanquam falſum prophetam, vt ceteri. Qua in re Iudeos illos adumbrarunt, qui lingua ſua percuſſerunt Ieſum, cuius typus fuit Ieremias, cùm falſa teſtimonia quærebant aduerſus eum.

9 *Latronem.*] Nabuchodonoſorem intelligunt Hieronymus, Rabanos, Hugo, S. Thom. Lyra, & Dion. Chaldæus tamen, Tigurina, Pagnin. & Vat. B exercitum Chaldæorum interpretantur: nam nomen Hebræum גדוד Gedud, turmam ſignificat ad prædam excurrentem, ex militibus leuioris armaturæ collectam, ad faciendom excurſiones, & depopulationes; quos latrunculos ſoler Vulgatus ouncupare. vt 4. Regum 24. Immiſitque ei Dominus, dicitur latrunculos Chaldæorum, & latrũculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon, & immiſit eos in Iudam, vt diſperderent eum, iuxta verbum domini, quod locutus fuerat per ſeruos ſuos prophetas, iu quibus eſt annomerandos Ieremias.

4. Reg. 24. 2.

10 *Abutere.*] Quod Vulgatus dixit, abutere eis, in Hebræo habet, fac in eis: Vt Septuaginta, ceteriqoe tranſtulerunt, vt ſit ſenſus: In tempore C furoris tui, quem concitabis per Chaldæos fac in eis, quod ſoles iratus facere; aot qood iuſtè merentur ſecundum tuam iuſtitiam, vt Lyra, & Vatablus, quod dixit Chaldæus, vt Iſidorus, in tempore vltionis furoris tui vindictam ſume ex eis, aut exple in eis furorem toum, hoc eſt, abutere eis: Nam cum, vt notant Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Diooyſius, facti fuiſſent ad fœlicitatem, & gloriam, in alium vſum longè diuerſum, Deus Iudæis vſus eſt, nempe in pœnam, & vaſtitatem, quod vocatur abuti; qoomodo impiis abutetur Deus, eos in infernom detrudens cruciandos, quos creauerat in cęlo glorificandos.

PARAPHRASIS.

HVNC in modū locutus eſt mihi dominus: Abi, & cape' lagnncu'ā teſteam à ſenioribus populi,' & de ſenioribus ſacerdotum, & egredere ad vallē filij Ennon, quæ eſt extra oſtiū portæ' fictilis. & ibi prædicabis quæcunque loquar ad te, diceſque: Audite verbū domini, reges Iuda, & ciues Ieruſalem. Sic dicit dominus exercituum, Deus Iſraelis: Ecce ego adducturus ſum tam ingentem afflictionē in locum hunc, vt quicunque audierit vel ſolum referentem, præ pauore, aurium tinnitum patiatur, eo quod dereliquerint me incolæ eius, & prophanauerint libātes in eo diis alienis, quos nec ipſi, nec patres eorum, neque reges Iuda' leſerunt aliquando fautores, & repleuerunt eum prophetarum' innocentum ſanguine, extruxeruntque excelſa ipſi Baal ad comburendos illi filios ſuos in holocauſtum: horrendum ſanè facinus, quod nec præcepi vnquam, nec ex ore emiſi, nec cogitaui quidem quidpiam ſimile. Ideireo ecce venient dies, ait dominus, in quibus vallis hæc non vocabitur vltra Topheth, aut vallis filij Ennon, ſed vallis ſtragis. Diſſipabo enim, irritumque faciam' conſilium omnis Iudæ & Ieruſalem in hac valle, per Nabuchodonoſorem eos perdendo, cui rebellare decreuerant, & proſternam eos gladio coram hoſtibus ſuis Chaldæis, per eorundem manus, qui nihil magis deſiderabunt, quam eis vitam eripere, & tradam cadauera eorum volucribus, & beſtiis in eſcam: reddamque ciuitatem hanc ſtupendam, & exſibilandam, ita vt quicunque prætereuent iuxta eam, præ ſtupore, ac pauore ſibilet, omnem eius plagam contemplans. Præ fame etiam' veſcentur patres carnibus filiorum ſuorum, ac filiarum: imò quilibet veſcetur carne proximi ſui, in longa obſidione, & anguſtiis, in quā eos redigent hoſtes Chaldæi: quibus nihil iocundius quam vitam eripere. Et hæc dicens, conteres laguneulam coram viris illis quos tecum duxeris, & adiicies: ſic ait dominus exercituum. Sicut conteritur hoc vas figuli, nunquam vltra reficiendum, ſic conteram populum hunc cum ſua ciuitate: & in Topheth ſepelientur, quia non habebūt locum alium in quo ſepeliri poſſint. Sic inquam faciam loco huic, & incolis eius, vt reddā ciuitatem iſtam ſicut Topheth, & erunt domus Ieruſalem, imo domus regum Iuda, perinde atque Topheth immundæ, cum omnibus aliis' domibus, in quarū tectis ſacrificauerūt vniuerſæ militiæ cœlorum, libando libamina diis alienis. Functus ſuo munere Ieremias, cū rediſſet de Topheth, quo miſerat eū dñs, vt ibi prophetaret,' ſtans in atrio domus domini, dixit populo vniuerſo: ſic dicit dominus Deus exercituum, Deus Iſraelis. Ecce ego adducā ſuper vrbē hanc, & omnes alias illi ſubiectas, omnē calamitatē, quā locutus ſum cōtra eā, quia ceruicem ſuam rebellē reddiderūt, ne obedirēt meis ſermonibus.

CAPVT DECIMVMNONVM.

Hæc dicit dominus: Vade, & ac- 1
cipe' lagunculā figuli teſteā à
' ſenioribus populi, & à ſenio-
ribus ſacerdotum: | Et agrede- 2
re ad vallem filij Ennon, quæ
eſt iuxta introitum portæ' fictilis: & præ-
dicabis ibi verba, quæ ego loquar ad te.
| Et dices: Audite verbum domini reges Iu- 3
da, & habitatores Ieruſalem: Hæc dicit do-
minus exercituum, Deus Iſrael: Ecce ego
inducam afflictionem ſuper locum iſtum:
ita vt omnis qui audierit illam, tinniant au-
res eius; | Eo quòd dereliquerint me, & 4
alienum fecerint locum iſtum: & libauerunt
in eo diis alienis, quos' neſcierunt ipſi, & pa-
tres eorum, & reges Iuda. Et repleuerunt
locum iſtum ſanguine innocētum. | Et ædi- 5
ficauerunt excelſa Baalim ad comburendos
filios ſuos igni in holocauſtum Baalim: quæ
non præcepi nec locutus ſum, nec aſcende-
runt in cor meum. | Propterea ecce dies ve- 6
niunt, dicit dominus: & non vocabitur
amplius locus iſte Topheth, & vallis filij En-
non, ſed vallis occiſionis. | Et diſſipabo' cō- 7
ſilium Iuda, & Ieruſalem in loco iſto: & ſub-
uertam eos gladio in conſpectu inimicorū
ſuorum, & in manu quærētium animas eo-
rum: & dabo cadauera eorum eſcam vola-
tilibus cœli, & beſtiis terræ | Et ponam ciui- 8
tatem hāc in ſtuporem, & in ſibilum: omnis,
qui præterierit per eā obſtupeſcet, & ſibila-
bit ſuper vniuerſa plaga eius, | & cibabo eos 9
carnibus filiorum ſuorum, & carnibus filia-
rum ſuarum, & vnuſquiſque carnem amici
ſui comedent, in obſidione, & in anguſtia, in
qua concludet eos inimici eorum, & qui
quærunt animas eorum, | Et conteres lagū- 10
culā in oculis virorū, qui ibunt tecū. | Et di- 11
ces ad eos: Hæc dicit dominus exercituū, ſic
conterā populū iſtū, & ciuitatē iſtam, ſicut
conteritur vas figuli, quod non poteſt vltra
inſtaurari: & in Topheth ſepelientur, eo ꝙ
non ſit alius locus ad ſepeliendū | Sic faciā 12
loco huic, ait dominus, & habitatorib' eius,
& ponam ciuitatem iſtā ſicut Topheth. | Et 13
erunt' domus Ieruſalē, & domus regū Iuda
ſicut locus Topheth immūdæ: omnes dom'
in quarū domatib' ſacrificauerūt omni mi-
litiæ cœli, & libauerunt libamina diis alienis.
| Venit autē Ieremias de Topheth quò mi- 14
ſerat eum dominus ad prophetandum: &
' ſtetit in atrio domus domini, & dixit ad
omnē populum. | Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego inducam ſuper ci- 15
uitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala, quæ loquutus ſum aduerſus eam,
quoniam indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audirent ſermones meos.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Tempus huius prophetiæ.

CONtrita laguncula teſtea in valle Topheth, prænunciat Ieremias, ita populum vniuerſum conterendum à Chaldæis, quem ſermonem breuius repetit in atrio templi. Putat autem Abulenſis ſuper 4. librum Regum q. vltima, quæ hoc capite, & ſequenti referuntur, ad idem tempus pertinere nempe ad 4. annum Sedeciæ, quia hæc non contigiſſent tempore S. Ioſiæ, qui contaminauit Topheth nec permiſiſſet tã dure tractari Ieremiam, vt in neruum conijceretur. Sed qua peculiari ratione ductus fuerit vt hæc ad tempus peſſimi regis Ioakim non retulerit, non video.

COMMENTARIVS.

Laguncula quod genus vaſis.

1 LAGVNCVLAM.] Vult ſcriptura diuina, ioquit Hieronymus, non ſolum auribus doceri populum, ſed & oculis, magis enim mente retinetur quod viſu, quam quod auditu ad animum peruenit. Pro laguncula eſt in Hebræo nomen בַּקְבֻּק, Bakbuk, quod eſt vas teſtaceum, ligneum, aut vitreum oris anguſti, vel fiala ſtricti orificij, doliolum vocant ſeptuaginta. Ænophorum vocant alij, fraſcô vulgo dictum. Vulgatus lagunculam appellauit, id eſt paruam lagænam, *baril de vino*, & quia à figulo iuſſus eſt Ieremias coëmere, omnes intellexerunt vas fuiſſe teſtaceum, quod facile poſſet frangi: eſt autem Hebraicè dicta Bakbuk, per onomatopœiam, quod cum in aquam demergitur, aut B cum ex ea bibitur, aut cum euacuatur, hũc ſonum Bakbuk edere videatur, quamuis & etymon ſequatur verbi בָּקַק Bakak, vnde deriuatur, quod ſignificat euacuare, vt hoc cap. verſu. 7. dicitur, & euacuabo conſilium Iuda.

Lectio vera.

2 *A ſenioribus.*] Supple, duc tecum, vt ea ponunt Chaldæus, Pagnious, Vatablus, & Iſidorus, & interpretantur Hieronymus, Theodoretus, Rahanus, Hugo, & Dionyſios: vbi pars illa, [& à ſenioribus populi, & à ſenioribus ſacerdotum] debet diſtingui à præcedenti, vt ſit ſenſus Hieronymi, C Tolle lagunculam teſteam, & tolle de ſenioribus aliquos, præpoſitione à accepta, pro de vel ex, quas ſignificat præpoſitio Hebræa מִן Min. Hunc autem eſſe certum ſenſum conſtat ea illis verbis, quæ verſu. 10. dicuntur & conteres lagunculam in oculis virorum, qui ibunt tecum. Ergo in principio iuſſum fuit Ieremiæ, vt aliquos ea populi ſenioribus, & ea ſenioribus ſacerdotum duceret ſecum, qui audirent, teſteſque eſſent prædicationis eius. Non ergo iuſſus eſt accipere, ſeu coëmere lagænam illam teſteam à ſenioribus, ſed à figulo, vt quidam ſunt interpretati. Atqui iſta lectio Vulgati ſic eſt contexenda. Vade, & accipe lagunculam fi- D guli teſteam: & à ſenioribus populi, & à ſenioribus ſacerdotum aliquos, quos ducas tecum.

Porta ſolis.

3 *Fictilis.*] Aquila, Symmachus, & Theodotio nomen Hebræum relinquentes hanc portam vocauerunt, Harſith: Septuaginta Charſith. Latine autem idem eſt quod ſolaris, hoc eſt orientalis, egredere, ait, in vallem filij Ennon, quæ eſt ad oſtium portæ Orientalis, vt vertunt Vatablus, & Iſidorus, A nam nomen חֶרֶס hæres, vnde deducitur, ſolem ſignificat, vt Iob. 9. 7. qui præcipit לַחֶרֶס Lahæres ſoli, & non oritur, & quidem, ſi fontis Siloë ſitum contemplemur, cuius aquis vallis illa rigabatur, vt hic ait Hieronymos, porta ducens ad illum fontem, porta aquarum vocabatur, vt ait Brocardus in deſcriptione terræ ſanctæ, quæ ad Orientem ſita fuiſſe dicitur 2. Eſdræ. 3. 16. & cap. 12. 36. At quia nomen Hebræum חֶרֶס ſolet accipi pro חֶרֶשׂ, nam hæ duæ litteræ permutantur שׂ & ס & חֶרֶשׂ, Hereſch, eſt reſta, ſeu fictile, hinc factum eſt, vt Vulgatus, Tigurina, Pagninus, & Iſidorus etiam hoc loco nomen Hebræum Harſith, acceperint B pro Harſchith, & verterint, ad oſtium portæ fictilis, ſeu teſtaceæ, & Chaldæus vocat portam ſterquilinij, dicta eſt autem porta fictilis, aut teſtacea, vel quia iuxta illam habitabant figuli, vt inquiunt Hugo, Lyra, & Dionyſius, vel quia per eam extrahebantur fragmenta vaſorum fictilium, & foris proijciebantur, vt ait R. Salomon, & Iſidorus, ſicut & ſtercora, vnde & porta ſterquilinij dicta putatur: quod verius eſſe inde comprobatur, quod porta hæc recta ducebat ad vallem filij Ennon, hæc autem vallis ad me- C ridiem erat ſita vrbis Ieruſalem, vt ſatis apertè colligitur ea capite 15. Ioſue, verſu. 8. & ex capite 18. verſu. 16. Ergo porta illa ad auſtrum erat vrbis Ieruſalem. At porta ſterquilinij, vt affirmat Brocardus, & colligitur ex 2. Eſdræ 12. 31. vſque ad 37. ad auſtrum ſita erat. De hac ergo loquitur Ieremias, recteque tranſlata eſt porta fictilis, & non ſolaris, quia auſtralis erat, vt diximus, non Orientalis. Iuſſus eſt ergo Ieremias per portam hanc egredi ad vallem filij Ennon, de qua ſupra diximus cap. 7. numer. 24. quam Septuaginta vocant polyandrion, id eſt, ſepulchrum filij Ennon, vt conſiderato ſepul- D chro, in quo ſepeliebantur Iudæi, & nouiſſima ſua ad memoriam reuocantes, quodque vaſa fictilia corporum ſuorum eſſent paulo poſt conterenda, pietatem, ac veram religionem amplecterentur, & colerent. Non eſt autem prætereundum hanc portam nefaſtam fuiſſe, & immundam, quod apud gentes portæ ſanctæ non erant, vt apud Romanos, referente Plutarcho in Romanis problematibus, problemate, 26.

Iob. 9. 7. — Porta aquarũ. — 2. Eſdræ 3. 16. — 2. Eſdræ 12. 36. — Porta fictilis. — Porta ſterquilinij. — Vallis filij Ennon. — Ioſue 15. 8. — Ioſue. 18. 16. — Brocardus. — 2. Eſdræ 12. 31. 37. — Ierem. 7.

Porta nefaſta.

quod multa ad vſum, & mortui per eas efferrẽtur, mori vero ſancti erant, & in libro de curioſitate, ciuitates, inquit, habent portas, quaſdam nefaſtas, per quas educunt ſupplicio capitis deſtinatos, ſordeſque, ac purgamenta eiiciunt, nihil autem porum, aut ſacrum per eas vel ingreditur, vel egreditur. Vnde 2. Eſdræ 12.30. mundati ſacerdotes mundauerunt populum, & portas, & murum, nam duo chori conſtituti cum multiplici muſicorum inſtrumentorum genere, vnus ad dexteram ibat ſuper murum vſque ad portam ſterquilinij, alter ad ſiniſtram, & mundauerunt portas, & eas dedicauerunt: cum tamen porta ſterquilinij, aut fictilis, quod per eam ſtercora eiicerentur, & ad immolãdos filios ſuos in Topheth egrederentur Iudæi, merito nefaſta, & immunda fuerit habita: ſicut ſimili ratione noſtræ vrbis, hoc eſt corporis, portæ, per quas & egrediũtur mortui & ingreditur mors nam aſcendit mors per feneſtras, hoc eſt ſenſus, merito immundi, profani, nefaſtique vocari debent.

Senſus corporis nefaſti qui. Ierem. 9.21.

4 *Neſcierunt.*] Verbum illud, neſcierunt, cum ait Ieremias, libauerunt in eo diis alienis, quos neſcierunt ipſi, & patres eorum, & reges Iuda, licet Hieronymus in propria ſignificatione accipere videatur, quod ipſi, cum pij eſſent, & patres eorum fideles, & reges probi Iuda, nunquam tales Deos cognouiſſent, aut recepiſſent: nihilominus, quia non id adeo verum eſt, cum & ipſi, & patres eorum, & reges Iuda, Deos illos recepiſſent, & coluiſſent, vt ſæpe inuehitur Deus contra ipſos: idcirco potius eſt, illo verbo intelligere ſignificari, quos Deos nunquam ſunt experti erga ſe beneuolos, nec ipſi nec patres eorum, nec reges Iuda: quia nunquam eorum opem ſenſerunt, vt exponit Vatablus, vt dicebant illi Pſ. 73.9. Signa noſtra nõ vidimus, iam non eſt propheta, & nos non cognoſcet amplius, & explicantes, quid eſſet non cognoſci, addunt vſquequo Deus improperabit inimicus, irritat aduerſarius tuus nomen tuum in finem? vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam: de medio ſinu tuo exere eam, quaſi dixiſſent, cognoſcamus te Deum noſtrum, & ſentiamus te fautorem, ac patronum. Vnde exprobrans eis fiduciam in alienis diis Deuteron. 32.38. canit Moſes, Et dicẽt, vbi ſunt Dij eorum, in quibus habebant fiduciam? De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum: ſurgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant. Videte quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me.

Pſ. 73.9

Deuter. 32. 38.

5 *Innocentum.*] Prophetarum iuſtorum intelligunt Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus, quorum ſanguine Manaſſes repleuit Ieruſalem, vt dicitur. 4. Reg. 21. vt diſtinctum quid ſignificet propheta sãguine innocentium, ab eo quod ſtatim addit: ad comburendos filios ſuos igni. Hieronymus, & Rabanus inſinuant, Hugoque, S. Thomas, & Dionyſius affirmant etiam nomine innocentum poſſe accipi filius, & filias, quos in Topheth immolabãt Baal, vt explicatius poſt tradit propheta: & quidẽ de vtriſque loqui Ieremiam, tam de iuſtis prophetis, quam de infantibus immolatis, non eſt cur dubitare debeamus.

4. Reg. 21. 17.

6 *Conſilium.*] Quid ſit, & diſſipabo, ſeu irritum faciam, conſilium Iuda, & Ieruſalem in loco iſto, varie exponunt interpretes. S. Thomas, Lyra, & Dionyſius intelligunt loqui de conſilio, quod inter ſe inierant de rebellando Nabuchodonoſori contra Ieremiæ, imo ipſius Dei, conſilium: nam in valle Topheth ſtrage facta per ipſum Nabuchodonoſorem, conſilium illud oſtenſum eſt irritum, & nullũ. S. Thomas putat fieri ſermonẽ de cõſilio inito debellãdi Nabuchodonoſorẽ, eiq; reſiſtendi in loco illo. Aliis videtur conſilium hoc nihil aliud eſſe, quam conſilium à principibus Iudæorum initum in delubro Topheth coram Baal, in quo agebant de bello, quo Nabuchodonoſori erant reſtituri, vel quo promiſerant Deo Baal cultum conſeruaturos, ſi eis opem tuliſſet, vnde crebrius quã antea tenelli comburebantur, vt ab Aſſyriorum incendio populum liberaret Baal, nam in eo loco, voluit punire, in quo tam inuerecundè peccauerant. Verum non ait Deus ſe diſſipaturum conſilium Iuda in illa valle initum, ſed in illa valle diſſipaturum, occiſorum copioſa ſtrage facta. Quare placet expoſitio Hugonis, qui in vniuerſum accipit conſilium, quod tunc temporis ſubita ſtrage, & graui calamitate: præſenti pauore correpti, neſcirent, quod caperent conſilium, vt ſe tuerentur, iuxta illud Prou. 21. non eſt ſapientia, & nõ eſt prudentia, & non eſt conſilium contra dominum. Ait ergo in ea valle occidendo multos, diſſipaturum conſilium ſapientum, & fortium Iudæorum, vt nullum conſilium capiant, quod proſperè cedat, imo omnia infœlicem exitum ait habitura, quando perdet conſilium ſapientum, & prudentium, prudentiam reprobabit.

Conſilium quod diſſipandum

Prou. 21. 30.

7 *Cibabo.*] Hæc accidiſſe in obſidione Ieruſalem per Chaldæos facta non debet dubitari, vt omnes fatentur interpretes, ſic enim comminatus fuerat Deus Deuteron. 28. Comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarũ, quas dederit tibi dominus Deus tuus, in anguſtia, & vaſtitate, qua opprimet te hoſtis tuus, & ita reipſa comprobatum conſtat verbis illis Threnorum. 2. Ergo ne comedant mulieres fructum ſuum, parulos ad menſuram palmæ, & c. 4. manus mulierũ miſericordium coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei: cum autem dicitur: vnuſquiſque carnem amici ſui comedet. Chaldæus exponit, ſubſtantiam diripiet, ſed non eſt neceſſe, quia carnis nomen in eadem ſignificatione accipitur: & occiſorum carnibus veſcebantur, ne perirent. Exiſtimant autem Hieronymus, Rabanus, & Dionyſius, hæc etiam eſſe dicta de excidio Ieroſolymitano per Romanos tandem facto, tum quod hæc ſimilia in eo acciderunt, vt refert Ioſephus: tum quod dicitur conterendus populus, ſicut vas figuli, quod non poteſt inſtaurari: ſcimus autem populum contritum à Chaldæis fuiſſe inſtauratum, nunquam vero populum à Romanis deſtructum vt patet. Verum certum debet eſſe hic loqui prophetam de vaſtitate ſui temporis, propter idololatriam, quæ tempore vltimi excidij nulla fuit: quamuis hæc vaſtitas fuerit in illa ſatis clarè adumbrata. Quod autem dictum eſt, quod non poſſit inſtaurari, de vaſe figuli dictum eſt, ad differentiam vaſis lutei non decocti, quod refici poteſt: ad hunc ſenſum: Modo cum datur locus pœnitentiæ, & vas luteum refeci poteſt, ſi diſſipetur, reſipiſcite, & veſtri miſerebor: quia ſi ad extremum ira mea deſæuiat, vos cõfringam, vt vas iam decoctum, & iam non erit locus, miſerationi, ſed omnem ſuſtinebitis pœnam, quam per meos prophetas comminatus ſum, vſquè ad completionem 70. annorum captiuitatis.

Fames grauiſſima. Deuter. 28. 53.

Thren. 2. 20.

Thren. 4. 10.

De qua vaſtitate ſit ſermo.

8 *Domus.*

8 Domus.] Videtur hæc periodus ex Hębræo ſic coordinanda. Sic faciam loco huic, ait dominus, & habitatoribus eius (ponam enim ciuitatem hanc, ſicut Topheth, & erunt domus Ieruſalem, & domus regum Iuda ſicut locus Topheth immundæ) omnibus domibus ſic faciam, ſuper quarum domata ſacrificauerunt militiæ cœlorum, nam ל Lamed præfixum dictioni omnibus, eſt articulus dādi. His namq́ue verbis, omnes domus, in quarum domatibus ſacrificauerunt, reddi cauſam vaſtitatis Ieruſalem, & domorum regiarum, omnes affirmāt & idcirco Pagninus, & Vatablus verterūt Lamed, propter domus omnes, ſuper quarum tectis adoleuerunt omni militiæ cœli. Verum & Chaldæus legit vt Vulgatus, & Tigurina tranſtulit, cum omnibus domibus, aut Lamed ſit ſignum accuſandi caſus, vt Ierem. 40. 2. Tulit princeps militiæ Ieremiam, ita vt, omnes domus, regatur à verbo, ponam ciuitatem iſtam, ſicut Topheth, ponam domus omnes, iu quarum domatibus ſacrificauerūt. Eæ autem domus dicuntur futuræ immundæ, vel quia in eis idola fuerint culta, ſicut in Topbeth, vt ait Hieronymus: vel quia ſicut locus Topheth multis cadaueribus erat contaminaodus, ſic domus illæ, in quibus multi erant occidendi. Locus Topheth in exemplum adhibetur ceteris omuibus, & propterea in eum miſſus eſt Ieremias cum lagunculà teſtea conterenda vt diſcas tuam lagænam teſteam, corpus videlicet tuum deferre in vallem Topheth, vallem ſepulchrûm, vt memineris exitus tui, & opportune reſipiſcas, Deumque preceris pro incolumitate, ne tradaris Chaldæis, boc eſt dæmonibus, vehendus, detrudenduſque in tartarum.

Ierem. 40. 2.

Locus Tophet inſpiciēdus.

9 Stetit.] Redeunti Ieremiæ mandauit iterum dominus, inquit, Theodoretus, vt iu atrio ſancto prophetiam omnibus enunciaret, vt quod paucis in Topheth clamauerat, illis enunciaret, qui ad Tophetb ire noluerant, vt notant Hieronymus, Rabanus, & S. Thomas. Vnde conſtat prophetarum conſuetudo vbique prædicandi.

Propheta vbique prædicabāt.

CAPVT VIGECIMVM.

1 ET audiuit Phaſſut filius Em-
met ſacerdos, qui conſtitutus
erat ¹ princeps in domo do-
mini Ieremiam prophetātem
2 ſermones iſtos. | Et percuſſit
Phaſſur Ieremiam prophetam, & miſit eum
in ² neruum, quod erat in ³ porta Beniamin
3 ſuperiori, in domo domini. | Cumque illu-
xiſſet in craſtinum, eduxit Phaſſur Ieremiā
de neruo, & dixit ad eum Ieremias: Non
⁴ Phaſſur vocauit dominus nomen tuum,
4 ſed pauorem vndique. | Quia hæc dicit do-
minus: Ecce ego dabo te in pauorem, te &
omnes amicos tuos: & corruent gladio ini-
micorum ſuorum, & oculi tui videbunt: &
omnem Iudam dabo in manum regis Baby-
lonis: & traducet eos in Babylonem, & per-
5 cutiet eos gladio. | Et dabo vniuerſam ſub-
ſtantiam ciuitatis huius, & omnem labo-
rem eius, omneque pretium, & cūctos the-
ſauros regum Iuda dabo in manu inimico-
rum eorum: & diripient eos, & tollent, &
6 ducent in Babylonem. | Tu autem Phaſſur,
& omnes habitatores domus tuæ ibitis in
captiuitatem: & in Babylonem venies, & ibi
morieris, ibique ſepelieris tu, & omnes ami-
7 ci tui, quibus prophetaſti mendacium. | Se-
duxiſti me domine, & ⁵ ſeductus ſum: for-
tior me fuiſti, & inualuiſti: Factus ſum in
deriſum tota die, omnes ſubſannant me.
8 | Quia ⁶ iam olim loquor, vociferans iniqui-
tatem, & vaſtitatem clamito: & factus eſt mi-
hi ſermo domini in opprobrium, & in deri-
9 ſum tota die. | Et dixi: non recordabor eius

PARAPHRASIS.

CVm ſic conſtanter prophetantem in atrio domus domini audiſſet Ieremiam Phashur filius Emmer, qui cōſtitutus erat ¹ princeps ſacerdotum in domo domini, percuſſit Ieremiam, & coniecit eum in ² neruum, qui erat in templo ³ ad portam Beniamin ſuperiorem, in quo fuit vſque ad ſequentem diem, in quo ipſe idem Phashur eduxit Ieremiam de neruo, cui & dixit Ieremias. Non vocauit dominus nomen tuum ⁴ Phashur, ſed Magor miſſabib hoc eſt, pauorem vndique: quia ſic dicit dominus, ecce ego dabo te in pauorem, cum domeſticis tuis, & amicis, qui hoſtium ſuorum gladio confoſſi cadent coram oculis tuis, ſed & omnem Iudam tradam poteſtati regis Babylonis, qui transferet eos captiuos Babylonem, multoſque ex eis interficiet. Tradam omnem theſaurum vrbis huius, & quicquid labore quæſiuit, quicquid etiam precioſum habet, omnes denique theſauros regum Iuda hoſtibus Chaldæis, qui partem eorum diripient, partem autem tollent, vt ducant ſecum Babylonem, & tu Phashur non poſtremus eris cum omnibus domeſticis tuis, inter eos, qui ducentur captiui; ingredieris enim Babylonem, & ibi morieris, ibique ſepelieris cum omnibus amicis tuis quibus mendacium propheta ſti, ne ſcilicet quicquam mali timerent. O domine cum munus prophetandi commiſiſti mihi ſimul promiſiſti nunquam me aduerſariorum meorum libidini te permiſſurum, & ecce ⁵ ſeductus à te ſum, ſiquidem multo aliter facere videris, ego certe optimo iure id muneris renuebam, at tu coëgiſti me, & quicquid de me facere voluiſti, obtinuiſti, quis enim tuæ reſiſtat voluntati? quotidie me irrident, quilibet me ſubſannat. Nam ⁶ ex quo prophetare cœpi tuo nomine, quia vocifero populi iniquita-

Sedecia. anno. 4.

tem, & futuram per Chaldæos vaſtitatem clamito, verbum domini mihi probro datur, & vituperio, omnibus diebus, ſtatueram vltra eius nullam mentionem habere, neque vltra loqui in nomine eius, at ſentiebam verbum domini in corde meo, & in oſſibus meis quaſi ignem incluſum exæſtuantem, & exire adnitentem, & ego fatigabar continendo illum, & ferre non poteram.[7] Audiui enim multorum obtrectationem pauorem mihi incutientium vndiquaque, ac dicentium,[8] perſequimini Ieremiam, perſequamur eum falſas eius prædictiones ad regem deferendo, omnes etiam viri, qui antea mihi erant amici, obſeruant me, lateri meo adhærentes, num aliqua in re decipiar, & cadam, quo ſuperiores facti ad regem deferre me, & iuſtam de me vltionem ſumere poſſe videantur. Sed cum dominus adſit mihi vt fortiſſimus bellator opem ferens, proſternentur perſecutores mei, & nihil contra me poterunt, pudefient vehementer, non[10] conſiderantes ſempiternam ignominiam nulla obliuione delendam, qua ſunt afficiendi. Tu vero domine Deus exercituum, qui expendis hominum iuſtitiam an vera ſit, quique ſolus inſpicis cordis arcana, concede quæſo vt videam vltionem, quam ſumpturus es ex eis: ſiquidem tibi aperui, credidique cauſam meam, vt ita materiam præbeas mihi, & aliis decantandi tibi, & laudandi te, qui me tenuem & imbecillem de malignorum me affligentium eripueris poteſtate. Sed ô tempora calamitoſa, quando nulla prophetarum Dei habetur ratio, nulla ſalutis,[11] vtinam non fuiſſem natus, ſi quis enim dies eſt maledictioni ſubiiciendus, ille certè eſt, in quo natus ſum, dies inquam ille, in quo peperit me mater mea. Simili maledictioni ſubiaceat vir, qui nunciauit patri meo, natus eſt tibi filius maſculus, quo eum gaudio exhilarauit. Accidat viro illi, quod accidit ciuitatibus[12] Sodomæ, & Gomorrhæ cum ceteris, quas ſubuertit dominus, nec pœnituit eum quod ſubuerterit illas.[13] Nulla ſit hora diei, in qua non audiat domi ſuæ clamorem dolendum, & triſtem eiulatum,[14] qui mox vt egreſſus ſum ex vtero me non interfecit. Fuiſſet mihi mater mea ſepulchrum, &[15] vterus eius perpetuo manſiſſet prægnans. Quare de vulua egreſſus ſum vt viderem tantum laborem & dolorem, & conſumerentur pudore dies mei.

neque loquar vltra in nomine illius: & fa-
ctus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans,
clauſuſque in oſſibus meis, & defeci, ferre
non ſuſtinens.‖ Audiui enim contumelias 10
multorum, & terrorem in circuitu: Perſe-
quimini, & perſequamur eum: ab omnibus
viris, qui erant pacifici mei, & cuſtodientes
[9] latus meum: ſi quo modo decipiatur, &
præualeamus aduerſus eum, & conſequa-
mur vltionem ex eo.‖ Dominus autem me- 11
cum eſt quaſi bellator fortis: ideirco qui
perſequuntur me, cadent, & infirmi erunt:
confundentur vehementer, quia non[10] in-
tellexerunt opprobrium ſempiternũ, quod
nunquam delebitur.‖ Et tu domine exerci- 12
tuum probator iuſti, qui vides renes, & cor:
videam quæſo vltionem tuam ex eis: tibi
enim reuelaui cauſam meam.‖ Cantate do- 13
mino, laudate dominum: quia liberauit ani-
mam pauperis de manu malorum.‖ Maledi- 14
cta dies, in qua[11] natus ſum: dies, in qua pe-
perit me mater mea, non ſit benedicta.‖ Ma- 15
ledictus vir, qui nunciauit patri meo, dicẽs:
Natus eſt tibi puer maſculus: & quaſi gau-
dio lætificauit eum.‖ Sit homo ille, vt ſunt, 16
[12] ciuitates, quas ſubuertit dominus, & non
pœnituit eum: audiat clamorem[13] mane, &
vlulatum in tempore meridiano.‖ [14] qui nõ 17
me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater
mea ſepulchrum, &[15] vulua eius conceptus
æternus.‖ Quare de vulua egreſſus ſum, vt 18
viderem laborem, & dolorem, & conſume-
rentur in confuſione dies mei.

ARGVMENTVM.

IEremias in carcerem coniectus, & eductus à Pontifice, minatur ei, & amicis eius cum vniuerſo Iuda extremum interitum, quæriturque de Deo, ac deflet ſortem ſuam, quod coactus ab illo ſit prophetare iis, qui ſe capitali odio proſequerentur, adeo vt tæderet eum viuere: interim Dei virtutem conſiderans confidentior efficitur, demum ſuam deplorat infelicem fortunam.

COM-

COMMENTARIVS.

Paſhur fuerit ne ſummus Pont'ex. 1 PRINCEPS.] Hunc fuiſſe ſummum Pontificem, ex verbis his, quibus dicitur princeps conſtitutus in domo domini, videntur ſibi colligere, Hieronymus, Rabanus, & Iſidorus, & ceteri ita eſſe inſinuant. At certius videtur hunc Paſhur non fuiſſe ſummum Pontificem, quod hac manifeſta ratione comprobatur, quia 1. Paralip. *1 Para. 6.12.* 6. verſu. 12. Pontifices numerantur, qui tempore Ieremiæ ſibi inuicem ſucceſſerunt: nempe Helcias, qui tempore Ioſiæ Regis, inuenit librum legis, vt patet 4. Reg. 22. 8. & filius eius Azarias, & *4 Reg. 22. 8.* huius filius Saraias, qui vndecimo anno Sedeciæ in Rablata iuſſus eſt occidi per Nabuchodonoſorem, vt dicitur, capite 52. & Ioſedech filius illius, *Ierem. 52. 27.* qui ductus eſt captiuus Babylonem. At Paſhur nullus horum fuit: non priores, qui in Iudæa interierunt: non Ioſedech, qui ductus eſt Babylonem, ſicut & Paſhur vt hic ei minatur Ieremias, B tum quia tam patrum, quam filiorum nomina diuerſa ſunt: tum quia Ioſedech non eſt conſtitutus princeps in domo domini, quia patri intercempto ſucceſſit, templo iam diruto, & conflagrato per Chaldæos & ſanè ſatis indecore ſummus Pontifex ſanctum prophetam manu ſua percuſſiſſet. Potuit ergo eſſe vel vnus ex principibus ſacerdotum, qui viginti quatuor claſſibus à Dauide inſtitutis, erant præfecti, quorum fit mentio 1. Paralipom. 24. *1. Para. 24. 1.* & nec hunc fuiſſe Paſhur mihi verius videtur, quia hîc indicatur tunc temporis conſtitutus, non princeps ſacerdotum, ſed in domo domini, alicui miniſterio præpoſitus. Fuit ergo vnus ex his, qui præficiebantur, functionibus, aut miniſteriis, aut rebus, quæ in domo domini erant innumera; & curæ aliquarum, quos præpoſitos C duces vocabant, committebantur, hoc eſt, commiſſarios duces, quia eis aliquid exequendum committebatur. Vnde Paſhur dicitur hic, & ipſe præpoſitus, dux in domo domini, ſicut & 2. *2. Mac. 3. 4.* Machab. 3. 4. Simon de tribu Beniamin præpoſitus templi conſtitutus contendebat, obſiſtente ſibi Pontifice Onia. Huiuſmodi erant illi, de quibus loquitur Ioſias 4. Reg. 22. 5. *4. Reg. 22. 5.* cum miſit ad Helciam ſacerdotem magnum, vt conſtaretur pecunia illata in templum domini, quam collegerant ianitores templi à populo, dareturque fabris per Pekudim præpoſitos domus domini, qui diſtribuerent eam iis, qui operabantur in templo domini ad inſtauranda ſartatecta templi, & Su- D baël. 1. Paralipom. 26. 24. *1 Para. 26. 24.* filius Gerſon Naguid præpoſitus theſauris. Selemith, & fratres eius ſuper theſauros ſanctorum, quæ ſanctificauit Dauid rex, & principes de bellis, & manubiis præliorum, quæ conſecrauerant ad ſupellectilem templi domini, & illi, quos conſtituit Ioiada. 2. *2. Para. 23. 18.* Paralipom. 23. 18. Pekudim præpoſitos in domo domini, vt offerrent holocauſta domino in gaudio, & Canticis, & Chonenias Leuita, qui Naguid præfectus erat cum aliis, primitiis, & decimis, & quæcumque vouebantur, vt legimus, 2. *2. Para. 31. 12.* Paralipom. 31. 12. & Iahiel, & Azarias cum reliquis Pekudim præpoſiti ſub Chonenia. Core etiam præpoſitus erat iis, quæ ſponte offerebantur domino, primitiiſque, & conſecratis in ſancta ſanctorum, & ſub cura eius, erant qui in ciuitatibus ſacerdotum fideliter diſtribuerent fratribus ſuis partes, ita multi erant Pekudim, & Negudim præpoſiti duces in domo domini, quia multa erant officia, & munia, quibus præficiebantur, inter quos fuit Paſhur ſacerdos, qui hic dicitur Pakid Nagurd, qui auſus eſt percutere Ieremiam, quia odio habebat corripientem in porta, vt queritur Amos cap. 5. *Amos 5. 10.* ſacerdotes enim audaciores ſunt ad reſiſtendum prædicatoribus verbi Dei, *Sacerdotum audacia.* quia eorum mores carpuntur, vnde hi præcipuè Chriſto aduerſabantur, & apoſtolis, nam & Ioannem, & Petrum in vincula coniecerunt Actuum. *Act. 4. 3.* 4. Ea propter 3. Reg. 22. 24. *3 Reg. 22. 24.* Sedecias filius Chanaana percuſſit Michæam in maxillam, dicens. Me ne ergo dimiſit ſpiritus domini, & locutus eſt tibi: putant enim Deum nemini præterquam illis ſua myſteria reuelare.

Cippus. 2 *Neruum.*] Nomen Hebræum מַהְפֶּכֶת Maphecet Septuaginta, & Theodotion cataracten verterunt hoc eſt foſſam profundam, & locum ſubterraneũ vt exponit Theodoretus, in quem vincti demitti ſolent, vulgo dicimus *calabozo*. Chaldæus, Pagninus, & Vatablus, in carcerem, transferunt. At capite 29. 26. *Ierem. 29. 26.* diuerſum ponitur hoc nomen à צִינֹק Cinok, quod vertunt carcerem, Vulgatus hic, & 2. Paralipom. 16. 10. *2 Para. 16. 10.* & infra cap. 29. & Tigurina, vertit neruum; quem vocamus brete, aut cippum, genus cruciatus, quod Symmachus vocauit baſaniſtirion, ſeu ſtroblotirion; & ita Kimhi, Lyra, & item Vatablus cippum eſſe dicunt; erat autem, auctore Ioſeph Kimhi & Vatablo ex eo, inſtrumentum è duobus lignis confectum ex C aduerſo coeuntibus, in quibus erant tria foramina, vnum in quod collum immittebatur, & duo alia ad vtramque manum prehendendam.

Porta Beniamin in templo. 3 *Porta.*] Chaldæus, Theodoretus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius in ea ſententia eſſe videntur, vt putent in templo duplicem fuiſſe portam dictam Beniamin, quod reſpicerent partem Septentrionalem Ieruſalem, quam incolebat tribus Beniamin, cum auſtralem ſuperiorem, & occidentalem incoleret tribus Iuda: vnam ſuperiorem, magis verſus orientem: alteram inferiorem magis Septentrionalem, & prope illam templi portam extructum carcerem, in quem cõiiciebantur, vt putat S. Thomas, falſi prophetæ, D templique miniſtri, cum delictum aliquod perpetrabant: quorum cauſa tractabatur, ac iudicabatur in illa porta. Vnde c. 29. ad Semeiam dicitur. *Ierem. 29. 26.* Dominus dedit te ſacerdotem pro Ioiade ſacerdote, vt ſis dux in domo domini ſuper omnem virum arrepticium, & prophetantem, vt mittas eum in neruum, & in carcerem; erant autem in templo auctore Ioſepho lib. 8. Antiquit. cap. 2. portæ altæ, *Ioſephus.* & patentes, quarum ſingulæ ſingulos ventos ſpectabant, & foribus auratis claudebantur. Non eſſe autem hanc portam vrbis dictam Beniamin, quod *Porta Beniamin vrbis.* reſpiceret ſortem Beniamin, ſatis patet; quoniam illa vna tantum erat in acuto montis angulo ſita inter Orientem, & Septentrionem, cuius fit mentio cap. 37. 12. & 38. 7. *Ier. 37. 12.* quamobrem, & porta anguli dicebatur, vt vocatur 4. Reg. 14. 13. 2. Paralip. 25. *Ier 38. 7.*

4. Reg. 14. 13. 2. Para. 25. 23.

23.& 26.9.& Ieremiæ 31.& à templo erat diſſita, & quamuis Tigurina, & Iſidorus in ſuis verſionibus indicent hanc non fuiſſe portam templi, ſed vrbis, cum dicant fuiſſe, iuxta domum domini, ſed in Hebræo, vt alij transferunt interpretes, ſatis planè dicitur fuiſſe in domo domini, nempe intra ſepta ad templum pertineotia, vt Lyra, & Vat. notant.

Paſhur nominis interpretatio.

4 *Phashur.*] פשחור Hieronymus, & Latini alij interpretes eum ſecuti, interpretantur, oris nigredinem, ſeu os nigrum, nam nomen eſt compoſitum à פה Peh, quod eſt os, & שחור Sahor niger. Pagninus tamen in libro nominum Hebraicorum deducit à verbo פשח Paſah quod eſt creſcere, aut ſerpere, vt de lepra, aut plaga dicitur Leuit. 13. capite, aut à פוש Pus quod eſt multiplicari, aut laſciuire, & ex petulantia expatiari, vnde פש Pas eſt multitudo, petulantia, aut laſciuia, & à nomine חור Hur quod eſt candor, aut foramen, ſeu princeps candidatus, à candore, & claritate nobilitatis, atque ita Paſhur erit, incrementum, multitudo, aut laſciuia candoris, aut principatus, quaſi ex principatu, & candore magiſtratus, in quo erat conſtitutus, increſceret, petulantia, & laſciuiret, petulanterque ſe gereret, & hoc magis ad rem videtur, quia propheta vult oſtendere ſortes eſſe illi commutandas & felicem, quam nomine Paſhur, quod eſt, multus in candore, aut auctus principatu, præ ſe ferebat, commutandam infelici, quam præfert nomen Magor. Vnde dicit. Non Paſhur vocauit dominus nomen tuum, ſed Magor miſſabib. Eſt autem Magor nomen deductum à verbo גור Gur, quod eſt peregrinari, pauere, & congregare: & Septuaginta quidem, ſicut & Theodotio migrantem, ſeu aduentitium, vt habet Theodoretus, & Aquila in ſecunda editione, peregrinum tranſtulere: in prima circunſpicientem: Symmachus vero ablatum peregre, ſeu extractum, aut congregatum, ſeu congregationem vndique, quam interpretationem ſecutus eſt Chaldæus, dum dixit. Nõ Paſhur vocauit dominus nomen tuum, ſed congregabuntur contra te, qui occidunt gladio per circuitum. Verum Magor cum holem ſemper ſignificat pauorem, vt hoc loco tranſtulere Vulgatus, Hieronymus, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus, ita dictum, quod mentem loco moueat, & peregrinari faciat, vt ſit ſenſus, ſed vocaberis, Magor Miſſabib, Pauor vndique, ſiue per circuitum, quia captiuus duceris Babylonem, & tremens, ac propriæ ſalutis incertus huc, illucque circunſpicies, & venientes contra te aduerſarios reformidabis: & deſines eſſe princeps in domo domini, qua dignitate elatus Dei prophetam percuſſiſti. Rationem nominis reddit ipſe propheta. Quia ecce dabo te in Magor pauorem: quod ſimiliter vt prius omnes tranſtulerunt. Ecce ego dabo te in peregrinationem, ſeu tranſlationem, & congregationem, ſeu in pauorem. Hunc vero ob id puniendum minatur futura captiuitate, quia cum ex officio teneretur populum docere veritatem, & ſi triſtia contineret, ille contra veram Ieremiæ prophetiam proſpera pollicebatur: quod ſignificatum eſt, illis verbis, ibique ſepelieris, tu & omnes amici, quibus propheταſti mendacium, vt caueant illi, quorum eſt detegere veritatem, ne eam ſilentio prætereant, & abſcondant: habent enim Deum ſuæ veritatis vindicem, & vltorem.

Sortes commutanda. *Leuit. 13. 5.* *Contra celantes veritatem.*

5 *Seductus.*] Verbum פתה Patah, quo hic vtitur propheta, eſt inclinare aliquem præter ipſius intelligentiam, pellicere blanditiis, inducere, pertrahere, vel incautum ducere, Lyra ergo, & Iſidorus exiſtimant loqui prophetam ex opinione ſacerdotum qui dicebant Ieremiam ſeductum, vel in eo, quod renoentem elegiſſet Deus ad munus prophetale, vt exponit Iſidorus: vel in eo quod dicebant falſi prophetæ Ieremiam falſum fuiſſe prophetam, quia non eueniebant, quæ denunciabat: vt Lyra interpretatur, ait ergo. Si ego ſeductus ſum, vt hi falſo queruntur, tu certe es, qui me ſeduxiſti. Hieronymus tamen hic, & Iſaiæ. 6. in ea verba, & audiui vocem domini, & eum ſecuti Rabanus, Hugo, S. Thomas, & Dionyſius in eo putant ſe queri ſeductum, quod cum audiſſet Deum in principio dicentem, prophetam gentibus dedi te: & iterum, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, arbitratus ſit, nihil ſe contra populum Iudæorum, ſed contra diuerſas in circuitu nationes eſſe dicturum, vnde & prophetiam libenter aſſumpſerit, & eueniſſe è cõtrario, vt captiuitatem Ieruſalem prædicans, perſecutiones, & anguſtias ſuſtineret. Verum hæc expoſitio non videtur habere locum, quia ſatis aperte Deus oſtendit Ieremiæ ſe vaticinaturum contra Iudam, & Ieruſalem; dum ei oſtendit ollã ſuccenſam, & dixit, ſe congregaturum omnes nationes aquilonares, & poſituras ſolium in portis Ieruſalem, & in muris eius, & in vniuerſis vrbibus Iuda, & inferius: Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram, regibus Iuda, principibus eius, & ſacerdotibus, & populo terræ. Eſt igitur vera ſeductionis, qua inductus eſt Ieremias ad ſic loquendum, ratio, quam adducunt Theodoretus, & Vatablus. Moleſte, ait Theodoretus, fert inſultus, qui iugiter in ſe fiunt & puritati conſcientiæ fidens, libertate vtitur erga dominum inquiens. Fugiebam prophetandi munus, dicebam me iuniorem eſſe, & huic adminiſtrationi imparem, & pollicitus es te effecturum vt impugnantibus me fortior eſſem, oſtenſurumque me muro æneo, & columnæ ferreæ ſimilem, nunc autem ridiculus effectus ſum, humano ergo ſpiritu queritur de Deo, quod pollicitus fuerit non permixturum Ieremiam libidini aduerſariorum, qui ei præualerent, at nunc contrarium experiri, quia infinitis malis ſubiectus ſit: hunc ſenſum verum oſtendunt, quæ mox ſubiungit, quod Deus præualuiſſet, dum æruit ab Ieremia, vt prophetiæ munus aſſumeret, & quod multas propter illud ſuſtinuerit calamitates, & quod à ſe abicere tam graue onus pronunciauerit, cum dixit, Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine eius. Cum vero Deus non dixerit in principio Ieremiæ, nihil fuiſſe perpeſſurum, ſed in perſecutionibus ſuperiorem futurum, non ſeduxit Ieremiam, ſed ipſe ſe decepit dum putauit omnia proſpere euentura. Conſueuit enim ſpiritus ſanctus, non tantum cum ad ſuſcipiendum munus prophetiæ inducit, ſed cum ad ineundam vitam ſpiritualem hortatur, præmonere ſtatim in limine malorum, quæ in eo munere exequendo timeri debent, ſic Eccle. 2. t. fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in timore, & præpara animam tuam ad tẽtationem, & Paulus omnes, qui pie viuere cupiũt, perſecutionem patientur, ſic Chriſtus, vno illo verbo, venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum præmonuit Apoſtolos ſuos, in tantis

Seductionis ratio qua. *Ierem. 1. 6. 10.* *Verior ratio.* *Nũquã nõ Deus præmonet de futuris calamitatibus ſpiritualia munus aſſumentibus.* *Eccl. 2. t.* *2. ad Timot. 3. 12.* *Matt. 4. 19.* *Marci 1. 17.*

periculis

periculis conſtituendos, tanta mala, perpeſſuros in hominum piſcatione, quanta, & multo maiora, quam in piſcium captura paſſi fuerant. Nam & ipſum procelloſum mare, & piſces ipſos aliosque piſcatores aduerſarios erant habituri. Ideirco Apoſtolus, ſe fuiſſe ait ſubiectum periculis in mari, periculis fluminum, periculis in falſis fratribus.

2. Cor. 11.26.

6 *Iam olim.*] Senſum paraphraſis afferunt Chaldæus, Hieronymus, Rabanus, Hugo S. Thomas, Lyra, & Dionyſius. Coarguebat enim Ieremias iniquitatem Iudæorum: & propter eam, futuram eis per Chaldęos denunciabat vaſtitatem, & quia videbant differri punitionem exiſtimabant falſam eius prophetiam, & propterea eum irridebant, & eloquia Dei ſuggillabāt. Vnde apud ſe conſtituerat non ea amplius denūciare, pudore quidem ſuperatum, ait Hieronymus, verecunde ſed ſtulte, hoc Ieremiam conſtituiſſe. Habet eundem ſenſum Chryſoſtomus tomo.2. homilia.1. de Lazaro. Cum enim hanc legem concionatoribus præſcriptam eſſe oſtendiſſet, ne vnqoam, quod quidem in eis fuerit, defatigentur, nec vllo tempore ſileāt ſiue ſit, qui auſcultet, ſiue ſit qui prætercurrat negligens quod dicitur: ſubiungit. Nam & Ieremias cum Iudæis multa minitans, malaque imminentia prædicens ab audientibus ſubſannaretur, totoque, die irrideretur, cogitabat ab illa prophetia deſiſtere: nimirum humano quodam affectu victus ſannas illas, & conuitia perpeti non valens. Atque factus ſum ridiculus toto die, dixi non loquor, neque nominabo nomen Domini, & factus eſt in me, velut ignis ardens, & æſtuens in oſſibus meis, ac diſſoluor, nec poſſum ferre. Quod autem dicit hunc habet ſenſum: volebam inquit, à prædictione deſiſtere, propterea quod nō auſcultabant Iudæi, & ſimul atque hoc cogitaſſem irruit in animam meam ſpiritus vis, velut ignis, omniaque intima mea ſuccendit, conſumens inſuper, & exedens oſſa mea, adeo vt incendium illud ferre non poſſem. Ratio ergo cur dolebat Ieremias erat quia ridebatur, vel tanquam falſus propheta, vt inquiunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, vel quia grauia ſupplicia pronunciabat, & increpabat iniquitates Iudæorum, vt indicant Chaldæus, & S. Thomas: vel quia non audiebatur propter eas cauſas, vt inſinuant Chryſoſtomus, & Theodoretus.

Ierem. queritur quod falſus propheta haberetur.

Chryſoſtomus.

Nihilominus Vatablus & Iſidorus longe aliter hæc verba interpretantur hunc in modum: ex quo loquor, clamo vox & vaſtitatem inclamo, hoc eſt, ex quo tempore cœpi prophetare nihil aliud facio clamitando, quam omnes aduerſum me prouocare, atque iniurias ac deuaſtationes excitare contra me, vt etiam impij iniecerint manus in me. Vel ita vehementer affligor vt cogar inclamare non aliter atque ij, qui vociferantur ob violentiam & direptionem; Prior tamen ſenſus communior eſt, & planior.

Alius ſenſus.

7 *Audiui.*] Hanc eſſe cauſam, quæ impellebat prophetam ad loquendum verbum quod in animo æſtuenti continere non poterat, aſſerūt Hieronymus, Gregorius lib.23. Moral. cap.10. Rabanus, Hugo, & Dionyſius. Eadem enim vis, ex Zelo prodiens honoris Dei, quæ tacere ipſum compulerat vt probra caueret impiorum, ea ad loquēdum inſtigat & adigit bene nolentem. Vnde Gregorius eo loco. Sæpe contingit vt ſapientes viri cum ſe non audiri conſiderant, ori ſuo ſilentium indicant: ſed dum plerumque conſpiciunt quod iniquorum facinora, ipſis tacentibus, & non corripientibus creſcunt, Vim quandam ſpiritus ſuſtinent, vt in locutionem apertę correptionis erūpant.

Zelo charitatis repetunt prædicationē Ierem.

Gregorius.

Vnde propheta Ieremias cum prædicationis ſibi ſilentium indixiſſet, dicens. Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius illico adiunxit, & factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens. Audiui enim contumelias multorum. Pro eo enim quod ſe minimè audiri conſpexit ſilentium appetiit: ſed cum creſcentia mala cerneret, in eodem ſilentio non permanſit. Quia enim foris tacuit ex tædio locutionis, intus ignem pertulit de zelo caritatis? inflammantur quippe corda iuſtorum cum non correpta creſcere conſpiciunt acta malorum: eorumque culpę ſe participes credunt, quod in iniquitate creſcere ſilendo permittunt. Dauid propheta poſtquā ſibi ſilentiū, indixerat dicens. Poſui ori meo cuſtodiam dum conſiſteret peccator aduerſum me. Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis in ipſo ſuo ſilentio iuſto zelo caritatis exarſit, qui ilico ſubdidit, & dolor meus renouatus eſt, concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Intus ergo cor concaluit, quia dilectionis ardor per admonitionem locutionis exterius emanare recuſauit; Ignis in meditatione cordis exarſit, quia increpatio delinquentium à correptione orta refrixit.

Caritatis enim zelus conſolatione admirabili augendo ſe temperat, quando contra iniquorum opera per vocem correptionis emanat, vt quod corrigere valet increpare non deſinat, ne ſe participem delinquentium ex conſenſu taciturnitatis addicat. Hæc ſanctiſſimus Pontifex ad expoſitionem verbi Ieremiæ.

Sed Theodoretus, ſanctus Thomas, & Lyra, non putant his verbis. Audiui vituperationem multorum, reddi cauſam, ob quam non poſſet propheta ſe continere quin loqueretur. Nam vel proſequitur narrationem ſupra ceptam ſuæ calamitatis. vel coniunctim כי Ki, accipitur pro, ſane, vt exponat quomodo Deus ei adfuerit: vel pro quamuis, vt ſit ſenſus Lyræ: impulſus zelo interno decreta loqui, quamuis ſcirem obtrectationes, & moleſtias, quibus me eſſent perſecuturi. Verum prior ſenſus magis conuenit dicendis, nam cum zelo caritatis, & honoris Dei, inſenſus contra obtrectatores, & perſecutores ac ſugillatores verbi Dei, aggreſſus eſt loqui, dominus adfuit illi quaſi bellator fortis.

8 *Perſequimini.*] Verbum Hebreum נגד Nagad. quod hic vertitur, perſequimini, & perſequamur, ſignificat, indicare, aut anunciare & vt ſupra. c. 9.12. Quis eſt vir ſapiens, qui intelligat hoc, & ad quem verbum Domini fiat vt anunciet. &. c.16.10. & cum annunciaueris populo huic, & ita hic trāſferunt Chaldæus Tigurina, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus, Indicare, & indicabimus illud, vel annunciate, & annunciabimus illud. Hoc eſt, Indicate de illo aliquod verbum mendax, aut falſum, quo poſſit opprimi, & nos indicabimus regi, aut deferemus ad regem vt puniat. Poteſtque dupliciter intelligi, aut fingite vos, & molimini falſum aliquid

Ierem. 9.12. Ierem. 16.10.

Imponūt Ieremiæ.

contra eum, & indicate, & noa deferemus ad regem, vt puſt quæſierunt falſum teſtimonium cõtra Chriſtum: aut eſtote attenti, & circumſpicite, an ex prædictionibus eius aliqua nun verum ſurtiator effectum, quu poſſimus eius fidem in ceteris eleuare, & indicate nohis, & accuſabimus apud regem vt falſum prophetam. Septuaginta dum verteront, reſiſtite, & reſiſtamus ei, & Vulgatus, com dixit, perſequimini, & perſequamur, de hac linguæ perſecutione ſũt intelligendi locoti, vt c. 18.

Ierem. 18.18. 18. venite percutiamus eum lingua: & quidẽ Hugo S. Thomas, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus hanc literam ſic coordinant. Aodiui ab omnibus viris, qoi erant pacifici mei, & cuſtodientes latus meũ & ſequentia, contumelias multorum, & terrorẽ in circuitu dicentium, perſequimini & perſequamur eum. At Chaldæus Pagninus, & Varablus ſeorſim transferont: omnis humo qui pacificus mihi eſſe debebat, obſeruabat an claudicarem in aliquo.

9 *Latus.*] Hebræum nomen צֶלַע çelahn latus ſignificat, & claudicationẽ, ſeu lapſum, quod in alterum latus fiat. vnde Dauid Kimhi, Pagnious & Varablus vertunt hic obſeruantes claudicationẽ meam. Sed vulgatus, & Tigurina non ineptè pro latere accipiunt, vertentes, cuſtodes lateris mei, aot cuſtodientes latus meum: ad eundem ſenſum, nempe, omnes amici mei etiam ipſi aderant lateri meo, vt inſidiarentur mihi, & obſeruarent an in aliquo laberer, errarem, ant deciperer, vt me deferrent ad regem. Ita Chaldæos cum prædictis auctoribus, & ideo ſubdit: ſi quomodo decipiatur, aut fortaſſe decipietur, & labetur in aliquo verbo: vel vt ex R. Salomone exponit Lyra, fortaſſe decipietur à nobis, & trahetur in noſtram opiniunem. vel vt Iſidorus: ſi qoomodo ſeducetur aliquandu vt comedat, ac bibat nobiſcom, quo cõtra eom præualeamos venenu eum perdentes, & ſic de eo vltionem ſumamus.

Inſidiatorum cõditio. Grauiſſima ſane ſũt quæ quis ſoſtinet ab amicis, vt merito de illis queratur Dauid Pſal. 54. *Pſal. 54.13.* Si ioimicos meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. Tu veru homu vnanimis, dox meus, & notus meus: qui ſimul mecum dulces capiehas cibos, & Pſal. 40. *Pſal. 40.10.* Homo pacis meæ, in quu ſperaui, qoi edebat panes meus magnificauit ſuper me ſupplantatiunem: & in *Abdia. 7.* Abdia: Omnes viri fœderis tui illuſerunt tibi, inualuerunt aduerſum te viri pacis tuæ, qui comedunt tecum punent inſidias aduerſũ te: ſunt enim fures domeſtici, qui com intima quæq; nuuerint intima quæque pateſaciunt, in lucem efferunt.

10 *Intellexerunt.*] Hæc periudus ſic habet ex Hebræu. Idcirco perſecutores mei impingent, & nõ præualebunt, pudefient vehementer, quia non prudenter agent. Ignominia perpetua non obliuioni tradetur: & verbum הִשְׂכִּילוּ hiſcilu quod eſt præteritum hiphil ſumptum pro futuro à verbum שָׂכַל Sacal, intelligere ſignificat, vnde Lxx. Vulgatus rectè verterũt & qoia nõ nuuerũt aut intellexerunt ignuminias ſuas, ſed ad praxim reductum eſt prudenter agere, ſeu cunſideratè: & quia qui intelligit & agit cunſideratè ſucceſſum pruſperum fere habeat, accipitur etiam pro pruſperè agere. vnde quod 1. Regum 18. 14. *1. Reg. 18.14.* alij vertunt, & in omnibus vijs ſuis Dauid intelligens aut prudẽs erat, vt verſu 15. Volgatus videns itaque Saul quod prudens eſſet nimis, & alij, in omnibus vijs ſuis pruſperabatur, & videns Saul quud proſperaretur nimis, Vulgatus tranſtulit. In omnibos quoque vijs ſuis Dauid prudenter agebat. Ideo Tigurina vertit hic: nihil ſua prudantia profecerunt Chaldæos, Pagninus, & Varablus: Non proſperabontur. Erit ergo ſẽſus de vaſtatione ſutura per Chaldæos vt omnes intelligunt. Quià Deus mihi opẽ fert, qui me perſequuntur corruent, & nihil contra me poterunt ſuis inſidijs, & vehementi pudore afficientur com capientur: qoia non prudenter ſe geſſerunt, opportunè conſiderantes ignomintã perpetuam qua erant ab hoſtibus afficiendi, quã eis ego prædicebam: vel quia nihil eis cedet proſperè, ſed fruſtrabuntur ſpe ſũa, nec aſſequentur quod nituntur: nam ad rem deducetur ſermo diuinus, & capientur à Chaldæis in ignominiam perpetuam.

11 *Natus.*] Verba hæc execratione plena, ſicut & ſimilia ſancti Iob, ſunt explicatu difficilia, quod à culpa difficile poſſint vindicari: *Quæſtio Quo affectu locutus Ieremias.* nam tam graoia mala diei natalis ſui, & nuncio ſuę natiuitatis, ac ſibi deprecari hominis eſt nimio tædio affecti, & ſpem abijcientis: tum etiam impatientis, & ſeſe vlciſcentis. Quare aliqui fuere, qoi animo perturbato, atque adeo non ſine culpa, hæc verba prolata ab Ieremia, arbitrati ſunt. Verum Origenes homilia 3. in Iob, Hieronymus, & Theodoretus cũ ceteris interpretibus ab hac iniuria vindicant Ieremiam, idq; conſtat ſatis ex verbis pręcedentibus; in quibus laudes Dei præmiſit, ne quis eum execrantem diei natalis ſui, lu Deum blaſphemum exiſtimaret, Deo etiam vindictam de ſuis hoſtibus commiſit, ne de impatientia, & vltionis deſiderio accuſaretur. Iſidorus vult hæc verba prolata ab Ieremia, qoaſi appoſita conditiune. Si vllos dies infauſtus eſt, illum dicerem natalis mei: & ſi quis nuncius inſauſtos, eum iudicarem, qui nunciaoit patri meo natiuitatem, meam. *Regula.* Eſt enim regula certa ſcripturæ, uomina quæ abſolutè poſita abſurditatem præ ſe ferunt: adiecta conditione debere explicari, vt ill ud Mat. 12.30. *Mat. 12.30.* Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autem blaſphemiæ nõ remittetur: & quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetor neque in hoc ſeculo neqoe in futuru, cum ſit certum nullum eſſe peccatum, quod non puſſit remitti in hac vita, ſenſus debet accipi. Si aliqua blaſphemia, aliquodve fuiſſet peccatum, quod remitti nun mereatur, blaſphemia ſane eſſet, aut peccatum commiſſom in ſpiritom ſanctum. Sic illud Marci 6.5. *Mar. 6.5.* de Chriſto, & non poterat ibi virtutem vllam facere, huc eſt, ſi alicubi erat Chriſto exhaurienda virtus patrandi miracula, id deberet fieri in patria illius. Et ad Hebræos 6.4. *Hebr. 6.4.* Impuſſibile eſt eos qoi ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cœleſte, & prolapſi ſunt, iterum renouari ad pœnitentiam. & c. 10.26. *ad Heb. 10.26.* Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiã veritatis, iam nõ relinquitur pro peccatis hoſtia, id eſt ſi aliquibus eſſet via pręcludenda ſalutis, ij certè ſibi præcludi merebantur. Sic etiam illud Pauli ad Rom. 9. *ad Rõ. 9.3.* Optabam anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, explicatur ab aliquibos: Si me à Chriſto ſegregari ſatis ſuiſſet ad vos à veſtris erroribus ſemouendus, paterer id quidem malum, Et ſi grauiſſimum.

mum: cum ergo verba Ieremiæ abſurda videantur, cum neque fidei veritati, neque morum honeſtati vtilitatem apponerent vllam, iuxta regulam Auguſtini lib. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 10. cum conditione explicanda ſunt: & quidem expoſitio eſt non inconcinna, niſi ceteri omnes interpretes verba Ieremiæ abſolutè accepiſſent.

Auguſt.

3. expoſ. Origenis.

Origenes lib 3. in Iob. & Ieremiam, & Iob vt à culpa liberet, ait maledixiſſe diei, & quia dies nihil eſt, cum non manſerit in natura, nec in poteſtate, nihil maledixit. Sed certe ſi dies ille non manſit, fuit tamen aliquando: & ei malum imprecari vtcumque, non eſt ſine culpa, necdum quod non ſolum diei maledixit, ſed homini, qui nunciauit patri natum Ieremiam.

4. expoſitio Chryſoſtomi. S Thomæ, & Hugonis.

Chryſoſtomus in catena Græca in cap. 3. Iob. S. Thomas, & Hugo hic affirmant hæc non eſſe verba optantis, ſed declarantis tantum internum dolorem. Quemadmodum enim, inquit Chryſoſtomus, cum dixit Chriſtus de Iuda, melius erat ei ſi natus non fuiſſet, id tantum ſignificauit, difficilia illum, & acerba manere: ita cum Iobus ait, vtinam natus non eſſem, aut natus cōtinuo periſſem, non Dei ſuccenſet opificio, ſed magnitudinem tantum calamitatis oſtendit. Qui vehementer angantur, ait Theodoretus, ſolent adſtantes reprehendere, & manibus reprimere, quandoque præ mente dolore manus collidere, quod accidit prophetæ, qui præ nimio dolore, nulla ſubſiſtente cauſa diem redarguebat, cum item, qui patri partum nunciauerat. At profectò non eſt hominis tantum dolorem explicantis nuncio illi tā grauia mala imprecari; quid enim mali fecit, vt eius malo ſuum dolorem manifeſtaret.

5. expoſitio S. Thomæ, Lyræ, & Dionyſij. Matth. 26. 38. 39.

S. Thomas, Lyra, & Dionyſius exiſtimant Ieremiam locutum, ſenſitiuam ſui partem ſecutum, quomodo & Chriſtum dixiſſe fatemur: triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, & pater, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte: quaſi dixiſſet Ieremias, tanto premor dolore, vt ſi quid animalis homo ſentiat explicare vellem, his verbis vterer: Maledictus dies. Sed nec propheta vſus eſt conditione: nec licebat maledictis exponere, ſed ſimplicibus verbis, vt fecit Chriſtus.

6 expoſitio Hieronymi, & Rabani.

Hieronymus, quem ſequitur Rabanus tueri videtur Ieremiam, quod ſecutus fuerit humanam rationem, quæ docet, melius eſſe non eſſe, quam in ſupplicijs viuere, & male eſſe: atque ita maledixiſſe diei natalis ſui, & nuncianti ipſum natum: quod in illo exortus fuiſſet tam grauem malorum congeriem: Nam optare non eſſe, potius videri quam ſic eſſe & ex ſcriptura ſacra probatur, & ex profana.

Iob 3. 20. Eccle. 4. 2. Matth. 26. 24. Plutar.

Iob. 3. dicitur: quare data eſt miſero lux, & vita iis, qui in amaritudine animæ ſunt, & Eccleſ. 4. laudaui magis mortuos, quam viuentes; & fęliciorem vtroque iudicaui, qui necdum natus eſt, nec vidit mala, quæ ſub ſole fiunt & Matthæi 26. melius ei fuerat, ſi natus non fuiſſet. Plutarchus in epiſtola conſolatoria ad Apollonium ex Ariſtotele ad Eudemum, refert hoc Sileni dictum memorabile. In ore hominum, antiquo multorum annorum tempore vulgo circumferri, non naſci: inquam, omnium optimum: mortuum autem eſſe longe eſſe melius quam viuere: multiſque numen ipſum ſic teſtatum fuiſſe.

Mors vita quibus optanor.

Poſt hoc, quod aliorum omnium eſt potiſſimum, ac factu facile, ſed ſecundum, genitos quàm A celerrime interire: & Seneca. lib. 1. de conſolatione ad Martiam, ô ignaros, inquit, malorum ſuorum quibus non mors vt optimum naturæ inuentum laudatur; quæ ſiue felicitatem includit, ſiue calamitatem expellit: hinc antiquis mel mortis ſymbolum, fel vitæ habebatur. Propterea, vt auctor eſt Solinus c. 16. apud multas gentes luctuoſa fuere puerperia, nam recentem natum fletu parens excipit: contra vero, læta ſunt funera, adeo vt exemptos gaudio proſequantur. Thraces Valerio Maximo referente lib. 2. c. 1. & Quintiliano lib. 5. c. 11. Trauſi ex Herodoto lib. 5. paulò poſt principium, & Indi, ex Pomponio Mela lib. 3. conſueuerunt, puerum in lucem editum circundantes cognatos, & affines, lamentari, & afflictos iacere, recenſentes calamitates, & vitæ incommoda, quæ mox ille paſſurus adueniit: iidem in funere exultantes iubilabant, quod ſcilicet defuncto datum ſit omnia huius vitæ incommoda effugere: denique Brachmanes, vt refert Herodotus lib. 25. hanc vitam quaſi quendam viuidum hominum conceptum eſſe dicebant: mortem vero natiuitatem ad veram illam, & felicem vitam iis, qui rectè philoſophati ſunt. Merito igitur S. Ieremias hac ductus conſideratione, ex præſenti malo occaſione ſumpta, maledixit diei natalis ſui, optans illam non fuiſſe, quod ſatius iudicaret non natū fuiſſe, quam ad tantū laborem natum fuiſſe.

Seneca. Solin. Maximus. Quintilianus. Herodotus. Mela. Herodotus.

At certè iuſtis, qui honeſtum præferunt vtili, & quorum eſt & patienter ferre, & cum gaudio, quæcunque aduerſa: iuxta illud prouerbiorum 12. Nō contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit: & Iacobi 1. omne gaudium exiſtimate fratres cum in varias tentationes incideritis, & Chriſti, Matthæi 5. beati eritis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, gaudete, & exultate: melius eſt pati exercendo vitam honeſtam, & patientiæ virtutem, qua æternam obtineant felicitatem, quam non eſſe. Atque ita ſancto Ieremiæ præferenda erat perſecutio, quam patiebatur propter iuſtitiam, & exultanter ferenda, quam non eſſe, vt Apoſtoli, qui, vt dicitur Actuum 5. ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati: cur ergo maledixiſſet diei ſuæ natiuitatis, & nuncio illius?

Prou. 12. 21. Iacobi 1. 2. Matth. 5. 11. Actuū 5. 41.

7. expoſitio. Origenis. Hilarij. Gregorij.

Prædictam expoſitionem tenere videntur Origenes lib. 3. in Iob. Hilarius in Pſ. 29. & Gregorius lib. 4. Moral. cap. 6. & 7. niſi quod addunt Iob, & Ieremiam maledixiſſe diei natiuitatis ſuæ, quia peccatorum, ac delictorum principium fuit: D qui diem mortis celebrandam iudicaſſet, hanc vitam odio proſequens, quod tranſitꝰ eſſet ad æternam vitam, & Hilarius explicans illum verſum, heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: eum, ait, qui ex incremento acceſſit profectum editi corporis congemiſcit, in quo ſibi in malis ſeculi, & infirmitatibus carnis, viriſque viuendum ſit, & quo impediebatur, & prolōgabatur incolatus corporis, ne cum Deo eſſet, & Georgius. Perſpexit vir ſanctus quod tranſitoria afflictione percuſſum deſperate amici nō flerent, niſi ipſi deſperatam mentem ab ſpe incolumitatis internæ ſubtraherent, & dum erumpit foras in vocem doloris, vulneratis intus oſtendit virtutem medicaminis, dicens, vt mutabilitatem huius tranſitoriæ vitæ, in qua nati ſumus ſanctos quiſque perire deſideret. Dies autem natiuitatis eſt tempus noſtræ

mortalitatis, quod quãdiu nos in hac noſtrę mu- A tabilitatis corruptione retinet, æternitatis nobis immutabilitas non apparet. Qui igitur diem iam æternitatis videt, ægrè diem ſuæ mortalitatis ſuſtinet. Quod ſi ita ſe geſſiſſet Ieremias, excuſatus maneret; verumgrauitati calamitatis fere ſuccumbens, diem natalem, eiuſque nuncium maledictis inſectabatur: ſi verba eius ſimpliciter accipienda ſunt.

Octaua expoſitio.

Alijs viſum eſt his verbis Ieremiam dolorem oſtendiſſe, quem conceperat ob nomen Dei à Iudæis contemptum, & eius verbum contumelioſè exceptum, ſua occaſione: vtinam ait natus nõ fuiſſem, nec nuncius patri me natum nũciaſſet, ſi ego in cauſa ſum cur ita ſpernatur verbum Dei. Sicut enim peccator dum cõteritur, ſic laudabiliter do- B let, vt mallet non eſſe natus, quam offendiſſe Deũ, ita quidem dolebat Ieremias. Quæ vera eſt expoſitio ſi ea de cauſa Ieremias doluiſſet; ſed ex communi ſententia de ſua potius calamitate conqueſtus eſt.

Poſtrema expoſitio. *Ad Rom. 9. 3.*

Quamobrem, cum omnium ſententia liber omnino fuerit à culpa Ieremias in his verbis proferendis, illud videtur potiſſimum eum induxiſſe ad ſic loquendum, quod Paulum induxit ad dicendum ad Romanos 9. optabam anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis; exiſtimabant Iudæi vel ex inuidia vel ex odio, quo eos proſequebatur Paulus, dixiſſe excluſos à promiſſionibus Abrahæ factis; purgat ſe ab hac calumnia, oſtendẽs quam ardenti amore eis eſſet affectus, ſiquidem pro eorum ſalute non dubitaret ſeparari à Chriſto ſuper omnia dilecto. Simili ergo ratione cum valde exoſus eſſet Iudæis Ieremias, quod putarent C vaſtitatem Iudææ, ac Ieruſalem, populique ſui captiuitatẽ prænunciare: ex odio potius, quo omnes proſequeretur, proprio ſpiritu ductus, non Dei: purgat ſe ab hac calumnia, malum diei natalis ſui imprecans, certos eos reddens, malle ſe non fuiſſe natum, ac optare millies in vtero matris periiſſe: & eum, qui patri nunciauit ſe natum, non fuiſſe: quã prophetæ munus ſubijſſe, quo in patriam, ſuumque populum tantam calamitatem denunciaret: quam & ſuis oculis videret: indubitatum ergo voluit hac ratione efficere Iudæis ſe à Deo miſſum locutum quæ prænunciabat, non iniquo animo.

Alia expoſitio comprobatur. *Chryſoſtomus.* *Hieron.* *Theod.* *Gratiæ legiſque diſcrimen.* *Ad Hebræos 7. 19.* *Ioã. 10. 10.* *Pſ. 143. 15.* *Matth. 5. 3.* *2. Reg. 23. 8.*

Quod ſi humano ductus affecto: moleſtia perſecutionis quoquomodo ſuperatus: vt in præcedentibus conceſſere Chryſoſtomus, & Hieronymus numero 6. citati, & prius numero quinto, Theodoretus, & Vatablus, in hæc verba prorupit D Ieremias: ita accidiſſe credendum eſt, vt nouerimus diſcrimen inter virtutem gratiæ, ac legis: & quantopere ſuperent Sancti viri Euangelici, ẽns, qui in veteri lege præluxerunt: cũ nihil ad perfectũ adduxerit lex: & Chriſtus ad hoc venerit vt vitam habeamus, & abundantius habeamus: ſicut enim virginitas non ita colebatur olim: nam pauciſſimi eam amplectebantur: at poſt Chriſtum innumeri: & ſicut beatum putabant eum, qui multis bonis abundabat, etiam ſeruiens Deo: at per Chriſtum pauperes beatiores iudicati ſunt: ita infelicem exiſtimabant olim, hominẽ calamitoſum, licet patiẽter ferret malum à Deo immiſſum, at poſt Chriſtũ qui tãquam tenerrimus ligni vermiculus leuiorem reddidit crucem, vel ipſis infantibus, tenerrimiſque puellis: non tantum eo cõſcendere viri Euãgelici, vt moleſtè, patiẽter tamẽ ferãt aduerſa quæquæ: ſed & optare ea, & in eis gaudere, de illiſque gloriari datum eſt, non conqueri, non gemere: & in alia verba prorumpere, quæ internã moleſtiam manifeſtent. Quod verum eſſe nõ difficile horum patrum teſtimonio comprobabitur. Athanaſius, libro de incarnatione Verbi, in medio: olim, in- *Athan.* quit, ante diuinum aduentum ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti formidabilis erat & ipſis ſanctis mors: nunc autem poſteaquam ſaluator noſter Ieſus Chriſtus corpus ſuum reſuſcitauit à mortuis, mors vlterius terribilis non eſt, & quicumque in Chriſtum fidem habent, eam vt rem nihili pedibus terunt. Chryſoſtomus præterea homil. 4. de pa- *Chryſo.* tientia Iob. cuius ſententiam integram ſupra retulimus cap. 15. numero 14. Tu vero, ait, ſi vis diſcere qualis eſſe debes, diſce quæ poſt gratiã fuere. Paſſi ſunt ſancti prophetæ, paſſi & Apoſtoli, ſed illi quidem patientes dolebant, hi vero patientes gloriabantur. Ne ergo ea, quæ ante gratiam fuere ad gratiæ tempora trahas. Demum Seuerianus in catena Græca, in 3. caput Iob, ita de Iob loquens *Seuer.* pronunciat. Atque vt vniuersè, & ſimpliciter dicam, ij, qui ante gratiæ tempora fuerunt, moleſtiã ex humanarum rerum incommodis ſuſcipiebant, Apoſtoli vero lætitiam capiebant. Neque enim ea, quę ætatem gratiæ anteceſſerunt, conſecutionem ijs debẽt deferre, quæ ſunt gratiam cõſecuta: ſic ſenſere ſanctiſſimi viri.

12 *Ciuitates.*] Illas ciuitates Pentapolis intelligi à propheta exiſtimãt Hieronymus, Raban⁹, Hugo, Lyra, & Dionyſius: quas Deus penitus deſtruxit abſque pœnitẽtia: quia nunquam mutauit ſententiam, dum eas nunquã inſtaurari permiſit. S. Thomæ videtur ſermo eſſe de quacumque vrbe à Deo diruta penitus, nec vnquam inſtaurata, iuxta illud Iſaiæ 25. Quia poſuiſti ciuitatem in tumulum, vr- *Iſa. 25.* bem fortem in ruinam, domum alienorum: vt nõ *2.* ſit ciuitas, & in ſempiternum non ædificetur: ait ergo, non fuiſſet homo ille, non aliter quam non ſunt ciuitates à domino ſubuerſæ: quæ nunquam habitantur.

13 *Mane.* Sic illud, mane. & meridie, pro omni tempore, vel continuo, accipiunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus: & quidem Hieron. Rabanus, Hugo, & S. Thomas de clamore, & eiulatu intelligunt, qui domui calamitoſæ ex morte, aliiſque malis priuatis ſolent accidere: Lyra vero, Dionyſi⁹, & Vatablus, de clamore, & eiulatu temporis belli: ſit totis diebus in ea animi perturbatione, in qua eſſe ſolent, qui vrbem incolunt obſidione hoſtili cinctam. Hebræi, vt aſſerit Iſidorus, hæc verba referunt ad patrem prophetæ, in hunc modum: ſi ſciuiſſet pater meus quòd tales mihi obuenturæ fuiſſent calamitates, maluiſſet audire clamorem, & eiulatum à propinquis, quam gratulationem de nato filio.

14 *Qui mox.*] Particulam אֲשֶׁר Aſer, vt cõiunctionem exponunt, pro, quia, vel quod, Septuaginta, Tigurina, & Cõplutenſis, & Hugo: vt referatur ad nũcium, cui maledixit. Audiat, inquit, ille clamorem, & eiulatũ domi ſuæ quotidie, quia nõ me interfecit ab vtero. Sic intelligunt Hugo, & Lyra: & ad hũc ſenſum, reſpexit Vulgat⁹, cum trãſtulit per relatiuum: qui me nõ interfecit. Chaldeus de eodem nuncio exponit: ſed illud verbum, interfecit, pro dixit interfectum, accipit: ſic enim ait: vtinam non dixiſſet de me, ſed quod mortuus eſſem ab vtero, & quod eſſet mihi mater mea ſepulcrum meum, & eſſem quaſi non eſſem. Pagninus videtur referre ad matrem, dicens: vt quid non ipſa

inter-

interfecit me à vulua, & fuiſſet mihi mater mea ſepulchrum meum. Sed Hieronymus, Rabanus, & Vatablus ad Deum referunt: & ita relatiuum, qui, poteſt accipi pro interrogatione, quî, hoc eſt quare, Quare non me interfecit Deus ab exitu de vtero; vel in ipſo vtero, vt verè ſubijciatur, vt fieret mihi mater mea ſepulchrum.

15 *Vulua.*] Ex Hebræo ſic habent hæc verba: & vulua eius grauida, aut prægnans perpetuo: hoc eſt nunquam in lucem prudijſſem, aut eſſem quaſi nō eſſem, vt inquit Chaldæ^a; vel, nihil vitæ fuiſſē conſecutus, vt Iſidorus: ſunt autem hæc omnia dicta hyperbolicè vt inquit Hieronymus, volebat per illa ſignificare Ieremias ſuum affectum, & deſiderium, quaſi dixiſſet tantum: Vtinam natus nō fuiſſem, aut omnino in vtero matris meæ perijſſem. Sane videtur in vſu fuiſſe Hebræis, vti maledictionis vocabulis, pro interiectionibus optantis modi, ô, aut vtinam: & cætera omnia hyperbolicè adiecta, vt periphraſi quadam hoc ſolum ſignificaretur: vtinam natus non fuiſſem, vtinam non fuiſſet qui patri meo nunciaret me natum fuiſſe: vtinam poſtquam in vtero matris conceptus fui in eo interijſſem, vt ſic nunquam in lucem prodijſſem, vt viderem tantam calamitatem, & opprobriu, pudoreque affectus conſumerer, & vita mea extenuaretur.

Hyperbole.

Maledictio pro interiectione optantis.

CAPVT VNDECIMVM.

1 VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam à domino, quando miſit ad eum rex Sedecias, Phaſſur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maaſiæ,
2 ſacerdotem, dicens: ‖ Interroga pro nobis dominum, quia Nabuchodonoſor rex Babylonis præliatur aduerſum nos: ſi forte faciat dominus nobiſcum ſecundum omnia
3 mirabilia ſua, & recedat à nobis. ‖ Et dixit
4 Ieremias ad eos: Sic dicetis Sedeciæ: ‖ Hæc dicit dominus Deus Iſrael: Ecce ego ^ conuertam vaſa belli^, quæ in manibus veſtris ſunt, & quibus vos pugnatis aduerſum regem Babylonis, & Chaldæos, qui obſident vos in circuitu murorū: & ' congregabo ea
5 in medio ciuitatis huius. ‖ Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira gran-
6 di: ‖ Et percutiam habitatores ciuitatis huius, homines, & beſtiæ peſtilentia magna
7 morientur. ‖ Et poſt hæc ait dominus, dabo Sedeciam regem Iuda, & ſeruos eius, & populum eius, & qui derelicti ſunt in ciuitate hac à peſte, & gladio, & fame, in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum, & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neque parcet,
8 nec miſerebitur. ‖ Et ad populum hunc ^4 dices: Hæc dicit dominus: Ecce ego do coram
9 vobis viam vitæ, & viam mortis. ‖ Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peſte: qui autem egreſſus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui obſidēt vos, viuet, & erit ei anima ſua, quaſi ſpolium.
10 ‖ Poſui enim faciem meam ſuper ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait dominus: in manu regis Babylonis dabitur, &
11 exuret eam igni. ‖ Et domui regis Iuda;
12 Audite verbum domini: ‖ domus Dauid. Hæc dicit dominus: iudicate ^5 mane iudiciū

PARAPHRASIS.

VErbum hoc factum eſt à domino ad Ieremiam, quando miſit ad eum Rex Sedecias Phaſſur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem cum huiuſmodi mandatis. Roga quæſo pro nobis dominum, quia Nabuchodonoſor rex Babylonis pugnat contra nos: forte dignabitur mirabiliter nos eripere, vt ſolet facere, & recedet à nobis. Quibus Ieremias reſpondit. Sic dicetis Sedeciæ, hoc reſponſum dedit dominus Deus Iſrael. Ecce ego arma bellica, quæ in manu veſtra ſunt, & quibus pugnatis contra regem Babylonis, & contra Chaldæos, qui vos extra murum obſident, ^ conuertam in vos.' Cogamque vos compellentibus hoſtibus cum veſtris armis in medium ciuitatis, & pugnabo contra vos exerta manu, & brachio forti, cum furore, indignatione, & ira ingenti: & percutiam huius vrbis ciues cum iumentis peſte magna vſque ad mortem: & poſt hæc, ait dominus, tradam Sedeciam regem Iuda, ſeruos eius cum populo, qui ſaluus remanſerit à peſte, gladio, & fame, in poteſtatem Nabuchodonoſoris Regis Babylonis, & Chaldæorum hoſtium ſuorum, qui nihil magis expetunt quam vitam illis eripere; qui interficiet eos gladio, & nec precibus, nec vlla miſericordia flectetur.' Dicetis etiam ad populum: ſic dicit dominus: Propono vobis rationem, qua viuere poteritis, & qua moriemini: quiſquis in vrbe remanſerit, haud dubiè interibit vel gladio, vel peſte, vel fame: quiſquis vero egreſſus ad Chaldæos, qui vos obſident, transfugerit, viuet, & de vitæ ſuæ incolumitate ſic gaudebit, ac ſi amplum de hoſtibus ſpolium retuliſſet: ſtatui enim hanc ciuitatem perdere, & eam tradere poteſtati regis Babylonis, qui eam exuret. Rurſus domui Regis Iuda dicetis. Audi verbum domini domus Dauidis: ſic enim dicit dominus: ^5 celeriter exequimini quod iuſtum eſt, & vi oppreſſum eruite de poteſtate calumniantis, ne propter malitiam ſtudiorum veſtrorum furor meus ſuccreſcat, accendatur vt: nemo enim erit, qui eum extinguat. Ad te autem Ieruſalem, quæ ſita es in ^6 valle ſolida, & in planitie: quæ in tua munitione, confidens, dicis. Quis auderet percutere nos, & ad domos noſtras expugnandas veniret? ego, ait dominus, puniam vos iuxta merita operum veſtrorum

Sedeciæ anno.

peſſimorum: & ignem in vrbem injiciam, quaſi in ſiluam, & conſumet omnia, quæ circum eam ſunt. &eruite vi oppreſſum de manu calumnian-
tis: ne forte egrediatur vt ignis indignatio
mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat propter malitiam ſtudiorum veſtrorum. |Ec- 13
ce ego ad te habitatricem vallis ſolidæ, atque campeſtris, ait dominus: qui dicitis: Quis
percutiet nos: & quis ingredietur domos noſtras? |Et viſitabo ſuper vos iuxta fructum 14
ſtudiorum veſtrorum, dicit dominus: & ſuccendam ignem in ſaltu eius: & deuorabit
omnia in circuitu eius.

ARGVMENTVM.

OBſeſſa Ieruſalem à Chaldæis, mittit Sedecias ad Ieremiam, qui petant, vt pro liberatione roget Deum: reſpondet ille omnino interituros ciues, & vrbem diruendam, quamuis ſpem ſalutis promittit aliquam ſi reſipuerint.

COMMENTARIVS.

1 INTERROGA.] Hebræum verbum דרש Daras interrogare, ſeu ſciſcitari ſignificat cum ſolicitudine & ita hîc acceperũt Septoaginta, Vulgatus, Tigurina, & Pagoinos, & omoes Latini interpretes Hieronymum ſecuti: nam per ſacerdotem, aut prophetam cõſulebatur dominos de ſtato futuro: & ita Sedecias, cum iam obſideretur à Chaldæis ciuitas, miſit nuncios, qui peterent ab Ieremia, vt dominum conſuleret, quæreretq́ue remedium, vt liberarentur. Chaldæus tamen, & Vatablus pro rogare acceperunt; & ita explicoit Theodoretus, miſit, inquit, ad prophetam, qui puſtulet Dei auailium: ergo puſtulauit à propheta vt interrogaret dominum, non ſine precibus, quibus eum induceret ad opem ferendam: propterea enim additur: ſi forte faciat dominus nobiſcum ſecundum omnia mirabilia ſua, & recedat à nobis. Impletum eſt qood ſupra cap. 15. dictum eſt Ieremiæ, conuertentur ipſi ad te, & tu non conuerteris ad eus: neceſſitas enim compellit ſanctos adire, & pius homines, quos aliàs cuntemnebaoous.

Iere. 15. 19.

2 *Conuertam.*] Nempè contra vos, vt intelligunt S. Thomas, Lyra, & Vatablus: vel quia prouocandi erant magis Chaldæi: vel quia Deus effecturus erat, vt Chaldæi omuia bellica inſtromenta, Iudæis eriperent, & contra illos eis vterentur; quomodo Hugo, Dionyſius, & Iſidorus, eaplicuerunt, conuertam omnia veſtra inſtrumeota ad Chaldæos: vel demum quia Deus ita impediturus erat & retuſurus arma, qoæ in ſois manibus habituri erant Iudæi contra Chaldæos, vt eis non poſſent reſiſtere, vt ait Iſidorus: itaque ait Deus: ego pugnabo contra vos in ciuitate fame, & peſte; Chaldæi vero foris, donec vrbem eapognẽt. Solet etiã in ſcriptura accipi, coouertam, pro reddam inania, & ſine fructu, vt de Saule 2. Reg. 1. diait Dauid: Et gladius Saul non eſt reuerſus inanis: & ita intelleait hîc Theodoretus, cum diait, inutilia vobis eroot arma, me ducem hoſtium agente: vt videas quot modis, & quam facile poſſit Deus omnem humanam diligentiam inanem reddere, vt nequeat homo obtinere, quod expetit, renuente Deo: quia niſi domious cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.

2 Reg. 1. 22.

Deo renuente nihil firmum.

Pſ. 126. 1.

3 *Congregabo.*] Hebraicè dicitur, congregabu אתם Otham: eſt autem prooomen tertiæ perſonæ cum articulo caſus accuſandi; & verti poteſt, vel cuogregabo eos, nempè Chaldæos in medio ciuitatis, vt iotellexerũt Septuagiota, & Vatablus: & ita eaponit Theodoretus com ait, & introducam eos in medium vrbis huius: vel congregabo ea, nempè arma, vel bellica inſtrumenta, vt leguot Vulgatus, Tigurina, Pagoinus, & Iſidorus, quorum, inquit, Hieronymus, in media tantum vrbe vſum habebitis, vt armati eſſe videamini: vel faciam, ait, vt animum deſpondentes in media ciuitate arma depunatis: vel congregabo vos cum armis veſtris in medium ciuitatis, vt me duce, cuuprehendant vos ibi, & interficiant Chaldæi.

4 *Dices.*] Eiſdem noncijs hoc mandatum, vt ſuperiora, tradidiſſe Ieremiam Dei nomine aſſerunt Hierunymus, Theodoretus, & Rabanus: & duo propopit, vnum vt ſi velint vitam ſeruate, transfugiant ad Chaldæos, nam licet manſerint captiui, at potius eſt, vitam qoaſi ſpolium conſeruare in captiuitate; quam mori in vrbe. Alterum eſt, vt ſi perire velint, maneant in vrbe: & reddit rationem: quia poſui faciem meam ſuper cioitatem hanc in malum, & non in bonum quod eſt dicere, aduerſos hanc vrbem protuli ſententiam, vt hoſtili tradatur incendio, vt eaponit Theodoretus: vel ocu-lis infenſis, & voltu inimico inſpicio vrbem hanc, obfirmato animo ſum, & ſtatui perdere eam, vt Vatablus: voluntati autem eios qois reſiſtet?

Optio datur obſeſſis.

5 *Mane.*] Illud aduerbium, mane, cum dicit, iudicate mane iudicium, pro celeriter, diligenter, aut quamprimum, accipiunt Hugo, & Lyra, & inſinuat Theodoretus, hortatur enim oe differant lites, & cauſas innocentum inſolutas relinquãt propter potentes, ſed quamprimum eas abſoluaot. Secundo, Hieronymus, Rabanus, Hugo, & Dionyſius accipiuot pro in luce iuſtitiæ, oon in tenebris iniquitatis, hortatur enim vt iuſtum manifeſte iudicent abſque vllis inuolucris, ne illud inooluaot tenebris iniquis, iudicantes pro iuſto, quod iniuſtum eſt. Demum ijdem Hugo, Dionyſius, & Vatablus ſimplicius pro ſobriè ſumpſerunt, & ieiune, vt videlicet ieiuni iudicarent, ac ferrent ſententias, ne per ebrietatem corrumperentur iudicia: vnde Eccleſiaſtes 10. dicitur: Væ tibi terra, cuius rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt: quod & aliis geotibus conſtat in vſu fuiſſe.

A ieiunio ſemper iuſtitia ferenda.

Eccle. 10. 16.

6 Valles.

6 *Valles.*] Hebraicè dicitor:ecce venio ad te habitatrix vallis petræ planiciei: omneſque intelligunt Ieruſalem, qoæ ſita erat in loco accliui inter varios mootes: nam mons Sion erat altus, & ciuitas Dauid in eo ſita quaſi in rupe, reliqua vrbs in valle. Ecce, ait, ego ad te deſtruendam venio, vt Chaldæus, Diooyſius, & Vatablus intelliguot, ne fidas loco, quanqoam natura munito.

7 *Inſaltum.*] Ieruſalem intelligunt Theodoretos, Lyra, & Dionyſius, vel ob multitudinem domorum inſtat ſiluæ: vt Theodoretus; vel propter domum ſaltos Libani, quam ædificauit Salomon, vt Lyra, & Diooyſius, vel vt ſignificetur ita ignem A prehenſurum vrbem, vt ſolet prehendere ſyloam, ioxta illud cap. 5. Ecce ego do verba mea in ore *Iere 5.*
tuo vt ignem, & populom iſtum in ligna, & deoorabit eos: *24.* vel demum per metonimiam, in ligna portarum, & domorum, ex ſaltos arboribus ſumpta, *Iere 17.* iuxta illud cap. 17. ſuccendam ignem in portis *27.* eius, & deuorabit domos Ieruſalem: & Zachariæ *Zachar.* 11. aperi Libane portas tuas, & comadat ignis ce- *11, 1.* dros tuas, id eſt, portas, & domos conſtructas ex cedris Libani. Chaldæus, & Iſidotus, nec diſſentione Hieronymus, & Rabanos, accipiont pro vrbibus, quæ erant circum Ieruſalem; nam & Iudæa deſtruenda erat à Chaldæis.

CAPVT VICESIMVMSECVNDVM.

à verſu 1. ad 9.

1 HÆc dicit dominus: Deſcende
in domum regis Iuda, & lo-
2 queris ibi verbum hoc.‖ Et di-
ces: Audi verbum domini rex
Iuda, qui ſedes ſuper ſolium
Dauid: tu, & ſerui tui, & populus tuus, qui
3 ingredimini per portas iſtas. ‖ Hæc dicit
dominus: facite iudicium, & iuſtitiam, & li-
berate vi oppreſſum de manu calumniato-
ris, & aduenam, & pupillum, viduam nolite
contriſtare, neque opprimatis inique: &
ſanguinem innocentem ne effundatis in
4 loco iſto.‖ Si enim facientes feceritis verbũ
iſtud: ingredientur per portas domus hu-
ius reges ſedentes de genere Dauid ſuper
throũ eius, & aſcendẽtes currus, & equos,
ipſi, & ſerui, & populus eorum. ‖ Quod ſi
5 non audieritis verba hæc: in memetipſo iu-
raui dicit dominus, quia in ſolitudinem erit
6 domus hæc. ‖ Quia hæc dicit dominus ſu-
per domũ regis Iuda: ' Galaad tu mihi ca-
put Libani: ſi non poſuero te ſolitudinem,
7 vrbes inhabitabiles. ‖ Et ' ſanctificabo ſuper
te interficientem virum, & arma eius: & ſuc-
cident electas cedros tuas, & præcipitabunt
8 in ignem. ‖ Et pertranſibunt gentes multæ
per ciuitatem hanc, & dicet vnuſquiſque
proximo ſuo: Quare fecit dominus ſic ciui-
9 tati huic grandi? ‖ Et reſpondebũt: eo quod
dereliquerint pactum Domini Dei ſui, & adorauerint Deos alienos, & ſeruierint eis.

PARAPHRASIS.

RVrſus hoc mandatum iniunxit mihi dominus. Confer te in domum ' Sedeciæ regis Iuda; & ibi loqueris eiuſmodi ſermonem. Audi verbum domini, rex Iuda, qui ſedes in ſolio Dauidis. Audi, inquam, tu & ſerui tui cum populo vniuerſo, qui ingrediuntur per portas huius regiæ domus. Sic iubet dominus: & exercete iuſtum iudicium, eripite vi oppreſſum de manu calumniatoris. Aduenam, pupillum, & viduam ne contriſtetis, neque iniquè opprimatis, & ſanguinem innocentum ne effundatis. Hæc enim ſi diligenter præſiteritis ingredientur per portas huius domus reges, qui in ſolio Dauidis ſedeant, vecti curribus & equis, cum ſeruorum comitatu, & ſubiecti illis populi. Quod ſi his meis monitis non parueritis, per memet iuro, ait dominus quod in ſolitudinem redigetur domus hæc. Nam ſic ait dominus contra domum Regis Iuda. Quamuis tu mihi ſis inſtar montis ' Galaad, qui princeps eſt monticulorum Libani, inter omnes domus Ieruſalem, redigam te in ſolitudinem, & ſicut aliæ vrbes non habitatas. ' Preparabo contra te vaſtatores Babylonios ſingulos quoſque cum armis ſuis, & excelſas domos tuas è cedro conſtructas excindent, ignique conſument; & cum tranſierint exteræ gentes per vrbem hanc dicent ſibi inuicem, Quare ſic deſtruxit dominus hanc magnam ciuitatem: & reſpondebunt, quia dereliquerunt fœdus domini Dei ſui, & adorauerunt, ſeruieruntque Dijs alienis.

Sedeciæ anno. 9.

ARGVMENTVM.

HOrtatur Ieremias Regem Sedeciam ad iuſtitiam adminiſtrandam indigentibus, ſi velit proſperè regiæ domui omnia contingere, ſin minus excindendam per Babylonios comminatur.

COMMENTARIVS.

REGIS.] Præcedentis ſermonis continuatio eſt, nam eum per nuncios reſpondiſſet, nunc pſe propheta mittitur ad domnm Sedeciæ cum lenioribus mandatis. *Ad quē regem ſermo fiat.* Ad hunc antem regem fieri ſermonem hunc affirmant cum Hieronymo Rabanus, Hngo, Dionyſius, & Iſidorus: cum cæteri nihil in particulari declarent, imo putat Lyra ſermouem eſſe generalem ad omnes reges Iudę. ſed ad ſingularem regem loqui prophetam verba Dei declara, intubentis deſcendere in domum regiam: fortaſſe Ieremias in templo erar, vt exiſtimāt Hugo, & S. Thomas, eminentiori loco, & inde in regiam deſcendit: vniuerſa autem Dei per prophetam admonitio eo tēdit vt iuſtum iudicium exerceant, miſeros de manu potentiorum eripientes: *Regni ſtabilimentum quale.* qnod ſi fecerint, pollicetur regnum conſeruandum: ſin minus omnino diruendum: nam iuſtitia ſtabilitur regnum, iniuſtitia deſtruitnr. Relucet autem hîc ſumma Dei clementia, qui hoſtem iam obſidentem vrbem, pollicetur ſi reſipiſcant, inde eiectūrum, & vrbem incolumem ſeruaturum.

Galaad montis ſitus. 2 *Galaad.*] Vt ex ſcriptura, & ex Hieronymo colligitur, Galaad mons eſt trans Iordanem, qui ab his, qui de Meſopotamia veniunt in Indæam pertranſitur, ideo in eo Laban fugientem Iacob conſecntus eſt Gen. 31. & dictus eſt mons Galaad tumnlus reſtimonij, quod in eo Laban, & Iacob iurauerint in aceruum lapidibns congregatis: *Gen. 31. 47.* eſt autem mons hic capnt, ſeu principium Libani montis excelſi, qui vniuerſus cedris conſitus eſt: nam ex ea parte, qua reſpicit ad meridiem principium eſt mnntis Libani, qui ad auſtralem plagam eo terminatur in campeſtribus Moab prope mare rubrum, qua Iſrael in terrā promiſſam ingreſſus eſt, & per plsgam Orientalem, verſus Septentrionem ſe extendit, & reuertitur ad occidentem: vniuerſus autem ille montis Libani tractus, & terra circumuicina à monte dicitur Galaad: quæ tribui Gad, & Ruben, & dimidiæ tribui Manaſſæ à Moſe deſignata eſt, Nume. 32. 34. & refertur Ioſue 13. 8. *Numer. 32. 34. Ioſue 13. 8. Deuter. 3. 12.* vnde Deuteron. 3. 12. dicitur. Terram poſſedimus tempore illo ab Aroer, quę eſt ſuper ripam torrētis Arnon vſque ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius dedi Roben, & Gad: reliquā antem partem Galaad, & omnem Baſan regni Og tradidi mediæ tribui Manaſſæ. Machir dedi Galaad, & tribubus Ruben, & Gad dedi de terra Galaad vſque ad torrentem Arnon.

Ergo in applicanda ſimilitudine concertatio eſt. Vatablo duæ ſimilitudines eſſe videntur, quarum vna ſumatur è ciuitate Galaad, altera è monte Libano, quaſi loquatur Ieruſalem, dicēns, ſicut ciuitas Galaad fuit primaria regioni Galaad, ſic tu Ieruſalem fuiſti metropolis regni Iuda, & caput Libani, id eſt totius Iudææ, per Sinecdochen Libano monte ſignificatæ, quæ pars eſt, ſeu mons Iudææ. Cæteri melius vt vnicā ſimilitudinem accipiunt: niſi quod Hieronymus, Rsbanus, & Dionyſius nomine domus regis Inda, volunt intelligi regiam ſtirpem, quæ caput eſt regni. S. Thomas, Vatablus, & Iſidorns ipſam vrbem Ieruſalem, qnæ inſtar Galaad totius Iudææ metropolis eſt. Hngn vero templum, quod & indicant Hieronymus, & Rabanus.

Chaldæns paraphraſtes ſic explicat ſimilitndinem, quaſi ad regem ſermo fiat: quamuis mihi ſis dilectus, vt domus Sanctuarij, quæ ſtructa eſt in cacumine montium: in deſertum ponam te.

At textui conformius eſt vt nomine Galaad intelligat palatiū, ſeu domū regiam, vt volunt Thendoretus, & Lyra: & indicant Hieronym⁹, & Rabanus, quia re ipſa prophetæ ſermo eſt cōtra domum regis Iuda, ad quam fuerat à domino miſſus: quæ ſita erat in monte Sion, vbi erat templum, & arx. *Similitudinis vera ratio.* nomine vero Libani licet intelligi poſſit vniuerſa Iudæa, vt multi ex interpretibus accipiunt; at verius Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, & Rabanus ipſam vrbem Ieruſalem exponunt: de qua mox dicit; Et pertranſibunt gentes multæ per ciuitatem hāc: nam & in monticulis ſita erat, & plurimas habebat domus è cedris Libani confectas.

Senſus igitur is erit, ſicut mons Galaad principium eſt, ac caput monticnlorum omnium, quibns conſtat Libanus: ita tu Sion, domus regia cōſtituta es à me caput, ac principinm, tum præſtantia, tnm celſitudine, tum auctoritate, & poteſtate totius Ieruſalem, ac proinde totius Iudeæ: ſed nihilominus redigeris à me in ſolitudinem, cum vniuerſa ciuitate Ieruſalem, & domibns eius cedrinis.

Qnia vero Galaad dictus eſt mons ille, hoc eſt, aceruus teſtimonij, quod è variis lapidibns erectus fuerit ad recordationem fœderis ibi percuſſi inter Iacob, & Laban: & in monte Sion domus regia, ac templum ſitum fuerit, vbi teſtimonia illa antiquis præſtita fœderis percuſſi inter Denm, & populum Iſraëliticum in monte Sinai, aſſeruabantur, iure optimo monti Galaad mons Sion comparatur. Sed ei comminatur dominus extremum excidium niſi reſipuerit: & tanto grauius, quanto excelſior eſt, ac ſublimior.

Quo magis metuant ſacerdotes miniſtri domini, qni teſtimonia Dei, ac legem eius apud ſe conſeruant, & percuſſi cum Deo fœderis monimenta retinent, qnibus conciliati ſunt homines Deo: *Admonitio ad ſacerdotes.* vt recte ſuo fungantur munere: ne de ſua altitudine detur-

detorbentur,& cedri, quibus exornantur, penitus exurantur.

3 *Sanctificabo.*] Verbum ſanctificabo, pro ſegregabo, ſeu præparabo omnes ferè interpretes accipiunt, Chaldæus, Theodoretus, Lyra, & Vatablus. At Hieronymus, Rabanus, Hugo, & Dionyſius ea ratione putant ſanctificatos à Deo Babylonios, quod iuſtè agere, & executioni mandare iuſtam Dei ſententiam pro meritis Iudæorum, exiſtimari ſint. Verum duabus alijs rationibus fortaſſe verioribus, milites, quos ad bellum contra Ieroſolymã, & Iudæam cogebat ſicut ſe ſanctificaturum dicit, ita alibi ſuos ſanctificatos vocat Deus Imperator ſummus: vel proprie, quod religioſa quadam ſanctitate, more gentium, militari nempè ſacramẽto adſcriberentur, ſine quo præmiſſo, militare nefas erat, vt ex Catonis iunioris ſententia refert Plutarchus problemate 38. Liuius Decad. 3. lib. 2. & Iulius Frontinus ſtratagematum lib. 4. c. 1. & bella ipſa non niſi certis ceremonijs, legibus, ritibus, ſolemnitatibuſque, & iuriſiurandi ſacramento interpoſito ſuſcipiebantur, ac gerebantur: modum retuſit Virgilius lib. 7. Æned. cum ait.

Milites Dei ſanctificari dicantur. *Cato* *Plutarc.* *Liuius* *Iulius.* *Virgil.*

Sunt geminæ belli portæ (ſic nomine dicunt)
Relligione ſacræ, & ſæui formidine Martis.

Deuter. 20. 1.

Et ſequentia iura belli ſeruãda Iudæis Deuterono. 20. late commemorantur: ſicut ergo bellum hoc ſolenni ritu ſuſcipere, bellum eſt ſanctificare: ita milites eodem ritu deſignare, aut ad bellum conſecrare, eſt eos ſanctificare: adeo vt in alium vſum, vt res ſanctas, eos conuertere non liceret, nec bellum deſerere, vt notat Iſidorus. Dicebantur præterea milites ſanctificati per metaphoram ſumptã à ſacrificijs, & victimis: nam quemadmodum ſacerdotes conſecrabantur Leuitici 8. dum pecudis ſanguine intingerentur, atque ita ſanctificabant domino: inſuper & victima, qua expiabantur peccata, ſancta erat: ita milites ad interficiendos impios tanquam victimam, qua terra expiatur, eorum ſanguine tincti, tanquam ſacerdotes conſecrabantur, & ſanctificabantur domino: & hoc eſt quod dixit Moſes Exod. 32. 29. poſtquam occiderãt viginti tria millia hominum, filijs Leui, Conſecraſtis manus veſtras hodie domino, vnuſquiſque in filio, & fratre ſuo: quod ſanguine eas intinxiſſent, hinc interficiendos tanquam victimam vocat ſcriptura ſanctificatos, vt Ierem. cap. 12. 3. congrega eos, ſicut gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis. Iſaiæ 34. 6. dicitur, victima enim domini in Boſra, & interfectio magna in terra Edõ: & Ierem. 46. 10. victima enim domini Dei exercituũ in terra Aquilonis: & ipſi interfectores tanquam ſacerdotes, qui victimam erant immolaturi, & voraturi, ſancti, vel ſanctificati dicuntur Iſaiæ 13. 3. ego mandaui ſanctificatis meis, & vocaui fortes meos: & Sophon. 1. 7. præparauit dominus hoſtiam, ſanctificauit vocatos ſuos, hoc eſt Chaldæos.

Altera ratio. *Leuit. 8. 22.* *Exo. 32. 29.* *Iere. 12. 3.* *Iſa. 34. 6* *Iere 46. 10.* *Iſa. 13. 3.* *Sophon. 1. 7.*

B C

Sic ergo modo ait dominus. Sanctificabo ſuper te interficientem: nempe Nabuchodonoſorem: numero plurali dicitur in Hebræo משחיתים Maſchhithim diſſipatores, ſeu vaſtatores Chaldæos: vnum quemque cum armis, ſeu inſtrumentis ſuis, ſecurim verterũt LXX. accõmodate ad rem, de qua agitur. Nam de exciſione loquitur ædium magnificarũ è cedris ſtructarũ, quæ à Chaldæis igni tradendæ ſunt, vt intelligunt Hugo, Vatab, & Iſidorus, & verius, quia proprie loquitur propheta de domibus ſicut ſupra de domo regia; quam alij metaphoricè interpretantur de potentibus, ac fortiſſimis populi principibus, qui cedrorum inſtar ceteros præeminent, ita Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus cum reliquis.

LIBRI PRIMI FINIS.

COMMENTARIORVM IN PROPHETIAS IEREMIÆ, CHRONOTACTIκῶς, HOC EST, NOTATO TEMPORE, QVO AB EO SVNT EDITÆ.

LIBER SECVNDVS.

PRÆFATIO.

IOSIA rege optimo è viuis ſublato, & cum eo pace, Reipublicæque tranquillitate ſimul perturbata, atque ſummota, iuxta factam illi à Deo promiſsionem, ne videret mala, quæ in vniuerſam Iudæam inducturus erat: ira Dei celerius deſæuiente, ſub tribus ſequentibus regibus Ioachaz, & Ioakim filijs Ioſiæ, & ſub nepote Ieconia omnia cæperunt inuerti. Nam cum Ioachaz tres tantum menſes regnaſſet, per Pharaonem ductus eſt captiuus in Ægyptum, vnde vltra reuerſus non eſt. Ioakim deinde in vndecim regni annis ter obſeſſus per exercitum Nabuchodonoſoris, anno tertio captus eſt, ac ductus Babylonem; vnde rediјt ſub ſtatis conditionibus. Octauo iterum anno captus, ſub deſignato tributo relictus eſt, donec tandem in vndecimo anno à Babylonijs per vrbem raptatus, & eiectus extra Ieruſalem, auibus, feriſque diſcerpendus, inſepultus obiectus eſt. Tertius demum Ieconias & ipſe obſeſſus, in eo ceteris felicior extitit, quod de conſilio Ieremiæ dedidit ſeſe Nabuchodonoſori, à quo Babylonem cum regina, & principibus ductus vſque ad vitæ finem captiuus perſeuerauit. His tam grauibus, ac præſentibus ſupplicijs populus nihilo melior effectus, nec futurorum terrore malorum reuocatus, nec duris Ieremiæ increpationibus, placidiſque adhortationibus ad meliorem mentem perductus: nec Rechabitarum exemplo excitatus, adhuc in ſua prauitate permanebat. Quo factum eſt, vt non niſi exitium Ieruſalem & Iudæa vniuerſæ futurum ab Ieremia denunciaretur, vt propediem imminere timeretur. Sub regno igitur Ioakim, à cuius initio & hunc ſecundum librum exordimur, præfata omnia contigerunt, quatenus ſecundus liber Chronotaxeos complexus eſt.

CAPVT VICESIMVMSECVNDVM.
a verſu 10. ad 24.

10 NOLITE flere mortuum, ne-
que lugeatis ſuper eum fletu:
plangite eum qui egreditur,
quia non reuertetur vltra, nec
videbit terrã natiuitatis ſuæ.
11 Quia hæc dicit dominus ad Sellum filium
Ioſiæ regem Iuda, qui regnauit pro Ioſia
patre ſuo; qui egreſſus eſt de loco iſto. Non
12 reuertetur huc amplius: ſed in loco ad quẽ
tranſtuli eum, ibi morietur, & terram iſtam
13 non videbit amplius. Væ qui ædificat do-
mum ſuam in iniuſtitia, & cænacola ſua nõ
in iudicio, amicum ſuum opprimet fruſtra,
14 & mercedem eius non reddet ei. Qui dicit
ædificabo mihi domum latam, & cænacula
ſpatioſa: qui aperit ſibi feneſtras, & facit la-
15 quearia cedrina, pingitque ſinopide. Nũ-
quid regnabis, quoniã cõferre te cedro? pa-
ter tuus nunquid non cõedit, & bibit, & fe-
cit iudicium, & iuſtitiam tunc cum bene
16 erat ei? Iudicauit cauſam pauperis & egeni
in bonum ſuum nũquid non ideo quia co-
17 gnouit me, dicit dominus? Tui vero oculi
& cor ad auaritiam, & ac ſanguinem inno-
centem fundendum, & ad calumniam, & ad
18 curſum mali operis. Propterea hæc dicit
dominus ad Ioakim filium Ioſiæ regem Iu-
da: non plangent eum: væ frater & vę ſoror
non concrepabunt ei: væ domine, & væ in-
19 clyte: Sepultura aſini ſepelietur putrefa-
ctus & proiectus extra portas Ieruſalem.
20 Aſcende Libanũ & clama: & in Baſan da
vocem tuam, & clama ad tranſeuntes, quia
contriti ſunt omnes amatores tui: locutus
21 ſum ad te in abundantia tua, & dixiſti: nõ
audiam: hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua,
quia non audiſti vocem meam. Omnes
22 paſtores tuos paſcet ventus, & amatores
tui in captiuitatem ibunt: & tunc confun-
detis, & erubeſces ab omni malitia tua
23 Quæ ſedes in Libano, & nidificas in ce-
dris, quomodo congemuiſti cũ veniſſent tibi
dolores, quaſi dolores parturientis?

PARAPHRASIS.

Ioakim anno 1.

NE flentis mortuum Ioſiam, neque cõdoleatis ei: ſed eum potius impenſe lugete, qui egreditur captiuus in Ægyptum vnde non vltra reuertetur, vt reuiſat ſolum natale ſuum. Sic enim dicit dominus de Ioachaz Sellum filio Ioſiæ rege Iuda qui regnauit pro Ioſia patre ſuo, & vinctus per Nechao regem Ægypti, egreſſus eſt de loco iſto, in Ægyptum vlterius non reuertetur huc, ſed in Ægypto, quo fuit adductus morietur, & terram hanc amplius non videbit.

Væ tibi Ioakim Eliakim, qui domum ædificas cum magnificis cænaculis, iniuſtis inhoneſtiſque vſus rationibus. Qui vteris labore, operiſque proximi tui gratis, nam pro labore ſuo mercedem non reddis ei: qui dicis, extruam mihi regiam ampliſſimam, & æſtiua cænacula ſpatioſa: qui aperis feneſtras multas, & facis ex cedro, picta ſinopide laquearia. Nunquid ſtabilire contendis regnum tuum cedrino hoc ædificio? Nõne pater tuus Ioſias comedit & bibit, & longam vitam duxit exercendo iudicium, & iuſtitiam, & tunc bene erat ei? Iudicabat ſane cauſam pauperis, & egeni ad bonum ſuum: & hoc nõ erat, noſſe me, ait dominus? At oculi tui, & cor, ad nil aliud ſpectant, quam ad auaritiam, & vt effundas ſanguinem innocentum & vt per calumniam tuos ſubditos expiles, & operis illorum abutaris. Idcirco ſic dicit dominus de Ioakim filio Ioſiæ rege Iuda, neque priuato planctu te tui plangent, planctu inquam, illo, quo plangi ſolet frater aut ſoror, cum obeunt: neque publico, quo plangi ſolet dominus, aut inclytus quiſpiam: cadauer tuum inſepultum patebit volucribus, ac feris, vti aſinis accidit, putrefactum, & proiectum vltra portas Ieruſalem. Conſcende Libanum ô Iuda, conſcende Baſan, & è vertice illorum montium, opem eorum implora, in quorum fidebas auxilio: omnes enim reges qui te amare gloriantur, conterentur. Locutus ſum tibi rebus, rebus tuis adhuc integris, & feliciter habentibus, at dixiſti, nolo audire, hoc fuit ingenium tuũ ex quo eductus es ex Ægypto, nolle audire me. Omnes paſtores tui ſiue reges ſiue prophetæ, ſiue ſacerdotes inani ſuſtentantur ſpe, & qui videntur te amare, proſpera tibi cuncta prædicantes, captiui ducentur Babylonem. Tunc certe pudefies, erubeſceſque propter omnem malitiam tuam, quæ tantorum tibi cauſa malorum erit. Quæ modo ſedes in Ieruſalem è lignis Libani magna ex parte constructa: quæ habitas in ſumptuoſis domibus è cedro factis: quæ modo, inquam, de tuis delicijs, & abundantia arroganter glorians, quomodo te geres cum dolores captiuitatis venerint tibi dolores certe acerbi, quales parturientis?

ARGVMENTVM.

INuehitur Ieremias in Ioachaz nunquam ex Ægypto rediturum: & in Eliakim ob ſua ſcelera inſepultum relinquendum. Comminaturque populo extremam calamitatem.

COMMENTARIVS.

De quo mortuus ſit ſermo propheta.

4 MORTVVM.] Difficile eſt explicare de quo nã loquatur hic propheta? Quibuſdam vt Vatablo videtur, his verbis, nolite flere mortuũ nullum particularem deſignari à propheta, ſed in vniuerſum locutum. Ne proſequamini lacrimis funera vulgi, ſed calamitatem regis veſtri miſerabiliorem, Ioakim Sellun, qui fuit filius Iuakim. Confirmat huoc ſenſum Pagninus, dum transfert Ne defleatis mortuos, nec condoleatis eis. Verũ Hebræus textus, in ſingulari efferens, mortuum, & omnes alij interpretes, certum, ac ſingularem mortuum intellexere. Hieronymus, Rabanus, & Hugo mortuum hunc non deflendũ putant eſſe Sedeciam, de quo omnem hanc prophetiam exponunt. Sed oſtendemus ei conuenire non poſ- B ſe quæ hic dicuntur, neque nomen Sellun. Lyra & Dionyſius intelligunt Ioachaz, qui mortuus eſt in Ægypto. Sed Ieremias de rege paulo ante mortuo loquitur: cuios ad huc funus celebrabatur. Ioachaz autem ductus eſt in Ægyptum, ſed non conſtat qoando mortuus fuerit, vt de eo loqui videatur propheta. Certius ergo eſt, & his, quæ ſequuntur accommodatius, id quod Theodoretus inſiouat, & S. Thomas affirmat, mortuum hunc fuiſſe Ioſiam regẽ pientiſſimum cuius necẽ dolendo funere, & multis lamentationibus proſecuti ſunt Iudæi: quos propheta hortatur ne defleant Ioſiam, nam licet dignus tam lamentabili dolore: verum magis doleudus videbatur filius eius in ſolio eius ſucceſſor qui mox ductus eſt captiuus, nunquam in terram ſuam regreſſurus.

De Ioſia eſt ſermo.

5 *Eum.*] Non eſt minus difficille oſtendere num hic quem flendum admonet, ſit idem ipſe, quem non deflendum vt mortuum dixerat, an diuerſus, Quod ſi diuerſus, quiſnam ille ſit?

Quis ſit deflendus?

Dubiũ 1.

Dubium prius ita diſſoluunt Iudæi, quos refert Hieronym⁹, vt tres reges filij Ioſiæ Ioachaz, Iechonias, & Sedecias inducantur hic non deflendi vt mortui, ſed vt captiui ducendi, & vltra non reuerſuri. qui vere dicuntur Sellum, hoc eſt, conſumatio, vel completio, quod in ipſis finitum ſit re- D gnum Iuda. Sed quis non videat falſo tres reges ſub vnius nomine ſignificari, præſertim cum Iechonias Ioſiæ nepos fuerit, non filius. Hieronymus propterea, Rabanus, & Hugo vniuerſam prophetiam hanc intelligunt de Sedecia, quem defleri monet, non vt mortuum, ſed quod captiuus ducendus erat Babylonem, non vltra inde reuerſurum, qui merito Sellun vocatur filius Ioſiæ quod in eo finem erat habiturum regnum Iuda. Vnde colligit Hieronymus vſque ad hoc caput omnia ad regem, & de rege Sedecia eſſe intelligẽda. At quis ambigat non locutum Ieremiam de duobus, cum tam diſtincte dixerit. Nolite flere mortuum, neque lugeatis ſuper eum fletu, plau- A gite eum, qui egreditur, conſtat enim ex his verbis, diuerſum eſſe eum, qui egreditur, ab eo quẽ mortuum fleri non vult propheta, id quod ceteris interpretibus videtur.

Dub. 2.

Dubium erga poſterius eſt quis ſit hic, qui egreditur captiuus, Sellum filius Ioſię? S. Thomas, hunc putat, Ioakim, qui poſt Ioachaz conſtitutus eſt rex à rege Ægypti, contra quem ſequens ſtruitur prophetia. Verum hic eſt Sellum filius Ioſiæ, vt oſtendemus. nec ductus eſt captiuus non reuerſurus, cum conſtet extra portas Ieruſalem ſepultũ fuiſſe, vt recte notat Theodoretus. Vatablus exiſtimauit eſſe Ioachin Iechoniã filiũ Ioakim, ſed reijcitur ab Hieronymo, quia Iechonias nepus fuit Ioſiæ, non filius, Sellum autem filius eſſe dicitur. Hieronymus, & eum ſecuti Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius exiſtimant hunc eſſe Sedeciam, tum quia ei conuenit prophetia, cum ductus ſit captiuus Babylonem, & inde nunquã reuerſus, tum quia nomen Sellum quod eſt conſumatio, illi etiam conuenit, quod in eo regnum Iuda ſit conſumatum. At quis non videt Sellum nõ eſſe vſurpatum ab Ieremia, vt nomen appellatiuum ad ſignificandum tantum regni conſumatione, & non vt proprium, cum tam diſtincte dixerit. Ad Sellum filium Ioſiæ regis Iuda, qui re- C gnauit pro patre ſuo, maxime cum 1. Paralipom. 3. Diuerſus filius Ioſiæ à Sedecia numeretur Sellum vt oſtendemus. Deinde, quia non proprie, ac vere dicitur Sedecias regnaſſe pro Ioſia patre ſuo, cum non regnauerit niſi pro Ioachin Iechonia ex fratre Ioakim nepote.

1. Para. 3. 15.

Verius ergo Theodoretus affirmat hunc Sellum eſſe Ioachaz, qui primus conſtitutus eſt rex pro Ioſia patre ſuo, cuius ſententia facile ex ipſa ſcriptura ſacta deducetur. Nam in primis. 1. Paralip. 3, 15 vt cæpimus dicere. ita Ioſiæ filij numerantur. filij autem Ioſiæ fuerũt, primogenitus Iohanã, ſecũdus Ioakim, tertius Sedecias, quartus Sellum, de Iohanan nulla amplius fit mẽtio, & putatur obijſſe ãte patrem ſuum, reſtant ergo tres alij fil j Ioſiæ, ſcimus autem Ioachaz filium fuiſſe Ioſiæ, at non eſt Ioakim neque Sedecias, ergo eſt Sellum, qui diuerſus ponitur ab illis duobus, atq; adeo Sellum nec erit Ioakim, neque Sedecias, vt citati auctores dicebant. Quod ſi dicas Ioachaz non poſſe eſſe Sellum, qui in ordine natus conſtituitur vltimus omnium, & tamen ſi reſpiciamus ad ordinem regnandi, primus omnium regnauit Ioachaz, quem volumus eſſe Sellum, ſecundus Ioakim tertius Sedecias, Si autem ad ætatem, tempuſque naſcendi, primus inter tres natus eſt Ioakim anno ętatis Ioſiæ decimo quarto, & regni ſexto: Secundus natus eſt Sellum Ioachaz anno patris decimoſexto, & regni eius octauo, tertius natus eſt Sedecias

Sellum eſt Ioachaz.

1. Para. 3. 15. Ratio. 1.

anno

A anno viceſimo octauo patris, eiuſque regni viceſimo. Conſtat hoc ea ipſa ſcriptura, nam Ioſias cæpit regnare cum octo eſſet annorum, & regnauit
4. Reg. 22. 1. 2. Para. 34. 1. 31. annos ex 4. Reg. 22. 1. & 2. Paralip. 34. 1. atque ita vixit 39. annos. Ioakim cæpit regnare eo ipſo anno, quo mortuus eſt Ioſias, amoto Ioachaz fratre, & 25. annorum erat cum cæpit regnare. ex 4.
4 Reg 23. 34. 2. Para. 36. 4. 5. 3 Eſdra 1. 39. Reg. 23. 34. 2. Paralip. 36. 4. 5. & 3. Eſdræ 1. 39. quos annos ſi computes cum annis Ioſiæ retroactis, inuenies ſexto anno regni patris natum hunc illi fuiſſe, & decimoquarto vitæ illius. Secundus natus eſt Ioachaz, quia ſtatim mortuo patre cæpit re-
4. Reg. 23. 30. 2. Para. 36. 1. gnare, cum eſſet 23. annorum, vt refertur, 4. Reg. 23. 30. & 2. Paral. 36. 1. Ergo natus eſt octauo patris regnantis anno, & vitæ decimoſexto. Tertius na-
4 Reg. 24. 18. 2. Para. 36. 11. tus eſt Sedecias, nam cæpit regnare cum 21. eſſet
B annorum 4. Reg. 24. 18. 2. Paralip. 36. 11. poſt vndecim annos regni Ioakim, & ſex menſes Ioachaz, & Iechoniæ: erat ergo nouem, aut decem annorum cum obiit pater eius, ac proinde natus eſt 20. anno regni Ioſiæ, & vitæ eius viceſimo octauo, erat ergo maior natu duos annos quam Ioachaz, Ioakim & ſexdecim quam Sedecias, Ioachaz autem maior erat Sedecia duodecim annis. At dices, ſecundum igitur hunc vtrumque ordinem, Sellum non eſt tertius filius Ioſiæ, ſed vel primus Ioakim, vel Sadecias? Reſpondetur in loco Paralipomenon, poſt primogenitum Iohanam ceteros tres non numeratos ex ordine, cum conſtet Sedeciam vltimum omnium natum fuiſſe, ac regnaſſe, & tamen ibi ſecundus collocatur: quod non eſt infrequens in ſcriptura ſacra, non ergo mirum ſi Ioachaz ſecundo natus, numeretur poſt Sedeciam, & dicatur Sel-
C
Ratio. 2. lum. Secundo probatur, quia de nullo alio vere, ac propriè dictum eſt, qui regnauit pro Ioſia patre ſuo, quam de Ioachaz. Eſt ergo Sellum Ioachaz, conſtat propoſitio illa, tum ex ſcriptura, nam de
4 Reg 23. 30. 2 Para. 36. 1. Ioachaz 4. Reg. 23. 30. dicitur. Tulit populus terræ Ioachaz filium Ioſiæ, & vnxerunt, eum, & conſtituerunt regem pro patre ſuo, & 2. Paralipom. 36. 1. Tulit populus terræ Ioachaz filium Ioſiæ, & conſtituit regem pro patre ſuo in Ieruſalem. At de
4 Reg. 24 17. Ier. 27. 1 Sedecia dicitur 4. Reg. 24. 17. & conſtituit Mathaniam patruum eius pro eo, & infra c. 27. 1. ait Iere-
Ratio. 3. mias, & regnauit Sedecias filius Ioſiæ pro Iechoniæ filio Ioakim. Tertio quia Ieremias hiſtoriam contexit, loquitur enim, qui regnauit pro Ioſia patre ſuo, qui egreſſus eſt de loco iſto; rem præteritam referens, non prædicens futuram, at hæc hiſtoria ſoli Ioachaz poteſt conuenire, qui, durante adhuc luctu Ioſiæ patris, captiuus ductus eſt in Ægyptũ, & ibi mortuus, non Ioakim, qui in Ieruſalẽ mortuus eſt & ſepultus, nec Sedeciæ, qui nondum ductus erat Babylonem, ſed ducendus erat cum hæc loquebatur Ieremias. Relinquimus ergo euictum Sellum eſſe Ioachaz, de quo eſt hoc loco ſermo prophetæ. Inter duos itaque dignos, quos luctu proſequerentur Iudæi, Ioſiam mortuum, & Ioachaz ductum captiuum in Ægyptum, nunquã re-
Mortuꝰ quis viuenti felicior. uerſurum, illo præterito, hunc magis aſſerit dignũ luctu, quo erudiamur feliciorẽ eſſe mortuum viuenti, qui egreditur ex vrbe ſancta Ieruſalem, & in Ægyptum deducitur, nunquam inde ad Dei gratiã reuerſurus: & qui vita religioſa deſerta ad vomitũ redit, mille ſalutis amittendæ periculis expoſitus,
Eccl. 22. 10. rectè monet Eccleſiaſticus, c. 22. 10. ſupra mortuũ plora, defecit enim lux eius, & ſupra fatuum plora, deficit enim ſenſus. Modicum plora ſupra mortuum, quoniam requieuit, nequiſſimi enim nequiſſima vita ſupra mortem fatui: luctus mortui ſeptem dies, fatui autem, & impij omnes dies vitæ illorum. Vnde Salomon Eccleſiaſtes 4. 2. Lauda- Eccl. 4. 2.
ui magis mortuos quam viuentes, & feliciorem vtroque iudicaui, qui necdum natus eſt, nec vidit mala, quæ ſub ſole ſunt. Quod ſi multiplices peccandi occaſiones conſideres, & intextos vbique laqueos, quibus capiaris, & inſidias ſpirituali vitæ paratas: non ne iure optimo laudares mortuos, & feliciſſimos iudicares, qui necdum nati ſunt, illos autem infelices, qui viuunt, nullam ſuæ ſalutis curam habentes? Idcirco inter ethnicos, Thraces cæteris merito præferendi ſola natura duce huius rei nos admonuere, dum natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate ſolebant celebrare, vt refert Valerius Maximus lib. 2. c. 1. Valerius

6 *Væ qui.*] Hieronymus cum ceteris interpretibus ſermonem fieri dicit cõtra Ioakim filium Io- Inuectiua in Ioakim.
ſiæ, conſtitutum à Nechao Pharaone pro Ioachaz fratre ſuo, quem vinctum duxit in Ægyptum. Solus Theodoretus, vſque ad illa verba. Hæc dicit dominus ad Ioakim, de Ioachaz exponit. Falſo tamen, tum quia coniunctio illa rationalis, propterea oſtendit, pœnam ſtatui Ioakim pro culpis paulo ante recitatis ab ipſomet Ioakim commiſſis: tũ quia Ioachaz in tam modico trium menſium tempore, in quibus regnauit, non eſt veriſimile, tam ampla, ac magnifica ædificia eædificaſſe, quanta refert propheta. Recto ergo ordine poſt Ioachaz de eius fratre pro eo conſtituto, diſſerit, quẽ paulò poſt nominat Ioakim, ne vllus ſit dubitandi locus. Cum autem de boc rege dicatur in vniuerſum
4. Reg. 23. & 2. Paralipo. 36. quod vndecim annis, 4. Reg. 23. 37. 2. Para. 36. 5.
quos regnauit fecerit malũ, & abominabilis fuerit coram domino, hic Ieremias in particularia illius inuehitur delicta, in multam eius ex ambitione ædificandi cupiditatem, ex iniuſtè acceptis, & ex operis ſubditorum, mercede non ſoluta, & in auaritiam, qua compellebatur opprimere innocentes eoſque expilare. Auaritiam iniuſtam taxat, cum In auaritiam regis.
ait, amicum ſuum opprimet fruſtra. Hebraicè, in amico ſuo, aut in ſocio ſuo ſeruiet, ſeu operabitur gratis. Hoc eſt, vtetur operis, aut ſeruitio proximi ſui, abſque mercede ſoluta, vnde ſubditur ad explicationem, & mercedem eius, non reddet ei, quẽ ſcoſum efferunt Lxx. Chaldæus, Tigur. & Vatab. quamuis Hiero. Raban. S. Thomas, Lyra, & Dionyſius de amicorum oppreſſione ſimpliciter explicãt, quæ in eo fuiſſe eſt accipiẽdum, quod cogeret eos ſeruire, in ſuis ædificiis abſque mercede, ac
D precio, contra illud Leuit. 19. Non remanear merces mercenarius tuis vſque mane. Leuit. 19. 13.

Ambitionẽ regis in ædificiis extruẽdis notat ex quatuor, primum ex eo quod ait, ædificabo mihi In ambitionẽ.
domũ latam. Hebraicè domum: מדות Middot mẽſurarum, nempe magnarum, vt Pagn. & Vat. adiiciunt, vt ſignificent regiam ampliſſimam, vt intellexere Hier. cum ceteris interpretibus. Lxx. verterunt, domũ moderatã, hoc eſt, vt exponit Theod. iuxta proportionem, quæ ex arte ſuam habeat ſimmetriam in longitudine, altitudine, & latitudine. Secundo ea ſpacioſis cænaculis: quæ Hebraicè dicũtur cænacula מרוחים Meruvahhim à verbo רוח, Lauahh, quod ſignificat dilatari, reſpicare, refrigerari, aut refocillari, & Lxx. vertunt perflatilia, ſatis ſignificãter, quod Tig. dixit, vẽtis peruia, Vat. refrigerãtia, Pagn. vero, & cænacula ſpacioſa, vt ingrediatur ventus æſtatis tẽpore, sũt ergo æſtiua cænacula, ſpacioſa cõpoſita ad captandã aurã vndequa-

R

que perflantem ; & huc pertinet quod ſubdit:qui A aperit ſibi feneſtras,multas videlicet,ad aërem captandum : hæc vocat noſter interpres, cænacula ſpacioſa: hiſpanice dicuntur, *ſobrados , ò açoteas ayroſas, donde ſe tome el ayre en claſtro*. Tertio taxat huius regis ambitionem ex cedrinis laquearibus , cũ ait,& facit laquearia cedrina. Hebraicè,& operta in cedro,de eiſdem cænaculis dicens, vt expoſuere Lxx.cænacula perflatilia diſtincta feneſtris, & cõtignata cedro,quod ea contegeret tabulis cedrinis vt Chaldæus interpretatur eſt. Quartu,ex picture parietum , & contignationum , quod picta eſſent ſinopide,hoc eſt,rubrica,aut minio,vt transferunt Lxx. & Vatablus,de cuius vſu in ædificiis loquitur Vitruuius lib.7. de Architectura c.8.& 9.eſt enim rubricæ genus præſtantiſſimum , quod circa ſinopen Ponti vrbem effodiebatur, vnde & nomen

Plinius. habet,auctore Plinio lib.35.c.6. Quod ſi rex iſte reprehenditur ob vnicam extructam domum, nõne ſunt reprehẽſione digni, qui ſumptibus immoderatis domos extruunt ſuperbas,variis modis depictas,auro contectas,etiam pauperibus expilatis, hortos multa arte, diuerſis arboribus cõſitos,fontibus miris irriguos , ad oſtentationem magis , & ad voluptatem,quam ad vtilitatem confectos?

7 *Nunquid.*] Iam ex collatione Ioakim cum patre Ioſia optimo,ac religioſo principe , eius crimina adauget , & grauiorem reddit increpationem,vnde ait. Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro ? aut contendis in cedro,vt Tigurina, vel miſces te cum cedrino ædificio , vt Pagninus , & Vatablus vertunt : & erit ſenſus ductus ex præcedentibus , num huiuſmodi precioſis ſtructuris tegnum tuum ſtabilies ? ſic Iſidorus, aut exiſtimas C te perpetuo duraturum , quia miſces te,inuoluis, aut contegis cedro ligno imputribili , quo corpora integra,ac incorrupta conſeruantur ? Ceteri nõ propriè accipiunt cedrum , ſed metaphoricè pro rege , qui celſitudine , reliquos excellit homines, & in primis Chaldæus ſic ait , Num cenſes te eſſe regem primum ? quaſi dicat , videris contendere, & ſolicite ædificando admitti , vt ſicut cedrus excellit ceteras arbores altitudine , & perpetuitate, ſic tu ceteros reges , qui ante te fuerunt vel excellas,vel adæques,ſaltem,& æmuleris,vt addit Vatablus.

Lyra et Dionyſius exponunt voluiſſe Ioakim conferre ſe cum rege Salomone, qui vt cedrus arbores ceteras, ita ille ceteros reges in ædificiis ſuperauit. Iſidorus cum Dauide propter ſanctitatem

Expoſitio vera. & religionem inſtar cedri eminentiſſimu.Sed cõ- D munior expoſitio eſt Hieronymi , Theodoreti, Rabani,Hugonis,S. Thomæ , & Dionyſij , vt per cedrum intelligat Ioſiam , quem ſtatim nominat, nunquid,ait, putas regnum tuum te ſtabiliturum, qui conferre te cupis cum excelſa illa cedro patre tuo Ioſia , non eius incorruptionem imitans , ac pietatem,ſed regni celſitudinem,de que glorieris, quam vt conſerues non dubitas iniuſtè ſubditos opprimere,ille vero regnauit,& quidem glorioſè, cum nemini detrimento fuiſſet.

Ioſia proſperitas ob pietatẽ. Rationem,propter quam minimè conferendus ſit Ioakim cum patre ſuo Ioſia,educit,cum inquit, Pater tuus nunquid non comedit,& bibit,& cetera,quaſi dicat,hoc intereſt diſcriminis inter te , & patrem tuum quod pater tuus omnibus bonis abundauit,quibus poſſet regiam vitam in longum tempus propagare, & omnium temporalium bonorum affluentia fruebatur cum pietate , iuſtitiaque coniuncta , & idcirco etſi ditiſſimus non diſplicebat Deo,at domorum tuarum ædificatio , diuitiarumque cumulus Deo mihique non placent ô Ioakim , quia neque facis iudicium , neque iuſtitiam,ſed iniuſtè omnia congregas,non enim diuitiæ,quæ ſi virtuti ſeruiant bonæ fiunt, Deo diſplicent , ſed iniuſta earum acquiſitio , & vſus improbus:ita exponunt Hieronymus,Theodoretus, Rabanus,Hugo,S.Thomas,Lyre, Dionyſius, & Vatablus. Nam illis verbis comedit , & bibit , per metonymiam omnis temporaria proſperitas intelligitur,quę ad id tandit vniuerſa,vt pacificè comedamus , & bibamus , & vlterius , vt longam vitam ducamus: quod efficiet ſi Deus bene faueat, bene autem fauet Deus iis,qui ad pietatem,& virtutem B opibus vtuntur:tunc enim bene eſt eis , dum Deo agente creſcunt,deinde cum pietate diuitiæ , & in dies proſpera cuncta ſuccedunt. Huius proſperitatis cauſam eſſe dicit dominus , quia cognouit me , cognitionis vero indicium præmiſit hoc , iudicauit cauſam pauperis,& egeni in bonum ſuum, quaſi dicat,cauſa,& origo , vnde profectum eſt vt Ioſias cauſam pauperis & egeni iudicaret, quo me deuinciret vt ei benefacerem , erat affectiue cognitio , quam in corde ſuo habebat me ſtudioſè colendi : & ideo opera illa bona , vt ait Theodoretus,argumentum erant Ioſiam noſſe me,hoc eſt rationem mei habuiſſe , me timuiſſe, & voluntatem meam perficere ſtuduiſſe, iuxta illud Matth. *Matt.7. 21.* 7.non omnis qui dicit mihi, domine domine intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei , qui in cœlis eſt , & hoc eſt quod C dixit Vulgatus , nunquid non ideo quia cognouit me. Ex Hebræo tamen, & Chaldæo dicente, Nonne iſta eſt ſcientia , quam volo : colligitur ſenſus *Senſus alius.* alius , quo exprimitur , quem vocet Deus cognitionem ſui, videlicet,hoc eſt noſſe me,facere iudicium , & iuſtitiam : itaque vera & perfecta Dei ſcientia , ac cognitio in eo eſt ſita , vt executioni mandentur iuſſa diuine , in quibus continetur voluntas Dei , hinc Paulus ad Titum 1. aſſeruit de *Ad Tit. 1. 16.* quibuſdam , dicunt ſe noſſe Deum , factis autem negant. Igitur Ioſias etſi ditiſſimus , & beatus in omnibus , ideo ſua felicitate tranquillè fruebatur , quia nouit me , nouit autem , cum egeno , & pauperi proſpiciebat , & meo cultui ſtudebat : at Ioakim infeliciter aget, quia non nouit Deum, ob id videlicet quod non fecerit iudicium , & iuſtitiam.

Ioſias exemplũ proponitur. D Alius ſenſus videtur indicari verbis prophetæ, quo proponitur Ioſias & felicitatis,& infelicitatis exemplũ,pro tempore diuerſo, quo Deo vel obediuit , vel non obediuit,ad hunc modum : Nonne cũ Ioſias faciebat iudicium , & iuſtitiam bene habebat , & pace fruebatur , comedebat , & bibebat cum multa animi tranquillitate?at cum cœpit non obedire verbo regis ex ore Dei prolato,ob aliquã fortaſſe gloriolam , ne occurreret Nechao regi Ægypti , ſagitta percuſſus deceſſit , ſic tu ô Ioakim, ſi iudicium iuſtitiamque feciſſes , auaritiamque cauiſſes,& innocentum oppreſſionem, multa felicitate fruereris, & cũ pace comederes,& biberes,et quia cõtra feciſti,peribis certe & inſepultus; ſenſus hic colligitur verus tum ex hiſtoria Ioſiæ, quæ refert eum interiiſſe infeliciter, quod non obediuiſſet voci Dei , ſic enim dicitur 2. Paralipom.35,21. Quid mihi,& tibi eſt rex Iuda, deſine *2.Para. 35. 21.*

aduarſum

aduerſum Deum facere, qui mecum eſt, ne interficiat te: noluit Ioſias reuerti, nec acquieuit ſermonibus Nechao ex ore Dei, verum perrexit vt dimicaret, ibique vulneratus à ſagittariis interiit, & 3. Eſdræ. 1. 28. non eſt reuerſus Ioſias ſuper currum, non attendens verbum prophetæ ex ore domini. Tum ex verbis ſubiectis hoc loco, in Hebræo: tunc bonum ei, hoc eſt, tunc bonum erat Ioſiæ cum comedens, & bibens faciebat iudicium & iuſtitiam, ſubaudi, malum autem fuit ei cum non tantam curam habuit verbi Dei: & ad eundem ſenſum additur in Hebræo, ſtatim iudicauit cauſam pauperis, & egeni, tunc bonum, hoc eſt, vt ſi vulgo dicamus, *entonces bien le iua, y mal le fia, quando non obedecto.*

3 Eſdra 1. 28.

Senſus communis verior.

Verum ex illo verbo [quoniam confers te cedro] verior colligitur ſenſus communis, quo Ioſias opponitur omnino filio Ioakimo, impio & auariſſimo regi: nam Antitheſis in eo ſita eſt, quod Ioſias regia dignitate gaudebat ad vtilitatem ſubditorum, ius illis dicendo, at Ioakim oculis cordeque in id ſolum inhiabat, vt ſuas opes augeret, ad tyrannidem licet ſubditos expilaret; hoc eſt enim quod ait, ad calumniam, & ad curſum Hebraicè, מְרוּצָה Merutſah, quod ſignificat & curſum, hoc eſt, ad mandandum celeriter executioni voluntatem ſuam improbam, quod dixit Vulgatus, ad curſum mali operis, & Chaldæus ad faciendam calũniam, & voluntatem animi ſui. Significat etiam contritionem, ſeu confractionem, ſeu oppreſſionem tyranni, cum exigit à ſuis immoderatas operas, vt Pagninus, & Vatablus transferunt, quaſi dicat, tu ad nihil aliud reſpicis, quam vt tuos ſubditos confringas operis eorum abutens in tuis domibus conficiendis.

Munus probi regis & improbi.

Hinc liceat colligere quam diuerſo aſpectu oculos ſuos conuertat probus vir, qualis Ioſias fuit, in ſubditos, & egenos, ac miſeros, & improbos tyrannus qualis Ioakim: hic enim vt expilet, ſanguinem emungat, diripiat, ac perdat, vt leo inhiat, prædæ, ille vero vt proſpiciat commiſereatur, ſaneat, ac tueatur, oculi Ioakim ad auaritiam intẽti erant, & ad fundendum ſanguinem, at oculi Iob, deſeruiebant cæco, ait enim cap. 29. 14. iuſtitia indutus ſum & veſtiui me ſicut veſtimento, & diademate, iudicio meo, oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum, & cauſam, quam neſciebam diligentiſſimè inueſtigabam cõterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam deſcribitur certe hoc loco optimi regis munus, ac tyranni.

Iob. 26. 14.

8 *Propterea.*] Declarata culpa regis Ioakim, & per eius enumerationem, & per collationem cum patre Ioſia, nunc comminatur pœnam, illi culpæ debitam: quæ ex duplici conflatur, & ex eo quod nõ ſit deflendus eius interitus, modo illi genti cõſueto, & ex eo quod inhumatus ſit relinquendus, cum nec barbari beneficio careant ſepulturæ. Putauit Abul. in extrema q. lib. 4. Regum, hãc mortis pœnam intentatam Ioakimo à Ieremia in extremo eius anno, quaſi non fuiſſet commodius, & illi vtilius, cum agebatur de morte Ioſiæ, & Ioachaz ſtatim illũ commonefacere ſui deceſſus, vt à principio vitæ, eam rectè inſtitueret, & pedem ab incæpto greſſu ad malum reuocaret.

Planctus Iudæis aſſuetus

Quod attinet ad planctum, ita comminatur, non plangent eum, væ frater, & væ ſoror: non plangent eum væ domine væ gloriæ eius. Hoc eſt, vt Vatablus exponit, neque priuato planctu eum proſequentur cognati, qui ſolent plangere tenerè fratrẽ aut ſororem, dicendo, heu frater mi heu mea ſoror, neque ſolemni, ac publico, quo ſubditi deflere ſolent reges ſuos, ac principes, dicentes, heu domine, heu princeps illuſtriſſime, qui eras gloria noſtra. Sic enim mos erat plangendi reges Iudæis, vt conſtat ex c. 34. 5. vbi Sedeciæ dicitur hoi Adon & væ domine plangent te.

Ier 34. 5

Quod ad ſecundum ſpectat de ſepultura, ait propheta, ſepultura aſini ſepelietur, putrefactus, & proiectus vltra portas Ieruſalem. Quæ verba quoniam difficilem habent explicatum duobus propoſitis dubiis, explanabuntur.

Quæſtio vtrum Ioakim Ieroſolymis obierit, an Babylone.

Dubium prius eſt vtrum Ioakim obierit Ieroſolymis, an Babylone: Hieronymus, quem ſequitur hoc loco Rab. affirmat Babylone deceſſiſſe, quia in libro dierum legimus, inquit, vinctum catenis, & ductum Babylonem, nec vltra quid refertur de eo. Vnde ænigma, quod ſuper illa verba, Nolite flere mortuum, plangite eum, qui egreditur, quia non reuertetur vltra, propoſuerat, de quo è tribus fratribus eſſet ſermo, de Ioachaz, Ioakim, aut Sedecia, cum de Sedecia reſpondiſſet, nunc ſe corrigit, & diſſoluit, dicẽs, non eſſe ſermonẽ de Ioachaz neque de Sedecia, ſed propriè de Ioakim. Idque probatur ex 2. Par. 36. 6. vbi dicitur. Contra hũc aſcẽdit Nabuchodonoſor rex Chaldæorũ, & vinctũ catenis duxit in Babylonẽ idẽ dicitur 3. Eſdr. 1. 40.

2. Paral. 36. 6.
3. Eſdr. 1. 40.

Ioakim deceſsit Ieroſolymis.

Verum nulla ratione dubitari debet deceſſiſſe Ioakim in Ieruſalem. Nam ita affirmant Ioſephus lib. Antiquit. 10. cap. 8. Hieronymus ſuper 25. Ieremiæ, & cum eo Raban. Theod. hic, Hugo. S. Tho. Dion. Iſidorus, & Lyra, Iere. 36. & 4. Reg. 24. & 2. Paral. 36. idque primum conſtat ex hoc loco Ieremiæ prophetantis ſepultura aſini ſepelietur, proiectus extra portas Ieruſalem. Deinde hanc prophetiam reipſa fuiſſe impletam, probatur hac certa Chronologia, ex qua conſtabit quod dicimus & ſi quæ ſunt dubia diſſoluta manebunt.

Ioakim conſtitutus eſt rex pro Ioachaz fratre ducto in Ægyptum per Pharaonem Nechao regem Ægypti, cui & tributa pendebat, vt dicitur 4. Reg. 23. 34.

Annus 4. incipiens Ioakim erat, 1. Nabuchodonoſoris, qui aſſumpto imperio confeſtim ſecum definiuit recuperare Siriam, eãque ſibi ſubiicere, & ita fecit, nam Dan. 1. c. dicitur, Anno 3. regni Ioakim (pene cõpleto videlicet) regis Iuda venit Nabuchodonoſor rex Babylonis in Ieruſalem, & obſedit eã, & tradidit dominus in manu eius Ioakim, & partem vaſorum domus Dei, & aſportauit ea in terram ſennaar in domũ Dei ſui, & vaſa intulit in domũ theſauri Dei ſui. Hebraicè legitur, & tranſtulit eos, nempe Ioakim cũ ceteris captiuis, in domum Dei ſui, vt ageret gratias pro victoria & ſeorſim de vaſis dicit, & vaſa intulit in domũ theſauri. Hoc eſſe quod refertur 2. Par. 36. 6. contra hũc aſcendit Nabuchodonoſor rex Chaldæorũ, & vinctũ catenis duxit in Babylonem, ad quam & vaſa domini tranſtulit, & poſuit ea in tẽplo ſuo, quod ipſum dicitur 3. Eſdr. 1. 40. mihi videtur certũ: tum quia hæc hiſtoria in eo libro refertur ſtatim poſtquã creatus rex dicitur, nulla alia interpoſita narratione, tũ quia dicitur cepiſſe tũc partem vaſorũ, & duxiſſe Babylonem, & poſuiſſe in tẽplo Dei ſui nam non omnia vaſa accepiſſe, ſed partem cõſtat, quia in trãſmigratione Ioachim huius Ioakimi filij

rranſtulit reliqua vaſa templi. Anno ergo rertio regni ſui Ioakim captus à Nabochodonoſore ductus eſt Babylooem, vbi manſir vſque ad finem belli ſacti iuxta Euphratem anno.4.ipſius Ioakim, nam annus 1. Nabuchodonoſoris partem vtriuſque anui rertij, & quarti Ioakimi comprehendit.

Ier.25.1. Anoo. 4. Ioakim, qui idem erar 1. Nabuchodonoſoris, vr dicitur Ier.25. Nechao rex Ægypti venir contra Nabuchodonoſorem, vr vſurpatum Syriæ imperium, & Ieruſalem recuperarer, & ad vindicandam regis Ioakim ſibi ſubiecti captiuitatem, cui occorrir Nsbuehodonoſor ad flomẽ Euphrarem io Carcamis, & percuſſus, ac victus à Chaldæo reuerſus eſt in Ægyptum Ierem.46. Tunc aotem *Ier. 46.* fuiſſe Ioakim Babylone, & ooo io Ieruſalem inde comprobatur, quia ſi adeſſet Ieroſolymis vna cum Ægyptio occurriſſet Nabuchodonoſori. Cũ ergo Nabochodooofor victor Babylonẽ rediiſſet, ſub ſtatis conditioonibus remiſit Ioakim io regnum, & vrbem Ieruſalem.

Anoo 5. Poſtquam iam pacifice regnabar in Ieruſalem, in meoſe nono, lectus eſt ei liber Ieremiæ, quem combuſſit, proprer quod ille, tu, inquit, combuſſiſti lihrum hunc, feſtinus veuiet rex Babylonis, & vaſtabit terram hanc. Hæc dicir dominos contra Ioakim regem Ioda, non erir ex eo qui ſedeat ſuper ſoliom Dauid, & cadauer eius *Ier 36. 30.* proiicietor ad æſtom per diem, & ad gelu per noctem, & cetera, vt legitur Ieremiæ.36.

Anoo 8. Ioakim, videns Nabucbodonoſor, illũ rebellaſſe, & cum Ægyptio reconciliatum, venir contra eum, & factus eſt ei Ioakim tributarius rribus annis, vr refertur 4. Reg.24.1. & in Ioſepho *4 Reg. 24 1.* to. Antiq.c.7. Nam hanc expeditionem diuerſam *Ioſephus* fuiſſe à prima, inde conſtar, quod per illam nõ fuiſſer factus ſeruus trihos tantum annis, ſed octo, vſqoe ad 11. & extremum annum Ioakim, quo completi ſunt hi tres anni, in quibus ſoloit tribota Nabuchodooofori.

Anno vndecimo, incipiente, & regni poſtremo, Ioakim rurſom rebellauir contra Nabuchodonoſorem, immiſitqoe ei dominus latrunculos Chaldæorũ, Syriæ, Moab, & Ammon, & immiſir eos in Iudam, vr diſperderent eum, iuxta verbom domini, & dormiuit Ioakim cum patribus ſuis, vr legi*4 Reg. 24 1.* mus 4. Reg.24. à v.1. ad 5. Hi latrones erant pars exercitus Nabuchodonoſoris, qui contra Ægyptium perrexerat, vode dicitur ibidem, & vltra nõ addidir rex Ægypti, vr egrederetur de terra ſua, tulerar enim rex Babylonis à riuo Ægypti vſque ad fluuium Euphratem omnia, qoæ fuerãt regis Ægypti, qui indignati in Ioakim, illum interfecetunr, vr air hoc loco Hieronymos: & raptatum proiecetunr extra portas Ieruſalem cadauer eius: iuſſu *Ioſephus* id regis Nabuchodonoſoris factum sffirmat Ioſephos lih.10. Antiqoit.ca.8. Ex hac ergo hiſtoriæ Ioakimi ſetie ſaris compertum fitillum Ieroſolymis interfectum, & difficultates initio propoſitæ facile diſſoluootur.

Quæſtio vtrũ Ioakim fuerit ſepultus. Duhiom poſterius eſt fuerir ne Ioakim ſepulturæ maodatus? Hugo, & S. Thomas exiſtimant interfectum fuiſſe Ioakimum à latrunculis, militibus Nabuchodonoſoris, vt exiſtimant Hieronym. & Rab. Sed Hugo addit intra vrbem inrerfectum, & proiectum extra vrbem, precibus Iudæorũ tandem ſepulturæ mandarum, propter quod dicitur *4 Reg. 24. 6.* 4. Reg.24. & dormiuir Ioakim cum patribus ſuis: ar S. Thomas affirmat Nabuxardan cum latrun- A culis ingreſſum in vrbem, regem iurerfeciſſe, & humatum iam è ſepulchro eductũ expoſuiſſe beſtiis deuorandum, & probatur ita accidiſſe quia propheta ait. Sepultura aſini ſepelietur, potreſactus, & proiectus extra portas Ieruſalem, hoc eſt è ſepulchro, iam putrefactus educetur, & inſepultus relinquetur extra portas Ieruſalem: nam quomodo aliàs putreſactus fuiſſet cum ſtatim pene ſemioccifus, raptarus, foerit proiectus extra Ietuſalem? aut quomodo vere dictum eſſet de illo, quod dormiſſet cum parribus ſuis? cum, ve inquir in hoc capite Hieronymus, hanc habeat cooſuetodinem ſcriptura ſancta vt omnes reges, & mortuos referat & ſepultos? Ioſephus capite illo 8. & Lyra dicunt à Nahochodonoſore interfectum in Ieru- *Ioſephus* ſalem, & inſepultum extra mænia ioſſiſſe pro- B iici.

Verius, & ſcripturæ conformius videtur inter- *Verior ſententia.* fectum fuiſſe intra vrbem Ieruſalem, à latrunculis ſeu militibus iuſſu Nabuchodonoſoris, & nequaquam mandatum ſepulturæ, raptatum & ſanguioe ſuo cooſperſom proiectum eſſe extra vrbis mænia auibus, ac heſtiis deuorandum expoſitum, per non paucos dies. Conſtar hoc ex ſermone Ieremiæ, ita dicentis, ſepultura aſioi ſepelietur, hoc eſt, non ſepelietur, ſicut nec aſioos mortuus ſepelirur, putrofactus, & proiectus extra portas, ergo inrra portas decidir, qui extra portas proiectus eſt, illud autem participium, putreſactus, vt verrerunr Lxx. & Vulgatus Hebraice dicitur סָחוֹב Sahhob, à verbo סָחַב, Sahab quod eſt trahere, raptare per pauimentum, & ad verhum rranſlatum, vt transfert Vatablus, ſic haber, ſepultura aſini ſepelietur trahendo, & proii- C ciendo extra portas Ieruſalem, qood dixit Pagninus, detractus, & proiectus vltra portas Ieroſalem. Chaldæus tamen, & Tigurina verterunr lacerabitur, quod raptatiooe, & tractiooe violenta laceratum fuerit, & conciſum, & quaſi ſaniem cum ſanguine emittens cadauer eius, & idcirco putreſactum viſum fuerit. Quod vero inſtar aſini remanſerit omnino inſepultum, donec ſoerit à beſtiis, auibuſque deuoratom, oſtendir quod dixit ca.36. Ieremias: cadauer eius proiicietur ad æſtum per *Ierem. 36. 30.* diem, & ad gelu per noctem, quod noctes, dieſque æſtui, geluqoe patuerit. Addir aotem hiſtoria ſcolaſtica, quam refert Abulenſis q.39. in c.25. libri 4. Regũ, inuenta fuiſſe in corpore eius ſtigmata, hoc eſt litreras nomẽ idoli eius referentes, quod erat, Chodonata, & hoc eſſe quod dicitur 2. Para- *2. Para. 36. 8.* lipo.36.8. Reliqua autem verborum Ioakim, & D abominarionum eius, & quæ inoenta ſunr in eo, continentur in libro regum Iuda, & Iſrael. Qood vere deceſſerir, licer morte violenta, dictus eſt Ioakim dormiſſe cum patribus ſois: tacetur aotem eius ſepultura quod eo beneficio oh ſoa ingeotia ſcelera, caruerit, & hactenus contra Ioakim dictum ſit.

9 *Aſcende.*] Sermonem conuertir Ieremias ad populum Ioda, ſeu ad Ieruſalem, vt rectè animaduertunt Hier. Theod. Rab. Hog. Lyra, & Vat. non ad Ioakim vr indicat Dion. & patet qnia cum populo loquitur, qui captious ducendus eſt, at Ioakim, Ieroſolymis deceſſir vt diximos, & eſt ſermo ironicus, & irriſione plenus, vr iuſinuant Hieronym. Raban. Hugo, Lyta, Vatab. & Iſidorus, quaſi ioſultet Iudæ, aut Ieruſalem, vt egrediatur, & in mõtes cõſcendat editiſſimos, vr inde amicorũ imploret auxiliũ; vr opẽ ferãt, ſi poſſunt de manu domini libe-

liberare, fruſtra enim id conabuntur. Vnde & propheticus ſermo eſt futura denuncians, vt Hieronymus rectè exponit, & eum ſecuti Rabanus, Hugo, & Vatablus, & patet quia loquitus de extrema captiuitate, vnde ait, amatores tui in captiuitatem ibunt, & tunc cōfunderis: quamuis Theodoretus, Lyra & Dionyſius quaſi sem iam factam accipiunt, iubetur enim Iuda, montes conſcendeſe vt ſuam defleat calamitatem.

Iubet autem conſcendere in montes libanum, & Baſan, quod ſint montes trans Iordanem verſus viam Ægypti, vt rectè notat Hieronymus, vt inde poſſet inclamare amicos Ægyptios, hos enim amatorum nomine accipit, vt exponunt Hieronymus Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, non idola vt vult Theodoretus, nam quia magnam ſpem ſitam habebant in regibus Ægypti, comminatus ipſos etiam conterendos, & in captiuitatem ducendos per Nabuchodonoſorem vt quidem factum eſt.

Hinc efficitur nomen Hebræum מֵעֲבָרִים Meabarim quid ſignificare videatur. Nam ſi Abarim vt participium accipiamus tranſeuntes, ſeu prætereuntes ſignificat, à verbo עָבַר Abar eam habentē ſignificationem: at ſi vt nomen cum præpoſitione מִן Min, Lxx. & Theodotio verterunt, trans mare, Chaldæus, clama ad vada. Tigurina, inclama transfluuianos; quaſi velit indicare, vt clamet trās Iordanem, & trans mare rubrum ad Ægyptios baculū arundineū, ſignificat enim latus, trans, aut ea aduerſo, & ita Symmachus tranſtulit è contra, Vatablus à lateribus, Pagninus, vndique, vt ſit ſenſus, aſcende hos montes, & inde conuerſo vultu ad Ægyptum, clama es aduerſo, ad latera auſtralia vndiquaque, vt ſibi proſpiciant, & opem ferant, qui conterendi ſunt. Hi enim ſunt trans mare rubrum euntes, forte, quia dixerat, clama de libano, & de Baſan, adiecit, & de montibus Moabitarum Abarim, de quibus dicitur Numer. 33. 47. venerūt ad montes Abarim contra Nabo. Profectique de montibus Abarim trāſierunt ad campeſtria Moab ſupra Iordanem: & propterea dicit hîc Hieronymus, per metaphoram libani, & Baſan, regionum, & montium trans Iordanem, ad Ieruſalem ſermo dirigitur, & tamen Vulgatus nominis proprij mōtium Abarim, ſignificatum explicuit.

Num. 33. 47.

10 *In abundantia.*] Aggrauat ſcelus Iudæ, & eius inobedientiam à multis annis fuiſſe oſtendit: in primis, quod cum ageret proſpere, & omnia ad vota ſuccederent, Deus mittebat prophetas ſuos, per quos commonefaciebat ſuæ impietatis, vt exponunt bene Chaldæus, Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, nam per prophetas loquebatur. Quod vero dicit: in abundātia tua. Lxx Verterunt in caſu, ſeu ruina tua, in paraptoſi, putantes Hebræum nomen שַׁלְוֹת Schaloth deduci à כָּשַׁל Caſal quod eſt offendere, aut impingere, vt ſit ſenſus Theodoreti: conſulebam peccanti, vt recederes ab errore, & conſilium non ſuſcepiſti. Sed vere deducitur à שָׁלָה Schalah, quod eſt pacificum eſſe. Vnde ad verbum in Schaloth numero multitudinis, idem eſt, quod, in felicitatibus tuis, vt trāſferunt Pagninus, & Vatablus, quod felicitas non in vno, ſed in multorum bonorum aggregatione ſita ſit, vt dixit Boëtius, vel in pacibus tuis, quæ proueniunt ex votorum omnium completione. Addit autem hoc ingenium illi fuiſſe ab adoleſcētia ſua, hoc eſt à tempore Moſis, quando eum eduxit ex Ægypto, vt exponit Hieronymus cum ceteris omnibus, ab eo enim tempore ſemper fuere rebelles Iudæi Ægyptiis moribus aſſueti, quos deſerere valdè eis fuit difficile; vt hinc pateat quāti referat non aſſueuiſſe malis, & cum impiis non iniiſſe conſortium: vnde ſupra c. 2. dictum eſt Iudæ, à ſæculo cōfregiſti iugum, rupiſti vincula mea, & dixiſti, non ſeruiam, & Iſa. 48. tranſgreſſorem ea ventre vocaui te, quod nec in proſperis Dei vocem audire ſe patiebatur, nam incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum Deuteros nec in aduerſis illi fidebat; ſed ad Deos gentium opem imploraturus ſe conferebat.

Ier 1. 20
Iſ 48 8.
Deuter. 32. 15

11 *Paſtores tuos.*] Præſides Iudæorum, reges, ſacerdotes, & pſeudoprophetas intelligunt Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, cum reliquis. Quod addit, paſcet ventus, hipallagen videtur continere nam dictum eſt, omnes paſtores tuos paſcet ventus, pro, omnes paſtores tui paſcent ventum. Hoc eſt, vt Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus, recreātur quidem, & ſuſtentantur ſpe auxilij ab Ægyptiis polliciti, ſed fruſtra, quia non ſolum non ſuccedet id quod ſperant, ſed ipſa ſpes vana depaſcet eos, & abſumet, ducetque ad interitum. Hac enim de cauſa ferocior, ac crudelior in eos factos eſt Chaldæus. Vnde vanas res, ac inutiles moliuntur, quia nihil boni conſequentur, vt deſiderant: non eſt enim conſilium cōtra dominum, putabant ſe poſſe effugere manus Nabuchodonoſoris tradentes ſe Ægyptiis eiſque fidentes, abiecto Deo, At contra accidit, nam eo ipſo in manus eius venerunt, ſibi relicti, vt experirentur, à Dei facie nemine poſſe abſcondi nec eius indignationē effugere. Chaldæus, Hieronymus, Rabanus, Itemque Hugo; ſic exponunt non incommodè, omnes gubernatores tui diſpergentur huc, illucque in omnem ventum, aut abripiet eos ventus, ac diſperget per omnem Chaldæorum regionem, non aliter quam ſolet ventus paleas, ac quiſquilias abripere, & in varias partes diſpergere. Vnde de eiſdem ſubiicit, vt inſinuant Hieronym. Rabanus, & Lyra, & amatores tui in captiuitatem ibunt, hac enim adiectione declarat in præcedenti periodo loqui ſe de abductione eorum, qui Iudæos gubernabant, in captiuitatē per omnem Chaldæam diſpergendorum. Verum ceteri Hugo, S. Thomas, & Dionyſius, per amatores intelligunt Ægyptios, vt ſupra diximus viſum eſſe Hieronymo, & aliis, & eſt conformius priori ſenſui, cuius redditur his verbis ratio, quod principes Iudæorum idcirco paſci dicantur vento, quod ſperarent in baculo arundineo Ægyptiorum, qui cum ſe eripere non poſſint de manu Nabuchodonoſoris, à quo ſunt ducendi in captiuitatem, vt reipſa contigit, non poſſent Iudæos eripere, & liberare, & confirmat hunc ſenſum quod ſubditur, & tunc confunderis, & erubeſces ab omni malitia tua, hoc eſt ſecundum Theodoretum, & Lyram, pedeſies quidem, cum videas te deceptam, & ſpe, qua in amatoribus tuis fidebas, fuiſſe fruſtratam, & ſimul agnoſces tanti delicti grauitatem. Hugo tamen, & Dionyſius pudorem hunc futurū Iudæis captiuis intelligunt, non propter diffidētiæ crimē, commiſſum in Deū, cui prætulerunt Ægyptios, ab eis auxilium ſperantes, ſed propter cōmunem rebellionē, qua nolebāt voci Dei, eiuſq; legibus obedire, hoc enim eſt, quod dicit, ab omni malitia tua omnia ſcelera illius populi comprehendens.

Prou. 21. 30.
Senſus verior.

12 *Quæ ſedes.*]. Periocunda antitheſi oſtendit propheta è quàm ſumma felicitate in ſummam aliã infelicitatem fuerit plebs Iudæorum Ieroſolymitanorum deturbata. Nam quæ eminens, conſpicua, ac celebris erat apud omnes propter eminentia, conſpicuaque ædificia, domoſque magnificasè cedris libani confectas, & diuitiis ſuperbiebar, deliciiſque affluebat, quanto gemitu, quantis doloribus cruciabitur, inſtat parturientis, cum hoſtis aduenerit, & eam diripuerit, & filios eius in captiuitatem adduxerit, ita præteritum accipiunt pro futuro Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius de gemitu futuro pro riſu præſenti, & de dolore quaſi parturientis pro gaudio præſenti, acerbus enim finis manet eam quæ in deliciis degebat. In Hebræo legimus נחנת Nehant à verbo חנן Hanan, quod eſt miſereri, precari, rem gratam facere, & ſic vertitur à Tigurina, Vatablo, & Iſidoro, quam grata, vel accepta eris (Deo) cum venerint tibi dolores

Commutatio rerum miſera.

A vt te eripiat à tua calamitate: vel vt Pagninus, quã gratioſa eris, vel quæ gratia relicta erit tibi, ex omnibus ſcilicet, quæ ædificaſti, & poſſediſti, cum venerint tibi dolores: vel demum quam gratiam habuiſti, quam grata hactenus fuiſti, aut quomodo precata es, & promeruiſti, vt cum venerit repentinus interitus, tui Deus miſereatur, & in gratiam te recipiat, & hoc eſt quod dixit Vulgatus, quomodo congemuiſti, & ipſum tibi deuinxiſti, vt in die calamitoſo tibi adſis. Significat enim propriè verbum illud, quomodo dimitteris in gratiam recipieris, gratiis afficieris beneficio nulla in te exiſtente dignitate, nullo merito: cum contra multis ſceleribus Deum in te concitaueris, & ad vltionem ſumendam prouocaueris: quod rectè vnicuique improbo conuenit, qui non ſolum Deum ſibi promeretur in tempus neceſſitatis, neque bonis actionibus placat iratum, ſed in dies magis irritat, theſaurizans ſibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, ad Rom. 2.

Ad Rom. 2.5.

PARAPHRASIS.

Sub Iechonia.

Viuo ego, dicit dominus, ſi fueris [13] Iechoniæ filius Ioakim regis Iuda, tanquam annulus ſignatorius in manu, dextera mea, mihi coniunctiſsimus, ac precioſiſsimus inde euellam eum, & in Chaldæam proiiciam, tradamque eum poteſtati quærentium vitam eius, hoſtium videlicet ſuorum quos formidat, Nabuchodonoſoris regis Babylonis, & Chaldæorum proiiciamque eum, cum matre, quæ ipſum peperit, in terram, in qua non ſunt nati, vbi morientur, in terram autem hanc ſuam, in quam [14] ſperant ſe poſſe redire, nequaquam redibunt. An non eſt, [15] vti vas fictile, in multas fractum partes, rex iſte Iechonias? an non vas eſt, quod nulli eſt voluptati? Quare ipſe cum poſteris eius, deportandus eſt in terram nunquam à ſe ante notam? ob eius certe ſcelera. O terra, terra, terra, audi quid dicat dominus. Hoc ſcilicet: [16] Numera virum iſtum Iechoniam inter viros liberis orbos, cui dum vixerit, nihil proſpere cedet: qui licet ſit filios habiturus, nullus tamen eorum ſedebit in ſolio Dauidis, nec poteſtatem habebit vltra in Iuda.

CAPVT VICESIMVMSECVNDVM.

à verſu 24.

Ivo ego, dicit dominus: quia 24
ſi fuerit [13] Iechonias filius Ioakim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam
eum. | Et dabo te in manu quærentium ani- 25
mam tuam, & in manu, quorum tu formides faciem, & in manu Nabuchodonoſor
regis Babylonis, & in manu Chaldæorum.
| Et mittam te, & matrem tuam, quæ genuit 26
te, in terram alienam, in qua nati non eſtis,
ibique moriemini: | & in terram, ad quam 27
ipſi [14] leuant animam ſuam, vt reuertantur
illuc: non reuertentur. | Nunquid [15] vas fi- 28
ctile, atque contritum, vir iſte Iechonias? nunquid vas abſque omni voluptate? Quare abiecti ſunt ipſe, & ſemen eius, & proiecti
in terram, quam ignorauerunt? | Terra, ter- 29
ra, terra, audi ſermonem domini. | Hæc di- 30
cit dominus: [16] Scribe virum iſtum ſterilem virum qui in diebus ſuis non proſperabitur, nec enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iuda.

ARGVMENTVM.

Inuehitur propheta in Iechoniam deportandum in Chaldæam, ibique abſque rege ſucceſſore conficiendum.

COM-

COMMENTARIVS.

4. Reg. 24. 6. 2. Par. 36. 8.

13 IECHONIAS.] Vaticinatur cõtra Iechoniã, qui 4. Reg. 24. & 2. Paral. 36. dicitur Ioachim filius Ioakim, & nepos Ioſiæ, qui cum tribus menſibus, quibus ſolis regnauit, non diſſimilis eſſet patri in impietate: vna cum matre, & vxoribus, multiſque nobilibus, ac cum vaſis templi, ductus eſt Babylonem per Nabuchodonoſorem, vt refertur iis in locis. Et cum Iechonias ſit nomen compoſitum ex Dei nomine Ia, & ſignificet, vt ait Hieronymus, Dei, vel domini præparatio, hoc loco, Dei nomine remoto, legi ſolebat Chonias, quod eo nomine habeatur indignus (nam in Biblijs correctis iam legimus Iechonias, non Chonias) diciturque præparatio, vt ſignificetur eũ interitui ac perditioni eſſe præparatum; nam quemadmodũ Abraham addita eſt littera ad ſignificandam dignitatem, ad quam euectus eſt, vt eſſet pater multitudinis, ita detracta eſt Choniæ ad ſignificandã eius deiectionem, & captiuitatem.

Vſus annulorum triplex. Aggæi. 2. 24.

De hoc ergo ait, ſi fuerit Iechonias annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Sed quia annuli vſus, vt ſuper Aggæum notauimus, triplex erat antiquis: primus, & omnium antiquiſſimus fuit ad obſignandum, quidquid eſſet fideliter cuſtodiendum, ac propterea in dextera manu portabatur, tanquam & ad opus aptiori, & diligentiori. Secundus ad ornatum, ad opum oſtentationem, & ad delitias: Vnde cœpit annulus à dextera, quæ multum negociorum gerit, ad leuam transferri, quæ ocioſior eſt, ne crebro motu, & officio precioſi lapides frangerentur. Tertius fuit ad amorem ſignificandum, vnde ſponſæ mittebatur à ſponſo; ideoque in digito medico ſiniſtræ manus collocabatur, quod in eo vena ſit ad ipſum cor tendens. Deorum etiam, ac hominum carorum effigies ſculpebantur in annulis, ne memoria illorum vllo vnquam tempore decideret. Ferè omnes interpretes hoc loco ex primo annuli vſu putant deſumi ſimilitudinem, ad hunc modum, ſi mihi fuiſſet Iechonias ita neceſſarius, ac ſemper coniunctus, vt nunquam liceret eum à me remouere, ſicut annulus ſignatorius ita neceſſarius eſt ad ſignanda quæcunque obuia, vt nunquam recedat de manu dextera portãtis, & difficulter è digito elabatur; nihilominus à me illũ euellerem, & in captiuitatẽ propellerẽ, ad hunc ſenſum dixit ſpõſus, Cant. 8. 6. ſponſæ: Pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuum, ſicut ſignaculum, vel annulum ſuper brachium tuum. Ne videlicet remoueas me à corde tuo, vel brachio, quemadmodum annulus, quo ſigillantur, aut obſignantur literæ, non remouetur de manu ſigillantis. ita exponunt hunc locum Hieronymus, Rabanus, Hugo, & Lyra: & confirmat hunc ſenſum nomen Hebræum hothan, quod ſigillum ſeu annulum ſignatorium ſignificat: & quod in dextera collocatum dicant negocioſa, & celeri ad obſignandum.

Cãt. 8. 6.

Verum eſt Chaldæum & Vatablum, & nonnullos alios, ſumere ſimilitudinem ex tertio vſu annuli oſtendentis amorem ex forma ſigilli, & ita Chaldæus expoſuit; Si fuerit Chonias quaſi ſculptura annuli in manu dextera mea, inde te transferã, hoc eſt, ſi ita mihi precioſus ſit, amoreque A coniunctus, vt effigiem eius in annulo ſculptam in dextera mea ſemper coram oculis feram, nihilominus in captiuitatem remittam, ſed præſtat prior ſenſus.

Sacerdotes obſignatores Dei.

Quod ſi annulum ſignatorium, quo Deus ſignat, ac ſigillat arcana, quæcunque imprimens in illis effigiem exiſtentem in annulo, è manu eſt excutiendus; miniſtri verbi Dei, & ſacerdotes, quibus tanquam annulis ſignat quoſque fideles, imprimẽs in illis imaginẽ ſuam Chriſtum dominum, quem pater poſuit quaſi annulum in manu ſua, vt eo conſignet omnes fideles, vt ait Nazianzen: in hymno de Chriſto per miniſtros ſuos; quam longè excutientur è manu Dei, ſi pro ſigillo Dei conſignauerint peſſimo ſuo exemplo ſigillo dæ- B monis, quos obuios habuerint: ducentur ſanè captiui Babylonem, & detrudentur in perpetuum carcerem torquendi, nunquam inde reuerſuri, quantumuis id appetant & ad id admittantur.

14 *Leuant animam.*] Leuare animam ad aliquid eſt illud auere, deſiderare, ad id anhelare, & anniti, quod hominis cor per deſiderium ire ad rem ipsã optatam ac ad eius conſecutionem erigi videatur; Ait ergo, Ieconiam, matrem, & omnes alios, quibus comminatur captiuitatem, non vltra reuerſuros è Chaldæa in Iudæam terram ſuam, etiam ſi animo erecto ſint, & longanimi, ſperantes aliquando dimittendos: Ita Hieronymus cum reliquis omnibus interpretatur. Graue ſupplicium eſt captiuum duci, grauius à Chaldæis, ſed grauiſſimũ, occludi aditum libertati, & reuerſioni, quod iis C accidit miſeris, qui in infernum detruduntur.

Pſ. 139. 24.

15 *Vas fictile.*] In Hebræo legimus: Num ſculptile contemptile confractum vir iſte Conias, ſi vas nõ voluntas in eo? nam nomen עצב Etſeb, à verbo Atſab deductum, quod eſt turbare, dolore, aut triſtitia afficere, & laborem afferre, ſignificat dolorem, & idolum, ita dictum, quod nihil niſi dolorem, triſtitiam, moleſtiam, & laborem pariat, & conſcientiis & corpori dum elaboratur. Ideò Pſ. 139. 24. quod LXX. dixerunt, & vide ſi via iniquitatis in me eſt, & alij, ſi via doloris, Hiero. rectè trãſtulit, ſi via idoli, hoc eſt ſi conuerti me ad idola. Iſa. 48. 5. ne fortè diceres idolum meum fecit ea. & ita Pagninus & Vatablus hoc loco vertunt, nũ vt ſculptile contemptum, & fractum eſt vir iſte D Ieconias, hoc eſt, an non iſte Ieconias eſt ſicut ſimulacrum contemptibile, quod proiicit, ac conterit homo, qui eius vanitatem agnoſcit, & nihil in eo eſſe vtilitatis: & ſicut vas, quod iam nequaquam placet, fractũ diſpergitur? ita quidem: nam confringetur in multas partes, & proiicietur in Babylonem.

Iſa. 48. 5.

Symmachus vertit: Nunquid purgamentum, ſiue quiſquiliæ viles, atque proiectæ? vt videlicet proiiciẽdus ſit in ſterquilinium captiuitatis? Vulgatus tranſtulit, vas fictile, quo nomine quodcunque figmentum, quod facile conteri poteſt, ſignificauit, quale eſt ſimulacrum è terra effictum: huic enim rectè comparatur Ieconias: nam ſicut illud cum nulli iam vſui eſt, neque domini voluntati deſeruit, deſpicitur, & proiicitur in ſterquilinium, & ita conteritur, vt reſtitui non poſſit, vt ait Hugo: Sic Ieconias nulli vſui, neque voluptati

erat Deo, & ita deſpectus eſt ab eo, proiectus, & contritus in partes, ita vt reſtitui vltra non poſſit; nec redire ad regnum, & ad terram ſuam, vt dictum eſt, vtitur ea metaphora, qua vſus eſt cap. 18. & 19. Ita enim proiicitur à Deo, & conteritur vas, quod Deo vſui non fuerit, vaſa Dei ſunt omnes, qui portant nomen Chriſti, coram gentibus vt fuit Paulus Actuum 9. Qui ſi muneri ad quod ficti ſunt, non ſatisfaciant negligentia ſua, proiicientur deſpecti à Deo, & conterentur, & non niſi ſterquilinio deſeruient: nam ſi ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur, ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus, ita tolletur ab eo talentum, & tanquam inutile vas conculcationi exponetur.

Vaſa Dei. Act. 9. 15. Mat. 5. 15.

16 *Scribe.*]In Hebræo ita legimus. Scribite virum iſtum עריד Arij, virum qui non proſperabitur in diebus ſuis, quia non proſperabitur de ſemine eius vir ſedens ſuper ſolium Dauid, & dominans vltra in Iuda, nomen autem Ariri, quod Vulgatus vertit cum Aquila, ſterilẽ, Lxx & Theodotio abdicatum Symmachus vacuum, propriè ſignificat hominem orbum liberis qui abſque liberis decedit, vel quia eos nõ habuit, vel ſi habuit, ſepeliuit: & manet ſterilis, & ſolus tanquã myrica in deſerto, quæ ערער Arar vocatur; & rectè Aquila in ſecunda ſua editione vertit non creſcentem, qoia vt dicunt Lxx. Non creſcet de ſemine eius, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, nullus enim ex ſemine eius ſucceſſit in regia dignitate, vt dicemus. Illud verò, ſcribite, quidam ita dictum putãt, quia mos fuit prophetis ſuas prophetias ſcriptas pro foribus templi, populo legendas proponere, vt apud Hoſeam. c. 8. 12. Scribam ei multiplices leges meas; & Habacb. 2. 2. Scribe viſum & explana eum ſuper tabulas, vt percurrat qui legerit eum, ſic ſentit Iſidorus, vel alludit ad libros genealogiarum in quibus ſcribebantur vniuſcuiuſque familiæ ſeries poſterorum, præſertim regum Iuda, & Iſrael: Vnde 1. Eſdræ 2. 62. dicitur. Hi quæſierunt ſcripturam genealogiæ ſuæ, & non inuenerunt, & eiecti ſunt de ſacerdotio, & 2. Eſdræ 7. 5. fit mentio libri ſenſus in quo recenſentur, qui egreſſi ſunt de Babylone, & in libro Numerorum qui egreſſi ſunt de Ægypto, ne ſeries familiarum obliuione deleretur: ait ergo, vt ſoletis ſcribere in libro genealogiæ regum Iuda, omnes reges, & ſucceſſores eorum, ſcribite Ieconiam orbum, abſque liberis, quia nullus ei ſuccedet in regia dignitate. Sed hoc loco duo nobis dubia ſunt examinanda, vt extrema hæc verba prophetæ maneant explicata

Prophetis ſuas prophetias pro foribus ſcribebant. Hoſee. 8 12. Habac. 2. 2. Genealogiarũ libri. 1. Eſdr. 2. 62. 2. Eſdra 7. 5.

Dubiũ prius eſt, V. reuera Iechonias fuerit o1bus filiis, vt inſinuat propheta, an filios babuerit? Ratio dubitandi eſt in primis quod ita propbeta vaticinetur: deinde quia Math. 1. 11. cum dicitur Ioſias autem genuit Ieconiam, & fratres eius in trãſmigratione, & poſt trãſmigrationẽ Babylonis Ieconias genuit Salatiel. Hic Ieconias nõ eſt, de quo eſt nobis ſermo, ſed filius ille Ioſiæ, ita enim poſtulat ordo dicẽdi Euangeliſtæ vt quem genitũ conſtituit à Ioſia, genitorem faciat Salatielis: non ergo conſtat hunc Ieconiam filios habuiſſe.

Quæſtio Nũ Ieconias fuerint liberi. Mat. 1. 11.

Dicendum nihilominus eſt bune Ieconiam filios genuiſſe, ac reliquiſſe, id conſtat in primis ex lib. 1. Paralipomenon cap. 3. 15. vbi ſic legimus, Filij Ioſiæ fuerunt, primogenitus Iohanã, ſecũdus Ioakim, terti⁹ Sedecias, quartus Sellũ. De Ioakim natus eſt Ieconias & Sedecias. Filij Ieconiæ fuerunt Aſir, Salatiel: cum aliis ſex. Primogeniti nulla amplius fit mentio, Secundus Ioakim ita dictus à Nechao rege Ægypti, cum vocaretur Eliacim, nuſquam vocatur Ieconias, & ſi vocaretur non potuit eſſe pater Salatbielis, qui natus eſt Babylone, at ille Ieroſolymis eſt mortuus, & ſepultura aſini ſepultus, vt ſupra dixit Ieremias. Tertius Sedecias dictus eſt à Nabuchodonoſore, cũ prius Mathanias diceretur: at nuſquam dicitur Iechonias. Quartus Sellum ita dictus & à Ieremia boc 22. capite, qui & Ioachaz, & quamuis nuſquam in ſcriptura canonica dicatur Iechonias, tertio tamen Eſdræ 1. 34. ita vocatur, & mortuus eſt in Ægypto. Solus ergo Ioachim filius Ioakim alio nomine dictus eſt Ieconias, ſeu Conias, vt boe loco & c. 17. vocatur ab Ieremia: hic cum tribus tantum menſibus regnaſſet de conſilio Ieremiæ ſe tradidit Nabuchodonoſori cum 18. tantum annos eſſet natus, & ductus eſt Babylonem cum matre, & vxoribus, vt dicitur 4. Regum 24. 15. nulla filiorum facta mentione, fuit autem ibi in carcere 37. annos vſque ad obitum Nabuchodonoſoris, quò cepit imperium Euilmerodach, & eduxit è carcere Ioachim, & extulit ad regiam dignitatem, vt habetur 4. Reg. 25. vbi genuit octo filios, quorum primus recenſetur 1. Paralip. 3. Aſir ſecundus Salatiel. Atque ita certum eſt Ieconiam hunc filium Ioakim eſſe illum eũdem, de quo dixit Matthæus c. 1. Ieconias genuit Salatiel, vt pro comperto habendum ſit, Ieconiam non deceſſiſſe orbum filiis, ſiquidem habuit octo.

Ieconias filios habuit. 1. Paral. 3. 15. 3. Eſdra 1. 34. 4. Reg. 24. 15. 4. Reg. 25. 1. Paral. 3. 15. Math. 1. 11.

Ieremias autem, vt iam diximus, ex communi ſententia, non affirmauit Ieconiam futurum ſimpliciter orbum filiis, quaſi nullos eſſet habiturus ſed orbum filiis regibus, quod & declarauit, cũ adiecit, nec enim erit ex ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid: & poteſtatem babeat vltra in Iuda. Ad Matthæi narrationem reſpondẽt Epiphanius Hæreſi. 8. Ambroſius lib. 3. in Lucam. Chryſoſtomus homil. 1. in opere imperfecto in Matthæum. & Hieron. in Matthæum, & in 1. Danielis, prætermiſſam, in ea generationem Ioakim; nam dicendum erat: Ioſias autem genuit Ioakim, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis, & poſt tranſmigrationem Babylonis Ioakim genuit Ieconiam, Ieconias genuit Salatiel, vel potius, Ioſias genuit Ioakim, Ioakim autem genuit Ieconiam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis, & poſt tranſmigrationem Babylonis, Ieconias genuit Salatiel, & hic modus dicendi placet noſtro Maldonado in 1. Matth. nam ſicut ſupra, Matthæus ſilentio prætériuit Ochoziam, Ioam, & Amaſiam nimirum ſi hic prætererit Ioakim, & Ieconiam nepotem, vocauerit filium Ioſiæ. Sed de hoc ſuper Matthæum latiùs diſſeretur: dũ modo conſtet filios fuiſſe non paucos Ieconiç.

Epipha. Ambro. Chryſoſ. Hieron.

Dubium poſterius eſt, qua ratione verum obtineat quod dixit Ieremias, nullum de ſemine Ieconiæ ſeſſurum in ſolio Dauid, & dominium habiturum vltra in Iuda? cum ſit manifeſtum Salatielem, Zorobabelem, & reliquos vſque ad domini aduentum duces fuiſſe, ac principatum geſſiſſe ſuper Iudam. Deinde quia de Chriſto Ieconiç ſucceſſore præſtantiſſimo dixit Angelus Lucæ 1. Dabit illi dominus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ: Habuit ergo Ieconias ſucceſſores, qui regiã dignitatẽ obtinerent

Quæſtio Num de poſteris Ieconiæ aliquis ſederit in throno Dauid. Luca. 1. 32.

Dupliciter reſpondet Hieronymus, cum aliis, *Reſpo.*

inter-

A interpretibus, qui eum ſequuntur, primum, prophetam comminari Ieconiæ non habitorum filiũ regem qualis ipſe erat, nec in ſuis diebus illum viſurum: quod conſtat verùm eſſe, cum ex octo filiis, quos genuit Babylone, Salatiel ad quem principatus ſpectabar, nec ducis nomen obtinuit, cùm in capriuitate eſſet; & filius eius Zorobabel tunc cæpit ducis fungi munere cùm 70 annis trãſactis populũ è Babylone ducebat in Iudæam, itaque ductus eſt ipſe Ieconias captiuus Babylonem abſque filio in regno ſucceſſore: nam Sedecias eius patruus conſtitutus eſt pro eo à Nabuchodonoſore. Sic Hieronymus, Rabanus, Hugo, Dionyſius, & Vatablus. & boc eſt qood dicitur: Scribe virum iſtum ſterilem, virum, qui in diebus ſuis non proſperabitur, hoc eſt non in eo ſterilem, vt B nullum ſit filium habiturus, ſed in eo, quod nullũ ſit filium viſurus dum vixerit, qui regno potiatur; boc enim ſignificat ratio ſubiuncta: nec enim erit, aut non proſperabitur de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, id eſt, nullus de filiis eius erir rex, vt fuit Dauid. & hæc reſponſio ſatis dubitationi facit, qnia ex verbis Ieremiæ non improbabiliter deducitur.

Secundò reſpondent, dato quod propheta loquatur de poſteris Ieconiæ, & comminetur nullum futurum, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & habeat dominium in Iuda: eſſe intelligendum, loqui de regia dignitate, qualem habuit Dauid, & ipſe Ieconias: nam cùm illi ſucceſſerit patruus Sedecias, & ipſe ductus ſit Babylonem; regnum Iudæ finitum eſt, nec vnquam amplius inſtauratum, & reductum ad priſtinum ſplendorem, re- C giamque dignitatem: Sic reſpondent prædicti interpretes, & Theodoretus.

4. Reg. 8.

Ad priorem rationem reſpondetur in Sedecia ita extinctum regnum Iuda, vt nullus deinceps de ſtirpe Dauid in terra Iudæa tenuerit principatum, vt expreſſis verbis aſſerunt Hieronymus hoc loco, & ſuper 21. Ezechielis, & Theodoretus cum aliis eos ſecutis: nam à tempore exitus de Babylone penès Pontifices fuiſſe principatum vſque ad Herodem aſſerunt Ioſephus lib. 11. Antiquit. cap. 4. Euſebius lib. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 6. & Ambroſ. lib. 3. in Lucam, & multi alij: & quamuis Zorobabel dux fuerit captiuorum egredientium è captiuitate; id quidem munus obtinuit, vt contra hoſtes imperatoris nomine populum tueretur, & Ieſum Pontificem in primis obſeruaret, & apud regem Darium legatione funge- D retur, apud quem valebat plurimum: itaque non eſt dominatus in Iudæa; ſed in itinere, vel etiã in ſedibus ſtatuendis, & tẽplo, ac domibus ædificandis: nam tandem Babylonem rediit, ibique deceſſit. Non ergo ſedit ſuper ſolium Dauid, nec ſupremum obtinuit principatum, qui penes Ieſum erat Pontificem Ioſedeci filium, & penes alios Pontifices.

Principatus penes Pontifices. Ioſephus Euſeb. Ambro.

Ad poſteriorem rationem dicimus in primis, licet ſit certum Chriſtum ortũ fuiſſe ex Dauid ſtirpe, at non per lineam Salomonis, ſed Nathani, ac proinde non fuiſſe ex poſteris Ieconiæ: niſi fortè à latere: deinde ſi daremus eſſe ex poſteris Ieconiæ, at non conſtat Chriſtum duxiſſe originem ex primogenito, aut non fuiſſe alium, cui ius regni Dauidici competeret: cùm vt iam diximus, ius regni Dauidici deſierit in Sedecia, poſt quem nunquam eſt reſtauratum: nam & Aſamonæi ex electione ſumpſere principatũ, donec ſurgeret propheta fidelis, qui declararet, cui eſſet ea dignitas commendanda, non iure hæreditario, vt conſtat ex 1. Machabæorum 9. & 14. 41. Iam ſi concederemus Chriſtum fuiſſe filium Ieconiæ, at vt rectè Hieronymus, & Theodoretus cum ceteris interpretibus, non obtinuit regnum terrenum, aut poteſtatem temporariam, de qua ſola Ieremias eſt locutus: non enim reparauit terrenum, ac temporale regnum Iuda, aut Dauidis, ſed fundauit, ac firmauit ſpiritale, & æternum, quod & ipſe eſt teſtificatus cum dixit Ioan. 18. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Rectè igitur comminatus eſt Ieremias Ieconię ex eius poſteris neminem dominaturum in Iuda, nam impletum fuiſſe, rectè etiã probauimus.

1. Mac. 9. 27. 1. Mac. 14. 41. Ioan. 18 36.

Ecce tibi virum propter ſua ſcelera infœcundũ, & infœlicem inſtar myricæ: qui quidem in hac vita multas egit radices, octo enim filios genuit, at non eſt proſperatus, quia & ipſe de throno regni deturbatus eſt, & filij nunquam ad illum ſunt euecti, nec vltra ex poſteris eius quiſpiam regnũ obtinuit, non enim fuit lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dat in tempore ſuo, & folium eius nõ defluit, & omnia quæcunque faciet proſperabuntur Pſ. 1. Sicut enim diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum ad Rom. 8. ita è diuerſo impijs omnia in malum cõuertuntur, & de ſemine eius non eſt qui ſedeat ſuper ſolium Dauid: nullum enim opus facit, quo mereatur ſedere ſuper ſolium Chriſti, qui dicit Apoc. 3. qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo: nec meretur poteſtatem habere in Iuda, quia nunquam eo peruenit, vt ſuo corpori dominetur, nam qui princeps futurus erat, carni ſubiicitur, & qui ducere debebat, ducitur ipſe à carne ſua, non ſine dedecore. Multos in hoc mundo videmus admodum fœcundos, multis auctos liberis, opibus locupletes, & deliciis affluentes, qui tamen ſteriles ſunt, & infœcundi apud Deum: qui licet multa facinora perpetrent, multa glorioſa geſta præſtent in pace, & in bello, in proſperis & aduerſis Ieroſolymis & Babylone, at nihil dignum regno præſtãt, nullum enim filium ad regni culmẽ peruenire faciunt, & in hoc valde ſteriles ſunt. Omnia enim faciunt vt videantur ab hominibus, & nihil dignũ regno Dei; at qui Deo placere contendunt, licet ſteriles mundo videantur, & nihil glorioſum geſſiſſe putentur, quod omnia deſpiciant opes, honores, delicias, at Deo fœcundiſſimi ſunt, opes congregant, theſauros cuſtodiunt, deliciis fruuntur ſpiritualibus, filios generant ex virtute bonarum actionũ, quæ ad regnũ cœleſte aſcendere faciunt, non iure hæreditario debitũ, ſed meritò obtentum, & bello partũ, quod præſtantiſſimũ genus obtinẽdi regnũ eſt, & magis glorioſũ. Sic verũ illud cõprobabitur Iſ. 54. Lætare ſterilis, quæ nõ pariris, erũpe, & clama quæ nõ parturis, quia multi filij deſertę magis, quã eius quæ habet virũ. Hæc enim aliquãdo deſinet parere, & omnibus orbabitur filiis, & in moleſtiſſimã indigentiã deducetur: at illa, quæ ſterilis, & indigens exiſtimabatur omnibus abũdabit: nã vt cecinit Anna 1. Reg. 2. Repleti prius pro panibus ſe locauerunt, & famelici ſaturati ſunt, ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt.

Ieconias quã infœlix. Pſalm. 1. 3. Ad Ro. 28. Apoc. 3. 21. Fœcundi mundo ſteriles Deo. Mat. 6. 2. Iſ. 54. 1. 1. Reg. 2. 5.

PARAPHRASIS.

Væ vobis, qui cum munus paſtorum habeatis, gregem meum in paſcuis meis vberrimus paſtum, perditis, ac aliis diſpergitis. Audite ergo dominum Deũ Iſrael ſic contra vos loquentem: Vos veſtra incuria ınſaniſque conſiliis feciſtis vt populus meus diſpergatur, & extrudatur in exilium Babylonicum, dum negligentia vſtra eum viſitare deſpexiſtis: idcirco ego viſitabo vos, & ſumam pœnas de vobis ob veſtra ſcelera,[3] & miſerebor ouium mearum congregando eas ex omnibus terris, in quas eiecero eas, in ouile meum, vbi creſcent & multiplicabuntur, & præficiam illis [4] paſtores, qui amanter eas paſcant euangelica doctrina; & iam non formidabunt, neque terrebuntur, neque ex eis vlla deſiderabitur. Ecce enim non poſt hoſce multos dies ſuſcitabo Dauidi promiſſum Chriſtum [5] germen iuſtitiæ ex Maria virgine,[6] & regnabit vt verus rex, & in ſapientia ſua proſperabitur, & vt iudex mundi à Deo conſtitutus iudicium iuſtum exercebit in terra. Tunc verò [7] multi de Iuda ſeruabuntur, & qui de Iſrael vocati ab eo fuerint, habitabunt tutiſſimi in Eccleſia, de Dei auxilio certi, hoc autem nomine vocabunt eum.[8] Dominus iuſtitia noſtra. Et iã deinceps qui iurare volent [9] non dicent vltra, viuit dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti: Sed viuit dominus, qui eduxit poſteros Iſraelis de terra Aquilonis, & de terris omnibus ad quas expuleram eos, & habitabunt in Eccleſia pacificè, tanquam in terra ſua.[10] Ad prophetas. Contritum eſt præ timore cor meum in medio corporis mei: contremuerunt omnia oſſa mea; Similis factus ſum viro ebrio, viro quẽ vinum ſuperauit, dum conſidero vultum omnipotentis Dei iratum, & ſanctiſſima verba eius excidium nobis minitantia, quod repleta ſit adulteris terra & propter maledicta, & falſa iuramenta, luxerit deſolata, & paſcua loca deſerti exaruerint, quod viri Iuda velociter currant ad malum, & pro viribus ſuis veritati non ſtudeant.[11] Etenim tam propheta, quam ſacerdos contaminati ſunt: & vſque ad domũ meam induxerunt ſuam impietatem, dum in ea idola coluerunt. Idcirco, pœnas dantes ſcelerum ſuorũ corruent, vt cadere ſolent, qui noctu, per lubricam gradiuntur viam, aliquo impellente. Adducam enim ſuper eos mala, quæ ſum comminatus, in anno illo, quo eos punire decreui ait dominus.[12] Tam prophetæ Samariæ ſtulti fuere, qui in nomine Baal prophetabant, & populum meum Iſrael ſeducebant: quam prophetæ Ieruſalem, adulteria enim committunt, & mendaciter incedunt, & cætus hominum peſſimorum in malo confirmant; quorum munus erat inducere eos, vt conuerterentur ab iniquitate ſua. Hanc ob rem, omnes illos odio proſequor vti Sodomam, & habitatores Ieruſalem quaſi Gomorrham. Propterea ſic comminatur dominus exercituum prophetis iſtis. Ego efficiam, vt ſuppliciis acerbiſſimis pu-

CAPVT VICESIMVMTERTIVM.

1 Væ paſtoribus, qui diſperdunt, 1
& dilacerant gregem paſcuæ
meæ, dicit domin⁹. | Ideo hæc 2
dicit dominus Deus Iſrael ad
ad paſtores, qui paſcunt populum
meum. Vos diſperſiſtis gregem
meum, & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos:
Ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum
veſtrorum, ait dominus. | Et ego 3
[3] congregabo reliquias gregis mei de omnibus
terris, ad quas eiecero eos illud: & conuertam
eos [3] ad iura ſua: & creſcent & multiplicabuntur.
| Et ſuſcitabo ſuper eos [4] pa- 4
ſtores, & paſcent eos: non formidabunt vltra,
& non pauebunt: & nullus quæretur
ex numero, dicit dominus. | Ecce dies ve- 5
niunt, dicit dominus: & ſuſcitabo Dauid
[5] germen iuſtum, & [6] regnabit rex, & ſapiẽs
erit: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra.
| In diebus illis [7] Saluabitur Iuda, & Iſrael 6
habitabit confidenter: & hoc eſt nomen,
quod vocabunt eum, [8] Dominus iuſtus noſter.
| Propter hoc ecce dies veniunt, dicit 7
dominus, & [9] non dicent vltra: Viuit dominus,
qui eduxit filios Iſrael de terra ægypti:
| Sed: Viuit dominus, qui eduxit & ad- 8
duxit ſemen domus Iſrael de terra Aquilonis,
& de cunctis terris, ad quas eieceram
eos illuc: & habitabunt in terra ſua, | [10] Ad 9
prophetas: Contritum eſt cor meum in medio
mei: Contremuerunt omnia oſſa mea:
factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo
madidus à vino à facie domini, & à
facie verborum ſanctorum eius. | Quia 10
adulteris repleta eſt terra, quia à facie
maledictionis luxit terra, areſacta ſunt
arua deſerti, factus eſt curſus eorum
malus, & fortitudo eorum diſſimilis. | 11
[11] Propheta namque & ſacerdos polluti
ſunt: & in domo mea inueni malum
eorum, ait dominus. | Idcirco via eo- 12
rum erit quaſi lubricum in tenebris: impellentur
enim, & corruent in ea: Afferam
enim ſuper eos mala, annum viſitationis
eorum, ait dominus. | [13] Et in prophetis 13
Samariæ vidi fatuitatem: prophetabant in
Baal, & decipiebant populum meum Iſrael.
| Et in prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudi- 14
nem adulterantium, & iter mendacij, &
conſortauerunt manus peſſimorum vt non
conuerteretur vnuſquiſque à malitia ſua:
facti ſunt mihi omnes vt Sodoma & habitatores
eius quaſi Gomorrha. | Propte- 15
rea hæc dicit dominus exercituum ad Prophe-

phetas : Ecce ego cibabo eos abſinthio,
& potabo eos felle: à prophetis enim Ie-
ruſalem egceſſa eſt pollutio ſuper omnem
36 terram. | Hæc dicit dominus exercituum:
Nolite audire verba prophetarum, qui pro-
phetant vobis, & decipiunt vos: Viſio-
nem cordis ſui loquuntur, non de ore do-
17 mini. | Dicunt his, qui blaſphemant me:
Locutus eſt dominus, Pax erit vobis: &
omni, qui ambulat in prauitate cordis ſui,
dixerunt: Non veniet ſuper vos malum.
18 | Quis enim affuit in conſilio domini, &
vidit & audiuit ſermonem eius? quis con-
19 ſiderauit verbum illius & audiuit? | Ecce
turbo Dominicæ indignationis egredietur,
& tempeſtas erumpens ſuper caput impio-
20 rum veniet. | Non reuertetur furor do-
mini vſque dum faciat, & vſque dum com-
pleat cogitationem cordis ſui, in nouiſſi-
mis diebus intelligetis conſilium eius.
21 | Non mittebam prophetas, & ipſi cur-
rebant, non loquebar ad eos, & ipſi pro-
22 phetabant. | Si ſtetiſſent in conſilio meo,
& nota feciſſent verba mea populo meo,
[13] auertiſſem vtique eos à via ſua mala, &
23 à cogitationibus ſuis peſſimis. | Putaſ-
ne Deus [14] è vicino ego ſum, dicit dominus?
24 non Deus de longè. | Si occultabitur
vir in abſconditis, & ego non videbo eum,
dicit dominus? Nunquid non cœlum &
25 terram ego impleo, dicit dominus? | Audi-
ui quæ dixerunt prophetæ, prophetantes
in nomine meo mendacium, atque dicen-
26 tes: Somniaui, ſomniaui. | Vſquequo
iſtud eſt in corde prophetarum vaticinan-
tium mendacium, & prophetantium ſedu-
27 ctiones cordis ſui? | Qui volunt facere
vt obliuiſcatur populus meus nominis mei
propter ſomnia eorum, quæ narrat vnuſ-
quiſque ad proximum ſuum: ſicut obliti
ſunt patres eorum nominis mei propter
28 Baal. | Propheta, qui habet ſomnium,
narret ſomnium: & qui habet ſermonem
loquatur ſermonem meum verè: quid [15] pa-
leis ad triticum, Dicit dominus. | Nun-
29 quid non verba mea ſunt quaſi ignis, di-
cit dominus: & quaſi malleus conterens
30 petram? | Propterea [16] ecce ego ad pro-
phetas, ait dominus: qui furantur verba
31 mea, vnuſquiſque à proximo ſuo. | Ecce
ego ad prophetas: ait dominus, qui aſſumũt
32 linguas ſuas, & aiunt, dicit dominus. | Ec-
ce ego ad prophetas ſomniantes menda-
cium, ait dominus: qui narrauerunt ea, & ſe-
duxerunt populũ meum in mendacio ſuo,
& in miraculis ſuis: cùm ego non miſiſſem
eos, nec mandaſſem eis, qui nihil profuerũt
33 populo huic, dicit dominus. | Si igitur in-

nientur, non minus amaris quam abſinthio cibo mixta, aut quam potione fellis. Prophetæ enim Ieruſalem ſunt, qui contaminauerunt omnem Iudæam. Ne velitis ergo, inquit dominus exercituum, audire hos prophetas, qui ad nutum vobis prophetant, & ſanè vos inanibus verbis decipiunt; nam vaticinantur vobis vaticinia à ſe conficta, non quæ à domino acceperunt. Conſtanter enim aſſeuerant iis, qui me contemnunt: ne metuatis: Dominus reuelauit nobis, in pace omnia eſſe, nec quenquam abducendum Babylonem, & iis, qui cordis ſui praua ſequuntur deſideria, dicunt, nihil mali accidet vobis. Num horum pſeudoprophetarum aliquis inuentus eſt in arcano Dei conſilio, vt ibi viderit, aut audiuerit verbum eius? aut animaduertit ad verbum eius, & paruit ei? Idcirco ecce turbo dominicæ indignationis egreditur, & impendens tempeſtas ſuper caput horum impiorum ſeſe demittet: non auertetur ira domini, donec fecerit, donec opere compleuerit malum, quod facere decreuit in corde ſuo, & tunc demum intelligetis, quo tenderit conſilium eius. Ego certè non mittebam prophetas illos, vt iam dixi, ipſi tamen currebant vt ſua nunciarent ſomnia, nihil eos fueram allocutus, & ipſi in meo nomine prophetabant. Si admiſſi fuiſſent ad conſilium meum, vt vero ſpiritu afflati docuiſſent populum ſermones meos, ego [13] reduxiſſem eos à via ſua mala, ac de peſſimis ſuis cogitationibus, quas ſequebantur, auertiſſem. Nunc verò contra fecerunt, quaſi putarent, me neceſſe eſſe [14] propius accedere, vt eos impiè facientes viderem, ac ſi non poſſim id præſtare de longè. Num quiſpiam ſeſe ita in latebras poterit abdere, vt ego eum videre nequeam? An non cœlum, & terram ego impleo? Audiui certè, nec me latent quæ dixerunt prophetæ, figmenta prophetantes in nomine meo, ac replicantes, ſomniaui, ſomniaui. Sed quouſque iſti prophetæ progredientur prophetare quæ confinxerunt in corde ſuo? in hoc toti incumbentes, vt ſomniis ſuis, quæ inter amicos ſuos referunt, in obliuionem nominis mei trahant populum meum, quemadmodum & patres eorum propter Baal nominis mei obliti ſunt. Ceſſent omnino fraudes, & propheta, qui ſomniauit, dicat merum eſſe ſomnium, quod profert, & qui ex mea reuelatione habet quod loquatur, dicat verè ſe verbum meum loqui: Quid enim commune habet [15] paleæ fictorum ſomniorum, cum tritico verbi mei? Nonne verbum meum omnia ſuperat, nullaque re poteſt impediri, non aliter quam ignis omnia domat, & ſicut ferreus malleus, rupem, ac duriſſima quæque confringit? Propterea [16] Ecce ego, ait dominus, contra hos prophetas inſurgam, qui abripiunt verba mea de ore meorum prophetarum, & denunciant ea tanquam ſibi reuelata: qui leuificant linguas ſuas, vt populum ad ſe alliciant, aientes, dicit dominus: qui prophetant ſomnia ſua mendacia, vt ſeducant populum meum verbis ſuis confictis, & admiranda pollicentibus, cum ego non miſerim eos, neque quicquam tale præceperim: & idcirco nihil pro-

fuerunt populo meo. Si igitur quiſpiam de populo interrogauerit te, ô Ieremia, vel propheta alius, aut ſacerdos, quod nunc tandem onus accepiſti à domino, quod denuncies nobis? reſpondebis tu illis Quod nã quæris domini? hoc nempe proiiciam vos, ait dominus. Et quicunque propheta, aut ſacerdos, aut popularis homo auſus fuerit aſſumere poſt hac in ore, onus domini, vltionem ſumam de viro illo, & de domo eius vniuerſa. Hoc ſolum vos inuicem interrogabitis, quid reſpondit dominus, aut quid locutus eſt dominus: at hanc loquẽdi formam, onus domini, non vſurpabitis vltra, alioqui, quicunque dixerit, onus domini, onus ſibi impendere faciet, vos autem peruertiſtis verba Dei, ea onera per odium vocantes, cum reuerenter rogaturi eſſetis prophetam, quid reſpondent, quid ve illi dixerit dominus. Quod ſi vlterius dixeritis, onus domini, ſic dicit dominus, quia poſtquam vos admonueram, ne tale verbum, onus domini, aſſumeretis in ore veſtro, & hoc non obſtante, vos replicaſtis, onus domini, propterea ego tollam vos, ac quaſi graue onus portabo, & proiiciam cum ciuitate hac, quam dedi vobis, & patribus veſtris, de conſpectu meo in Chaldæam: & ſempiterno opprobrio afficiam vos, & æterna ignominia, quam nulla vnquam delebit obliuio.

terrogauerit te populus iſte, vel propheta,
aut ſacerdos, dicens: Quod eſt onus do-
mini? dices ad eos: Vos eſtis onus, proiiciam
quippe vos, dicit dominus. | Et propheta, & 34
ſacerdos, & populus qui dicit: Onus domi-
ni: Viſitabo ſuper virum illum, & ſuper do-
mum eius. | Hæc dicetis vnuſquiſque ad 35
proximum, & ad fratrem ſuum: Quid reſ-
pondit dominus? & quid locutus eſt domi-
nus? | Et onus domini vltra non morabitur: 36
quia onus erit vnicuique ſermo ſuus: & per-
uertiſtis verba Dei viuentis, domini exerci-
tuum Dei noſtri. | Hæc dices ad prophetam: 37
Quid reſpondit tibi dominus? & quid locu-
tus eſt dominus? | Si autem onus domini di- 38
xeritis: propter hoc hæc dicit dominus: quia
dixiſtis ſermonem iſtum: Onus domini, &
miſi ad vos, dicens: Nolite dicere, Onus do-
mini: | Propterea ecce ego tollam vos por- 39
tans, & derelinquam vos, & ciuitatem quã
dedi vobis & patribus veſtris à facie mea.
| Et dabo vos in opprobrium ſempiternum, 40
& in ignominiam æternam, quæ nunquam
obliuione delebitur.

ARGVMENTVM.

Inuehitur grauiter in paſtores, quorum incuria populus in exilium extrudendus erat, pollicetur libertatem, & gubernationem nouam per Chriſtum, & eius Apoſtolos. Agit contra ſacerdotes, & prophetas, qui ſuis improbis moribus, & confictis prophetiis à timore domini auocabant, ſubſannantes veros domini prophetas quaſi onerosa ſemper, & aduerſa, nunquam autem proſpera denunciarent.

COMMENTARIVS.

1 Væ *paſtoribus.*] Theodoreto videtur inuehi A prophetam in reges Iuda prædictos, quod cauſa fuerint diſperſionis ouium eis commiſſarũ; quod ipſum inſinuat Dionyſius. Verũ Chaldæus, Hieronymus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius atque Vatablus exiſtimant ad omnes gubernatores, ſermonem fieri, qui paſcebant populum conſilio, ac doctrina quales ſunt doctores, ſacerdotes, & prophetæ, quamuis principes etiam laicos intelligi indicent Dionyſius, & Vatablus, & Hieronymus, & Rabanus etiam regem Ieconiam, ait enim Hieronymus, Quia omnis ſpes regni in Ieconia fuerat amputata, tranſit ad principes Eccleſiæ. Eſt autem certum ſuffectũ eſſe Chriſtum regem, & principes Apoſtolos in locum regis, & principum, tum etiam ſacerdotum, & prophetarum quos comminatur excruciandos quod ſua incuria populum commiſſum perdidiſſent. Atque ita ſub Ieconia poſt prædicta in ſuperiori capite credendum eſt hunc ſermonem habuiſſe Ieremiam, id quod indicauit Hieronymus.

Sub Ieconia.

Omnibus ergo paſtoribus comminatur ſumpturum ſe pœnas condignas malis operibus eorum, culpa autem erat, quod populum ſuum, non quomodolibet à ſe curatum; ſed peculiari cura inter omnes populos dilectum, vtpote quẽ in ſuis vberrimis paſcuis ipſe paſceret, & temporalibus beneficiis, & ſpiritualibus legis, & gratiæ officiis, ac promiſſis & nomine ſuo vocari voluerit, vt ait Chaldæus, nam vocat populum meum, & oues meas: ita ipſi ſegniter creditum à Deo curauerint ac pauerint, vt & malo exemplo, & iniquis conſiliis, & ipſa denique incuria ad id mali adduxerint, vt eum captiuum duci permiſerit Deus. Grauitatem autem huius negligentiæ ex eo oſtendit De⁹, quod quaſi dolore affectus intrinſecus, quæritur de paſtoribus, qui ſe impulerint ad puniendũ populum, ouium inſtar, ſibi dilectum; cum hoc ſit opus valde alienum ab eo tum etiam quia commi- *Iſa 28. 21*

commiratus paſtoribus interitum, pollicetur ouium reuocationem, & nouam illis gubernaodi rationem. Vt facit apud Iſaiam capit. 1. Heu, conſolabor, ait, ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis, & conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcotiam tuam, & auferā omne ſtannum tuum: & reſtituam iudices tuos vt fuerunt prius, & conſiliarios tuos ſicut antiquitus: poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis.

Iſa. 1. 24

Conſolari ſe dicit, nimirum, heu, conquerentem, ac dolentem de impiorum paſtorum negligentia: quod oues tam vehementer amantem coëgerint lupis derelinquere, ac leonibus vorandas tradere: donec oouos mittat paſtores, qui nouo paſcendi modo eas paſcant.

Quæſtio Num de Chriſti aduentu ſit hic ſermo.

3 *Congregabo.*] De qua reuocatione ouium, de quove tempore loquatur hîc dominus per Ieremiam concertatio eſt inter expoſitores. Nam Iudæi exiſtimant ſermonem fieri de reditu è Babylone, tempore Cyri, quando per Zorobabelem principem, & Ieſum Pontificem, Eſdram, Zachariam, & Aggæum, aliosque inſignes viros adducti ſunt in Iudæam. Eiſque aſſentire quodammodo videntur Theodoretus, & Hugo. Putant autem qui Hebræis hac in re fauent, vel ex parte hanc prophetiam cæptam impleri tempore Cyri, & in Chriſti aduentu omnino completam, vt Theodoretus: vel omnino tunc quidem executioni mandatam hiſtoricè: at in aduentu Chriſti myſticè completam.

Nam id quod huic expoſitioni obſtare videtur, nempe dominum iuſtitiam noſtram vocandum, ita intelligunt, ſola Dei iuſtitia, abſque vllo noſtro merito, ſumus è Babylone liberati, & ita dominus eſt iuſtitia noſtra: cætera vero quæ pacem ab omni formidine tutam pollicentur, per hyperbolem dicta arbitrantur.

Vera expoſitio

Verum hanc prophetiam ad literam impletam in priori Chriſti aduentu, & in legis euangelicæ tempore, communior eſt intelligentia & ſacrorum interpretum Hieronymi, Theodoreti, Ruperti lib. 2. in Ieremiam cap. 11. Rabbi, Hugonis, ſancti Thomæ, Lyræ, Dionyſij, Vatabli, & Iſidori, & antiquiorum Hebræorum, quos inferius referemus, & rationes ex hiſtoria reditus de Babylone deſumptæ ſatis id confirmant.

Etenim licet demus euocatos fuiſſe filios Iſraelè Chaldæa, & in Iudæa optimos habuiſſe paſtores Zorobabelem, & Ieſum, cum reliquis viris inſignibus pietate, qui longè ſuperabant ſuperiores paſtores: At cetera illi tempori minimè conueniunt. Nam in primis hîc pollicetur Deus ſe congregaturum reliquias ouium ſuarum, tam ex Iuda, quam ex Iſraele, vt conſtat ex verſu ſexto, at ex 1. Eſdræ 2. 1. compertum eſt duas tantum tribus, quæ abductæ fuerant Babylonem per Nabuchodonoſorem rediiſſe cum Zorobabele, non decem, quæ abductæ fuerant ad Aſſyrios. Hi ſunt autem, inquit, prouinciæ filij, qui aſcenderunt de captiuitate, quam transtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis in Babylonem, & reuerſi ſunt in Ieruſalem, & Iudam: vnuſquiſque in ciuitatem ſuam. Atque ita intelligit Ioſephus 11. Antiquit. cap. 1. 4. & 5. & Hieronymus non uno in loco. Præterea omnis multitudo eorum, qui redierunt recenſetur ab Eſdra cap. 2. verſu 64. Quadraginta duo millia trecentis ſexaginta: ex-

1. Eſdræ 2. 1.

Ioſephus

1. Eſdra 2. 64.

A ceptis ſeruis, & ancillis, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem: nō ergo reliquias ouium ſuarum tunc Deus reduxit: ſed omnem fere multitudinem: præter paucos, qui domos ædificauerant, hortoſque Babylone plantauerant, atque ægrè ea derelinquere ferebant. Hæc igitur pollicitatio non eſt eo tempore completa.

Deinde id quod promittit, ſub paſtoribus ſuſcitandis: & non formidabunt vltra, & non pauebunt: nulla ratione completum eſt ſub Zorobabele, neque vllo alio tempore vſque ad Chriſtum: cum vt notat Theodoretus, multi inſurrexerint in Iudæos, non ſolum vicini, vt legimus 1. Eſdræ cap. 4. & 5. ſed etiam Macedones poſterius, & tandem Romani.

B Tertiò, quod dicitur eo tempore ſuſcitandum Dauidi germen iuſtum: minimè conuenit Zorobabeli, licet ex Dauide progeniem duxerit, multo minus aliis: tum quia ille non regnauit rex, ſed dux tantum fuit, & Perſarum regibus per omnia ſubiectus: tum quia vocandus erat ille promiſſus rex, Iehouah iuſtus noſter, ſeu iuſtitia noſtra, quod nomen minimè conuenit Zorobabeli: qui nec erat Iehouah, & longè aberat à iuſtitia per Antonomaſiam, quamuis eſſet vir probus: nullus enim hominum, qui non ſit Deus, dictus eſt, aut dici potuit, iuſtitia populi.

Demùn, id quod proteſtatur propheta non vltra iurandum, Viuit dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Ægypti: ſed viuit dominus, qui aſcendere fecit filios Iſrael de terra Aquilonis: quo ſignificat tam eximium futurum beneficium liberationis è captiuitate Babylonica, vt veteris illius

C exitus de Ægypto memoriam ſit obliteraturum, ita vt amplius non ſit nominandum: niſi de liberatione facta per Chriſtum intelligatur, verum non eſſe, manifeſtum eſt. Nam ſi liberationem è Babylone, licet ingens fuerit beneficium, cum illa de Ægypto toties decantata comparemurus, illa Babylonica multis nominibus hac inferior oſtendetur: & multitudine liberatorum, nam egreſſi de Ægypto numerantur Numer. 1. 45. à vicesimo anno, & ſupra, ſexcentatria millia quingenti quinquaginta, præter Leuitas: at egreſſi de Babylone ad quadraginta tria millia non perueniebant. Et grauitate ſeruitutis, à qua ſunt liberati, illa enim duriſſima fuit quatuorcentum annorum, & propterea ergaſtulum, & fornax nominatur, vbi nulla quies dabatur ſeruientibus. Hæc autem non adeo dura, ſiquidem

Liberatio ex Ægypto longe ſuperior ea quæ ex Babylo.

Num. 1. 45

D dem Lxx. tantum durauit annos, in quibus degebant, non vt ſerui, ſed vt ciues ſuis legibus, ac iudicibus gubernati, vt conſtat ex hiſtoria Suſannæ, in domibus magnificè conſtructis, hortos habentibus virentes, vineas etiam & olıueta ſibi plantauerant.

Illi ducti ſunt ſpacio 40. annorum per ſolitudinem, multis prodigiis, multis gentibus deuictis, & profligatis, per Moſem, & Aaron, & inducti in terram fluentem lac, & mel. Hi ducti per Zorobabelem, & Ieſum paucis diebus abſque nouis prodigiis in terram depopulatam. Quare non erat cur hoc beneficium cum illo conferretur, multo minus cur adæquaretur, aut ſane præferretur. Vnde nec huius beneficij collatio vltra commendata eſt, vel iureiurando, aut gratiarum actione, vel ſimili alia, vt hîc dicit Ieremias futurum, cum tamen illius beneficij adhuc

S

Dan. 9. 15. Eſther. 13. 16. Aggæi 2. 6. ad Heb. 8. 9. Iudæ 5.

honorifica mentio facta ſit, Danielis 9. 15. Eſther 13.16. Aggæi 2.6.ad Hebr. 8. 9. & in Iudæ epiſtola verſu 5. Vt certum fiat hanc prophetiam reipſa nunquam impletam niſi per liberarionem factam pet Chriſtum: quæ eò ſuperat priores illas quo Chriſtus ſuperat priores illos liberatores.

Libertas Chriſti cæteras ſuperat. Iſa. 43. 18. Iſa 65. 17.

Vt merito dicere poſſimus illud Iſaiæ 43.18. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & illud cap.65.17. ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam, & non eruut in memoria priora, & non aſcendenr ſuper cor.

Ad ea quæ addocta ſunt pro oppoſita inrelligentia, iam ſatis factum eſt: cum minime conuenire Zorobabeli oſtenderimus, & multominus alijs nomen, Iehouah iuſtitia noſtra: Nam quod illi dicunt de Deo ſummo liberatore fieri ſermonem, qui rectè, ac vere dicitur Iehouah iuſtitia noſtra: falſo id quidem accommodant, cum ei nomen illud imponatur, qui germen iuſtum & rex, ſuſcitandus prædicitur Dauidi: homini videlicet, qui ex progenie Dauid foret oriundus: qui cum non poſſit eſſe Zorobabel, neceſſum eſt eſſe Chriſtum, qui veru eſt Iehouah iuſtitia noſtra: & per quem ita copioſa facta eſt redemptio, vt prophetarum dicta reipſa ſuperaſſe comprobetur, non ſuperatum ab eis, quaſi illi hyperbolicè, & ſuper eacedenter polliciti ſint liberarionem per Chriſtum. His ita conſtitutis, huic expoſitioni aptate oportet ſingulas huius prophetiæ partes.

Vt autem ordini rei geſtæ verba propheticæ promiſſionis accommodemus: primum promittit Chriſtum ea ſemine Dauidis oriturum cuius tria munera deſcribit regis, Doctoris ſapientis, & recti iudicis.

Chriſti munera

Deinde paſtores Apoſtolos, viroſque Apoſtolicos per quos ſuum gregem paſturus eſt: quorum duo officia explicat, & congregandi oues vndiquaque ad Eccleſiam: & paſcendi eas.

Tertio promittit collectionem ouium ſuarum reliquarum ea omnibus regionibus, in quas erant eiectæ, ad habitacula Eccleſiæ.

Quarto ouium Chriſti deſcribit conditiones, & creſcent, inquit, in ſe, & multiplicabuntur numero, non vltra timebunr, ſed confidenter agent quia, per tam ſtrenuos paſtores cuſtoditæ non deſiderabuntur. Demum huius tam inſignis promiſſionis ſignum proponit ſermonem, quem locuturi ſunt, qui ſub tanto rege, ac paſtore, & doctore victuri ſunt: nihil enim magis in ore habebunt, quàm redemptionem à peccatis, & liberationem è captiuitate tyranni dæmonis: non enim iurabunr viuit dominus, qui eduxit nos de Ægypto, ſed viuit dominus Ieſus Chriſtus, qui per crucem nos redemit: quem & alijs modis commemorabunt. Sed iam hæc ſingula eo ordine, quo traduntur à propheta explicemus.

Oues Chriſti.

3 *Ad rura ſua.*] Oues ſuas vocat iuata Hieronymum, Theodoretum, & alios, non eas ſolum quæ erant ex populo Iſraelitico: ſed omnes, quæ ex poteſtate diaboli libetatæ ſunt, ſiue Iudæi fuerint, ſiue gentiles, de quibus dixit Chriſtus Ioan.10. Alias oues habeo, quæ non ſunt ea hoc ouili, & illas oportet me adducere: & cap.11. dicitur Ieſus moriturus non tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnum.

Ioan. 10.16. Ioan. 11. 52.

Reliquias gregis ſui vocat: propter paucitatem, & ſelectionem eorum, qui conuertendi erant ad Chriſtum, ſi conferantur cum multitudine infidelium pereuntium, è quorum numero perpauci, & hi quidem deſpecti, & ab alijs relicti ſelecti ſunt à Chriſto.

ad Rom. 11. 5.

Hugo, & Dionyſius volunt de reliquiis Iudæorum tantum hic fieri ſermonem: de quibus Apoſtolus ait ad Rom. 11. 5. ſic in hoc tempore reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt, & Iacobus ſcripſit duodecim tribubus, quæ erant in diſperſione. At certe cum loquatur propheta de liberandis è terra Aquilonis præcipuè: & tempore gratiæ non in Aquilonari tantum, ſed magna ea parte in alijs regionibus conſederint Iudæi: licet hi præcipuè dicantur reducendi, ſed alij etiam comprehenduntur nomine ouium, aut gregis Dei.

Metaphora ea arte paſtoritia ſumpta, conſeruata, ait oues reuocandas, & cogendas ad habitacula ſua, Hebraicè dicitur עַל נְוֵהֶן ad caulas ſuas, ad tuguriola ſua, vel ad paſcua ſua, quæ rura vocauit Vulgatus, nempe ad ouile ſuum, de quo Chriſtus Ioan. 10. & fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Quod licet vnum ſit ſub vno paſtore Chriſto, ſub ſingulis tamen paſturibus diuerſum, & idcirco vocat caulas, aut tguuriola, quo notet Eccleſias particulares quarum ſeptem ſcripſit Ioannes in Apocalypſi. Vocat autem paſcua, quod in eis ſint pabula ſpiritualia, quibus oues paſcantur: de quibus Pſalmus 22. dicit vna ouium Domini, Dominus paſtor meus, nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit, & cetera. Et Chriſtus Ioan. 10. Per me ſi quis introierit, ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.

Ioan. 10.16. Pſ 22.2. Ioan. 10 9.

Quibus in paſcuis quid mirum ſi creuerint fideles merito gratiæ, & virtutum, & numero fuerint multiplicati, alios & ſuo eaemplo, & prædicatione conuertendo? quod Iſaias capit. 66. prænunciauit cum dixit, mittam ex eis, qui ſaluati fuerint, & adducent omnes fratres veſtros ad montem ſanctum meum in Ieruſalem: & alij prophetæ, & Actuum 6. reipſa videmus eabibitum: Nam verbum Domini creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Ieruſalem valdè.

Iſa 66. 19. Act 6.7

4 *Paſtores.*] Apoſtolos, viroſque Apoſtolicos interpretantur Hierooymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, & rectè: de quibus ſupra etiam capit. 3. dictum eſt. Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia, & doctrina. Nam Apoſtolus ad Epheſios capite quarto, paſtores vocat dicens, alios quidem dedit Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios paſtores, & doctores: & Chriſtus Ioannes 21. munus paſcendi fideles tradidit Petro, & ſub ipſo aliis Apoſtolis, cum ter dixit, paſce oues meas. Lyra Chriſtum vult intelligi principem paſtorum, Apoſtolos, & ſucceſſores eorum. Sed non eſt neceſſe ſub his verbis Chriſtum intelligere, de quo ſtatim agitur ſingillatim.

Apoſtoli paſtores. Ier. 3. 15 ad Eph. 4. 11. Ioan. 21 17.

Tanta autẽ cura hos paſtores paſturos eſſe oues ſibi commendatas aſſeuerat, vt oues ſecuræ paſtu eis parato ſint fruituræ. Nam quo maior eſt cura in paſtore, eo maior in oue ſecuritas, & pax: cura

vero

vero paſtoris eò vrgentior fit, ac ſolicitior, quò amor ouium vehementior eſt, cuius proprium eſt vrgere, & estimulare, vnde Apoſtolus ad Co-
2. Cor. 5.14. rinth. Caritas Dei vrget nos: escedit enim xelus cor, nec patitur quietem agere, aut obliuioni tradere res amati, quin inſtar ignis fulguris coruſcantis hoc illucque diſcurrat, donec animam
Ioan. 10 15. ponat pro ouibus ſuis. Hac ex cura, ex tanto amore profecta, naſcitur in ouibus non impar in paſtores amor: & ſecura confidentia, qua ſpaciantur, ſine cura luporum irruentium, in paſcuis ſpiritualibus, & abſque vllo timore. Hanc autem ſecuritatem ouium declarat propheta illis tribus verbis non pauebunt, & non formidabunt, & nullus quæretur ex numero: primum verbum eſt, ייראו iiru & non timebunt vltra, non erunt anxiæ, hoc eſt nullo timore, nulla ſui cura interius torquebuntur, conſiderantes ſe habere ſolicitos patronos, & curatores ſui.

Alterum verbum eſt, & non יחתו iehatu pauebunt non frangentur animo, non conſternabuntur, neque terrebuntur: nempe à lupis, habentes paſtores, qui non ſolum in lupos, ſed in vrſos, & leones irruant inſtar fortiſſimi Dauidis, vt ne rapiant, aut vt raptas oues è faucibus eorum eripiant.

Tertium verbum eſt, & non יפקדו iipakedu non deſiderabuntur, non deerunt, vel non imminuentur: quia nulla ouium ita deſeret ceterarum ſocietatem, vt neceſſe ſit eam vti perditam requirere: quod Vulgatus dixit, & nullus quæretur ex numero: & indicatur ſumma cura paſtorum ſemper ante oculos oues creditas habentium, ne pereant & ita intelligunt Lyra, Dionyſius, & Vatablus. Quamuis vt has policitationes veras fuiſſe oſtendant, de prædeſtinatis, exponant Lyra, & Dionyſius, & de his, qui beata vita perfruuntur vbi nullus timor, pauor nullus, nulluſque poteſt deſiderari.

Hieronymus, Rabanus, & Dionyſius de Apoſtolis, viriſque Apoſtolicis hæc explicant, qui confidenter, & abſque vllo timore gregem pauerunt Eccleſiaſticum: quibuſque dixit Christus
Luc. 12. 32. Lucæ 12. nolite timere puſillus grex, quia placuit
Ma. 5. 11 patri veſtro dare vobis regnum, & Matth. 5. beati eritis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me, gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis,
Ioa. 13. 9 tum etiam Ioan 13. quos dediſti mihi, non perdidi
Ioan. 10. 28. ex eis quemquam, niſi filium perditionis, & 10. nemo rapiet eas de manu mea.

Sed hæc non de paſtoribus dici, ſed de ouibus à paſtoribus congregandis, & paſcendis certius eſt, ac ſolidius: eis enim promittit pacem, & ſecuritatem, vt diximus, ex cura paſtorum exorta, iuxta
Iſ. 32. 18 illud Iſa. 32. ſedebit populus meus in pulchritudi-
Ezech. 34. 26. ne pacis, & in tabernaculis fiduciæ. Et Ezechiel.
Lu. 1. 74 34. & habitabunt confidenter abſque vllo timore. Quod Zacharias Lucæ 1. dixit, vt ſine timore de manu inimicorum liberati ſeruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo. Theodoretus illa verba, & nullus quæretur ex numero, legit ſic, nec illis quicquam deficiet, quia ſi tales, ac tantos habent paſtores, nimirum ſi illis nihil deſit.

5 *Germen.*] Nemo eſt niſi pertinax Hebræus qui hunc locum de Chriſto non intelligat ſum-

A mo paſtore, & bonorum omnium auctore: De eo enim exponunt omnes ſacri interpretes Euſe- *Euſeb.*
bius lib. 7. de Demonſtrat. euangel. Demonſtrat. *Hieron.*
9. Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hu- *Theod.*
go, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus: & omnes Hebræi, vt ait Vatablus: nam & Chaldæus Paraphraſtes vertit hic, & ſuſcitabo Dauid Meſſiam iuſtum. Non loquitur ergo Ieremias de Zorobabele, vt quidam ſunt arbitrati, quos iam ſupra refutauimos.

Deſignati autem dies aduentus Chriſti: tum etiam generoſam ſtirpem, vnde proditurus eſſet ex Dauide i muoia deinde quibus functurus eſt: & fructus ex illis, fidelibus obuenturos. Nomen præterea eius, & beneficij per eum exhibiti grati-
B ficationem.

Ecce, inquit, dies veniunt de quibus Apoſtolus ad Galatas 4. cum venit plenitudo tem- *Ad Gal.*
poris miſit Deus filium ſuum factum ex mulie- *4. 4.*
re: & ad Hebræ. 1. Multifariam, multiſque mo- *Ad Heb.*
dis olim loquens dominus in prophetis, nouiſſi- *1. 1.*
mè in diebus noſtris, locutus eſt nobis in filio. Quos dies iuſti omnes ardentiſſimè exoptarunt vt teſtatus eſt Chriſtus ipſe de Abraham Ioan. 8. *Ioan. 8.*
Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit *56.*
& gauiſus eſt.

Et ſuſcitabo Dauid germen iuſtum. Suſcitabo, ait, quaſi è terrà virginea oriri faciam, aut germinare, vt omnes intelligunt, ipſi Dauidi, in Hebræo enim in dandi caſu eſt le Dauid, vt in Lxx. τῷ Δαυίδ: cui idcirco dicitur germinatus, quia ei potiſſimum eſt pollicitus, vt Pſalm. 131. Iura- *Pſa. 131.*
C uit dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabi- *11.*
tur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Vnde Paulus ad Roman. 1. Factus *Ad Ro.*
eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Sic *1. 3.*
enim quemadmodum è trunco ſicco, & pene è mortuo pulcerrimus ſurculus ſolet pullulare: ſic genus Dauidis pene extinctum ſuſcitatum eſt in Chriſto, cuius humana natura ex Dauide eſt germinata, atque exorta.

Germen vnum eſt ex nominibus, quæ Chriſto *Germen*
tribuit ſcriptura, Hebraicè צמח xemah, quaſi *nomen*
ſurculus, aut ſuccreſcentia, quod ex tenuibus ini- *Chriſti.*
tiis ad ſummum vſque escreuerit. Lxx. vertunt ſemper ἀνατολὴν orientem, quod ſurculi inſtar exoriatur, & pulluler, Chaldæus autem Meſſiam משיחא ſemper transfert, hoc eſt ſuccreſcentiam, vt diximus, cum Hebraicè rex המשיח hammaſiah vnctus, ſeruator noſter ſemper nominetur:
D ita Zachariæ. 3. *Zac. 3. 8*

Vocatur Chriſtus, cum dicitur, ecce ego adducam ſeruum meum germen, ſeu orientem, & *Za. 6. 12.*
Zachar. 6. Ecce vir cuius nomen eſt germen, ſeu oriens. Ratio autem cur Chriſtus dicatur germen ea eſt, quod Chriſtus ex radice Ieſſe, ceterorumque veterum patrum iam pene emortua, vt dicitur Iſaiæ 11. non humana opera, ſed ſponte ſua, *Iſa. 11. 1*
nempe diuina virtute, è virgine matre conceptus, exiguis, & humilibus initiis, pulcherrimis ramis latiſſime ſeſe per orbem diffudit: nam germen de ſponte naſcentibus dicitur, deque feliciter creſcẽtibus virgultis. Vnde recte Pſal. 131. prædictum eſt, *Pſal. 131.*
illic producam cornu Dauid, hoc eſt, efficiam vt Dauidi iam pene emortuo pulluler nouum germen, quod priſtinam regni eius gloriam reſtau- *Ier. 33.*
ret: & hoc loco, & ſuſcitabo Dauidi germẽ iuſtum *15.*

& cap. 33. & germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ. Humana ergo natora ex ſtirpe Dauidis è terra virginea Deiparæ germinans, vere dicitur germen. A

Poreſt etiam, quoad vtramque naturam vna hipoſtaſi vnitam, Chriſtus oretio germen appellari. Nam quoad diuinam quatenos æterni patris eſt filius iocundiſſimom germen eſt è natura diuina progenitum, quaſi è terra fœcundiſſima, in qua eſſe diuinum cum infinitis Dei attributis, quaſi virentibus virgultis, nunquam marceſcentibus reſidet, & quæ mundus quidam eſt intelligibilis, vniuerſi in ſe complectens perfectiones, ex eis omnibus Dei filium germinans per patrem ge- Photin. nitorem: quam proptetea Photinus lib. de prouidentia, & ſpeculatione, puerum pulcrum nomi- B Proclus. nauit: & Proclus ex Chaldaicis myſteriis, florem Sa.7.12 mentium: & Sapiens Sapien. 7. vocauit, vaporem virtutis Dei, & emanationem claritatis Dei ſinceram, & candorem lucis æternæ. & Paulus ad AdHeb. 1.3. Hebræ. 1. Spleodotem gloriæ, & figuram ſubſtantiæ eius.

Quemadmodum enim filios in animantibus eſt fructus amantium: & mens in creatura intellectuali omnium precioſiſſimum: & odor ex omnibus herbis, floribus, & fructibus horti alicuius emiſſus, eſt ſuauiſſimus: & ſplendor è multis lucentibus præfulgens iocundiſſimus eſt: ita filius à patre ex rerum omnium perfectionibus in natura diuina præfulgentibus, progenitus, omnium continet perfectiones, imo omniom perfectionum eſt perfectiſſimum: eſt enim Deus de Deo, pulcerrimus puer de pulcerrimo patre genitus: C euaporatio eſt, & emiſſio omnium ſoauiſſimorum odorum in diuina virtute contentorum: emanatio ex omnigena illuſtrium rerum claritate, quæ in Deo ſuper omnes res claras collucet: Candor eſt ex ſplendoribus omnium locidorum collectus: Sanctus genitus ex ſanctorum ſplendoribus: demum ex diuina progoatus natora quæ eminẽter omnia continet, & qoidem diuina vita viuentia: vt merito germen ſit ex tebus omnibus in mundo intelligibili contentis, tanquam illius ſublimis, & magnificus fructus germinatum.

Quoad humanam quoque naturam Chriſtus germen eſt huius vniuerſi viſibilis. Nam cum ſummus orbis opifex Deus hunc ſcopum habuerit iu hoc mondo pulcerrimo condendo, ſe communicare omnium perfectiſſima communicatione, quæ eſt per vniooem hipoſtaticam. D AdCol. 1.16. Chriſtus homo erit extra Deum ipſom, finis in quem, & propter quem condita ſunt vniuerſa, & quæ in cælo ſunt, & quæ io terra, & ipſe erit fructus terræ ſublimis, & germen ioſtum: ad quod germinandum omnia ſunt producta: ſicut enim in arbore, radix, truncus, frondes, & flores, tota denique arbor ad fructum dirigitur producendum: ita orbis vniuerſus ad hunc totius naturæ generoſum fructom emittendum creatus eſt, qui omoia in ſe tanquam in ſumma AdCol. 1.15. & capite continet. Vnde Paulus ad Coloſſ. 1. de ipſo dicit: qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipſo coodita ſunt vniuerſa: omnia per ipſum, & io ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant, & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium: vt ſit in A nmnibos ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare. Propterea Iſaias capite 45. omnes creaturas rogat vt hunc fœtum producant, cum ait, Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet ſaluatorem. Iſa.45.8

Merito ergo Chriſto nomen germinis inditum eſt, quod ſplendidiſſimi illius orbis inuiſibilis fœtus ſit ex vtero patris ante luciferum genitus. Ac pulcerrimi hoius creati orbis ex vtero virginis de ſpiritu ſaocto conceptus: vt dum Pſ.109.3 diuinum germen humano inſertum eſt germini, vnum prodiret germen hipoſtaſi, & duo natura: quod hic promittit Deus ſe ſuſcitaturum.

Iuſtum vero, vel iuſtitiæ germen vocatur: B vel quia cauſa fuit omnis noſtræ iuſtitiæ, ac Iuſtitia germen cur ſit. ſanctitatis, vt voluut Hieronymus, Rabanus, & Vatablus, de quo Pſalmo 71. dicitur, orie- Pſ.71.7. tur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis: & Apoſtolus 1. ad Corinth. 1. qui factus 1.Cor.1 30. eſt ſapientia nobis à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Fuit enim Chriſtus inſtar arboris vitæ paradiſi, totus ipſe, verbis factis, & ſeipſo vitam, virtuteſque producens, quibus ſalui facti ſumos: & conferens ſanitatem, vt arbor illa Ezechiel. 47. aquis irrigata è ſanctuario fluentibus. Imo nullus eſt vel hominum, vel Ezech. 47.12. angelorum, qui ſub vmbra huius tenerrimi germinis, in arborem iam adaucti, non ſederit, & in ramis eius, tanquam cæli volucris, non habitauerit: & dulci ſapore fructus eius non fuerit C recreatus, & odore exhilaratus: gratiamqoe omnem ab eo oon receperit. Hanc expoſitionem comprobat nomen, quo Chriſtus prænunciatur ſtatim, vocandus, nempe, Dominus iuſtitia noſtra.

Aliis videtur dictum fuiſſe germen iuſtum, quod iuſtum exercuerit iudicium. Demum Hugo, ac Dionyſius exiſtimant iuſtum dici, quod natura ſua, & à conceptu germen ioſtum fuerit, ac ſanctum. Contra accidit aliis omnibus hominibos, qoi in iniquitatibus, peccato originis polluti, concipiuntur Pſam. 50. & naſcuntur fi- Pſ.50.7. lij iræ, ad Epheſios 2. nec iuſti efficiuntur ni- ad Eph. 2.3. ſi cum huic iuſto, & ſancto germini inſeruntur, de quo Angelus dixit Lucæ 1. & quod naſ- Luca 1. 35. cetur ex te ſanctum. Sanctum quia conceptum de ſpiritu ſancto, & natom, ſuaque natura peccare non potens. Talis enim decebat nobis eſſet D Pontifex, vt dicitur ad Hebræos. Sanctus, innocens, impollutus, & excelſior cælis factus: & ſa- ad Heb. 7.26. ne notatione dignum oſtendit propheta, quod ex Dauidica ſtirpe, in qua tot peccatores extiterint, Chriſtus iuſtus omni ex parte germinauerit, ac prodierit de Maria virgine.

6 *Et regnabit.*] Tria Chriſti officia in his verbis deſignat propheta: primum eſt Regis, cum Triplex Chriſti officium Regis, legiſlatoris, ac iudicis. ait, & regnabit rex, hoc eſt erit verus rex, non tyrannus qui neminem ſubiectum reget nolentem: omnes enim illi parent ſpontanee, & ex virtute: qoia regoum eius ſpirituale eſt, & ſpiritualibus conſeruatur adiumentis, fidei, ſpei, & charitatis. Ita prædictum eſt per prophetas. Iſa. Iſa.9.7. capit. 9. 7. dicit. Paruulus enim natos eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius principatus ſuper humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis,

bilis conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium & pacis non erit finis; ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia, amodo, & vſque in ſempiternum. *Ier. 30.9* Ieremiæ 30.9. dicitur, & non dominabuntur ei amplius alieni, ſed ſeruient Domino Deo ſuo, & *Ezech. 37. 24.* Dauid Regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. Ezech. 37.24. & ſeruus meus Dauid rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum. *Hoſ. 3.5* Hoſeæ. 3. 5. Poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & Angelus Mariæ. Lucæ. 1.33. *Luc. 1.33* & dabit illi Dominus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Hoc ſpirituale regnum homo Christus Ieſus titulo redemptionis ſibi cōparauit, cum omnes ſibi ſubiectos ſanguine ſuo *Matt. 28. 18.* acquiſiuit, & propterea dixit. Matth. 28. Data eſt mihi poteſtas in cælo, & in terra, vt ſuo loco diximus.

Alterum Chriſti officium eſt legiſlatoris, ac prudentis gubernatoris cum regis officio coniunctum, cum ait, & ſapiens erit, Hebraicè eſt השכיל Hiſcil quod proprie eſt, intelliget, vt vertunt 70. hic, & Pſal. 119. 99. ſuper omnes docentes me intellexi, *Pſalm. 119.99.* aut ſcite, ſolerter, & conſiderate, ſeu ſtrenue, & gnauiter aget, & prudenter, vt legit Tigurina, & quia ſucceſſum proſperum fere habet, qui rescōſiderate, & attente agit, pro proſpere aget, ſeu feliciter ſe geret, ſumi ſolet; vnde Chaldæus, Pagninus, & Vatablus vertunt hic, & proſperabitur, ſeu proſpere aget, & felix erit: quod Vulgatus dixit, & ſapiens erit. Hoc eſt ſapienter, prudenter, ac ſolerter, ac proinde feliciſſime rem noſtram geſſit, C & non cum patre conciliauit, eique ſubiectos reddidit. *Chryſ.* Nam quando perpenderis, ait Chryſoſtomus Homil. 27. in epiſtolam ad Roma: quando gentes adduxerit, quomodo deploratos ſaluauerit, quomodo tellure indignos ad cælos euexerit, & à dæmonibus peſſundatos angelis pares fecerit: ac vetera mala in vniuerſum ſuſtulerit; idque breui tēpore, viaque & facillima, & compendioſiſſima: hæc inquam ſi perpenderis, cognoſces immenſam illius ſapientiam. Si virtutes eius ſingulas perſcruteris, & illuſtriſſima exempla, quæ à nobis exprimenda propoſuit: ſi leges, quas tulit, ſaluberrimas, conſilia, quæ dedit vtiliſſima, ſi doctrinam & facillimam, & altiſſimam, ſi modum, quem elegit redimendi nos, & Deum nobis reconciliandi, nihil inuenies, quod non infinitam Chriſti ſapientiam redoleat, & ſolertem, ac felicem de ſalute noſtra, D & Dei honore recuperando curam non oſtendat: ſapientiam inquam, longe multo diuerſam à ſapiētia hominum; & de qua Deus apud Iſaiam cap. 55. *Iſa. 55.8* 8. Non cogitationes meæ cogitationes veſtræ, neque viæ veſtræ viæ meæ, quia ſicut exaltantur cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris, & quomodo deſcendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur; ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti? ſic erit verbum meum, quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud: hoc eſt quod dicit in noſtro propheta, & proſperabitur, ſeu ſapiens erit.

Tertium Chriſti officium eſt iuſti iudicis, quod A deſignāt propheta cum inquit, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra. Nam cum duplex iudicium diſtinguatur, vnum prudentiæ, ſeu diſcretionis, quo Chriſtus diſcreuit inter bonum, & malum: iuxta illud Iſa. 71. Vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum: & inter bonos, & malos, illos ap- *Iſ. 7. 15.* probādo, hos reprehendendo: quoſdā occulto iudicio ad fidem, & gratiam ſuam deducendo, alios relinquendo. Vnde ipſemet Chriſtus dicebat Ioan. 9. in iudicium ego veni in muudum, vt qui *Ioan. 9. 39.* non vident videant, & qui vident cæci fiant. & *Ioan. 12. 31.* cap. 12. Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Quod genus iudicij exercuit Chriſtus in priori ſuo aduentu. Alterum tum iuſtitiæ, quo ſecundum merita: probos afficit præmio: improbos condemnat: atque de B hoc dixit Chriſtus Ioan. 5. Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio: qui conſti- *Ioan. 5. 22.* tutus eſt iudex viuorum, & mortuorum, Actuum *Act. 10. 42.* 10. Quo iudicandi munere ſungetur Chriſtus in poſteriori aduentu.

De hoc poſteriori tantum intelligit Hugo, noſtrum prophetam, quando Chriſtus gladium habebit in manu, & non tantum in ore, vt habet in priori aduentu. Dionyſius de priori, Sanctus vero, Thomas, Lyra, & Vatablus de vtroque. Nomine vero iuſtitiæ ſanctus Thomas, & Lyra, intelligunt legem euangelicam, quam docuit, ad abundantiorem iuſtitiam inducentem, quam erat ſcribarum, & phariſæorum. Dionyſius vero omnem actionem ex virtute, quia vt dicitur 1. Petri *1. Petri 2.22.* 2. peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Quamuis etiam intelligant executio- C nem iuſtitiæ, & quidem vno verbo, nihil aliud eſt, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra, quam iudicabit, & iuſtè quidem, erit enim iuſtus ac rectus iudex: nec amore ducetur in ſuos, nec odio, aut timore in alienos à ſe. Damnabit enim improbos cum iudicio: & pios tuebitur iuſtitia.

7 *Saluabitur.*] Nomine Iudæ, & Iſraelis Hieronymus, Rabanus, Hugo, & ſanctus Thomas, intelligunt duas, ac decem tribus: quibus in primis Chriſtus promiſſus eſt: & ad quas primùm, eius fructus ſpectant. Iuxta illud Pauli ad Rom. *Ad Ro. 2.16.* 2. Iudæo primum, & Græco: & Chriſtus de ſe dicebat Matthæi 15. 24. non ſum Miſſus, niſi ad *Matth. 15.24.* oues, quæ perierunt domus Iſrael. Quod & ex aliis locis eſt manifeſtum. Quamuis autem ad gentium ſalutem promiſſus fuerit, ac venerit Chriſtus: at quia primo loco venit ad ſeruan- D dum populum Iudaicum, propterea multi prophetæ eum ſuis patriotis promittunt: eoſque ſolum nominant: cum ſcirent etiam ad omnium gentium ſalutem veniſſe: ſcilicet poſt Iudam, & Iſraelem, vt hoc loco intelligunt Lyra, & Dionyſius.

Duos autem fructus deſignat ex Chriſti aduentu Iudæis oboenturos: vnus eſt quod ſaluabitur Iuda: alludit ad ſalutem obtentam ex liberatione de captiuitate Babylonica: nam Iudæi Chriſto duce, & liberatore, liberandi erant de iugo diaboli, ac legis: & ad libertatem euangelicam adducendi, vt adducti ſunt multi, credentes, & adhærentes Chriſto.

Alter eſt, quod Iſrael ſub tanto duce habitabit confidenter, abſque tyrannorum metu. Quod videmus impletum Actuum 2. & 4. cum *Act. 2. & 4.* omnes credentes erant pariter, & ſumebāt cibum

cum exultatione, & ſimplicitate cordis, & collaudabant Deum: habentes gratiam ad omnem plebem, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.

Iſa 2.2. Mic.4.1 De hac enim pace, ac fiducia primorum credentium, multa prædicauerunt prophetæ: vt Iſaiæ ca. 2. & Michæas.cap.4.cum dicunt. Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium: & conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: & non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium, & manebunt quiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, & non erit qui exterreat. Nec opus eſt hæc intelligere cum Lyra, de felicitate futura: nam in priori Chriſti aduentu, qui Chriſto adhærent hanc pacem, hanc fiduciam, & ſecuritatem in ſeipſis experiuntur, adhuc dum exercentur, & militant.

7 *Dominus.*] Hæc nominis impoſitio ad magis declarandum amorem, ſecuritatem, & fiduciam, quam conceperant fideles ex adhæſione ad Chriſtum, adiecta eſt: ex affectu enim, quo erga illum erant eum nominabant. Dominus iuſtus noſter.

Queſtio Quod eſt nomen Chriſto imponendum. Dubium graue eſt vtrum nomen imponendum Chriſto, ſit hoc totum, Iehouah Tſidkenu, an tantum Tſidkenu? eſt autem Iehouah nomen, quod vocant tetragrammaton, ſoli Deo conueniens. צדקנו Tſidkenu autem nomen eſt ſex punctorum צֶדֶק Tſedek quod iuſtitiam ſignificat, & cum affixo plurali primæ perſonæ, iuſtitia noſtra, transfertur, à Theodoreto, Tigurino, & Vatablo, & ita explicat Hieronymus in commentario. Sirus, vt refert Theodoretus, ſeu Symmachus, vt Hieronymus, transfert iuſtifica nos: quod Vulgatus, & Pagninus dixerunt, iuſtus noſter, quaſi nomen eſſet צַדִּיק Tſadik.

Hebræi igitur recentiores volunt nomen Chriſto à ſuis fidelibus imponendum, vel potius à Deo eſſe; iuſtus noſter: ita vt promittat Ieremias à Iehouah eſſe Chriſtum vocandum. Iuſtus noſter, probant primum, quia verbum יִקְרְאוּ iikreu, non eſt tertia perſona pluralis, vocabunt: ſed ſingularis cum affixo vau, quod ſignificat eum, vt ſit idem quod יִקְרָא iikra cum pronomine, vocabit eum. Atque ita ſuppoſitum huius verbi erit Iehouah, & erit ſenſus, & hoc eſt nomen quod vocabit eum dominus, nempe Ioſedek, iuſtificator noſter, vt apud Iſaiam, Emanuel, nobiſcum Deus.

Iſa.7.4. Confirmant, hunc ſenſum LXX. interpretes, qui ita verterunt, & hoc eſt nomen, quod vocabit eum dominus, Ioſedek. Vel quo vocabit eum dominus: vt referunt Hieronymus, & Theodoretus, illum ſenſum indicantes: iuxta quem Chriſtus non dicitur Iehouah.

Alij Hebræorum ita legi volunt hunc locum, vt in eo nullum nomen Chriſto imponatur: ſic enim putant legi debere: & hoc eſt nomen eius, qui vocabit eum, nempe Meſſiam, Dominus iuſtus noſter: quibus verbis notatur nomen Dei vocantis, id eſt, qui adducturus eſt Meſſiam: vt in *Iſ.46.11.* Iſaia 46.11. vocans ab Oriente auem, ille enim eſt Iehouah iuſtus noſter, vel iuſtitia noſtra: quia iuſtificat nos: Hæc idcirco ſic proferuntur ab his, ne Chriſto concedere diuinitatem compellantur.

Chriſtus Iehouah Verum communis eſt omnium interpretum, latinorum, Græcorum, & antiquiorum Hebræorum ſententia hic ab Ieremia prænunciari nomen Meſſiæ, quo à ſuis fidelibus erat vocandus, hoc autem eſt. Iehouah Tſidkenu, hoc eſt, Deus iuſtitia noſtra: ex quo nomine conſtat Chriſtum eſſe Deum: ſiquidem Dei nomine, quod ſoli Deo competit, nuncupatur. Omnes ſimiliter accipiunt verbum Hebræum, vt tertiam perſonam pluralis futuri, ad hunc modum, & hoc eſt nomen, quo, vel quod vocabunt ſuple eum, dominus iuſtitia noſtra. Ita ex latinis Vulgatus interpres, Hieronymus, Auguſtinus lib. 18. de ciuitate Dei cap. 33. Rabanus, Haymo, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, Tigurina interpretatio, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus. *Auguſt.*

Ex Græcis ſeptuaginta quamuis ſingulari numero dixerint, vocabit, tamen ſuppoſitum eius non faciunt dominus, ſed Iuda, vel Iſrael, & nomen, quo vocandus erat Meſſias plane dixerunt eſſe, dominus iuſtus noſter, quod Hebraicè eſt Iehouah Ioſedech: & Symmachus vertit domine iuſtifica nos. Quod ipſum aſſerit Theodoretus: nam probans hanc prophetiam ſoli Chriſto, & non Zorobabeli conuenire, Atqui, inquit, nec interpretatio denominationis quadrat illi: ſignificat enim nomen, dominus iuſtitia noſtra: vel iuxta Siri interpretationem, domine iuſtifica nos. Neutrum autem conuenit Zorobabeli. Sciendum tamen eſt quod dominus Ieſus Chriſtus, Oriens, iuſtus, Rex iuſtus, & dominus iuſtitiæ prędicatur à prophetis, hæc ille.

Hebræi quoque omnes ita hunc locum acceperunt, vt inquit Vatablus, & probant qui aduerſus Iudæos ſcripſerunt ex antiquis Talmudiſtis, Paulus Burgenſis in ſuo ſcrutinio 2. P. D. 10. cap. 6. Epiſcopus Catanenſis in Victoria ſua cap.2. Raimundus in ſuo pugione 3. P.D. 3. cap. 2. & 9. & Galatinus lib.3. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 9. Ionathan Chaldæus Paraphraſtes ſic hunc locum expoſuit, & hoc eſt nomen eius, quod ipſi appellabunt eum, Deus iuſtus noſter. In Talmud in lib. Babalbatra D. qui vidit, dicitur. Dixit R. Ionathan, Meſſias vocatur nomine Dei, ſicut ſcriptum eſt Ierem. 23. & hoc eſt nomen eius, quod vocabunt eum tetragrammaton iuſtus noſter, & ſuper planctum Ieremiæ, in illa verba Threnorum 1. Elongatus eſt à me conſolator: factæ interrogationi, quod eſt nomen Meſſiæ? R. Abba reſpondit, Iod, he, vau, he, hoc eſt, tetragrammaton eſt nomen eius: ſicut dictum eſt Ieremiæ 23. & hoc eſt nomen, quo vocabunt eum tetragrammaton iuſtus noſter. *Hebræorum ſententia.*

R. quoque Moſi hadarſan in Bereſith Rabba, omnes, ait, de Saba venient, & nomen tetragrammaton annunciabunt, hic eſt rex Meſſias, ſicut ſcriptum eſt Ierem. 23. & 33. & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, tetragrammaton iuſtus noſter: & in Midras Tehillim ſuper Pſalm. 20. ſic ſcribitur. Vocauit Regem Meſſiam nomine ſuo. Et quod nomen eius? Deus tetragrammaton vir pugnæ, & de Rege Meſſia ſcriptum eſt Ierem. 23. & hoc eſt nomen eius, quo vocabunt eum, Deus tetragrammaton iuſtus noſter. Idipſum & in alijs locis frequenter repetitur ab alijs doctoribus Hebræorum, vt impium ſit de hoc ſenſu dubitare.

Et comprobatur hic ſenſus, quia propheta deſcribit pacem, & ſecuritatem, ac fiduciam Iudæorum, & Iſraelitarum fidelium, quam habituri

erant

erant ex aduentu Meſſiæ: nam obtenta ſalute per eum, tuti habituri erant in Eccleſia, fidentes in tanto rege, & domino, ac duce, & gratias ei aſſiduas agentes, & gloriabundi, decantaturi erant, & proclamaturi hanc ex nomine eius laudem, Iehouah iuſtitia noſtra, hoc eſt, hic Meſſias, qui liberauit nos, & iuſtos effecit, vere Deus eſt, qui nos iuſtificat, & ab hoſtibus tuetur. Vt olim
Exod. 15.2. Moſes cum filiis Iſrael cecinit Exodi 15. fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutem: iſte Deus meus, & glorificabo eum, Deus pacis meæ, & exaltabo eum. Dominus quaſi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

Idcirco ſubdit Ieremias ad eiuſdem beneficij recognitionem, non eſſe deinceps dicendum, viuit Iehouah, qui eduxit Iſrael de Ægypto, ſed qui eduxit de terra Aquilonis, de captiuitate dæmonis, à qua nos liberauit Chriſtus verus Iehouah.

9 *Non dicent.*] Gratificationem fidelium liberatorum iam prænuntiat Ieremias in eo futuram, & quod culta Deo proprio eſſent illum honorificaturi, iurantes eadem forma, Viuit dominus Ieſus, qua ſolebant olim per Deum, Viuit dominus, qui eduxit de Ægypto: & quod tauri eſſent facturi extremum hoc beneficium: vt eſſet è memoria delendum quoduis aliud, quantumuis eximium, quale fuit liberationis ex Ægy-
Iſa. 43. 18. pto, iuxta illud Iſ. 43. Priorum ne memineritis, & antiqua ne intueamini, ecce noua facio omnia: & quod de nulla alia re frequentius eſſent locuturi, quam de hoc ſublimi beneficio, eructantes ore, quod in corde ſemper meditabun-
Act. 2. 4 tur, inſtar eorum, qui loquebantur Variis linguis magnalia Dei, Actuum 2. non ducum geſta, non iniquorum fabulationes, non mundi huius magiſtratus, & dignitates: non opes ac diuitias, non carnis delicias, ac voluptates: ſed Chriſti potentiam, bonitatem, & ſapientiam in hominibus è manu dæmonis eruendis.

Comprehendit autem propheta ſub vna iurandi actione, quæ vulgo communior eſt, ceteras religioſas actiones, adorandi Chriſtum, ei ſe deuouendi, gratias agendi laudandi, & decantandi inſigne eius redemptionis beneficium. Vnde Chaldæus ſic hæc verba expoſuit. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non erunt narrantes vltra potentiam domini, qui aſcendere fecit filios Iſrael de terra Ægypti, ſed erunt narrantes potentiam domini, qui aſcendere eos fecit de terra Aquilonis.

Loqui autem prophetam de virtute, ac potentia Chriſti ſeruatoris, qui eruit homines, fideles de poteſtate tenebrarum, ſignificata per terram Aquilonis, affirmant omnes interpretes Hieronymus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, & rationes adductæ in initio huius prophetiæ, numero videlicet ſecundo, ſatis id probant.

Quod ſi obiicias ſupra cap. 16. 14. Hanc ſen-
Iere. 16. 14. tentiam ſub eadem forma, & ſub eiſdem verbis proferri de liberatione è captiuitate Babylonica, vt eum locum explicuimus, ergo non repugnat ſic etiam eadem verba hoc loco explicari. Reſpondetur eo in loco ex antecedentibus, & ſubſequentibus planè colligi ſermonem eſſe de

A liberatione è captiuitate Babylonica: ſub qua quia volebat Deus adumbrari redemptionem per Chriſtum, tanquam proximiorem, eam comparationem adhibuit per Chriſtum complendam. Hoc vero loco ex vniuerſa prophetia fit manifeſtum eſſe ſermonem de Chriſto, & de liberatione facta per eum, vt iam probauimus, & ita comparatio continet per omnia veritatem.

10 *Ad Prophetas.*] Vice tituli ponitur ſequentis prophetiæ contra pſeudoprophetas, qui impediebant Ieremiam, ne ſuis comminationibus quicquam proficeret, vt videtur Hieronymo, Rabano, Hugoni, ſancto Thomæ, Lyræ, Dionyſio, & Vatablo: quaſi dicat, hæc quæ ſequuntur contra pſeudoprophetas tam Hieruſalem, quam Samariæ dicta ſunto. Chaldæus, & Pagni-
B nus hæc coniungere videntur cum ſequentibus cum vertunt. Propter prophetas contritum eſt cor meum. Verum hæc cordis Ieremiæ contritio, oſſium commotio, & mentis eius abſortio, non ex prophetarum metu: ſed ex viſo domini vultu irato, & ex verbis ſanctiſſimis eius extremum ſupplicium comminantibus populo ſuo, profecta dicuntur: vt recte intelligunt Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus.

Hieronymus, & eum ſecutus Rabanus exiſtimant illud, à facie verbum ſanctorum eius, poſſe verti, vt vertunt Lxx. & à facie decoris gloriæ eius, quaſi ex conſideratione Dei patris, & eius filij, qui eſt ſplendor gloriæ eius, & forma ſubſtantiæ Dei, propheta & animo, & corpore perhorreſcat, & intelligat eſſe ſe nihil. Sed ſimplicius eſt, vt, quod in Hebræo legimus, & à facie verbo-
C rum ſanctitatis eius, ſanctitas accipiatur vt nomen dignæ appellationis, qua ſolemus ſummum Pontificem ſanctitatem appellare. Sanctiſſima enim ſunt verba ex ſanctitate Dei profecta, & iuſtiſſimæ ſunt comminationes ab incorrupto iudice intentatæ, & adeo graues vt vel tremere faciant ſanctum prophetam. Quod ſi vel Dei ſola verba tanto metu concutiunt viros ſanctiſſimos: quid facient eius ſupplicia improbis inflicta.

Reddit autem cauſam tam horrendæ comminationis, & ſupplicij, adulteria, & blaſphemias, falſaue iuramenta, & ſimilia peccata: & quamuis Theodoretus, & Iſidorus pſeudoprophetarum mendacia, adulteria verborum Dei intelligant, quaſi tantum inuehatur Ieremias in falſos prophetas: at Hieronymus cum ceteris de veris
D populi adulteriis, & falſis iuramentis exponunt, propter quæ ſtrages populo aduenit.

Illud autem. Quia à facie maledictionis luxit terra. Alij aliter vertunt, nam nomen אָלָה Alah & iuramentum falſum ſignificat, vt tranſtulerunt Lxx. auctore Hieronymo, Chaldæus, Paguinus, & Vatablus, & execrationem, ſeu maledictionem, vt Tigurina cum Vulgato, quo nomine Hugo, Lyra, & Dionyſius maledicta, & blaſphemias, quas impij conjiciebant in Deum volunt intelligi. Sanctus vero Thomas, itemque Dionyſius accipiunt Dei maledictionem, ſeu imprecationem, qua tantum exitium imprecatus eſt illi terræ. Ita vt & peccata, & pœnas peccatorum proclamet cauſam futuram ſterilitatis, & vaſtationis terræ. Loquitur enim de futura ſterilitate, quæ accidit tempore obſidionis Ieruſalem,

non de illa, quæ ex defectu pluuiæ acciderat, de qua ſupra cap. 14. At potius de culpis loquitur, quæ pœnæ, ac ſuppliciorum cauſa ſunt. Vndè & ſubdit. Factus eſt curſus eorum malus. Hoc eſt, currunt effrænes, & ſeduli ad malum patrandum.

Et fortitudo eorum non ſic, vt habetur in hebræo, & tranſtulerunt Lxx. Hoc eſt valde eſt diſſimilis fortitudini proborum patrum ſuorum antiquiorum, qui perſeuerantes in bono, ſi quando cadebant non ſic inhiabant ad malum. Ita Hugo, Lyra, ſanctus Thomas, & Dionyſius. Imo ſub ipſis ſunt diſſimiles, ſiquidem non permanent in eodem ſtatu firmi, ſed imbecilles redduntur ex peccatis. Vel vt indicat Varablus, fortitudo aut robur, ſeu fauor eorum non eſt rectus, quia veritati nequaquem fauent, ſed falſitati: nec enim pro viribus ſtudent veritati, virtutemque tuentur: quaſi vſus ſit antitheſi, fortes ſunt, & ſeduli ad malum, ad bonum non ſic, ſunt fortes, ſed ignaui, ac imbecilles: quia vt dicitur Prouerb. 15. cor ſtultorum diſſimile: ſed qui ſperant in domino Iſa. 40. ad anteriora ſe extendentes mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aquilæ, volabunt & non deficient.

Prou. 15. 7. Iſa. 40. 31.

11 *Propheta.*] In Hebræo cum emphaſi legimus. Quia etiam propheta, etiam ſacerdos impiè egerunt, aut peccauerunt, quod Vulgatus dixit, polluti ſunt. Hæc autem pollutio ex hipocriſi oritur, vnde Dauid Kimhi, Tigurina, & Vatablus vertunt hic, hipocritæ fuerunt, quia alienam à ſua perſonam induerunt: quia ſe Dei prophetas, & ſacerdotes iactant, intus vero mores ſequuntur alienos, eorum, qui diis ſeruiunt. Propterea adiicit, etiam in domo mea inueni malitiam eorum, id eſt idololatriam in templo: vt Lyra, & Vatablus exponunt. Ceteri interpretes Hugo, ſanctus Thomas, & Dionyſius de omni genere peccatorum intelligunt prophetas, & ſacerdotes pollutos: & per domum accipiunt ipſum populum, quem in omnem induxerant impietatem, iuxta illud. 11. cap. Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa. Sed Hieronymus, & Rabanus de prophetis, & ſacerdotibus templi intelligunt: in quod idololatriam intruſerant cum ſummi Dei iniuria: hanc autem ſtatim cetera vitia conſequuntur.

Ierem. 11. 15.

12 *Et in Prophetis.*] Comparat prophetas Ieruſalem, id eſt, duarum tribuum cum prophetis Samariæ hoc eſt, decem tribuum, quod ſicut hi fatuè admodum, & inſulsè prophetabant in nomine Baal, & in errorem induxerunt vniuerſum populum Iſrael. Sic non diſſimiliter accidit prophetis Ieruſalem. Nam nomen, ſimilitudinem, per modum aduerbij ſimiliter, intelligunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, pro eo quod eſt, non diſſimilia vidi in prophetis Ieruſalem: quare non erit diſſimilis eorum punitio.

Nomen שַׁעֲרוּרָה Scaarutah ſignificat rem horrendam præ turpitudine, aut fœditate: & ita Lxx. verterunt horrenda. Tigurina, & Pagninus tetra, aut fœda. Vulgatus quoque Hoſeæ 6. 10. In domo, inquit, Iſrael vidi horrendum: & Ierem. 5. 30. ſtupor & mirabilia facta ſunt in terra. Aliis videtur ſignificare ſpectrum, aut terriculamentum viſu horrendum, qua ratione hic dixit Vulgatus, & in prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudinem, ſeu

Hoſea 6. 10. Ier. 5. 30

A imaginem horrendam, adulterantium, & mendacium ſequentium, metaphoricè iuxta illud Pauli 2. ad Corinth. 4. adulterantes verbum Dei, vt intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, cum ceteris interpretibus. Quamuis & in veritate poſſit intelligi, quod adulteri eſſent, & mendaces, & fauerent hominibus facinoroſis. Nam horrendum quidem ſpectrum eſt, & quod merito timorem incutiat vniuerſis, videre ita commutari perſonas, vt qui ex officio ſunt prophetæ Dei, ac miniſtri, quorum eſt adulteria inſectati, & mendacia fugere, ac facinoroſos à ſuis facinoribus reuocare, vice Chriſti, cuius gerunt perſonam: appareant perſonam facinoroſorum induti, ac demonum ipſorum: homines ad peſſima quæque prouocantes, ſuoque ducatu inducentes. B Hus nullum aliud manet ſupplicium, quam Sodomæ, & Gomorrhæ, vt ſcilicet, & hic igne cælitus immiſſo conſumentur, & ita penitus abſorbeantur in infernum, vt nuſquam appareant. Nam de pœna intelligunt Hieronymus, Rabanus, & Hugo. Ceteri, adeo eſſe propter ſcelera deteſtabiles, vt imitentur prophetæ principes Sodomorum: ciues autem Ieruſalem populum Gomorrhæ: iuxta illud Iſaiæ 1. Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei veſtri populus Gomorrhæ, quam ob rem comminatur eis amariſſimas calamitates inſtar abſinthij, ac fellis, ſeu toxici, vt omnes intelligunt: de ſignificatione nominis ראש Ros, quod fel vertit Vulgatus, alij toxicum, diximus ſupra 8. capite.

2. Cor. 4. 2.

Sacerd. imperſonatus.

Iſa. 1. 10

13 *Auertiſſem.*] In Hebræo aperte legitur tertia C perſona pluralis, auertiſſent eos, vel reduxiſſent eos: & ita legunt Lxx. Chaldæus, Theodoretus, Tigurina, Pagninus, & recentiores interpretes. Imo & Vulgatus ipſe apud Biblia complutenſia, & regia, & Dionyſium: vt ſit ſenſus. Si hi prophetæ afflati fuiſſent ſpiritu meo, & expoſuiſſent verba mea populo meo, certè conuertiſſent eos à via ſua mala, & à peſſimis ſuis cogitationibus: & ſane conuenit hic ſenſus cum domini increpatione, qua inuehitur in prophetas, qui populum ſua verba docebant, & non Dei, ac propterea populum non reducebant, ſed potius auertebant. Sed Vulgatus correctus legit in ſingulari auertiſſem vtique eos. Vt etiam habent Hieronymus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Iſidorus. & ſi pronomen, eos, referat populum, vt exponunt Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, D idem eſt ſenſus, quem tantum reſpexit Vulgatus: certè ego conuertiſſem eos, media prophetarum illorum prædicatione à ſua peſſima viuendi ratione. Atque ita ſub diuerſis perſonis eadem continetur ſententia, nam & prophetæ tanquam miniſtri conuertiſſent populum, & Deus tanquam primus ſalutis auctor.

Hieronymus tamen, Rabanus, & etiam ſanctus Thomas pronomen eos, referunt ad prophetas. Si fideliter ſuo munere fuiſſent perfuncti, ego curam eorum habuiſſem, nec permiſiſſem vt ſuis peſſimis cogitationibus traderentur in pœnam ſuæ infidelitatis. Ita enim ſæpe his accidit, qui doctores ſunt populi, vt quia non probauerunt Deum habere in notitia, tradantur in reprobum ſenſum, & repleantur omni iniquitate, ſemel ſalutem deſperantes.

Ad Ro. 1. 28.

E vitiis.

14 *E vicino.*] Hebraicè dicitur. Num Deus de propinquo ego, & non Deus de longè? & poſſunt hæc verba efferri interroganter, vt iam diximus, quomodo Aquila, & Symmachus verterunt, & Pagninus, Vatablus, & Iſidorus. Aut affirmanter, vt Lxx. & Theodotio tranſtulerunt. Deus apropinquans ego dicit dominus, & non Deus de longè, & hæc aduerbia poſſunt intelligi de locn, & de tempore. Si de tempore ita exponunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, Vatablus, & Iſidorus.

Propè & longè de tempore & loco.

An ſum ego Deus nouus, & recens, vt ſunt idola, & non Deus æternus, cui manifeſta ſint non tantum præſentia, ſed & præterita, & futura? quem ſenſum indicat Chaldæus cum inquit. Ego Deus creaui orbem à principio, ego dominus renouaturus ſum mundum iuſtis: quaſi dixerit. Videte quam longè à me diſſita curem, & prouideam: ego ſum qui in principio orbem creaui, egn, qui in fine mundi eum ſum renouaturus. Quare cum tempore tam longè diſſita comprehendam, Deus de longè dicendus ſum, & non Deus de prnpe tantum: ſiquidem noo tantum præſentia, quæ prope ſunt, verum etiam quæ fuerunt, & futura ſunt longè à præſenti remota, mihi præſentia ſunt. Quod dixerunt Lxx. & Theodotio. Ego ſum Deus qui propinquus ſum, & inſimus rebus omnibus quantumcumque à præſenti tempnre remotis, & non Deus remotus, qui propter diſtantiam non poſſim videre res quæ in mundo fiant: quem ſenſum etiam Tigurina ſecuta eſt.

Sed de loco melius explanare videntur Hieronymus, & Rabanus, & Clarius Theodoretus, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius. Vult enim oſtendere nullum fieri ab hominibus facinus, quantumcumque occulte, quod lateat Deum, contra propheras illos, qui impiè exiſtimabant Deum in altiſſimis habitantem noſtra non conſiderare, quales illi apud Iob. 22. qui dicebant, circa cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat: & ita queratur Deus. Nom exiſtimatis me eius generis Deum eſſe, qui indigeat prope ad vos accedere, veſtra latibula perluſtrare, & in abdita penetrare, in quibus veſtra facinora patratis, vt ea videam: & non poſſim longè à vobis remotus, vt putatis, è cælo, veſtra omnia conſiderare, proſpicere, ac punire? Minimè certè. Omnibus eoim ita ſum propinquus, ac præſens, vt nihil me poſſit latere, quaſi è longè proſpicientem.

Iob 22. 14.

Deus omnia propè.

Prubat hunc eſſe huius loci ſenſum quod ſtatim ſubditur in eius confirmationem, ſi occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum: aut iuxta Lxx. quos refert Euſeb. lib. 7. de præpar. cap. 4. Quid faciet occulrè homo, quod non cognoſcam! Nunquid non cælum, & terram ego impleo? quæ Deum vbique eſſe nos docent, quem nihil poſſit latere iuxta illud Pſalm. 138. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cælum tu illic es: ſi deſcendero in in-infernum ades: ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dexrera tua, & in Amos cap. 9. ſi deſcenderint vſque ad infernum, inde manus mea educet eos: & ſi aſcenderint vſque in cælum, inde detraham eos: & ſi abſcōditi fuerint in vertice Carmeli inde ſcrutans auferam eos: & ſi celauerint ſe ab oculis meis in profundo maris: ibi mandabo ſerpenti, & mordebit eos. Ita Deus dicitur omnia implere, quod omnia ſcire, & vbique eſſe aſſerebat Socrates apud Xenophonrem lib. 1. de factis eius, ac dictis: & Virgilius Ægloga. 3. Dixit Iouis omnia plena: Lucanus quoque libro 9. eſtque Dei ſedes, inquit, niſi terra, & pontus, & aër, & cælum, & virtus ſuperos quid quærimus vltra. Iuppiter eſt quodcumque vides, quocumque moueris: Quod Deus omnibus adſit, omnia operetur, & iotimum eſſe cuique rei tribuat.

Euſeb.

Pſalm. 138. 7.

Amos 9 2.

Socrat. Zenoph. Virgil. Lucan.

15 *Paleas.*] Tribus comparationibus oſtendit quantum intercedat diſcrimen inter fictas pſeudoprophetarum vaticinationes, quas nomine verarum adnituntur colorare, adiicientes, hæc dicit dominus & veras: ne populus eas audiens deciperetur. Prima eſt palearum ad triticum: quam ſic explicant Lyra, & Dionyſius, ſicut paleæ non ſunt miſcendæ tritico, ſed ſemouendæ potius: ita nomen domini, quo ſancti prophetæ corroborant ſermones ſuos dicentes, hæc dicit dominus, non eſt adiiciendum confictis prophetiis. Sed Hieronymus, Rabanus, & Hugo magis ad rem oſtendunt huius ſimilitudinis rationem, quod quemadmodum paleę medullam non habent, nec poſſunt nutrire credentium populos, & de inanibus ſtipulis conteruntur: ac ventorum flatibus diſperguntur: triticum autem firmamentum eſt homines nutriens, & conditur in horrea, vt panis ex illo conficiatur. Sic ſomnia, & vaticinia prophetarum falſorum, blanditiis plena ſunt, auditores adulatione decipientia, dum proſpera omnia pollicentur: ac dicunt. Pax erit vobis, non veniet ſuper vos malum: quo nulla vtilitas accedat auditoribus, ſed in ſuis peccatis perſeuerent. Verus autem ſermo verorum prophetarum, qui nunciat futura ſupplicia, vt deterreat homines à peccando, dum timore concutit, ſuſtentat virtutem, ac nutrit animum liberum, & à leuitate peccandi ſuo pondere abſtrahit: fructumqoe decerpit, quem Deus quærit ex hominis arbore decerpere.

Diſcrimen inter verū falſumque prophetam.

Et in hunc modum exponunt hi patres duas ſequentes ſimilitudines ignis, & mallei? quod quemadmodum ignis conſumit omnia, & quemadmodum malleus conterit lapides: ita ſermo prophericus comminatinne diuina terrens, timore quem iniicit audienribus conſumit, incenditque peccata, & corda dura, & inſtar ſilicis indomabilia domat, ac emollit: & auferr cor lapideum, & ponit pro eo cor carneum: quod ſane ſermo pſeudoprophetarum nec faciebat, nec facere poterat: quales & illi apud Ezechiel, 13. qui blanditiis ſuis liniebant parietem abſque temperamento, & conſuebant puluillos ſub omni cubito manus: & faciebant ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis, vt facerent peccatores requieſcere, & nequaquam iram Dei lacrymis mitigare.

Ezech. 13. 10.

Hanc vim verbi Dei, quam terrore, quo concutit habet, dum comminationibus agit rerum aduerſarum: & non promiſſionibus proſperarum, illis oppoſitarum, extendunt ſanctus Thomas, & Dionyſius, ad efficacitatem in vniuerſum verbi Dei, ſiue hunc affectum excitet, ſiue alium quemcumque, nam ſane nutrit vt panis, inflammat cor

Virtus verbi Dei.

hominis ad virtutem, & illuminat inſtar ignis, vt A coouettatur ad amorem Dei, & proximi & ſicut malleus, cor durum confringit, ac emollit, vt Dei ſuſcipiat, ſentiatque præcepta. Nam ſi verba ſa- *Eccl. 12. 11.* pientum vt dicitur Eccleſ. 12. Quaſi ſtimuli ſunt, & quaſi claui in altum defixi: quanto magis id de ſermone Dei dicetur, qui viuus eſt, & efficax, & *ad Heb.* penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſiunem animæ, & ſpiritus compagum quoque, ac modullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.

Vatablus, & Iſidorus de certitudine verbi Dei hæc exponunt, quod nihil ſit quud eius completionem impedire poſſit. Vade, inquit, differt ſermo vanus pſeudoprophetarum à verbo Dei, quud ille inſtar palearum ſtatim diſiicitur, & inanis redditur per aëra diſperſus, at verbum Dei ve- B rorum prophetarum ita firmum erit, & certum, vt ſicut ignis omnia domat, & malleus petras quaſcumque duriſſimas comminuit, ac diſpergit, ita verbum Dei omnia impedimenta, quæ eius executioni obſtare poſſint ſuperat, & nihil eſt, *Matth. 24. 35.* quod ei poſſit reſiſtere, quia Matth. 24. cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribnnt, ne populus ſe decipi ſinat, prophetæque ipſi eos decipiant putantes non fore executioni mandanda quæ Deus comminatur.

Poſſet non inepie hic ſenſus contra prophetas ipſos exponi, ſiquidem in illos inuehitur propheta, qood ipſi qui aſſumunt verbum Dei ad ſuas fabulas confirmandas ab ipſo Dei verbo ſint proſternendi, quaſi ab igni conſumendi, & quaſi petræ à malleo conterendi, nam ipſum verbum recidet in caput eorum: quem ſenſum indicat Ly- C ra. Vt caueant ſibi prædicatores verbi Dei, quia gladio, quem vſurpant ſunt ipſi iugulandi: & malleo, quo conterunt alios, & ipſi conterendi ſunt, & conſumendi.

16 *Ecce ego.*] Tria pſeudoptophetarum genera enumerat, in quos inuehatur. Primi ſunt illi qui ſubauſcultant quid veri prophetæ ex domino attulerint, & aſſumptum ex parte ad ſuum detorquent inſtitutum, ſua illi aſſuentes. Exemplum ſit Hananias, qui cum audiiſſet Ieremiam in principio regni Sedeciæ. cap. 49. 35. dicentem, ecce *Ier. 49. 35.* ego confringam arcum Ælam, & ſumam fortitu- *Io. 28. 2* dinem eorum: ipſe mox anno. 4. Eiuſdem cap. 28. 2. Illam formam loquendi vſurpans, dixit. Hæc dicit dominus Deus exercituum, contriui iugum regis Babylonis.

In concionatores. In hoc vitio ſunt multi, qui cum non labora- D rint, aliorum labores vſurpant: & ex alienis ſcriptis, non ex ſuis de ſcriptura depromptis ad populum verba faciunt: cum ex abundantia cordis os loqui debeat Matth. 12. quæ aſſumpſerit à *Matth. 12. 34.* Deo, vt dictum eſt Ezechieli c. 3. 49. Aliorum pro- *Ezec. 3. 10.* phetarum vitium erat, aſſumere linguas ſuas. Hebraicè לקחים lokehim, quod eſt, capientes linguas ſuas, pro ſua voluntate, & non Dei, dicentes dicit dominus, cum id falſum ſit: vt intelligunt Chaldæus, Hugo, ſanctus Thomas, & Dionyſius.

Vel capientes linguas ſuas, id eſt ſermonis formas, & phraſes, ac modos loquendi ad ſimilitudinem verorum prophetarum, nam linguas ſuas arte inſtruxerunt ad gratiam hominum comparandam, ſe eruditos, & eloquentes oſtentantes, ſic Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus videotur exponere. Vel tertio, quia verbuum illud ſignificat, leniſicare, mollificare, dulcare, hoc eſt dulcem, ac lepidum ſermonem facere, vt dicunt Da- *Pſ. 5. 10.* uid Kimhi, Pagninus, & Vatablus, vt Pſalm. 5. 10. quod dixerunt Lxx. linguis ſuis doloſe agebant, in Hebræo legitur, lingua ſua blandiuntur, vel capiunt: erit ſenſus: capientes linguis ſuis, hoc eſt blando dulcique ſermone populum allicientes in ſuam ſententiam. Vſurpantes ad id formam veris prophetis vſitatam, dicit dominus.

Tertium genus pſeudoprophetarum eſt, qui falſa ſomnia pro veris oraculis plebeculæ obtrudunt: & eam ſuis mendaciis ſeducunt, ſuiſque miraculis Hebraicè פחזות pahaçoth: quod nomen feſtinationes, celeritates, leuitates, motus, ſeu mobilitates ſignificat hominis, qui ſuo affectu temerè fertur, & inconſiderate, & ita Tigurina, & Vatablus tranſtulere, in celeritatibus, ſeu in leuitatibus ſuis: & Chaldæus in temeritatibus. Pagninus verò, in blanditiis ſuis. Erit ergo ſenſus. Seduxerunt populum meum temeritatibus ſuis hoc eſt ſuis ſomnis temerè, leuiterque confictis, & à ſe inuentis: vt Chaldæus & Vatablus quæ Lxx. vocauerunt errores, ſeu fallacias. Vel raptibus, aut extaſibus, quas fingebant, vt ſeſe mirabiliores prædicarent, & ita crederentur, vt volunt Lyra, & Dionyſius. Vel verbis ſuis ſtupentibus, & admirandis, quibus ingentia, incredibilia, & nullatenus ſpetata bona repromittebant, vt exponunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, & ſanctus Thomas. Vel demum in admirandis mobilitatibus ſuis, hoc eſt geſtilationibus quia videlicet miris amplificationibus, geſtibus etiam inſuetis ingentia promittebant: veraque eſſe multis verbis confirmabant.

Erant hi ſicofantæ callidi, qui notis fabulis, & miris pollicitationibus, quas ſibi reuelatas prædicabant, perſuadebant plebi, vt ſe ſequerentur, ſibique crederent: veroſque propbetas deciperent. Nec minus callidiores, quam priſci illi gentium *Legum latorum figmentum.* legiſlatores Lycurgus Lacedemoniorum, Numa Romanorum, Sertorius Luſitanorum, & ſimiles alij, qui quo melius, exciperentur leges, quas ſuis populis proponebant, à diis quibuſdam ſe eas accepiſſe prædicabant, quo & beneuolentiam, & ſummam fidem ſibi conciliabant: ita hi ſua figmenta à Deo vero data, & eius nomine firmata ſtatuebant.

17 *Onus.*] Hebræum verbum משא Maſcha onus, aut pondus ſignificat, vt Exod. 23. ſi videris aſinum *Exod. 23. 5.* odientis te iacere ſub onere & Pſal. 37. ſicut onus *Pſ. 37. 5* graue grauatæ ſunt ſuper me: & per metaphoram *Onus.* transfertur ad ſignificandam duram prophetiam, quæ triſte, ac calamitoſum prænunciet, quod magno ſuo pondere premat portantem, nec ſinat leuare ceruicem, vt ex Hieronymo hoc loco, & Iſaiæ 13. Nahum, & Abacuc cap. 1. colligitur. Aquila, Symmachus, Septuaginta, & Theodotio, λῆμμα lemma tranſtulerunt, hoc eſt aſſumptionem, ſeu eleuationem, quod aſſumatur, aut eleuetur vt imponatur eorum ceruicibus, contra quos fertur. Quamuis Theodoretus Nahum. 1. & Theophilactus, ita dictum putent, quod mens prophetę aſſumatur, & rapiatur vt eam prophetiam accipiat in raptu.

Abierat in prouerbium apud populum, inductum per pſeudoprophetas, ad irriſionem Ieremiæ

verorumque

verotumque prophetarum, dicere onus domini, A & riſuin onus pondusque appellarent, ne id quicquid illi proferebant, duas ob cauſas, prima fuit, quod nihil proſperum ab eis promitti iactabant, ſed omnia grauia, & aduerſa, cum falſi proſpera omnia pollicerentur. Deinde quod ad exitum noo ſtatim perduci videbant, voca-
Iſa.18. bant onus leue, falſumque, vt illi apud Iſaiam
10.13. cap.18. expecta, reexpecta, modicum ibi, modi-
Ezech. cum ibi: & apud Ezechie. 33. Veniunt ad te, & au-
33.31. diunt verba mea, & non faciunt ea, quia in canticum oris ſui vertunt illa: & es eis, quaſi carmen muſicum, quod ſuaui, dulcique ſono canitur, & audiunt verba tua, & non faciunt ea, & cum venerit, quod prædictum eſt, tunc ſcient quod propheta fuerit inter eos. Iubet ergo dominus ne quiſpiam vlterius forma illa vteretur, rurſus hic videt onus domini, & ne quancunque prophetiam etiam læta pollicentem per iocum, & riſuin onus pondusque appellarent, ne id onus recideret in caput loquentis. Nam ſi onus rurſus nominarent, comminatur Deus portandos à Chaldæis in captiuitatem, & opprobrio ſempiteroo, æternaque ignominia afficiendos.

Ad dices, ſi poſt ſeptuaginta annos liberandi erant, quomodo comminatur ſempiternum opprobriom: Reſpondent Hieronymus, Rabanus, Hugo, & Dionyſius ſimul cum captiuitate Babylonica, plenius, ac perfectius id complendum poſt ſalnatoris aſcenſionem, quando domus Iudæorum relinquenda erat deſerta vſque ad finem.

Sed magis ad rem Hugo dicit accipi æternum, pro in longum tempus, aut pro vniuerſo tempore, quo duratura erat captiuitas, diximus enim alias ſic ſolere vſurpari in ſcriptura æternum pro longo tempore.

LIBRI SECVNDI FINIS.

COMMENTARIORVM IN PROPHETIAS IEREMIÆ, IVXTA CHRONOTAXIM, HOC EST, SECVNDVM ORDINEM TEMPORIS, QVO AB EO EDITÆ SVNT.

LIBER TERTIVS.

PRÆFATIO.

SANCTISSIMVS Ieremias, pro ſumma, qua populum ſuum proſequebatur beneuolentia, ita omnium neceſsitati ſe accommodabat, vt parti illi, quæ ex præſcripto Dei ſeſe Nabuchodonoſori dediderat, & Babylonem cum Ieconia tranſmigrauerat, non ceſſarit, tanquam obedienti vtilia monita mittere, & dare ſalutaria conſilia, & feliciora tempora, tum reditum in optatam patriam è Babylone: tum ad Chriſtum ſeruatorem optatiſsimum, polliceri. Parti vero alteri cum rebelli Sedecia Ieroſolymis remanenti de Dei ope diffiſæ, hoc vnum ſuadere non deſiſtebat, vt nempe reſipiſceret, & Babylonio ſe ſponte ſubiiceret, ſi ſalua eſſe vellet. De quo ipſo admonet gentes finitimas: alioquin omnibus extremum comminatur exitium. Et hæc quidem cum denunciaret propheta vſque ad annum Sedeciæ nonum, dum ad ſuam ciuitatem profecturus ex vrbe egreditur, vti transfuga comprehenditur, & in carcerem detruditur, in quo toto tempore obſidionis permanſit. Sic per priores nouem annos Sedeciæ, qui initium dat noſtrorum Commentariorum tertio libro, per Ieremiam quæ prædicta ſunt & geſta, ſerie temporis ſeruata, tertius item liber Chronotaxeos, tibi recenſebit.

HVIVS-

CAPVT VICESIMVMQVARTVM.

1 OSTENDIT mihi dominus: &
ecce duo [2] calathi pleni ficis,
poſiti ante templum domini,
poſtquam trãſtulit Nabucho-
donoſor rex Babylonis Ieco-
niam filium Ioakim regem Iuda, & princi-
pes eius, & fabrum, & iucluſorem de Ieru-
2 ſalem, & adduxit eos in Babylonem |Cala-
thus vnus ficus bonas habebat nimis, vt ſo-
lent ficus eſſe primi temporis: & calathus
vnus ficus habebat malas nimis, quæ come-
3 di non poterant, & quod eſſent malæ. |Et
dixit dominus ad me: Quid tu vides Iere-
mia? & dixi: ficus, ficus bonas, bonas val-
de, & malas, malas valde: quæ comedi non
4 poſſint eo quod ſint malæ. |Et factum eſt
5 verbum domini ad me, dicens: |hæc dicit
dominus Deus Iſrael: [4] Sicut ficus hæ bonæ:
ſic cognoſcam [5] transmigrationem Iuda,
quam emiſi de loco iſto in terrã Chaldæo-
6 rum, in bonum. |Et ponam oculos meos ſu-
per eos ad placandum, & reducam eos in
terram hanc: & ædificabo eos, & non de-
7 ſtruam: & plantabo eos, & non euellam. |Et
dabo eis cor vt ſciant me: quia ego ſum do-
minus: & erũt mihi in populum, & ego ero
eis in Deum: quia reuertentur ad me in to-
8 to corde ſuo. |Et ſicut ficus peſſimæ, quæ co
medi non poſſunt, eo quod ſint malæ: hæc
dicit dominus, Sic dabo [6] Sedeciam regem
Iuda, & principes eius, & reliquos de Ieruſa-
lem, qui remanſerunt in vrbe hac, & qui ha-
9 bitãt in terra ægypti. |Et dabo eos in vexa-
tionem, afflictionemque omnibus regnis
terræ: in opprobrium, & in parabolam, & in
prouerbium, & in maledictionem in vni-
uerſis locis, ad quæ eieci eos. Et mittam in
eis gladium, & famem, & peſtem: donec
conſumantur de terra, quam dedi eis, & pa-
tribus eorum.

PARAPHRASIS.

HVIVSMODI [1] ſpectrum oſtendit mihi dominus, duo videlicet [2] caniſtra ficuum, ante templum conſtituta, regnante iam Sedecia, poſtquam rex Babyloni. Nabuchodonoſor tranſtulerat Ieconiam filium Ioakim regem Iuda Babylonem, cum principibus Iuda, & ipſis [3] architectis, & peritis caſtrametandi, ex vrbe Ieroſolyma, vnum caniſtrum ficus quam optimas continebat, quales præcoces ſolent eſſe: alterum quam peſſimas, quæ edi nequaquam poſſent præ inſipiditate. Et dixit mihi dominus. Quid eſt quod vides Ieremia? Et ego, ficus reſpondi ſuauiſsimas, & inſipidiſsimas, quæ præ inſipiditate comedi nequaquam poſſunt. Et dominus, quid hoc viſo vellet ſignificare? ſic locutus eſt. [4] Quemadmodum hæ ficus bonæ ſuauitate ſua placent comedenti, ita mihi placet [5] Ieconias cum omni tranſmigratione, quæ cum eo migrauit Babylonem, vt bene illi faciam: oculis quidem beneuolis reſpiciam eos, & reducam in terram hanc: vbi eos opibus affluere faciam, liberiſque augebo, nec vltra deſtruam, plantabo, & non euellam, & reddam eis cor in me bene affectum, quo cognoſcant eſſe me dominum ſuum, meque colant, & erunt mihi populus, & ego illis Deus vnice dilectus: nam reuertentur ad me, idque ex corde. Quemadmodum autem ficus illæ peſſime abiiciuntur, quod præ inſipiditate non poſsint comedi, ſic abiici faciam [6] Sedeciam regem Iuda, cum principibus, & reliquis ciuibus Ieruſalem, qui in ea remanſerunt, & qui metu Chaldæorum fugerunt in ægiptum. Dabo enim eos vt diuexentur, affligarenturque in omnibus regnis terræ, & vt probro afficiantur ab exteris, quod Deum ſuum deſeruerint: quis infideliſsimos quoſque illis per parabolam comparabunt, & in familiari ſuo ſermone vſurpabunt Iudæorum calamitatem, & improbitatem: & cum alicui voluerint maleprecari, dicent, contingat illi, vt regi Iuda, & ſubditis eius. Mittam ergo hoſtes, qui eos interimant: famem, ac peſtem, quis conſumantur, & de terra, quam eis, & patribus eorum dederam, proiiciantur.

ARGVMENTVM.

POllicetur Deus, viſo Ieremiæ oſtenſo, multam felicitatem Ieconiæ, iiſque qui eum ſequuti ſunt, quod diuino conſilio, iuſſuique, obtemperantes vltro ſe Nabuchodonoſori dedidiſſent: contra Sedeciæ, ceteriſque, qui reſtiterunt omnem infelicitatem, extremumque ſupplicium.

COMMENTARIVS.

1 *Oſtendit.*] Hugo & ſanctus Thomas videntur ſignificare hos duos calathos oſtenſos reipſa Ieremiæ è regione templi, vbi fructus vendi ſolerent, aut alia occaſione ibi fuiſſe inuẽtos: quemadmodum c. 18. ductus eſt propheta ad domum figuli, & ex his, quæ in ea vidit per ratiocinationem oſtendit Deus quid vellet indicare. *Ierem. 18. 2.* Ita modo per modum argumenti docuit Ieremiam maximam tranſmigrantium felicitatem, & remanentium calamitatem. Sed veriùs loquuntur iidem ipſi cum Lyra, & Dionyſio, exiſtimantes hæc oſtenſa fuiſſe Ieremiæ per viſionem imaginariam, quæ vt rationem prophetiæ indueret, ſubiecta eſt illius explicatio: nam intelligentia opus eſt in viſione, vt dicitur Daniel. 10. *Dan. 10. 1.* ſine qua ſpectrum quoduis prophetia non eſſet. Sicut enim Pharao videns ſpicas non fuit propheta, quoadusque acceſſit Ioſephi expoſitio de futuris, *Gen. 41. 5.* ita in hoc viſo Ieremias propheta non fuiſſet, niſi Dei explicationem habuiſſet. Accidit autem hæc viſio ſtatim in initio regni Sedeciæ poſt factam Ieconiæ tranſmigrationem: vt ex ipſo capite conſtat.

2 *Calathos.*] דוד Dud caniſtrum vimineum, quod Symmachus cophinos, & Lxx. in Pſa. 81. 7. *Pſal. 81. 7.* ſicut & Vulgatus 2. Reg. 10. 7. *2. Reg. 10. 7.* corbem hîc vocat Tigurina: interpretes Vulgatus calathos. Eſt autem calathus fiſcella è vimine contexta, iuxta Ouid. lib. 4. Faſtorum. *Ouid. Calath.* Hæc implet calathos lento de vimine nexos. Forma ſupernè latior, & paulatim in anguſtum deſinens: caniſtrum vocat Pagninus. dicti Hebraicè דודאים Dudaim ab vberibus, quibus ſunt ſimiles calathi.

Erant autem hi calathi ante templum: continebantque vnus ficus bonas, bonas valde, alter malas, malas valde, ſic legitur in Hebræo. Nam hæc geminatio adiectiui, ſuperlatiuum facit Hebræis: Adiectio autem aduerbij valde, auget ſignificationem ſuperlatiui, more Græcorum, qui ex ſuperlatiuo formant aliud ſuperlatiuum: & Latini ſolent eam ſuperlatiui excellentiam, his particulis oſtendere, ficus perquàm optimas, & ficus perquàm peſſimas: hoc eſt ſuauiſſimas, & inſuaues, ac immaturas: Nam fructuum bonitas, & malitia ſuauitas eſt, ac inſuauitas, ad guſtum pertinens. Illaſque ſuauiſſimas ſimiles dicit propheta ficubus primi temporis, præcoces ſignificat nomen Hebræum, vt Michææ 7. *Mich. 7. 1.* Præcoquas ficus deſiderat anima mea, fruta temprana, ſunt autem huiuſmodi, quas vocamus, breuas. Quidam ex Hebræis dicũt, ficus illas bonas, exterius malas apparuiſſe Ieremiæ, at malas exterius pulchras cum tamen guſtui inſipidę, illę verò ſuaues inuenirentur. At cum Ieremias vtraſque viderit tantum, nõ guſtauerit, ex viſu iudicauit illas ſuaues, has immaturas, & inſuaues. Sic manet explicata forma viſionis.

3 *Fabrum.*] Duo hîc nomina ponuntur, quæ egent noſtra diligentia: primum eſt חרש haraſch, quod artificem induſtrium, ſeu fabrum excogitatorem ſignificat, qui conſilio valeat, ac ſapientia. Vatablus vult eſſe architectos, qui arietes, & turres conficiebant ad expugnandas vrbes, & quidem cum nomen generale ſit, vt Latinis faber: nam Iſa. 44. 12. vertitur faber ferrarius, & verſu 13. *Iſa 44. 12. 13.* artifex lignarius. & Exod. 28. 11. opere artificis lapidum, quod Vulgatus dixit ſculptoris: hoc loco accommodè ad rem bellicam illos fabros, ſeu artifices ſignificabit, qui periti eſſent inſtrumentorum bellicorum conficiendorum, & qui induſtrij eſſent in telis iaciendis. Dicitur enim 1. Reg. 13. 19. *1. Reg. 13. 19.* Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Iſrael: cauerant enim Philiſthiim, ne fortè facerent Hebræi, gladium, aut lanceam. & 4. Regum 24. 16. *4. Reg. 24. 16.* tranſtulit Vulgatus, omnes viros robuſtos, & artifices, & cluſores mille, omnes viros fortes, & bellatores, ex quibus ſequitur illos fuiſſe artifices rerum bellicarum, qui ſimul bellis deſeruirent.

Alterum nomen eſt מסגר Maſguer, quod Vulgatus 4. Regum. 24. hîc. & Ierem 29. 2. *Ierem. 29. 2.* Tigurina, & Pagninus vertunt incluſorem: eumque intelligit Hieronymus, quem ſequuntur Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius: qui in aurum, aut argentum gemmas includit, quæ ars apud Barbaras nationes precioſiſſima fuit. Alij putant ſignificare clauſorem ſeu clauſtrarium, qui ſciret claudere vrbes ianuis, & ſeris, & ab hoſtibus tutari, vt vult etiam Hugo, vnde Chaldæus illis in locis tranſtulit, ianitores. Vatablus vocat, incluſores caſtrorum, id eſt caſtrametandi peritos.

Dauid Kimhi aſſerit ſignificare viros ſapientes rerum bellicarum, homines nobiles, & reputatos, & magnæ exiſtimationis, inſtar auri puri quod dicitur Hebraicè סגור Sagut, vnde illi dicti ſunt Maſguer, & nomen, quo Chaldæus expoſuit, & ianitorem ſignificat, & æſtimatum virum. Vnde rectè dicitur tranſtuliſſe, omnes artifices, & nobiles quoſque, viros fortes, & bellatores. 4. Regum 24. ex quo loco fuiſſe artifices ingenioſos colligitur, qui ſcirent artem callide hoſtes includendi, aut ferreis inſtrumentis, aut caueis, vel foſſis: aut conficiendi bellica arma, vt Pſalm. 34. 3. *Pſ. 34. 3.* Effunde frameã & bellicum inſtrumentum aduerſus eos: vt quidam interpretantur.

4 *Sicut ficus.*] Applicat iam ſymbolum ficuum ſuauium, & inſuauium, Ieconiæ, qui cum ciuium parte migrauerat Babylonem Deo obediens, & Sedeciæ cum alia parte, qui nec afflictionibus, nec Ieremiæ increpationibus melior effectus in obſtinatione permanſit. Quod dicit ante templum domini, ad ſignificationem poſitum eſt, vt notant Hieronymus, & Rabanus, quod vterque calathus, ad idem templum pertineret, hoc eſt, vterque populus tranſlatus, & adhuc permanens eundem coleret Deum: cui placebant, aut diſplicebant, tanto vehementiùs, quanto magis placet domeſticus, aut diſplicet, quam extraneus.

Ficus autem bonas comparat, ſecundum Hieronymum, ficubus primi temporis, quales fuere patres illi priſci Iudæorum Abraham, Iſaac, Iacob, Moſes, Aaron cum ceteris, de quibus Hoſeas ca. 9. *Hoſea 9. 10.* Sicut vuam in deſerto inueni Iſrael, & ſicut ficus in ficulnea inueni patres eorum.

Et ſanè his duobus caniſtris ficuum ſignificantur

du-

Populi duo. Actuū 4. 32.

duo populi ſub Chriſto militantes, vnus fidelium piorum, qui & grata cum Deo, motum ſuauitate primos referunt Chriſtianos, quorum cor vnum erat, & anima vna: alter fidelium ſed improborum, qui & Deo diſpliceot, & aliis inſuaues ſunt, & immorigeri.

Duo dolia. Homer. Plato. Plutharchus.

Finxit olim dolia duo his duobus calathis ſimilia Homerus, cuius Plato meminit lib. 2. de Repub. in fine fere. & Plutharchus ad medium libri de audiendis Poëtis, & in oratione conſolatoria ad Appolonium hos verſus refert ex Homeri Iliad. 24.

Dolia bina Iouis ſunt ſita in limine: quorum
Diris eſt fatis hoc plenum, illudque ſecundis,
Cui permiſta bonis, felicia Iuppiter offert
Sortem hic nunc lætam ducit, quandoque malignam.
Cui mala contigerit, probris obnoxius hic eſt.
Exagitatque fames dira iſtum terra in opima:
Hunc quoque apud diuos, hominesq; infamia adhæret.

Ac licet non per omnia conueniant, at in eo ſimilia ſunt quod bonis, vt Ieconiæ multam felicitatem pollicetur, improbis autem vt Sedeciæ multam infelicitatem ex probris fame, ignominiamque congeſtam, vt comminatur Ieremias.

Obedientis bonā patientia.

Aduerte autem eos, qui ex obedientia Deo parentes in afflictionibus ſeſe patientes præbent, quantumuis longè ſe potent abeſſe à Deo conſolatore, quantumuis ſe putent captiuos ductos Babylonem longè ab Ieroſolymis, nihilominus in limine eſſe domus Dei, ante templum, imò ante Dei oculos, quibus eos beneuole reſpicit, quod virtus niſi probata, calamitatibus non matureſcit, nec ſumit ficuum ſuauitatem, Dei guſtui placentem. Nam doctrina viri per patientiam noſcitur Prou. 19. 11. cum fructum afferat in patientia Lucæ 8. 15. & rectè Paulus dixit ad Romanos 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem. Et Iacobus 1. 3. Scientes quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, vt ſitis perfecti, & integri in nullo deficientes, hoc eſt, patientia reddit fructum operis maturum, perfectum, integrum, ſuauem, ac dulcem, aliunde ſuauitatem non quærentem, vt rectè poſſit Deo miniſtrari. Cum tamen contra, illi qui in Ieroſolymis Deo repugnātes manent, in pace ſua, in deliciis, & mundi voluptatibus requieſcant, & ſi coram Deo eſſe videantur, nam beatum dicunt popolum cui hæc ſunt. Pſalm. 145. tamen quod immaturi adhuc ſint, immorigeri, & inſuaues, quod calore ſolis tribulationis non ſuam duritiem dereliquerint, Deum hoſtem experientur, & vindicem.

Prouer. 19. 11. Luc. 8. 15. ad Rom. 5. Iacob. 1. 3. Pſa. 145. 15.

5 *Tranſmigrationem.*] Cauſam cur tantopere Deo placuerit Ieconias cùm tranſmigratis, nec minus quam ficus maturæ, ac ſuaues comedenti: Hieronymus, quem ſequuntur Rabanus, Hugo, & Iſidorus, affirmat eſſe obedientiam, qua Ieremiæ parens conſilio, Deique imperio, ſe ſuoſque dediderit regi Babylonis; nam Dei iuſſu frequenter Ieremias hortabatur reges & principes vt colla ſubderent Babylonio ſi vellent, incolumes permanere: vt patet ex capite 27. Ieremiæ. & capite 29. vbi præcipitur ne audiant prophetas dicentes non eſſe timendum, ſed permanendum in ciuitate. Paruit autem Ieconias, & ſe dedidit, vt refertur 4. Reg. 24. à verſu 10. Sciens melius eſſe incidere in manus domini, quā in manus hominum. Secutus Ezechiam, qui audiens Iſaiam 4. Reg. 20. Hanc vaſtitatem domus ſuæ per Chaldæos comminantem, æquo animo tulit, dicens, bonus ſermo domini, ac placuit Deo valdè: quamuis qui remanſerant Ieroſolymis, miſeros putabant illos, qui abierant Bablonem. Tulit autem cum omni tranſmigratione hęc ſuæ obedientiæ præmia.: quod nemo ex ipſis occiſus eſt, imò multis honoribus, ac diuitiis ſunt aucti. Nam rex eductus tandem è carcere ad regiam dignitatem reuocatus de menſa regis comedebat, vt refertur 4. Regum vltimo, atque auctus fuit filiis, & nepotibus, vt Salatiele, & Zorobabele. Daniel de captiuo ad principatum eſt euectus, admirandis ſignis editis: tres pueri de fornace ignis mirabiliter liberati ſunt: Denique vniuerſam tranſmigrationem oculis beneuolis reſpiciens Deus iuſſit eis Ierem. 29. vt in pace degerent, domos ædificarent, plantarent vineas, & pomeria, matrimoniaque contraherent, hac ſpe concepta poſt ſeptuaginta annos certum futurum reditum in Ieruſalem, quod & factum eſt duce Zorobabele, vt refertur 1. Eſdræ 2. & conſederunt in ſedibus ſtabilibus Ieroſolymis, & aucti liberis, & opibus Deum verum ex corde coluerunt. Ioſephus lib. 10. Antiquit. cap. 6. refert ex commiſeratione ductum Ieconiam ad dedendum ſe. Nam cùm eſſet natura benignus, & iuſtus noluit ciuitatem propter ſe, videre pericula ſuſtinere, ſed ſumens matrem, & cognatos tradidit obſides ducibus Babyloniis, accipiens ab eis iuſiurandum, vt nihil mali paterentur nec ipſi, nec ciuitas, quorum fides nequaquam manſit inuiolata. Sed licet hac ductus ratione paruit tamen Deo emittenti, qui hîc dicit, & cognoſcam tranſmigrationem, quam emiſi de loco iſto, quaſi ex eius imperio abierint.

Obedientia Ieconiæ. Ierem. 27. 6. Ierem. 29. 16. 4. Reg. 24. 10. 4. Reg. 20. 19. 4. Reg. 25. 27. Ierem. 29. 4. 1. Eſdr. 2. 1. Ioſeph.

6 *Sedeciam.*] In quantam calamitatem venerit Sedecias, cùm filiis principibus, & vulgo vniuerſo cum vrbe, refertur latè quarto e. Regum 25. 1 & in noſtro Ieremia capite 39. & 52. Nam filij regis coram ipſo interfecti ſunt, principes quoque, ipſeque erutis oculis ductus Babylonem: templum autem cum vrbe nobiliſſima ſucceſum: & omnes ferè ciues captiui: eos etiam, qui fugerant in Ægyptum, captiuos tandem duxit Babylonem Nabuchodonoſor iuxta Ieremiæ comminationes.

Inobedientia Sedeciæ. 4. Reg. 25. 1. Ierem. 39. 1. Ierem. 52. 4.

Hos autem Dionyſius, Iſidorus, & Vatablus, eos eſſe putant, qui poſt mortem Godoliæ contra Ieremiæ conſilium fugerunt in Ægyptum, capta iam Ieroſolyma, vt habetur 4. Reg. 25. 26. & Ieremiæ. 41. Sed cum loquatur propheta ſtatim poſt tranſmigrationem Ieconiæ, contra Sedeciam incipientem regnare, & contra principes, ac populum, qui remanſerat Ieroſolymis, & noluerat ire cum Ieconia, certiùs eſt, loqui etiam de Iudæis, qui iam fugerant in Ægyptum metu Chaldæorum, vbi iam habitabant, non de iis, qui poſt vndecim annos Sedeciæ fugerunt, cum Iohanā filio Caree: ait enim propheta, & qui habitant in terra Ægypti, quaſi iam fugiſſent, nempe tunc cum rex Ægypti victus à Chaldæis 4. Regum 24. vltra non addidit, vt egrederetur de terra ſua.

4. Reg. 25. 26. Ierem. 41. 17. 4. Reg. 24. 7.

Mala autem quæ conſecuta ſunt inobedientes

Iere. 19. 17. ennmetat hic propheta, & capite 29. verſu 17. Ecce mittam in eos gladium, & famem, & peſtem, & ponam eos quaſi ficus malas, quæ comedi non poſſunt, eo quod peſſimæ ſint, & perſequar eos in gladio, & in fame, & in peſtilentia, & dabo eos in vexationem vniuerſis regnis terræ, in maledictionem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobrium cunctis gentibus, ad quas eieci eos. Quod ait, dabo eos in vexationem, Hebraicè legitur לזעוה Leçaauah, in commotionem, quod Vulgatus vertit, in vexationem. Iſa. 28. 19. & Iſa. 28. 19. cùm dicitur, Sola vexatio intellectum dabit auditui: Septuaginta verò transferunt, in diſperſionem, vt Vulgatus idem nomen vertit Deut. 28. 25. Deuteronom. 28. verſu 25. Et diſpergaris per omnia regna terræ: & poteſt hoc de Iudæis intelligi, quos dicit ſe daturum in commotionem, hoc eſt, vt commoueantur à Chaldæis, & diſpergantur per vniuerſa regna terræ, iuxta comminationem Deuteronomij; aut diuexentur ab hoſtibus vbicumque tandem fuerint, & tremore malorum impendentium concutiantur, vt videntur intelligere interpretes; & benè. Solus Vatablus actiuè accipit, dabo eos in commotionem, & terrorem vniuerſis regnis: hoc eſt, adeò eos affligam, vt omnes A reges externorum regnorum concutiantur metu, cum audierint quæ Iudæis acciderint, veriti ne talia ipſis eorumque populis, quapiam ratione contingant. Nam erunt timoris materia ceteris omnibus, ſicut & opprobrij, prouerbij, parabolæ, & maledictionis. In opprobrium dicit, quod malè audituri eſſent apud externos populos, qui probro eis eſſent daturi culpam Deum deſerendi. In parabolam, hoc eſt, in ſimilitudinariam locutionem; qua exteri comparaturi eſſent Iudæis infœlices; & calamitoſos, vt exponunt ſanctus Thomas, & Vatablus. In Prouerbium, hoc eſt in fabulam, vt vertitur Deuteronom. 28. 37. Deut. 28. 37. B Quia ex his, quæ acciderunt Iudæis, ſumebant alij prouerbium ad inſtructionem, vſurpantes ſermonibus quotidianis calamitatem & improbitatem Iudæorum, vt eam cauere conarentur. In maledictionem demum, quia, vt aiunt S. Thomas, Lyra, & Vatablus, cum exteri vellent alicui male precari, dicturi erant: Contingat illi vt contigit Sedeciæ, aut Iudæis. Exemplum huius maledicendi formæ habes cap. 29. 22. & aſſumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Ierem. 29. 22. Iuda, quæ eſt in Babylone dicentium: Ponat te dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis.

PARAPHRASIS.

VERBUM hoc factum eſt ad Ieremiam contra omnē populum Iudah, [1] in anno quarto Ioakim filij Ioſiæ regis Iudah, qui idem erat annus primus Nabuchodonoſoris regis Babylonis Quod verbū denūciauit ipſe vniuerſo populo Iudah, & omnibus ciuibus Ieruſalē ad hunc modū. A decimotertio anno Ioſiæ, filij Ammon regis Iudah vſque ad diem hanc, per viginti & tres annos, non ceſſaui ſermone domini ad me facto [2] aſſiduo, ac diligenter vos officij veſtri commonere: & noluiſtis audire me. Mittebat etiam ad vos dominus ſtudioſiſſimus veſtræ ſalutis, ſeruos ſuos prophetas, qui ſumma cura hortarentur vos ad reſipiſcentiam, & audire eos ſimiliter noluiſtis: imò nec dignabamini aures veſtras paululum accommodare iis eorum commonitionibus. Derelinquite iam vitam improbam, quam degitis, & omnia ſtudia veſtra peſſima, & habitabitis pacificè in terra hac, quam dominus vobis dedit, patribuſque veſtris perpetuò poſſidendam: & ne abeatis poſt exterarum gentium deos, vt eis ſeruiatis, eoſque adoretis, veſtris his operibus me ad iram prouocantes: & non inferam vobis mala: vos verò noluiſtis me audire, dicit dominus, me continuo prouocantes ad iram veſtris operibus in malum veſtrum. Propter hanc veſtram tantā rebellionem, ait dominus exercituum, ego mittā [1] angelos meos, qui excitent corda omnium gentiū Aquilonariū, cū Nabuchodonoſore rege Babylonis ſeruo meo: & adducā eos contra terrā hanc, & vniuerſos eius incolas, & contra omnes has gētes, quæ circū eā ſunt, & funditus eas excindam, reddamque tam calamitoſas vt videntes ſtupeant, & præ admiratione edant ſi-

CAPUT VICESIMUMQUINTUM.

VERBUM, quod factum eſt ad s
Ieremiā de omni populo Iuda
[1] in anno quarto Ioakim filij
Ioſiç regis Iudç (ipſe eſt annus
primus Nabuchodonoſor re-
gis Babylonis.) ‖ Quod locutus eſt Ieremias 2
propheta ad omnem populum Iuda, & ad
vniuerſos habitatores Ieruſalem, dicens. ‖ A 3
tertiodecimo anno Ioſiæ filij Ammon re-
gis Iuda vſque ad diem hanc: iſte tertius
& vigeſimus annus, factū eſt verbū domini
ad me, & locutus ſum ad vos [2] de nocte con-
ſurgēs & loquēs: & nō audiſtis. ‖ Et miſit do- 4
minus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas
conſurgens diluculo, mittenſq; & nō audi-
ſtis, neque inclinaſtis aures veſtras, vt audi-
retis, cū diceret: ‖ Reuertimini vnuſquiſq; à 5
via ſua mala, & à peſſimis cogitationibus ve-
ſtris: & habitabitis in terra, quā dedit domin⁹
vobis, & patribus veſtris à ſæculo & vſque
in ſæculū. ‖ Et nolite ire poſt deos alienos, vt 6
ſeruiatis eis, adoratiſque eos: neque me ad
iracundiā prouocetis in operibus manuum
veſtrarū, & non affligā vos ‖ Et non audiſtis 7
me, dicit dominus, vt me ad iracundiā pro-
uocaretis in operibus manuū veſtrarum in
malum veſtrum. ‖ Propterea hæc dicit do- 8
minus exercituum: pro eo quod non au-
diſtis verba mea: ‖ Ecce ego [1] mittā, & aſſumā 9
vniuerſas cogitationes Aquilonis, ait do-
minus, & Nabuchodonoſor regē Babylonis
ſeruū meum, & adducā eos ſuper terrā iſtā,
&ſuper

& ſuper habitatores ei⁹, & ſuper omnes na-
tiones, quæ in circuitu illius ſunt: & interfi-
ciam eos, & ponam eos in ſtuporem & in ſi-
10 bilum & [4] in ſolitudines ſempiternas. ‖ Per-
damque ex eis vocem gaudij, & vocem læti-
tiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, vocem
11 [5] molæ, & lumen lucernæ. ‖ Et erit vniuerſa
terra hæc in ſolitudinē, & in ſtuporē: & ſer-
uient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſep-
12 tuaginta annis. ‖ Cūque impleti fuerint ſep-
tuaginta anni, viſitabo ſuper regē Babylo-
nis, & ſuper gētem illam, dicit dominus ini-
quitatem eorum, & ſuper terram Chal-
dæorum: & ponam illam in ſolitudines ſem-
13 piternas. ‖ Et adducam ſuper terram illam,
omnia [6] verba mea quæ locutus ſum con-
tra eam, omne quod ſcriptum eſt in libro
iſto, quæcunque prophetauit Ieremias
14 aduerſum omnes gentes: ‖ Quia ſeruierunt
eis cùm eſſent gentes multæ, & reges ma-
gni: & reddam eis ſecundum opera eorum,
15 & ſecundum facta manuum ſuarum. ‖ Quia
ſic dicit dominus exercituum Deus Iſrael:
[7] Sume calicem vini furoris huius de manu
mea: & propinabis de illo cunctis gentibus,
16 ad quas ego mittam te. ‖ Et bibent, & tur-
babuntur, & inſanient à facie gladij, quem
17 ego mittam inter eos. ‖ Et accepi calicem de
manu domini, & propinaui cūctis gentibus,
18 ad quas miſit me dominus. ‖ [8] Ieruſalem, &
ciuitatibus Iuda, & regib⁹ eius, & princip-
bus eius: vt darē eos in ſolitudinē, & in ſtu-
porē, & in ſibilum, & in maledictionem, ſi-
19 cut eſt dies iſta: ‖ Pharaoni regi ægypti, &
ſeruis eius, & principib⁹ eius, & [9] omni po-
20 pulo eius, ‖ & vniuerſis generaliter: ‖ cun-
21 ctis regibus terræ [10] Auſitidis, & cunctis re-
gibus terræ Philiſthiim, & Aſcaloni, & Ga-
zæ, & Accaron, & reliquiis [11] Azoti, & Idu-
22 mææ, & Moab, & filiis Ammon: ‖ Et cunctis
regibus Tyri, & vniuerſis regibus Sidonis:
& regibus terræ inſularum, qui ſunt [12] tranſ-
23 mare. ‖ Et Dedam, & Thema, & Buz, & vni-
24 uerſis qui attonſi ſunt in comam. ‖ Et cūctis
regibus [13] Arabiæ, & cūctis regib⁹ Occidētis,
25 qui habitāt in deſerto. ‖ Et cūctis regib⁹ Zā-
bri, & cūctis regibus Elam, & cūctis regibus
26 Medorum: ‖ cunctis quoq; regibus Aquilo-
nis de propè & de longè, vnicuiq; cōtra fra-
trē ſuū, & omnibus regnis terræ, quæ ſuper
faciē eius ſunt: & [14] rex Seſach bibet poſt eos.
27 ‖ Et dices ad eos: Hæc dicit dominus exerci-
tuum Deus Iſrael: Bibite, & inebriamini, &
vomite, & cadite, neq; ſurgatis à facie gladij
28 quem ego mittā inter vos. ‖ Cūq; noluerint
accipere calicem de manu tua vt bibāt, di-
ces ad eos: Hæc dicit domine sxeurcituum:
29 Bibentes bibetis: ‖ quia [15] ecce in ciuitate,

bila, terraſque illas [4] perpetuo faciam deſertas, in quibus non audiatur amplius vox lætitiæ, aut gaudij, nec vox ſponſi, & ſponſæ nuptias celebrantium: nec ſtrepitus [5] molarum, in quibus condimenta ad opipara conuiuia apparantur: nec lumen videatur lucernarum, quæ in illis ſolent adhiberi. Erit enim vniuerſa hæc terra ſolitudo, videntibus ſtuporem generans: & ſeruient omnes iſtæ gentes regi Babylonis ſeptuaginta annis. Quibus impletis puniam quoque ipſius regis Babylonis, & gentium illarum, quæ eum comitabuntur, iniquitatem, & redigam terram Chaldæorum in perpetuam ſolitudinem: & complebo in ea, quæcunque [6] per ſeruos meos prophetas contra eam locutus ſum, & continentur ſcripta in libro hoc: quæcunque inquam prophetauit Ieremias aduerſus omnes gentes. Nam illas, quæ multæ erant numero, & quarum reges toti dominabantur orbi, in ſeruitutem redigi faciam: rependamq; eis iuxta ea, quæ manibus ſuis ſunt operata. Sic enim dixit dominus Deus Iſrael ad me. [7] Sume calicem hunc plenum vino furoris mei, de manu mea, & fac vt ex eo bibant gentes omnes, ad quas te mitto: & cum biberint tremere incipiant, ac deſipere metu gladij, quem ego mittam contra vos. Accepi ergo calicem de manu domini, & propinaui illum omnibus gentibus ad quas me miſit dominus: nempe [8] Ieruſalem, & ceteris vrbibus Iuda, regibus ſuis, ac principibus, quas daturus eſt in ſolitudinem, in ſtuporem, ſibilum, & execrationem, vt iamiam incipit comprobari. Deinde Pharaoni regi Ægyptio cum populo ſuo, & omni [9] promiſcuo populo: & cunctis regibus terræ [10] Auſitidis, & omnibus regibus Palæſtinæ, Aſcalonis videlicet Gazæ, & Accaronis, & iis, qui remanſerunt [11] in Azoto. Idumeæ quoque, & Moab, & Ammon, regibus etiā Tyri, & Sidonis, & inſularū, quæ ſunt [12] in mari Mediterraneo, Dedanitis, Themanitis, & Buzitis, & ceteris, qui ferunt attonſam comā: omnibus quoque regibus [13] Felicis Arabiæ, atque Arabiæ deſertæ: cunctis regibus Zāri, & cunctis regibus Perſarum, & Medorū, omnibus denique regibus ad Aquilonē, ſiue propè, ſiue longè ſitis, de vno ad alium calice tranſeunte cōtra ſe inuicē dimicabunt, demum regnis omnibus quæ circum Iudeam conſiſtunt. Poſt quos bibet & ipſe rex [14] Babylonis, propinante Cyro rege Perſarū, atq; Medorū. Simulque dices ad eos: Sic iubet dominus exercituum Deus Iſrael, bibite ex hoc calice omnes vſque ad ebrietatem, & vomitum; & quouſque ſic corruatis, vt nunquā ad ſtatū priſtinū reſurgatis, ob ſtragem factā à Nabuchodoſore, quē ego mittā contra vos. Quod ſi renuerint calicem ſumere de manu tua, vt bibāt ex illo, tu dices ad eos: Sic dixit dominus exercituum, velitis nolitis bibēdum eſt vobis. [15] Nā ſi ego hanc vaſtationem incipio ab vrbe nomine meo vocata, vrbe domini, cur vos penitus immunes abiretis? non abibitis ſanè immunes: quia iuxta decretum meum gladius Nabuchodonoſoris aduerſus omnes huius regionis incolas iam deſæuet. Tu ergo Ieremia prophetabis eis hos omnes ſermones. & adiicies, cauete vobis, quia

Dominus [16] de excelſo loco gloriæ ſuæ, quaſi leo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo vocem ſuam tremendam emittet, voce ſua terribili Babylonios excitabit ad diſperdendum templum ſanctum ſuum. Celeuma cantabunt hoſtes, inſtar calcantium vuas, ſeſe exhortantes ad ſanguinem omnium incolarũ Iudeæ effundendum ſtrepitu vſque ad extrema terræ reſonante. [17] Diſceptaturus enim eſt dominus cum his gentibus, & iudicio cum ſingulis hominum contenturus, vt gladio interimat impios. Malum hoc, ait dominus, ſerpet de gente in gentem, & turbo magnus excitabitur ab remotiſſimis terris Aquilonis, & interfectis iuſſu domini replebitur terra, nemo plangetur, nemo colligetur, nemo ſepelietur: Vt ſtercus in terræ ſuperficie iacebunt. [18] Vlulate vos, qui paſtores eſtis, & clamate, conſpergite vos puluere qui tenetis gregis primatum, quia acceſsit iam tempus veſtrum, quo à vobis mutuo eſtis interficiendi, & diſsipandi, in quo cadetis, & caſu confringemini veluti vaſa precioſa. Quando non dabitur paſtoribus locus ad fugiendum, neque optimatibus gregis ad euadendum. O quantus tunc reſonabit paſtorum clamor, quantus optimatum gregis vlulatus: videntium paſcua ſua à domino vaſtata, & ſucoſas vrbes, quæ in pace degere videbantur, nihil ſibi metuentes ab iræ furentis domini Deſeret templum ſuum, vt ſolet derelinquere leo latibulum ſuum, & terra vniuerſa in deſolationem redigetur ex impetu hoſtium eam [19] opprimentium, & propter furorem domini aduerſus eam.

in qua inuocatum eſt nomen meum, ego
incipiam affligere: & vos quaſi innocentes
& immunes eritis? non eritis immunes: gla-
dium enim ego voco ſuper omnes habita-
tores terræ, dicit dominus exercituum.‖ Et 30
tu prophetabis ad eos omnia verba hæc,
& dices ad illos: Dominus [16] de excelſo ru-
giet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocẽ
ſuam: rugiens rugiet ſuper decorem ſuum
celeuma quaſi calcantium concinetur: ad-
uerſus omnes habitatores terræ. ‖ Perue- 31
nit ſonitus vſque ad extrema terræ: quia
[17] iudicium domino cum gentibus: iudica-
tur ipſe cum omni carne, impios tradidi gla-
dio, dicit dominus.‖ Hæc dicit dominus 32
exercituum: Ecce afflictio egredietur de
gente in gentem: & turbo magnus egredie-
tur à ſummitatibus terræ.‖ Et erunt interfe- 33
cti domini in die illa à ſummo terræ vſq; ad
ſummum eius: non plangentur, & nõ col-
ligentur, neque ſepelientur: in ſterquiliniũ
ſuper faciem terræ iacebunt.‖ [18] Vlulate pa- 34
ſtores, & clamate: & aſpergite vos cinere
optimates gregis: quia completi ſunt dies
veſtri vt interficiamini: & diſsipationes ve-
ſtræ, & cadetis quaſi vaſa precioſa.‖ Et peri- 35
bit fuga à paſtoribus, & ſaluatio ab optima-
tibus gregis.‖ Vox clamoris paſtorum, & v- 36
lulatus optimatum gregis: quia vaſtauit do-
minus paſcua eorum ‖ Et conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris domini. Dereliquit 37
quaſi leo vmbraculum ſuum, quia facta eſt terra eorum in deſolationem [19] à facie iræ co-
lumbæ, & facie iræ furoris domini.

ARGVMENTVM.

CLarius, & magis in particulari Dei nomine comminatur Ieremias, duce Nabuchodonoſore coacto magno exercitu ex regibus & gentibus illi parentibus, Iudæam in primis euertendam, quod prophetas admonentes audire noluerint, deinde ceteras regiones illi circunquaque finitimas: hancque vaſtitatem duraturam per ſeptuaginta annos: quibus finitis ipſius tandem imperij Babylonici deſtructionem prædicit.

COMMENTARIVS.

1 I*N anno.*] De hiſtoria regni Ioakim, & de initio regni Nabuchodonoſoris, quæ operæprecium erat adnotare, petenda ſunt ex capite 22. & ex noſtra Chronologia ſacra. Eſt autem certum hoc ipſo anno regem Babylonium veniſſe contra Ieruſalem, & obſediſſe eam, & cæpiſſe regem Ioakim, vt refertur Danielis 1. & 2. Paralipomenon 36. 6. ac duxiſſe Babylonem, vnde paulò poſt rediit, vt eo in loco monſtrauimus. *Dan. 1. 2. 2. Para. 36. 6.*

2 *De nocte.*] In Hebræo idẽ verbũ eſt, quod hîc Latinè dixit Vulgat. De nocte cõſurgens, & v. 4. conſurgẽs diluculo, & ſup. c. 7. 13. mane conſurgens, & aliâs ſæpe: Quod priſci Latini dicebant manicare, A vt capite 5. notauimus, numero 11. & cap. 7. num. 10. Significatur autem hac forma loquendi opportunitas ſumma, cura, & ſolicitudo, prophetarum, à Deo miſſorum, admonendi Iudæos, nullam enim occaſionem prætereiri ſinebãt, nulli parcebant labori, nullum tempus abire permittebãt, in quo ſui officij populum non admonerent, & ſi opus eſſet noctu ſurgendo, aut ſummo mane, denique per ſingulos dies, ſuo munere fungebantur. Ingerebat ſeſe propheta, inquit Hieronymus, & quotidie replicabat mandata Dei, oſtendens Dei nos indigere ſemper auxilio, & nũquam poſſe ſufficere, quod ſemel datum eſt, niſi quotidie domini admoni- *Prophetarum in admonendo populũ ſolicitudo.*

admonitione reuouetur, fugiebat ſomnus ab A oculis Ieremiæ, vt olim ab oculis Iacob Gen. 31. vt *Gen 31. 40.* per noctem acceptas reuelationes, ſummo mane conſurgens denunciaret, ductus exemplo ipſius Dei, qui vt mox dicitur, ſurgebat diluculo, vt mitteret ſuos prophetas, nam quaſi in vigiliis, & excubiis conſtitutus curam omnem, ac diligentiam adhibebat, vt populus admoneretur, & ſaluti eius proſpiceretur.

Eſt autem aduertendum multis modis oſtendete Ieremiam culpæ Iudæorum grauitatem, cui ſtatim meritam Deos adhibeat pœnam, augetur enim in primis culpa à tempore, quod per viginti tres annos non ceſſauerit eos admouere, ab anno 4. Ioakim, quo ciuitas Ieroſolymorum obſeſſa eſt, & capta, & rex cum maxima ciuium turba, ductus Babylonem, à multitudine admonentium, quod non ſolum ipſe, ſed multi alij prophetæ à Deo miſſi, eandem ad populum exhortationem haberent, à ſolicitudine, quod illi omnes, noctu, diuque ſuo munere fungerentur, nullumque non mouerent lapidem, neque ſinerent abire occaſionem, in qua non ſermonem domini replicarent; imo opportune, & importune arguebant, obſecrabant, increpabant, & comminabantur, & promittebant futuram perpetuam habitationem Iudææ ſi Deo adhærerent, & alienum cultum deteſtarentur. *Peccati Iuda vel grauitas* *2 Ad Tim 4. 2.*

3 *Mittam.*] Ita Hieronymus, Rabanus, Hugo, & Dionyſius, qui malos fuiſſe intelligunt quorum eſt bella concitare: & ſupplicia infligere à Deo ſtatuta. Nam Paulus 1. ad Cor. 5. & 1. ad Tim. 1. tradebat ſceleratos Sathanæ in interitum carnis, vt vitia deteſtarentur, hi ergo miniſtri diuinæ iuſtitiæ excitarunt Nabuchodonoſorem, vt coacto copioſo exercitu ex regibus, & nationibus ſibi ſubiectis, punirent Ieruſalem, cum ceteris gentibus illi finitimis. Cur autem voluerit Deus ſimul cum Iudæa euerti nationes circum vicinas, oſtẽdit Theodoretus, quod Iudæos docuiſſent cultum idolorum: aliam rationem adducit Lyra, vt omnẽ Iudæis ſpem eriperet, auxilium expectandi ab his nationibus, quarum ope exiſtimabant ſe poſſe reſiſtere Babyloniis, vnde & quandoque prophetæ inuehuntur in eos, qui fugiſſent ad gentes vicinas: & prænunciant ſimul cum illis interituros. Vel certè, illarum gentium ſcelera hanc ſummam ſtragem, communem cum Iudæis apportarunt; ne Dei populum corruentem exſibilarent, & de eius interitu gauderent, vt ſæpe replicant alij prophetæ, vt Abdias v. 12. cum Idumæis loquens, ait. Non lætaberis ſuper filios Iuda, in die perditionis eorum, dixerat enim: Propter interfectionẽ, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio, & peribis in æternum. Huiuſmodi exprobrationes aliarum gentium refert Ezechiel, cap. 35. 13. & Sophonias ca. 2. & completas deflet Ieremias Threnorum 2. Inimici tui dixerunt deuorauimus, en iſta eſt dies, quam expectauimus, inuenimus, vidimus. *Angelis malis bella concitãt 1. Ad Cor 5. 5. 1. Ad Tim. 1. 20.* C *Abdia. 12.* D *Ezech. 35. 13. Sopho. 2 10. Thren. 2. 16.*

4 *In ſolitudines.*] Cum inferius verſu 11. de excidio loquens Babylonis eadem ratione loquatur, ac cũ hic prænunciat euerſionem Iudeæ, & gentium finitimarum, nempe, ponam eos in ſolitudines ſempiternas, merito quæritur, quomodo hic ſermo verum cõtineat? Nam Babylonem nunquam amplius inſtauratam, ſed reliquias eius ad ſuum vſque tempus tantum remanſiſſe aſſerit hic Hieronymus, & eum ſecuti Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, idque manifeſtè admodum Iſaias prædixit *Iſ. 13. 19.* cum c. 13. v. 19. ſic inquit, Et erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta ſuperbia Chaldæorum, ſicut ſubuertit dominus Sodomam, & Gomorrhã: Non habitabitur vſque in finem, & non fundabitur vſque ad generationem, & generationem. Quamuis ergo prophetia Ieremiæ vera ſit de Babylone, at de Iudæa, eique finitimis gentibus non ita, nam ſtatim dicitur vaſtitatem duraturam Septuaginta annis, non in ſempiternum. Dionyſius exiſtimat ſermonem prophetæ eſſe de hominibus tunc viuentibus, qui eiecti ſunt è terra illa, & nunquam ad eam redierunt. Melius Vatablus in ſolitudines perpetuas intelligit quæ perpetuis Septuaginta annis durauerunt, aut vt Theodoretus, perpetuo, aut in ſempiternas ſolitudines, pro penitus accipit, quod omni ex parte terra illa vaſtata fuerit. *Dubitatio.* B

5 *Mola.*] Hieronymus, & Rabanus, quamuis myſtice exponant quid ſint molæ, quid lucernæ: at indicant id quod Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, per metonimiam ſignificare propheram ex defectu communium officiorum molendinorum, & lucernarum, incolarum defectum, & captiuitatem: quia ſi nullus vſus molarum futurus eſt, aut lucernarum, ideo erit, quod nullus erit, cui vſui eſſe poſſint. Theodoretus tamen, Vatablus, & Iſidorus verius arbitrantur periphraſi quadam Ieremiã deſcribere luctum, qui futurus erat in terra priuata habitatoribus, per omnis lætitiæ priuationem: omnis autem lætitiæ, & gaudij priuationem declarat per defectum nuptiarum, & conuiuiorum, nuptiarum defectum indicat cum ait, ſe perditurum vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, vbi enim ſponſus aut ſponſa non nominabitur, nec nuptiarum vlla erit mentio. Conuiuiorum vero defectum ſignificauit cum ait defuturam vocem molæ, & lumen lucernæ, nam deficiente gemina piſtrini mola, inferiori, & ſuperiori, quam ſignificat nomen duale רחים Rehaim, vt dicitur Deut. 24. 6. non accipies loco pignoris inferiorẽ, & ſuperiorẽ molam, quia animã ſuã appoſuit tibi; quia videlicet, illis ſibi victũ quærit, quibus cõdimenta apparabãtur ad opipara cõuiuia, neceſſe erat ipſa cõuiuia ceſſare, ceſſabat autẽ gemina illa mola, deficientibus vel ipſis mancipiis quæ illã mouerẽt. Deficiente etiã lumine facularum, ſeu funaliũ, quæ adhiberi ſolebãt in lautis illis conuiuiis, quaſi ex ſigno, oſtendit defutura, & ipſa conuiuia, dixit Valerius Maximus lib. 3. c. 6. Caius Druillus quotieſcunque epulaturus erat ad funalem cereum, præeunte tibicine, & fidicine à cæna domum reuerti ſolitus erat. & Plinius de viris illuſtribus: Druillo, inquit, conceſſum eſt, vt præeunte funali à cæna publicè rediret. Plutarchus quoque in Laconicis Apophthegmatis, de antiquis Lacedemoniorum inſtitutis, Laconea, ait, in conuiuiis publicis modeſtè poti abeunt ſine funali: neque enim licet ad lumen ire noctu, vt per diem ſimul, ac noctem fidenter, ac intrepide iter facere conſueſcant, de more autem Hebræorum ſic cenſuit Perſius: *Mola ac lucerna defectu conuiuiorum defectus notatur. Silentio ſponſi & ſponſa nuptiarum priuatio* *Deuter. 24. 6.* *Valer.* *Plinius.* *Plutharchus.*

——— *At cum*
Herodis venere dies, vnctaque feneſtra,
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ,
Portantes violas, rubrumque amplexa catinum,
Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino,
Labra moues tacitus, recutitaque ſabbata palles.

Vel fortaſſe ex defectu facularum, aut lampadarum, nuptiarum ſolemnium defectum voluit ſignificare, quæ nocto celebrari ſolebant antiquitus, vt conſtat ex Matth.25.1. aut feſtū aliud quodcunque ſolenne defuturum, qood non ſine lumine celebrabatur. Nam Iudith.3.10. Principes, & honorati ſimul cum populis exierunt obuiam holoferni venienti, excipientes eum cum coronis, & lampadibus ducentes choros, in tympanis, & tibiis, & 2. Machab.4.22. Antiocbus magnificè ab Iaſone, & ciuitate ſuſceptus, cum facularum luminibus, & laudibos ingreſſus eſt. Semper autem ſcriptora ſacta ad calamitatē alicuius populi oſtēdendam, auferendam vocem gaudij, & lætitiæ, vocem ſponſæ, & ſponſi prædicit, quibus quicquid lætum eſt in populis comprebeodit, vt ſupra c.7.34.16.9.33.11. & Baruch.2.23.

Matt. 25.1. *Iud.3.10* *2. Mac. 4.22.*

6 *Verba mea.*] Impletis Septuaginta annis, de quorum computatione dicemus c.29. liberati ſunt Iudæi iuxta promiſſa Dei, & Babylonicum imperiū per Medos, Perſaſqoe deſtructum, iuxta varias propbetarum comminationes, qui extremum tādem excidiom Babyloni minabantur, vt facit Iſa. 13. cap.23. & 43. & Habacuch, & alij Dei ſerui, per quos locotus eſt dominus contra Babylonem, vt intelligunt Hogo, S. Thomas, & Dionyſius, cum omni quod ſcriptum eſt in libro: iſto, & prophetauit Ieremias, vt ait Vatablus: vel vt Hugo, maximè, omne, quod ſcriptum eſt io libro iſto prædictum ab Ieremia contra omnes gentes. Quod autem ſubucitur. Quia ſeruierunt eis cum eſſent geotes multæ, & reges magni. Hoc eſt: ſimul cum rege Babylonis euertam gentes omnes, quæ numero multæ, & patentia ſuperbæ, & quæ reges magnos habent, quia in eius exercito erunt, ſeruientes ei contra populum meum: ſic exponunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, & Dionyſius, & idcirco iubet illis propinari calicem iræ domini.

Iſ.13.23 *Cōmunis intelligentia.*

Lyra ſic explanat: ego excindam gentes Chaldæorum, qoia, ſeruierunt eis, boc eſt, quia ſubiugauerunt gentes multas, & reges magnos, Iodæorum, & ſimiles, non ſua potentia, ſed Dei virtute, & tamen in ſopetbiam ſeſe extulerunt. Chaldæus tamen, Dauid Kimhi, & Vatablus ex Hebræo contrarium ſenſum eliciunt. Hebræa ſic habent: & fecerunt in eis etiam ipſæ gentes multæ, & reges magni, pro, & facient in eis, præterito ſumpto pro futuro. Hoc eſt, & gentes fortes, & reges magni Medorum, & Perſarum, facient in Chaldæis, ſicut ipſi fecerunt in aliis geotibus. Quod Chaldæus expoſuit, dicens, quia etiam ipſos in ſeruitutem adigent populi multi, & reges magni, & Tigurina. Quoniam ſeruient ex ipſi gentibus multis, & regibus magnis. Hoc eſt, nam vtentur eorum opera tanquam ſeruorum, etiam ipſæ gentes multæ, & reges magni, in ſeruitutem redigent ipſos, vt ipſi alios, Medi, & Perſæ. Nam verbum עָבַר Auaa, cōſtructum cum ב, quod eſt, facere io aliqoo, ſignificat vti opera alicuius tanquam ſerui, ſeruiſſe de alguno, & conuenit huic ſenſoi quod ſequitur, & reddam eis ſecundum opera, qoæ aliis præſtiterūt. Cum enim dicit, & adducam ſuper terram illam, nempe Chaldæam, omnia prædicta à prophetis, & Ieremia de pœna loquitur, quam explicat cum ſubdit, in ſeruitutem redigendos Chaldæos per gentes Medorum, atqoe Perſarum eorumque reges, & rependendum eis iuxta ea, quæ fecerunt, &

Intelligentia diuerſa.

A bic ſenſus continetur in verbis Vulgati dicentis. Qoia ſeruierunt, pro ſeruient Chaldæi eis gentibus, quæ ſunt multæ, & habent reges magnos, nēpe Medis, & Perſis. Definiti ſuot dies leoni rugiēti diabolo, in quibus licet ei tentare iuſtos, expugnare fortes, ſubiicere ſibi imbecilles, qui niſi breuiati fuiſſent non fieret ſalua omnis caro, ſed illis finitis, conuertet dominus furorem ſuum contra regem Babylonis diabolom, & contra regionem, illi ſubiectam, & non præteribit iota vnum, aut vnus apex de his, quæ comminatus eſt contra eum, Iſa. 10. & erit cum impleuerit domious cuncta opera ſua in monte Sioo, & in Ieruſalem, viſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur, & ſuper altitodinem oculorum eius.

Matt. 24.22. *Iſ.10.12.*

7 *Sume calicem.*] In viſione imaginaria, vt notant
B Hugo, S. Thomas, & Dionyſius, oſtenſos eſt calix aureus, & oblatus è manu domini vini meri plenus miſto, Ieremiæ, non vt teipſa ferret ad geotes, vt ex eo biberent, ſed vt inſtar prophetæ denunciaret vltionem diuinam ad omnes gentes peruenturam: nam id eſt calicem propinare, denunciare, vt expooῡnt Lyra, & Iſidorus. Calix autem plenus mero, ſignificat iuſtam Dei vltionem perlatam ad omnes gentes per Nabuchodonoſorem, & exercitum eius, nam vinum eſt iuſta vltio, ſeu pœna, vt volunt Hugo, S. Tbomas, Lyra, & Diooyſius cū Theodoreto: calix vero eſt poteſtas tyrannica Babylonis, vode cap.51.7. Ieremias dicit: calix aureus Babyloo in manu domini inebrians omnem terram. Iſidorus bunc calicem eſſe vult prophetiam denunciantem gentibus meritam pœnam. His
C verbis, bibent, & conturbabuntur tremore ſimiles furioſis, aut euoment, vt babent Lxx ſignificatur, ad ſatietatem bibeodum, illo autem, & inſanient, acerbitas vltionis ſub obſcure deſignatur, vt rectè ait Theodoretus. Verbo autem propinādi ad mores gentium alludit, apud quos in celebrioribus conuiuiis, imo io ſolennibus ſactis, calicem mero pleoum à ſacerdote prægustatum, ceteris per ordinem propinabant: qua de re Macrobius lib. 3. Satornal.ca. & ante ipſum Virgilius 1. Æneidos. Poſtquam prima quies, inquit, epulis, menſæque remotæ.

Calix quid ſignat. *Ier.51.7* *Conſuetudo gentium in hoc propinandi.* *Macrob.* *Virgil.*

Hic regina grauem gemmis auroque popoſcit.
Impleuitque mero pateram, & in menſa laticum libauit honorem.
Primaque libato ſummo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hauſit
D *Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro,*
Poſt alij proceres.

Sic ergo dominus iubet primum calicem iræ ſuæ propinari populo ſuo, tanquam celſiori, & Deo proximiori, deinde ceteris gentium regibus, vt cum ait Dauid Pſ. 74. Calix in mano domini vini meri plenus miſto: & inclinauit ex hoc in boc veruntamen fex eius non eſt exinanita, bibēt omnes peccatores terræ. Iubet autem dominus prophetæ propinare, boc eſt denunciare hūc calicem, vt vel prægustatus, ſumpta eius tam amara potione, reſipiſcere faciat, & noxium peccatorum humorem foras exire compellat, & reſtituat io priſtinam ſanitatem: alioquin amaræ vltioni ſubiiciat, & poteſtati Nabucbodonoſoris tyrannicæ tradat.

Pſ 74.9

8 *Ieruſalem.*] Incipit propinare ciuitati, quæ vocatur

A Ieruſalem incipio ſupplicium. Ez.9.2.

tur Dei nomine, ne conquerantur gentes aliæ, ſi & ipſæ affligantur, vt inferius arguit propheta, & Ezechiel c.9.ſex viris dictum eſt: Tranſite per ciuitatem,& percutite. Non parcat oculus veſter, neque miſereamini ſenem, adoleſcentulum, & virginem,paruulum,& mulieres interficite vſque ad internecionem, & à ſanctuatio meo incipite. Denunciat ergo propinandam Ieruſalem, ciuitatibus Iuda,& regibus eius,potionem amarã,quod videlicet, ſint dandi in ſolitudinem,in ſtuporem, in ſibilum, & maledictionem, & id quidem regibus Iuda,tribus nempe extremis Ioakim, in cuius anno 4.hæc potio oblata eſt Ieremiæ, & Ioachin, & Sedeciæ. Atque reipſa id fuiſſe comprobatum oſtendit,cum dicit,ſicut eſt dies iſta. Lyra,& Dionyſius huius ſententiæ ſeoſum per futurum exponunt,pro futuro accepto præſenti, propter certitudinem,ſicut dies vaſtitatis propediem futura facile demonſtrabit,ſicut res ipſa manifeſtabit. Hieronymus, Rabanos, Hugo, Vatablus, & Iſidorus, putant hæc verba non fuiſſe dicta anno 4. Ioakim, quo accepit calicem propinandum gentibus, ſed poſt completam prophetiam, & euerſam Ieruſalẽ adiecta fuiſſe ab ipſo Ieremia, cum in vnum volumen omnes ſuas redigeret prophetias. Verum hęc explicatio nou habet locum, quia hoc ipſo anno 4. Ioakim excipiente, Baruch redegit Ieremias in vnum volumen omnes ſuas prophetias,vt conſtat ex cap.36. atque adeo tunc adiecit hæc ipſa verba. Certius ergo eſt his verbis ſignificaſſe prophetam, iam tunc reipſa cœptam comprobari ſuam denũciationem, quia eo ipſo anno, quo hæc loquebatur venerat Nabuchodooosor, & cæperat Ieruſalem,& regem Ioakim duxerat captiuum Babylonem,& regios adoleſcentes, & partem vaſorum, vt refertur 2. Paralip.36.& ſupra id oſtendimus ca. 22.& hoc fortaſſe vidit Hieronymus, quem ſequitur Rabanus, cum illa verba ſic explicat, ſicut & præſenti probatur exemplo:& Theodoretus,cum verbum Ieremiæ iuxta Lxx.hodierna die,exponit hoc tempore,quo hæc prophetia incipiebat executioni mandari: ne putes in longum tempus differri calamitatem,& tu differas tui in melius conuerſionem.

2. Para. 36. Ier. 22.

9 *Omni populo.*] Quod dixit Vulgatus, & vniuerſis generaliter, Hebraicè dicitur, & omni [illegible Hebrew] Haeuer,& omni miſtioni:& Lxx.verterunt, & omnes mixticios: Tigurina, omni promiſcuo vulgo: ſicut Pagninus,& omnibus populis mixtis. Putat Vatablus,hoc nomine ſignificaſſe prophetam populum quendam miſcellaneum congregatum ex variis gentibus, & habitantem in deſertis finitimis Ieruſalem. Melius Hieronymus, Theodoretus, Rabanos, Hugo,& Dionyſius, intelligunt populũ aduentitium, qui ex multis gentibus commixtus, inter Ægyptios morabatur: exteros ſolet vocare Chaldæus,& hanc eſſe veram intelligentiam probat quod has gentes enumerat cum Ægyptiis, & quod nomen Hebræum in ſcriptura ſignificat populum mixtum cum aliis, vt Exod.12.38. Sed & vulgus promiſcuum innomerabile aſcendit cum eis,nempe ex externis,&2. Eſdræ 13.3. Separauerũt omnem miſtionem,hoc eſt, omnem alienigenam ab Iſraël. Sic etiam modo dicit,calicem propinandum Ægyptiis,& populis alienigenis, & externis, qui degebant in Ægypto, quales erant Iudæi, qui eo fugerant,nam hos voluit ſignificare, vt inquit Theodoretus, ne ſe putarent immunes à potu ca-

Exod. 12. 38. 2. Eſdra 13.3.

A licis,quod fugiſſent in Ægyptum:& propterea rectè vertit Vulgatus, cum dixit, & vniuerſis generaliter, nempe inter Ægyptios commorantibus.

10 *Auſitidis.*] De his gentibus in præſentiarum diſſerere ſuperſedebimus: quoniam de vnaquaque ſuo loco diſſerẽdum eſt, vbi Ieremias ex profeſſo agit contra illas. Nam contra Ægyptũ ſcribit cap.46. contra Palęſtinos cap.47. Contra Idumæã cui adiunguntur Dedan, Theman,& Buz agit cap. 49.7. cootra Moab cap.48. contra Ammon c.49. initio. contra Tyrum,& Sidonem c.27.3.& 47.4. contra Elam. c 49.34.& contra Babylonem c. 50. &51. De ceteris breuiter hîc agendum eſt nobis,& in primis de terra ארץ Vs. Auſitidem vocant Lxx.& hic Vulgatus: videtur autem nomen accepiſſe, vel ab Hus filio Aram filij Sem; quem ſuis filiis diſtri**B**buiſſe Traconitidem,& Damaſcum, affirmat Ioſephus li.1. Antiquit.c.14. Vel ab Hus primogenito Nachor fratris Abrahæ, de quo Gen. 22.20. & quidem ſi latè capiatur Idumæa, Hus in ipſa ſita eſt Idumæa, vnde Thren.4. dicitur, Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus. Tamen ſi ſtrictè accipiatur vt hoc loco ab Idumæa ponitur diſtincta, trans Iordanem ſita eſt, habens à meridie montem Seir, ſeu Idumæam, & deſertum Arabiæ verſus Chaldæam, & Sabæam: nam Chaldæi, & Sabæi vicini populi bona Iob deprædati ſunt: ad aquilonem habet Damaſcum. Eſt igitur in confinio Idumeæ,& Arabiæ. Nam Lxx. in vlt. cap. Iob dixerunt, Habitauit Iob in terra Auſitide, in finibus Idumeæ,& Arabiæ, quod ipſum Ariſtæas affirmauit apud Euſebium lib.1. de præparatione euãgelica cap.4.& Hugo ſuper hunc locum, imo Pli**C**nius lib.15.c.13. terrã Hus Arabiæ tribuit:& Chryſoſtomus Homil.5.ad populum Antiochenum, vt etiam Olympiodorus in initio Catenæ in Iob, aſſerit, multi longam peregrinationem in Arabiam obeunt, vt fimum Iob cernant, & oſculentur terram, quæ illius cruorem ſuſcepit. Non ergo rectè dicit Theodoretus nomine Hus hîc intelligi Idumæam,& quidem calicem bibiſſe regionem Hus, tum cum euerſa eſt Idumæa, non eſt dubitandum, iuxta id Threnorum 4. Ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis. Quod vero dicit omnibus regibus terræ, Vs, quaſi plures reges haberet, fortaſſe loquitur de regibus ſibi inuicem ſuccedentibus, vt dixerat, regibus Iudah, vel de regibus vrbium diuerſarum, vel plurale poſuit pro ſingulari, omnibus, pro cuicunque regi, nam regibus Tyri dicit inferius, & Sydonis, quæ cum ſin**D**gulares eſſent ciuitates, ſingulares habebant reges ad exaggerationem enim,& vehementiorem ſermonem, addit, regibus, pro regi.

Vs regio

Ioſephus.

Gen 22. 20.

Thren. 4. 21.

Ariſteas Euſeb. Plinius. Chryſ.

Olymp.

11 *Azoti.*] Dubium eſt non contemnendum pro explicatione verborum prophetæ, & reliquiis Azoti, quid intelligat nomine reliquiarum Azoti. Hieronymus, quem ſequuntur Rabanus,& Hugo putat nomine reliquiarum intelligi vrbem Geth, quæ numerum complet quinarium, vrbium Paleſtinorum, quæ ſolent in ſcriptura numerari: quod ad Azotum pertineret, tanquam ei vicina, & confinis, cuius & regio erat Azotum. Aliis videtur locutus Ieremias de hominibus, qui è vaſtatione Azoti reliqui fuerant. Nam Iſaiæ 20.1. dicitur. In anno, quo ingreſſus eſt Thartan in Azotum, cum miſiſſet eum Sargon rex Aſſyriorum, & pugnaſſet contra Azotum,& cæpiſſet eam. Hic erat Sennacherib, qui vt aditum ſibi pararet contra Ægyptũ

Azoti quæ dicantur reliquiæ

Iſ.20.1.

præmiſit Thartan, vt ſubiugaret Azotum, & venit contra Samariam, & obſedit Ieruſalem tempore Ezechiæ. Alij exiſtimant reliquos Azoti vocari, qui remanſerant ea Aaoti euerſiooe tempore Ioſiæ facta per Pharaonem Nechao regem Ægypti, à quo & occiſus eſt Ioſias vt legimus 4. Reg.
4 Reg. 23.29. 23.19. nam eo tempore creditur Azotum cæpiſſe,
Ier 47.1 cum Gazam percuſſit, vt dicit Ieremias cap. 47. 1. Verum cum Geth vrbs diuerſa ponatur ab Aaoto & non ſit veriſimile reliquias Azoti vocari ciues reliquos, quia vel non ſunt capti, vel ſeſe iam receperant: Dicendum eſt, Reliquum, vel reliquias vocari, vrbes alias, quæ erant in finibus Azoti, qua-
1. Mac. 14. lis dicitur fuiſſe Gazara 1. Macha. 14. & cheterorum, aliorumque innominatorum, qui erant ſecus mare Mediterraneum, ſolet enim ſcriptura enomeratis vel omnibus, vel aliquibus ciuitatibus Pa- B
Ier. 47.5 læſtinorum, addere, reliquias earum, vt c. 47.5. venit caluitiom ſuper Gazan, conticuit Aſcalon, &
Ezech. 25.16. reliquæ vallis earum. Ezechiel. 25.16. Ecce ego extendam manum meam ſuper Palæſtinos, & interficiam Cherethæos, & perdam reliquias maritimæ
Amos 1.8. regionis, & Amos 1.8. Diſperdam habitatorem de Azoto, & tenentem ſceptrum de Aſcalone, & cõuertam manum meam ſuper Accaron, & peribũt
Soph. 2.4. reliqui Philiſtinorum, & Sophoniæ 2.4. Quia Gaza deſtructa erit, & Aſcalon in deſertum, Azotum in meridie eiiciẽt & Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis funiculum maris gens Cheretæorum. Quia ergo Azotus erat in vltimis finibus Palæſtinæ ad meridiem Ægyptum verſus, prope mare, & Cheretbæi ad meridiem ſimiliter prope mare ha-
1 Reg. 30. 14. bitabant, vt conſtat ex dicto illius 1. Reg. 30. 14. C
Nos erupimus ad Auſtralem plagam Cherethi, & contra Iodam: per reliquias Azoti gentem illam Palæſtinorum in eius regione prope mare commorantem Ieremias voluit ſignificare.

12 *Trans mare.*] Cum inſulæ non ſint vltra mare ſed in medio mari, de iis loquitur propheta, quæ ſitæ ſunt in medio mari mediterraneo, quales ſunt Cyprus, Rhodus, creta, & ſimiles, quæ à Babylonijs ſunt occupatæ, ſic exponunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus. Quod autem Vulgatus dicit, trans mare, in Hebræo legitur בְּעֵבֶר Beeber in traiectu, vel in tranſitu maris, ſcilicet Mediterranei, quod Vatablus explicat, trans litiora maris, Lyra, & Dionyſius, trans partem maris, quod eſt in ipſo medio mari. De his qui attonſi ſunt in comam diximus capite nono, numero decimonono.

13 *Arabiæ.*] Omnes Arabiæ reges enumerat tam D felicis, quæ inter Perſicum, & rubrum mare ſita eſt, quam aliorum Arabum, qui iacent ad occidentem, qui dicuntur Hebraicè עֲרָב Ereb, quod nomẽ ſupra numero nono diximus ſignificare, mixtionem, & Lax. vocant mixticios, quod ſit vulgus Arabum promiſcuum habitans in deſerto, & incoleret Arabiam deſertam verſus occidentẽ. Vnde Chaldæus hic vertit, & cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Arabum, qui habitant in tentoriis in deſerto, & Hebraicè dicitur & conctis regibos Arabiæ, & cunctis regibos Arabum habitantiũ in deſerto. His ſubiicit reges Zambri, Hebraicè Zimri, Theodoretus putat ita dictos à Zamran fi-
Gen. 25 2. lio Ceturæ vxoris Abrahæ. Gen. 25.2. qoi propterea deſertum incolebant, vt etiam ſuſpicãtur Hieronymus, & Rabanus, quamuis & regionem eſſe Perſidis arbitretur, quod mox ſequatur Elam, regeſque Medorum.

14 *Rex Seſach.*] Regem Seſac regem Babylonia intelliguot omoes, Chaldæus Paraphraſtes Hieronymos, Theodoretus, Rabanus, Hugo, S. Thomas Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, & conſtat ex cap. Seſac Babylon
51.40. vbi Ieremias Babylonem vocat Seſac, cum Ierem.
dicit, quomodo capta eſt Seſac, quomodo facta eſt 51. 40.
in ſtuporem Babylon inter gentes? Rex enim Babylonis poſtquam alios reges ſubiugauerit, genteſque ſubiecerit, inquit propheta & ipſe oi fore ſubiugandum, & deſtruendum, quemadmodum,
1. ad Cor. 15. dicitur, Nouiſſim us inimicus deſtrue- 1 Cor.
tur mors. Sed buius nominis Ethymon inueſtige- 15. 26.
mus ſolus Hieronymus, quem ceteri ſequuntur, explicat nobis cur Babylon, quæ Hebraicè dicitur בָּבֶל Babel hoc loco vocatur שֵׁשַׁךְ Seſac, nempe ex commutatione, & oppoſitione litterarum Hebraicarum in alphabeto diuerſo ordine lectarum. Nam ſi incipiamus alphabetum, poſt א Aleph, ſecunda littera eſt ב Beth, quæ geminatur in בָּבֶל Babel & ſi incipiamus conuerſo ordine à fine, poſt vltimam litteram ת Tau, penultima ſequitur שׁ, Sin, quæ geminata, שׁשׁ, SS, reſpondet geminæ בב, BB. & ſi procedamus vlterius in alphabeto, in medio eius, poſtrema prioris partis alphabeti occurrit, כ, Caph, cui ſuccedit poſtrema poſterioris partis ſi legamus ab vltima ת Tau, ל Lamed quæ permutatæ deſeruiunt, illa quidem nomini שֵׁשַׁךְ, Seſac, hæc autem nomini בָּבֶל Babel, permutatis etiã vocalibus, nam cum dicendum eſſet Saſec, vt Babel, dicitur Seſac. Aſſerit autem Hieronymus prudenter ab Ieremia hac iocunda litterarum permutatione fuiſſe celatum nomen Babel nomine Seſac, ne apertè eorum contra ſe inſaniam commoueret, qui iam iam obſidebant Ieruſalem. Solos Lyra ſeſe opponit huic c[illegible]mmuni intelligentiæ, exiſtimans Seſac non eſſe nomen regis Babylonis, ſed regis Ægypti, ſiquidem vnus ea regibus Ægy-
pti, ita vocatur 3. Reg. 11. 40. vbi de Ieroboam dici- 3. Reg.
tur, & aufugit ad Seſac regem Ægypti: rationem 11. 40.
autem ethymologiæ addoctam non probat, nec eius cauſam, cum ſæpe videamus Ieremiam cap. 50. & 51. ceteroſque prophetas verbis apertis prænunciaſſe interitum Babylonis. Verum deceptus eſt Lyra, cum nollam meliorem afferat rationem. Tum qoia ea cap. 51. conſtat ſatis, Babel vocari Seſac, tum quia ille rex Ægypti non dicebatur שֵׁשַׁךְ, Seſac, ſed שִׁישַׁק Siſak, hic vero Seſac non ponitur nomen regis, ſed vrbis, tum demum quia contra Pharaonem regem Ægypti ſupra fuerat locutus Ieremias, qui non Seſac, ſed vattes dicebatur, cum Nabuchodonoſor cæpit Ægyptum, vt conſtat ea
noſtro Ieremia cap. 44.30. & Ioſepho lib. 10. Ant. Ier. 44.
c. 11. nec bibit calicem poſt omnes ſiqoidem Baby- 30.
lonius, poſtremus omnium punitus eſt, & fortaſſe Ioſephus
hæc fuit ratio Ieremiæ illius permutationis litterarum ſumendæ, vt ille qui nomine vocabatur è primis ferè literis Alphabeti compoſito, omnes alios reges ſobiugabat, & confundebat, dictus rex Babel confuſionis, in poſtremis poſt alios omnes puniẽdus, extremas etiam litteras nomini ſuo accommodaret, & diceretur Seſac, boc eſt biſſoa tuus, quod rea illius, qoæ biſſo, & porpura, quaſi regina induebatur, ſuo exuendus honore, proſternendus tandem eſſet: oe de ſua fortuna gloriaretur.

15 *Ecce.*] Optimo vtitor argumento à maiori ad 1 Petr.
minus: quo alloſit B. Petrus io 1. ſua epiſtola cap. 4. 4 17.
17. cum

A 17. cum dixit, Quoniam tempus eſt vt iudicium iocipiat à domo domini: ſi autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt euangelio, & ſi iuſtus vix ſaluatur, impius, & peccator vbi parebont? eodem argumento vtitur Ieremias cap. 49. Atque hinc ſoluitor quæſtio, quam mouet Hieronymus, quomodo poſt potum, ebrietatem, vomitumque, & ruinam Ieruſalem, dicat propheta ipſam non poſſe conſurgere: dixerat enim, bibite & ioebriamini, & vomite, & cadite, oeque ſurgatis à facie gladij, quaſi dixiſſet: bibite vſque ad ebrietatem, & vomitum, & vſqoe ad ruinam, & poſtea non reſurgatis, licet enim temulenti poſtea redeant ad ſe, ſed vos ita corruetis, vt nunquam reſtituamini in priſtinum ſtatum. & tamen Iſaias ca. 51. dixit, Eleuare, eleuare, conſurge Ieruſalem, quæ bibiſti de manu domini calicem iræ eius vſque ad fundum. Scimus etiam poſt 70. annos ad priſtinũ ſtatum reſtitutam. Soluitur enim in primis ex hoc loco illa verba, & dices ad eos, bibite, &c. facta fuiſſe ad gentes alias à Iudæis: quia argumẽto ſumpto à ſua ciuitate Ieruſalem, coarguit gentes, qoaſi in verbis prioribus non comprehenderit eam. Vel ſecundo poteſt dici, quoniam ſupra de gentibus alijs dictum eſt verſu 11. & 12. ſeruituras regi Babel ſeptuaginta annis, & poſt ea reſtaorandas, in prædictis verbis locutum prophetam de rege Babel, & Chaldæis, dicentem, Diceſque ad eos bibite, & inebriamiui, de quibos ſupra dixerat: Cumque impleti fuerint ſeptuaginta anni viſitabo ſuper regem Babel, & ſuper gentem illam, quam conſtat non fuiſſe inſtaoratam. Verùm quia videtur ſermo eſſe ad omnes gentes renoentes bibere calicem oblatum: ſatius eſt dicere, verba illa, bibite, & inebriamini, dici ad Ieruſalem, & omnes gentes, quæ ſi renuerent, proponitur illis quod incipiat flagellatio ab Ieruſalem, ne ſibi fieri iniuriam putarent. Quod aotem dicitur, cadite, neque ſurgatis, tunc intelligitur cum durabat potatio, & percuſſio gladij Nabuchodonoſoris: at poſtea tranſactis 70. annis, ad priſtinum ſtatum reſtitutæ ſunt gentes illæ cum Iudæis, quamuis nõ omnino, nunquam enim ad illum regium ſplendorem, & liberum imperiũ redierunt, in quo erant ante captiuitatem, cum ſemper Medis, Perſis, & Romanis fuerint ſubiecti.

Ierem. 49. 12. *Quæſtio* *Iſ. 51. 17.* *Dubiũ ſoluitur.*

16 *De excelſo.*] Videtor explicare id quod dixerat, Quia ecce in ciuitate, in qua inuocatum eſt nomẽ meum, ego incipio affligere, & vos quaſi inoocentes & immunes eritis? quemadmodnm enim rugitu edito, & voce leo, ſolet timorem incutere prope, longeve audientibus, ita Deus incipiens flagellare ſuum populum, irrugit, & clamat de loco excelſo Sion, ſonitu flagelli, quaſi vocem emittens ab omnibus gentibus, quæ audierint metuendam, quod iam eis idem flagellum immineat, iuxta illud Amos 3. Leo rugiet, quis nõ timebit? erit ergo ſenſus: Dominos de Sioo incipiet ſuum rugitum, & flagellationem, & de ſuo ſancto templo incipiet clamare, euertendo, & concremando illud, ingentem rugitum edet ſuper decorum templum ſuom, cum à Chaldæis deſtruetur, incipientibus ex fælici ſucceſſu excidij Ieruſalem, ſeſe hortari ad irruendum in ceteras gentes: quorum ſonitus perueniet ad terras longè diſſitas, & eum ſequetur flagellum. Hunc ſenſum videtur innuere Hieronymos, com ait, Dices quod dominus de excelſo rugiat, hoc eſt det ſui furoris indicium, quod noo eſt aliud quam ſonitus flagelli. & Theodoretus ait Deum de cœlo protuliſſe ſententiam, & in loco ſancto eam manifeſtam reddidiſſe, cum de habitaculo ſuo dedit vocem, ſeu reſponſionem, hoc eſt, effectum, quia verbum diuinum ſequitur effectus. Atque id magis declarat, cum addit, rugiens rugiet ſuper decorem ſuum, vel ſuper habitaculom ſuum, quod tẽplum omnes interpretes exponunt, præter Chaldæum, qui videtur ſignificare Ieruſalem, nam vehementer excanduit, & irrugiit contra ſuum habitaculum illud penitus euertens.

Amos 3. 8.

Celeuma, vel celeuſma Græcum, κέλευσμα, generalius nomen eſt, quàm Hebræum הֵידָד Hedad, nam Græcum nomen adbortamentum ſignificat eorum, qui vno iubente ſe inuicem adhortantur, vt vno connixu pariter conſpirãtes admoliri vniB uerſis viribus poſſint, quod ſingulis nequeunt, ἀπὸ τοῦ κελεύω, iubeo: diciturque de ijs, qui calcãt vuas, & qui inteodunt prælum ad exprimendum vinum ex vuis, & de naotis, de quibus Martialis, lib. 3. Quorum per vada tarda nauigantes, lentos figitis ad Celeuſma remos. de Helciarijs quoque, id eſt, qui onera funibus moliuntur, vel qui naues deducunt ſubducũtque. Denique de ijs qui ad officia ſe inuicem adhortantur. At nomen Hebræum Hedad, quatenus ex ſcriptura licet colligere de exhortatione dicitur calcantium vuas, ſe inuicem exhortantium ad muſtum exprimendum, vt cooſtat ex Iſaiæ 16. 10. Non calcabit qui calcare conſueuerat, vocem calcantium abſtuli vel Celeuſma ceſſare feci, & Ieremiæ 48. 33. Nequaquam calcator vuæ ſolitum Celeuſma cantabit Hebraicè, non calcabit Celeuſma, Celeuſma non Celeuſma. C & c. 51. 14. & ſuper te Celeuſma cantabitur. Dicit autem Hieronymus eſſe carmen lugubre. Verum ex locis dictis carmen victorum gaudentium potius eſſe videtur: præſertim ex illo cap. 48. vbi dicitur: Ablata eſt lætitia, & exultatio de Carmelo, & de terra Moab, & vinum de torcularibos ſuſtuli: neqoaquam calcator vuæ ſolitum Celeuma cantabit: quod eſt abſtuliſſe omnem lætitiæ cauſam: per allegoriam ergo ſignificat propheta hortamentum mutuum Chaldæorum populos contrucidantium, quaſi ſanguinem exprimentium, inſtar voas calcantium, & hoc eſt, Celeuſma quaſi calcantium concinetur adoerſus omnes habitatores terræ: quorum ſonitus latè longeque diffundetur, dicit autem aduerſus omnes habitatores terræ, illius, qoæ vaſtanda erat, vel terræ Iodeæ, vt exponit Vatabl.

Celeuſma. *Martialis.* *Iſ. 16. 10.* *Ierem. 48. 33.* *Ierem. 51. 14.*

D 17 *Iudicium.*] Vult Deus ſe iuſtum in communi gentium oſtendere punitione, & hoc eſt, iudicatur cum omni carne, hoc eſt ſe iudicandum ſubijcit omni homini, vt qui iuſtam toetur cauſam: & impios tradet gladio, vt habetur in Hebræo, & io cõmẽtario Hieronymi quod Vulgatus dixit, impios tradidi gladio, ſed in idẽ recidit. Refert aotem in ſequentibus acerbitatem ſupplicij, in primis ex hoc quod ſerpet de gente in gentem, nam ſubiugata vna gens cogetur dimicare contra aliã: quod ſupra dixerat, vnicuique contra fratrem ſuum; quo videtur Chriſtus alluſiſſe Luc. 21. cum dixit, Surget gens contra geotem, & regnum aduerſus regnum. Deinde quod exercitus turbulentus excitabitur ab extremis, hoc eſt, remotiſſimis terris Chaldæorum, vt intelligunt Hieronymus, Theodoretus, cum reliquis, præter Vatablum, qui ſine ratione de bellis Romaoorom declarat.

Luca 21. 10.

18 *Vlulate.*] Conuertit ſermonem ad Iudæos, vt A volunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, & nomine paſtorum reges, & principes intelligit, gregem vero, aut oues populum, vocat, maiores autẽ, vel oprimates gregis, quos arietes nominant Lxx. potentiores inter oues, iuxta Chaldæum, & ceteros expoſitores: Inuitat ergo eos, ad planctum, propter quatuor, tum quia ipſi perituri: tum quia non poterunt fuga ſe liberare, tum quia paſcua vaſtanda, tum quia arua deſtruẽda, tum maximè, quia Deus erat templum ſuum deſerturus. De primo ait, & cadetis quaſi vaſa precioſa. Hebraicè, quaſi vas deſiderij, quia quemadmodum vas quanto prius erat precioſius, tanto maius in eius confractione fit damnum, & difficilius reſtituitur, ita vos, qui in magno precio habebamini, & in deliciis viuebatis, cum cacleris, diffi- B cilius reficiemini. Sic Chaldęus, Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus. Quia vero Lxx. verterunt, arietes electos, quaſi eſſent vaſa, aut inſtrumenta ſacrificij, poreſt & ſic intelligi, Mactabimini à Babyloniis quaſi pinguis hoſtia. Secundo excludit ſalutis viam, cum ait peribit fuga, hoc eſt, neque locus, neque tempus, neque facultas dabitur ad euadendum. Chaldæus intelligit nullam ſupereſſe domum refugij, alludens ad vrbes fugitiuorum, ait enim peribit domus fugitiuorum à regibus, & liberatio à fortibus populi. Hoc eſt, nulla erit vrbs effugij. Tertio addit aliam rationem planctus, quia vaſtauit dominus paſcua eorum. Hoc eſt populos, quorum tributis, aut bonis paſcebantur, & ad delicias nutriebantur, vt intelligunt Chaldæus, Hugo, Lyra, C & Dionyſius: vnde fugiebant tam mortem, quam famem.

Quarto adiicit ad augendum planctum: exeidenda paſcua pacifica, vbi pacifice, & ſine incurſione beſtiarum greges antea paſcebantur. Nam nomen נאות Neoth ſignificat Caulas, & Tuguria, ſeu caſas paſtoritias vna cum paſcuis amænis circum illas, ſeu aruis, & Chaldæus quidem, Vatab. & Iſidorus, vt etiam S. Thomas, intelligunt ciuitates, & prouincias, quæ pace prius fruebantur, Lxx. vertentes, ceſſauerunt ſpecioſa, ſeu commoda pacis, iuxta Theodoreti expoſitionem voluerunt connumerari fructus pacis, qui ſunt agriculturæ, plantationes, negociationes, artium, & contractuum exercitia, nuptiæ, cœtus, feſta, delectationes animi, & quæ ſunt his ſimilia. At Hugo, Lyra, & Dionyſius exponunt arua ipſa amæna, & ſpe- D cioſa conticuiſſe, hoc eſt, ſterilia facta fuiſſe, & infructifera poſt deuaſtationem, cum in pacis tempore fuiſſent amæniſſima, & vberrima. Conticuiſſe autem dicit, quod iam nullos fructus ferrent, per metaphoram, quemadmodum cantare dicuntur, aut ridere cum virent, iuxta illud Pſ. 64. Valles abundabunt frumento, clamabunt etenim, hymnum dicent: quando vnuſquiſque requieſcit ſub vite, & ficu ſua, & non eſt qui exterreat. Sic enim cum doctrina, virtutumque exercitationes in eccleſia conticeſcunt, & in ſingulis hominibus ceſſant precationes, & ſpiritualia exercitia, indicium eſt indignati domini.

Pſ 64. 14.
3. Reg. 4. 25.

Demum maximè dolendum proponit, quod ceterorum omnium malorum fons eſt, & origo, quod dereliquit quaſi Leo vmbraculum ſuũ Deus cubile, aut latibulum ſuum, & intelligit templum, vt omnes exponunt, præter Chaldæum, qui explicat ciuitatem Ieruſalem. Deus enim qui dum præeſſet templo ſuo, illud tuebatur, ne quiſquam in ipſum irruere hoſtis auderet; quemadmodũ Leone præſente in ſuo latibulo, nulla beſtia audet in illud ingredi, at ſi fugerit, omni beſtiæ patet, ita cũ deſeruit templum hoſtibus expoſuit diripiendum & euertendum, ſic explicant metaphoram Leonis Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius At Varablus, & Iſidorus, in eo putant eſſe comparationem, quod Leo penitus deſerit ſuũ latibulũ, præſertim ſi prædam circum illud non inueniat, ſic enim Deus, quia prædam è templo non inueniebat, ſcilicet, completionem volũtatis ſuæ, quia cibus eius eſt vt fiat eius voluntas, aufugit, & penitus deſeruit, & combuſtioni Chaldæis expoſuit. Sed prior ratio commodior eſt, nam tranſactis 70. annis rediit ad nouum templum, & ad ciuitatem Ieruſalem.

Ioan 4. 34.

19 *A facie iræ.*] Hebraicè legimus à facie היונה, חרון Haron Haionah, & primum quidem nomen Haron iram proprie ardentem ſignificat, quam vocat æſtum Tigurina. Septuaginta vero, Chaldæus, & Vatablus nomine gladij, quaſi iræ ſigno expoſuerunt, per metonimiam. Altera dictio Ionah deducitur à verbo ינה Ianah quod eſt vaſtare, opprimere, & vim inferre, & vel eſt participiũ fœmineum coniugationis Cal, & tunc, à facie iræ, Haionah, erit, à facie iræ vaſtatoris, vel vim inferentis, aut opprimentis, & ſic vertunt Tigurina, Dauid Kimhi, Pagn. Vatab. & Iſid. cum Lxx. qui transferunt, à facie gladij magni, & quidam Deum ipſum intelligont, cum de eodem dicat, à facie iræ opprimentis, & à facie iræ furoris domini, quo deſerente tabernaculum ſuum, terra Iudæorum deſolata eſt. Pagn. & Vata. intelligunt Nabuchodonoſorem, eiuſque furorem hoſtilem, cuius vi, & oppreſſione oppreſſa eſt terra, quem ſupra vocauerat gladium ſuum.

Chaldæus paraphraſtes, & R. Salomon, quem refert Lyra, deducunt nomẽ Ionah à יין Iaiin, quod eſt vinum, & ita Salomon vertit, à facie iræ vinoſæ Chaldæus autẽ, à facie gladij inimici, qui inebriat, ſicut vinum, vt perſtet in metaphora calicis vino pleni, quaſi dicat, à facie gladij Nabuchodonoſoris inebriantis, ſicut vinum, vel à facie vindictæ Dei inebriantis ſicut vinum.

Alij deducunt à יון Iun columbus, vnde fœmineum Ionah, quamuis velint alij deriuari à ſupradicto verbo ינה Ianah, quaſi oppreſſa, iuxta propriam verbi ſignificationem, quod columba omnium prædæ pateat. Vel ex alia ſignificatione verbi, quæ eſt circunuenire, aut ſeducere: quod hoc epithetum ſoleat tribui columbæ, & dicitur ſeducta, ſeu ſtolida, vt in commentario Sophoniæ. 3. notauit Dauid kimhi: vnde Hoſeæ 7. 11. dicitur Ephraim columba ſeducta non habens cor, & hoc modo vertere Lxx. Sophoniæ. 3. & Vulgatus hic, & Ierem. c. 46. 16. Sed quem intelligat nomine columbæ videndum eſt. Hieronymus, Rabanus, & S. Thomas volunt poſſe accipi Ieruſalem, nam terra deſolata eſt coram ipſa Ieruſalem irata, & triſti quod Leonis ſui perdidiſſet cuſtodiam, & terrã ſuam vidiſſet venire in deſolationem: Nam & hoc nomine vocatur. Sophon. 3. Sed ex alterius ira, aut furore Iudæam omnem deſolatam, plangit propheta, non quod ipſa irata ſit.

Hoſea 7. 11.
Sop 1. 1.
Ierem 46. 16

Gregorius magnus lib. 32. Moral. c. 7. quem ſecuti ſunt Rabanus, Hugo, & S. Thomas, nomine columbæ

Greg.

Columbæ intelligi ipſum Deum, ob æquabilitatem, & immorabilirarem, qood cum excandeſcere vehementer in effectu videator, in affectu autem Columbæ inſtar oulla perturbatione ducarur, vel quod narura clementiſſimus, & manſuetiſſimos vt Columba, iniquitate hominum compellatur à genuina ſua bonitate ad iram, & vindictam recedere: probar autem fieri ſermonem de Deo, quod ſubiicitur, & à facie iræ furoris domini, quamuis in Hebræo pro domini, ſit, ſui, tantum. Hieronymus tamen, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius verius, nomine Columbæ intelligunt Nabuchodonoſorem. Vel vt alij, Babylonem, ſignificantem per metonimiam regem ſuum, aut exercitum. Nam Iudæa deſolata eſt per iram Nabuchodonoſoris, aut exercitus Babylonij: quod
Ierem 46. 16. ita verum eſſe couſtat ex ca. 46. 16. vbi Nabochodonoſorem vocari Columbam oſtendit verſus 13. in quo dicitur, Verbũ, quod locurus eſt dominus
Rex Babel columba cur dicatur ad Ieremiam de aduẽtu Nabuchodonoſoris regis Babel ad percutiendam terram Ægypti. At videre oportet cur rex Babylonis dicatur Colũba? Quidã putant, nempe Hugo, S. Thom. & Dion. Columbam id eſt mãſuetum, per antiphraſim dictum, ob nimiam ſæuitiam, & immanitatem. Alij ob velocitatem, nam velociores aquilis equi eius dicti
Ier. 4. Thr. 4. Virgil. ſunt ſupra c. 4. & Thren. 4. celebris autem eſt Columbæ celeritas, de qua Virgilius Æneid. 5.

Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.

Aliis videtur propter Semiramidem, quæ Colũba dicta eſt, ei nomen adaptatum, cæteriſque regibus Babyloniis, vel quod in vexillo Colombam ſemper aſportarent, quæ erat ſignum Babyloniorum. Nam fama eſt Semiramidem, auctore Gni-
Gnidi°. Diodor. dio, à Columbis enutritam. Diodorus Siculus lib. 3. Bibliothecæ, refert Semiramidem Aſcalonitam, in deſertis locis à matre derelictam, per annum ab auibus enutritam, vnde nomen ſortita eſt, nam Syri autem Semiramidem vocant: hanc fuiſſe Columbam inde probatur, quod Syri, & Babylonij, vt ille ait, Columbam venerentur, quod Semiramidem in Columbam conuerſam fuiſſe fabulentur, cuius
Xen. rei meminit Xenophon lib. 1. de Cyri minoris expeditione fol. 5. dicens. Hinc Cyrus quartis caſtris mille paſſibus, & octuaginta ad Chalou amnem progreditur: huius eſt latitudo paſſuum viginti:

A magnis vero, ac manſuetis piſcibus reſertiſſimus eſt, quos Syri ſacroſanctos habent, eoſque violare æqoe ac Columbas nefas putant: quod videtur indicaſſe Hoſeas c. 11. 11. cum dixit, Auolabunt quaſi *Hoſ. 11. 11.* auis ex Ægypto, & quaſi Columba de terra Aſſyriorum. Itaque ab Aſſyriis, ſeu Babyloniis Columba colebarur, propter Semiramidem, coouerſam in Colombam, quod ab ea fuerit enurrita, vt inſinuat Ouid. li. 4. Metam. de matre eius ſic loquens,

An magis, vt ſumptis illius filia pennis,
Extremos altis in turribus egerit annos.

Vel propter Semiramidis libidinem, quæ Colũbæ laſciui animalis, nomine fuerit inſignita, nam tanta fuit, vt filij concubitum experierit, & equum vſque ad coitum adamauerit, auctore Iuba, vt refert Plinius lib. 8. c. 42. vt propterea Ephoriõ eam *Iubá. Plinius.* ardentem appellarit: ſic ergo, vt notant Hugo, & *Ephorió* B S. Thomas, cum dicit propheta terram deſolatam à facie iræ Columbæ, nihil eſt aliud, quam ſtatim vt viderint exercitum Columbæ, id eſt, ferentem vexillum habens Columbam, ac ſi diceremus, à facie aquilæ aoreæ, quam ante ſe geſtabat Cyrus rex Perſarum extenſam in longa haſta, & permanſit in ſignum Perſarum regibus, vt refert Xenophon *Xen.* Cyripediæ lib. 7. in principio. Aut à facie aquilæ, lupi, minorauri, equi, aut apri, quę animalia pro ſignis ante aciem geſtare ſolebant Romani, & ſi poſtea ſola in aciem aqoila inuecta eſt à C. Mario, vt notat Plinius lib. 10. cap. 4. aut à facie ſigni crucis, *Plinius.* quod vice labari præcipui, inter Romanorũ ſigna Conſtantinus præferri iuſſit, vt memoriæ prodidere Tertullianus in Apologetico ca. 16. Ambroſius *Tertull.* in epiſtola 29. Prudentius lib. 1. aduerſus Symma- *Ambr.* chum, & alij Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores: Aut *Prud.* C à facie ſigni filij hominis, quod apparebit in cœlo. Matt. 24. 30. quod viſum metum vehementem in- *Mat. 24. 30.* cutiet omnibus tribubus terræ. Ita profecto, viſo vexillo Columbæ, quod præferebat Nabuchodonoſor vniuerſus orbis metuebat. Admonet aotem propheta articulo demonſtratiuo ה Ha, præfixo, cum dicit, הַיּוֹנָה Haionah in omnibus prædictis locis ſe non loqui de quaois Columba, ſed de illa inſigni, & omnibus gentibus nota, & quæ antonomaticè diceretur Columba, quam præferebat Nabuchodonoſor, & illius exercitus.

CAPVT VICESIMVMSEXTVM.

1 IN principio regni Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt verbum iſtud à domino dicẽs:
2 | Hæc dicit dominus: ſta in atrio domus domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iudæ, de quibus veniunt, vt adorent in domo domini, vniuerſos ſermones, quos ego mandaui tibi, vt
3 loquaris ad eos: noli ſubtrahere verbum, | ſi forte audiant, & conuertantur vnuſquiſque à via ſua mala: & pœniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum
4 eorum. | Et dices ad eos: hæc dicit dominus: ſi non audieritis me vt ambuletis in lege

PARAPHRASIS.

IN principio regni Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, fecit dominus ſermonem hunc ad Ieremiam. Abi in atriũ templi, & loquere ibi illis, qui ex vniuerſis vrbibus Iuda veniũt vt me adorent, quæcunque dixero tibi, caue ne vel vllum verbũ ſupprimas: fortaſſe audient te, & conuertentur à vita ſua improba, & ego mutabo ſententiam de malo eis inferendo, quod inferre decreuerã, propter peſſima ipſorũ ſtudia. Dices ergo illis: ſic ait dominus: ſi mihi parere nolueritis, vt obſeruetis legem meam, quam propoſui vobis, & verba ſeruorum meorum prophetarũ, quos ad vos opportunè mittere curaui, & eis parere noluiſtis, deſtruã templum iſtud, vt deſtruxi domum *Ioakim. anno. 1.*

' Silo & vrbē hanc tradā gentibus deuaſtandā. Iuit Ieremias ad tēplum, & locutus eſt omnes hos ſermones audiētib. ſacerdotibus, pſeudoprophetis, & vniuerſo populo. Cūq; ſinē loquendi feciſſet, omnes illi cōſenſu vnanimi apprehenderunt Ieremiā, dicētes. Certo morieris, quia prophetaſti in nomine dñi ſicut Silo, ita euerti debet domus iſta: & vrbs hæc adeo deuaſtāda, vt nullus in ea ſit remāſurus habitator. Cōcitato igitur vniuerſo populo aduerſus Ieremiā, cū ad principū aures, qui erant in regis palatio, perueniſſet tumultus, ' aſcenderunt illi ſtatim in domū domini, & cōſederunt ad oſtium portæ nouæ tēpli, ad ſedādum ex iure tumultū, & cauſā agendā Ieremiæ. Sacerdotes itaq; & pſeudoprophetæ accuſantes Ieremiā, dicebat principibus, vniuerſo populo audiēte. Mori debet procul dubio vir iſte, quia prophetauit cōtra vrbē hāc vt vos omnes veſtris auribus audiſtis. Ieremias vero pro ſe rationē reddēs, dixit principib. ac populo. Dñs vere miſit me vt prophetarē cōtra ædē hāc, & vrbē, quæcunq; ex me audiſtis: ergo vel nunc bonas reddite veſtras actiones, & ſtudia, audientes vocē dñi Dei veſtri, & reuocabit ſentētiā de infligēdo latā malo, quod cōminatus eſt vobis. Ego ſane ecce in manib. veſtris ſū, facite de me quodcunq; vobis collibitum fuerit, nec enim recuſabo ſubire, ſi lubet occidite, quacunq; vel aliis plectite pœna. Veruntamē hoc pro certo habetote, quod ſi me interfeceritis eum quidē interfeceritis, propter cuius necē grauiſſimas vos ipſi, cū vrbe, & incolis vniuerſis pœnas eſtis laturi, cum reuera dñs me miſerit, vt loquerer vobis hæc omnia, quæ ex me audiſtis. Hoc ſermone audito, principes ac populus vniuerſus mutata ſententia, dixerunt ſacerdotib. & pſeudoprophetis. Non debet mori vir iſte, quia miſſus à domino Deo noſtro locut' eſt nobis. Quā ſententiā, vt exēplo non antiquo cōfirmarēt, ſurrexerunt quidā è ſenioribus. & dixerunt omni cœtui. Micheas Moraſthites prophetauit ſub Ezechia rege Iudah, & dixit ſimiliter vniuerſo populo. Sic dicit dñs exercituum, Siō vt ager arabitur, & Ieruſalē in aceruos lapidū redigetur, & mōs Moria, in quo eſt ſitū tēplū inſtar Syluæ arboribus erit plen': & tamē nec rex Ezechias nec vllus è populo auſus eſt illum morte dānare Quin imo timuerunt dñm, & deprecati ſunt illū, & dñs reuocauit ſententiā de malo inferēdo, quod illis fuerat cōminatus Hoc ergo exēplo admoniti, ne nos tā ingēs ſcelus cōmittamus cōtra animas noſtras ' quale fuit illud, quod hoc ipſo anno patratum eſt. Nam cum Vrias filius Semei de Cariathiarim miſſus à dño prophetaret cōtra vniuerſā hāc vrbem, & regionē, eiſdē pene verbis, quib. Ieremias, audiēte rege Ioakim, ducib. ac principib. eius: Rex iuſſit eū requiri vt interficeret: quod vt ille reſciuit timore corrept' fugit in Ægyptū. Emiſit rex Elnathā filium Achabor, & quoſdā alios cum eo & eduxerunt Vriā ex Ægypto, & deduxerunt ad regē, qui eū occidi iuſſit, & cadauer eius proiici ' in ſepulcris vulgi ignobilis Ita demū effectū eſt, vt liberaretur Ieremias, nā ' Ahicā fili' Saphā, vir inter eos magni nōis, ſuſcipiēs curā ſalutis Ieremiæ, cauit, ne per principes vulgi libidini interficiēd' permitteretur.

mea, quā dedi vobis, | vt audiatis ſermones 5
ſeruorū meorū prophetarū, quos ego miſi
ad vos de nocte cōſurgeos, & dirigēs: & non
audiſtis | Dabo domū iſtā ſicut 'Silo, & vrbē 6
hāc dabo in maledictionē cūctis gētib. terræ.
| Et audierūt ſacerdotes, & prophetæ, & 7
omnis populus Ieremiā loquentē verba hęc
in domo dñi: | Cūq; cōpleſſet Ieremias lo- 8
quēs oīa quæ præceperat ei dñs, vt loqueretur
ad vniuerſū populū, apprehenderūt eū
ſacerdotes, & prophetæ, & oīs popul' dicēs:
morte moriatur | Quare prophetauit in oīe 9
dñi, dicēs: ſicut Silo erit domus hæc: & vrbs
iſta deſolabitur, eo q nō ſit habitator? Et cōgregatus
eſt oīs populus aduerſus Ieremiā
in domo dñi. | Et audierunt principes Iuda 10
verba hæc: & ' aſcenderūt de domo regis in
domū dñi, & ſederūt in introitu portæ domus
dñi nouæ. | Et locuti ſūt ſacerdotes, & 11
prophetæ ad principes, & ad omnē populū,
dicentes: iudicium mortis eſt viro huic: quia
prophetauit aduerſus ciuitatē iſtā, ſicut audiſtis
auribus veſtris | Et ait Ieremias ad oēs 12
principes, & ad vniuerſū populū, dicēs: dñs
miſit me vt prophetarē ad domū iſtā, & ad
ciuitatē hāc omnia verba quæ audiſtis | Nūc 13
ergo bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra,
& audite vocē dñi Dei veſtri: & pænitebit
dñm mali, quod locutus eſt aduerſū vos
| Ego autē ecce in manibus veſtris ſū: facite 14
mihi q bonū, & rectum eſt in oculis veſtris:
| Verūtamē ſcitote, & cognoſcite q ſi occi- 15
deritis me, ſanguinē innocētē tradetis cōtra
voſmetipſos, & cōtra ciuitatē iſtā, & habitatores
eius, in veritate enim miſit me dñs ad
vos, vt loquerer in auribus veſtris oīa verba
hæc. | Et dixerūt principes, & oīs populus ad 16
ſacerdotes & ad prophetas: Nō eſt viro huic
iudictū mortis: quia in nīe dñi Dei noſtri locutus
eſt ad nos. | Surrexerunt ergo viri ' de 17
ſenioribus terræ & dixerunt ad omnē cœtum
populi, loquētes. Michæas de Moraſthi fuit
propheta in dieb. Ezechiæ regis Iuda, & ait
ad omnē populū Iuda, dicēs: | hæc dicit dñs 18
exercituū: Siō quaſi ager arabitur: & Ieruſalē
in aceruū lapidū erit: & mōs dom' in excelſa
ſyluarū: Nūquid morte condēnauit eū Ezechias
rex Iuda, & oīs Iuda? | Nūquid non ti- 19
muerūt dñm, & deprecati ſunt faciē domini
& pœnitu[illegible]ominum mali, quod locutus
fuerat aduerſum eos? itaque nos facimus malum grande contra animas noſtras. | Fuit quoque 2
vir prophetans in nomine domini, Vrias filius Semei de Caria[illegible]: & prophetauit aduerſus
ciuitatē iſtam, & aduerſus terrā hanc iuxta omnia verba Ieremiæ. | & audiuit rex Ioakim, & om- 21
nes potētes, & principes eius verba hæc: & quæſiuit rex interficere eū: & audiuit Vrias, & timuit,
fugitque & ingreſſus eſt Ægyptū. | & miſit rex Ioakim viros in ægyptū Elnathan filiū Achobor 22
& viros cum eo in ægyptū: | & eduxerunt Vriā de ægypto: & adduxerunt eum ad regē Ioakim, 23
& percuſſit eum gladio: & proiecit cadauer eius ' in ſepulchris Vulgi ignobilis. | Igitur manus 24
' Ahicam filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi & interficerēt eum.

ARGV-

ARGVMENTVM.

IEremias miſſus à domino, in templi atrio prophetat templum cum vrbe vaſtandum, quamobrem tumultu excitato comprehenditur, & coram magiſtratibus conſiſtens à ſacerdotibus, & pſeudoprophetis, vt mortis reus accuſatur, ſed à ſenioribus defenſus, tandem patrocinio Ahicam ereptus eſt, ne plebi interficiendus traderetur.

COMMENTARIVS.

1 SIlo.] De ſubuerſione domus Silo diximus latè ſupra c. 7. numer. 8. Notat autem bene Hieronymus, quod ſicut extructo templo in area ornæ, & in monte Moria, hoc eſt viſionis, in quo Abraham Iſaac filium obtuliſſe narratur, ceſſauit religio Silo, nec poſtea ibi ſunt celebrata ſacrificia: ſic extructa eccleſia, & ſpiritualibus in ea victimis immolatis, ceſſauerunt legis ceremoniæ, & data eſt vrbs Iudæorum in maledictionem cunctis gentibus terræ: de qua nos dominus liberauit, dicente Apoſtolo, Chriſtus redemit nos de maledictione legis, factus pro uobis maledictio. Dabo, ait, vrbem hanc in maledictionem, hoc eſt, cunctis malis ſubiiciam, in quibus eſt deuaſtatio, nam ſicut benedictio omnium bonorum cauſa eſt, ita malorum maledictio, aut verius, vt Lyra, & Dionyſius, metonimικῶς, talem reddam Ieruſalem, tā quam dignam commiſeratione, vt cum voluerint gentes malum alicui imprecari, in exemplum adducant eam, dicentes, Accidat tibi quod vrbi Ieruſalem.

Ad Gal. 3. 13.

2 *Propheta.*] Pſeudoprophetas vocant eos Lxx. Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, cum ceteris נביא Nabi enim & vates ſignificat, & ſibi aſſumeotes prophetandi auctoritatem, & expoſitores, ſeu interpretes oraculorum, aut decretorum diuinorum, quales vocat Doctores Paulus, & nouum teſtamentum legis peritos, Rabbinos, ſeu ſcribas, quo numine tranſtulere hic Hebræū Nibeim Chaldæus, & Vatablus, vt in omnibus typus ſe conformaret veritati, quia vt Ieremiam accuſabant ſacerdotes & ſcribæ cum populo vniuerſo de blaſphemia, vt notat Theodoretus, quod dixiſſet templum Dei cum vrbe deſtruenda, ita accuſarunt Chriſtum, quod affirmaſſet ſe templū euerſurum, & in tribus diebus reædificaturum.

1 Cor. 12. 28. Luca 7. 30. Matt. 26. 61.

3 *Aſcenderunt.*] Notant rectè Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus propterea dictum eſſe, aſcendiſſe principes de domo regia in templum, quod templum ſitum eſſet in vertice montis Sion, regia vero in demiſſiori parte, conſederunt autem tanquam iudices ad oſtium portæ nouæ. Portam nouam dicit, quam Chaldæus vocat portam domus domini orientalem, eamque putant Lyra, Dionyſius, & Vatablus, quam ædificauit Ioatham, de quo dicitur 4. Reg. 15. 35. ipſe ædificauit portam domus domini ſublimiſſimam, quæ noua idcirco dicitur, quod poſt templum ædificatum à Salomone conſtructa eſt, cuius portæ orientalis cuſtos dicitur. 2. Eſdræ 3. 29. Semaia. Sed Hebræi notant hanc portam ſeptem appellari nominibus, quorum ſingulorum affert cauſas Dauid kimhi: vocatur porta Sur 4. Reg. 11. 6. quod ibi ſepararentur immundi, porta Ieſod fundamenti 2. Paralipom. 23. 5. quod ibi fundamenta iacerentur doctrinæ, & ritus docerentur: porta Harſith ſolaris, ſeu Orientalis Ierem. 19. 2. porta Ithon ingreſſus, quod eſſet frequentiſſima, porta Hatauac medij, aut media, quod eſſet inter duas portas. Porta Açarahalta ſuperior, quod eſſet ſupra atrium, ſeu oratorium, in quo Iſrael congregabatur ad orandum, & iuuabatur, quaſi dicas, auxiliatorium. Denique porta Haraſch noua, vt hoc loco, quod illic ſcribæ innouarent lectionem, & ſuam doctrinam, ac præſcripta & δευτερώσεις inſtituerent. Ad oſtium huius portæ, vt erat genti conſuetum, ſedes iudiciaria conſtituta eſt. Iudices ſeu magiſtratus erāt principes ſeculares, qui ad calumniam, vimque ſacerdotum repellendam, iudicium aſſumpſerunt. Accuſatores erant ſacerdotes, & ſcribæ accuſabant autem Ieremiam vt reum mortis, quod dixiſſet templum, vrbemque deſtruendam. Reus, ſuique defenſor erat Ieremias, prudenter, humiliter, & conſtanter pro ſe reſpondens, vt notat Hieronymus, prudenter quidem cum dixit ſe miſſum à Deo, & conſilium dedit, vt rationem viuendi mutarent, ſummiſſe autem, cum dixit, ecce ego in manibus veſtris ſum. Conſtanter, cum adiecit, ſe miſſum in veritate à domino, qui vlturus eſſet necem ſuam. Sententia lata eſt pro Ieremia, vnde collegit bene Hieronymus crudeliores fuiſſe in prophetam per inuidiam ſanctitatis, qui religioni dediti videbantur, quam qui neceſſitatibus publicis præerant. Illud vero dictum Ieremiæ, quod ſic habet Hebraicè, ſanguinem innocentem vos ponetis ſuper vos, ciuitatem iſtam, & incolas eius. eundem habet ſenſum, quem illud Iudæorum, ſanguis eius ſuper uos & ſuper filios noſtros, quia necando iuſtum Ieremiam, & Chriſtum putabant ſe euaſiſſe deſtructionem templi, & vrbis, at contra accidit, quod ob ſanguinem Ieremiæ effuſum venit Nabuchodonoſor, & deſtruxit templum, & vrbem, vt ob ſanguinem Chriſti venerunt Romani, & vrbem illā templumque penitus vaſtauerunt.

Porta noua. Matt. 27. 25.

4 *De ſenioribus.*] Seniorum proprium erat noſſe vetera, quorum frequens eſt mentio in euangelio: referunt autem hiſtoriam Micheæ, quæ habetur in eius prophetiæ c. 3. 12. ac accidiſſe ferunt tempore Ezechiæ, probi regis, cuius exemplo volunt reprimere populi furorem, ſacerdotum quoque, & ſcribarum, & Ieremiam ex illorum manibus eripere. Circa illud, Sion quaſi ager arabitur, animaduertendum eſt, antiquam fuiſſe gentium conſuetudinem, aratro ſicut vrbes ædificare, ſic etiam & funditus euertere. Nam de condenda vrbe dixit Virgilius lib. 5. Æneid.

Virgil.

Interea Æneas vrbem deſignat aratro.

De euertenda autem multa inueniuntur in anti-

Thucidides. quis ſcriptoribus teſtimonia. Nam Thucidides A refert Thebanosplateam in agrum redactam per decem annos conduxiſſe. *Seneca.* Seneca lib.1. de clementia ca.26. de Tyranni loquens crudelitate, Aratrũ, inquit, vetuſtis vrbibus inducere potentiam putat, & *Cicero.* Cicero Philippica.2. vt vexillum tolleret, & *Lucan.* aratrum circunduceret. Lucanus quoqoe lib. 7. ſic canit.

Sarmaticumque premat ſuccinctus Conſul, aratrum.

Horat. Sed & Horatius lib.1. carminũ Ode 16. ita cecinit.

Ira Thyeſtem exitio graui
Strauere: & altis vrbibus vltimæ
Stetere cauſæ, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Modeſt. Quo refertur illud Modeſtini in l. ſi vſusfructus. B 21. ff. quibus modis vſusfructus amittatur. Si vſusfructus ciuitati legetur, & aratrum in ea ducatur, vt paſſa eſt Carthago, ciuitas eſſe deſinit. Ideoque quaſi morte deſinit habere vſumfructum. Dicere ergo, Sion quaſi ager arabitur, non eſt aliud quam dicere, Sion deſinet eſſe ciuitas, & penitus euertetur. Et quod ſequitur, & mons domus in excelſa ſyluatum, quamuis *Euſeb.* Euſebius lib.8. de demonſtratione Euangelica ca.3. & Hieronymus ſuper Michæam, explicent, de magnis montis ruinis quæ in aceruum lapidum congerentur qui ſimilitudinem habeant magnarum rupium in ſyluis eminẽtium, tamen Theod. Dion. & Vatab. hîc, verius de copia arborum prodocenda, & in ſyluã augenda declarant, vt ex eodem aratro terra proſcindatur ad ſemen & ciues aogendos, & vaſtetur, & in ſyluam conuertatur.

5 *Fuit.*] C Exemplum de Vria ab eiſdem ſenioribus fuit productum, ad oſtendendum magnitudinem ſceletis, ſi Ieremiam interfeciſſent non fuiſſe videlicet diſſimile illi, quod paulo ante in ipſo anno contigerat in nece Vriæ, itaque duo producunt exempla, vnum Ezechiæ pij regis, quod eſſent imitaturi, alterum impij Ioakim, quod eſſent deteſtaturi: ſic enim intelligunt Theod. Hugo. S. Thom. Lyra, Dion. & Iſid. iuxta quam intelligentiam, cõnectitur prius exemplum cum poſteriori, illis verbis, Itaque nos facimus malum grande contra animas noſtras, ſi occiderimus Ieremiam, quale fuit quod commiſſum eſt hoc ipſo anno in cæde Vriæ. Nam Vrias fuit propheta, & cetera. Theodoretus legens cum Lxx. & nos fecimus mala magna contra animas noſtras, ſic connectit, & illi mutata, quamprimum vita, iram effugerũt, vos autem, ait, D plane atrocia commiſiſtis. Vriam enim Semei filium, negligentes permiſimus interfici à rege Ioakim, qui eum abdoctum ex Ægypto iaculis confodit. Sed facile accommodatur noſtræ lectioni, ſi dixerimus, & nos facimus malum grande contra animas noſtras, quale commiſimus hiſce ſuperioribus diebus, cum permiſimos Vriam occidi. *Exempla exemplis apponuntur.* Verũ R. Salomon, cuius ſententiam magis probãt Lyra, Dion. Vat. & Iſid. exiſtimat hæc verba non eſſe illorum ſeniorum, ſed impiorum, ſacerdotũ, & ſcribarum inſidiantium Ieremiæ, qui exemplo veteri à ſeniotibus producto in fauorem prophetæ, opponebant alterum exemplum recentius Vriæ, interfecti à Ioakim, quo probatẽt Ieremiam eſſe interficiendum: & probatur hic ſenſus: tum quia, initium illud, fuit qooque vir, videtur adiectum ex oppoſito præcedenti hiſtoriæ, quæ initium ſumpſerat ab illis verbis, Michæas de Moraſthi fuit

A propheta: tum maximè, quia ſeniores illi non auderent tam recentis facinoris crudelitatem adhuc viuentis Ioakim memoria replicare: Tũ demum, quia poſt hoc exemplum relatum, addit Ieremias, verumtamen non obſtantibus his iniquis inſidiatoribus, quaſi diceret, præualuit Ahicam vir magnus, & eripuit Ieremiam è manibus populi: & ſane ſatis probabilis hic ſenſus eſt, vt videamus non deeſſe improbis & rationes, & exempla ad ſuam impietatem, & crudelitatem comprobandã, æquè ac probis, ad patrocinandum piis, ac ſanctis viris. Sententia vero illorum, quos refert Iſidorus, dicẽtiom, hoc poſterius exemplum Vriæ addoctum ad comprobandum id ipſum, quod prius, ex eo, quod propter id ſcelus abductus ſit captiuos Babylonem vna cum matre: non eſt vera, quia hoc iudicium B contigit initio regni Ioakim, vt conſtat ex hoc capite, at illa pœna plexus eſt poſt vndecim annos, in fine regni ſui: non ergo potuit ex pœna futura probari præteritum ſcelus.

6 *In ſepulchris.*] Hebraicè dicitur, proiecitqoe cadauer eius in ſepulchra filiorũ populi. *Conſuetudo Iudæorum* Erat Iudæis conſuetudo extra vrbem quemque in fundo, aut agro ſuo ædificare ſepulcrum pro facultate, ad ſepeliendum eos, qui erant è familia: aut locum diuerſis ſepulcris deſignate titulis præfixis, vnde 2. Par.26.23. dicitur de Ozia, Sepelierunt eũ in agro *2. Para. 26. 23.* regalium ſepulcrorum, eo quod eſſet leproſus: ſic viri oobiles ſua conſtituta à maioribus habebant ſepulcra, quale erat in monte Bethel, ſepulcrũ hominis Dei, qui venerat de Iuda 4. Reg. 23. 17. & *4 Reg. 23. 17.* ſepulcrum Eliſei 4. Reg. 13. 21. Verum ſumptu pu- *4 Reg. 13. 21.* blico empti agri conſtituti erant ad ſepulcra pau- C perum, aut aduenarom, peregrinorum, qui ſi forte obiiſſent Ietoſolymis, non erat vbi ſepelirentur. ita Matt.27.7. dicitur agrum emptum ex pecunia qua Chriſtus eſt vẽditos à Iuda, in ſepulturam pe- *Matt. 27. 7.* regrinorum, qui propterea dictus eſt Haceldema, hoc eſt ager ſangoinis: qua ſepultura peregrina, fertur 2. Machab. 5.10. Antiochum caruiſſe, cũ & *2. Mac. 5.10.* illamentatus, & inſepultus ſit abiectus. Erat ergo ager quidã deſignatus ſepulcris plebeiis hominibus, ignotiſque, quos Vulgatus rectè vertit, Vulgus ignobile, & licet Chaldæus expoſuerit proiecit cadauer eius in ſepulcris tranſmigrantiũ, fortaſſe peregrinorum, at certius eſt loqui prophetã de alio agro in conualle Cedron, in quo populares, ac infimæ ſortis homines abſque honore ſepeliebantur. Cuius fit mentio 4. Reg. 23. 6. nã Io- *4 Reg. 23. 6.* ſias efferri fecit lucum de domo domini foras Ie- D ruſalem in conoalle Cedron, & combuſit eum ibi & redegit in puluerem, & proiecit ſuper ſepulcra Vulgi, Hebraicè, ſuper ſepulcra filiorum populi, in quibus hîc dicitur ſepultus Vrias, ad contumeliam, cum alij prophetæ in ſepulcris ſeparatis cum titulis honorificè ſepelirentur.

7 *Ahiam.*] Hic videtur eſſe ille, cuius fit mentio 4. *4. Reg. 22. 12.* Reg. 22. 12. cũ dicitur de Ioſia, Et præcepit Helciæ ſacerdoti, & Ahicam filio Saphan, ite conſulite dominum ſuper me, & ſuper populo, & ſuper omni Iuda, de verbis voluminis iſtios, qood inuentũ eſt qui propterea quod vir eſſet magni nominis ſuſcepit vt pius cauſam patrociniumque Ieremiæ, & effecit cum principibus aliis, ne permitteretur manibus populi Ieremiam interficiendum. Nam manus, ſicut in verbis his, vt non traderetur in manus populi, ſignificat poteſtatem, ita in illis, manus Ahicam fuit cum Ieremia: ſignificat fauorem, ſeu auxi-

auxilium, ſeu patrocinium Ahicam cui fauebat Ieremiæ, eripiens inopem de manu fortiorum eius Pſ.34.10 Pſ.34. egenum, & pauperem à diripientibus eum, & iuxta nomen ſuum fratrem iam morti deſtinatum ad vitam reducens. Ahicam enim eſt idem, quod frater reſurgentis, aut frater meus reſurrexit quia munus iuſtorum eſt, Deum in hoc imitari, vt eos, qui ceciderunt, eleuent, & iacentes erigant, & mortuos, qua ratione potuerint, vitæ reſtituant ſua miſericordia, ſuo auxilio, & pio fauore, vt fecit hic nobiliſſimus, ac piiſſimus Ahicam, cum ſancto Ieremia.

CAPVT VICESIMVM SEPTIMVM.

1 [1] IN principio regni Ioakim, filij
Ioſiæ regis Iuda, factum eſt
verbum iſtud ad Ieremiam à
2 domino, dicens: ‖ Hæc dicit
dominus ad me: fac tibi [2] vin-
3 cula, & catenas: & pones eas in collo tuo: ‖ Et
mittes eas ad regem Edom, & ad regem
Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad
regem Tyri, & ad regem Sidonis: in manu
[1] nunciorum, qui venerunt Ieruſalem ad
4 Sedeciam regem Iuda. ‖ Et præcipies eis, vt
Sedecia. anno 1. ad dominos ſuos loquantur: Hæc dicit do-
minus exercituum Deus Iſrael. Hæc dicetis
5 ad dominos veſtros. ‖ Ego feci terram, &
homines, & iumenta, quæ ſunt ſuper faciem
terræ, in fortitudine mea magna, & in bra-
chio meo extento: & dedi eam ei, qui pla-
6 cuit oculis meis ‖ Et nunc itaque ego dedi
omnes terras iſtas in manu Nabuchodono-
ſor regis Babylonis ſerui mei, inſuper, &
beſtias agri dedi ei, vt ſeruiant illi. Et ſeruiēt
ei omnes gentes, & [1] filio eius, & filio filij
eius: donec veniat tempus terræ eius: & ip-
7 ſius: ‖ & ſeruient ei gentes multæ, & reges
8 magni: ‖ Gens autem, & regnum, quod non
ſeruierit Nabuchodonoſor regi Babylonis
& quicunque non curuauerit collum ſuum
ſub iugo regis Babylonis: in gladio, & in fa-
me, & in peſte viſitabo ſuper gentem illam,
ait dominus: donec conſumam eos in manu
9 eius. ‖ Vos ergo nolite audire [5] prophetas
veſtros, & diuinos, & ſomniatores, & augu-
res, & maleficos, qui dicunt vobis: non ſer-
10 uietis regi Babylonis. ‖ Quia mendacium
prophetant vobis: vt longe vos faciant de
11 terra veſtra, & eiiciant vos, & pereatis. ‖ Por-
rò gens, quæ ſubiecerit ceruicem ſuam ſub
iugo regis Babylonis, & ſeruierit ei, dimittā
eam in terra ſua, dicit dominus, & colet eā,
12 & habitabit in ea. ‖ Et ad Sedeciam regem
Iuda locutus ſum ſecundum omnia verba
hæc dicens. Subiicite corda veſtra ſub iugo
regis Babylonis, & ſeruite ei, & populo eius
13 & viuetis. ‖ Quare moriemini tu, & populus
tuus gladio, & fame, & peſte, ſicut locut' eſt

PARAPHRASIS.

RVrſus[1] in principio regni Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda factum eſt huiuſmodi verbum Ieremiæ. Fac tibi [2] vincula, & catenas quas ponas ſuper collum tuum, vt tempore Sedeciæ mittas eas ad gentes, per legatos ad Sedeciam miſſos[3] vt perferant ad dominos ſuos, ad reges nempe Idumæorum, Moabitarum, Ammonitarum, & ad reges Tyri, & Sidonis præcipiens vt eis dicant. Sic dicit dominus exercituum Deus Iſrael, ego feci terram, hominem cum iumentis, quæ in ea ſunt, mea magna potentia, & brachio meo extento, & do eam cui mihi placuerit. Ita nunc trado, vt ſtatueram, omnes has terras veſtras poteſtati Nabuchodonoſoris regis Babylonis ſerui mei, cui & feræ ipſæ manſuefactæ obſecundantur, nec dum homines: & ſeruient ei omnes gentes & filio eius Euilmerodacho, & Baltaſari nepoti, donec veniat tempus, quo de ipſo etiam, & de eius terra me vlciſcar, poſtquam ſeruierint ei gentes multæ & reges magni. Gentem, autem, aut regnum, quod renuerit ſeruire Nabuchodonoſori regi Babylonis, & illius iugo ſuum collum ſubdere, percutiam gladio, peſte, & fame, donec prorſus ſubiecero illi. Vos ergo ne velitis audire veſtros[4] prophetas, diuinos ſomniatores augures, & maleficos, qui affirmant vos nequaquam ſeruituros regi Babylonis. Mentiuntur enim in ſuis vaticinationibus, quo longiſſimè abducant vos de terra veſtra, & in aliam eiiciant, atque ita pereatis. Gentem vero illam, quæ ſubiecerit collum regi Babylonis, eique ſeruierit, ego conſeruabo in terra ſua, & colet eam, & pacifice habitabit in ea. Quin & ad Sedeciam regem Iuda hæc ipſa omnia locutus ſum dicēs: ſubdite colla regi Babylonis, & ſeruite ei, eiuſque populo, & ſalua erunt vobis omnia Quare cōmittetis vt moriamini tu, & populus tuus gladio fame, ac peſte, quemadmodum comminatus eſt dominus cuicunque genti, renuenti ſeruire regi Babylonis. Ne acquieſcatis, inquam, verbis prophetarum dicentium vobis, non ſeruietis regi Babylonis, mendacium enim prophetant. Nam cum ego dominus non miſerim eos mendaciter affirmant ſe meo nomine prophetare, vt expelli vos permittam, & cum eis ipſis, qui vobis vaticinantur prophetis pereatis. Similiter admonui ſacerdotes, & populum, dicens. Ne audiatis hos veſtros prophetas, qui dicunt, reſtituentur quamcitiſſime vaſa templi, quæ delata ſunt Babylonem,

mendacium planè prophetant, ne ergo eos audiatis, ſed vltro ſubiicite vos iugo regis Babylonis, & viuetis, cur enim permittetis vt ciuitas hæc in ſolitudinem redigatur? Quod ſi illi veri prophetæ ſunt, & eſt verbum domini apud eos, deprecentur nunc dominum exercituum, ne permittat vaſa, quæ remanſerunt in templo, & in domo regis, & in Ieruſalem, abduci Babylonem. Sic enim dixit dominus de columnis, de mari, ac baſibus, ac de reliquis vaſibus relictis in Ieruſalem, quæ non abduxit Nabuchodonoſor cum tranſtulit Ieconiam filium Ioakim Regem Iuda, & omnes optimates Babylonem. Hæc, inquam, dicit dominus: Babylonem ' tranſportabuntur, ibique manebunt vſque ad diem, quo punienda eſt, tunc enim transferri ea faciam, reſtituique in locum ſuum. Prædictum verbum factum eſt in anno ipſo quo cæpit regnare Sedecias.

dominus ad gentem, quæ ſeruire noluerit
regi Babylonis. ‖ Nolite audire verba pro- 14
phetarum dicentium vobis: non ſeruietis
regi Babylonis: quia mendacium ipſi lo-
quuntur vobis. ‖ Quia non miſi eos, ait 15
dominus: & ipſi prophetant in nomine
meo mendaciter: vt eiiciant vos, & perea-
tis tam vos, quam prophetæ, qui vatici-
nantur vobis. ‖ Et ad ſacerdotes, & ad po- 16
pulum iſtum locutus ſum, dicens: Hæc di-
cit dominus: Nolite audire verba prophe-
tarum veſtrorum, qui prophetant vobis,
dicentes: ecce vaſa domini reuertentur de
Babylone nunc cito, mendacium enim
prophetant vobis. ‖ Nolite ergo audire eos, 17
ſed ſeruite regi Babylonis, vt viuatis, qua-
re datur hæc ciuitas in ſolitudinem? ‖ Et ſi 18
prophetæ ſunt, & eſt verbum domini in eis: occurrant domino exercituum, vt non ve-
niant vaſa, quæ derelicta fuerant in domo domini, & in domo regis Iuda, & in Ieruſalem,
in Babylonem. ‖ Quia hæc dicit dominus exercituum ad columnas, & ad mare, & ad 19
baſes, & ad reliqua vaſorum, quæ remanſerunt in ciuitate hac: ‖ quæ non tulit Nabu- 20
chodonoſor rex Babylonis, cum transferret Iechoniam filium Ioakim regem Iuda de
Ieruſalem, in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Ieruſalem. ‖ Quia hæc dicit do- 21
minus exercituum Deus Iſrael ad vaſa, quæ derelicta ſunt in domo domini, & in domo re-
gis Iuda, & Ieruſalem. ‖ In Babylonem ' tranſferentur, & ibi erunt vſque ad diem viſita- 22
tionis ſuæ, dicit dominus, & afferri faciam ea, & reſtitui in loco iſto. Et factum eſt ' in anno
illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda.

ARGVMENTVM.

IVſſu domini admonet per legatos Ieremias reges Iudeæ finitimos, vt ſe ſponte ſubiiciant regi Babylonis, cui Deus tradidit regna ipſorum, ſi velint rectè ſecum agi. Id ipſum admonet Sedeciam regem, ſacerdotes, & populum, & ne fidem vllam habeant quibuſcunque prophetis contrarium vaticinantibus, ſi volunt omnia ſua ſalua conſeruari.

COMMENTARIVS.

Quæſtio cum coniungendum hæc verbum in principio, &c. 1 Sententia.

1 IN PRINCIPIO.] Quæſtio eſt vtrum hæc verba, [In principio regni Ioakim regis Iudah factum eſt verbum iſtud ad Ieremiam à domino] pertineant ad præcedentis capitis hiſtoriam, an ad ſequentem prophetiam? Hierouymus quem ſequuntur Rabanus, Hugo, & Dionyſios, vt certum habendum eſſe dicit prædicta verba ad præcedentem hiſtoriam pertinere: ita vt abſoluta hiſtoria liberationis Ieremiæ, verba in initio 26. capitis poſita, in fine repetantur ad hunc modum. Itaque in principio, vt dixi, regni Ioakim regis Iudah, factum eſt prædictum verbum iſtud à domino ad Ieremiam: deinde incipiat caput viceſimum ſeptimum illis verbis: hæc dicit dominus ad me, fac tibi vincula, & catenas, quæ facta ſunt Ieremiæ ſub Sedecia. Atqoe hanc diſtinctionem inſinuat Theodoretus, cum inquit. Peracta hoc modo narratione iſta tranſit ad aliam hac vetuſtiorem: ſentit profecto, narratione, quæ acciderat in principio regni Ioakim, finita, tranſire prophetam ad aliam, qoæ accidit tempore Sedeciæ: probat Hieronymus hoc indicio, quod à Lxx. illa verba prætermiſſa ſunt, ne quæ in principio poſuerant repeterent in fine. Deinde quia quod præcipitur Ieremiæ, vt vincula faciat, & catenas, & mittat ad reges vicinos, tempore Sedeciæ factum dicitur, quo tempore venerunt ad eum nuncij regum illorum. Demum quia difficile creditu eſt ab anno primo Ioakim vſque ad Sedeciæ annum quartum, quo ea vincula ferebat, portaſſe Ieremiam per vndecim, imo per quindecim annos, vt colligitur ex capite ſequenti; viceſimo ſeptimo.

Verum

1. Sententia verior. Verùm Hebræis, vt R. Salumoni, Lyræ, Dionyſio, Vatablu, & Iſiduru videtur prædicta verba pertinere ad ſequentem prophetiam, atqne adeo ad capur 27. putant enim ſtatim ac liberatus eſt Ieremias à calumnia iam telata, iuſſum fuiſſe cunficere vincula, & catenas, ſibique impunere, tempure Inakim, in initiu regni eius, tribus annis antequam Nabuchodonoſor ſuũ imperium exurdiretur, vt Ioakim admoneretur ne humanis præſidiis fideret: ſed aduenienti paulù poſt Nabuchudunuſuri ſe ſubiiceret, iuſſum etiã fuiſſe ptophetã vt vincula illa, & catenas vſque ad id rempus, quu per legatus miſſus à finitimis tegibus Sedeciæ ea mitteret, portaret, atque ita ptæceptum cunficiendi vincula impoſitum eſt Ieremiæ in primu annu Ioakim: Sed ſub Sedecia miſſa ſunt ad teges per legaros ab ipſis miſſus ad Sedeciam. Et hæc ſententia verior eſſe comprubatur, tum quia nullus eſt, qui nun incipiat caput viceſimum ſeptimum ab illis verbis: In principio regni Iuakim. Sic enim exurdiuntur Lxx. Chaldæus Paraphraſtes, Vulgatus, cum ceteris interpretibus. Tum quia extra rem eſſet, & extra ſcripturæ cunſuetudinem, poſt tam lungam narratiunẽ de Michæa, & Vria reperere, hoc verbum factum eſſe ad Ieremiam in principio regni Ioakim. Tum maximè: quia verbum illud, dicendu, aut dicens, quod ſubiicitur ...s, factum eſt verbum iſtud ad Ieremiam, dicens, ram in Hebtæo quàm in Græcu Lxx. quàm in aliis Latinis editiunthus, manifeſtè oſtẽdit, verba præcedentia pertinere ad ſequentia, cum illiſq; coniungi, ac verbum factum ad Ieremiam in principiu regni Iuakim à dumino dicendo, eſſe hoc: hæc dixit duminus ad me, fac tibi vincula & carenas.

Ad ratiunem Hierunymi reſpundetur, Septuaginta in ſua editiune huc ipſum initium habere, vt couſtat ex cudicibus Complurenſi, Regio & Vaticanu, & ex Theudoretu, apud quos illud legimus: Vnde culligitur Hieronyinum cudicẽ Lxx. fuiſſe diminutum, & erruribus refertum, vt alias notauimus, & falsò ipſis Lxx. impunere frequenter in multis erraſſe, ac diminute fuiſſe interpretatus, multaſque teliquiſſe nequaquam expoſita.

Ad alteram, præceptum faciendi catenas iniunctum Ieremię ſub Ioakim, at mandatum executioni ſub Sedecia.

Ieremias catenas tulit 11. annis. Hoſea. 1. 2. Iſ. 20. 2 Ad tertiam dicimos Ieremiam veras cateuas puttaſſe, vt ex capite 27. manifeſtum fit: & ab initio regni Ioakim per toros vndecim annos, & plures vſque ad id rempus, quu venerunt legati ad Sedeciam, vel cuutinuo, aut cum ſpiritus adigebat, nec mirum cum Huſeæ iuſſum fuerit ducere meretricem, & Iſaiæ incedere nudum, & diſcalceatũ, vt notat Lyra. Qua in re magis licet admirari curam Dei, ac in hominem ſummam beneuolentiã, quam ipſam prophetæ ſuffetentiã: qui vt imprubos homines ad ſe alliceret, nun dubirarit tanro laburi, ac ignominiæ obiicere ſanctiſſimum, ac innucentiſſimum prophetam, ac præcipere, vt coram umnibus vincula, & iuga portaret. Quo magis miremur, non ſeruum, ſed filium vnigenitum laborare clamantem, eſſe paſſum, & tot affici cuntumeliis, vinculis, cateniſque conſtringi, denique cruci affigi tanquam vile mancipium. *Pſal 68. 4.*

a *Vincula.*] Duu præcipitur facere Ieremias מוסרות Muſcroth, hoc eſt, vincula, vt transferunt Lxx. Chaldæus, & Vulgat. Tigurina vocat lora, hoc eſt, cingula, quibus iugũ ligatur collo, aut ad cornua buuũ, Hiſpanicè vucamus *las coyundas*, ex lino, aut ſpartu cunfectas. Vnde frequenter cum iugu in ſcriptura cuniuuguntur. vt Pſalm. 2. 3. Dirumpamus vincula eorum, & pruiiciamus à nubis iugũ ipſorum. Ieremiæ 2. 20. A ſæculo confregiſti iugũ meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti non ſeruiam. & cap. 5. 5. Magis hi ſimul cunfregerunt iugum, ruperunt vincula: quu ſtatus ſeruientium hac metaphura ſignificetur, & per vinculorum abiectionem libertas, aut ſeruitutis excuſſiu, aut expulſio. *Pſ. 2. 3. Iere. 2. 20. Ier. 5. 5.*

Alterum quod facere præcipitur, dicitur Hebraicè מוטות Mututh, numeru multitudinis, & ſingulare מוט Mut, ſignificat mutiunem, nam verbum Hebræum ſicut vuce cunuenit cum latinu muto, ita & ſignificatu, eſt ergu inſtrumentum quo res ſuſpenſæ vehuntur, vt vectis, baculus, aut pertica, qua aliquid baiularut, aut locu mouetur: vt frequenter ponitur in cap. 4. Numerorum, & cap. 13. 24. Palmitem cum vua ſua purtauerunt in vecte duo viri: ita plurale mototh euſdem vectes, ſeu baculus ſignificabit, quibus onus ſuſpenſum baiulatur: Vnde Pagninus hnc lucu vectes tranſtulit: Nam qui lignarios faſces, aur carbonum ſaccelius hudieque ferunt, duos baculus, aut ligna iungunt, ad mudum furcæ, cuius caput cum extantia aliqua bacillorum à tergo eſt, lungiures duu fines diuerſi per pectus deſcendunt, & manu vtraque, quaſi ad cuntranixum ſuſtentantur. *Num. 13. 24.*

Septuaginta vucarunt rurques. Dauid Kimhi affirmat eſſe lignum ublongum, quod transfigit iugum. Vatablus cingula, quibus iugum ligatur collu: Chaldæus, & item Dauid Kimhi & Tigurina, iuga transferunt. Hierunymus aſſerit Græcè vocari χλοιόυς klius, vt vocarunt Lxx. ſermune vulgari *Boias*: quæ ſunr genus vinculorum ſiue lineurum, ſiue ferreurum, aut torques damnarorũ, ita dictæ quod tanquam iugum in boue ſint: Hiſpau. *las colleras*, vucamus ex lignis cunturtis quas agricolæ ſulent conficere, & arte culligare: aut ex ferreis virgis ad durariunem & furtitudinem: quas non immeritu furcas ligneas hîc vucat Hierunymus, & in 28. capite.

Furca. Erat ergo carena, ſeu furca lignea, vt ex cap. 28. v. 13. cunſtat, quam cullu ſuu Ieremias alligauerat loris ex coſtis, aut vectibus ligneis conſtans, quæ ſupra collum ligatæ per humerus deſcendebanr ad pectus, vbi fines circunligabantur, hac olim ſerui per vias publicas circunducebantur ad pœnam ignuminiæ. *Plutarc.* Plutharcus in quæſtionibos Rumanis: Qui peccauerant, air, pru pœna furcã in cullu habentes circuibant per vrbem, vndique ducti. *Plautus* Plautus in caſinâ, cum furca in vrbem, tanquam corbunarium. *Heſych.* Heſychius furcam eſſe illud biceps definit, aut furcatum, quod ſubiiciunt currus iugo. *Varro.* Varro putauit figuram habere literæ V, duabus ex coſtis confectam, quæ vt deſcribit Heſychius ab vno initio & capite, in duo deſinũt, tanqoam duos fioes habentes. Huc loco pro iugo ipſo accipi nun eſt difficile intelligere, cùm velit oſtendere omnes illas gentes collum ſubmiſſuras ſub iogum regis Babylonis. & cap. 28. iugi nomine oon vno in locu nominatur: nam verſu 10. in Hebræo dicitur, & tulit Hananias propheta catenam, ſeu furcam de cullu Ieremiæ prophetæ, & cunfregit eum: vbi prunomen, eum, eſt generis maſculei, & refert Motah furcam generis fœminei, quod hoc nomine ſignificetur iugum, quod

n Hebræo eſt maſculeum. vt v.14. dixit Ieremias. Iugum ferreum poſui ſuper collum cunctarum gentium iſtarum, referens ſe ad catenas ſeu iuga, quæ miſerat in hoc capite ad gentes illas, & demũ id demonſtrat conſuetudo ſcripturæ, de qua ſupra quæ ſolet vincula cum iugo referre. Hoc ergo ita definitum habeatur, ad huius capitis, & 28, intelligentiam.

3 *Nunciorum.*] Legatos à regibus illarum gentium miſſos fuiſſe ad Sedeciam, vt agerent cum eo de rebellione contra Nabuchodonoſorem, aſſerunt Hogo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus: & videtur comprobari ex mandato Ieremiæ ad reges illos dato, ne reſiſterent Babylonio, quod Deus omnem illorum terram poteſtati eius ſubieciſſet.

4. Reg. 24. 17. Ierem. 51. 59.

Addit R. Salomon, quam refert Lyra Sedeciam, quooiam conſtitutus fuerat rex à Nabuchodonoſore 4. Regum 24. profectum fuiſſe Babylonem anno 4. regni ſui. vt dicitur cap. 51. 59. vt xenia regi deferret, ab eoq; ei demandatum vt tributa regum illorum qoinque colligeret, vt vna cum ſuo mitteret Babylonem. Atque ad boc tractandum veniſſe legatos ad Sedeciam, ſimulque ad tam durum iugum excutiendum, quamuis Sedecias non aſſenſit, apertè ſaltem vſque ad 8. annum, quo fretus aoxilio regis Ægypti, & illorum fortaſſe rebellauit. Sed cauſa aduentus legatorum nubis ignoratur: quo etiam anno Sedeciæ dobium eſt: quod partim diſſoluetur in initio capitis 28. His ergo legatis huiuſmodi mandatum dedit Ieremias ad dominos ſuos: Deum in cuius ſont omnia poteſtate, dediſſe Nabuchodonoſori terras eorum, & babitatores earum tam homines quam beſtias vt ſeruiant ei. Beſtias autem, vel omnes barbaras nationes vocat, vt volunt Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, & ſanctus Thomas, vel iumenta, quæ bomini ſeruiunt, nam ſubiectis hominibus, ſubiecta cenſentur, quæ ſeruiunt eis, vt iidem exiſtimant Hierouymus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, & Dionyſius, vel ſimpliciter feras intelligit colla ſubiecturas leoni magno Babylonio, per hyperbolem, ne renuerent illi ſe ſubdere homines, vt exponunt R. Salomon, Lyra, & Vatablus ita enim leonem tanquam regem agnoſcent, vt non ſolum ei non noceant, ſed potios ei ſe ſummittant, ad pedeſque eius delinieotes ſe proſternant.

Beroſus Alex. Alpha. Megaſthenes. Euſeb. Ioſeph.

4 *Filio.*] Qui fuerint filius Nabuchodonoſoris, ae nepos, cui ſeruituræ gentes omnes denunciantur, io dubium reuocatur à multis. Nam Beroſus in lib. 3. rerum Chaldaicarum, quem refert Ioſeph. libro 1. contra Apionem, aſſerit Eoilmerodacho ſucceſſiſſe Nerigliſſoroorem ſororis illios maritum, & regnaſſe 4. annis, quud ipſum affirmat Alexander Polyhiſtor vocans illum Nergliſarum. & Alphæus ex priſco Megaſthene vocans Igliſarẽ. apud Euſebium lib. 9. de præparatione cap. 4. Nirigliſſoroori, verò dicunt Beroſus, Alexander Polyhiſtor, & Alphæus iidem, ac Ioſeph. lib. 10. Antiquit. cap. 13. ſucceſſiſſe filium eius Laboſardachũ per nouem tantum menſes: & huic ſucceſſiſſe Balthaſarem filium Eoilmerodachi.

Ioſephus præterea lib. 10. Antiquit. c. 12. quem refert, & ſequitur Hieronymus in initio capite 5. Danielis, hoc ordine refert reges Babylonis. Euilmerodacho ſucceſſit filius eius Negliſar per annos quadraginta, poſt quem filius eius Laboſordach, quo mortuo Balthaſar filius eius regnum tenuit. Et priores quidem auctores Balthaſarem nepotẽ faciunt Nabuchodonoſoris, dum dicunt eſſe filiũ Euilmerodachi. At Ioſephus atnepotem facit, dum pronepntem docet fuiſſe Euilmerodachi.

Tres tantum reges Babylonis. Ptolom.

Certiùs nobis eſſe debet quod Ieremias oos docet tres fuiſſe reges imperij Babylonici vſque ad eius finem. Primus eſt Nabochodonoſor, (quem Ptolomeus vocat Nabopolaſar) 40. annos regnaſſe putat Euſebius in chronico: Beroſus, & Alexander Polyhiſtor iã citati 43. Verum ex ſcriptura colligimos 44. annos eius imperij. Cæpit regnare ſub finem anni 3. regis Ioakim, vt dicitur Dan. li 1. v. 1. & ſub initium eiuſdem anni 4. ex cap. 25. v. 1. Ieremiæ. Annus præterea 11. Sedeciæ, quo vaſtata eſt Ieruſalem erat decimus nonus Nabuchodonoſoris, ex Ieremiæ 32. 1. vbi decimus octauus Nabuchodonoſoris annus dicitur eſſe decimus Sedecię. vltimus annus eius erat trigeſimusſextus tranſmigrationis Ioakim, cum anoo 37. eiuſdem tranſmigratioois, cæperit regnare filius eius Eoilmerodach. vt refert Ieremias cap. 52. 31. & 4. Reg. 25. 27. Tranſmigratio autem Ioachim accidit in ipſo initio regni eius, qui erat octauus anous Nabuchodonoſoris, à quarto anno Ioakim vſque ad extremum regni eius, qui erat vodecimus annus. Regnauit ergo Nabuchodonoſor quadragintaquatuor annos, triginta ſex tranſmigrationis, & octo ante illam.

Nabuchodonoſoris anni. Dan. 1. 1. Ier. 25. 1. Ier. 32. 1. Ierem. 52. 31. 4. Reg. 25. 27.

Euilmerodach 2. rex Babylonis. Seuerus

Secundus rex Babylonis fuit Euilmerodach: quẽ filium fuiſſe illius præter communem conſenſum Beroſi, Alexandri, Alpbei apud Ioſephum, & Euſebium locis iam dictis, & Ioſephi, Euſebij, Hieronymi Iſaiæ 14. & Danielis 5. ac Seueri Sulpicij lib. 2. Sacræ hiſtoriæ: ex hoc loco Ieremiæ ſatis apertè colligitur. Nam ſi gentes, ait, ſeruituras Nabuchodonoſori, & filio eius tenenti ſceptrũ Babylonicum. & ex cap. 52. Ieremiæ, & 4. Reg. 25. conſtet ſtatim poſt 36. annum tranſmigrationis, qui erat vltimus Nabuchodonoſoris, ſucceſſiſſe in regno Babylonico Euilmerocach anno 37. tranſmigrationis: ergo hunc deſignat Ieremias filium Nabuchodonoſoris.

Seder olam. 1. Par. 3. 17.

Qoamuis autem priſci illi hiſtoriographi duos tantum aonos regnaſſe dicant. & Sulpitius duodedim. Ioſephos decem & octo: At verior eſt ſententia Hebræorum in Seder olam cap. 28. qui dant illi viginti tres: multos autem annos illi tribuendos conſtat ex cap. 52. Ieremiæ. & 4. Reg. 25. vbi dicitur, eduxiſſe è carcere Ioachim, & comediſſe panẽ in conſpectu eius omnibus diebus vitæ ſuæ, & annona dabatur ei à rege per ſingulos dies omnibus diebus vitæ ſuæ. Quo tempore cum iam 54. annos eſſet natus genuit Salathielem, & alios filios, qui nominantur 1. Paralipo. 3. 17. Et Salathiel genuit Zorobabelem: & præterea quia Balthaſar tres tãtum annos regnauit, nam tertio deuictus eſt à Dario, Medo, & Cyro Perſa: cæpit regnare poſt mortem patris, ergo pater Euilmerodach annos medios à morte Nabuchodonoſoris vſque ad initium Balthaſaris regnauit, qui ſunt viginti tres.

Balthaſar 3. rex Babylonis.

Tertius rex Babyloois fuit Balthaſar, qui fuit filius Euilmerodachi, vt Beroſus, Alphæus, Alexander Polyhiſtor apud Ioſephum, & Euſebium ſupra relati: & Ioſephus lib. 10. Antiquit. cap. 12. planè affirmant.

Nullum autem alium fuiſſe Regem intermediũ ante Balthaſarem; aſſerunt Hebræi in Seder olam,

Euſebius

Euſeb. Hieron. S lpit. Theod. Gobrias Euſebius in chrooico, Hietonymus ſuper hunc A locum Ieremiæ, & in 13. Iſaiæ, Seuerus Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtoriæ, Theodoretus oratione quinta in Danielem. & Gobrias apud Xeoophontem lib. 4. Cyripediæ in oratione pathetica ad Cyrum, dicit hunc, qoi à Cyro eſt interfectus, ſucceſſiſſe patti Eoilmerodacho. & patet ex Ieremia hoc loco dicente, Et ſeruiēt ei omnes gētes, nempe Nabuchodonoſoti, & filio eius Euilmerodacho, & filio filij eius Balthaſari, donec veniat tempus terræ eius. Vbi vides tres tantum reges numerari vſqoe ad euerſionem Babylonis, vt omnes intelligunt expoſitores Hietonymos, Rabanos, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, Vatablos, & Iſidorus, non ſunt ergo plures addendi. Etſi aotem Balthaſari tegni annos aſſignēt pciſci hiſtoriographi 17. B & Sulpitius 14. at Hebtæi in Seder olam tres annos illi tribuoot, nec plures ex Scriptura poſſunt colligi.

His ergo tribus regihus dicit propheta ſeruituras omnes gentes. Id verò quod repetit, & ſeruiēt ei gentes multæ, & reges magni, vt vertere etiam Lxx. & Tigurina, eādem habet interpretationem, quam verba cap. 25. quæ explicuimus oumero 6. Et operabuntur in ea gentes multæ, & reges magni, hoc eſt eius ſeruitute vtentur, ad quem modū ex Symmacho vertit Hieronymus in commentario: Et ſobiiciept eum ſeruituti gentes multæ, & reges magni: nam relatiuum בו Bo generis maſculini refert ארץ Erez quod hîc eſt generis maſculini.

Pro. hetæ falſi cauendi 5 *Prophetas.*] Prophetas gentiom vocat ſecundū Hieronymum, qui ſimulant ſe diuioo ſpiritu ven- C tura prædicere. Diuinos qui ſibi vſurpabant futurorum cognitionem, quod Dei proprium eſt, vt Hugo, & Dionyſius explicant. Somniatores ſont ſuorum vel alienorum ſomniorū interpretes iuxta Hieronymum, Rabanum, & Vatahlum, quales fuere Ioſeph, & Daniel. Augures, qui volatu auiū, & oſcinum vocibus faciendum quid, vel non faciendum denunciant, iuxta Hieronymum & alios interpretes. Maleficos ſeu veneficos dicit, qui ſanguine & victimis vtuntur, ac ſæpè mortuorom corpora contingunt, quos vulgo Necromanticos appellamus; diuinabant enim in hoſtiis dæmonibus immolatis, vt Lyra, & Dionyſius hîc volunt: vel ita dicuntur qui dæmonū phantaſmatibus ſeroiont, vt aſſerit Hietonymus, & eum ſecuti Rabanus, & Hugo. Nempe qui homines à ſenſibus alienant dictis quibuſdam, aot factis, quibus ſic a- D lienatis multa reuelant dæmones, à quibus ludificati, per varia viſa phantaſiæ impteſſa, exiſtimant illi, ac poſtea narrant ſe longinqua terrarum ſpacia peragraſſe, conuioatos eſſe cum Diana, & ſimiliter mira alia vidiſſe, audiſſe, guſtaſſe, ac geſſiſſe: qualia hodie Strigibus contingere legimos, & audimus. Hos omnes cauendos monet, oe decepti incidant in manus Nabuchodonoſotis.

6 *Transferentur.*] Completam eſſe hanc prophe-
4. Reg. 25.13. tiam ſingillatim refertur 4. Reg. 25.13. & Ieremiæ
Ierem. 52.17. 52.17. in deuaſtatione Ieruſalem. Quia enim hæc ſpecioſiora erant, & precioſiora quæ videbantur noo permiſſurum Deum transferri Babylonem, propterea de his tam apertè denunciat Ieremias. Si enim reges, & principes, & vniuerſa ciuitas tradendi erant Bahylonio, quid mirum ſi & ea tradentor, quæ ad eorum vtilitatem confecta erant? Non enim propter locum gentē, vt dicitur 2. Machab. 5. 19. Sed propter gentem locum Deus elegit: Ideoque & ipſe locus particeps factus eſt populi malorum, poſtea autem fiet ſocius booorum.

7 *In anno.*] Multum diuexantor Hebræi, noſtriq; expoſitores, in nodo quodam diſſoluendo, ex initio capitis viceſimioctaui Ieremiæ conſurgente. Nam ita ſcriptum eſt: Et factum eſt in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda. Io anno 4. in menſe quinto dixit ad me Hananias: ex qoo loco priora verba fini huios capitis 27. atteximus. Dubitant ergo quomodo factum dicatur verbum in principio regni Sedeciæ, & deinde in anno quarto, cùm quartus annus principium inepte dicatur. *Quæſtio de anno huius propheſia.*

Tres afferontur diſſolutiones, quibus reiectis quartam probatinrem nos adhibebimus.

Prima eſt Vatabli dicentis, in anno primo Sedeciæ cepiſſe Ieremiam geſtare in collo iugum ligneum, & lora iugalia qui incidit in quartum annū hebdomadis Haſemita, id eſt, quietis, Sabbati ant ceſſationis terræ. Nam vt ſeptimos quiſque dies Sabbatum eſt, & dies ceſſatiooi s ab omni opere, vt dicitur Exo. 23.12. & ſæpe alias. Ita ſeptimos quiſque annus Sabbatarius eſt terræ, id eſt, quietis, & ceſſationis, vt dicitur eo loco v. 11. & Deuteron. 15.1. & Leuit. 25. 2. ſic legimus: Quando ingreſſi fueritis tertam, quam ego dabo vobis, Sabbatizes Sabbatum domino, ſex annis ſeres agrum tuom, & ſex annis putabis vineam tuam, colligeſq; fructus eius, ſeptimo autem anoo, Sabbatum erit terræ, requietionis domini, agrum non ſeres, & vineam non putabis, anous enim reqoietionis terræ eſt. *1. ſentēt.* *Exod. 23.12. Deut. 15.1. Leuit. 25.2.*

Similiter etat deſignatus annus iubilæus abſolutis ſeptem hebdomadis annorum, hoc eſt, quinquageſimus, de quo Leuit. 25.8. Numerabis qooque tibi ſeptem hebdomadas annorum, id eſt, ſepties ſeptem, qoæ ſimul faciunt annos quadraginta nouem, & clanges buccina menſe ſeptimo, decima die menſis propitiationis tempore, in vniuerſa terra veſtra. Sanctificabiſque annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipſe eſt enim iubilæus. Reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuam. *Leuit. 25.8.*

Propterea 2. Paralip. 36. 19. dicitur: Incenderūt hoſtes domum Dei, deſtruxeruntque murū Ieruſalem, vniuerſas turres combuſſerunt, & quicquid præcioſum fuerat demoliti ſunt. Si quis euaſerat gladium ductus in Babylonem, ſeruiuit regi, & filiis eius, donec imperarer rex Perſarum, & compleretur ſermo domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra Sabbata ſua: cunctis enim diebus deſolationis egit Sabbatum vſque dum complerentur ſeptuaginta anni. *2. Para. 36.19.*

Ait ergo Vatablus hebdomadam quintam ex ſeptem iubilæi initium ſumpſiſſe anno oono regis Ioakim, & finitam fuiſſe anno quarto Sedeciæ: annus autem quartus illius hebdomadis erat primus Sedeciæ, & ideo dicit Ieremias: In principio regni Sedeciæ, in anno quarto, nempe hebdomadis requietionis terræ. Sexta vero hebdomas cepit anno quarto Sedeciæ, & finita eſt anno vndecimo, quo cepit ſeptima hebdomas, templo ſuccenſo, & terra deſolata, quæ continet annū remiſſionis, quod ſignificabat terram Sabbatizaturam Sabbata Dei, & per ſeptuaginta annos ceſſaturam à ferēdis frugibus, vt comminatus fuit Ie-

remias ſupra cap.25. nempe per decem hebdomadas annorum.

At quæ ratio cogebat Ieremiam vt hîc meminiſſet anni hebdomadis, aliàs noſquam meminit? aut vnde colligi poteſt illam eſſe hebdomadam quintam? non quid ex ſeptima: at ſeptima, vt rectè cum re ſignificata cóueniret, non deberet incipere vndecimo anno Sedeciæ, ſed finire: vt poſt ſeptem hebdomadas completas, ſequeretur annus iubilei & remiſsionis, ſeu requietionis, quo terra inciperet Sabbatum ſuum decem hebdomadarum annorum: iuxta dicta Leuitici, 25. ab anno vndecimo Sedeciæ, quo cæpit terræ deſolatio.

2 ſent. Secundus ergo dicendi modus eſt Hugonis, & Dionyſij, aſſerentium, principium regni Sedeciæ vocari ab Ieremia omne illud tempus, quod intercedit vſque ad quartum annum, vt idem ſit, in anno illo, in principio regni Sedeciæ, in anno quarto: ac dicere, in anno illo quarto Sedeciæ, qui pertine- B bat ad principium regni eius. Sed inconſueta eſt, & dura locutio, principium regnandi vocare annum quartum, quo aliqui reges finierunt vitam cũ regno, præſertim cum de anni primi initio loqui ex ſermone præcedentis capitis colligatur: nam de tranſlatis vaſis, & de Iecoma adducto Babylonẽ, quaſi de re recenti diſſerebatur: nempe in anno ipſo, quo cæpit Sedecias.

3 ſent. Tertiam nodi prædicti explicationem inuenit R. Salomon, quem ſecuti ſunt Lyra, Dionyſius, & Iſidorus, aſſerit enim annum quartũ regni Sedeciæ, vocari principium, ſeu primum regni eius, ex quo erectus eſt, & confirmatus à Nabuchodonoſore in regia dignitate ſupra quinque reges, vt eorum tributum cogeret: quod accidit poſtquam

Ie.51.59 rediit Babylone, vt ſupra diximus ex capite 51. v. 59. Ieremiæ. Quarto anno Sedeciæ, quo & Ieremias portabat furcam in collo, quam confregit Hananias, & legati venerunt à quinque illis regibus ad Sedeciam, vt de ratione illud tributũ ſoluendi agerent, & de rebellione latenter: & hoc eſt quod hîc dicit, in anno illo nempe quarto, qui erat A principium regni eius ſtabiliti à Nabuchodonoſore, quando eo ipſo anno profectus eſt Babylonem.

Verùm non eſt vnde probare poſſit Salomon annum quartum Sedeciæ vocari primum, cum quartus verè ſit, & nominetur Ieremiæ 51. nec vnde conſtet de illorum regum tributo ſoluendo, & probabilius eſt legatos illos veniſſe in initio regni ad gratulationem: itaque eius dictum nullo certo nititur fundamento.

Erit ergo vera huius difficultatis ſolutio, ſi aſſeramus duo tempora diſtincta poſuiſſe prophetam, vnum, in quo peracta ſunt, quæ continentur in c. 27. alterum, in quo accidit ſermo cum Hanania, qui refertur in capite 28. ita vt cum dicit, & factũ eſt, aut fuit autem in anno illo in principio regni Sedeciæ regis Iuda, ſignificet, id quod relatum eſt in præcedenti capite, de legatis miſſis cum catenis B & vinculis, & mandato Ieremiæ, & de ſermone de tranſlatione Ieconiæ cum vaſis, contigiſſe in ipſo primo anno Sedeciæ, cùm inciperet regnare. 4. ſententia verior.

At cum ſubdit in anno quarto, menſe quinto dixit ad me Hananias, incipiat nouam narrationem, quæ accidit anno quarto, in quo adhuc Ieremias geſtabat iugum, & vincula. Hanc autem eſſe veram intelligentiam videtur probari, quia priora illa verba non ſunt ita colligata cum ſequẽtibus, vt poſſint verum aliquem facere ſenſum, at relata ad caput præcedens optimè conſiſtunt: ac proinde illis prætermiſſis colloquium cum Hanania aptiſſimè conſtat: & eam ob rem, priora illa verba quaſi ad hoc caput non pertinentia, omnino prætererunt Septuaginta interpretes: nec vllam illorum mentionem fecerunt Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, & ſanctus Thomas: tantum incipientes narrationem, in anno quarto regni Sedeciæ. Cœpit ergo Ieremias geſtare vincula, & catenam anno 1. Sedeciæ, & mittit ea ad reges per legatos: & geſtauit vſque ad quartum, quo ſunt confracta ab Hanania.

PARAPHRASIS.

Sedecia anno.4. *PRÆDICTVM verbum factum eſt[1] in ipſo anno, quo cæpit regnare Sedecias rex Iuda. In anno autem quarto, menſe quinto, dixit mihi Hananias propheta, filius Azur Gabaonites coram ſacerdotibus & populo vniuerſo, in templo. Sic dicit dominus exercituum Deus Iſrael. Decreui quamprimum confringere iugum regis Babylonis. Nam poſt ſequentes duos annos exactos ego reduci faciam huc omnia templi vaſa, quæ tranſtulit de loco hoc Nabuchodonoſor Babylonem. Reducam quoque ipſum Ieconiam filium Ioakim regem Iuda cum omnibus captiuis, qui cum eo ingreſſi ſunt Babylonem. Conteram enim iugum regis Babylonis. Reſpondit propheta Ieremias Hananiæ, eiſdem ſacerdotibus cũ populo vniuerſo audientibus, qui aderant in templo domini.[2] Amen, vtinam faciat dominus vt dicis,*

CAPVT VICESIMVMOCTAVVM

ET factum eſt in anno illo[1] in 1
principio regni Sedeciæ regis
Iuda in anno quarto, in menſe quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de
Gabaon, in domo domini coram ſacerdotibus, & omni populo, dicens: ‖ Hæc dicit 2
dominus exercituum Deus Iſrael: contriui
iugum regis Babylonis. ‖ Adhuc duo anni 3
dierum, & ego referri faciam ad locum iſtũ
omnia vaſa domus domini, quæ tulit Nabuchodonoſor rex Babylonis de loco iſto, &
tranſtulit ea in Babylonem. ‖ Et Ieconiam fi- 4
lium Ioakim regem Iuda, & omnem tranſmigrationem Iuda, qui ingreſſi ſunt in Babylonem, ego conuertam ad locum iſtum
ait dominus: conteram enim iugum regis
Ba-

5 Babylonis. ‖ Et dixit Ieremias propheta ad
Hananiam prophetam in oculis ſacerdotũ,
& in oculis omnis populi, qui ſtabat in do-
6 mo domini. ‖ Et ait Ieremias propheta:
' Amen, ſic faciat dominus: ſuſcitet domi-
nus verba tua, quæ prophetaſti: vt refe-
rantur vaſa in domum domini, & omnis
tranſmigratio de Babylone in locum iſtum.
7 ‖ Verumtamen audi verbum hoc, quod
ego loquor in auribus tuis, & in auribus
8 vniuerſi populi: ‖ Prophetæ qui fuerunt
ante me, & ante te ab initio, & propheta-
uerunt ſuper terras multas, & ſuper re-
gna magna, de prælio, & de afflictione, &
9 de fame. ‖ Propheta, qui vaticinatus eſt pa-
cem, cùm venerit verbum eius, ſcietur pro-
10 pheta, quem miſit dominus in veritate. ‖ Et
tulit Hananias propheta catenā de collo Ie-
11 remiæ prophetæ, & confregit eam. ‖ Et ait
Hananias in conſpectu omnis populi, di-
cens: : Hæc dicit dominus: Sic confringam
iugum Nabuchodonoſor regis Babylonis
poſt duos annos dierum de collo omnium
12 gentium. ‖ Et abiit Ieremias propheta in
viam ſuam. Et factum eſt verbum domini
ad Ieremiam, poſtquam confregit Hana-
nias propheta catenam de collo Ieremiæ
13 prophetæ, dicens: ‖ Vade, & dices Hana-
niæ: Hæc dicit dominus. ' Catenas ligneas
contriuiſti, & facies pro eis catenas ferreas.
14 ‖ Quia hæc dicit dominus exercituum Deus
Iſrael: iugum ferreum poſui ſuper collum
cunctarum gentium iſtarum, vt ſeruiant
Nabuchodonoſor regi Babylonis, & ſer-
15 uient ei: Inſuper & beſtias terræ dedi ei. ‖ Et
dixit Ieremias propheta ad Hananiam pro-
phetam. Audi Hanania: non miſit te domi-
16 nus, & tu confidere feciſti populum iſtum in mendacio. ‖ Idcirco hæc dicit dominus:
Ecce ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris, aduerſum enim dominum ' locu-
17 tus es. ‖ & mortuus eſt Hananias propheta in anno illo, menſe ' ſeptimo.

confirmetque ſucceſſu tuam prophetiam, vt reducātur vaſa in templum & omnis tranſmigratio redeat de Babylone in Ieruſalem. Veruntamen audi & tu ſermonem quem ego loquor, te audiente cum omni populo. Prophetæ, qui fuerunt ante me, & te, quidam prædixerunt fore in multis regionibus, ac in magnis regnis, vt euenirent bella, afflictiones, & fames; nec ſemper accidit tamen, quia Deus mutauit ſententiam, quòd pœnitentiam egiſſent. At propheta qui vaticinatus eſt proſpera quondam, frequentius eueniunt, cum Deum non ſoleat pœnitere quod pollicetur boni, tunc cognoſcetur verè fuiſſe à domino miſſus; cum euenerit quod prædixerit, itaque paululum præſtolemur, & exitus ipſe comprobabit quis noſtrum vera prænunciarit. Nihilominus Hananias abſtulit catenam ligneam de collo Ieremiæ, & confregit, dicens in conſpectu totius populi, ſic dicit dominus. Ad hunc modum confringam iugum Nabuchodonoſoris regis Babylonis, duobus tranſactis annis, de collo omnium gentium Et Ieremias quidem nolens contendere receſſit. Sed reuocatus à domino è via, poſtquam Hananias confregerat catenam de collo eius, qui dixit ei: Abi, redi ad Hananiam, & dic ei: Sic dicit dominus, Catenas ligneas confregiſti; & facere te oportet pro eis catenas ferreas, quia iugum ferreum duræ ſeruitutis impoſiturus ſum ſuper ceruicem omnium gentium iſtarum, vt ſeruiant Nabuchodonoſor regi Babylonis, vt quidem ſeruiens ei, quinimò & ferarum illum dominum feci: & adiecit Ieremias ad Hananiam: Audi Hanania, obſecro te, dominus non miſit te, & tamen tu confidere feciſti populum iſtum mendacio. Idcirco, ſic dicit dominus: En ego eiiciam te de ſuperficie terræ: intra hunc annum morieris, quia cum falſum verbum fueris locutus, id domino impoſuiſti. Mortuus eſt ergo Hananias pſeudopropheta in eo ipſo anno, menſe ' ſeptimo.

ARGVMENTVM.

Contendente Hanania cum Ieremia coram ſacerdotibus, & populo, in templo de vero exitu ſuarum prophetiarum: morte Hananiæ comprobatur ipſum falſum, Ieremiam autem verum fuiſſe prophetam.

COMMENTARIVS.

1 IN *principio.*] Nodum qui implicatur in his verbis circa principium regni Sedeciæ, & annum eius quartum, diſſoluimus in fine præcedentis capitis: ad quod pertinere diximus principium regni Sedeciæ; quod huic capiti fuit præfixum.

Ieremias populi amator. Michea. 2. 21.

2 *Amen.*] Propoſito Hananiæ vaticinio per omnia contrario ei, quod denuociabat Ieremias, nempe exacto biennio integro perfectn, & ſuis pleno diebus, vt omnes intelligunt, & vaſa, & Ieconiam cũ concaptiuis reducendum Ieroſolymam. Sanctus propheta populi amator, optabat ſi Dei foret voluntas, vt vera eſſet Hananiæ prophetia, populo ſuo beneprecatus, vt Michæas 2. capite. Vtinam, ait, non eſſem vir habens ſpiritum, & mendacium potius loquerer: vnde & Ionas arguitur, cap. 4. quod doleret non impleri verbum ſuum, & propterea dixit Ieremias: Sit verum quod dicis, aut vtinam ita contingat, & ſuſcitet dominus verbum tuum, hoc eſt ſtabiliat, confirmet, compleat, vt alij vertunt: quod eſt ad exitum deducat, fiat Nã vt mortuus cùm ſuſcitatur viuit, & operatur opera vitæ: ſic Deus proferens verbum, mortuum retinet illud, dum ſuſcitat, & ad vitam reducit, verbi autem vita eſt opus verbo promiſſum.

Quæſtio num certus fuerit de prophetia Ieremias.

3 *Audi.*] Dubium eſt vtrum Ieremias nouerit Hananiam mendacium, ſe autem verum prænunciare? anceps enim videtur perſtitiſſe Ieremias, cũ neque aſſenſum illi præbuerit, neque palam reſtiterit, vt opportebat.

Hebræi, quos ſequuntur Hugo, & Vatablus cẽſent Ieremiæ nondum conſtitiſſe eſſetne verus an falſus propheta Hananias, donec in ſequentibus eſt illi reuelatum, & ob id ei non apertè reſtitiſſe. Et probatur hic ſenſus verus, quia ex amore, quo populum proſequebatur compleri volebat Hananiæ pollicitationes. Deinde ex ratione, quam ſubiicit, colligitur Ieremiam neſcium ad rei exitum ſe remittere. Eſt autem ratio iuxta Hebræos, quos ſequitur Vatablus huiuſmodi. Duo ſunt prophetiarum genera, vnum de aduerſis, quod non ſemper impletur, mutante Deo ſententiam propter hominum pœnitentiam: Alterum de proſperis, quod nunquam non impletur, quia nunquam dominum pœnitet boni, quod ſemel eſt pollicitus: ait ergo Ieremias, ego denuncio aduerſa, tu ô Hanania, proſpera: Quod ergo tu promittis neceſſario eueniet, cum tamen quod ego prænuncio poſſit mutari: euentu ergo ipſo tu oſtenderis veruſne, an falſus propheta ſis, cum ego falſus oſtendi non poſſim, ſi quod prædico non eueniat, dubius ergo præſtolabatur euentum Ieremias.

Duplex genus prophetia.

Vera ſententia.

Nihilominus Hieronymo, Theodoreto, Rabano, S. Thomæ, Lyræ, & Dionyſio, veriùs videtur Ieremiæ compertam fuiſſe veritatem ſuæ prophetiæ, & falſitatẽ prophetiæ Hananiæ: Nouerat enim iam ex reuelatione certiſſima, neque vaſa, neque captiuos reducendos Ieroſolymam ante 70. annos completos, vt iam prædixerat ipſe in 27. capite. Sed ita egiſſe cum Hanania ex modeſtia, rei euentoi relinquens manifeſtationem veritatis. Ex modeſtia enim, & ex amore ad populum dixit, vtinam ſic accidat, vt dicis: Deuſque exitu comprobet quod promittis: ſi ei placuerit, & addere poſſet, ſed ſcio, ei non placiturum, tuaſque promiſſiones verum exitum nõ habituras: ſed maluit veritatem remittere ad euentum quam contendere.

Ierem. 27. 7.

Ratio autem qua vſus eſt Ieremias non eſt illa propoſita, quatenus ab Hebræis, & Vatablo intellecta, quia eſſet falſa. Nam vt aduertunt Hieronymus Theodoretus, Rabanus, Lyra, & Dionyſius, tam prophetia de aduerſis, quam de proſperis pari poteſt ratione impediri, pariſque mutari. Nam 1. Regum 2. dixit dominus ad Eli: Loquens locutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui, miniſtrarent in conſpectu meo in ſempiternum, nunc autẽ dicit dominus, abſit hnc à me. & Ieremiæ cap. 18. dixit dominus: Repentè loquar aduerſus gentem & regnum: & ſi pœnitentiam egerit gens illa, agã & ego pœnitentiam, & ſubito loquar de gente, & regno, vt ædificem & plantem: ſi fecerit malum in oculis meis, agam & ego pœnitentiam ſuper bono, quod locutus ſum, vt facerem ei. Æqua ergo ratio eſt de vtraque prophetia: quod vtraque edatur ſub cõditione, illa de aduerſis, niſi reſipuerint, aut pœnituerint, hæc verò de proſperis, ſi permanſerint in virtute, aut ſi ad bonam frugem redierint.

Vtraq. prophetia poteſt mutari. 1. Reg. 2 30. Ierem. 18, 7.

Ratio ergo Ieremiæ vel accipit vim ex eo, quod frequẽtius accidit, ſpectata natura Dei: quia enim dominus Deus pronior eſt ad parcendum, quam ad perdendum, & procliuior ad miſericordiam, quam ad vindictam, hinc eſt, quod frequẽtius eueniant promiſſiones Dei quam interminationes, & ita potuit argumentari propheta, non dubius de certitudine ſuæ prophetiæ, & de falſitate Hananiæ: ſed propter populi dubietatem, à qua erat reuocandus, cum non euenirent proſpera quæ promittebat Hananias. Imò ſi Deus pronior ad bonum, quam ad malum inferendum, ſiquidem eadem natura, quæ illum profuſum facit ad benefaciendum, tardum facit ad malefaciendum, quia alienum opus hoc ab eo, ergo ſi aliquod diſcrimẽ aſſignandum eſt, illud certè eſſet tardius compleri aduerſa, quam proſpera, quia pluribus rationibus illa impediuntur, & maximè Dei natura quaſi retrabente, & re quadam continente eum, ne exerat potentiam ſuam ad vindictam.

Iſa. 28. 21.

Obiect.

Quod obiicias contra rationem Ieremiæ remittentis populum ad euentum prophetiarum non comprobari certo veritatem ex euentu, quia ait Moſes Deut. 13. Si ſurrexerit in medio tui prophetes, vel qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum, atque portentum, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi, eamus, & ſequamur deos alienos, non audies verba prophetæ illius: non ergo ex euentu comprobatur vera prophetia. Reſpondetur Ieremiam ratione illa, non ſui gratia, qui certus erat de re, ſed cauſa populi dubitantis, vtri duorum crederet, cùm vterque miſſum ſe à Deo fateretur, vſum fuiſſe, & iuxta alterum dictũ Deut. 18. Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dominus non eſt locutus, veram extitiſſe: quia verò prophetæ euẽtus rei, cum modo reuelatur: At dictum Deute.

Deuter. 13. 1.

Reſp.

Deuter. 18. 22.

13.

13. eſt accipiendũ de eo, qui fingit ſe verum prophetam: nam ſi ſignum ediderit, aut ex Hipotheſi, ſi demus ſignum poſſe edere, verum, quod fieri non poteſt, in falſitatis confirmationem: aut opera dæmonis aliquod patrare, eó ſolo quod inuitat ad ad cultum idolorum, habendus eſt falſus propheta. At oblata hac conditione exitus comprobat veritatem cuiuſcumque prophetiæ.

4 *Catenas.*] Ieremias, vt recte animaduertit Hier. & eum ſecuti Rabanus & Hugo, æquo ferens animo iniuriam irrogatã, tacet, ac diſſimulat, & quaſi victus, dans locum iræ, factus quaſi homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones Pſ. 37. abiit, ac receſſit, quia necdum ei, quid loqueretur fuerat reuelatum, cum ex domini penderet voluntate. Donec reuocatus, poſtquam iniuriam ſilentio deuorauit, hoc accepit reſponſum ad Hananiam. Catenas ligneas confregiſti, & facies pro eis catenas ferreas. Hoc eſt, minorem renuens pœnam, ac ſeruitutem, maioris ſupplicij, duriorisque ſeruituris, cauſa fueris populo miſero: quantum excedit durities iugi ferrei, iugum ligneum, ita omnes interpretantur, & rationem oſtendunt Theodoretus, & Lyra: quia ſi ſe dederent ſponte, ſeruirent quidem Babylonio, ſed mitius cum illis ageretur, vt cum Ieconia, & tranſmigratis factum eſt: at reſiſtentes, & rebellantes Nabuchodonoſori, ad qood inducebat Hananias, grauiori ſunt ſeruitute oppreſſi, vt conſtat ex vaſtatione vrbis, & conflagratione templi, & principum enecatione: ceterarumque gentium ſubuerſione.

Ad Ro. 12. 9. Pſalm. 37. 15.

Sors diuerſa ſe dedentiũ, & reſiſtentiũ.

Hier. Rectè Hieronymus lib. 2. aduerſus Iouinianum: Hananias, inquit, frãgebat ad præſens ligneas torques, & in futurum ferreas præparabat: ſemper pſeudoprophetæ dulcia pollicentur, & ad modicũ placent. Amara eſt veritas, & qui eam prædicant replentur amaritudine: in Azimis veritatis paſcha celebratur, & cum amaritudinibus comeditur: Ieremias captiuitatem nuncians lapidatur à populo, ſic ille.

Amara præparant ad dulcia 1 Cor. 5. 9.

Itaque qui renuerit catenas ligneas hîc geſtare, incidet in ferreas: qui leuia hîc mala, leues pœnas ferre hîc renuerit, incidet in pœnas æternas. Nam vt Iob 6. dicitur, Qui timet pruinam irruet ſuper eum nix. & c. 20. Fugiet arma ferrea, irruet in arcum æreum: iniice ergo pedem tuum in compedes illius, Eccl. 6. & in torques illius collum tuum, & erunt tibi compedes illius in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis, & torques illius in ſtolam gloriæ: quia de hoc carcere, ac de his catenis, vt habet Eccleſ. 4. interdum quis egreditur ad regnum, vt Ioſeph.

Iob 6. 19. Iob 20. 24. Eccl. 6. 25. Ec. 4. 14.

5 *Locutus.*] In Hananiam ipſum inuehitur, eique mortem intra annum comminatur, & hanc vnicam rationem adicit, quia aduerſum dominum locutus es. Hebraicè quia סָרָה locutus es contra dominum. Sarah vero ſignificat ἀποστασίαν defectionem, vt habent 70. apud Theodoretum, & Tigurina, aut præuaricationem, vt Pagninus, & Vatablus, aut rebellionem, vel verbum peruerſum à

A veritate diſcedens, vt ſit ſenſus, iuxta Hieronymum, Theodoretum, & Rabanum, Quia decepiſti populum mendacio tuo, & inſtruxiſti, vt deficeret à verbo Dei, & ne ſententiæ illius acquieſceret, ſed tuo mendacio. Vel quia verbum declinans à veritate locutus es contra dominum, nam adſcripſiſti illi falſitatem loco veritatis, cum dicebat, ſic dixit dominus, cum nequaquam dixerit. Sic Dionyſius, & Vatablus videntur, & rectè, explicare. Quo oſtenditur quam graue delictum ſit Dei nomine falſitatem docere: eique adſcribere quod non dixerit, vt ſtatim eo ipſo anno pœna mortis plexus ſit propter id Hananias.

Imponere Deo grauiſſimum.

6 *Septimo.*] Dubium eſt cuius anni ſeptimo menſe dicatur mortuus Hananias: an illius anni ſingularis, quod ſumpſerit initium à tempore quo hæc B prædixit Ieremias: an anni communis, & vulgaris, qui currebat?

De tempore interitus Hananiæ.

Theodoretus non de anno illo currente locutum exiſtimat Ieremiam: ſed de anno computato à prophetia Ieremiæ, ita vt à tempore, quo protulit Ieremias hanc ſententiam, ſeptem menſes tranſierint, in quibus licuiſſet Hananiæ pœnitere de peccato ſuo, & in ſeptimo obierit: & cum in menſe quinto, vt habetur in principio huius capitis hos ſermones locutus fuerit Ieremias, & menſis quintus, ſi à Martio numeremus annum ſacrum, ſit Iulius: ſi à Septembri, vnde incipit annus vulgaris Hebræorum, ſit Ianuarius. Septimum menſem, in quo mortuus eſt Hananias, dicemus eſſe vel Ianuarium à Iulio ſeptimum, vel Iulium ſeptimum à Ianuario.

Verum ceteri Hugo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, C Iſidorus & Abulenſis q. vlt. in lib. 4. Regum de anno currenti, & menſe illius ſeptimo intelligunt locutum Ieremiam, ita vt cum mortem intentaſſet menſe quinto, ſtatim poſt duos menſes, in ſequenti ſeptimo mors ſecuta fuerit. Sed adhuc ſupereſt inquirere vtrum fuerit ſeptimus menſis anni vulgaris currentis, qui incipit à Septembri, nam tunc vt quintus fuiſſet Ianuarius, ſeptimus eſſet Martius. Vel ſeptimus anni Eccleſiaſtici, vel ſacri, qui inchoabat à Martio, & tunc quintus eſſet Iulius, & ſeptimus September. vel erat ſeptimus anni regij, hoc eſt, ab initio regni Sedeciæ, nam initio capitis dicitur: In quarto anno Sedeciæ, in menſe quinto: & veroſimilius eſt eſſe ſermonem de anno ſacro, cuius primus menſis erat Niſan, cui nobis reſpondet Martius, à quo quintus numeratur Iulius, ſeu Auguſtus, cuius 10. die ſuccenſum D refertur templum à Babyloniis 4. Reg. 25. & ſeptimus Ethanim, 3. Reg. 8. 2. qui eſt noſter Septẽber, qui eſt mẽſis ſabbathiſmi ſeu requietionis, vt hoc loco dicit Hieronymus, in menſe ergo Septembri mortuus eſt Hananias iuxta latam ab Ieremia ſententiam. Nam quod in ſua nequitia perdurauit, vt vult Theodoretus, repentinus ei ſuperuenit interitus, & cum ipſe ſit punitus, populus eſt eruditus & deceptus mendacium, didicit veritatem.

Ier. 52. 12. 4 Reg. 25. 8. 3. Reg. 8. 2. Septembri interiit Hananias.

PARAPHRASIS.

Anno 1. Sedeciæ.

HÆc ſunt verba epiſtolæ, quam miſit Ieremias per Elaſam filium Saphan, & Gamariam filium Helciæ legatos Sedeciæ, quos mittebat ad Nabuchodonoſorem: [1] ad ſeniores, qui ſuperſtites erant, ſacerdotes & prophetas, populumque vniuerſum, quos traduxerat Nabuchodonoſor de Ieruſalem Babylonẽ, poſt tranſmigrationem Ieconiæ regis, & [2] matris eius, Eunuchorum & principum cum fabris & incluſoribus. Sic dicit dominus exercituum, Deus Iſrael captiuis omnibus, quos abduci feci de Ieruſalem Babylonem. Certum ſit vobis longum tempus traducendum eſſe Babylone. Idcirco ædificate domos, quas habitetis, plantate hortos, quorum fructibus ſuſtentemini. Vxores ducite vos, & filiis veſtris accipite, filiaſque nuptui tradite, vt creſcatis, nec pauci ſitis, ſed veſtra illic poſteritas augeatur: curate etiam vt ciuitas, in quã tranſlati eſtis in pace, ac tranquillitate ſit, pro eaque dominum deprecamini: nam ſi illa fruatur pace, vos etiã in pace agetis. Hoc præterea in primis obſeruate, vt ne committatis ſeduci vos à pſeudoprophetis, diuinis, & ſomniatoribus, qui inter vos mentiuntur ſe miſſos à me, cum ego non miſerim eos: & in nomine meo breuem reditum in Ieruſalem pollicentur. Quoniam niſi tranſacti fuerint ſeptuaginta anni non redibitis. Sic enim dicit dominus, ſtatim ac cõpleti fuerint[4] ſeptuaginta anni, quot durabit veſtra captiuitas, viſitabo vos, & præſtabo hanc meam bonam promiſſionem de reducendis vobis ad hunc locum ego certè ſcio cogitare me quod vobis conducat, dum veſtram liberationẽ differo: non enim cogito de afflictione veſtra, ſed de pace, vt dem veſtræ captiuitati[5] finẽ optatum, quem vos expectatis, atque ſperatis, veſtræque patientiæ fructum. Nã tunc inuocabitis me, & in lege mea incedetis, orabitiſque me, & ego exaudiã vos, quæretis me, & inuenietis, quia requiretis me ex toto corde veſtro, nam præſtabo me vobis inuentu facilem & reducam vos ex omnibus gentibus, & locis ad quæ vos expuli, & ad quæ abduxi vos captiuos. Sed quia aliqui veſtrũ auſi ſunt dicere, prophetas ſuſcitauit nobis dominus Babylone, qui celerẽ reditum pollicentur, audiant qui eiuſmodi ſunt quid dicat dominus: tantũ abeſtis à reditu celeri, vt potius regem Sedeciam, qui ſedet in ſolio Dauidis, & omnem populum, qui hanc vrbẽ incolit, veſtros inquam fratres, qui non tranſmigrarerunt vobiſcum Babylonem, gladio hoſtium perempturus ſim, fame, ac peſte: vt ſimiles fiant[7] ficubus ſordidis, quæ præ auſteritate edi non poſſunt. Quod ſi aliquo aufugerint, inſequar eos militum gladio, fame, ac peſte, efficiamque vt regna omnia, eorum inſpecta calamitate diuexentur, ſtupeant, ac ſibilent, & vt probro afficiant eos cunctæ gentes, ad quas eos eiecturus ſum. Quia verba mea, quæ per ſeruos meos prophetas abſque intermiſſione eis exponi curaui, noluerunt audire. Vos ergo captiui vniuerſi, quos emiſi de Ieruſalẽ Ba-

CAPVT VICESIMVMNONVM.

ET hæc ſunt verba libri, quem 1
miſit Ieremias propheta de
Ieruſalem:[1] ad reliquias ſenio-
rum tranſmigrationis, & ad
ſacerdotes, & ad prophetas, &
ad omnem populum, quem traduxerat Na-
buchodonoſor de Ieruſalẽ in Babylonem:
|poſtquam egreſſus eſt Ieconias rex, &[2] do- 2
mina, & Eunuchi, & principes Iuda, & Ieru-
ſalem, & faber, & incluſor de Ieruſalem: |in 3
manu Elaſa filij Saphan, & Gamariæ fi-
lij Helciæ: quos miſit Sedecias rex Iuda ad
Nabuchodonoſor regem Babylonis in Ba-
bylonem, dicens: |Hæc dicit dominus exer- 4
cituum Deus Iſrael omni tranſmigrationi,
quam trãſtuli de Ieruſalem in Babylonem:
[3] | Ædificate domos, & habitate: & plantate 5
hortos, & comedite fructum eorum. |Acci- 6
pite vxores, & generate filios & filias: & date
filiis veſtris vxores & filias veſtras date viris,
& pariant filios & filias: & multiplicamini
ibi, & nolite eſſe pauci numero. | Et quærite 7
pacẽ ciuitatis, ad quam tranſmigrare vos fe-
ci: & orate pro ea ad dominum: quia in pace
illius erit pax vobis. | Hæc enim dicit domi- 8
nus exercituum Deus Iſrael: Non vos ſedu-
cãt prophetæ veſtri, qui sũt in medio veſtrũ
& diuini veſtri: & ne attendatis ad ſomnia ve
ſtra: quæ vos ſomniatis: |quia falſo, ipſi pro- 9
phetãt vobis in nomine meo: & nõ miſi eos,
dicit dñs. |Quia hęc dicit dñs: Cũ cœperint 10
impleri in Babylone[4] ſeptuaginta anni, viſi-
tabo vos: & ſuſcitabo ſuper vos verbũ meũ
bonum, vt reducam vos ad locũ iſtum |Ego 11
enim ſcio cogitationes, quas ego cogito ſu-
per vos, ait dominus, cogitationes pacis, &
non afflictionis, vt dem vobis[5] finem & pa-
tientiam. |Et inuocabitis me, & ibitis: & ora- 12
bitis me, & ego exaudiam vos. | Quæretis 13
me, & inuenietis: cum quæſieritis me in to-
to corde veſtro. | Et inueniar à vobis, ait do- 14
minus: & reducam captiuitatem veſtram, &
congregabo vos de vniuerſis gentibus, & de
cunctis locis, ad quę expuli vos, dicit domi-
nus: & reuerti vos faciam de loco, ad quem
tranſmigrare vos feci.[6] | Quia dixiſtis: Suſ- 15
citauit nobis dominus prophetas in Baby-
lone. |Quia hæc dicit dominus ad regẽ, qui 16
ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad omnem po-
pulum habitatorẽ vrbis huius, ad fratres ve-
ſtros, qui non ſunt egreſſi vobiſcum in trãſ-
migrationem. | Hæc dicit dominus exerci- 17
tuum: Ecce mittam in eos gladium, & fa-
mem, & peſtem: & ponam eos quaſi ficus
malas,

malas, quæ comedi non poſſunt, eo quod
18 peſſimæ ſint.‖ Et perſequar eos in gladio, &
in fame, & in peſtilentia: & dabo eos in ve-
xationem vniuerſis regnis terræ: in maledi-
ctionem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in
opprobrium cunctis gentibus, ad quas ego
19 eieci eos:‖ eo quòd non audierint verba mea
dicit dominus: quæ miſi ad eos per ſeruos
meos prophetas de nocte conſurgens, &
20 mittens, & non audiſtis, dicit dominus.‖ Vos
ergo audite verbum domini omnis tranſ-
migratio, quam emiſi de Ieruſalem in Baby-
21 lonem.‖ Hæc dicit dominus exercituū Deus
Iſrael ' ad Achab filium Coliæ, & ad Sede-
ciam filium Maaſiæ, qui prophetant vobis
nomine meo mendaciter: Ecce ego tradam
eos in manus Nabuchodonoſor regis Ba-
22 bylonis: & percutiet eos in oculis veſtris.‖ Et
aſſumetur ex eis maledictio omni tranſmi-
grationi Iuda, quæ eſt in Babylone, dicen-
tium: Ponat te dominus ſicut Sedeciam, &
ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in
23 igni:‖ pro eo quòd fecerint ſtultitiam in Iſ-
rael, & mœchati ſunt in vxores amicorum
ſuorum, & locuti ſunt verbum in nomine
meo mendaciter, quod non mandaui eis:
24 ego ſum iudex & teſtis, dicit dominus.‖ Et
25 ' ad Semeian Nehelamiten dices:‖ Hæc dicit
dominus exercituum Deus Iſrael: Pro eo
quòd miſiſti in nomine tuo libros ad omnē
populum, qui eſt in Ieruſalem, & ad Sopho-
niam filium Maaſiæ ſacerdotem, & ad vni-
26 uerſos ſacerdotes, dicens:‖ dominus dedit te
ſacerdotem pro Ioiade ſacerdote, vt ſis dux
in domo domini ſuper omnem virū arrep-
titium & prophetantē, vt mittas eum in ner-
27 uum & in carcerem.‖ Et nunc quare non in-
crepaſti Ieremiam Anathothiten, qui pro-
28 phetat vobis?‖ Quia ſuper hoc miſit in Ba-
bylonem ad nos, dicens: longum eſt: ædifi-
29 cate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructus eorum.‖ Legit ergo So-
30 phonias ſacerdos librum iſtum in auribus Ieremiæ prophetæ.‖ Et factum eſt verbum do-
31 mini ad Ieremiam, dicens:‖ Mitte ad omnem tranſmigrationem, dicens: Hæc dicit domi-
nus ad Semeiam Nehelamiten: Pro eo quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non miſi
32 eum: & fecit vos confidere in mendacio:‖ Idcirco hæc dicit dominus: Ecce ego viſitabo ſu-
per Semeian Nehelamiten, & ſuper ſemen eius: non erit ei vir ſedens in medio populi hu-
ius, & non videbit bonum, quod ego faciam populo meo, ait dominus: quia præuaricatio-
nem locutus eſt aduerſus dominum.

bylonem, audite hoc verbum domini, ſic dicit dominus exercituum, Deus Iſrael ' ad Achab filium Coliæ, & ad Sedeciam filium Maaſiæ, qui meo nomine falſò vobis prophetant. Ego tradam eos in poteſtatem Nabuchodonoſoris, vt in conſpectu omnium veſtrum trucidet eos: & ſumetur ex eis huiuſmodi maledictionum formula: omnibus qui Babylone ſunt dicentibus. Ponat te dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis, quod nefas patraſſent in Iſraele, quod nempe adulterium commiſiſſent cum vxoribus proximorum ſuorum: & locuti eſſent in nomine meo verbum mendax, cum non mandauerim eis: vt nouerint me iudicem, ac teſtem eſſe ſuorum facinorum ait dominus.

' Ad Semeiam Nehelamitem iuſſum eſt etiam mihi vt ad hunc modum ſcriberē. Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Quod tuo nomine literas miſiſti ad vniuerſum populum Ieroſolymitanum, & ad Sophoniam ſacerdotem filium Maaſiæ, & ad alios omnes ſacerdotes, dicens. Dominus conſtituit te ſummum ſacerdotem, vice Ioiadæ, vt in templo domini præfectus ſis, ſuper quemcumque arreptitium, & fingentem ſe prophetam, vt poſſis eum in carcerem mittere, & in neruum. Quare ergo tuo functus munere, non increpaſti Ieremiam Anathothitem, qui ſe venditat apud vos pro propheta? Nam ad huius rei oſtentationem, miſit ad nos Babylonem literas hanc ſententiam continētes. Diuturnior erit captiuitas quam putatis: ædificate domos, in quibus habitetis, plantate hortos, quorum fructibus vos ſuſtentetis. Quam epiſtolam legit ſacerdos Sophonias Ieremiæ. Factumque eſt à domino verbum huiuſcemodi ipſi Ieremiæ ' Mitte literas ad omnes captiuos in hanc ſententiam. Sic dicit dominus de Semeia Nehelamite. Quia Semeias prophetauit vobis, cū ego eum non miſerim, & confidere vos fecit in mendacio ſuo: Idcirco eo genere ſupplicij ego eum afficiam, & poſteritatem illius, vt neminem habiturus ſit, qui habitet in medio populi huius: neque bonum, quod facturus ſum populo meo, ſit viſurus, eo quod falſo impoſuerit domino verba ſua.

ARGVMENTVM.

TRes continet caput hoc epiſtolas, vnam quam miſit Ieremias ad tranſmigratos Babylonem, admonens eos, vt res ſuas ibi ſic componant quaſi diu 70. annorum ſpacio in captiuitate acturi, nec credant iis, qui breuem reditum pollicentur, cum potius Sedecias, & ciues Ieroſolymitani ſint propediem Babylonem abducendi. Minatur quoque interitum duobus pſeudoprophetis Babylone populum perturbantibus. Altera eſt Semeiæ, in qua ſcribit Sophoniæ ſacerdoti, vt coniiciat in carcerem Ieremiam, propter primam epiſtolam miſſam Babylonem. Tertia continet reſponſum Ieremiæ ad ſcripta à Semeia, illi cum ſuis extremum interitum denunciantis.

COMMENTARIVS.

1 AD RELIQVIAS.] Populi amator Ieremias A de ſalute eius ſolicitus non ceſſat, quos verbo non poterat, per literas exhortari, vt Deo fiderent: quod fecit eodem ſpiritu ductus Apoſtolus multas epiſtolas è vinculis etiam ad abſentes ſcribens: quare & Ieremias cap. 36. dixit Baruch, Ego clauſus ſum, non valeo ingredi domum domini: ingredere ergo tu, & lege de volumine, in quo ſcripſiſti ex ore meo verba domini. *Ier 36.5* Miſit autem hanc epiſtolam per legatos Sedeciæ, qui cum vidiſſet mortem Hananiæ, quam prædixerat Ieremias, timore correptus mittebat legatos ad Nabuchodonoſorem, qui portarent tributum, quod prius voluit negare, vt dicunt Hugo, & Lyra, & S. Thomas, & de pace agerent, vel munera, quibus illum ſibi deuinciret.

Dubitatio. Epiſtola miſſa ad iam diu captiuũ. Dan. 1. 1. Sed dubium eſt qui ſint illi ad quos mittit epiſtolam? Nam ſunt, qui non ſine ratione putent mitti ad eos, qui iam diu Babylone vixerant abducti anno 4. Ioakim, qui erat 1. Nabuchodonoſoris, vt dicitur Danielis 1. & probari poteſt hæc ſententia in primis, quia tanquam de perſonia, factoque diuerſo, dicit, ſe mittere epiſtolam ad ſeniores, ſacerdotes, & ſcribas, & ad vniuerſum populum, quem captiuum abduxerat Nabuchodonoſor poſteaquam egreſſus eſt Ieconias cum reliquo populo: itaque neque mittit ad Ieconiam, aut ad populum cum eo tranſmigratum: ſed ad populum prius ductum captiuum, neque ad regem, ad quẽ oportebat mittere, ſi apud illos fuiſſet, ſed ad ſeniores. Deinde, quia mittit ad reliquias ſeniorum tranſmigrationis, id eſt, ad ſeniores captiuos, qui adhuc ſuperſtites erant. Quod ideo videtur dictum, quia longum tempus, nempe octo anoorum, tranſierat, in quo aliqui è ſenioribus obierant ætate, ſqualloreque confecti. Quod non ita vere dici poterat de iis, qui illo pene anno tranſmigrauerant Babylonem. Demum, quia multa, quæ refert Ieremias in epiſtola ſua, non contra eos, qui paulo ante, ſed qui iam diu morabantur Babylone, dicta accipi debent, vt quod dicit de longa mora trahenda Babylone ab his, qui tędio affecti propediem reditum expectabant: de pœna pſeudoprophetarum, qui populum decipiebant, & adulterium commiſerant cum vxoribus proximorum ſuorum: quod longam conſuetudinem declarat, & ſimilia alia.

Hieronymus, & eum ſecuti Rabanus, Hugo, & Dionyſius, dicunt epiſtolam miſſam ad eos, qui cum Ieconia, & matre eius tranſlati fuerant à Nabuchodonoſore. Prior tamen intelligentia ob rationes propoſitas certior videtur.

2 *Domina.*] Quoniam poſt egreſſum Ieconiæ dicit miſſum hunc librum, vel epiſtolam Babylonem, manifeſtum nobis reddit tempus, in quo miſſa eſt, nempe anno 1. Sedeciæ. Ait enim poſtquam egreſſus eſt Ieconias rex, & domina. הַגְּבִירָה Haguebira, reginam vertunt 70. Chaldæus, Tigurina, & Pagninus, ſignificat autem nomen mulierem principem, heram, imperatricem: erat autem B mater Ieconiæ vt intelligunt Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus, iuxta comminationem factam c. 22. 26. qua de re late diſſeruimus ca. 13. *Ier. 22. 26.*

Et Eunuchi: Hebraicè dicuntur סריסים Sariſim: quod nomen principes aulicos ſignificat, vt nomen Græcum εὐνοῦχος Eunuchus, latinè eſt cubilis cuſtos, ab εὐνὴ cubile, & ἔχω cuſtodio. *Eunuchi qui. Eunuchorum munus.* Quia vero hi gynecæis maximè præficiebantur, ne de fide continentiæ ſuſpecti eſſent caſtrari ſolebant, etſi non omnes ſpadones eſſent, nec id nomen Græcum ſonat. Atque hi apud gentes cuſtodiendis regum cubilibus adhibebantur quod fideliores eſſent, vnde Herodotus lib. 8. Panionius vir Chius, inquit, quos pueros forma præditos coëmerat, eos caſtrabat, ductoſque aut Sardis, aut Epheſum, magna pecunia venundabat: apud barbaros enim precioſiores Eunuchi ſunt, quam qui non ſunt caſtrati, in omni genere fidei gratia. *Herodotus.* C Similia dicit Xenophon lib. 7. Cyripediæ. *Xenop.* Huiuſmodi fuere Aſſuero duo Eunuchi, Eſther 2. 21. Bagathan, & Thares ianitores, & in primo palatij limine præſidentes. *Eſther. 2. 21.* E quibus hos fuiſſe, quorum hic meminit Ieremias videtur probari ex Iſaiæ prophetia cap. 39. & 4. Reg. 20. 18. *Iſa 39 7. 4. Reg. 20. 18* Vbi comminatur Ezechiæ, propterea quod Babyloniis domum ſuã & abſcondita illius, oſtendiſſet: de filiis eius abripiẽdos, qui futuri eſſent Eunuchi in palatio regis Babylonis: ex quibus verbis Hier. li. 1. aduerſus Iouinianum, affirmat ex pueris Hebræorũ iuſſos ali *Hier.*

quos

Tenuchus Daniel.

quos à Nabochodonoſore ennuchozari, inter quos aliqui numerant Danielem, & ſocios, nam Danielis primo cap. dicitur, Et ait rex Aſphenez præpoſito eunuchorum, vt introduceret de filiis Iſrael, & de ſemine regio pueros, in quibus nulla eſſet macula, qui poſſeot ſtare in palatio regis. Atque de Daniele id plane affirmat Ioſephus lib. 10. Antiqui. c. 12. & Hebræi alij, & Origenes Homil. 4. ſuper Ezechielem. Verum quicquid ſit de miniſtris regis Babylonis, & aliarum gentium, apud quas caſtrati pręficiebãtur regiis miniſteriis, at de his, quos hic vocat ennuchos ſcriptura, magis probo ſententiam dicentium non fuiſſe caſtratos: ſed ita vocatos, quaſi aulæ eſſent miniſtri, regibuſque inſeruirent; vt Chaldæus indicat, & planeaffirmant Lyra, Dionyſius, & Vatablus, tum quia ſcriptura vult ſignificare reges cum omni regia, id eſt, cum aulicis omnibus eſſe abductos Babylonem: tum quia Deuteron. 23. eunuchi prohibebantur eſſe in populo Iſrael: dicitur enim ibi: Non intrabit eunuchus attritis, vel putatis teſticulis, & abſciſſo veretro, eccleſiam Dei: hoc eſt, nõ licebit illis ducere virgines Iſraeliticas, quod inepti ſint ad generationem. De artificibus, & incluſoribus, qui ſint intelligendi, diximus ſuper caput 24. oumero. 3.

Ioſephus. Origenes. Deuter. 23. 1.

3 *Ædificate.*] Quemadmodum breuitas temporis futuræ captiuitatis Ieruſalem, fuit cauſa, cur Ieremiæ imperatum fuerit cap. 16. ne vxorem acciperet, nec faceret filios; & Apoſtolus dixit 1. ad Cor. 7. Tempus breue eſt, ſupereſt vt qui habent vxores tanquam non habentes ſint, multo magis vt non accipiant, qui non habent, qond fuiſſet captiuis faciendum, ſi breuis eorum libertas ſperaretur, vt pſeudoprophetæ pollicebantor: ita quoniã longum tempus erat captiuitas duratura imperatur, ne torpeant ocio, ſed ita vitam ſuam traducãt, vt poſteritatem augeant, vitæque neceſſaria perquirant, ac pacem precentur ciuitati, qua & ipſi fruantur, iuxta illud Apoſtoli 1. ad Timoth. 2. Obſecro primò omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & cunctis, qui in ſublimitate ſunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate, & qoidem ad vitam humanam traducendam, quam Hebræi in primis pro ratione temporis curabant, recte admoniti ſunt ab Ieremia. At ſi ſpiritualem vitã conſideremus, & futuram, quam inquirimus, tempus breue eſt, & ideo caſas potuis, & tentoria, quæ poſſint facile mutari, vt olim priſci illi patres faciebãt, ſumus conſtructuri, & de ceteris temporariis rebus modica accepturi: cõuerſationem noſtram in cælis habenres. Debemus autem firmas ſuper petram domos ædificare è lapidibus ſolidarum virtutom; hortos plaotare, qualis fuit paradiſus Edem, in quo ſit arbor vitæ, & aliæ fructibus refertæ, quibus ſpiritus ſuſtentetur, & viuat, accipere vxores, ſapiẽtiam, aliaſque virtutes, ex quibus filij bonorum operum generentur; vt ita creſcente poſteritate, domus noſtra ſpiritualis ſtabiliatur, & aduemente libertatis tempore, in patriam reducatur æternam.

Ierem. 16. 2. 1. Cor. 7. 29. 1 ad Timo. 2. 1. Vita ad pietate quod vis le tra-ducēda

4 *Septuaginta.*] Diſputatio de fine, ac priocipio ſeptuaginta anootum, quam nobis mouent noſtri verba prophetæ, & difficilis eſt explicatu, & illuſtris tractatu, ſi qua alia in ſcriptura ſacra, & digna vt com omni diligentia à nobis diſſeratur, & quid magis probandum ſit definatur: Etſi autem ſuper caput nonom Danielis, & ſuper 1. Zachariæ tractari ſoleat ab interpretibus, at ad hunc locum verius ſpectare inde patet, quod Daniel ex his locis Ieremiæ occaſionẽ ſumpſit de 70. annis cogitandi; ac loquendi: Zacharias autem de ſeptuaginta aliis annis diſſerit, vt doctiſſimis viris probatur. Duas ergo quæſtiones complectetur hęc diſpotatio, vna erit de fine horum ſeptuaginta annorum, altera de illorom principio.

De numer. 70. annorũ. Daniel. 9. 2. Zach. 1. 12.

Quæſtio igitur prior erit quis ſit finis horum ſeptuaginta annorum Ieremiæ? Incipimus autem ab inquiſitione termioi, quoniam ex ſcriptura ſacra magis conſtat: vt videbiuous, ſtatoto aotem termino conſtanti, facilius initium inueſtigare poterimus.

Quæſtio de termino 70. annorũ.

Hieronymus in procemio commentariorom in Aggæum ſic ait: Secundo anno Darij regis Perſarum filij Hiſtaſpis ſeptuageſimum annum deſolationis templi fuiſſe completum, quem Ieremias vaticinatus eſt, Zacharias qooque propheta teſtis eſt: quo teſtimonio clarius quam alij affirmat Hieronymus, Zachariam loqoi de 70. annis Ieremiæ, & finem eoruio fuiſſe in 2. anno Darij Hydaſpis.

Verum abſque vlla dobitatione nobis eſt aſſerendum ſeptuaginta hos annos Ieremiæ terminatos fuiſſe in 1. annum Cyri regis Perſarum. Probatur hæc veritas in primis teſtimoniis ſcripturæ manifeſtis, primum ſumitur ex Iſaia cap. 44. 1. 28. Qui dico Cyro: paſtor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qoi dico Ieruſalem ædificaberis: & templo foudaberis. & cap. 45. v. 1. Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, coius apprehendi dexteram, vt ſubiiciam ante faciem eius gẽtes, & dorſa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur, ego ante te ibo; & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. & v. 13. Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiam, & omnes vias eius dirigam, ipſe ædificabit ciuitatem meam, & captioitatem meam dimittet: non in precio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum: hactenus Iſaias, quo nihil dici potuit illuſtrius ad finem deſignandum ſeptuagenariæ captiuitati in primo anno Cyri.

70. anni terminati anno 1. Cyri. Ratio 1. ex ſcriptura. Iſa 44. 25. Iſa 45. 1. 13.

Hunc aotem locum à Iudæis oblatum eum legiſſet Cyrus, vt refert Ioſephus lib. 11. Antiquit. c. 1. & admiratos qood ante ducentos annos ſua felicitas fuiſſet promiſſa, excitatus eſt diuinitus ad id opere exequendum, vt ſuo edicto manifeſtum fecit.

Ioſephus

Secundum teſtimonium eſt Ieremiæ cap. 25. v. 11. Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem, & in ſtuporem, & ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis, cumqoe impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſoper regem Babylonis, & ſuper gentem illam, & ſuper terram Chaldæorum, & ponam illam in ſolitudines ſempiternas. ergo Ieremias tunc ait complendos ſeptuaginta annos captioitatis eum Babylonicum imperiom eſſet deſtructum: fuit autem deſtructum per Darium Medom, & Cyrum: ergo per Cyrum fuit ſoluta captiuitas.

Ierem. 25. 11.

Tertiom teſtimonium eſt eiuſdem Ieremiæ cap. 29. 10. Hæc dicit Dominus: Cum cœperint impleri

Ierem. 29. 10.

in Babylone ſeptuaginta anni viſitabo vos, & ſuſ-
citabo ſuper vos verbum meum bonum, vt redu-
cam vos ad locum iſtum, quod completum fuiſſe
1. anno Cyri ſequentia docent teſtimonia.
2 Para. Quartum teſtimonium continetur 2. Paralip.
36 20. 36. 20. Si quis euaſerat gladium ductus in Baby-
lonem ſeruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret
rex Perſarum, & compleretur ſermo domini ex
ore Ieremiæ, & celebraret terra ſabbata ſua. Cun-
ctis enim diebus deſolationis egit ſabbatum vſque
dum complerentur ſeptuaginta anni. Anno au-
tem primo Cyri regis Perſarum ad explendum
ſermonem domini, quem locutus fuerat per os
Ieremiæ, ſuſcitauit dominus ſpiritum Cyri regis
Perſarum: Qui iuſſit prædicari in vniuerſo regno
ſuo, etiam per ſcripturam dicens. Hæc dicit
Cyrus rex Perſarum. Omnia regna terræ dedit
mihi dominus Deus cæli, & ipſe præcepit mihi
vt ædificarem ei domum in Ieruſalem, quæ eſt in
Iudæa: quis ex vobis eſt in omni populo eius? ſit
dominus Deus ſuus cum eo, & aſcendat. Hæc ibi:
1. Eſd. 1 1 & eadem protſus habentur in principio libri 1.
Eſdræ.
Poſtremum teſtimonium eſt Danielis cap. 9.
Dan. 9. in principio. In anno primo Darij filij Aſſueri
2. de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnum
Chaldæorum. Anno vno regni eius ego Daniel
intellexi in libris numerum annorum, de quo fa-
ctus eſt ſermo domini ad Ieremiam prophetam
vt complerentur deſolationis Ieruſalem ſeptua-
ginta anni. Cognouit ergo Daniel ex libris Ie-
remiæ iam compleri ſeptuaginta annos captiui-
tatis. Quoniam vidit euerſum regnum Chal-
dæorum per Medos, & Perſas, vt cap. 25. dixit
Iere. 25. Ieremias, & ſolutam captiuitatem in ipſo anno
12. 27. ſeptuageſimo, vt patet in hoc 29. capite Ieremiæ:
& Darium Medum ſtatim poſt cædem Baltaſa-
Dan. 5. ris cæpiſſe regnare, vt ait Daniel cap. 5. in ipſo an-
31. no ſeptuageſimo: & ei ſucceſſiſſe Cyrum regem
Perſarum, vt conſtat ex vltimis verbis cap. 6. Da-
Dan. 6. nielis, nempe in ipſo anno ſeptuageſimo, vt ma-
25. nifeſtum eſt in extremis verbis poſterioris libri
Paralipomenon: & ex primis libri Eſdræ. Ac pro-
inde ſatis aperte oſtendit completionem ſeptua-
ginta annorum Ieremiæ accidiſſe in 1. anno
Cyri.
Ratio 2. Secundò probatur communi ſententia ſan-
ex patri- ctorum patrum, & interpretum, qui expreſſis ver-
bus. bis ſcripturæ prædictis teſtimoniis conuicti, affir-
mant finem ſeptuaginta annorum captiuitatis in-
cidiſſe in 1. annum Cyri, de quibus locutus eſt
Ioſeph. Ieremias. Ita Ioſephus 10. Antiquit. cap. 11. in fine
Africa. & lib. 11. cap. 1. Iulius Africanus lib. 5. Annalium.
Clemes quem refert Euſebius lib. 8. de demonſtratione
Alex. cap. x. & Hieronymus in 9. Danielis. Clemens
Euſeb. Alexandrinus lib. 1. ſtromarum, Euſebius lib. 10. de
Lactan. præparatione euangelica cap. vltimo. Lactantius
Sulpit. lib. 4. de vera ſapientia capite 5. Seuerus Sulpitius
Cyrillus lib. 2. ſacræ hiſtoriæ. Cyrillus lib. 8. contra Iulia-
Alex. Hieron. num. Hieronymus ſuper cap. 35. Ieremiæ, & ſu-
Theod. per 29. Theodoretus in 1. Ezechielis, & in 9. Da-
Beda. nielis, & Zachariæ 1. Beda lib. 1. in Eſdram cap. 1. &
Zonaras lib. de ſex ætatibus. Zonaras 1. Annalium. Q. Iu-
Q. Iul. lius lib. de mundi duratione. Abulenſis in 2. Matt.
4. 12. 13. & 14. Lyra in 25. & 29. Ieremiæ, & Danie-
lis 9. Denique ita habet hiſtoria Hebræorum, &
omnes Hebræi, & recentiores interpretes, ac
Chronologi. Nec eſt qui de re tam certa dubitet:

A vt certe nemo dubitat, ſi loquamur, vt dixi, de
completione ſeptuaginta annorum Ieremiæ: nam
ſunt nonnulli, qui licet id affirment, de annis præ-
dictis: at de ſeptuaginta aliis, quos ſtatuunt à Za-
charia memoratos cap. 1. de quibus ſuo loco dice-
mus, diuerſum ſentiunt, nam finitos fuiſſe aiunt
anno 2. Darij Hydaſpis filij, nos vero de annis ſep-
tuaginta Ieremiæ hîc definimus terminatos in 1.
Cyri anno.
Hieronymus autem ſuper Ieremiam corte-
xit quod dixit ſuper Aggæum, ſiquidem commen-
tarios in Ieremiam, vt ipſe ait in prologo eiuſ-
dem prophetæ, poſt explanationem duodecim
prophetarum, Iſaiæ, Danielis, & Ezechielis, con-
ſcripſit.
Quæſtio poſterior, ac difficilior de initio bo- Quæſtio
B rum ſeptuaginta annorum Ieremiæ, differet, à quo de initio
anno Nabuchodonoſoris eos exordiri debeamus? Lxx. an-
Sed ad clarius procedendum præmittere oportet norum.
tres numerari in ſcriptura regum Iudæorum, &
ciuium Ieroſolymorum captiuitates. Non dico Obſidio-
vrbis obſidiones, quæ fuere quinque, tres ſub Ioa- nes ſeru.
kim filio Ioſiæ, videlicet anno tertio, aut quarto
eius, qui erat primus Nabuchodonoſoris, & anno
octauo eiuſdem Ioakim, qui erat quartus ſimili-
ter Nabuchodonoſoris, & anno vndecimo, & ſe- Capti-
ptimo Nabuchodonoſoris: quas enumerauimus uitas Iu-
ſupra cap. 20. numero. 8. in dubio priori, quarta dæorum
fuit ſub Ieconiа, & poſtrema ſub Sedecia. Tres triplex.
ergo fuere captiuitates: prima regis Ioakim, Da-
nielis, & ſociorum cum parte vaſorum facta anno
tertio, aut quarto illius, & primo Nabuchodono-
ſoris, de qua Danielis 1. & 2. Paralipom. 36. Altera Dan. 1. 5
C fuit Iechoniæ, matris eius, & principum, cum the- 2. Para. 36 6.
ſauris, & vaſis templi, & Ezechiele, de qua 4. Reg. 4. Reg.
24. à v. 10. & 2. Paralip. 36. 10. Tertia fuit grauiſ- 24. 10.
ſima regis Sedeciæ, qua Ieroſolyma vaſtata, & 2. Para.
ciues vel perempti, vel in duram abducti ſerui- 36. 10.
tutem. de qua 4. Reg. 25. Ieremiæ 39. & 52. His 4. Reg. 25. 1.
præmiſſis in quæſtionis propoſitæ diſſolutionem Ier. 39. 1
quatuor opiniones recenſentur. & 52. 4
Prima opinio vetus inchoat hos annos Lxx. à Opinio
rege Ioſia, & quidam quidem ab anno decimoter- 1 reiici-
tio Ioſiæ, quo cæpit Ieremias prophetare, quos tur.
refert Euſebius in Chronico, & hiſtoria ſcolaſtica
in hiſtoria Eſdræ cap. 18. in qua ſententia videtur
eſſe Hieronymus in illa verba 4. cap. Ezechielis,
& tu dormies ſuper latus tuum: dum ſic compu-
tat annos, à primo anno Iechoniæ, quando ma-
gna pars Ieruſalem tranſlata eſt in Babylonem vſ-
D que ad primum Cyri regis Perſarum annum, qui
deſolationis tēpli erat annus triceſimus, ſupputan-
tur anni 40. ſub quo Iudæorū laxata captiuitas eſt,
& libertas populo reddita. His ſi adiungas triginta Ie. 25. 3
qui à decimo tertio Ioſiæ præterierant, nēpe 23. vſ-
que ad quartum Ioakim, vt habes in Ieremia cap.
25. 3. & ſeptem vſque ad eius vndecimum, inuenies Africa.
plenos ſeptuaginta annos. Africanus exordiri
videtur hos annos à 16. Ioſiæ, nam vt refert Eu-
ſebius lib. 8. Demonſtrat. cap. x. & Hierony-
mus, in 9. Danielis, imperij Perſarum à 1. Cyri
vſque ad 20. Artaxerxis longimani, hoc eſt à 1.
Olympia. 55. vſque ad 4. 83. Olympia. ſignat 115. an-
nos: & inde aſcendens numerat. Lxx. ab anno 16.
Ioſiæ: à quo vſque ad 20. Artaxerxis ſtatuit 185. an-
nos. Quidam autem vt Theodoretus in 1. Eze-
chielis, exordiuntur à 18. Ioſiæ, quando liber Deu-
teronomij inuentus eſt, numerantes 35. annos an-
te

te templum dirutum, & totidem poſt, vſque ad Cyrum.

4. Reg. 22. 20. Sed cum toto Ioſiæ tempore nulla captiuitas contigerit, quinimo ne videret illam, collectus dicitur ad patres ſuos lib. 4. Reg. cap. 22. ideo hæc opinio tanquam ſine fundamento reiicienda eſt.

Opinio 2 refellitur. Secunda opinio eſt R. Salomoois, qoem refert Lyra in 1. cap. 1. Eſdræ, & Caietani in cap. vltimũ lib. 2. Paralipomenon qui exordiuntur 70. annos à tranſmigratione, ſeu, captiuitate regis Ieconiæ, qoia in cap. 29. quod modo interpretamur, Ieremias iis, qui tranſmigrauerant cum Ieconia pollicetur liberum in patriam reditum poſt 70. annos ſeruitutis. Hos ergo deſignat à Ieconiæ tranſmigratione. Verum facilè huius ſenteotiæ falſitas demooſtrabitur, qoia LXX. anni ſi hinc incipiant, oon poterunt finiri in 1. Cyri anno, vt paulo poſt oſtendemus. Deinde oſtendimus ſupra numero 2. non loqui Ieremiam cum Ieconia & eis qui cum ipſo tranſmigrauerant: ſed cum iis, qui iam diu Babylone morabantur, & ſi cum illis loqueretur, non deſignat initium ſeptuaginta annorum tunc ſtatuendum, ſed ſupponit iam ſtatutum.

Tertia ſententia eſt Lactantij Firmiani, Seueri Sulpitij, Cyrilli Alexandrini, Zonaræ, Q. Iulij, hiſtoriæ ſcolaſticæ, Iſidori lib. 5. Etymologiarum ca. vltimo, Bedæ, Abulenſis, Lyræ in locis in q. præcedente citatis, & multorum recentiorum & Expoſitorum, & Chronologorum, quos eſſet longũ recenſere: qoi conſtanter affirmant hos ſeptoaginta annos initium ſumere ab vltima Iudæorum captiuitate ſub rege Sedecia. Probant: quia diuina ſcriptora, quoties horum annorum mentionẽ facit, vocat eos annos ſolitudinis, vt Ieremiæ 25. & 29. & deſolationis, vt Danielis 9. & 2. Paralipo. vltimo & in quibus terra celebraret ſabbata ſua, hoc, eſt, erat futura inculta, & horrida: cum anno 7. non liceret Iudæis terram colere. At hæc ſolituto, deſolatio, & horror, non contigit aot ſub Ioakim, aut ſob Ieconia, quando vrbs ſtabat, & reſpublica ſub regibus, ac legibus degebat, & regio vniuerſa colebatur. Sed tantom ſub Sedecia, ſub quo vrbs diruta eſt, templum iocenſom, regnum deſtructum, Iudęi ſuperſtites vel interfecti, vel abducti Babylonem: Denique omnis regio Iudæorum in vaſtitatem, ſolitudioem, ac deſolationem eſt redacta. Ab hoc ergo anno, qui erat vndecimos Sedeciæ proculdubio ſumpſere initium ſeptuaginta illi anni.

Tertia ſententia reiecta. Lactan. Sulpit. Cyrillus Alex. Zonaras Iulius. Iſidor. Beda Iere. 25. Iere 29 Dan 9. 2. Para. 36.

Verum nec hæc ſeotentia vera omnino eſt de annis ſeptuaginta ab Ieremia deſignatis. Nam ex nullo ſcripturæ loco nobis conſtat Ieremiam deſolationi, ſolitudini, aut omnimodæ Iudeæ vaſtitati deſignaſſe annos illos ſeptuaginta. Cum Ieremiæ 25. 11. tantum dicat: & ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis, & cap. 27. 6. ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſerui mei, & ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eios, & ipſius: & cap. 29. 10. Cum cæperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni viſitabo vos: & ſuſcitabo ſuper vos, verbum meom bonum, vt reducam vos ad locum iſtum, & 2. Paralip. 36. 20. Si qnis euaſerat gladium ductus in Babylonem ſeruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Perſarum, & compleretur ſermo domini ex ore Ieremiæ. At quia inter multa

Ier. 25. 11. Ie. 27. 6 Ie. 29. 10 2. Par 36. 20.

A mala, quæ eſſent laturi in variis obſidionibus Ieruſalem, & captiuitatibus, vnum erat maximum, vaſtitas omnimoda regionis, templi concrematio, terræque ſolitudo, & deſolatio, eam qoidem eoumerat inter cetera, ſuo tempore futuram, non vero qood ſpacium ſeptuagenarium eſſet occupatura. Nam ſi ſtricte, preſſeque ſupputemus hos annos: non fuit deſolata terra integros ſeptoaginta ab vndecimo anno Sedeciæ, nec celebrauit ſabbata, cum Nabuzardan reliquerit de pauperibus terræ vinitores & agricolas, qui terram colerent, vt dicitur Ierem. 52. 16. & 4. Reg. 25. 12. & manſerunt vſque ad annum 23. Nabuchodonoſoris, quo tranſtulit eos Nabuzardan, ſeptingentos quadraginta quinque, vt refertur eodem capite Ieremiæ v. 30. quatuor ergo, aut quinqne annis non fuit terra inculta, &
B ſolitaria: qui deerunt annis illis ſeptuaginta.

Ier. 52. 16. 4. Reg. 25. 12. Ier. 52. 30

Ier. 25. Ier. 27. Præterea eadem prorſus ratione, dixit Deus, omnes gentes ſeruituras regi Babylonis ſeptuaginta annis vſque ad deſtructionem Babylonis, vt habes ca. 25. & 27. quibus propinatus eſt calix vini furoris domini. At non dixit ſimul ſtatim initio ſeptuaginta annorum ſobiiciendas, ſed ſuo quanque tempore, donec omoes ſubiicerentur: ſcimus autem anno imperij ſoi 23. expugnaſſe Babylonium Ammonitas, & Moabitas, ceteraſqoe gentes, ſubtotis Iudæorum vrbibus, vt ait Hieronymus Sophoo. 2. deiode anno 24. Ægyptom, auctore Ioſepho lib. 10. Antiquit. cap. 11. & tamen omnibus ſtatuit terminum liberationis Babylonis ſubuerſionem anno ſeptuageſimo: ex quo patet uon perduraſſe vaſtitatem earum, aut ſubiectionẽ totos illos ſeptuaginta annos: ſed hoc ſpacium de-
C finitum, vt inciperet Nabochodooſor ſibi ſubiicere illas omnes gentes paulatim, non ſimul donec omnes ſubiugaret: at ſubiectio finita eſt anno 1. Cyri, qui Babylonem euertit. His ergo videtur recte factum ſatis rationi, quam ioſolubilem putabant quidem huius opinionis ſectatores. Daniel autem cum dixit ſe iotellexiſſe ſermonem domini ad Ieremiam vt complerentur deſolationis Ieruſalem ſeptuaginta anni: hoc tantum vult, ſe intellexiſſe, terminum: iam adueniſſe ſeptuaginta annorum, quo terminanda erat deſolatio Ieruſalem, & finem habitura captiuitas, vndecumque exordiũ ſumpſiſſet: non quod deſolatio tunc initium habuiſſet, quo ſeptuagenarius ille numerus. Adde his ex Chronologia conſtare noo poſſe reperiri ſeptuaginta annos ab vndecimo anno Sedeciæ vſque ad 1. Cyri, vt ſtatim oſtendemos.

Ioſephus

Sententia verior. Ioſeph.

D Quarta ſententia, quam in vltimum locum reiecimus, quod verior nobis videatur: eſt Ioſephi lib. 10. Antiquit. cap. 11. in fine, & lib. 11. ca. 1. indicantis in verbis ſuis, exordium horum ſeptuaginta annorum ſumendum à 1. captiuitate Ioakim facta 1. anno Nabuchodonoſoris, ait enim primo imperij anno regis Cyri, cui ſeptuageſimus concurrebat ex die, quo noſtrum populum contigit ex propriis finibus ad Babyloniam migrare miſeratus captiuitatis Deus, ſicut per Ieremiam prædixerat, poſtquam ſeruierant Nabuchodonoſori, & nepotibus ſeptuaginta annis. Loquitur ſane de 2. migratione. Sic etiam Euſebius in Chronico refert qooſdam, qoi dictos. 70. annos incipiebant à tertiò anno Ioakim, & in 20. Cyri finiebant. Probat maximè hanc ſententiã Seuerus Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtoriæ. Tum etiam Clemens Alexand. lib. 1. ſtromatum, cum dicit ex Beroſi ſententia, ſep-

Euſeb. Sulpi. Clemens Alex.

ruaginta annis ante principatum Perſarum Nabuchodonoſorem aduerſus Phænicas, & Iudæos bellum geſſiſſe. Indicat ſane bellum, quod exciuit primo anno regni ſui, quo & Ninum cæpit, vt diximus in Chronologia. Theodoretus præterea tenet hanc ſententiam in nonum caput Danielis & hiſtoria ſcolaſtica cap. 18. Eſdræ, & hiſtoria Hebræorũ dicta Seder olam. Quam ſeqountur omnes Hebræi, vt R. Salomon, quem citat Lyra Ieremiæ 25. & 29. R. Ioſe, Dauid Kimhi, quibus videtur conſentire Lyra. Vatablus quoque in Danielis nonum, & in 1. Aggæi. Montanus ſimiliter in 1. Aggæi, & Zachariæ: & Iſidorus Danielis 9. & Aggæi 1. & multi alij ex recentioribus.

Theod. Hiſtoria ſcolaſtica Seder olam.

Probatio 1.

Veritas huius ſententiæ probatur in primis ex verbis Ieremiæ, qui hanc edidit de 70. annis prophetiam. Ieremias anno tertio Ioakim, qui erat 4. inceptus, & primus Nabuchodonoſor cap. 25. prophetauit, eum adducendum ſuper Iudæam, & gentes illi finitimas: illique ſerituras ſeptuaginta annis, quibus abſolutis ipſam Babylonem fore deſtruendam. At hoc non potuit impleri niſi à captiuitate regis Ioakim, in qua cæperunt Iudæi ſeruire Nabuchodonoſori, à primo anno regni eius. Nec poterunt inueniri 70. anni ſeruitutis, niſi computemus omne tempus imperij Babylonici à primo anno Nabuchodonoſoris, vſque ad vltimum Baltaſaris, & primum Cyri. Quod ſatis apertè dicit idem ſanctus propheta cap. 27. 7. illis verbis, Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eius. Deinde cap. 29. ſcribit in principio regni Sedeciæ omni tranſmigrationi, quam dominus tranſtulerat de Ieruſalem Babylonem, nempe captiuis, qui cum Ioakim abducti fuerant Babylonem, vt ſupra oſtendimus numero ſecundo, vt domos ędificarẽt, plantarent hortos, coniugia inirent, ne putarent cito redituros: quia cum cæperint, inquit, impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos, & reducam ad locum iſtum. Oſtendit ergo tunc reducendos captiuos, qui tunc erant, cum compleuiſſent in ſeruitute Babylonica ſeptuaginta annos: quos ſi numeres ab vndecimo anno Sedeciæ, non redirent completis ſeptuaginta annis, ſed octuaginta octo, additis annis octodecim à primo anno Nabuchodonoſoris, & 4. Ioakim. Quod ſi vt habent Hebræa, legamus, cum cæperint impleri lebabel Babyloni, hoc eſt imperio Babylonico, ſeptuaginta anni, nempe à primo anno Nabuchodonoſor vſque ad 1. Cyri, certius colligetur ex verbis Ieremiæ noſtra ſententia.

Ie. 27. 7
Ier. 29.

Probatio 2.

Secundò probatur. Septuaginta annorum numerus non inuenitur in primo Cyri anno, quando ſubuertit imperium Babylonicum, niſi eos incipiamus à captiuitate Ioakim quarto eius anno facta: ab eo ergo anno eos exordiri opportet. Propoſitionem oſtendemus certam ex Chronologia tam imperij Babylonici, quam Perſarum, & per Olympiadum rationem, imperium Babylonicum per tres reges ſibi inuicem ſuccedentes ſeptuaginta annos tantum duraſſe à 1. Nabuchodonoſoris, qui regnauit 44. annos, & per Euilmerodachum filium eius, qui regnauit viginti tres, vſque ad tertium Balthaſaris nepotem Nabuchodonoſoris, oſtendimus ſuper cap. 5. numero quarto. Quod ſi Beroſi, Alphæi, & Ioſephi lib. 1. contra Apionem, & Euſebij lib. 9. de præparat. cap. 4. enumerationem ſequamur: qui dant Euilmerodacho annos 2. & Niriglißorori 4. Laboſardacho 9. menſes, & Balthaſari annos 17. non inueniemus ab vndecimo anno Sedeciæ cum annis 25. Nabuchodonoſoris niſi 49. annos: quos ſi deducas ad primum Nabuchodonoſoris, & 4. Ioakim inuenies 68. aut 70. cum 1. Cyri, vt pene, noſtra ſententia hac enumeratione confirmetur. Si vero ſequamur Ioſephum dantem Euilmerodacho 10. Antiq. cap. 13. annos 18. & Neglißorori, ſeu Egelſario 40. quem ſequitur Hieronymus Danielis 5. inuenies ab vndecimo Sedeciæ annos 101. & à 4. Ioakim, & 1. Nabuchodonoſoris 120. Quæ ſupputatio quam longe abſit à veritate ſatis eſt compertum: quare aliam enumerationem ſequi iure compellimur.

Beroſus. Alphæus Ioſeph. Euſeb.

Iam per Olympiadas, & annos regum Parſarum hunc numerum annorum rectè fuiſſe conſtitutum oſtendamus. Captiuitas Babylonica anno vndecimo Sedeciæ contigit Olimpiade. 47. vt ex Clemente Alex. lib. 1. ſtromatum notat Euſebius in Chronico, nempe anno 1. Olymp. 49. finitum eſt bellũ Aſtiagis regis Medorum cum Haliatte rege Lydorum ait Solinus cap. 20. Olympiadis 55. anno 1. ſubuerſo Aſtiage incipit regnare Perſis, Cyrus, vt ait Euſebius in Chronico, & lib. 10. de præp. Euangelica cap. 3. & Africanus apud eundem lib. 8. demonſtrat Euangelicæ cap. 2. & lib. 5. de præpar. cap. 10. ex Diodoro, Thalicoſtore, Polybio, & Phlegetante.

Clemẽs Alex.
Euſeb.
Solinus.
Euſeb.
Diodor. Thalic. Polyb. Phleg.

Olympia. 58. Creſſus cum Sardibus capitur à Cyro, vt notat Solinus cap. 7. anno videlicet 2. vt habet Euſebius. Olympiade 59. anno 4. hoc eſt 20. ſui regni cępit Babylonem, vt ait Euſebius in Chronico, & relaxauit captiuitatem. Vel potius anno 3. Olympia. 60. & inde incipiunt numerari anni imperij, ſiue monarchiæ, nam Xenophon lib. 8. Cyripædiæ dicit obiiſſe ſeptimo anno imperij ſui, cum tamen apud omnes conſtet triginta annos regnaſſe: qua de re, ne hîc longiores ſimus, egimus in ſacra Chronologia. Nunc ſupputatis Olympiadibus à 47. vſque ad 60. remotis primo illius anno, & huius poſtremo, inueniemus annos 54. ab vndecimo Sedecię vſque ad primum annum Monarchiæ Cyri, & non ſeptuaginta. Imo ſi addas ſeptem vſque ad eius obitum non numerabis niſi 60: quod ſi reſpicias ad initium regni Cyri anno 1. 55. Olympiadis, tantũ inuenies ab vndecimo anno Sedeciæ annos 35. quomodo ergo ſupputabis ſeptuaginta? profectò ſi annos decem & octo, qui præceſſerunt à tertio anno Ioakim, & primo Nabuchodonoſoris adiungas his quos deſignauimus ab vndecimo Sedeciæ vſque ad primum Monarchiæ Cyri, qui eſt vel 20. regni eius, iuxta Euſebium vel 23. iuxta Xenophontem, pleni efficientur ſeptuaginta.

Solinus.
Xenop.

Ergo cum hac ratione omnino conſtent nobis ſeptuaginta anni, & ceteris aliis modis nequaquam, hæc nobis ſententia hæreat opportet, qua initium illis damus à primo Nabuchodonoſoris, & quarto Ioakim, & finem in primum annum Monarchiæ Cyri regis Perſarum. Atque hæc de quæſtione difficili dicta ſufficiant.

Quæſtio tertia duabus præcedentibus ſubiicitur à nobis, quod ſeptuagenarius alius numerus à Zacharia primo capite memoratus, huic quem hucuſque definiuimus repugnare videatur. Nam ſi de eodem loquatur ac Ieremias, falſo nos incepimus, & falſo terminauimus ſeptuaginta annos Ieremiæ: cum ille Zachariæ ſeptuagenarius terminetur

Quæſtio De initio, ac fine annorum. 70 Zacharea.

in 2. Darij Hydaſpis annum, & exordiatur ab vndecimo Sedeciæ, ſi vero de diuerſo, id videndum eſt quo nitatur fundamento.

70 annos Ieremiæ & Zachariæ eoſdem eſſe

Patrum quorūdam, ac interpretum opinio fuit, quæ multis ex recentioribus probatur, vnum tantum ſtatuendum ſeptuagenarium, illum, qui ab Ieremia traditus eſt, in primū Cyri annum terminatum, qui ſupra à nobis relati ſunt in quæſtione proxima in tertia ſententia. Cum autem opponitur illis Zacharias, qui cap. 1. 12. inducit angelum ita pro Iudæis Deum alloqoentem, Domine exercituum vſque quo tu non miſereberis Ieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? iſte iam ſeptuageſimus annus eſt: quibus verbis notat alterum ſeptuagenarium ab illo Ieremiæ diuerſum. Reſpondent Hugo Cardinalis, hiſtoria ſcolaſtica, & alij, hæc verba eſſe per interrogationē legenda, iſte eſt annus ille ſeptuageſimus, tam celebris, & tam expectatus, & iam diu tranſactus? Vt apud Virgiliū. 6. Æneidos, cōqueſtus Æneas non fuiſſe impletam Apollinis promiſſionem, dixit, En hæc promiſſa fides eſt? Reſpondent alij hunc eſſe verborum angeli ſenſum, venit iam annus ſeptuageſimus anno primo Cyri, ſed quia tibi ſuis peccatis obſtitēre Iudæi, non penitus, eis fuiſti placatus, modo autem iam placatus es, iſte ergo verior dicatur annus ſeptuageſimus, in quo tuam perficias promiſſionem.

Zachar. 1. 12.

70 annos Ieremiæ & Zachariæ eſſe diuerſos

Nihilominus mihi probatur ſententia, quæ & antiquioribus placuit non paucis, & à recentioribus multis explicata eſt, & ſtabilita, ſeptuaginta annos à Zacharia memoratos eſſe plane diuerſos à ſeptuaginta illis Ieremiæ: quos cum finitos oſtenderimus primo Cyri anno, & inchoatos anno primo Nabuchodunoſoris, qui erat 4. Ioakim; hos probabimus initium ſumpſiſſe ab vndecimo anno Sedeciæ, & finitos fuiſſe in 2. anno Darij filij Hyſtaſpis, atque adeo Zachariam non opponi Ieremiæ, ſed concordes eſſe prophetas quod de diuerſis ſeptuagenariis loquantur. Hanc veritatem tribus rationibus probare conabimur, prima, adductis in medium patribus, qui hūc ſeptuagenarium Zachariæ tradiderunt, & illum Ieremiæ, diuerſis in locis, tanquam diuerſum, ne ſibi voluiſſe contradicere aſſeramus. Secundo, adducemos teſtimonia & veterum, & recentiorum, qui hunc duplicem ſeptuagenarium numerum clare ſtabilierunt. Tertio, ex chronologia, ſicut probauimus Ieremiæ, ſeptuaginta annos à 1. Nabuchodonoſoris, vſque ad primum Cyri, ita ſtatuemus illos Zachariæ ab vndecimo Sedeciæ vſque ad ſecundum Darij.

1. ratio à teſtimoniis patrum

C

D

Auguſt. *Iſidorus* *Niceph.* *Ado.*

Primò igitur Auguſtinus lib. 18. de ciuitate Dei cap. 28. Iſidorus lib. etymologiarum 5. c. vltimo, Nicephorus Conſtantinopolitanus in chronologia tripartita, & Ado in chronico hunc Zachariæ, ſeptuagenarium ſtatuunt ſolum ab vndecimo Sedeciæ vſque ad 2. Darij. At qui ſequuntur vtrumque inſinuant. Clemens Alexandrinus in 1. ſtromatum ſeptuaginta annos finit in principatu Perſarum ex Beroſi ſententia. Nam ſeptuaginta annis ante principatum Perſarum, ait, Nabuchodonoſor aduerſus Phænicas, & Iudæos bellum geſſit, vt dicit Beroſus, & tamen inferius ſubdit, perſeueraſſe captiuitatem, & templi deſolationem ſeptuaginta annis vſque ad ſecūdum Darij filij Hyſtaſpis, quem ad hoc probandum refert Euſebius in chronico. Euſebius præterea diuerſos deſignat hos an-

Clemēs Alex.

Euſeb.

A

nos, vt notauit hiſtoria ſcolaſtica in chronico, dū ſeptuaginta Ieremiæ orditur ab anno 3. Ioakim, & finit in. 20. Cyri, & 50. deſolationis templi, alios autem Zachariæ, Ieroſolymorum, & templi deſtructionis inchoat ab vndecimo Sedeciæ, & finit in 2. Darij filij Hiſtaſpis, ſubiciens; Quod autem ſeptuageſimus annus deſolationis templi altero anno Darij fuerit expletus, domeſticus teſtis eſt Zacharias propheta, ſecundo anno Darij, dicens, iſte ſeptuageſimus annus eſt. Quod ipſum tradit lib. 10. de præpar. euangelica cap. 3. ex Iudæorum hiſtoria, & lib. 8. de demonſtratione cap. 2. Hieronymus præterea hos annos variis in locis diſtinctos ponit. Nam Ieremiæ 25. & 29. niſi ſeptuaginta anni expleti fuerint, inquit, Cyro rege Perſarum laxante captiuos, nequaquam in patriam reuertemini. Idem innuit Dan. 5. dum refert fabulam Hebræorum. *Hier.*

B

At ſupra 4. caput Ezechielis, Deſolationis templi ait, vndecimo anno Sedeciæ fiunt 70. anni, vſque ad 2. Darij: & infra, Templi ſolitudo vndecimo anno Sedeciæ vſque ad 2. Darij annum durauit 70. annis. & in prologo Aggæi, & in 1. Zachariæ, Secundo, ait, anno Darij regis Perſarum filij Hidaſpis ſeptuageſimum annum deſolationis templi fuiſſe completum Zacharias quoque teſtis eſt. Beda etiam dum variè ſentit cum Africano, & Euſebio lib. de temporibus cap. 21. & lib. de ſex ætatibus, hoc ipſum indicare videtur.

Secundo producamus teſtimonia manifeſta à Doctoribus monumentis mandata. Euſebius in Chronico ſub Olympiade 58. ſic ait: Colligitur omne tempus captiuitatis Iudæorum annis 70. qui ſecundum quoſdam à tertio anno Ioakim vſque ad viceſimum annum Cyri regis Perſarum computantur. Porro ſecundum alios à Ioſiæ Iudæorum regis anno 13. ſub quo Ieremias prophetare cæpit vſque ad primum annum ſupradicti Cyri regis. Deſolationis vero templi ſub Dario rege complentur anni 70. hæc ille duplicem illum ſeptuagenarium diſtinguens. *2. ratio à teſtimoniis.* *Euſeb.*

Theodoretus latiſſimè omnium, præterquam in 1. Ezechielis, & in 1. Zachariæ, ita hanc ſententiam tradit ſuper cap. nonum Danielis, ſtatim in initio. Tempus captiuitatis omnes idem nihil diſcrepantes poſuere & diuus Ieremias, & diuinus Zacharias, & beatus Eſdras in ſeptuageſimo numero omnes conſenſere, ſed non ab eiſdem temporibus omnes numerare exorſi hoc tempus, alij in Cyrum, alij in Darium hunc ipſum numerum deſinere dixerunt. Beatus enim Ieremias, & Eſdras à primæ captiuitatis initio numerantes, iure vſque ad Cyrum Perſarum regem ſeptuaginta definiunt annos. Sed ſanctiſſimus Zacharias à nouiſſima obſidione, qua funditus interiere numerans, ſeptuaginta annorum numerum Dario regnante Perſarum rege expleri aſſeruit. Nam quia ter populus captiuus fuit, primo, tempore Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, iterum Iechoniæ filij Ioakim, tertio Sedeciæ fratris Ioakim patrui Ieconiæ: neceſſario ter etiam in patriam reditum conſequuntur. Primo enim dimiſit ipſos Cyrus Perſa. Deinde Darius Hyſtaſpis filius, tum Artaxerxes Xerxis. Eorum igitur qui primo capti fuere ſeptuaginta annorum numerus Cyro Perſa regnante expletur: & templi deſolatio hoc eodem tempore finitur anno ſecundo Darij Hyſtaſpis. Ita vt vtraque prophetia & Ieremiæ, & Zachariæ, & itidem *Theod.*

Eſdræ ſcriptura mendacio careat,& vera ſit. Hæc A ram luculenter Theodoretus. *Seder olam.* Præterea hiſtoria Hebræorũ dicta Seder olam hãc habet annorũ diſtinctionem,quam ſequuntur omnes Hebræi Dauid Kimhi,R.Ioſe,& R. Salomon : & aliqui apud Hugonem Cardinalem ſuper 1.Zachariæ,Montanus Aggæi 1.& Zachariæ 1. Iſidorus ſuper nonum Danielis,& ſuper 1.Aggæi , & Ribera noſter ſuper 1.Zachariæ:& alij quos referre operoſum eſſet.

Tertio probatur ex chronologia. Tertio probemus id ex Chronologia: nam ſi ſeptuaginta annos plenos inueniamus ab vndecimo Sedeciæ vſque ad 2.Darij Hyſtaſpis, quis dubitabit eos prænunciatos, & à Zacharia deſignatos aſſerere? Annus vndecimus Sedeciæ erat decimus nonus Nabuchodonoſoris, cui reſtabant 25. anni, quibus ſi addas 23. Euilmerodachi, & tres Baltaſaris,inuenies 52.vſque ad 1.annum Monarchiæ Cyri, qui ſi ſequamur hiſtoriam Hebræorum, tres tantum annos imperauit, poſt quem Aſſuerus 14. & Darius 2.qui faciunt 19.qui additi ſupradictis,51. efficient plenos 70. Si autem ſequamur regum Perſarum Chronologiam , ab vndecimo anno Sedeciæ vſque ad 1.Cyri intercedunt 30. anni, vt ſtatuunt *Euſeb. Hier.* Euſebius in Chronico , & Hieronymus in 4.Ezechielis, Cyri 20.capta eſt Babylon, & relaxata captiuitas, qui faciunt 50.annos, reſtant decem vſque ad vltimum Cyri, nempe vſque ad 30. & ſeptem Cambyſis filij eius,& duo Darij,qui ſunt 19.qui iuncti cum illis facient 69. aut 70. Si autem numeres per Olympiadas , certiori ratione elucebit : capta eſt Ieruſalem anno 2. Olympiadis, 47.vt affert Euſebius ex Clemente Alexandrino. At annus 2. Darij erat 1.Olympiadis 65.vt eo in loco aſſignat Euſebius, & in præfatione Chronici, inter has duas Olympiadas 47. & 65. excluſas intercedunt plenæ 17. Olympiades, quæ continent 68.annos,quibus ſi duos addas ex 47. excluſo anno vndecimo Sedeciæ,& anno 2. Darij , inuenies plenos 70. annos deſolationis Ieruſalem , quorum meminit Zacharias:non quidem interroganter,quaſi iam diu impleti fuiſſent,ſed affirmanter, quia reuera ita ſe habebant.

Ex his ergo certum nobis eſſe debet Ieremiæ non aduerſari Zachariam , cum ille de annis ſeptuaginta captiuitatis loquatur , hic vero de annis deſolationis templi, & Ieruſalem , & hactenus de quæſtione difficili ſit dictum ad noſtri prophetæ exactiorem intelligentiam.

Expectatio patientia. 5 *Finem.*] Hebraicè dicitur : Vt dem vobis אחרית aharith nouiſſimum , & תקוה hikuah expectationem. Hoc eſt vt dem vobis extremum deſiderij, cuiuſmodi ſunt filij parentibus, fructus arboribus merx,ſeu corona laborantibus:denique finem optatum liberationis , & reditus in patriam:& expectationem , ſeu ſpem , vt habent Hieronymus, Chaldæus , Pagninus , & Vatablus , hoc eſt rem à vobis auide expectatam libertatis,&pacis,quæ eſt patientiæ , & longanimitatis fructus : propterea Vulgatus vocauit hanc expectationem patiẽtiam, quod ſine patientia non fertur dilatio rei ſperatæ:nam per patientiam expectamus,inquit Paulus *ad Rom. 8.25.* ad Rom.8.25. & confortamur ad longum tempus, quo res differtur,pertranſeundum,iuxta illud Iſaiæ *Iſa. 30. 15.* 30.In ſilentio,& ſpe erit fortitudo tua. Et quidem oſtendit his Deus,quamobrem affligat, & differat liberationem: vt hac ratione ad Deum redeat homo,eumque ſibi conciliet,& quibuſcumque poſſit modis deuinciat. Hoc eſt,tunc inuocabitis me, & ibitis,nempe in Ieruſalem,& orabitis ibi,&ego vos exaudiam : vt exponunt Hieronymus , Rabanus,& Dionyſius,atque Lyra. Sed quia hæc dicit futura tanquam præparationem ad reditum , melius cum Hugone, & Vatablo intelligemus,& ibitis, hoc eſt,incedetis in viis meis , aut in lege mea, vel certè quoniam explicat fructum inuocationis quemadmodum fructum orationis eſſe promittit, & ego exaudiam vos:ita dicat , inuocabitis me, & ibitis læti, voti veſtri compotes euadetis , ac recedetis hilares , quod placido vultu inuocantes me vos exceperim.

6 *Quia.*] Illa verba : [Quia dixiſtis, ſuſcitauit nobis dominus prophetas in Babylone] Hugo , S. Thomas, Lyra, & Dionyſius connectunt cum præcedentibus , hac fere ratione. Reuerti vos faciam de loco,ad quem vos tranſtuli,quia dixiſtis: Hoc B eſt, vt omnem vobis adimerem ſolicitudinem , & omne deſiderium expectandi à me prophetas, qui Babylone vos certos redderent de veſtro celeri reditu:idcirco egomet vobis prænuncio , certoſque vos reddo,non redituros ante 70. annos,quibus completis,ego reducam vos ex locis omnibus vbicumque fueritis.

Quam ipſam fiduciam ego auferam à Sedecia , & populo relicto , qui putant & vos breui redituros,& ipſos redintegrandos.Sed melius Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, & Vatablus cum ſequentibus coniungunt ad hunc modum. Quia replicatis dicentes,prophetas ſuſcitabit nobis dominus Babylone , qui meliora , ac feliciora prænuncient , ſcitote tantum hoc abeſſe à Dei voluntate, vt non ſolum decreuerit non redire vos ante 70. C annos: ſed eos qui Ieroſolymis remanſerunt, quia ſponte ſe tradere Nabuchodonoſori noluerunt, perditurus funditus ſit. Sic enim dicit dominus de Sedecia, & omni populo , qui non ſunt vobiſcum egreſſi:ego mittam in eos gladium, famem, & peſtem,& cetera.

7 *Ficus.*] Hebraicè legitur : Ponam eos quaſi ficus השערים Soarim, hoc eſt torpes,fœdas, ſordidas,horrendas. Theodoretus dicit Suarem ſignificare ficut , quæ in ſyluis naſcuntur,hoc eſt,agreſtes,incultas,& indignas, quæ inferantur , & eſui inutiles: Theodotio ſudarinas vocauit quaſi ſudarim legeretur in Hebraico,& non ſuarim,ſecunda editio peſſimas Symmachus nouiſſimas , vt ficut calathus,qui habebat ficus bonas , primitiuas habuiſſe dicitur,ſic alter cophinus,qui habebat ficus malas,habuiſſe ficus nouiſſimas ſcribatur,& ſerotinas,ſic Hier.de quibus diximus in cap.24.

D Dubium eſt vtrum promiſſio de reditu poſt 70. annos pertineat ad tranſmigratos tantũ Babylonẽ an etiã ad eos,qui vrbe diruta , & templo incenſo, captiui abducti ſunt? *Quæſtio Nũ promiſſio de reditu poſt 70. annos fiat tantũ tranſmigratis* Indicat enim propheta illis hoc beneficiũ eſſe promiſſum. At ex 1. Eſdræ 2.cõſtat rediiſſe omnes prouinciales Iudeæ, quos tranſtulerat Nabuchodonoſor rex in Babylonẽ, inter quos numeratur Ioſue , cuius pater Ioſedech captiuus fuerat vndecimo anno Sedeciæ. *Solutio.* Diſſoluitur hic nodus,ſi dicamus duo:alterum beneficiũ reditus è Babylone in Ieruſalẽ, & liberationis è captiuitate commune fuiſſe omnibus Iudæis: omnibus enim promiſſũ eſt , & nullus eſt ab eo excluſus captiuorum,ſi per ipſum non ſtabat,patet hoc inprimis ex verbis ipſis Ierem. quibus hunc reditũ pro- *Ie. 25. 9* miſit.Nam cap.25.loquens anno 4.Ioakim , contra omnem populum Iuda , cõminatur aduentum *Ier 27. 6 7.* Nabuchodonoſoris ſuper omnem terram illã : & ſeruituram illi 70.annis idem dicitur cap.27. verſ.

6.7. Deinde conſtat ex edicto Cyri populi Iudaici liberatoris, qui neminem excepit, ſed in vniuerſum dixit 2. Paralip. 36. 23. & 1. Eſdræ 1. 3. Quis eſt in vobis in vniuerſo populo eius, ſit Deus illius cum ipſo, & aſcendat in Ieruſalem: & eandem liberam facultatem dedit poſtea Darius Hyſtaſpis filios: vnde ſurrexerunt principes patrum de Iuda, & Beniamin, & ſacerdotes, & Leuitæ, & aſcenderunt in Ieruſalem. Imo plurimi aliarum tribuum redierunt in Iudæã, tam gratam occaſionem nacti.

2. Par. 36 23. 1. Eſdra 1. 3.

Alterum eſt, hoc diſcrimen obſeruaſſe Deum inter eos, qui ſponte ſe tradiderant cum Iecconia: & eos qui noluerunt ſe tradere cum Sedecia: quod illis ſummam promiſit in captiuitate felicitatem, & certum reditum in Ieruſalem poſt 70. annos: & ita præcepit eis vt plantarent vineas, domos ædificarent, & ita pacatè degerent, ac ſi fuiſſent in patria: reddidit quoque eos beneuolos regibus Chaldæorum, & ad ſublimes euexit dignitates: nam Daniel ſignorum miraculis de captiuo ſubito princeps factus eſt, Daniel. 5. & tres pueri glorioſe de fornacis incendio liberati, Daniel. 3. Iecconias eductus de carcere inter alios reges, regium thronum conſecutus eſt, 4. Reg. 25. 27. & expletis annis 70. ſub Zorobabel Iecconiæ nepote, & Ieſo ſacerdote magno, & Ezra, ac Neemia plurimi reuerſi ſunt Ieruſalem, quorum numerus in Ezræ volumine continetur: qui felicitate, & beneuolentia regum Chaldæorum, ac Perſarum, qua ſui principes, & ipſi fruebantur, redierunt. Hanc autem diuinam erga transmigratos curam, ac prouidentiam ſignificauit Deus cum eos comparauit cophino bonarum ficuum cap. 24. & cum miſit ad eos per Ieremiam, epiſtolam c. 29. qua & Babylone pollicetur vitam pacatam, & poſt 70. annos reditum in Ieruſalem, & in Deum ipſum bonum cor. At his qui remanſerant cum Sedecia ſummam calamitatem comminatur, quod omnes ſint hoſtium gladio, fame aut peſte interituri, & ab omnibus deſpiciendi: inſtarque ficuum ſordidarum abiiciendi, & huc, illucque diſpergendi. Quod ficuum malarum metaphora ſatis explicatum eſt cap. 24. & hoc 29. & eiſdem pene verbis, & reipſa ita accidiſſe videmus, ſiquidem Sedeciæ oculi æruti ſunt, & ipſe in captiuitate male periit, filij eius, & principes, & Saraias ſummus ſacerdos in Rahlata iuſſo Nabuchodonoſoris, ſunt interfecti: populus fugiens in Ægyptum, ibi vel peremptus, vel grauiter vexatus, tandem in Babylonem abductus eſt: denique pauciſſimi remanſerunt: quare non mirum ſi transmigrati iuxta promiſſionem redierint, poſtremo capti non redierint, quia nulli, aut pauci erant, qui poſſent redire. Cauſam autem huius diſcriminis, quod cum omnes capti ſint, illi feliciter agentes redierint, hi ſua cõſumpti calamitate, non redierint, aſſignat propheta, quod illi audierint prophetas Dei nomine præcipientes, vt ſe dederent. Hi vero renuerint: cum tamen cap. 27. dixerit Ieremias: gentem, & regnum, quod nõ ſeruierit regi Babylonis, & nõ curuauerit collũ ſub eius iugo: eſſe funditus conſumendum: at gentem, quæ ſubiecerit ceruicem ſuam iugo regis illius, habitaturam in terra ſua. Vnde & dixit Sedeciæ: Subiicite colla veſtra ſub iugo regis Babylonis, & ſeruite ei, & viuetis. Quare moriemini tu, & populus tuus gladio, fame, & peſte, ſicut locutus eſt dominus ad gentem, quæ ſeruire noluerit regi Babylonis, & hoc eſt quod hoc capite dicit,

Dan 5. 29 Daniel 3. 95. 4 Reg. Ier. 27. 12.

A ſecundum Hieronymum, & Rabanum, quia non audierunt verba mea, quæ miſi ad eos per ſeruos meos prophetas, nempe vt imitarentur eos, qui in transmigratione ſecuro ocio fruebantur, donec promiſſio domini compleretur.

8 *Ad Achab.*] Duos hos pſeudoprophetas eſſe illos duos ſenes, qui Danielis 13. referuntur Suſannæ vim inferre voluiſſe, communis eſt interpretum ſententia: quam expendere operæpretium erit, ne fabulam fortaſſe Hebræorum pro certa opinione accipiamus. *Dan. 13*

Quæſtio eſt igitur vtrum Achab, & Sedecias, quos hîc nominat Ieremias, ſint duo illi ſenes, qui lapidati dicuntur Danielis 13. propter vim Suſannæ intentatam? *Quæſtio. Qui ſint Achab, & Sedechias.*

B Africanus, & nonnulli ex antiquis Hebræis, adeo huic opinioni adhærebant, dicentes hos eſſe ſenes, qui vim intulere Suſannæ, vt quoniam videbant aliqua in ea hiſtoria referri prophetiæ Ieremiæ contraria, potius illam exiſtimauerint fabulam confictam, quam vt hanc traditionem labefactent. Proponemus igitur in primis rationes, quibus hanc traditionem falſam videri oſtendamus: deinde quid tanquam verius ſit tenendum definiemus. *Afric.*

Prima ratio ſumetur ex Chronologia. Daniel captus eſt cum rege Ioakim anno tertio regni eius pene completo, vt habetur Danielis 1. 1. qui erat quartus incipiens, & primus Nabuchodonoſoris, vt legimus Ierem. 25. 1. Erat autem puer, vt patet in capit. 1. Danielis, decorus forma, & eruditus omni ſcientia, cautus ſcientia, & doctus diſciplina, qui poſſet ſtare in palatio regis, eique miniſtrare, & C cum tribus annis nutriretur, & educaretur ab Eunochorum principe, illis completis, introductus eſt ad regem, vt ei deinceps miniſtraret: qui omne verbum ſapientiæ, & intellectus inuenit in eo decuplum ſuper cunctos ariolos, & magos, qui erant in vniuerſo regno eius: ex qua narratione conſtat Danielem non fuiſſe adeo puerum cum captus eſt vt exiſtimarunt Iſidorus in libro de vita, & interitu prophetarum, & Epiphanius, qui ait fuiſſe puſionem, & infantem. Non enim puellus erat, qui tanta eruditione ſcientiæ, & diſciplinæ exornatus erat, & qui poſſet iam ſtare coram rege, vt ei miniſtraret: ſed adoleſcens ſpecioſus, prudens, ac eruditus: qui annos aliquot inſumpſiſſet in ſcientiis acquirendis, & in varia eruditione addiſcẽda: nempe 20. annos, plures, vel pauciores agens: eiuſmodi enim pueros vocare ſolet ſcriptura. *Sententia negantiũ hos eſſe ſenes Suſanna probatur 1. Dan. 1. 1. Ier. 25. 1 Iſidorus. Epiph.*

D At Daniel ille, qui duos hos ſenes iudicauit, vt habetur cap. 13. Danielis v. 45. puer erat ætate minimus, ſic enim legimus: Excitauit dominus ſpiritum παιδαρίου νεωτέρου pueli iunioris, quo mirabilius eſſet Dei iudicium. Seuerus Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtoriæ, & ante ipſum Ignatius in epiſtola ad Magneſianos, dicunt fuiſſe puerum duodecim annorum. Suſanna præterea nata videtur fuiſſe Babylone, & Ioakimo viro prædiuiti in vxorem tradita, & à parentibus in Dei cultu enutrita: quę omnia, cum pometio & domo, in quam conueniebãt Iudæi, oſtendunt, iam diu à tempore captiuitatis vixiſſe Babylone, & non paucos annos præteriiſſe: in quibus ea bona inter Chaldæos conſecuti ſint: vt etiam annuos iudices habere licuerit. *Dan. 13 45. Sulpit. Ignat.*

Quî ergo fieri potuit, vt Ieremiæ prophetia edita ab ipſo, & miſſa per epiſtolam ad transmigratos anno 1. Sedeciæ contra Coliam, & Sedeciam:

quam neſcimus quoto poſt anno fuerit executioni mandata: cum hiſtoria illa conuenire potuerit? Nam ſi Daniel captus eſt adoleſcens, & Suſanna Babylone eſt nata: ergo non liberauit eam Daniel puellus, ſed iã vir: Quod ſi mox vt captus eſt illud iudicium exercuit adoleſcens, non ergo 1x. annorum: multo minus dum regnaret Sedecias in Ieruſalem: & poſt editam prophetiam ab Ieremia. Ergo vel Daniel non eſt idem qui captus dicitur in principio Danielis, & qui liberauit Suſannam: vel etiam hi pſeudoprophetæ, de quibus Ieremias, non ſunt illi iniqui, qui damnati ſunt à Daniele, & lapidati.

Probatio 2. Secunda ratio eſt. Ieremias prophetauit iudicium duorum illorum ſenum anno 1. Sedeciæ, qui erat 1. etiam tranſmigrationis Ioachin. At Exechiel anno 6. tranſmigrationis, qui idem erat regni Sedeciæ, vt dicitur cap. 8. Ezechielis, locutus eſt de Daniele, quaſi de iam vita functo cap. 14. ſi ſub eodem anno eſſe dicta, quæ referuntur abſque tempore, cenſenda ſunt. Atenim, ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. Vel ſaltem meminit eius vt viri inſigni ſanctitate: at poſt 1. Sedeciæ, ſi tunc accidiſſet hiſtoria Suſannæ, puellus fuiſſet Daniel, non vir, non ergo tunc potuit accidere hiſtoria Suſannæ, ac proinde nec completio prophetiæ Ieremiæ: & ideo nec hi pſeudoprophetæ erunt ſenes illi.

Probatio 3. Tertia ratio. Hiſtoria Danielis refert latam à populo ſententiam iuxta iudicium Danielis. At hoc loco dicitur ſenes puniendos à Nabuchodonoſore: eſt ergo diuerſa narratio: ergo & rei ſunt diuerſi.

Probatio 4. Quarta: quia in Daniele dicitur, illos ſenes lapidatos à populo iuxta legem, latam contra adulteros. Hic autem aſſandos, torrendos, aut comburendos à Nabuchodonoſore. Eſt ergo longe diuerſa illa hiſtoria ab hac prophetia. *Africanus.* His rationibus fere Iulius Africanus, & Hebræi, tum etiam hiſtoria ſcolaſtica in hiſtoria Danielis, falſitatis notant hiſtoriam Suſannæ, quod contraria referat his, quæ ab Ieremia fuerant denunciata, quaſi certiorem exiſtimantes Hebræorum traditionem, iam referendam, quàm Suſannæ narrationem.

Sententia vera Orig. Hier. Commonis tamen ſententia Hebræorum traditionem recipit, quam refert Origenes lib. ſtromatum 1n. Hieronymus ſuper 13. Danielis, & hoc loco, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius & nonnulli alij illique adhærent. Sic autem dicit Hieronymus. Aiunt Hebræi hos eſſe preſbyteros, qui fecerint ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt vxores ciuium ſuorum: quorum vni loquitur Daniel, inueterate dierum malorum: & alteri: ſemen Chanaan, & non Iuda, ſpecies decepit te. Quodque propheta nunc loquitur: & locuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis, illud ſignificari putant, quod miſeras mulierculas, ſic deceperint, quod dicerent eis, quia de tribu erant Iuda, Chriſtum de ſuo ſemine eſſe generandum: quæ illectæ cupidine, præbebant corpora ſua, quaſi matres futuræ Chriſti: Sed videamus vtrum poſſimus ſatisfacere rationibus hanc traditionẽ infirmantibus, quas propoſuimus.

Ad rationes oppoſitas reſpondetur. Ad primam rationem reſpondetur poſſe ita conuenire hiſtorias illas cum prophetia Ieremiæ, ſi dicamus ſenes illos duos rem nefandam aggreſſos fuiſſe intra quatuor annos Sedeciæ, ſecundo regni eius anno tertio, vel quinto, quo impleretur prophetia Ieremiæ edita 1. anno Sedeciæ. Fuiſſe autem tunc Danielem adoleſcentulum quatuordecim, aut ſexdecim annorum, qui fuiſſet ingenio præſtans, & eloquio inſignis, & eruditione commendabilis, quantum ætas illa capere poſſet, & propterea gratus omnibus, & ipſi regi, cui miniſtrabat. Cum vero captus eſſet quinquennis, aut ſeptennis ſpecimen dediſſe bonæ indolis, & præſtantis ingenij, & ad perdiſcendas literas valde propenſi: nec enim quia rex præcepit eligi pueros eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina, ideo putandum eſt Danielem in tam tenera ætate omni ſcientiarum genere præditum fuiſſe: ſed electum vt valde idoneum, qui breui trium annorum ſpacio, poſſet reddere rationem regi de omni verbo, quod ſciſcitaretur, Deo ipſo gratiam, & eruditionem addente. Nec ex hiſtoria Suſannæ colligitur illam natam Babylone: ſat eſt ſi dicamus cum parentibus ductam Babylonem anno 4. Ioakim, quo & ipſe Daniel ductus eſt: & cum eſſent diuites, & religioſi domum ſibi comparaſſe, & pometium, & alia, quæ viro tali neceſſaria erant, & nuptui tradidiſſe filiam ſuam Ioakimo, iuxta conſilium Ieremiæ in hac epiſtola declaratum captiuis: anno videlicet tertio, quarto aut quinto Sedeciæ, quo ipſo ſenes illi vim Suſannæ inferre tentarunt, vt colligitur ex eius hiſtoria. Sic ergo Daniel adoleſcentulus, aut puer iunior Suſannam deſpouſatam Ioakimo, liberauit de falſo crimine ei impoſito ab iniquis ſenibus, quos & pœna talionis plecti fecit.

Ad ſecundam rationem dicendum eſt cum Hieronymo lib. 1. aduerſus Iouinianum, Exechielem tam inſignem mentionem feciſſe Danielis cum Noe, & Iob, non iam olim defuncti, ſed adhuc viuentis, & adoleſcentis octodecim, aut viginti annorum: anno videlicet ſexto vt minimũ tranſmigrationis Ioachim, qui & erat ſextus Sedeciæ, annumeratus eſt autem viris illis grauiſſimis, vt exemplum viuentis proponeretur, qui ex die illa Suſannæ liberatæ factus eſt magnus in conſpectu populi, & deinceps, vt dicitur cap. 13. verſ. 65. & ex ſumma abſtinentia, & modeſtia, qua beneuolentiam regiam, & principis Eunuchorum ſibi conciliarat, & ex eruditione multiplici, qua apud omnes mirabilem ſe præbebat, & Deo ipſi ſummè dilectum. *Ad 2. rationem.* *Dan. 13. 65.*

Ad tertiã rationem reſpondetur cum Origene, & Hier. ſuper Dan. dictum eſſe, populum conſurrexiſſe aduerſus duos preſbyteros, & interfeciſſe eos, pro eo, quod eſt regi Babylonis tradidiſſe occidendos: ſicut & nos dicimus, quod Iudæi interfecerint ſaluatorem, non quod ipſi eum percuſſerint, ſed quod eum tradiderint occidendum, & ſucclamantes dixerint, crucifige, crucifige eum. Nec mirum videri debet, vt videtur Hebræis, & Hieronymo hoc loco: ſi facultas conceſſa fuerit Iudæis iudicandi ſecundum leges ſuas, & iudices eligendi: non enim ſeruiebant vt mancipia, ſed etſi penderent tributum, extra patriam acti, omnia alia tractabant vt liberi, comparãtes domos, agros, & cetera vſui neceſſaria, quemadmodũ modo, qui ſub Turcæ ditione ſunt, & credendũ eſt conuictos fuiſſe preſbyteros à Daniele, ſed latam in eos ſententiam à rege Babylonis, qui in captiuos, vt victor, & dominos habebat imperium, vt inquit Hieronymus, & per populũ executioni mãdatam. *Ad 3. rationem.* *Luca 23. 21.*

Ad

Ad 4. ratione. Ad quartam, ac poſtremam rationem reſpon- A detur, (ſi ter Hebræi, quos hîc ſequitur Hieronymus, ea conuicti negauerint hiſtoriam Suſannæ: alij potiùs traditionem illam Hebræorum) nomine ignis ſcripturam ſolere pœnam grauiſſimam ſi- Auguſt. gnificare, vt notat Auguſtinus libro ſexto quæſtionum in Ioſue. q.9. quem modum reſpondendi ſequuntur Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Deut 4. 20. Dionyſius: hac ratione Deuteronom. 4. Seruitus Ægyptiaca dicitur fornax ferrea. & Ioſue 7. 15. Ioſ 7.15. Præcepit dominus, quicunque in hoc facinore fuerit deprehenſus comburetur igni cum omni ſubſtantia ſua: & verſ. 25. Lapidauit eum omnis Iſrael, & cuncta quæ ipſius erant igne conſumpta ſunt. Vbi vides lapidationem vocaram combuſtionem: quid ergo mirum, ſi Ieremias dixerit B duos illos torrendos, aut comburendos: Daniel autem obrutos lapidibus. Vel ſi mauis, quod placet Lyræ, dic idem accidiſſe duobus illis ſenibus, quod eo loco Achan, nam lapidauit eum omnis populus, & igne combuſſit cum omnibos, quæ illius erant: ita etiam vtraque pœna plexi ſunt impij illi ſenes: nam lapidibus obruti ſunt propter adulteria intentata cum Suſanna, & cum aliis perpetrata, & igne combuſti propter nomen domini falsò vſurpatum. & Ieremias quidem combuſtionis pœnam comminatus eſt, Daniel autem meminit tantum lapidationis: quare ſibi non aduerſantur: & hæc ſolutio ſolidior eſt, & veroſimilior.

Ex his colligitur complementum prophetiæ Suſannæ hiſtoria tempus. Ieremiæ editæ primo anno Sedeciæ & hiſtoriæ Suſannæ, accidiſſe intra tres annos, aut qoatuor Sedeciæ: qui iidem erant tranſmigrationis, à ſe- C cundo videlicet ad quintum, nec in hoc explicando, aut probando magis oportet immorari: ſatis ſit ea eſſe veroſimilia, quæ diximus oſtendiſſe: nec vllis rationibus funditus euerti, aut infirmari: & ex eis coſtare prophetiam Ieremiæ cum Suſannę hiſtoria, quæ nulla poteſt ratione, vt efficta negari, cum iam tanquam canonica ab eccleſia nobis proponatur.

9 *Ad Semeiam.*] Hanc eſſe epiſtolam alteram, quā Epiſtola altera. iuſſus eſt Ieremias mittere ad Semeiam, inde conſtat, quod iuſſus eſt illi verba facere, qui Babylone prophetabat, ad quem niſi in ſcriptis nemo ea deferret. Eſt autem epiſtola increpatoria, & comminatoria. Semeias Nehelamites, ita dictus quod eſſet de Nehelam, aut Nehellami, vt, inquit Hieronymus, vel ex Halem, vt Chaldæus Paraphraſtes. Kimhi putat eſſe nomen inſtar gentilium, aut patronimicorum Semeiæ af- D fictum, quod eſt ſomniator, quod ſomniaret ſomnia, de ipſiſque ſe iactaret, inducens Iudæos vt confiderent in mendacio, & breuem reditum eis polliceretur. Superius enim verſ. 8. eiuſmodi ſomniatores reprehenderat, cùm dixit: Ne audiatis sõnia veſtra, quæ vos מחלמים Mahlemim ſomniatis, vtens verbo, vnde nomen Nehelemites deriuatum eſt, quare neſcio vnde Hieronymus, torrentem aquarum interpretatus eſt. Hic ergo Semeias cum ægrè tuliſſet epiſtolam Ieremiæ ſuperiorem, quod in ea tanquam pſeudopropheta reprehenderetur: reſcripſit ipſe & aliam epiſtolam ad Sacerdotes Ieruſalem perlegatos illos fortaſſe redeuntes è Babylone, in qua querebatur quod non repreſſiſſent Ieremiam, qui non contentus ciuibus Ieruſalem prophetare longam captiuitatem, id etiam ſcripſerit ad tranſmigratos. Noue- A rat autem eam epiſtolam Ieremias ex ſacerdote Sephonia, qui eam illi legerat, ſugillans eum, & ipſa increpans lectione, quare auderet in Babylonem talia ſcribere, vt aduertit Hieronymus.

Sophonias autem, & vniuerſi ſacerdotes erant, ad quos epiſtolam miſerat Semeias. Erat autem Sophonias ille quem mittebat Sedecias tempore obſidionis ad Ieremiam, vt peteret ab eo rogare pro ipſis, vt habetur cap. 21. 1. & cap. 37. 3. & quem tandem Nabuzardan cap. 52. 24. & 4. Reg. 25. 18. Ierem. 21. 1. duxit cum Saraia ſacerdote ſomnio in Rablata ad Nabochodonoſorē, qui eos iuſſit coram ſe interficere. Ierem. 37. 1. Cum autem Saraias eſſet ſummus Pontifex Ierem. 52. 24. nõ eſt exiſtimādus Sophonias eſſe ſimiliter sũmos Põtifex, cùm ſimul nõ eſſent duo sũmi Pontifices, 4 Reg. 25. 18. B & dictis in locis dicitur: Tulit magiſter militiæ Saraiā ſacerdotē primũ & Sophoniā ſacerdotē ſecũdũ, quod putarũt Lyra, Dion. & Var. Erat ergo ſecũdus illi, eiuſq; Vicarius tēpli curam habens, vt diximus ſuper caput 20. de Phaſur: ad cuius munus ſpectabat de propheris iudicare, prophetasque comprimere, ne leuiter populum concitarent.

Quod autem dicit Semeias: Dominus dedit te ſacerdotem pro Ioiada ſacerdote, ex quo videtur huic illum ſucceſſiſſe in ſummo Pontificatu: ſic eſt intelligendum, vt velit exemplo Ioiadę iam defuncti, qui interfecit Sacerdotes Baal, vt dicitur. 4. 4 Reg. 11. 18. Reg. 11. 18. & 2. Paral. 23. 17. Inducere Sophoniam 2. Par. 23. 17 ad Ieremiam occidendum, vt volunt Hieronym. Theodoret. Rabanus, Hugo, & S. Thomas, vel vt adularetur illi proponit ſummum Pontificem in exemplum, vt vult Lyra, quaſi eſſet illi æqualis C in munere, & in auctoritate iudicandi de prophetia. Mihi videtur veriùs non loqui Semeiā de Ioiada Pontifice ſummo iam defuncto, ſed de Sacerdote ita dicto eo munere fungente cuius vices gereret Sophonias, quia Sophonias non eſt conſtitutus Pontifex pro Ioiada ſummo Pontifice, qui nõ interfecit vllum propheram, ſed vnum ſacerdotē Baal, vt conſtat ex locis dictis: & quia in Hebræo dicitur: Vt ſitis pręfecti in domo domini ſuper omnem virum arreptitium, & prophetantē, vt mittas eum in carcerem quaſi loquatur cũ Ioiada, & Sophonia, quibus id munus demādatum erat, Ioiadæ primo loco, Sophoniæ in ſecundo cum ille impeditus eſſet.

Officiũ autē horum erat iudiciũ ferre de prophetis veris, vel falſis, & habere poteſtatē ſuper omnē virũ משגע Meſuga inſanũ, & ſtupefactũ, viſione furioſum, arreptitiũ: nam talem vocabant, vetũ pro- D phetā, vt Ieremiā, vt 4. Reg. 9. 11. dicitur: Quid venit inſanus iſte ad te? & ſuper מתנבא Mitnabe, fingentē ſe prophetā, & propria auctoritate ſeſe ingerentē ad prophetandũ: quā ſignificationem habet verbum illud in hithpahil, quo verbo ſtatim vocat Ieremiā prophetātē, id eſt, intrudentē ſe in hoc munus, quaſi nõ mitteretur à Deo. Huiuſmodi poterant illi mittere in Mahphecet neruũ de quo diximus c. 20. num. 2. & in הצינק Hazinok, quod LXX. cataractē verterunt. Symmachus μόχλον, Aquila reliquit Hebraicũ Sinok, quod Sirus carcerem vertit, vt Vulgat. & Chald. Hoc vno in loco tantũ reperitur, nec cõſtat de eius ſignificatu. Dau. Kimhi dicit eſſe inſtrumeotum ad includendas manus, quod vocam⁹ manicas ferreas, vel ligneas, & ita Vata. vertit in domũ manicarũ ferrearũ, ſiue lignearum.

10 *Mitte.*] Hāc eſſe tertiā epiſtolā, quā iubetur mittere Ieremias, ad captiuos omnes, vt nouerint qua Epiſt. 3.

pęna punienda ſit pſeudopropheta Semeias, rectè notarunt Theod. & Vat. nã id eſt, mitte nempe litteras ad vniuerſam tranſmigrationem. Sed quia epiſtola qoam diximus miſſam ad ipſum Semeiam incompleta eſt, & deficiens, nam tantum continet culpam, & ſuſpenſa manet, niſi adhibeatur pœna: ait enim Eo quod miſiſti litteras, quibus querebaris de Sophonia, quod me non comprehendiſſet, quod ſcripſiſſem ad captiuos diuturniotem futuram captiuitatem; quas tuas litteras noui ex ipſo Sophonia, qui mihi eas legit. Deſideratur autem, idcirco, audi verbum domini, peribis tu cum poſteris tuis, & non videbis bonum libetationis, aut quid ſimile. Propterea, vel ſupplendum eſt quod Ieremias comminatur Semeiæ in litreris miſſis ad vnioerſos captiuos, vel vtraque epiſtola vna eſt: nam in priori parte proponit culpam, in poſteriori pœnam. Cui obſtat diuerſus modus loquendi. Nam ſeorſim ſcribit ad ipſum

A Semeiam, & ſeorſim ad vnioerſam tranſmigrationem. Quare in priori epiſtola ſupplendum eſt ex poſteriori, quod in ea deſideraiut de culpa eo modo, quo diximus. Vide autem quanta pœna dignos iudicet Deus, eos qui populum ſuum pollicitationibos ſollicitabant ne in eo ſtatu captiuorum tranquille agerent, in quo Deus volebat eos permanere 70. annis, illum enim beatum exiſtimare debemus, vbicumque tandem ſit ſiue in captiuitate, ſiue in libertate, ſiue Babylone, ſiue Ieroſolymis, ſiue ſub Nabuchodonoſore, ſiue ſub Sedecia, quem Deus voluerit in eo ſtatu, vitæque ratione degere: cùm ipſe ſciat, poſſit, ac pro ſua bonitate, noſtraque vtilitate velit de captiuitate liberare, & in ea iocundam vitam concedere; tyrannos mites facere, & ab omni eripere malo, & omni bono cumulare, vt fecit cum tranſmigratis, quorum maiores gratos teddidit regibus, ac principibos.

Deo parendum

PARAPHRASIS.

Anno 1 Sedeciæ.

[1] *HVNC ſermonem habuit dominus ad Ieremiam.* [2] *Scribe, ait, in libro quodam omnia quæ locuturus ſum tibi, vt id poſteros valeant peruenire.* [3] *Ecce enim tempus futurum eſt, inquit dominus, in quo ad fidem Euangelicam conuertam exules omnes populi mei, tam ex Iſraele, quam ex Iuda, & reducam eos ad Eccleſiam ſupernorum ciuium, quam pollicitus ſum patribus eorum, quaque ſine metu potientur.* [4] *Hæc ergo ſunt in libro illo ſcribenda de Iſraele & Iuda. Admonitos vos eſſe volo in tempora poſtrema in quibus adeo graui malo à Chriſti hoſtibus affligemini, vt in has mutuas querelas prorumpatis dicentes: horrendam vocem audiuimus, vocem, inquam, pauoris, & quæ omnem ſalutis, & pacis adimat ſpem. Audiuitne, aut vidit quiſpiam aliquando maſculum peperiſſe? hoc ergo eſt quod modo videmus, virum nempe fortiſſimum quemque, parturientis inſtar præ dolore lumbos manu comprimere, & eouſque timere, vt facies eorum in pallorem mutatæ ſint. Heu quam acerbus erit dies ille, cui nullus ſimilis videndus ſit: verè tempus calamitoſiſſimum erit omnibus poſteris Iacob ad gratiam Euangelicam conuerſis: ſed incolumes*[6] *euadent tandẽ. Nũ ego, ait dominus exercituum, confringam iugum Antichriſti de illorum ceruice: & vincula peccatorum, quibus tenebantur obſtricti, dirumpam, & non erunt vltra externi vlli domini, qui ſeruitute eos premant. Sed ſeruient tantum iam inde domino Deo ſuo, & Chriſto filio Dauidis regi ſuo, quem ego ad ipſorum ſalutem excitabo. Vos ergo, ô poſteri Iacob ſerui mei, ad quos meũ conuerto ſermonem, ait dominus ne timeatis, & vos Iſraelitæ ne formidetis, etſi calamitatibus variis opprimi videamini, quia ego certè reducam vos demùm ſaluos ad me quantumuis longiſſimè ob veſtram perfidiam ab me abfueritis, & poſteros veſtros de terra cordis ſui proterui, qua tenebuntur captiui, & læti redibitis ad Chriſti mei Eccleſiam, & tranquillè dege-*

CAPVT TRICESIMVM.

HOc [1] verbum quod factum eſt 1
ad Ieremiam à domino dicens.
| Hæc dicit dominus Deus Iſ- 2
rael, dicens, [2] Scribe tibi omnia
verba quæ locutus ſum ad te, in libro |Ec- 3
ce enim dies veniunt dicit dominus: & con-
uertam conuerſionem populi mei Iſrael, &
Iuda, ait dominus: & conuertam eos ad ter-
ram, quam dedi patribus eorum, & poſſide-
bunt eam.[4] |Et hæc verba quæ locutus eſt 4
dominus ad Iſrael, & ad Iudam. |Quoniam 5
hæc dicit dominus: vocem terroris audiui-
mus: formido, & non eſt pax. |Interrogate, 6
& videte ſi generat maſculus: quare ergo vi-
di omnis viri manũ ſuper lumbum ſuũ, qua-
ſi percutientis, & cõuerſæ ſunt vniuerſæ fa-
cies in auruginem: |Vę quia magna dies illa, 7
nec eſt ſimilis eius: tempuſque tribulationis
eſt Iacob, & ex ipſo [6] ſaluabitur. | Et erit in 8
die illa, ait dominus exercituum: cõuertam
iugum eius de collo tuo, & vincula eius di-
rumpam, & non dominabuntur ei amplius
alieni: | Sed ſeruient domino Deo ſuo, & 9
Dauid regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. [7] |Tu 10
ergo ne timeas ſerue meus Iacob, ait do-
minus, neque paueas Iſrael, quia ecce ego
ſaluabo te de terra longinqua, & ſemen
tuum de terra captiuitatis eorum: & reuer-
tetur Iacob, & quieſcet, & cunctis affluet
bonis, & non erit quem formidet: |quo- 11
niam tecum ego ſum: ait dominus vt ſaluẽ
te: faciam enim conſummationem in cun-
ctis gentibus, in quibus diſperſi te: te autem
non faciam in conſummationem: ſed caſti-
gabo te in iudicio, vt non videaris tibi in-
noxius. |Quia hæc dicit dominus: [8] inſa- 12
nabilis fractura tua, peſſima plaga tua.

| Non

13 | Non eſt qui iudicet iudicium tuum ad al-
ligandum: curationum vtilitas non eſt tibi.
14 | Omnes amatores tui obliti ſuot tui, te-
que oon quærent: plaga enim inimici per-
cuſſi te, caſtigatione crudeli, propter mul-
titudinem iniquitatis tuæ dura facta ſunt
15 peccata tua. | Quid clamas ſuper contritio-
ne tua? Inſanabilis eſt dolor tuus: propter
multitudinem iniquitatis tuæ, & propter
16 dura peccata tua feci hæc tibi. | Propterea
omnes, qui comedunt te, deuorabuntur: &
vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducen-
tur: & qui te vaſtant, vaſtabuntur, cunctoſ-
17 que prædatores tuos dabo in prædam. | Ob-
ducam enim cicatricem tibi, & à vulneri-
bus tuis ſaoabo te, dicit dominus. Quia
eiectam vocauerunt te Sion: hæc eſt quæ nõ
18 habebat requirentem. | Hæc dicit domi-
nus: Ecce ego conuertam conuerſionem
tabernaculorum Iacob, & tectis eius miſe-
rebor, & ædificabitur ciuitas in excelſo ſuo,
& templum iuxta ordinem ſuum fundabi-
19 tur. | Et egredietur de eis laus, voxque lu-
dentium: & multiplicabo eos, & non mi-
nuentur: & glorificabo eos, & non atte-
20 nuabuntur. | Et erunt filij eius ſicut à prin-
cipio, & cætus eius coram me permanebit:
& viſitabo aduerſum omnes, qui tribulant
21 eum. | Et erit [9] dux eius ex eo: & princeps
de medio eius producetur: & applicabo eũ
& accedet ad me, quis enim iſte eſt, qui ap-
plicet cor ſuum, vt appropinquẽt mihi, ait
22 dominus? | Et eritis mihi in populum, &
23 ego ero vobis in Deum. | Ecce turbo domi-
ni furor egrediens, procella ruens, in capite
24 impiorum conquieſcet. | Non auertet iram
indignationis dominus, donec faciat, &
compleat cogitationem cordis ſui: in no-
uiſſimo dierum intelligetis ea. [10] In tempo-
re illo, dicit dominus: Ero Deus vniuerſis
cognationibus Iſrael: & ipſi erunt mihi in
populum.

bonis omnibus ſpiritualibus affluentes, nec vllus hoſtis erit qui terreat. Quoniam ego vobiſcum ero, vt vos ſaluos faciam, & ex omnibus incolumes eripiam anguſtiis. Perdam funditus gentes omnes inter quas diſperſi fueratis, vos autem non perdam penitus vt illas: ſed caſtigabo vos indulgenter, ad correctionem tantum, ne vos innocentes arbitremini, & ſuperbè erigamini. [8] Calamitas illa, quam ab Antichriſto ſuſtinebitis nullo humano remedio temperabitur, erit enim deplorata fractura veſtra: difficilis curatu plaga veſtra, nullus chirurgus inueniri poterit, qui ſciat quo medicamine ſanari poſſit vulnus id, & alligari: atque adeo nemo præter me vtilis erit ad curandum vos: illi omnes qui vos antea amare videbantur, obliti veſtri, de veſtra valetudine non quærent. Plaga ſane lethali, qualem hoſtis hoſtis infligere ſolet, percuſſi vos: & crudelis hominis caſtigatione, propter iniquitatem veſtram multiplicem, & quia indurucrunt peccata veſtra, efficacioríque indigent remedio. Quid clamatis ob afflictionem hanc, cum iure affligamini: inſanabili dolore cruciamini, cum propter iniquitatem veſtram multiplicem, & propter indurata veſtra peccata immiſi in vos tot tantoſque cruciatus. Sed æquo animo ferte, quia omnes illi, qui vos deuorare nitentur, & ipſi deuorabuntur: & omnes hoſtes veſtri in æternum carcerem detrudentur captiui: & vaſtatores veſtri vaſtabuntur: & cunctos deprædatores veſtros dabo dæmonibus in prædam. Ego enim admoto medicamine obducam cicatricem veſtram, & à vulneribus veſtris vos ſanabo, ait dominus, & quia hoſtes tui, ô Sion, tanquam mulierem domo eiectam à viro habuerunt te, dicentes: nullus eſt qui Sionem requirat, nec Deus è cœlis, qui curam eius habeat, propterea, ego ait dominus, ad Eccleſiam fidelem reducam omnes Iacobitarum congregationes, & eorum cætuum miſerebor, & ædificabitur Eccleſiæ ciuitas in excelſo gloriæ colle, quam prius habuerat, & templum, in quo colebatur, in ſua priſtina dignitate inſtaurabitur, & vox laudantium Deum glorioſum audietur in eis, voxque deuote ludentium: multiplicabo eos & numero, & merito, nec imminuentur: glorioſos eos reddam, & non vileſcent amplius, & erunt filij eorum tam grati mihi, quam grati fuere olim patres eorum, prophetæ & apoſtoli, & cætus eorum coram me permanebit, exciſis omnibus qui afflixerint illos. [9] Dux vero magnificus eorum Chriſtus ex eis conſurget, & princeps de medio eorum egredietur, inuitabo eum vt ad me accedat: accedet ad me coniunctiſſima vnione adſtrictus, ecquis enim erit, niſi Chriſtus meus chariſſimus, qui animam ſuam deuouerit, vt mihi ſemper adhæreat, & cum fiducia ad me accedat, vt pro mortalibus, deprecetur. Eritis ergo vos mihi populus, & ego vobis ero Deus. Super hoſtes autem veſtros, quaſi turbo procelloſus furor meus egredietur, & in eorum capite, quaſi impendens procella reſidebit: Non conquieſcet ira vehemens, donec executus fuerim, quæ mecum facere cogitaui, in extremo iudicij die quid his voluerim ſignificare intelligetis, [10] quando ero Deus vniuerſis cognationibus Iſrael, & ipſi erunt populus meus.

ARGVMENTVM.

PRædicit Ieremias grauiſſimam imminere Iudæis calamitatem, ſed modico tempore duraturam, nam mox liberabuntur per ducem & principem ex eis proditurum, omnibus illorũ hoſtibus funditus exciſis, hoc eſt, in vniuerſum huius capitis argumentum: quod diſcuſſione opus habet.

COMMENTARIVS.

Quæſtio de ſenſu literali huius capitis.

1 QVæſtio eſt grauis, ſed neceſſaria ad totius huius capitis intelligentiam comprehendendam, quis ſit babendus eius ſenſus literalis; num ſermo in eo ſit de excidio Ieruſalem per Chaldæos, & captiuitate ac liberatione per ducem Zerobabelem: An de captiuitate dæmonis, & liberatione per Chriſtum? & ſi de hac ſit ſermo, vtrum de facta in priori eius aduentu, an in poſteriori?

1. ſentẽt. Theodoretus, & ſanctus Thomas cum nonnullis aliis, non nubitant hoc caput vniuerſum de vaſtitate Ieruſalem, Babylonica captiuitate, & ab ea liberatione explicare, vno aut altero verbo excepto. Nam in primis grauitatem calamitatis ſuſtinendæ in expugnatione, & ſeruitute Iudæorum explanat: deinde conſolatur promittens cito conterendum iugum Nabuchodonoſoris, & Chaldæã deuaſtandam omnino, & inde liberos exituros, & ædificaturos ciuitatem & templum, & iam deinceps tranquillam viam acturos, hoſtibus funditus exciſis. Hãc autem libertatem pollicetur Deus ſe præſtiturum per ducem ſortiſſimum ſibi dilectiſſimum Zorobabelem, cui vt Dauidis regis filio eſſent ſeruituri. Quamuis hoc quod dicit, ſed ſeruient domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo, quem ſuſcitabo eis, ita explicent qood iam amplius non eſſent idola veneraturi, vt non ſunt venerati Iudæi à conſtructo ſecundo templo vſque ad Chriſtum, cui tandem erant ſeruituri: Nam Chriſtum vocat Dauidem regem ſuum, quia ortum ex Dauidis progenie. Hunc ſenſum probat qood nihil in hoc capite legitur, quod non rectè poſſit conuenire captiuitati & liberationi temporali è Chaldæa. Non illud, quod loquatur de Iſrael, & Iuda, hoc eſt de duodecim tribubus capiendis & liberandis, cum conſtet decem tribus Iſrael multo ante captas, & duas tantum ſubiectas per Chaldæos, & Babylonẽ ductas, indeque reductas. Quia loquitur etiam de multis Iſraelitis, qui vt dicitur 2. Par. 30. Venerunt tempore Ezechiæ in Ieruſalem, & inter fratres ſuos remanſerunt, cum quibus capti ſunt à Chaldæis, & poſt reducti per Zorobabelem, vt notant Hugo, & S. Thom. Nec obſtat ſecundo quod dicitur v. 8. & non dominabuntur ei amplius alieni, ſed ſeruient domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo cum certum ſit ſemper ſubiectos fuiſſe Babyloniis Perſis, Græcis, & Romanis, nec vllum habuiſſe regem, cui inſeruirent: Nam loqui videtur de ſeruitute idolis iam non præſtanda, ſed domino ſoli, & eius vice, ducibus ex ſtirpe Dauidis populum gubernantibus: vel certè intelligat Chriſtum, cui tandem erant ſeruituri Iudæi, dum cetera de liberatione Babylonica intelligantur.

2. Par. 30.11.

Secundò confirmatur hic ſenſus ex eo quod Hieron. Raban. Hug. & alij ex interpretibus multa huius capitis, aut penè omnia interpretantur de temporali captiuitate, & liberatione populi per Cyrum, & Zorobabel primum, deinde de ſpirituali per Chriſtum, quaſi de illa prius loquatur propheta ad litteram, quæ fuerit typus liberationis per Chriſtum, deinde ſub illa adumbrauerit hanc. Vnde Hieronymus in procemio ſexti libri in Ieremiam, dicit librum hunc repromiſſiones myſticas continere: hoc eſt ſub illis tẽporalibus contentas: quæ pleniùs, & perfectiùs completæ ſunt per Chriſtum, quam per Cyrũ & Zorobabel.

2. ſentẽt. Chaldæus Paraphraſtes, & ex Hebræis non pauci, illique doctiſſimi, vt notant Hieronymus in procemio libri ſexti in Ieremiam, Hugo, & Vatablus putant, quia quæ hîc promittuntur non poſſunt conuincere ſub Zorobabele fuiſſe completa, in mundi conſumatione per Meſſiam, quem expectant, eſſe complenda: qui de captiuitate, qua ſub gentibus, & præſertim Romanis, capti tenentur, liberabit eos, & in ſumma pace & bonorum affluentia eos continebit. Et quidem dum hĩ negant, quæ hoc capite continentur non fuiſſe completa ſub Zorobabel, rem noſtram agunt: dũ verò dicunt ſub Meſſia ſuo complenda, quem falſo expectant, confirmant per Chriſtum noſtrum, qui iam venit, fuiſſe completa.

3. ſentẽt. Hieronymus igitur Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus caput hoc de Chriſto explicant, per quem Iudæi cõuerſi ad fidem ipſius & ad regnum Eccleſiæ adducti, liberati ſunt de captiuitate diaboli, & in Chriſtianam libertatem aſſerti, & Ieroſolymitana, hoc eſt Eccleſiæ ciuitate donati. Hunc ſenſum eſſe veriorem multa nos docent primo, quod iubeatur propheta ſcribere quæ in hoc capite continentur, & in ſequenti, quaſi de re inſigni ſermo habeatur, certum autem eſt in ſequenti capite de rebus Euangelicis agi, ac proinde & in hoc.

Secundò quia promittit reductionem decem tribuũ non diuerſo modo ac duarũ, cum nuuquã decẽ, nec ex parte ſoleat meminiſſe, cũ promitit liberationem è captiuitate Babylonica, & tamen certum eſt ſub Zorobabele Iſraelitas non rediiſſe, ſed duas tantum tribus. Tertiò, nulla ratione promiſſio illa, & non dominabuntur eius amplius alieni, ſed ſeruient domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo, & reuertetur Iacob, & quieſcet, & cunctis affluet bonis, & non erit quẽ formidet, probari poteſt cõpleta poſt liberationẽ è captiuitate Babylonica, ſiquidẽ ſẽper ſubditi fuerũt alienis Perſis Græcis, & Romanis, nec potuerũt cũctis affluere bonis qui ſẽper erant ſub formidine Regũ, quib⁹ tributa pẽdebãt: ergo ad tẽp⁹ Chriſti hæc ſpectat ꝓmiſſio.

Quartò,

A Quartò, magnificæ illæ promiſſiones, multiplicabo eos, & non minuentur, & glorificabo eos, & non attenuabuntor, & erunt filij eius ſicut à principio, & erit dux eius ex eo, & princeps eius de medio eius producetur: non video, quomodo impletæ fuerint tempore ſecundi templi, nec enim in numero, & gloria, & in regia dignitate æquauit ſtatus ille priſtinum ſtatum, quando ſub Dauide, & ceteris degebant regibus.

Quintò demun, quia ad nouiſſimum dierum reücit horum omnium intelligentiam, quaſi tunc non poſſent omnino percipi: & ſanè difficile non erat mente capere bonum liberationis è captiuitate Babylonica quale ſæpe deſcripſerat Ieremias, quare ad liberationem per Chriſtum reiicit legentem. B Qood autem multa dicat propheta, quæ captiuitatem, & liberationem ſub Zorobabele indicare videaotur, non mirum eſſe debet, quia illam tanquam fundamentum iacit, ex quo conſurgit ædificium Chriſti ſpirituale ciuitatis Eccleſiæ, & liberationis ſpiritualis, adeò magnificum, & auguſtum: vt illa temporalia anguſtè, & exiliter ſub tam magnificis promiſſionibus, niſi ſub hyperbolè, comprehendi non potuerint.

Ratiocinatio ad verſ. tem quærēdā

Verùm cùm myſtica nitantur veritati, & promiſſiones ſpirituales temporalibus debeant comparari, ac typo res per typum adumbrata: videre oportet verum in priori aduentu Chriſti, an in poſteriori hæc quæ pollicetur Iudæis Ieremias fueriot completa. De priori explicant Hieronymus, Rabanos, Hugo, Vatablus, & Iſidorus. G De poſteriori Lyra, & Dionyſius ferè: typus eſt, obſidio Ieruſalem & captiuitas Babylonica multis calamitatibus ſepta, & ab ea per Cyrum admiranda ſub Zorobabele liberatio, & reductio in antiquam patriam.

Erat ergo & captiuitas & liberatio externa, ac temporalis: nam vita ſpiritualis eadem ferè fuit ante, & poſt captiuitatem, ſiquidem verus Deus ab omnibus, maiori ex parte colebatur, & legi Dei ſtudebatur.

Res ergo ſignificata debet eſſe temporalis aliqua captiuitas, qua grauiter affligerentur, à qua per Chriſtum liberarentor: & hoc in priori Chriſti aduentu non accidit: ſiquidem etſi aliqui Iudæorum ad Chriſtum conuerſi ſunt, non ſunt tamen liberati è captiuitate, qua diſperſi viuebant inter gentes, nec redocti ad Ieroſolymam, vbi bonis affluerent. D Vel ſpiritualis, ita vt à diabolo, & eius ſatelliribus, obſeſſi captini tenerentur ſub Iudaiſmo, & ea captiuitate, in qua grauiter affligerentur à Chaldæis dæmonibus, & iu multas calamitates ſpirituales corruerent: à qua liberati ſunt per Chriſtum, reducti ad regnum eius, & multis bonis ſpiritualibus in eo aucti, & cumulati. Vnde & ſi non fuerit facta mutatio corporalis eorum, benè tameu ſpiritualis è perfidia Iudaica in fidem Chriſti.

Sed hane captiuitatem, & ab ea liberationem non eſſe à propheta ſignificatam potiſſimum, inde oſtenditur, quod Iudæi tempore Chriſti in legis ſuæ obſeruatione tanquam in antiqua patria degebant: nec vllam ſentiebant captiuitatis, aut afflictionis internæ ſimilitudinem, in eo, quod legem à Deo latam obſeruatent, & fortaſſe in ea obſeruatione non eranr ſub poteſtate diaboli, quia licet, vt dicitur, lex eſſet mortua, nou erat tamen mortifera ante legitimam euangelij promulgationem. Vnde qui conuertebantur non proprie dicerentur è captiuitate ſpirituali erepti, quam paſſi fuiſſent grauiſſimam: niſi de iugo illo & onere legis intelligamus liberatos, quod nouom non erat, ſed antiquum, & legi ipſi coæuum. Aut niſi de perſecutionibus, qoibus ſubiecti erane mox vt conuertebantur: à quibus non eſt opus fuiſſe liberatos, ita vt iam ſine formidine, & omnino pacatè degerent, cum nunquam cooquieſceret perſecutio, ſiquidem vna extincta, grauior alia conſurgebat: & ideo nuſquam tranquillitas hîc promiſſa ſuccedebat, nec illa vera erat captiuitas pro Chriſto pati, quinimo ſumma libertas, & optata, illis Chriſtianis felicitas.

Necdum quod propter paucos ex Iudæis ad Chriſtum per Apoſtolos conuerſos, innumerabilibus, omni ſæculo in ſua impietate, cæcitateqoe permanentibus non verè diceretur, populum Hebræum fuiſſe à ſua impietate liberatum, & ad Chriſti fidem conuerſum: cum hoc in extremum huius ſæculi tempus remittatur, quando omnis Iſrael ſaluus fiet, & in libertatem per Chriſtum aſſeretur. *ad Rō. 11. 26.*

Sententia verior.

Quamobrem eorum expoſitio magis conuenit his Ieremiæ promiſſionibus, qui captiuitatem Iudæorum extremam intelligunt per Romanos factam in pœnam Chriſti non recepti ab eis, ſed cruci affixi, quæ in illa Babylonica eſt adumbrata, tanto, illa, aliiſque præcedentibus grauior, quanto & diuturnior, vt de ea dixerit Chriſtus Matthæi 24. 21. Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet: per quam ita ſunt extorres facti Iudæi, vt hucuſque, & ad finem vſque mundi diſperſi vagentur per vniuerſum orbem ſine ciuitate, ſine regno, & ſine ſacerdotio: donec Antichriſto ſe ſubdant, qui ſe finget eſſe Meſſiam, vt tradunt Hypolitus in oratione de mundi conſummatione, Chryſoſtomus homil. 40. in Ioannem, & Hieronymus in illa verba Danielis 11. Simulabit ſe ducem fœderis, & alij non pauci, iuxta illud Chriſti Ioan. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non recepiſtis me, veniet alius in nomine ſuo, & illū recipietis. & illud Pauli 2. ad Teſſalo. 2. Quia charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent, ideò mittet illis operationem erroris, vt credant mendacio. Ex hac autem tam diuturna captiuitate, & ſempiterno exilio, & interna excæcatione mentis & obduratione cordis liberabontur prædicatione Eliæ, vt Malachias prędixit in fine ſuæ prophetiæ, cum ait, Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam antequam veniat dies domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum in filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate, & ſancti Enoch, & runc vniuerſos populus conuerterur ad Chriſtum: nam vt ait Mat. 17. Chriſtus, Elias quidem veniet, & reſtituet omnia. & ad Rom. 11. Paulus, Cæcitas ex parte contingit in Iſrael, donec plenitudo georium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Id cōfirmās dicto Iſa. 56. ſecundū Lxx. Veniet ex Siō, qui eripiat, & auertat impietatē à Iacob. Er Dan. dixir Angelus c. 12. In illo tempore ſaluabitur omnis populus tuus. nempe, quia tanta Iudæorum credentium eſt futura multitudo, vt etiam ſi pauci nō credant, totus populus dicatur conuertendus, & tunc cōplebun-

Mat. 24. 21.
Hipolyt. Chryſoſ. Hieron. Daniel. 11. 23. Ioan. 5. 43. 2. ad Theſſal. 2. 10.
Malac. 4. 5.
Mat. 17. 11. ad Rom. 11. 26. Iſa. 59. 20. Dan. 12.

tur in illis promiſſiones Ieremiæ, aliorumq; propherarum, in tartarum detruſis boſtibus fidelium Iudæorum. Hæc ideò tam latè diſerta ſunt, qooniam lucem afferent ad intelligendum, & hunc, & alios prophetas, cum de Iudæorum captiuitate, & liberarione aguot, quam & oos ſecuti boc caput conabimur interpretari.

Tempus huius prophetia.

1 *Verbum.*] Quo tempore ſermo huius propbetiæ factus fuerit Ieremiæ docet nos Hieronymus, cui aſſeotit Rabanus, cùm inquit. Promittentibus in Babylone pſeudoprophetis cito populum, qui cum Ieconia captus fuerat, reuerſurum, & Hanania filio Azur in Ieruſalem eadem prædicante, Ieremias propheta & illud quidem futurum aſſeruit, non intra biennium, vt illi mentiebantur, ſed finitis ſeptuaginta annis: & ounc ſcribere iubetur in libro, & memoriæ tradere, quæ dominos ventura prænonciat. Hæc ille, quibus decernit hanc prophetiam editam in primo anno Sedeciæ, in quo relata in præcedentibus duobus capitibus contigerunt.

2 *Scribe.*] Iubet in libro ſcribere hanc propbetiam, quod non ſit de vicino tempore vaticiniom, ſed multa poſt tempora explendum, quando Iſrael & Iuda reuerſuri ſunt in terram ſuam, & Chriſto regi ſuo ſeruituri. Sic aſſerunt Hieronymus, Rabanus, Hogo, S. Thomas, & Lyra, & quia magna continet, & digna memoria, oe excidant, vt ait Diooyſius, & ne cum euenerint, caſu accidiſſe putentur, & non Dei voluntate. Nam propterea

Iſa 8. 1.

Iſaiæ de Chriſti aduentu, & ortu locuturo, iubet dominus: ſume tibi volumen grande, aut librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis, velociter ſpolia detrahe, adhibitis teſtibus fidelibus. & Ha-

Habac. 22.

bacuc. dixit dominos, Scribe viſum, & explana eum ſuper tabolas, vt percurrat qui legerit eum, qoia adhuc viſus procul, & apparebit in fine, & non mentietur.

Scribi cur iubeat Deus promiſſiones.

Qoemadmodum ergo qui ſuam fidem alicui obligat, non contentus verbo ſingrapham adhibet, ſuo nomine obſignatam, & teſtibus adhibitis, ita dominus cum eximiam aliquam rem homini promittit, ne ſi interim aduerſantia viderit, diffidat, ſcriptis mandat, nomen ſuum adhibet, & teſtes ipſos propbetas. Vtitur autem præterito, locutus, pro locutorus, vt notat Vatablus.

3 *Ecce.*] Proponit totius capitis argumẽtum, quod omnibus in libro illo ſcribendis præfigitur: tempus notans, quo reductutos eſt Deus captiuos Iſraelitas, & Iudæos in patriam ſuam priſcis patribus promiſſam. & quidem Theodoretus, Hugo, ſanctus Thomas de temporali illa reductione è Babylone ad Ieroſolymam expooont: coi obſtat quod tunc Iſraelitæ non ſunt reducti, vt diximus: nec conſueuit ſcriptura paocos reuertenres cum Iudæis, cum de hac liberatione loquitur, memorare. Quare Hieronymus, Rabanus, Hugo, etiã ſanctus Thomas, & Iſidorus intelligunt de conuerſione, & liberatione ſpirituali duodecim tribuum facta per Chriſtum, & Apoſtolos. Nam qood ex doodecim tribubus multi reducti fuerint

Act. 21. 21. Iacob. 1 1. Luc. 13.

conſtat ex Actuom 21. vbi Iacobus dixit Paulo, & ſeniores, v. 20. Vides, frater, quot millia ſunt in Iudæis, qui crediderunt. & cap. 1. ſuæ epiſtolæ Iacobus ſcribit duodecim tribubus, quę ſunt io diſperſione: qui dicuntur reducti in patriam, ſeu in terram promiſſam patribus eorum, hoc eſt Eccleſiã à Chriſto fundatam, & per Apoſtolos ſtabilitam; quam ſæpe vocabar Chriſtus regnum cœlorum: nam in figura, & vmbra Palæſtinæ pollicitus eſt illis Eccleſiam ſuam: Vnde Matth. 8. 11. dixit Ieſus

Mat. 8. 11.

diſcipulis: Dico autẽ vobis quod multi ab Oriẽte, & Occidente venieot, & recombent cum Abrahã, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum, filij autẽ regni eiicientur in tenebras exreriores. & Lucæ 13. 28.

Luc. 13 28.

Cùm videritis Abraham, Iſaac, & Iacob, & omnes propbetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Verùm cum non conſtet de qua captiuitare liberati ſint Iudæi, qui pauci valde fuere ſi cũ vniuerſo populo conferantur, cui promiſſiones factæ ſunt, certius eſt fieri ſermonem de liberatione poſtrema, qua omnis Iſrael liberabitur per Chriſtũ à diuturna, perpetuaque captiuitate, & diſperſione in qua modo ſunt à tempore prioris Chriſti aduentus, vſque ad poſteriorem, à qua reuocati, & conuerſi tandem admittentur in terram viuentiũ, vbi perpetua pace fruantur regi ſoo Chriſto ſubiecti, quam pollicitus eſt Deus patribus eorum, vt rectè intelligunt Lyra, Dionyſius & Vatablus. Nã patres illi veteres nouerant, & expectabant, ſuorum præmium meritorum, noo quidem vberem illam terram Chanaam, in qoa non dedit Abrahę hæreditatem, nec paſſum pedis, vt ait Stephanus

Act. 7. 5

Actuum 7. 5. niſi tanquam pignus, & arrhabonem, & vmbra cœleſtis; ſed cœleſtem, in qua Deũ ipſum mercedem haberent, vt Gen. 15. Abrahæ

Gen 15. 1.

promiſit, cũ dixit, Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis: de qua locutus eſt Chriſtus,

Mat. 8. 11. Luc. 13. 28. ad Heb. 11. 13.

cum Mat. 8. 11. & Lucæ 13. 28. dixit, Multos recubituros cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum, filios autem regni foras expellendos, ſed clarius ad Hebræos 11. Paulus de Patriarchis ſermonem faciens, Iuxta fidem, ait, defuncti ſũt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini, & hoſpites ſuot ſuper terram: qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere, & ſiquidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi, nunc

Cœleſtis patria terra nuncupatur.

autem meliorem appetunt, id eſt cœleſtem: ideo non confunduntur Deus vocari Deos eorum, parauit enim illis ciuitatem. Conſoeuit autem ſcriptura vocare illã terrã. vt Pſ. 141. Portio mea do-

Pſ. 141. 9. Pſ 26. 13. Iſa. 66. 21. Petri 2. c 3. v 13 Apocal. 21. 1.

mine ſit in terra viuentium. & Pſ. 26 Credo videre bona domini in terra viuentium. & Iſã. c. 66. 21. Terram nouam nominauit. de qua Petrus 2. ſua epiſtola c. 3. 13. Nouos, ait, cœlos, & nouam terram ſecundum promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat. & Ioannes Apocalypſis 21. Vidit cœlos nouos, & terram nouam: primum enim cœlum, & prima terra abiit.

Cur autem nomine terræ cœleſtem patriam potius, quam Eccleſiam militantem, quæ poſt Antichriſtum fulgentior erir, ac purior, intelligamus; ea eſt ratio, quoniam Iudæi conuerrendi ſunt per Eliam, & Enoch tempore Anticbriſti, ad quem vniuerſi illi in Iudæam, tanquam ad ſuum Meſſiam confluent vndique, vt Eliam poſſint audire; at poſt interitum Antichriſti in mõte Oliueti inclyto, & ſancto, vt ex capite Danielis vndecimo, & capite octauo colligirur, & docet Hieronymus ex capite viceſimoquinto Iſaiæ, iuxta Symmachum, præcipitabit dominus in monte ſancto faciem dominatoris tenebrarum ſuper omnes gentes: tantum ſupererunt dies quadragiota quinqoe, per quos Cbriſtus dominus

in

in ſua maieſtate venturus eſt, vt inquit Hieronymus A ſuper extrema verba capitis IX. Danielis, quod tempus ſat eſt modicum, vt tam magnificas promiſſiones, quas illis Deus pollicetur, ſint percepturi, quare ad cæleſtem patriam omnia reſeruantur complenda.

4 *Hæc verba.*] Hucuſque tantum breui compendio propoſitum eſt, & declaratum Ieremiæ argumentum ſcribendorum: nam tantum ab illis verbis cœpit ſcriptura, Quoniam hæc dicit dominus, vocem terroris audiuimus, ſic Theodor. inſinuat, & aſſerit Vatablus: niſi velis dicere ſuperiora verba loco tituli fuiſſe præfixa ſcribendis in libro. Præpoſitio autem illa אֶל El, quam Vulgatus, Tigurina, & Pagninos verterunt, ad, cum dixerunt, ad Iſraël, & Iuda, quaſi dicat, perferenda, aut euolgāda ad Iſraël, & Iuda, vt ſciant, quæ ſunt illis ventu- B ra: rectè etiam vertitur, ſuper, aut de Iſraël, & Iuda, vt vertit Vatablus, quia de Iſraële, & Iuda ſermo hîc inſtituitur à domino.

5 *Terroris.*] Incipit à triſtibus, vt poſt malorum magnitudinem læta ſuccedant, ait Hieronymus: Gratior quippe eſt ſanitas ægrotatione depulſa, & doloris magnitudo in magnitudinē vertitur gaudiorum. Mira vero quadam hypotipoſi ponit dominus ante oculos, grauiſſimam calamitatem, in quam deuenturi prædicuntur Iudæi omnes: ex terrifico, ac formi doloſo ſtrepitu hoſtium, quem ſunt audituri, & ex interno metu, qui eos eſt inuaſurus. Nam Iudæi ipſi introducuntur hæc ſecum inuicem cum ſtupore loquentes: vt bene Hugo, Lyra, & Dionyſius. vnde & Lxx. vocem, aiunt, terroris audietis. ita etiam Vatablus vocem gentium eſſe dicit. Sed de qua afflictione loquitur? De inflicta à Chaldæis explicant Theodoretus, Hugo, S. Thomas, & Dionyſius, vt Ieremias ſeſe populo ſuo commiſceat dicēs, Vocem terroris audiuimus Sed obſtat quod loquitur de tribulatione Iacob, quo nomine Hieronymus dicit intelligi duodecim tribus, & tamē duabus Iuda, & Beniamin hæc accidit ſolis, non decem, vt diximus. Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus intelligunt de perſecutione Iudæorum conuerſorū ad Chriſtum ad prædicationem Apoſtolorum, qualis fuit illa, de qua Actuum 8. Facta *Act. 8. 1.* eſt autem in illa die perſecutio magna in eccleſia, quæ erat Ieroſolymis: & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudeæ, & Samariæ, Saulus autem deuaſtabat Eccleſiam: qualis etiam fuit excitata ab Imperatoribus, & regibus aduerſus Apoſtolos, & Martyres primæuæ illius Eccleſiæ. Sed huic non conueniunt verba illa: Væ quia magna dies illa, nec eſt ſimilis eius, tempuſque tribulationis eſt Iacob, nec enim fideles illi tanto terrore concutiebantur vt pallerent vultu ob vitam pro Chriſto expoſitam, cum irent gaudentes, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliā pati, nec hîc loqui videtur Deus de ordinaria Eccleſiæ perſecutione, quæ durat adhuc, & vſque in finem durabit. Sermo ergo eſt, vt volunt Lyra, & Dionyſius, & annuit Vatablus, de extrema perſecutione Antichriſti in qua populus Iudæorum conuerſus per *Antichriſti perſecutio.* Eliam, qui prius receperat Antichriſtum, innumeris, iiſque grauiſſimis tentabitur cruciatibus. Nam de illa tribulatione dixit Daniel c. 12 Veniet tem- *Dan. 12. 1.* pus, quale non fuit ex quo gentes eſſe cœperunt vſque ad tempus illud, & Matth. 24. Erit tunc tri- *Mat. 24. 21.* bulatio magna, qualis non fuit ab initio vſq; modo, neque fiet. Vnde & hîc dicitur, magnus dies ille, ob magnitudinē tribulationis, vt inquit Theodoretus, quæ tanta erit vt facies patientium redditura ſit pallidas, morti ſimiles, aut æruginatas. Nā Hebræum nomen יֵרָקוֹן Ierakon æruginem ſignificat, morbum regium, colorem aureum, aut pallorem efficientem, quem ἴκτερον Icteron vocant Lxx. & nos *la ictericia.*

Hæc autem grauiſſima tribulatio eueniet Iudæis conuerſis, quia cōfluentes in Iudæam ad Antichriſtum, propter nominis eius celebritatem, quaſi ad ſuum Meſſiam, ſtatim in principio eius imperij, à principio etiam exurgēt Elias, & Enoch & ſua prædicatione reuocabunt eos à ſeruitute Antichriſti, & ad Chriſtum reducent, donec ab eo interficiantur, vt dicitur Apoc. 11. vnde & Hypoli- *Apoc. 11.* B tus in oratione de conſummatione mundi, affirmat Enoch, & Eliam prædicaturos per tres annos & dimidium, donec martyres ab Antichriſto efficiantur. Conuerſi igitur Iudæi grauiſſimis cruciatibus affligentur ab illo, quod ſe derelicto, Chriſto adhęrere decreuerint, ſed tandem liberabuntur.

6 *Saluabitur.*] Quod dicitur, & ex ipſo ſaluabitur, rectè Hieronymus explicuit, ex ipſo tempore tribulationis, quamuis in Hebræo, ex ipſa legatur, vt ſignificetur tribulatione, nam concordant in genere fœmineo tribulationis nomen, & pronomē; & indicatur modicum futurum tempus aduerſum cui lætum, proſperumque ſuccedet, iuxta illud Iſ. *Iſ. 54. 7.* 54. ad punctum in modico reliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te, in momento indignationis meæ, abſcondi parumper faciem meā à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum C tui, & quidem Theodoretus, & S. Thomas, & nōnulli alij intelligunt de liberatione è captiuitate Babylonica, infracto iugo Baltaſaris, & vinculis ſeruitutis eius diſruptis, quando tempore Machabæorum cæperunt non ſeruire alienis, ſed Deo, & Zorobabeli, aut Simoni loco Dauidis, nec vllus iam erat qui exterreret aut quia iam deinceps non ſeruierunt idolis, vt vult Theodoretus. Sed verba hæc nequaquam de illa felicitate vera putantur, vt rectè Hieronymus, Rabanus, Dionyſius, Vatablus & Iſidorus, qui de ſalute per euangelicam prædicationem parta exponunt, in qua triſtitia conuerſa eſt in gaudium, Ioan. 16. Nam contritum eſt iu- *Ioan. 16. 20.* gum diaboli, & vincula peccatorum & mortis diſrupta, & iam non habuerunt alienum dominū, ſed tantum Deum & Chriſtum filium eius, quem ducem dedit eis, quo duce iam omnis abiectus eſt D metus, & omnia proſpera animis hominum ſucceſſerunt.

Lyra tamen, Hugo, & etiam Dionyſius de perfecta ſalute, qua potientur prædeſtinati explanāt, de qua dixit Gabriel Dan. 12. In tempore illo ſaluabitur populus tuus, omnis, qui ſcriptus eſt in libro, *Dan. 12. 1.* & Mat. 24. Chriſtus, Niſi breuiati fuiſſent dies illi, *Matt. 24. 22.* non fuiſſet ſalua omnis caro, ſed propter electos breuiabuntur. Duo igitur bonorum genera pro- *Duo bona promiſſa.* mittit Deus ſuis fidelibus afflictis ab Antichriſto: prius eſt liberatio à malo, nam dicit, conterēdum iugum ipſorum ab Antichriſto impoſitum, quem Chriſtus ſpiritu oris ſui occidet, & ſuos eruet ab *Dan. 7. 25.* eius onere, vt dicitur Daniel. 7. & 2. ad Theſſal. 2. *2. Ad Theſſ. 2. 8.* Nam vt Iſaias 25. capite dicit, Præcipitabit dominus faciem vinculi colligati ſuper omnes populos. Deinde dicit non ſeruituros alienis dominis, quod *Iſ. 25. 7.* quia nec poſt captiuitatem Babylonicam verum

A fuit, nec poſt priorem Chriſti aduentum, cum licet Chriſtus ſuos fideles de iugo diaboli liberauerit, at ipſi non continuerunt ſe, ne illi ſe quandoque dederent, vt modo etiam dedunt, omnino inuenitur effectum poſt contritum iugum Antichriſti, quando Iudæi conuerſi nullis iam domiois ſeruient, quia mox ad patriam deducentur æternam cum abſorta fuerit mors in victoria 1. Cor. 15. vt dicunt Hugo, Lyra, & Dionyſius.

1. Ad Cor. 15. 24.

Poſterius boo um eſt collatio boni eximij, nempe, quod domino ſeruitori ſint, & Dauidi regi ſuo, hoc eſt Chriſto Dei filio, vt omnes intelligunt interpretes, Euſebius lib. 7. de demonſtrat. Euang. Demonſtrat. 9. Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, & Hebræi, ex quibus Chaldæus paraphraſtes hîc dixit, Et ſeruient coram domino Deo ſuo, & obedient Meſſiæ filio Dauid regi ſoo, quamuis autem Hugo velit de Chriſto tantum hîc fieri ſermonem, qui verus Deus eſt, & verus homo filius Dauid, ſatius eſt cum aliis, per dominum Deum ſuum intelligere vel patrem Chriſti vt Lyra, vel Deum trinum, vt alij, & per Dauidem Chriſtum ipſum, quicquid Theodoretus, & S. Thomas veliot etiam poſſe intelligi Zorobabelem, & Simonem Machabæum, quaſi & ipſi fuerint poſteri Dauidis: ſed non eſt opus, quia primo hîc Dauidis filium antonomaticè Chriſtum vocat, vt Ezechiel. c. 34. Saluabo gregem meum, & ſuſcitabo ſuper eum paſtorem vnum, qui paſcat eum, Dauid ſeruum meum, ego dominus ero eis in Deum, & ſeruus meus Dauid princeps eorum. Addit, quem ſuſcitabo eis, nempe ex ſemine Patriarcharum in ventre virginis humana carne indutum, vt aiunt Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, & Dionyſius. Vel excitabo, & in publicum munus efferam, aut faciam manifeſtum, vt olim iudices ſuſcitabat in Iſraël, & Danielis 13. Suſcitauit dominus ſpiritum pueri iunioris, notum enim fecit dominus ſalutare ſuum, in conſpectu gentiū reuelauit iuſtitiam ſuam Sic apparebit diſiecto iugo Antichriſti, & diaboli, vt glorioſus triumphator in extremo tempore, quando implebit quod promiſit per Amos, c. 9. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo: aperturas murorum eius, & ea quæ corruerunt inſtaurabo.

Euſeb. Hieron.

Chriſtus Dauid vocatur antonomaticè Ezech. 34. 23.

Dan. 13. 45. Pſ. 97. 2.

Amos 9. 11.

7 *Tu ergo.*] Theodoretus, cui ſuffragantur Hugo, & Dionyſius, putat eſſe ſermonem ad captiuos Babylone, vnde pollicetur reducendos ad Iudæam vbi bonis omnibus affluāt. Melius Hieronymus, Rabanus, & Vatablus, & Hugo etiam cum Dionyſio, de ſpirituali reditu Iudæorum explicant ad Chriſtum, quando ex præſentia Chriſti affluebant bonis ſpiritualibus, & pace euangelica abſq; vllo terrore gaudebant, de qua Ioël prænonciauit, In die illa ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac, & mel, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & alij prophetæ multis metaphoris è bonis terrenis deſumptis hanc felicitatem deſcripſerunt.

Ioel 3. 18.

Verius tamen Lyra, cuios expoſitionem etiam afferunt Hugo, & Dionyſius, de felicitate æterna intelligit, quando in ſumma pace ex omnibus locis longè licet poſitis, reuocati Iudæi cōuerſi Chriſto rege, & bonis æternis perfruentur: & tunc quidem omnes gentes aduerſæ fidelibus cum Antichriſto excidentur, inter quas diſperſi degebant

Iudæi, quos dicit non funditus exciſurum, ſed caſtigaturum ad eruditionem, & correctionem. Hoc eſt enim, Sed caſtigabo te in iudicio, noo ſummo iure, & exacta iuſtitia pro merito peccatorum, ſed moderatè, & cum menſura, quantum neceſſarium eſt medicinæ ad ſanitatem, & pœnæ ad correctionem obtinendam, vnde Chaldæus dixit: Adducam ſuper te ægrotationes, vt doceam te in iudicio miſericordiæ, hoc eſt, ægrotabis, ſed non peribis, diximus de hoc loquendi modo cap. 10. num. 30. Addit rationem huius moderatæ caſtigationis, vt non videaris tibi innoxius. Hebraicè dicitur, & mundando non mundabo te, vt LXX. & Symmachus verterunt, aut nequaquam innocentem, aut innoxium faciam, vt Aquila, & Theodoretus, aut neutiquam te ad purum putū excoquam, vt Tig.

B & Vat. quod Chaldæus dixit, perdendo non perdā te, & Pagninus, & ſuccidendo non ſuccidā te, & quidem verbum נַקֵּה Nakah, quo hîc vtitur propheta, propriè eſt purum eſſe, aut vacuum à culpa, & quia quod in totum exciditur, aut deſolatur purum fit, & nudum, inde extenditur ad ſignificandum, perdere, deſolari. Hinc qui mundatur omnino à culpa per pœnam, omnino etiam excinditur & perditur, ſi pœna debet culpæ reſpōdere, & propterea quidam verterunt, non te omnino mundabo, & alij, non te omnino perdam. Eſt ergo antitheſis eius quod dixerat, faciam cōſummationem in cunctis gentibus, te autem non faciam in conſummationem, nec mundando mundabo te, hoc eſt non ſuccidendo ſuccidam te de mundo, vacuum reddens te mundum, aut nō ſuccidam te omnino, quod facerem ſi culpa te omni-

C no mundarem, per pœnam, vnde correctus pœna, ſemper tibi videri debes innoxius, & egere gloria Dei: quo ſignificatur nullam eſſe culpam, quę poſſit pœna grauiſſima licet, exhauriri, ſed neceſſariā eſſe miſericordiam, qua Deus gratis per Chriſti merita remittat culpam.

Ad Rom. 3. 23.

8 *Inſanabilis.*] Redit ad explicandam calamitatis futuræ grauitatem, & culpæ, propter quam infligetur, vt vel hac ratione, reuocentur ad Deum, & Hieronymus quidem, Theodoretus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, & Dionyſius de calamitate per Chaldæos futura exponunt: docentque fore deſperatam, ac deploratam, abſque vllo remedio humano: quia nullum habebit patronum, qui ſe opponat Nabuchodonoſori iniuſtè agēti, nullus erit ex amatoribus Ægyptiis, aut aliis gentibus, qui ſuppetias ferat, aut ex ſacerdotibus, & pſeudopro-

D phetis qui proſpera omnia prædicabant, quod ita fieri grauiſſima populi ſcelera mererentur, in quibus, & in grauioribus cum eſſent hoſtes eorum, propterea, inquit, omnes eſſe vaſtandos. Deinde pollicetur Deus reducturum populum ſuum, & omnia ad ſtatum priſtinū reſtituturum, ciuitatem, templum, & numerum ciuium, & ducem eorum. Dionyſius, de tēpore Chriſti hæc intelligit, quando, vt ait Hieronymus, perfectius hæc implebuntur. Tunc enim fideles grauiſſimam à perſecutoribus paſſi ſunt calamitatem, propter quam & ipſi puniti ſunt grauius, cum deſtructa Ieroſolyma, & templo, per vniuerſum orbem diſperſi ſunt. Eccleſiam vero ſuam, quam tanquam eiectam aſpernabantur hoſtes promittit reſtituturum ad ſtatum priſtinum, vel illi poſt perſecutiones imperatorū, de quibus Euſebius lib. 8. hiſtoriæ ca. 1. 15. & 18. & lib. 9. c. 10. adfuturum, & ædificaturum ſupra fundamentum

Euſeb. 1. Ad Co. 3. 16

damentum Apoſtolorum, & templum myſticum A conſtructurum, quod ſunt fideles 1. ad Cor. 3. de quo ad Epheſ. 2. Paulus, In Chriſto Ieſu omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum domino, filios deinde eius aucturum Apoſtolos ſimiles patriarchis, nam pro patribus nati ſunt filij Eccleſiæ Pſal. 44. & principem eorum Chriſtum ex ipſis ſuſcitaturum.

1. Ad Co. 3. 16. Ad Eph. 2. 21. Pſ. 44. 17.

Quia vero non in eam dignitatem, & ſplendorem reſtituta eſt Iudaica reſpublica poſt reditum è Babylone, quam habuerat prius, nec ducem ac principem habuerunt, qui dominaretur eis omnino, quamuis omnia non ineptè, quæ tunc acciderunt ſub his Ieremiæ verbis deſcribi intelligantur: ſed non ita perfectè: & quia calamitates fidelium primitiuorum, quas hic dicit grauiſſimas, non ſunt inflictæ vt pœnæ propter multa, & indurata peccata eorum, ſed ad gloriam B Chriſti, pro qua tuenda martyrio coronabantur. Ideo vt coherentem ſenſum contexamus, de pœnis populi Hebraici, quas diſperſi per orbem patiuntur vſque ad Antichriſtum, & de liberatione eorum, hæc intelligimus cum Lyra, & Vatablo: ac ſic ait. Si reſpiciamus ad humana præſidia, nullum eſſe qui tantis Iudæorum malis, in quibus nunc ſunt, & erunt vſque ad finem mundi, medeatur, cū hæc infligantur propter ſummam, & induratam perfidiam eorum in Chriſtum: nam neque qui eos amare videntur, liberabunt, illos, ſed tāquam eiectos à Deo aſpernantur. At nihilominus promittit Deus, hoſtibus omnibus deſtructis, ac dæmonibus traditis, & in infernum detruſis, cum principe ſuo Antichriſto, ac diabolo, liberaturum tandē populum ſuum, & conſtructurum ciuitatem Eccleſiam, & templum ex ipſis inſtauraturum, & ſic C iam filij eius non minuentur amplius, & firmabūtur in æterna felicitate, & è medio eorum conſurget Chriſtus illorum dominator, qui dexteræ patris adhærebit, & tunc Deus illis erit Deus & ipſi erunt populus eius.

Nota circa litteram, illud, non eſt qui iudicet iudicium tuum ad alligandum, idem eſſe ac, nullus eſt qui cauſam tuam agat ad medelam tibi quærendam, non eſt qui ſe opponat infligenti vulnus, vt ſeſe opponebant Noë, Iob, & Daniel, aliique ſanctiſſimi viri ſuis precibus, ne Deus infligeret ſupplicium, aut vt inflictum auerteret, & per metaphoram dicit, nullus eſt medicus, aut chirurgus, qui ſciat quo medicamine, emplaſtro, aut cataplaſmate ſanari poſſis, adeo tua plaga videtur incurabilis. Nota ſecundo, illa verba, teque nō quærent, D quæ inferius repetuntur ver. 17. cum dicitur quæ non habebat requirentem, ab Hieronymo, Rabano, Hugone, & Dionyſio explicari, neminē fore, qui illam quærerent, ſed quæ eius erant, iuxta illud Apoſtoli. 2. Cor. 12. non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Lxx. & Chaldæus alium habent ſenſum. Nam Lxx. vertunt, te non interrogabunt, vel vt habet Theodoretus, de te non interrogabunt, videlicet, qui valeas, vel an aliquo indigeas, & Chaldæus, rogare de pace tua non quæſierunt: quod dixit Vatablus, te non inuiſunt, nec quærunt de tua ſalute quomodo valeas, quod in extremis ducitur malis, non habere in ægrotatione conſolatorem, qui quærat de ſalute, & cui curæ ſit infirmus.

2. Cor. 12. 14.

Oſtendit hucuſque Deus ſe medici munere functum facinoroſos, & ingratos homines caſtigare ad ſanitatem, non ad interitum, ne merito ſe queri putent de medico ſuo, nam dolor è vulnere, & è morbo prodit, non è curatore, non enim, inquit Hieronymus, mea voluntate, ſed medicinæ ratione cogente feci hæc tibi, eo quod tam multa, & dura peccata tua ſanari non poterant niſi mordaciſſimo puluere, & ardenti cauterio, ferroque acutiſſimo, quo putridas carnes, & inſanabiles amputarem, rectè Timon apud Plutharchum de ſera numinis vindicta Deus, ait, non velut ipſe male afficiatur iniuſtum corripit, neque raptori tanquam violatus iraſcitur, neque mœchum, quaſi ipſe cōtumeliam paſſus ſit, odio proſequitur, ſed medicinæ gratia, mœchum, auarum, & flagitioſum quandoque corripit, vt malitiam tanquam morbum comitialem, prius quam cuncta occupet, tollat, ac penitus auferat. Hæc ille perquam optime.

Deus medici munere fungitur.

Timon Plutar.

9 Dux.] De Chriſto domino hic fieri ſermonem omnes, etiam Hebræi, agnoſcunt, quamuis Theodoretus, & S. Thomas intelligant Zorobabelem, ait enim Chaldæus, & inungetur rex eorum ex illis, & Chriſtus eorum de medio eorum reuelabitur אדיר Adir autem, quod Vulgatus tranſtulit, dux, ſignificat, præpotentem, eximium, præcellentem, magnificum, & fortem, & admirabilem, qui futurus erat ſecundum carnem ex Iudæis, vt explicant Hieronymus, Rabanus, & Dionyſius, & Vatablus, vt dixit Michæas c. 5. ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraël. Vel ſeſe exeret, & in publicum efferet vnus è medio tuæ gentis, qui hoſtes tuos confringat, & tibi dominetur. Deinde eximiam Chriſti conditionem vnicam, quaſi gloriabundus pater adijcit, quòd coniunctiſſimo vinculo caritatis eſſet adſtricta voluntas eius humana diuinæ. Hoc eſt enim quod ex Hebræo traductum ad verbum dicit, & appropinquare faciam eum, & accedet ad me, quia quis eſt iſte, qui deuouit, direxit, applicauit, aut pellexit cor ſuum ad appropinquandum mihi? & quamuis Hieronymus, & Rabanus, & Hugo, de vnione infinita in natura, intelligant: alij que de vnione hypoſtatica melius tamen Lyra, Dionyſius, & Vatablus de coniunctione voluntatum explanant: quia ſicut vnione naturali nunquam factus eſt propinquus filius patri, quia ſemper fuit vnitus illi: nec eſt cum quo poſſit conferri, aut cui præferatur: ita ab humanæ carnis aſſumptione voluntas Chriſti humana coniuncta eſt diuinæ, & ita præſtantiſſime, vt nullus vel hominum, vel angelorum ei æquari, multominus præferri poſſit: & hoc eſt, quis ille erit vel homo, vel angelus, qui ita cor ſuum pellexit ad coniunctionem cum Deo, & ita ſe deuouit, vt ſemper eius voluntatem compleret, ſicut Chriſtus, ad eumque cum maiori accederet fiducia, de quo pater dixit, Matth. 17. hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, & ipſe dixit: Ioan. 8. Ego quæ placita ſunt ei facio ſemper & c. 5. non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me: & ad Hebr. 10. 5. ingrediens mundum dicit, hoſtiam, & oblationem noluiſti, corpus autem adaptaſti mihi: Holocautomata pro peccato non tibi placuerunt: Tunc dixi, ecce venio, in capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatē tuam, ideo apud Iſaiam 46. 11. pater vocat eum virum voluntatis meæ & c. 53. 10. dicitur, & voluntas domini in manu eius dirigetur.

Chriſtus dux. Michæa 5. 2. Matt. 17. 5. Ioan. 8. 29. Ioan. 5. 30. Ad Heb. 10. 5. Iſ. 46. 11. Iſ. 53. 10.

Septuaginta, & Chaldæus, illa verba, & appropinquare faciam eum & cetera, ad populum referunt, vt Theodoretus ſecutus Lxx. nam pronomen illud eum, non referunt ad ducem, & princi-

pem,ſed ad populum,quem referunt illa, Dux eius & de medio eius,& ex eo, ſic ergo dicunt Lxx. Et congregabo eos,& conuertentur ad me, quia quis iſte, qui dedit cor ſuum vt conuertatur ad me? & Chaldęus, Et appropinquare faciam eos vt diſcant cultum meum,quoniam quis eſt iſte, qui vult accedere ad cultum meum,dicit dominus? quaſi optanter dicat,vt Deuter.5. Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mandata mea,& bene ſit eis? ego conuertam omnes ad me, & coniungentur mihi, meque colent,nam quis ille erit, qui non definierit in corde ſuo,mihi ſeruire,& ego eum non ſuſcepero,& bonis omnibus non fuero cumulatus? nullus profecto, nam vt Iob 34. dicitur, Si direxerit homo cor ſuum ad Deum,ſpiritum illius, & flatum ad ſe trahet,quem ſenſum etiam faciunt verba Vulgati: & ideo ſubdit, ſe illis Deum futurum, & ipſum eius populum, quod vtait Lyra plene complebitur in extremo tempore,quando ira Dei in impios deſęuiente,nec reuocante manum vnquam à punitione, æternis ſuppliciis addicet eos, & omnes fidelium hoſtes: populum autem ſuum ad æternã extollet felicitatem, vbi promiſſiones omnes complebuntur perfectè.

Deut. 5. 29.

Iob. 34. 14.

Ad comprobationem horum omnium addit, in nouiſſimo dierum intelligetis ea. Hoc eſt in fine ſeculi,vt explicant Lyra,& Dionyſius, ſecundum A ſenſum,quem ſecuti ſumus. Hieronymus, Rabanus,Hugo & alij de priori Chriſti aduentu intelligunt: nam quomodo artifex non poteſt intelligi, niſi opere completo,ait Hieronymus, nec medicinæ induſtria,niſi poſtquam fuerit ſanitas conſecuta, ita cum euerſio fuerit Ieruſalem, & prioris populi abiectio,tunc intelligent credentes, quod repulſio Iudæorũ noſtræ ſalutis occaſio ſit. Theodoretus de tempore captiuitatis intelligens inquit,quia verbis meis non creditis ipſarum rerum experientia diſcetis. Hic ergo modus loquendi nõ deſignat certum aliquod tempus, vt diem iudicij, aut aduentum Chriſti,ſed tempus poſterius eo, in quo fit ſermo,quando prophetia reipſa complenda eſt,iuxta rationem ipſius prophetiæ,& iuxta intelligentiam, quam ex aliis verbis,elegeris. B

10 *Tempore.*] Hæc verba: In tempore illo dicit dominus, ero Deus vniuerſis cognationibus Iſraël, & ipſi erunt mihi in populum:& ſi collocentur in principio capitis 31. Imo Hugo Cardinalis, ab illis verbis, Ecce turbo domini, inchoat ſequens caput,certius tamen eſt ea pertinere ad hoc caput 30. tanquam epilogum eius prophetiæ: ſic enim ſentiunt Lyra, Dionyſius,& Iſidorus:& Hieronymus explicatione ſua oſtendit ad pręcedentia verba hæc pertinere, vt ſequens prophetia ſumat exordium ab illis verbis, Hæc dicit dominus.

PARAPHRASIS.

Anno 1. Sedeciæ.

1 *SIc dixit dominus.*[2] *Si populus, quem de Aegyptiorum gladio eripui, inuenit in deſerto gratiam apud me, cum ducente me proficiſceretur, vt requiem ſibi pararet in terra patribus eorum promiſſa: cur ergo non fuiſſet mihi carus populus dilecto filio meo duci ſuo per omnia obediẽs? At dicis,*[3] *Olim quidem cum aſcendebam de Aegypto te mihi beneuolum oſtendebas, at modo non ſic. Sed deciperis profectò, quia eodem illo, quo te olim, perpetuo modo proſequor amore, quantumuis affligaris, ideo multa mea miſericordia, ſemper curaui, ſeu blandiendo, ſeu corripiendo, te ad me attrahere.*[4] *Rurſus à me inſtaurаberis, virgo Iſrael: vt quidem à filio meo inſtaurаberis, adhuc tympanis aſſumptis, vt olim egreſſa de mari rubro, laudes domino concrepabis, & duces ſaltantium choreas. Adhuc vineas diuerſarum Eccleſiarum per filios tuos, Apoſtolos meos, plantabis in montibus Samariæ,*[5] *plantabunt illi quidem, vt tempore vindemia fructibus laborum ſuorũ veſci queant. Erit enim tempus, quo clamabunt euangelici vinearum*[6] *cuſtodes de montibus Iſraelitarum ad reliquam turbam dicentes, Eia agite adeamus Eccleſiam Chriſti in Sione fundatam ad colendum dominum Deum noſtrum, & filium eius Ieſum Chriſtum. Exultate lætitia Iacobitæ, hinnitum edite inſtar exultantium equorum in conſpectu gentium, perſonate, & laudibus precinite, & dicite mihi, Ratas fac domine has pollicitationes tuas, ſaluans populum tuum, qui ex toto*

CAPVT TRICESIMVMPRIMVM.

IN tempore illo, dicit domi- 1
nus, ero Deus vniuerſis co-
gnationibus Iſrael, & ipſi
erunt mihi in populũ. ‖ [2] Hæc 2
dicit dominus: inuenit gra-
tiam in deſerto [3] populus, qui remanſerat à
gladio, vadet ad requiem ſuam Iſrael. ‖ [3] Lõ- 3
gè dominus apparuit mihi. Et in charitate
perpetua dilexi te, ideo attraxi te, miſerans.
‖ [4] Rurſumque ædificabo te, & ædificaberis 4
virgo Iſrael: adhuc ornaberis tympanis tuis
& egredieris in choro ludentium. ‖ Adhuc 5
plantabis vineas in mõtibus Samariæ: plã-
tabunt plantantes, & donec tempus veniat,
non vindemiabunt: ‖ quia erit dies, in qua 6
clamabunt [6] cuſtodes in monte Ephraim:
ſurgite, & aſcendamus in Sion ad dominum
Deum noſtrum. ‖ Quia hæc dicit dominus: 7
exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra
caput gentium: perſonate, & canite, & dici-
te: Salua domine populum tuum reliquias
Iſrael. ‖ Ecce [7] ego [8] adducam eos de terra 8
Aquilonis, & congregabo eos ab extremis
terræ, inter quos erunt cæcus, & claudus,
prægnans, & pariens ſimul, cætus magnus
reuertentium huc. ‖ In fletu venient, & in 9
miſericordia reducam eos: & adducam eos
per torrentes aquarum in via recta, & non
impingent in ea: quia factus ſum Iſraeli pa-
ter

ier, & Ephraim primogenitus meus eſt.
10 | [8] Audite verbum domini gentes, & annũ-
ciate in inſulis, quæ procul ſunt, & dicite.
Qui diſpertit Iſrael, cõgregabit eum: & cu-
11 ſtodiet eum, ſicut paſtor gregem ſuum. | Re-
demit enim dominus Iacob, & liberauit eũ
12 de manu potentioris. | Et venient, & lauda-
bunt in monte Sion: & confluent ad bona
domini ſuper frumento, & vino, & oleo, &
fœtu pecorum, & armentorum: eritque
anima eorum quaſi hortus irriguus, & vltra
13 non eſurient. | Tunc lætabitur virgo in
choro, iuuenes & ſenes ſimul: & conuertam
luctum eorum in gaudium, & conſolabor
14 eos, & lætificabo à dolore ſuo. | Et inebria-
bo animam ſacerdotum pinguedine: & po-
pulus meus bonis meis adimplebitur, ait
15 dominus. | Hæc dicit dominus: vox [9] in ex-
celſo audita eſt lamentationis, luctus, & fle-
tus Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis
16 conſolari ſuper eis, quia non ſunt. | Hæc di-
cit dominus: Quieſcat vox tua à ploratu, &
oculi tui à lacrymis: quia eſt merces operi
tuo, ait dominus: & reuertentur de terra ini-
17 mici. | Et eſt ſpes nouiſſimis tuis, ait domi-
nus: & reuertentur filij ad terminos ſuos.
18 | Audiens [10] audiui Ephraim transmigran-
tem. Caſtigaſti me, & eruditus ſum, quaſi
iuuenculus indomitus: conuerte me, & cõ-
19 uertar: quia tu dominus Deus meus. | Poſt-
quam enim conuertiſti me, egi pœnitẽtiam:
& poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur
meum. Confuſus ſum, & erubui, quoniam
ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ.
20 | [11] Si filius honorabilis mihi Ephraim, ſi
puer delicatus: quia ex quo locutus ſum de
eo, adhuc recordabor eius. Idcirco contur-
bata ſunt viſcera mea ſuper eum: miſerans
21 miſerebor eius, ait dominus. | [12] Statue tibi
ſpeculam, pone tibi amaritudines: dirige
cor tuum in viam rectam, in qua ambulaſti:
[13] reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuita-
22 tes tuas iſtas. Vſquequo deliciis diſſolueris
filia vaga? quia creauit dominus [14] nouum
ſuper terram. Fœmina circundabit virum.
23 | Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſ-
rael: Adhuc dicẽt verbum iſtud in terra Iu-
da, & in vrbibus eius, cum conuertero cap-
tiuitatem eorum: [15] Benedicat tibi dominus
24 pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus: | & ha-
bitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates
eius ſimul: agricolæ, & minantes greges.
25 | Quia [16] inebriaui animam laſſam, & om-
26 nem animam eſurientem ſaturaui. | Ideo
quaſi de ſomno [17] ſuſcitatus ſum: & vidi, &
27 ſomnus meus dulcis mihi | Ecce dies veniũt
dicit dominus: & [18] ſeminabo domum Iſ-
rael, & domum Iuda ſemine hominum, &

Iſraele reliquus eſt. Nam ego certè [7] adducam eos ad Eccleſiam meam, de ſua infidelitate, & in vnum ouile congregabo eos de cunctis terris quantumuis lõge ſemotos: nullus ad id non admittetur, cæcus is fuerit licet, ſeu claudus vir, aut mulier prægnans, ſeu pariens cætus magnus erit qui ad Chriſti regnum accedet: cum fletu præ gaudio venient, & miſericordiſſimè ad ſalutis viam reducam eos, deducam eos rectis viis iuxta torrentes doctrinarum Apoſtolicarum, nec impingent in ea: quia fideles Iſraelitæ me vt patrem colent, & ego Ephraim diligam quaſi primogenitum meum. [8] Audite hoc verbum domini gentes, & annunciate per inſulas longe diſſitas tantam eius erga Iſraelem benignitatem, ipſemet qui Iſraelem diſperſerat, ipſe enim in fidem ſuam colliget, ipſe cuſtodiet ſicut paſtor cuſtodit gregem ſuum. Dominus enim Ieſus precioſo ſuo ſanguine redimet omnes filios Iacob, redimet, inquam eos de manu Sathanæ, qui tanquam potentior, eos ſibi ſubiecerat. Venient igitur liberati vt laudent in excelſo Eccleſiæ monte ſeruatorem ſuum, & cõfluent ad bona domini poſsidenda, qualia ſunt frumentũ, & vinum corporis, & ſanguinis Chriſti, & oleum ſpiritus ſancti vnctionis, fœtuſque ſimplicium Chriſtianorum, & aliorum virorum ſanctiſsimorum, eritque anima eorum quaſi hortus omni genere ſpiritualium deliciarum irriguus, & vltra non eſurient. Tunc in tanta ſpiritualium gaudiorum abundantia lætabitur virgo in choro, iuuenes, & ſenes ſimul præ lætitia exilient, conuertam luctum eorum pro culpis præteritis ſumptum in ſuauiſsimum gaudium, conſolabor eos, & exhilarabo eos à dolore ſuo. Inebriabo quoque animã ſacerdotum deuotionis pinguedine præcellentes, & populus meus bonis meis ſaturabitur. Sed videor mihi vocem audire, ait dominus [9] in excelſo colle editam, planctus videlicet, & fletus amariſsimi, Racheli filios ſuos deplorantis, & nolentis vllam de nece eorum ſuſcipere conſolationem, quia amplius eos viſura non eſt. Audi Rachel dominum te conſolantem. Deſiſte plorare, quia lacrymæ tuæ merentur vt à me exaudiaris. Redibunt filij tui liberati de terra Sathanæ, ſperandum eſt, quod nouiſſima tua felicius habebũt, nam redibũt, vt dixi, filij tui, ad Eccleſiam fidelium. [10] Audiui Ephraimitas in captiuitatem tranſmigrantes, hæc mihi dicentes, caſtigaſti nos, & quaſi vitulum indomitum, calamitatis onere perdomuiſti, & bene erudi- ti deprecamur te domine vt conuertas nos ad te, & conuertemur, ſiquidem dominus Deus noſter tu es: protinus enim ac conuerſi fuimus à te, pœnituimus, & poſteaquam tua luce agnouimus culpam noſtram, dolore contriti, manibus complosimus femur noſtrum: pudore affecti ſumus, & erubuimus, luimus pœnas ſcelerum noſtrorum probroſorum, quæ in adoleſcentia noſtra commiſeramus. Reſpondet dominus. [11] An non iam deinceps loco filij magno digni honore habebitur mihi Ephraim, poſtquam ad me redijt, an non vt puer in ſpiritualibus deliciis enutritus: idcirco ex quo cœpi loqui de eo, nunquam à mea receſsit memoria, imo viſcera mea commouẽtur ſuper eum, vt nequaquam feram eius non miſereri. [12] Conſtitue tibi ſpeculas, deſi-

gna loca edita vbi amarè defleas: aduerte cor tuum ad ſtratam viam, per quam gradiebaris, & per eam reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates fidelium Eccleſiarum, quæ tibi ſuſcipiendæ paratæ ſunt: vſque quo delitiis diſſolueris, & tuis dedita impietatibus vaga diſcurres, mihique non adherebis? ecce tui cauſa, creabit dominus nouum quid in terra, fœmina viro ſuo circundabit virum. Tunc ſpirituales Iſraelitæ, cum aſſerti fuerint in libertatem replicabūt hunc ſermonem in terra Iuda, & in eius ciuitatibus.[13] Benedicat tibi dominus, ô habitaculum iuſtificatoris noſtri, & mons in quo colitur Chriſtus totius auctor ſanctitatis, in te habitabit Iudah, & ſimul ciues omnium ciuitatum eius, agricolæ quoque, & paſtores gregum. [14] Inebriabo animam præ ſiti deficientem, & omnem eſurientem ſaturabo. Tam hilari ſomno de Chriſto venturo excitatus, poſtea quam memoria mea reuolui, quæ in eo videram, iocundiſsima erat mihi ſomnii eiuſmodi recordatio. Ecce dies venient, dicit dominus, in quibus replebo Iudam, & Iſraelem hominibus, & iumentis, & ſicut vigilaui, vt modis omnibus punirem eos, ac deſtruerem, ita vigilabo vt modis omnibus, condonatis eorum flagitiis in integrum reſtituā, & grauiores reddam. In diebus illis veri Iſraelitæ non reiicient cauſas ſuppliciorum ſuorum in auorum ſuorum peccata, dicentes, patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt ſed vnuſquiſque agnoſcet ſe delicto ſuo meruiſſe pœnam mortis æternæ, & confitebitur, quod dentes eius, qui comederit vuam acerbam obſtupeſcent. Ecce venient dies, ait [18] Dominus, in quibus feriam cum domo Iuda, & cū domo Iſrael fœdus nouum, [21] non quale pepigi cum patribus eorum quando apprehenſa manu eorum: eduxi eos de terra Ægypti, quod, inquam irritum fecerunt, quādo ego me obligaui eſſe illis dominus ac Deus. Sed illud eſt fœdus, quod feriam cum Iſraele poſt dies illos: inſeram legem meam [22] in viſceribus eorum, hoc eſt, in corde eorum ſcribam eam, eroque Deus eorum, ipſique erunt mihi populus, & non erit neceſſe vt ſe inuicem doceant, dicentes, cognoſcite dominum quia omnes me cognoſcent à minimo vſque ad maximū, & [24] condonabo illis ſcelera, & peccatorum ipſorum non recordabor amplius.[25] Sic dicit dominus qui creauit Solem pro luce diurna & Lunam cum Stellis ad noctem illuſtrandam, qui ſtrmere facit mare, & ſonant fluctus eius, cui nomen eſt dominus exercituū. Si leges harum rerum deſinere poterunt, & populus Iſraeliticus deſinet eſſe populus meus, & ſi quis metiri poſsit cœlum, & terræ fundamenta, quæ ſubtus ſunt inueſtigare, & ego vniuerſum Iſraelem repudiabo propter omnia, quæ contra me perpetrarunt. Ecce dies venient, in quibus [26] ædificabitur ciuitas domini à turri Hananeel vſque ad portam angulorum, & hinc ducetur vlterius funis menſorius coram porta illa vſq; ad collem Gareb, & vertet ſe funis ad Goath, & ad vniuerſam vallem cadauerum, & ad locum cinerū, & omnes campos mortis vſque ad torrentem Cedron, & vſq; ad angulum portæ equorum Orientalis, ita amplificata vrbs Ieruſalem ſancta erit domino, non euelletur vltra, nec in æternum diruetur, nec portæ inferi præualere poterunt aduerſus eam.

ſemine iumentorum. ‖ Et ſicut vigilaui ſu- 28
per eos, vt euellerem, & demolirer, & diſſi-
parem, & diſperderem, & affligerem: ſic vi-
gilabo ſuper eos vt ædificem, & plantem, ait
dominus. ‖ In diebus illis non dicent vltra: 29
Patres comederunt vuam acerbam, & den-
tes filiorum obſtupuerunt. ‖ Sed vnuſquiſ- 30
que in iniquitate ſua morietur: omnis ho-
mo, qui comederit vuam acerbam, obſtu-
peſcent dentes eius. ‖ Ecce dies venient, di- 31
cit dominus: & feriam domui Iſrael: &
domui Iuda fœdus nouum: ‖ non ſecun- 32
dum pactum, quod pepigi cum patribus
eorum in die, qua apprehendi manum eorū
vt educerem eos de terra ægypti, pactum
quod irritum fecerunt, & ego dominatus
ſum eorum, dicit dominus. ‖ Sed hoc erit 33
[21] pactum, quod feriam cum domo Iſrael:
poſt dies illos dicit dominus. Dabo legem
meam in viſceribus eorum, & in corde
eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, &
ipſi erunt mihi in populum. ‖ Et non doce- 34
bit vltra vir proximum ſuum, & vir fratrem
ſuum, dicens: Cognoſce dominum: omnes
enim cognoſcent me à minimo eorum vſq;
ad maximum, ait dominus: quia [24] propitia-
bor iniquitati eorum, & peccati eorum non
memorabor amplius. ‖ [25] Hæc dicit domi- 35
nus, qui dat Solem in lumine diei, ordinem
Lunæ, & Stellarum in lumine noctis: qui
turbat mare, & ſonant fluctus eius, dominus
exercituum nomen illi. ‖ Si defecerint leges 36
iſtæ coram me, dicit dominus: tunc & ſemē
Iſrael deficiet, vt non ſit gens corā me cun-
ctis diebus. ‖ Hæc dicit dominus: ſi menſura- 37
ri potuerint cœli ſurſum, & inueſtigari fun-
damenta terræ deorſum: & ego abiiciā vni-
uerſum ſemen Iſrael propter omnia, quæ fe-
cerunt, dicit dominus. ‖ Ecce dies veniunt, 38
dicit dominus: & ædificabitur ciuitas do-
mino à turre Hananeel vſque ad portam
anguli. ‖ Et exibit vltra norma menſuræ in 39
conſpectu eius ſuper collem Gareb: & cir-
cuibit Goatha, ‖ & omnem vallem cadaue- 40
rum, & cineris, & vniuerſam regionem mor-
tis vſque ad torrentem Cedron, & vſque ad
angulum portæ, equorum Orientalis ſan-
ctum domini: non euelletur: & non deſtrue-
tur vltra in perpetuum.

ARGV-

ARGVMENTVM.

DOminus in ſolatium eorum qui Babylonem captiui ducebantur ad ſimilitudinem exitus de Ægypto pollicetur feliciſſimum illum reditum, quo prædicantibus Apoſtolis redituri erant ad colendum Chriſtum in Eccleſia fidelium, omnibus bonis ſpiritualibus affluente: qua ſpe ad conuerſionem hortatur, deque ea ſibi Deus gratulatur. Hæc omnia ex vno illo beneficio pendere feruntur, quo fœmina circundatura erat virum, inde enim gratiarum actiones, congratulationes, fidelium multiplicatio, humilis confeſſio qua ſibi, non aliis ſua crimina imputent, inde fœdus nouum, & lex noua, quæ nunquam prætetibit, inde Eccleſiæ nunquam perituræ mira amplificatio.

COMMENTARIVS.

Tempus huius prophetia edita.

1 HÆC DICIT.] Caput hoc videtur ad idem tempus pertinere, in quo ſuperior propheta edita eſt, cum principium huius capitis, quod ad præcedentem prophetiam ſpectare diximus, ita connectat Hieronymus, vt ſua expoſitione oſtendat, non eſſe finitum ſermonem, ſed vlterius continuatione procedere. Factus eſt ergo ſermo iſte in principio regni Sedeciæ. Caput autem vniuerſum Chaldæus paraphraſtes, & Hebræi, tum etiam S. Thomas, & Hugo de felici reditu Iudæorum è Babylone declarãt, quamuis & ad felicitatẽ Euangelicam partim illam referant Chriſtiani interpretes. Theodoretus priorem capitis partem de reditu è Babylone intelligit: poſteriorem de nouo Chriſti fœdere, & lege. At Hieronymus, Rabanus, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, etſi nõnulla de temporali felicitate Iudæorum exponant, tamen vt plurimum de tempore Chriſti interpretãtur: & ſane ægre, ac difficile de illa temporali explicari poſſunt: primum quod cum vniuerſo populo egreſſo ex Ægypto, & cum Ephraim, id eſt decem tribubus loquatur, cum duæ tantum redierint è Babylone. Secundo, quando in illo tempore antiquo femina circundedit virum, quando legem nouam, & fœdus nouum inſertum viſceribus, tulit Deus, niſi per filium ſuum? Denique vbi tantam felicitatem genti illi, ac vrbi contigiſſe probabunt, quanta hic promittitur cum ex libris Eſdræ, & ex Aggæo, Zacharia, & Malachia cõſtet, quanta inopia laborauerint, quam infeſtas habueſint finitimas gentes, vt ſine præſidio armorum templum, & vrbem ædificare non licuerit, & vrbem quidem vlterius direptam, & deſtructam à Romanis, cum tamen hîc prædicatur non vlterius in perpetuum deſtruenda. Nos igitur communiorem ſenſum tanquam veriorem proſequentes conabimur iuxta illum verba prophetæ explicare, nõ contemnentes aliquando ceteras expoſitiones, quæ fortaſſe verbis non videantur repugnare.

De quo tempore fiat promiſſio.

De tempore Chriſti eſt prophetia.

2 *Populus.*] Nomen חן Hen gratiam interpretati ſunt Aquila, Symmachus, & Theodotio χάριν, & Chaldæus miſericordiam, ſoli LXX. tranſtulerunt, θερμόν, quod eſt calidum, quia putarunt Hebræum nomen eſſe חם Hem, & non Hen, vt notat Hieronymus. Quod autem dixit Vulgarus, vadet ad re- A quiem ſuam Iſrael, Hebraicè ad verbum dicitur הלוך Haloc ire, aut eundo ad faciendum quieſcere ipſum Iſraëlem; & infinitiuum illud multi ex interpretibus accipiunt pro præterito, iuit, vel ambulauit, & ſupplent, Deus. Sic Pagninus, iuit Deus ante eum, vt requieſcere faceret eum. & Vatablus: Ambulauit Deus, vt illi requiem pararet, nempe Iſraëli. & Chaldæus ante eos: Duxit verbo ſuo, vt collocaret Iſraëlem in loco quietis. Tigurina per ſubiunctiuum explicuit, cum ſcilicet Iſraël proficiſceretur vt quietem ſibi pararet, & Vulgatus per futurum, vadet ad requiem ſuam Iſraël, & affixum eum acceperunt pro ſui, ſibi, ſe, aut ſuus, ſua, ſuum, & bene quidem, nam rectè coherent omnia. Inuenit gratiam in deſerto populus, qui euaſerat gladiũ eundo, vel iens, aut cum iret ad requiem faciẽdum B ſibi Iſraëli, quod additum eſt vt explicaretur quid referret pronomen, ſibi, nam refert Iſraëlem: & quidem horum verborũ triplex eſt ſenſus; primus Hieronymi, Rabani, Hugonis, & Dionyſij. Populus meus, qui euaſerat gladiũ Romanorũ vaſtantium Ieroſolymam inuenit gratiam, & miſericordiam apud gentes, cum quibus eundo ad Chriſti Eccleſiam (nam cum illis cõuerſis ad fidem, & ipſi conuerſi ſunt,) requiem ſibi parauit, quam ei prophetæ promiſerant, in hac vita, & in futura. Secundus ſenſus eſt Theodoreti, & S. Thomæ, nomine deſerti Babylonem intelligentes ad hũc modum. Inuenit gratiam apud Deum populus captiuus in deſerto Babylonis, qui euaſerat gladiũ Chaldæorũ, vt eius ope rediret ad parandam ſibi quietem in C Iudæa, & Ieroſolymis, vel in deſerto redeundo è Babylone vt promittat felicem reditũ è Babylone. Tertius tamẽ ſenſus, qui eſt Chaldæi, Lyræ, Dion. Vat. & Iſid. videtur accommodatior proprietati nominis deſerti, & ingreſſui in terram promiſſam, & ei quod ſubditur, longè, vel à lõginquo apparuit mihi dominus; nempe quod loquatur de profectione per deſertum poſt exitũ de Ægypto, quãdo populus Iſraëliticus inuenit gratiã apud Deum in deſerto, euadens gladiũ Ægyptiorũ, ceterorumq; hoſtiũ viã impedientiũ, cum illis ſuppeditauit neceſſaria: vt vult Chaldæus, vel cum filij Hebræorũ interfectis patrib. variis cladib. in deſerto ipſi cum Ioſue, & Caleb ingreſſi ſunt terrã promiſſam lacte

Senſus primus.

Secũdus ſenſus.

Tertius ſenſus verus.

A melleque manantem, vt Lyra, & Dionyſius. Et erit ad hunc modum ſenſus cotexendus, ſi Hebræam lectionem ſequamur: argumento ductu à pari, vel à minuri ad maius. Pupulus qui in deſertu è communi ſtrage euaſerat, gratiam inuenit apud Deum, euntem ante eum, in nube per diem & in columna ignis per noctem, vt requieſcere ipſum faceret in terra, quam patribus promiſerat, & non eandem gratiam inueniſſet pupulus fidelis, qui è communi ſtrage Iudæorum, incolumis euadet, habens ductutem Chriſtum Dei filium, qui eum eſt introducturus in terram promiſſam? vel iuxta alteram lectionem. Inuenit gratiam apud Deum in deſerto pepulus, qui euaſerat hoſtium gladium, cum iret vt requiem ſibi pararet in terra promiſſa: & nun inueniſſet cum vadet ad quærendam requiem in Eccleſia Chriſti, vel in æterna B felicitate? Tunc reliquiæ pupuli mihi caræ fuere, & reliquiæ populi huius nunc non caræ fuiſſent, cum requiem quærant, non corporalem, ſed ſpiritualem?

Argumentū à minori. Magnam vim habet ad perſuadendum exemplum veteris pupuli, cuius gratia Deus tot, ac tam inſignia mirabilia effecit, tut gentibus cuntritis, vt eum introduceret in terram fluentem, lac, & mel, quam multæ gentes poſſedetant: nam ſi pro bunis temporalibus diſtribuendis, tam propitius illis fuit, quantu magis prupitius erit populo Chriſtiano, & cuiuis fideli, adnitenti, omnibus hoſtibus cuntritis, cœleſtem ingredi patriam, nun à gentibus, ſed ab angelis iam cultam, & Dei conſpectu perilluſtrem.

3 *Longe.*] מֵרָחוֹק Merahok Hebræum numen cum C præpoſitiune, è vel a, poteſt & de loco dici, & de tempore. De locu accepit Hieronymus, & cum eu Rabanus, & Hugo, longè à me receſſerat dominus propter meum peccatum, quo dixi, non habemus regem, niſi Cæſarem, & venite occidamus eum, & noſtra erit hæreditas, propterea, quia non diu differt miſereri poſt multum temporis apparuit ei, & in charitate perpetua dilexit eum, attraxitque ad ſe, non merito illius, ſed ſua miſericordia: vel conqueritur de Deo populus, quod longè receſſiſſet ab eo, nec ſuæ indigentiæ, ac labori conſuluiſſet, vt ſolebat: & reſpondet dominus, imo nunquam meus erga te amor refriguit, quod inde fit manifeſtum, quod nunquam ceſſaui, mea miſericordia motus, te ad me attrahere, ſupplicia adiiciens vel inuitus. De tempore futuru expounnt Lyra, & Dionyſius. In longinquum D tempus, hoc eſt in finem mundi differt dominus oſtendere ſe mihi, & complere omnes promiſſiones ſuas? nunc vero ſpernit me. Imo, inquit dominus, nunquam non te dilexi, cum perpetuo tibi proſpexerim, ideo miſericordia mea te ad me traham. Vel ſecundum Hugonem, in longum tempus differt dominus apparere nobis, & nos reducere è captiuitate Babylonica, & dominus reſpondet imo charitate perpetua dilexi te, ideo te reducam, nou merito vitæ tuæ, ſed mea ſola miſericordia, quem ſenſum inſinuat Theodoretus. De præterito tempore acceperunt Chaldæus paraphraſtes, Vatablus, & Iſidorus, pro olim: & erit ſenſus. Olim quidem apparuit dominus patribus noſtris, rebuſque noſtris proſpiciebar, at nunc videtur nos deſeruiſſe, reſque noſtras deſpexiſſe, cum Chaldæis nos tradiderit, & in captiuitate exiſtentibus nō adhibuerit remedium. Reſpondet duminus, imo perpetua tua caritate inflammatus eduxi te de Ægypto multis cumulatum beneficiis, quæ ſignum ſunt certum meæ miſericordiæ: ſic Chaldæus. Sed quia non ſatisfacit querelis de præſenti deſertione, melius dicemus, hac reſponſione ſatisfieri à domino & olim te dilexi, & modu te diligo, nunquam enim amor, quu te pruſequur, refriguit, in cuius ſignum, vides me nunquam tui ublitum deſeruiſſe, ſiquidem te attrabere curaui mea multa miſericurdia, ſi non blanditiis, ſaltem flagellis: quod non minoris ſignum eſt caritatis, quamuis tu inde culligas te derelictum itaque quud Babylunem ducaris captiuus, amātis me dici remedium eſt, te reducere volentis, non perdere. Quia quos amu, arguu, & caſtigo, & 2. Machab. 6. 13. rectè dictum eſt. Etenim multo tempure nun ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt iudicium. Nun enim ſicut in aliis nationibus, duminus patienter expectat vt eas, cum iudicij dies aduenerit in plenitudine peccatorum puniat, ita & in nobis ſtatuit, vt peccatis nuſtris in finem deuolutis, ira demum in nos vindicet. Propter quud nunquam quidem à nobis miſericordiam ſuam amuuet, corripiens vero in aduerſis populum ſuum non derelinquit. Sic de captiuitate Babylonica explicant Theudoretus, S. Thomas Vatablus, & Iſidorus, vnde & ſubiicit conſolationem, non de deſerui, quia adhuc ædificabo te.

Amor Dei perpetuus.

Apoc. 3. 19.
2. Mac. 6. 13.

4 *Rurſum.*] Probat duminus populum Iudæurum nun à ſe derelictum, ſed perpetuu dilectum, & ſi flagellauerit vt filium, quia rurſus ad ſplendurem C & antiquam opulentiam reducetur, & Theodoretus quidem, ac S. Thomas, hæc completa dicunt in reditu è Babylone, nam legimus lib. 3. Eſdræ, capite 5. 2. Quud Darius rex miſit vna cum Iudæis redeuntibus equites mille, dunec deducerent eus in Ieruſalem cum pace, & cum muſicis, & cum tympanis, & tibiis: & omnes fratres erant ludentes, & fecit eos aſcendere ſimul cum eis, quodque dicitur, plantabis vineas in montibus Samariæ S. Thomas dicit impletum in tribus ciuitaribus Samariæ, quæ dicuntur 1. Machab. 10. 30. additæ Iudeæ.

3. Eſdra 5. 2.
1. Mac. 10. 30.

Sed Iudæi quoniam vident hanc tantam felicitatem, quanta hic promittitur, non fuiſſe conſecutos redeuntes è Babylone, vt conſtat legentibus libros Eſdræ, de felicitate, & ædificatione Ieruſalem per ſuum Meſſiam, quem adhuc expectant, intelligunt, & R. Salumon, qui cum in hoc deci- D piantur, in illo veri ſunt, quia nunquam poſt reditum, hac pace, abundantia, & felicitate potiti ſunt: nec venerunt niſi cum ingenti metu, & ædificauerunt, templum, & vrbem manibus quidem pugnantes, ore autem Deum deprecantes, Tum etiam vt notat Hieronymus, & ceteri cum eo, quia poſt captiuitatem Samariam alieni poſſederunt, & non Iudæi, vt conſtat ex 1. lib. Eſdræ, c. 4. 10. & 17.

1 Eſdra 4. 10. 17

Quare Hieronymus, Rabanus, Hug. Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, verius hæc omnia explicant impleta in priori Chriſti aduentu, cum Eccleſia eſt ædificata, & per Apoſtolos amplificata ex Iudæis ad Chriſtum conuerſis: nam de ea explicuit Iacobus Actuum 15. Illud Amos 9. in die illo ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas eius, & Ezechiel ca. 36. 8. dixit, vos montes Iſraël ramos veſtros germinetis, & fru-

De Eccleſia Chriſti.
Act. 15. 16.
Amos 9. 11.
Ezech. 36. 8.

Ioan. 19. 15.
Matt. 21. 35.
Ier. 3. 5.

& fructum veſtrum afferaris populo meo Iſraël, propeenim eſt vt veniat, multiplicabu in vobis homines, omnemque domum Iſraël, & habitabuntur ciuitates, & ruinoſa inſtaurabuntur, & replebo vos hominibus, & iumentis, & multiplicabuotor, & creſcent, & habitare vos faciam ſicut à principio, boniſque donabo maioribus, quam habuiſtis ab initio & ſcietis quia ego dominus. Quod ſi boois maioribus eſt donanda virgo Iſraël, quam vnquam antea: cum nunquam peruenerit ad felicitatem temporis Dauidis, & Salomonis profecto de bonis ſpiritualibus per Chtiſtum adductis hæc loca ſunt accipienda: quod virgo Iſraël ſit in Eccleſiam ædificanda per Chriſtum, & Apoſtolos eius, & facta alluſione ad exitum de Ægypto, & ad choreas poſt tranſitum maris rubri, ſupernis ornamentis ornata, diu noctuquè vacabit canticis hymniſque ſpiritualibus, vt patet ex cap. 24. Lucæ 53. & ex Actibus, præſertim in 4. primis capitibus, *Luca 24. 53.* *Ex Samaria nr fundata Eccleſia* tum etiam dicit particulares Eccleſias, vinearum nomine ſignificatas, ex Samaritis fundandas, vt cæpit Chriſtus, cum Ioan. 4. multos conuettit Samaritanorum, & Actuum 8. cum audiſſent Apoſtoli, qui etant Ieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbom Dei, miſeruntad eos Petium, & Ioannem: & eccleſia, dicitur, per totam Iudæam, Galilæam, & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Dei, & conſolatione ſpiritus ſancti replebatur in montibus Samariæ, dicit quod ea prouincia eſſet montoſa, & montibus gaudeant vites. Hinc in nouo teſtamento frequenti ſermone dicitur de Eccleſia quod ædificetur, & quod plantetur: vt reſpondeat veritas figuræ, & promiſſioni res promiſſa. *Ioan. 4. 41.* *Act 8. 14.*

5 *Plantabunt.*] Illa verba: Plantabunt plantantes, & donec tempus veniat non vindemiabunt. Ex Hebræo ſic habent ad verbum: plantabunt plantantes, & profanabunt, aut communem facient, vt transfecuut Tigurina, Pagninus, & Vatablus: tum etiam Chaldæus ita expoſuit, & in communem vſum producent fructum: & licet Hugo, Lyra, & Dionyſius, hoc dicant addi ad præcedentem Eccleſiæ felicitatem, quod Apoſtoli, qui plantaturi dicuntur vineas, fructum non ſunt percepturi douec veniat tempus vindemiæ. At quia hoc non commendat vineas, expectare diem, quo afficiendi ſint præmio debito meritis plantandi, & excolendi vineas, magis eſt ad rem, vt ſit genus quoddã benedictionis, plantare vioeam, & eam profanare ſeu communem facere, hoc eſt, in publicos vſus vindemiare, vnde dixit Hieronymus, plantate plantaria, & vindemiate. Fuit enim lege ſtabilitũ vt tribos prioribus annis à plantatione arborum, fructus ita eſſent profani, & immundi, ac communes, videlicet gentibus, vt Iudæis veſci illis non liceret, qoarto vero anno conſecrabantur domino, at quinto profanabantur, & communes fiebant, illiſque veſci licebat: ita ſtatuitur Leuit. 19. 23. Quando ingreſſi fueritis terram, & plantaneritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma quæ germinant immunda erunt vobis, nec edetis ex eis, quatto autem aono omnis fructus eorum ſanctificabitur, laudabilis domino, quinto autem anno comedetis fructus. Pagninus ex Hebræo hæc ita vertit: Cum ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis omnem arborem cibi auferetis præputiũ eius, fructus, nẽpe eius, tribu annis erit vobis præputiatus, nõ comedetur eiu *Profanare quid* *Leu. 19. 23.*

A fructus: quarto antẽ anno erit omnis fructus eius ſanctus, laudabilis domino. Anno vero quintn comedetis fructus eius, vt addere faciatis vobis fructum eius. & Deuteronom. 20. 6. Et quis eſt vir qui plantauit vineam, & non profanauit eam: vadat & reuertatur ad domum ſuam, ne forte moriatur in prælio, & vir alius profanet eam. Vulgatus expoſuit verbum, profanauit, & necdum fecit eam eſſe communem, de qua veſci omnibus liceat. & Deuteronom. 28. 30. in maledictionibus numeratur, vineam plantabis, & non profanabis eam, aut vt Vulgatus, non vindemies eam. Erit ergo ſenſus. Apoſtoli harum vinearum plantatores plantabunt eas, & perueoient ad tempus vindemiæ, quo gaudebunt ipſi fructibus earum, & commonicabunt aliis plantatoribus, quia fide- *Deuter. 20. 6.* *Deuter. 28. 30.* *Senſus verus.*

B les aliarum Eccleſiarum, & paſtores, grarias Deo agent pro feruida caritate, aliiſque virtutibus, illarum Eccleſiarum, quod facit Paulus ad Rom. 1. pro Eccleſia Romana, quia fides illius annunciabatur in vniuerſo mundo, & 2. ad Corinth. capite 8. 1. Notam ait, facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ, quod in multo experimento tribulationis, abundantia gaodij ipſorum fuit, & altiſſima paopertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis enrum, de ſimilibus commendat famam bonam aliarum Eccleſiarum. *Ad Rom 1. 8* *2. Cor. 8. 1.*

Et quidem cum ſecundum legem ſupra inductam fructus trium primorum annorum immundi eſſent, & gentibus cõmunes, & quibus nemini liceret veſci, donec quarto anno oblati Deo ab ipſo purificarentur qoaſi prægustari, quinto iam

C profanabantur, & communes fiebant vt eis liceret veſci, & fiebat omnibus copia eorum: non diſſimili ratione primi fructus harum vinearum tanquam agreſtes adhuc, acidi, & immundi, & qui mores priſcos iudaicos, & gentilicios præſeferant, relinquendi ſuut tanquam non proprij fidelium, ſed communes gentibus, vnde vites ſatæ ſunt: non enim ſtatim Eccleſia, aut ex Iudæis, aut ex gentilibus congregata mores veteres dediſcebat, nam Iudæi veterem legem in multis obſeruabant, gentilium etiam mores fideles redolebant, vt olim egreſſi de Ægypto Iudæi, mores Ægyptiorum, & ſacrificia, quæ imbiberant obſeruabant, qui fructus propterea commones dicebantur infidelibus, & quibus veſci fidelibns uon licebat, ſed execrari deberent, donec quarto anno Deo offerren- *Ritus gentium ſanctificati in Eccleſia.*

D tur, vt ab eo ſanctificarentur, & ita ſanctificati, quinto anno poterant omnibus communicari, & vindemiari: ita ſanctificatæ ſunt Ægyptiorum ceremoniæ, & ſacrificia in monte Sina, vt quæ dæmonibus ſacrificabantur impiè, piè Deo immolarentur: ita cum Actoum 10. 13. iuberetur Petto, vt animalia, quæ in linteo illi oſtenſa fuerant, occideret, & manducaret, reſpoodit ille, abſit domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum, & dictum eſt ei, quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Nam fructus iam à Deo purificati, & ſanctificati communicari poſſunt omnibus, & omnibus eis veſci licet, iam vero gentiles fructus erant initiari Deo, & prægustari, vt poſſet merito, ac iurè Petrus eos mandocare, ſuamque fidem illis tradere, Chriſtique, & Eccleſiæ bona à Petro diſtribuenda, tanquam iam *Act. 10. 13.*

communia illis diſpenſare, & hoc eſt, plantabunt vineas, & profanabunt, ſeu vindemiabunt racemos earum, eos omnibus comedendos exponendo: interim donec à Deo fuerint purificati, non vindemiandos, vt ſua interpretatione expoſuit Vulgatus, nam per Chriſtum fructus euangelici ita ſunt maturi facti, vt liceat eis veſci omnibus gentibus, quod eſt tempus opportunum vindemiandi.

Deus præguſtator ciborum & operum. Videautem inſigné Dei curam, erga illum populum, & erga nos ſummam benignitatem, qui cibos nobis proponendis ipſe prægustat, ne nobis noceant, cum nullum fructum palam, publiceque omnibus edendum exponi permitteret, quin ſibi prius conſectaretur, vt ita ſanctificaretur, & ex immundo, & gentibus communi, iam purus fieret, & quem liceret profanare, id eſt, In communem vſum populo edendum tradere. Quo ſignificatur omnia opera noſtra immunda eſſe, ac polluta, nulloque cœleſti digna præmio, niſi dicata Deo ſanctificentur, & grata reddantur ei. Nam inde iam licebit nobis de illis gaudere, & nobis ipſis in domino gratulari, vt licuit Petro animalia illa à Deo prægustata, & purificata manducare. Sic enim Apoſtoli plantauerunt vineas, & fructus earum Deo ſanctificatos, tanquam boni diſpenſatores prægustarunt, & gratos, maturoſque iudicantes, aliis communicarunt, vt fructus qui prius ſolis facientibus proderant, & aliis prodeſſent: ex quo colligitur nullum fructum placere nobis debere, hoc eſt nullam noſtram doctrinam, nullum opus, niſi ab Apoſtolis prægustatum, niſi videlicet conſentiat doctrinæ Apoſtolorum, nam tunc licebit eiuſmodi fructum edere, taliqoe exercitatione exerceri.

Apoſtoli præguſtatores doctrinæ. Doctrina niſi præguſtata ab Apoſtolis noxia. 6 *Cuſtodes.*] Hanc prophetiam Theodoretus, Hugo, & S. Thomas intelliguot de reductione populi è Babylone, prænunciat enim cuſtodes vinearum, ſeu ſpeculatores luſtraturos terram Iſraël, & è montibus Ephraim, terræ decem tribuum, conuocaturos contenta voce omnes reliquias Iſraël, vt veniant ad montem Sion ad adorandum dominum, & Dei nomine hortaturos eos ad lætitiam, & exultationem contra hoſtes Chaldæos, qui illuc vſque in caput illis fuerant, ac domini, & iam erunt in caudam, & ad laudem, & preces, quibos petant à Deo, vt ſaluos faciat reliquias Iſrael. Videtur autem alludere ad id, quod factum eſt ab *2. Para. 30. 1.* Ezechia rege 2. Paralipom. 30. qui miſit nuncios, & ſcripſit epiſtolam ad Ephraim, & Manaſſem, vt venirent in domom domini in Ieruſalem. Nomine aotem Ephraim intelliguntur decem tribus, *Ephraim decem tribus.* quia vt ait Theodoretus, in ſorte Ephraim erant regia palatia conſtructa, & quemadmodom nunc inquit ab vrbe Romanorum dicimur omnes Romani, ita tũc omnes denominabũtur ab Ephraim. Quod vero dicit exultate in lætitia Iacob. Hebraicè dicitur exultate ליעקב Leiakob cum lętitia, vbi Iacob eſt in dandi caſu, vt denotat articulus, vnde putant qoidam eſſe inuerſum ordinem dictionum: & Iacob cum verbo dixit cooiungendum, vt faciunt Lxx. Sic dicit dominos Iacob, & Vatablus, deinde ſequatur, exoltate cum lætitia. Vel ponitur ל pro ב, vt inquit Vatablus, & dicendum, exultate in Iacob com lætitia, quomodo vertit Pagninos. Sed qoid nocet ſenſui? ſi Iacob ipſe, hoc eſt decẽ tribus, ad quas è monte Ephraim clamator, vt exultent, in vocandi caſu ponatur, vt faciunt Chaldæus, Hieronymus, Rabanus, & ceteri interpretes, nam Vulgatus vtrique lectioni accommodari poteſt. Tertio quod dicitur. Hinnite cootra caput gentium: Hebraicè dicitur, exultate, iubilate, aut hinnite in caput gentium, vel in capite gentium: & propoſitio ב Beth in, eaſdem ferè habet ſignificationes apud Hebræos, quas habet apud latinos: ita Lxx. verterunt in caput geotium, & Vulgatus accepit pro contra, & Theodoretus, & S. Thomas expoſuerunt aduerſus gentes Aſſyriorum, & Chaldæorũ, qui deiecti ſunt, cum populus eſt liberatus, & reductus Ieroſolymam: vel contra gentes vicinas, quæ, vt habetur in libris Eſdræ, inuidia rumpebantur, & conabantur opus templi, & vrbis conſtruendæ impedire: contra qnas iubet gloriari, & vt gloriabundus exultet, videns eas non potuiſſe prænalere.

Verior ſenſus. Veruntamen ceteri omnes interpretes Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus de decem tribuum conuerſione ad fidem Chriſti exponunt: qoia Apoſtoli, virique Apoſtolici peragrantes Samariam, & regionem decem tribuum, è montibus eius, & editis collibus, vt mos erat, euangelizantibus, iuxta illud Iſaiæ 40. 9. Soper montem excel- *Iſ. 40. 9.* ſum aſcende, tu qui euangelizas Sion, omnes hortabantur vt confluerent ad Eccleſiam in monte Sion fundatam, & vt exultarent cum parte Eccleſiæ præcipua è gentibus congregata, & illi communicarent ſuam felicitatem, & vt cum gaudio precarentur dominum, vt reliquos Iſraëlitas nondum conuerſos ad ſalutem adduceret, ita in vniuerſum, hunc locum explicant interpretes. Sed in eius verbis expoſitione variant: hinnite in caput, vel in capite gentium. Nam ſi legamus, in capite gentium, vt legunt Chaldæus, Tigurina, & Pagninus, erit ſenſus ſecundum Vatablom. Edite vocem teſtem interni gaudij in turba præcipua, aut in medio gentium, vel inter geotes, ſiquidem & ipſæ vocantur ad ſalutem, & non tantum Iſraël. Vel hoc modo: hinnite in capite gentium, hoc eſt, in primis è gentibus fidelibus, inuitantes eos ad eaſdem laudes Chriſto decantandas, ne vereantur non admitti quaſi alienæ à Deo, nec Iudæi ipſas vitarent, vt faciebant quidam in primitiua Eccleſia, de quibus Apoſtolus frequenter loquitur, & Petro idcirco iuſſum eſt veſci immundis animalibus, ſignificantibos gentes, vt ex vtriſque fieret vna Eccleſia ſub vno Chriſto militans, & vni Deo laodes mutoas decantans, & quaſi in choro reſpondens, vt faciebant principes Iſraëlitarum cum ingrederentur terram promiſſam Pſalm. 67. Nam ita hi ingreſſi in *Pſ. 67. 27* Eccleſiam cantabant coniuncti in medio iuuencularum tympaniſtriarum, id eſt virginum, aut *Primorũ fidelium exultatio.* Eccleſiarum fidelium, in hymnis, & canticis ſpiritualibus. Vbi erant principes Zabolon, & principes Nepralim, & caput, id eſt principes gentium, ſed Apoſtoli principes Iuda duces erant eorum. Poteſt & hic eſſe ſenſus, hinnite in capite gentium, hoc eſt vos primi, antequam gentes, fruimini læto euangelij nuncio, nam vobis primum promiſſum eſt, & rogate, ne tot, ac tantis beneficiis priuemini, ne vobis nolentibus admittere, conuertat ad gentes, eaſque vobis tanquam indignis deſertis admittam.

Quod

Quod ſi legamus: Hinnite in caput gentium, ſi in, accipiatur pro contra, hoc eſt aduerſus caput, erit ſenſus Lyræ, & Dionyſij, hinnite, & edite vocem lætitiæ contra diabolom, qui fuit caput gentium per idololatriã. Si verò accipiatur pro contra, hoc eſt coram vel erga, vel ad gentes, eſt ſenſus Hier. Rab. & Dion. hinnite, ad caput genrium cũcta referentes, quia cauda quondam verſa eſt in caput. Hoc eſt, cuncta veſtra gaudia referte ad gẽtes, quæ præcipuum locum obtinent in Eccleſia Chriſti, vt caput in corpore, vel lætamini de con-

Pſ. 76. 3 uerſione gentium ad ipſaſque reſpicite: nam Pſ. 76. contra, pro ad, capitur, in die tribolationis meæ Deum exquiſiui, manibus meis nocte contra

Act. 21. 18. eum, id eſt, ad eum, quod factum refertur Actuum 21. Nam introiens Paulus ad Iacobum, omnibus B ſenioribus collectis, narrabat per ſingula, quæ Deus feciſſet in gentibus per miniſterium ſuum: at illi cum audiſſent magnificabant Deum. Quod ſi caput accipias pro principio, duce, principe, & capitaneo, vt Hebræum nomen Ros, accipitur, poteſt & hic eſſe ſenſus. Hinnite ad primos, ſeu primitias gentium, vos qui eſtis primitiæ Eccleſiæ ex Iudæis, vt illos veſtro exemplo excitetis ad idẽ officium hilaritatis, & laudum Deo, ob nouam fidem, nouum lumen, nouam vitam, & ſimilia. *Dadles vn relincho de alegria para que ellos os reſpondan con oſtro*, vt ſolent equi exultantes hinnitu ſibi inuicem reſpondere.

7 Adducam.] Chaldæus cum Hebræis, Theodoretus, Hugo, & S. Thomas de reditu populi è Babylone hæc verba intelligunt, ait enim dominus adducturum ſe de Chaldæa terra aquilonari & de C extremis terris vniuerſum populum cuiuſcunque ætatis, ac ſexus ſit, nullumque relicturum quantũuis debilem, ac infirmum. Addit in fletu venient, & LXX. Chaldæus, & Theodoretus intelligunt de egreſſu in captiuitatem, flentes egredientur, vel

Pſ. 125. *Reditus è Babylone cum lætitia.* ibunt, & clementiſſimè reducam eos, iuxta illud Pſ. 125. Eontes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua, venientes autem venient cũ exultatione portantes manipulos ſuos, iuxta quem ſenſum, verbũ, venient, Vulgati, poteſt explicari, veniẽt in Chaldæam, quia prophetice loquitur Ieremias. Aut ſi propriè accipias, veniẽt è Babylone cum fletu, intellige cum S. Thoma, præ lætitia quorundã pro-

1. Eſdræ 3. 12. pter reditum, & præ triſtitia aliorum videntium terræ vaſtitatem. Dicitur enim 1. Eſdræ 3. 12. Plurimi de ſacerdotibus, & Leuitis, & principes patrũ, & ſeniores, qui viderant templum prius, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna, & D multi vociferantes in lætitia eleuabant vocẽ. Nec poterat quiſquam agnoſcere vocem clamoris lætantiũ, & vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul: oſteodit autem dominus oblectationem, quam animo concipient reuertentes cum dicit, reducturum ſe eos iuxta riuos aquarum per viam rectam, non per tranſuerſam, & longiſſimam

Pſ. 106. 40. vt olim cum venerunt ex Ægypto per ſolitudinẽ, vbi ſæpe fecit eos errare in inuio. Huius vero Dei curæ erga populũ dicit eſſe rationem, quod ſis pater toti Iſraëli, & eo amore proſequator Ephraim, quo ſolet pater primogenitum proſequi: vocat autem Iſraëlem Iudam, & Beniamin, qui reducti ſunt, Ephraim autem decem tribus, qui ita vocantur, vt ait Hieronymus, quod Ieroboam ex hac tribu primus regnum Samariæ obtinuit, Ephraim

A autem licet poſterior filius Ioſeph, at ſurripuit primogenita Manaſſæ, vt legimus Gen. 48. & ex decem tribubus, pauci aliqui, reliquiæ ſcilicet redierunt. *Gen. 48. 7. 20.*

Septuaginta pro illis verbis, Cõgregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cæcus, & claudus & prægnans, & pariens ſimul, cætus magnus reuertentium hoc: ipſi verterunt ſoli: Congregabo eos ab extremo terræ, in ſolennitate Phaſe, & generabit filios multos: vt legimus in B. Hieronymo, & in Bibliis Complutenſibus, & regiis, & in codice vaticano: quamuis Theodoretus ita legat, Congregabo eos in feſto Phaſe ab extremo terræ. Inter eos claudus, cæcus, prægnans, & pariens, vnanimi conſenſu cætus magnus. Voluerunt vt ait Theodoretus, deſignare tempus re- *Reditus è Babylone poſt diem paſcha.* B ditus è Babylone, nam vt ex Iudæorum oriente, refert Hieronymus, poſt diem paſchæ egreſſi ſunt è Babylone Iudæi; quod tamen ex libris Eſdræ non poteſt deduci, ſi de primo reditu loquamur à Cyro conceſſo: nec ex Ioſepho. ſed ſeptuaginta ex traditione id nouiſſe credendum eſt.

Senſus verior de ſtatu gratiæ. Verum Hieronymus, Rabanus, Hugo etiam, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus de negocio euangelico explicant, ac de conuerſione Iudæorum ad Chriſtum. Nam in tempore Eſdræ, ait Hieronymus, vniuerſa quæ legimus, & lecturi ſumus fuiſſe completa, non poterunt approbare. Iudæi adducti ſunt ad fidem è captiuitate ſpirituali, ex omnibus mundi partibus, abſque perſonarum acceptione coiuſcunque conditionis, ætatis, ac ſexus, vt ait *Ad Gal. 3. 28.* C Paulus ad Galat. 3. In Chriſto non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber: non eſt maſculus, & fœmina, omnes enim ſu- *Ad Col. 3. 11.* mos in Chriſto Ieſu: idem ad Coloſſ. 3. & quacunque teneantur ægritudine ſpirituali, quæ eorum viam ad fidem impedire poſſit, etiam ſi cæci fuerint ignorantia, & claudicauerint duabus viis, quamuis & de ſanitate corporea à domino infirmis conceſſa poſſe intelligi dicant Hieronymus, Rabanus, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus, quod prophetauit Iſaias capite 35. cum dixit, Tunc aperientur oculi cæcorum, & ſaliet ſicut ceruus claudus: & Lucæ 14. Præceptum eſt, exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos introduc hoc. *Infirmi à Chriſto ſanandi. Iſ. 35. 5. Lucæ 14. 21.*

Aptiſſimè autem dictum eſt cætus vel Eccleſia D magna reuertentium, non excedentium, quia vt *Naz.* notauit Nazianzenus oratione 38. de Natiuitate Chriſti, reuerti eſt cum eum locum repetit *Reditus ad Deũ.* quis, ad quem aliquando perrexeris, cum contra ſit peregrinari ad eum locum ire, ad quem nunquam antea perrexerat. Quoniam igitur anima nobis à Deo inſpirata eſt, eique aliquando propinqui eramus, non quidem loco, ſed voluntate, animique inſtituto, verum propter peccatum ab eo excidimus, aptiſſimo vocabulo noſtra cum Deo coniunctio, & conciliatio reditus appellatur, vt quemadmodum ait Paulus: peccatum veius non ſecus ac veſtem quandam cariosſam, ac vetuſtate eroſam abiicientes, nouum hominem induamus, hoc eſt virtutem, aut etiã ipſum Chriſtum. Hæc Gregorius.

Reditus autem hic ſpiritualis factus dicitur in ſolennitate paſchæ, hoc eſt, vt rectè Hieronymus,

in feriis Dominicæ paſſioois, quando exaltatos à terra Chriſtus, omnia traxit ad ſeipſum, & generauit filios multos, iuxta illud Iſa. 53. ſi poſuerit pro peccato animam ſuam videbit ſemen longæoom: vno enim die tria millia, altero quinq; millia crediderunt Actuum. 2. & 4. capite. A

Iſ.53.10. Act.2.41. Act.4.4

Cum fletu, ait, venient ad fidem, & Eccleſiam præ gaodio, vt explicant Hieronymus, & Vatablos, vel præ contritione pro anteacta vita, vel præ dolore, & compaſſione pro Chriſti nece, vt volunt Lyra, & Dionyſius, iuxta illud Zachariæ 12. in die illa erit planctus magnus in Ieruſalem, & plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum. Vel certe pro vtroqoe, nam noui fideles videntes nouam vitam, quam ingrediuntur præ exultatione flent, ac lacrimantur, & ſimiliter dum conſiderant ſuperiorem ſuam vitam amariſſimè dolent, B & lamentantur.

Zach. 12. 11.

Ad conſolationem addit venturos iuxta torrentes aquarum, hoc eſt iuxta doctrinas Apoſtolorũ, & virorum Apoſtolicorum, qui fontes dicontor, vt notant Hieronymus, Rabanus, & Dionyſius, & doctrina eorum aqoa, ſeu fluenta, de quibus dicitur Pſ.67. in Eccleſiis benedicite domino de fontibus Iſraël, & Iſa 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris, & 35. Sciſſæ ſũt in deſerto aquæ Lyra intelligit ſacramenta, in quibus dantur aquæ gratiæ, de qua Ioan. 4. qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei oon ſitiet in æternum, & c.7. ſi quis ſitit, dixit Chriſtus, veniat ad me, & bibat: qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Fluenta Apoſtolorum. Pſ.67.27. Iſ.12.3. Iſ.36.6. Ioã 4.13 Ioan.7.37.

Sed quid oomine Iſraëlis, & nomine Ephraim intelligitur, cum Deos propter amorem eorum C dicat hæc omnia booa collaturum. Hieronymus, Rahanus, Lyra, & Dionyſius volunt nomine Iſraëlis intelligi Iudæos conuerſos, nomine vero Ephraim conuerſos ex decem tribubus, quales fuere Petrus, Aodreas, Philippus, Natanael, Ioã. 1. Quia vero Ephraim minor filius Ioſeph ſurripuit primogenita maioris Manaſſe, ſicut Iacob Eſau, & in myſterio crucis decuſſatis manibus qui ſtabat ad ſiniſtram Iacob dextræ manus eius ſuſcepit benedictionem, & factus eſt primogenitus, idcirco popoli gentium typus fuit, quæ primogenita Iudæorum in Eccleſia ſorripuerunt: nam promiſſionum, qoæ illis factæ ſunt: complementa hæ ſuſceperunt: quod illi eas reſpuiſſent. Poteſt & Iſraël accipi pro duodecim tribuhus, Ephraim vero pro decem, vt oſtendatur ex omnibus tribubus aliquos conuerſos ad Chriſtum Eccleſiæ fuiſ- D ſe aggregatos.

Ephraim & Iſrael quid notent. Ioan.1.45.

8 *Audite.*] Et hæc ſimiliter Theodoretus Hngo, & S. Thomas com Chaldæo intelligunt de felici liberatione, & reditu è Babylone, & gaudio, & affluentia bonorum, quæ illis contulit dominus in Iudæa. Iubet enim geotibus promulgari tantam felicitatem, vt quemadmodum ſtupuerunt de populi Iſraelitici calamitate, & gauiſæ ſunt, ita modo admirentur de bono illius, & congratulentur ei. At Hieronymus, Rabanus, Lyra, Dionyſius, & Vatablus, qoibus videntur ex parte ſuffragari Hugo, & S. Thomas volunt hæc iotelligi de liberatione per Chriſtum, à iugo diaboli, & de affluentia bonorum ſpiritualium, quæ per ſacramenta, & ſuas inſpirationes largitur dominus fidelibus ſuis in Eccleſia militantibus. Iubet autem hæc bona gentibus conuerſis denunciari vt & ipſæ participes fiant, & gaudeant de conuerſione Iudæorum. Et quidem ſi cooferamus copiam, & magoitudinem bonorum, quæ hic promittuntur, cum penuria, & paruitate bonorum temporalium, quæ haboerunt in Iodæa liberati è captiuitate, inueniemus nulla ratione de illis poſſe hæc iotelligi. Quid enim habet affluentia harum tam magnificarum promiſſionum, niſi dixerit eſſe hyperbolicas, com miſeria, ac penuria, quam refert Aggæus, c. 1. prohibiti, inquit ſunt cœli ne darent rorem, & terra prohibita eſt ne daret germen ſuum, & vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, vinum, & oleum, & quæcunque profert humus. Quæ autem pinguedo ſacerdotum ex pinguedine oblationum, quarum portio illis cedebat collata com macerie, quam deſcribit Malachias, c. 3. cum ait, & dixiſtis, in quo configimus te in decimis, & in primitiis, & in penuria vos maledicti eſtis. Inferte omnem decimam in horreum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc. Quæ vero hic promiſſa benedictio ſacerdotibus, cum Malachiæ 2. maledictis inceſſantur, & quaſi contemptibiles deſpiciantur. Vere igitur hæc cõpleta credimus in Eccleſia militante, in qua eſt frumentum illud de quo Zachar. c. 9. Quid eſt bonum eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germioans virgines, & 71. Pſ. erit firmamentum in terra in ſummis montium, hoc eſt frumentum, aut placenta tritici in capitibus ſacerdotem, & oleum, de qoo Pſal. 22. impinguaſti ui oleo capot meum. Imo adeo ſunt hæc bona promiſſa excellentia, vt putat Lyra, io militanti Eccleſia non fuiſſe completa, ſed in triumphanti complenda ſperemus, qoam ſententiam confirmat Hieronymos, & eum ſecutus Rabanus cum inquit. Quæ omnia nunc ex parte tribuuntur tunc autem dabuntor in pleno, quando viderimus facie ad faciem propter illod, quo dictum eſt, & vltra non eſurient: quod tunc implebitur tantum, cum ſatiabimur ab vbertate domus Dei, & à flumine, quod egreditur de domo eius.

Aggæi 1.10. Malac. Mal.c.22. 3.8. Eucharistia affluit in eccleſia. Zach. 9.19. Pſ.71.16 Pſ.22.5. Pſ 35.9

Sed non eſt neceſſe propter hæc verba affirmare hæc in Eccleſia militanti oon fuiſſe completa. Nam ex Hebræo ita habent, & non addent vt doleant vltra, vt diſcrucientur, aut ſint ſoliciti, vt legunt Chaldæus, Tigurina, & Pagninus, quia videlicet, vt volunt Hieronymus, Rabanus, Dionyſios, & Vatablus, nemo fidelium ſolicitus erit in Eccleſia de bonis ſpiritualibus, quaſi ex penuria non inueniantur, quia vt dicitur Pſal. 33. tantom requiritur qui aperiat os, & inquirat, inquirentes autem dominum noo deficient omni bono. Nec enim loquitur propheta de eſurie, quæ eſt cupiditas edendi, hæc enim tantum abeſt, vt extinguatur, vt potios excitetur, & creſcat. Nam qui edunt me, ait diuina ſapientia, adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient. Sed de eſurie metooimicῶs pro cauſa, quæ eſt penuria alimentorum, ex hac enim ſtatim excitatur famis, creſcit eſories, & non eſt quo ſatisfiat appetitui, hac ratione dicitur eſuries verbi Dei paucitas concinatorum, in Eccleſia ergo non erit vltra eſuries, quia tam copioſe bona omnia ſpiritualia, & fontes, inde illa emanant, ſuppeditantur à Deo, vt nemo dicere merito poſſit ſe penoria laborare, & inopia, cum tamen cupiditas in dies magis augeatur, quæ tamen in cœleſti patria omnino ſatiatur.

Pſ. 32.8. Pſ.33.11 Eſuries nulla in eccleſia. Eccl.24.29.

9 In

9 *In excelſo.*] Locus difficilis negocium faceſcit A multis, ad cuius intelligentiam, illud eſt ſtatuendum. *Ramah* Ramah, (quod tanquam nomen appellatiuũ excelſum ſignificans, vt tranſtulit hoc loco Vulgatus, & Chaldæus, omneſque interpretes acceperũt vt Ezechielis 16.24. *Ezech. 15 24.* Er feciſti tibi Ramah. in cunctis plateis. Aquila, Symmachus, Theodotio, & Pagninus excelſum tranſtulerunt Lxx. proſtitutionem, Vulgatus proſtibulum:) tanquam proprium nomen potius accipiendum, tum quia Lxx. & qui Græcè tranſtulir euangelium Matthæi tanquam nomen proprium reliquerunr, tum etiam Chaldæus Paraphraſtes, & Theodoretus, tũ quia nihil eſt quod huic acceptioni obſtet, cùm conſtet ex ſcriptura Ramah nomen loci eſſe. Triplici *Ramah triplex.* loco hoc nomen nouimus inditum. Nam Iuſtinus B Martyr in dialogo cum Triphone meminit vrbis *Iuſtinus mart.* Ramach. in Arabia. & Iudicum 15.17. Samſon locum, in quo percuſſit mille viros mandibula aſini, *Iudic. 15. 17.* vocat Ramatblechi, quod eſt eleuatio maxillæ. Eſt & alia vrbs ita dicta, quæ cecidir ſorte Beniamin, v legimus Ioſue 18.55. vicina Gabaa, & Bethel, *Ioſue 18. 25.* & Ieruſalem, à Bethlehem diſtabat duodecim milliaribus, vt ait Hugo, hoc eſt quatuor leucis. Ibaturque in Ramah per mediam Ieruſalem, quæ æque diſtabat ab vtraque, nempe duabus leucis, à meridie verſus ſeptentrionem. vnde Iudic. 19. Leuita *Iudic. 19. 10.* inclinato ad veſperum die profectus è Bethlehem, occidente ſole venit ad Iebus, ſeu Ieruſalẽ, & inde Rama ante noctem potuit peruenire, manſit autem in Gabaa, quia ſol occubuit. De ea Hieronymus *Hoſee 5.* ſuper illa verba 5. capitis Hoſeæ, Clangite huccina in Rabaa, tuba in Rama, ſic ait. Iſtæ C duæ ſunt in tribu Beiamin vicinæ ſibi mutuo ciuitates, id eſt, Gabaa, in qua nat⁹ eſt Saul, & Rama, quæ eſt iuxta Gabaa in ſeptimo lapide ab Ieroſolymis ſita, hoc eſt, ſeptimo milliario: nam milliaria lapides Romanis vocantur ex Cai Grachi inſtituto, *Milliaria & lapides idem. Plutarc.* vt ex Plutarcho in eius vita colligitur, qui columnis lapideis milliaria diſtinguere excogitauit. Per hanc vrbem tranſibant Iudæi, quos captiuos ducebat Babylonem ex Ieroſolymis Nabuzardan; Vnde & Ieremiam remiſit liberum, vt dicitur cap. 40. *Ierem. 40 1.* his verbis Sermo, qui factus eſt ad Ieremiam à domino: poſtquam dimiſſus eſt à Nabuzardan magiſtro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium, qui migrabant de Ieruſalem, & Iuda, & ducebantur in Babylonem, quæ hiſtoria viam aperit ad intelligendam prophetiam, quam præ manibus habe- D mus. Proponemus ergo aliorum expoſitiones, & mox potiorem eligemus, tam huius loci, quam Matthæi, qui eum refert.

Quæſtio de intelligentia huius vox in Rama audita eſt. Antiquorum expoſitio fuit, quos ſequitur Origenes homilia 3. in diuerſos, & Auguſtinus in lib. Q. veteris, & noui Teſtamenri. q. 62. & Hugo, loqui prophetam, ſicut & Matthæum de occiſione Beniamitarum pro flagitio cõmiſſo in vxorẽ Leu. Iudicum 19. 20. & 21. ex qua tantum ſexcẽti viri remãſerũt. Inducitur ergo Rachel mater Beniamin, *1. expoſitio. Origen. Auguſt.* & æmula Liæ, cõſpecta Liæ fœlicitate in eo, quod pro Chriſto filij eius in Bethlehem de tribu Iuda interfecti ſint, dolere, ac miſerabiliter lamentari *Iudic 19 20. & 21.* ſoos filios in Gabaa propter dictum flagitiũ in occiſos infœliciter abſqoe vlla ſpe ſalutis ipſorum, quod non tantum ea fœlicitas eis non contigerit, ſed potius omnino perierinr: Adeo autem vehementer eiulabar, & lamentabatur Rachel in Ga- A baa Beniamin, vt in proxima ciuitate Rama illius audiretur eiulatus, & lamentatio: ſic illi explicant prophetam, & Matthæum. At quæro ab his interpretibus, cùm dicit Matthæus. Tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam prophetam: quid dicat adimpletum? num quod ipſe Ieremias prophetauit, an quod accidit tempore Iudicum in Gabaa; Si quod accidit in Gabaa, immeritò dixit dictum per Ieremiam: deinde tunc non plorauit Rachel filios pro pietate occiſos, ſed propter flagitium, à Mattheo vero inducitur plorans filios, ſed martyrio illuſtres. Si dicat adimpletum quod fuit ab Ieremia prædictum: ille non prædixir, quod iam multis ante annis acciderat in Gabaa, ſed futurum aliquid prædixit, quod B ſanè modo quærimus quid ſit?

Hieronymus, Rabanus, & Hugo intelligunt loqui prophetam de lamentatione matrum deplorantium captiuitatem decem tribuum, quia enim *2 expoſitio.* Ephraim fuit filius Ioſeph, & hic filius Rachelis, inducitur mater Iſraelitarũ, qui dicunrur Ephraim propter rationem iam dictam miſi eos in captiuitatem ductos lamentari, quia non ſuot reuerſuri vnquam vnde conſolationem adiectam, [quieſcat vox tua à ploratu, & reuertentur de terra inimici] de reuerſione ad fidem exponunt: Vnde & ſubdit. Audiens audiui Ephraim tranſmigrantẽ; vt oſtendat clariùs de decem tribubus fieri ſermonem. Vocem hanc autem Rachelis dicit ad excelſum, ad cœlos vſque perueniſſe. Et ſanè ſi de ſpirituali omnium Iudæorum conuerſione ad fidem loquatur propheta, & ſic velit conſolari decem tribus ſuam C calamitatem deflentes, non eſt expoſitio incongrua. At quorſum dixit Matthæus, tunc adimpletum eſt: quod dictum eſt per Ieremiam: quia nunqoam id accidir aut alicubi refertur, quod Rachel plorauerit decem tribus, ſed afflictio perſonarum eſt ad commiſerationem excitans: quę in hoc ſolo poteſt accommodari infantium Bethlehemiticorum occiſioni, ſed hac ratione melius poſſit accõmodari fletus matrum in Ægypto deflentium filios ſuos in flumen proiectos: aut fletus mulierum deflentium viros aut filios in bellis tam frequenter occiſos, & hæc dici poſſent adinpleta in infantium nece: præſertim quod nõn ſit ratio, propter quam vox Rachelis audita dicatur in Rama, potius quam in Gabaa, aut in Ieruſalem, quæ nõ ſpectãt vllo modo ad decem tribus, ſed ad Beniamin, ſed ſi fleſſe dicenda eſſet decem tribus, potius vox D eius fuiſſet dicenda audita in Samaria aot monte Ephaim, & non in Rama. Atqui non eſt hoc, quod dicit Ieremias, & Matthæus eſſe impletum in nece infantium.

Quidam Iudæorum prophetare putãt Ieremiã, *3. expoſitio.* vt refert Hieronymus, captiuitatem Iudæorum tempore Titi, & Veſpeſiani, qui Romam ducebãtur per viam Ephrata, vbi ſepulta erat Rachel, vel ſub Adriano Imperatore ducebãtur eadem via, in mercatum Therebinti, vt in eo venundarentur. Eos enim abeuntes è terra ſua inducitur mater Rachel, ceteras matres deſignans, eiulatu miſerabili, & planctu proſequi. Sed ſi de calamitate poſt aduentum Chriſti Iudæis accidenri, prophetauit Ieremias, meliùs, ac certiùs de nece infantiũ eſt intelligendus, vt Matthæus intellexit.

4. expoſito. Iuſtinus Origen. Iuſtinus martyr, Origenes locis ſupradictis, Theodoretus, Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus, quibus videntur aſſentire Hieronymus, &

Rabanus, exiſtimant prænunciati à propheta ne-
A cem infantiom, & matrum ipſorum fletum, qui
ab Herode ſunt interfecti. Inducitur autem Ra-
chel plorans filios ſuos, vel quia Herodes non tan-
tum infantes ea tribu Iuda, ſed etiam ea tribu Ben-
iamin interfecit, vt ait Origenes, vel quia pietatem
matrum deſignat, quæ fleuerũt filios ſuos, vel cer-
tiùs iuata alios omnes, quia ſepulta fuit Rachel in
Gen. 35. 19. Ephrata, hoc eſt in Bethlehem, Gen. 35. Cùm o-
biit ea parte Beniamin, ipſa pro loco accepta, &
deinde pro omnibus matribus Bethlehemiticis,
duplici metonimia, rectè dicitur Rachel plorare
filios ſuos, hoc eſt, Bethlehem, & deinde matres
Bethlehemiticæ: cuios vox audita fertur in eacel-
ſo, & horreodum grauiter cœlum polſaſſe quere-
Iuuenc. relis, vt cecinit Iuuencus. Vel in Rama Arabiæ vt
B ait Iuſtinos, vel in Rama Beniamin, vt alij, quo ſi-
gnificetur adeo creuiſſe eiulatum, vt ad vrbes lon-
ge diſſitas tumor eius peruenerit. Hunc autem eſ-
Mat. 2. ſe Ieremiæ ſenſom conſtat ex Matthæo, qui cap.
17. 2. poſt necem infantum relatam, ſubdit: Tunc ad-
impletum eſt quod dictum eſt per Ieremiam pro-
phetam, dicentem: Vox in Rama audita eſt, plora-
tus & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos,
& noluit conſolari, quia non ſunt. Ergo Ieremias
de hac oece propbetauit: ſiquidẽ in hac oece pro-
phetia eius impleta eſt. Sed cùm multipliciter di-
catur prophetia aliqua impleri, vt poſt dicemus:
quando hęc Ieremiæ prophetia propriè fuerit im-
pleta inquirimus.

3. expoſitio. Verior ergo, & magis pnpria, & literalis expo-
ſitio huius loci eſt, quam afferunt Chaldæus, ſao-
C ctus Thomas, Vatablus, & Iſidorus, tum etiam
Maldonatus noſter ſoper 2. Matthæi, eamqoe in-
dicat Theodoretus, quod nempe prænũciet dolo-
rem maximum, & miſerandum eiulatum duarum
tribuum, & maximè matrum eorum, qui captiui
ducendi erant è Ieruſalem Babylonem per vrbem
Rama: Vt quidẽ ducti ſunt, & refert ipſe Ieremias
cap. 40 quem ſupra retolimus, quia vero Rama eſt
vrbs tribus Beniamin, cuius mater fuit Rachel, in-
ducitur deflens in Rama filios ſuos Beniamiuitas,
qui ea Ieroſolymis, aliiſque ciuitatibus ad ſortem
Beniamin pertineotibus, Rama tranſibant capti-
ui & ea affinitate, & ex commiſeratione reliquos
ex tribu Iudah. Inducitur autem Rachel mortua
plorans ad maioris cõmiſeratioois affectus, & ca-
lamitatis augmenti ſignificationem, quod tanta
futura ſit, vt noo ſint ſatis viuentes, aut quod ne
vna mater ſuperſtes futura ſit, quæ illam fleat, ſed
D ſit neceſſe mortuos excitare. Verba Chaldæi hæc
ſunt: Voa in excelſo ſeculi audita eſt, voa domus
Iſrael, qui plorant, & gemunt poſt Ieremiã pro-
phetam, quando miſit eam Nabuzardan princeps
occideotium de Rama. Rachel lamentatur, & plo-
rat in amaritudine Ieruſalem, plorat ſuper filios
ſuos, quia migrauerunt, hoc eſt, quia non ſunt,
Hebraicè, quia non ipſe, aut non eſt, ſupple ne
vnus quidem: quia omnes tranſlati ſunt Babylo-
nem.

Addit dominus conſolationem, iubens, vt cõti-
Deus acceptas lacrymas ob maiorũ merita. neant fletus, & lacrymas, quia, inquit, eſt merces
operi tuo: hoc eſt ſecundum Chaldæum, S. Tho-
mam: Habes iam comparatum meritum patrum
tuorum iuſtorum, qui meruerũt, vt has tuas lacry-
mas ſuſciperem, & te propter illos liberarem, hoc
præmio afficiens fletum tuum illo merito circun-
ſeptum, aut ſecundum Theodoretum, Vatablum
& Iſidorum: Hæc merces debetur labori tuo, &
pœnitentiæ, quam in captiuitate ſuſtinuiſti, vt re-
uertaris de terra Chaldæorum, & ſic eſt ſpes quod
poſteritas tua, hoc eſt filij tui, qui ſupererunt tran-
ſactis 70. annis reuertentur ad regionem ſuam, &
ſuam quiſque ciuitatem, vt liber Eſdras docet im-
pletum. Ita intelligunt Chaldæus, Theodoretus,
Vatablus, & Iſidorus. Poteſt & rectè intelligi ſe-
cundum Hieronymũ, Rabanum, Hugonem, ſan-
ctum Thomam, & Vatablum, qood ad conſola-
tionem Rachelis, & plebis Iudaicæ euntis, ac per-
manentis in captiuitate, promittat illis reuerſionẽ
filiorum ſuorum ad fidem Chriſti, quam meruerũt
patres eorum, quam dicit iure ſperandam, vt ſaltẽ
in fine ſæculi reliquiæ ſaluæ fiant. Nam ad hanc
conſolatiooem adiiciendam locutus eſt de captı-
uitate.

Prophetiam autem impleri quatuor modis Prophetia 4. modis impletur.
contingit. Primò, cùm id fit, de qoo in pro-
prio, & literali ſenſu intelligebatur, vt Matthæus
cap. 1. 22. de illa Iſaiæ prophetia. cap. 7. 14. Ecce
virgo concipiet, & pariet filiom, dixit, hoc totũ Mat. 1. 22.
factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à do-
mino per prophetam dicentem, Ecce virgo con- Iſa. 7. 14.
cipiet.

Secundò, cùm fit non id, de quo propriè intel-
ligebantur verba prophetiæ, ſed id, quod per illud
ſignificabatur. Vt illod 2. Reg. 7. 14. quod de Sa- 2. Reg. 7. 14.
lomone propriè dicitur; Ego ero illi io patrem, &
ille erit mihi in filium. Paulus ad Hebr. 1. 6. quaſi ad Heb. 1. 6.
de Chriſto impletum interpretatur, cuios ille fi-
gura erat. & quod Exodi 12. 46. dictum eſt propriè Exod. 12. 46.
C de agno, Os non comminuetis ea eo, Ioannes e. Ioan. 19. 36.
19. 36. in Chriſto dixit impletum, qui per agnum
ſignificabatur.

Tertiò, cùm nec id fit, de quo propriè intelligi-
tur prophetia, nec id, quod per illud ſignificatur:
ſed quod illi ſimile, & omnino eiuſmodi, vt pro-
phetia non minus aptè de eo, quam de quo dicta
eſt, dici potoiſſe videatur. Vt, popolus hic, labiis
me honorat, de Iudæis, qui tempore erant Iſaiæ,
dixerat Deus, Iſa. 29. 13. Chriſtus autem in Iudæis Iſa. 29. 13.
ſui temporis impletum ſignificat, Matth. 15. 7. 8. &
ſimile aliud. Mat. 13. 14. Mat 15. 7. 8

Quartò, tunc ſcriptora dicitur impleri, & cumu- Mat. 13. 13. 14.
latiſſimè fieri, cum idipſum, quod per prophetiã,
aut ſcripturam dictum erat, quamuis iam factum
fuerit, tamen magis, ac magis fit: nam illud in ſcri-
pturis fieri quandoque dicitur, non quod incipit,
ſed quod magis, ac magis fit. Sicut propbetiæ
D quæ prænuciant conuerſionem Iudæorum, cœpe-
runt impleri in aduentu Chriſti, & quotidie im-
plentur, & vſque ad finem mundi implebuntur,
quando omnis Iſrael ſaluus fiet. Dicimus ergo Ad Ro. 11. 10.
Matthæum dixiſſe in nece infantium adimpletum
eſſe, quod dictum eſt per Ieremiam, non primo
modo, quo adimpletum eſt propriè in captiuitate
Iudæorum iam explicata. Non ſecundo modo,
quia illa Iudæorum captiuitas non referebat hanc
trucidationem: Nã Rachel plorabat filios ductos
ab hoſtibus captiuos Babylonem, vbi vel ſuo la-
bore patienter lato, vel patrum meritis, merituri
erant reuerſionem in regionem ſuam. At matres
Bethlehemiticæ neque in Rama plorabant, neque
filios captiuos doctos ab hoſtibus, ſed trucidatos
quos amplius in regione ſua non eſſent viſuræ: nã
ſi captiui dicendi ſunt quod ducti per Angelos in
ſinum Abrahæ, & propter Chriſtum inde educen-

di

di, & in cœlum euehendi, omnes dicentur captiui, qui in ſinu Abrahæ incluſi tenebantur, de quibus dictum eſt, quod Chriſtus captiuam duxit captiuitatem, & ſimiliter eſſent deplorãdi, quod nemo dicet, non ergo matres deflebãt infantes, quod ab angelis ducerentur in ſinom Abrahæ, ſed quod vita corporis priuarẽntur nunquam ad illam vltra reducendi, cui fletui non eſt ſanè fletus Rachelis ſimilis. Sed tertio modo, quia illa prophetia, quãuis de infantibus dicta non fuerit, multo tamẽ aptiùs de illis quam de captiuis Iudęis, Matthæus iudicauit dici potuiſſe, tum quia illi viri, hi infantes, illi meriti, & innocẽtes, illi capti, hi crudeliter trucidati ſunt, illi Iudęi, hi propriè Bethlehemitę erãt, vt meritò Rachel, id eſt Bethlehem magis hos, quam illos plorare debeat: Hæc ex Maldonato eo loco, quæ ſanè vera eſſe videntor, & ad locos alios eiuſdem rationis explicandos iure notanda.

10 *Audiui.*] His verbis ſermonem eſſe de decem tribubus, quæ in captiuitatem ductæ ſunt ad Medos, & Perſas, nomine Ephraim ſignificatis, aſſerunt Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, quaſi reddat rationẽ eius quod dixerat, eſt ſpes nouiſſimis tuis, hoc eſt filiis tuis reliquis, quod redibunt & ipſi ad Eccleſiam: vt filij Iuda, vt Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, Vatablus, & Iſidorus intelligunt, quia, inquit, audiui eos ſanè iam diu in ſua captiuitate dolentes ſortem ſuam, & cognoſcentes culpam, & poſtulantes veniam. Chaldæus, & Theodoretus videntur hæc exponere de duabus tribubus Babylone exiſtentibus. Sed pugnat in eos nomen Ephraim, quod decem tribus ſignificat, quod paulò ſuperius dixerat Theodoretus, & propter ea videtur communem ſequi intelligentiam. Vatablus nomine Ephraim intelligit genus humanum captioum à diabolo.

Ait ergò: Audiendo audiui Ephraim מִתְנוֹדֵד Mitnoded, plangentem, lamentantem, aut flentem, vt Lxx. & alij transferunt, hoc eſt commemorantem apud ſe caſus ſuos, aut reuoluentem, & ad commiſerationem mouentem ſuorum caſuum commemoratione, quod Vulgatus dixit, tranſmigrantẽ, hoc eſt in captiuitate ſua dicentem. Caſtigaſti me ſatis hac longa captiuitate: & caſtigatus ſum, hoc eſt, ſuſcepi tuam diſciplinam emendatus ſicut vitulus non aſſuetus, ſuple iugo, vel aratro, quod dixit Vulgatus indomitos: ſic ſolet mitior fieri diſci-

Iſa. 28. 19. plina: nam vexatio dat intellectum auditui Iſa. 28. Ita exponunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus. Alium ſenſum habet Chaldæus, & Lxx. apud Theodoretum: (nam in Bibliis complutenſibus regiis, & in codice Vaticano, vt in Vulgato hæc verba habent) nẽpe, caſtigaſti me domine, & caſtigatus ſum nõ aliter quam vitulus indomitus, qui ſe non vult ſubdere iugo, & ita nihil profeci tua caſtigatione, ſed adhuc indomitus permanſi, ſic habent in Theodoreto Lxx. Erudiſti me domine, & non ſum eruditus, tanquam vitulus non ſum edoctus, & Chaldæus induxiſti ſuper nos correptiones, neque edocti ſumus, quaſi vitulus non aſſuetus iugo. vt ſupra capite quinto. Flagellaſti eos, & non doluerunt, conſumaſti eos, & noluerunt ſuſcipere diſciplinam, & Hoſeæ 10. legit Theodoretus: Ephraim iuuenca edocta diligere victorias, contradicit, nec ſuſcipit iugum legis. Propterea rogat Deum, vt

Ierem. 5. 3.

Hoſea 10. 11.

A emolliat ſuam duritiem, & velit conuertere, vt conuertatur.

Poſteaquam enim conoertiſti me, egi pœnitentiam. Quid eſt quod ſtatim ac petiit conuerti, dicens: Conuerte me domine, & conuertar, iam dicit ſe conuerſum pœnituiſſe, ac percuſſiſſe fœmur, ac erubuiſſe pudore ſuffuſum, viſo ſupplicio probroſo pro peccatis præteritis? Hieronymus, Rabanus, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, ſimpliciter hæc accipiunt, & videntur velle hunc ſenſum. Cæperant Dei bonitate permouente, plangere ſortem ſuam, & meritò caſtigatos ſe fatebantur: addebant, Conuerte me domine, & conuertar, hoc eſt, promoue hanc tuam bonam voluntatem in nobis, & auge dolorem, &

Confeſſum vi petit conuerti conuerſa eſt.

B cognitionem, vt cognoſcamus te eſſe dominum Deum noſtrum. Nam ſtatim ac tua gratia cœpiſti nos ad te conuertere, grauiter doluimus, quod te deſeruiſſemus: & poſtquam illuſtraſti cor noſtrũ ad cognoſcendas culpas percuſſimus fœmur præ dolore: & podore ſumus affecti, ob pœnas probroſas, quas luebamus propter peccata commiſſa in vita priore. Agunt enim gratias, oſtendentes quã benè ſucceſſerit prima vocatio, primaque conuerſio: & poſtulant, vt vlterius progrediatur Deus ſua illuſtratione.

Hieronymus, & Rabanus, Illo verbo: Poſtquam conuerteris me, & ego conuerſus fuero, tunc cognoſcam, quia tu domine Deus es, indicant planè, præteritum hic accipi pro futuro, quomodo explicat hunc locum Hugo. Poſtquam enim, reddit rationem ſuæ petitionis, conuerte me domine, &

C conuertar. Quia poſtquam conuerſus fuero, & oſtenderis mihi meipſum, vel etiam te, tunc agam pœnitentiam, & podore ſuffuſus, ſuſtinebo pœnas quas patior. Aut certè, vt inſinuat Chaldæ9 Paraphraſtes, his verbis reddit pro ratione cur debeat nos conuertere, miros effectus diuinæ gratiæ conuertentis, quos ſoleat efficere, ante oculos eſſe obuerſandos. Conuerte nos ad te, inqoit, quia poſtquam alias conuertiſti me, aut quandó ſoles me alias conuertere: hoc bonum ſoleo in me experiri vt doleam, ac gemam, & quando ſoles tua me luce perfundere, femur percutio, ac rubore ſuffundor videns opprobrium meum.

Lxx. aliter, pro reuerti, aut ire facere, accipiunt verbum שוב Sub, cum Hebraicè dicatur. Nam poſtquam feciſti me abire in captiuitatem, tunc me pœnituit, dixerũt Lxx. Quia poſt captiuitatem

D meam egi pœnitentiam, & poſtqoam cognoui, ego ingemui, hoc eſt, ſecundum Theodoretum: Poſtquam expertus fui tribulationes captiuitatis pænitui: & cognoui te oſtendente peccatum meũ, & præ dolore percuſſi femur meum, & erubui, quia retroactis temporibus perduraui in trãſgreſſione tuorum mandatorum, pro reoerti ſupra acceptum eſt hoc verbum v. 16. cum dicitur, Reuertẽtur de terra inimici, & v. 17. Reuertentur filij ad terminos ſuos. & Sophon. 27. Et auertet captiuitatem eorum, pro abire faciet, & huic ſenſui poſſunt non ineptè accommodari verba Vulgati, vt reddat rationem explicatiorem eius, quod dictum eſt: Caſtigaſti me domine, & eruditus ſom. Conuerte domine, & conoertar, nam ex quo conuertiſti me in captiuitatem, cæpi pœnitere, & ex quo oſtendiſti mihi meipſum, aut teipſum potentem punire, & in nihilum redigere, ſtupefactus percuſſi femur meum, & pudore affectus erubui, quo-

Sophon. 27. 7.

niam videbam opprobrium, in quod me deduxerant peccata adoleſcentiæ meæ. Priores expoſitiones videntur magis ad rem, quia ſtatim pœnitentem ſuſcipit dominus Iſraelem, & docet viam qua venturus ſit.

11 *Si filius.*] Hæc periodus ſic habet ex Hebræo ad verbum: Nom filius apretiandus mihi Ephraim; ſi puer deliciarum, quia ex quo locutus ſum in eo recordando recordabor eius adhuc, idcirco commota ſunt viſcera mea ſuper eum, miſerans miſerebor eius, ait dominus. His verbis ſecundum omnes reſpondet dominus Ephraim, oſtēdenti ſuam pænitentiam. Et quidem nonnulli, vt Vatablus, interrogationem per negationem explicāt. Nunquid Ephraim filius eiuſmodi fuit, quem habere deberem in pretio propter ſuam obedientiam, aut eiuſmodi puer, cum quo iocari debeam, vt patres ſolēt cum puerulis, quod morigerum ſe mihi præbuerit? nihil minus, & propterea patria eum expellere coactus ſum: & hic ſenſus auget Dei clementiam, quam ſequentibus verbis declarat, in filium adeò immerentem præſtitam.

Quanti Deus ſecerit Ephraim.

Cæteri verò omnes, Lxx. Chaldæos, Hieronym. Theodoretus, cum aliis expoſitoribus, illam interrogationem affirmanter accipiunt, quaſi Deus præcedenti populi oratione delinitus, in eius ruat amplexus dicens: An non Ephraim eſt mihi valdè appretiandus, & æſtimādus vti filius iam deinceps? An non eſt mihi habendus vt puer deliciarum, aut ſolatiorum meorum? eſt certè. Septuaginta ſic tranſtulere, Filius dilectus Ephrem mihi, paruulus delicatus: aut vt legit Theodoretus: Tu es filius meus dilectus Ephraim, tu es puerulus in deliciis. & Chaldæus, Ecce ſicut filius dilectus coram me Iſrael, vtique puer amabilis eſt.

Hieronymus, Rabanus, Hugo, & ſanctus Thomas etſi affirmanter accipiant interrogationem, tamen alium ſenſum inſinuant, filius honorabilis fuit mihi populus Iſrael, quem ex omnibus gentibus elegi, cuique præ gentibus omnibus tot beneficia contuli, puer fuit mihi dilectus, quia ex quo edoxi eum de Ægypto dilexi eum, & protexi, ac bonis omnibus cumulaui. Vel Ephraim fuit filius honorabilis propter primogenituram: & delicatus, quod minor filius Ioſeph dilecti filij Iacob.

Ratio dictorū.

Gen. 48 19.

Deinde rationem reddit cur appretiandus, aut delectabilis ſit habendus Ephraim, dicens: quia ex quo locutus ſum in eo: in Hebræo legimus בו דברי Daberi Bo, ex quo loqui in eo, nempe cæpi. ב Beth autem Vulgatus, & Vatablus acceperunt pro de, ex quo loqui cæpi de eo per Iacob, Geneſ. 48. Iſte quippe erit in populos, & multiplicabitur, & per ceteros prophetas, ſemper memoria teneo promiſſiones illi factas, vt adimpleam ei, & commiſeratione eius affectus, eum, vt petit liberabo. Sic Hug. S. Tho. & Dion. exponunt. Aut ſecundū Vatablum, ex quo ſermonem de eo facere incipio, vel quando ſe offert occaſio loquendi de eo, ſtatim ſoleo recordari amoris, quo antea illum proſequebar, & propterea modo commouentur viſcera mea, & eius miſerebor, vel ſecundum Lyrā, quia ex quo locutus ſum de eo, ad me reuocando, adhuc recordabor eius, ac miſerebor, dando ei præmium.

Alij interpretes, vt Septuaginta, Chaldæus, Tigurina, & Pagninus præpoſitionem, in, proprius acceperunt, pro, cum, ex quo cæpi loqui cum eo, aut ex quo locutus ſum cum eo; iuxta quam lectionem Hieronymus, & Rabanus ita intelligunt, quia ex quo locutus ſum cum eo in monte Sina lata lege, & per oracula prophetarum illum hortādo, & ad me vocando, & noluit obedire, nunquā oblitus ſum eius, ſed decreui mittere filium meū qui eius miſereretur.

Septuaginta demum & Chaldæus accipiunt, in, in propria ſignificatione. Illi quidem ſic, quia pro eo quod verba mea in eo, memoria recordabor eius, idcirco feſtinaui ſuper eo, miſerans miſerebor eius, hoc eſt, vt explicat Theodoret. quia pœnitentia vſus eſt, & memor eſt mandatorum meorum, experietur prouidentiam meam. Chaldæus verò ſic: Quia in tempore quo poſuit verba mea in corde ſuo, vt faceret ea, recordans recordatus ſum, vt benefacerem ei adhuc: propterea euolutæ ſunt miſerationes meæ ſuper eos, miſerans miſerebor eorum, & hic eſt optimus ſenſus, quo reſpondet dominus ſua miſeratione pœnitentiæ populi, vt dicamus: Filius mihi honorificandus Ephraim, puer deliciarum, propterea quod mox vt locutus ſum de eo, permouens verbis meis cor eius, ea accepit, & recondit in corde, idcirco, nō obliuiſcar eius amplius, ſed totis viſceribus commotus valdè miſerebor eius, reuocando à captiuitate ad Eccleſiam Chriſti: Nam ſi ſermo eſt de decem tribubus, non ſunt liberati, ſed liberantur modo per reditum ſpiritualem ad Chriſtum.

12 *Statue.*] Iam ad reditum certum prouocat Iſrael, in quo ne erret iubet erectis lapidibus, & ſignis viam deſignare. Vbi dicit: Statue tibi ſpeculam, Hebraicè eſt צינים Ziunim, titulos, ſigna, aut altos lapidum aceruos, qui ponuntur in ſepulcris, aut viis, vt 4. Reg. 23. 17. Quis eſt titulus iſte quem video? ſepulchrum eſt hominis Dei. Lxx. reliquerunt nomen Hebræum Sionim, vt Theodoretus notat. Vulgatus ſecutus Aquilam, & Symmachū vertit ſpeculam aut ſpeculatores, ſeu epiſcopos, vt habent Lxx. in Complutenſi, vbi adiicit: Pone tibi amaritudines, dicitur, pone tibi תמרורים Tamrurim, quod nomen à מרר Marar amareſcere, deductum amaritudines ſignificat, vt ſupra verſu 15. Luctus amaritudinum, & Hoſeæ 12. 14. Ad iracundiam prouocauit me Ephraim in amaritudinibus ſuis: & ita Lxx. tranſtulerunt, Da pœnam, vel vt habet Theodoretus, ſume de te ipſa ſupplicium. Chaldæus ſimiliter, In amaritudine, inquit, pone cor tuum. Symmachus vertit tranſmutationes, Tigurina, ponito palmidas, tranſtulit. Dauid Kimhi, Pagninus, & Vatablus, Pone tibi excelſos lapides, aut lapidum aceruos: altarium inſtar, aut ſtatuarum amaritudinum, ſeu idolorum ad amaritudinem Deum prouocantium. quo modo dixit Hoſeas cap. 12. Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis, idē eſt, quod idolis, quibus me irritabat ad amaritudinem.

4 Reg. 23. 17.

Hoſee 12. 14.

Hoſee 12. 14.

Tertium nomen, dirige cor tuum ad מסלה Meſillah, nomen eſt deductum à סלל Salal quod eſt eleuare, ſeu exaltare, ſignificatque viam, aut ſemitam ſtratam, aut eleuatam lapidibus, ne tranſeuntes luto infici cogantur, aut viam aggeſta terra eleuatam, & ita Tigurina, & Pagninus vertunt, ad ſemitam, Vatablus, ad lapidibus ſtratam viam: quod Lxx. apud Hieronymum, & Theodoretum dixerunt, Da cor tuum in humeros tuos. Eſt & nomen דרך Deret, quod ſignificat viam, morem, & conſuetudinem, vt tota clauſula, adiectio relatiuo, quod per eclipſim deſideratur, ſic habeat: Sta

tue

tue tibi titulos, pone tibi excelſa amaritudinom, pone cor tuum ad ſtratam ſemitam, viam per qoā ambulaſti. & quidā ſunt qui exiſtiment his verbis moneri Iodæos euntes in captiuitatem Babylonicam, ad eorum conſolationem, vt in via qua ducuntur, paſſim titulos erigant, & lapides, vt quando rediturı ſunt ſciant viam, breui enim ſe redituros ſperent: tum etiam hortatur populum ad reuiſendam viam vitæ præteritæ, propter quam meruit captiuari, vt poſſit reuerti ad ſuas citates.

Verùm Hieronymus conſtanter affirmat ad Ephraim, hoc eſt, ad decem tribus fieri ſermonem. & omnes planè etiam Chaldæus, ſub his nominibus ſenſom metaphoricum aſſerunt contineri, nō enim de titulis, aut lapidibus in via erigendis loquitur, ſed de ſpecolatione, ac cota ſpirituali adhibenda, Eſt ergo mens Dei his verbis præparare Iſraelem ad Chriſtum hominem factum ſuſcipiēdum, vt Luc. 3. dicitur, Parate viam domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri, quia videbit omnis caro ſalutare Dei, vt volunt Hieronymus, Theodoretos, Rabanus, Hugo, S. Thomas Lyra, & Diooyſius, vt ſit ſenſus.

Præparatio ad Chriſtū. Luc. 3.

Senſus 1. Statue tibi ſpeculam, ſeu ſpeculatores, qui tibi prænoncient venturam fælicitatem, vt explicant Hieronymos, Rabanus, & Dionyſius, aut conſidera opera tuotum pattum iuſtotum, vt Chaldæus. Vel ſpeculare cōſcientiam tuam, aut ad nota, quos fructus ex tranſgreſſione decerpſetis: & dolorem excita in corde, & vide booa, quæ tibi conciliauerit pœnitentia, vt Theodoretus; Permane in his, quæ rectè prælegiſti, aut dirige cor tuom in viam iuſtitiæ, quam ambolaſti in patribos tuis, vt Lyra, & Diooyſius: aut in humeros, vt dicunt Lxx. Portantium te, & teduceotium de captiuitate, qui ſunt equi, cameli, currus, & baſternæ, vt prænuociat Iſaias cap. 60. & explicat Hieronymos.

Secundò iuxta lectionem Hebræam, Sic explicat Vatablus. *2. expoſitio.* Coogregatio electorum qoæ qootidie Dei tui ignara tranſis in poteſtatem Sathanæ, vias illas qoibus iter facis, dom abduceris ad tyrānum nota, & ſigna titulis, vt cum tibi erit redeundum in patriam tuam, facile viam, qoa tranſiuiſti, inuenire poſſis. Sed non explicat peculiarem Dei ſcopom in hac exhortatione.

3. expoſitio. Tettiò Lyra, legens pro amaritudines, palmas, cum R. Salomone, & Tigurina ſic exponit: Specolare myſterium incarnationis quaſi ex ſpecola, & conſidera palmas victoriæ ſanctotum innocentū, qui fuêre ſigoa iam nati Chriſti, & dirige cor toom ad viam legis euangelicæ in qua ambulaui in aſſumpta humana oatura: loquitut enim Chriſtus. At diximus ſupra noo foiſſe Ieremiam de innocētibus locutum.

4. expoſitio. Quartò poteſt & hic ſenſus verus eſſe. Nota rectè, & ſigna loca, in quibus peccandi occaſiones offendiſti, & conſidera cotde intimo excelſa, aot idola, quibus amareſcere feciſti, aut irritaſti Deom tuum, vel vide quam ſit amarum dereliquiſſe dominum Deum tuum: Conſidera quas pœnas pro tuis ſceleribus ſuſtinuiſti, quaſque ſuſtinebis in reſipueris, & animaduerte quam rectè tibi fuit quandio per viam mandatorum Dei ambulaſti, vel aduerte cor tuum ad viam conſoetam vitiorum tuorum, per quam hactenos ambulaſti, vt caueas ne deinceps per eam incedas: Si vis tecta deduci ad optatam patriam aot Chriſti beneficio potiri. Hic ſenſus videtur ſatis aptè verbis ptophetæ ſignificatus, quod ad tem ſit, de qoa agitur. Sed ille ſimplicior ſenſus eſt. *5. expoſitio.* Conſtitue tibi ſpeculas ad ſpeculandom teipſum, deſigna loca aliqua, in quibus amare defleas, aduerte cor tuum ad conſiderandā ſtratam viam, per quam prius rectè incedebas, & reuertere per eam, conuenit enim apte cum ſequentibus.

13 *Reuertere.*] Quidam ab Hieronymo relati, & S. Thomas hunc ſermonem fieri putant ad captiuos Babylone, qui deliciis terræ deliniti, & multis opibus, vineis, & oliuetis aucti redire nolebant io Iodæam. Sed horum expoſitio ea ratione ſufficienter refellitur, quod ſermo ſit ad Iſraelem, ſeu Ephraim, non ad Iudam, quibus remedium adhibetur reditus ſpiritualis, quod tempotali redituri nō erant. Hieronymus ergo cum ceteris fere omnibus dicit, inoitari Iſraelitas vt tedeant in ſuas ciuitates, vbi frui poſſent Chriſto iocarnato, vnde tanta eis beatitudo proueniebat: nam tempore Chriſti ex omnibus tribuhus veniebant in Ierusalem, & in Iudæam, & Galilæam, & ad Chriſtum coouettebantor. *Iſraelita ad Chriſtū inuitātur.* Vel ad ciuitates diuerſarom Eccleſiarum illis paratas, aut ad Eccleſiam militantem, & triumphantem, & addit: Vſquequo elongabis te, aut ſubdoces, deliciis diſtracta, ne redeas ad Deum tuum filia auerſatrix, ac rebellis? Aut vſque quo negligentia diſſolueris, & ptofundo errore vagaberis, audi quod dicturus ſum, & attende diligenter, vnde tibi tanta ſit expectanda beatido. Ecce nouum faciet dominus ſuper terram, ſic Hieronymus. Aot ſecondum Vatabl. loquatur Deus Pater, diu quidem vagaberis, ſiue diſcorres idolorum cauſa, honorem meum parum curans, noo perpetuo, ſed tantum vſque ad aduentum Chriſti, cui, vbi aduenerit, victa porriges manus, vel demū. Quouſque cōuerti renuis, varus diſtracta deliciis; qoooſque deſperata iacebis filia rebellis, quæ per omnes regiooes vagaris Deos tibi qoætens, & reges, qui tibi domioeotur, ego mittam tibi Deum, regemque, quem concupiſcis, ego faciam nouum ſuper terram.

14 *Nouum.*] Rationem firmam ſatis reddit propheta, cur plebs Iſraelitica deberet à deliciis, loxoque ſeculi vagabunda ceſſare quod dominus nouum fecerit, & quud noua faceret omnia, virtutemque cooferret ad vitam nouam ingtediendam. Ex Hebræo autem ad verbum ſic habet hæc ſententia: Quia creauit Iehovah nouam in terra, fœmina circuodabit virū. *Lectionis ratio varia.* & verbo ברא Bara, creauit vſus eſt quod Deo ſoli propriè conuenit, non homini, qui ex nihilo aliqoid facit, vel non modo: accipiturque præteritum pro foturo. Creauit hadaſah nouam, ſupple rem pro ouoom in terra: Nā Hebræi fœmineo genere pro neutro, qoo carent, vtuntur, vt Pſal. 26. Vnam petij à domino, ſcilicet rem, hanc reqoirā fœmina. *Pſ. 26. 4* נְקֵבָה Nekebah nomē eſt ſexus ad homines, & ad alia pertinens animalia à cauitate ſeu perforatione dicta, qood qoemadmodom è cauerna ciſternæ effodiontur aquæ, ita è ventre fœminæ effodiantut poſteritates filiorum. Idcirco ad hoc ſignificatum reſpiciens Iſaias cap. 51. 1. dixit. *Iſa. 51. 1* Attendite ad pettam, vnde exciſi eſtis, & ad מַקֶּבֶת Makabet perforationem ciſternæ, ex qna perforaſti eſtis, vel ad cauernam laci, vel foſſam, vnde effoſi eſtis, nempe ad Abraham ſiccum & ſterilem inſtar petræ, & ad Saram caoernam veterem, & exciccatam, vnde Dei monere omnes Hebræi aqoarum inſtar ſunt haoſti.

Verbum deinde תסובב Teſobeb eſt idem A quod circundabit, vallabit, aut gyrabit. De mum nomen גבר Gaber, ſignificat virum perfectum virtute, roboreque præſtantem, robuſtũ herum ſtrenuumque ducem, virum Heroicum, ac dominum, qui alijs virtute, potentia, & auctoritate præcellat, vnde Gabrielis nomen deriuatum quod eſt virtus, ſeu fortitudo Dei, quibus ſic circa verborum ſignificata declaratis, interpretes variè hunc locum tranſtulerunt ad varietatem ſenſuum reſpicientes. *Lectio communis.* Symmachus & Aquila, vt aſſerit Hieronymus, ſincere, vt noſtra editio verbo ad verbum ex Hebræo tranſtulerunt, quia creauit dominus nouum ſuper terram, fœmina circuibit, vel circundabit virum. Sic etiam recentiores omnes verterunt. At Lxx. ad hunc modum expoſuerunt. B *Lectio Septuag.* Quoniam creauit te dominus ſalutem in plãtationem nouam, in ſalute tua circuibunt homines: Sic affert Hieronymus, vel iuxta Theodoretum, vndequaque venient homines in ſalute, quos imitatus Theodotio ſic & ipſe eſt interpretatus: Creauit dominus ſalutem nouam, in ſalute circuibit homo, ſingulare ponens pro plurali. Chaldæus verò Paraphraſtes ſic explicat: Quia ecce creauit dominus nouum in terra, & populus domus Iſrael incumbet legi. & hi quidem transmutarunt ſuppoſitum: nam dicturi, fœmina circuibit virum, ipſi per hipallagem legunt fœminam circuibit homo. Sed ad ſenſum verum horum verborum aggrediamur.

Sẽſus 1. Chaldæus Paraphraſtes hunc ſenſum innuere videtur. Conuertimini ad legem cætus Iſrael, redite ad veſtras ciuitates, cur enim vagabimini, C ecce nouum creauit dominus in terra, quod ſcilicet veniet tempus, quando lex, nomine fœminæ ſignificata circundet, & tãquam vallum cuſtodiat populum Iſraeliticum, iam virtutis robore virum factum, & legi cuſtodiendæ incumbentem, ne ab hoſtibus conculcetur, & diſpergatur. Sed mentem diuini ſpiritus non attigit.

Sẽſus 2. Septuaginta, & Theodotio videntur ſua interpretatione oſtendere ad populum Iſraeliticũ fieri ſermonem: quem hucuſque hortabatur dominus vt reſipiſceret, & per fœminam ſalutem omnibus per populum Iſraeliticum communicandam intelligunt, ad hunc modum. Ne ſis rebellis popule Iſraelitice, ſed conuertere, & redibis ad ciuitates tuas, nam ad hoc honoris, ac præſtantiæ te adducam, vt quod tibi nouũ, omnibuſque videbitur, ſis plantatio noua Eccleſiæ Chriſti, ex qua orientur diuini Apoſtoli, per quos ad ſalutem reducentur D omnes homines: nã in ſalute tua, quam per Chriſtum habebis, circuibunt homines, & vndequaq; venient ad eam amplectendam. Sic ferè Theodoretus, & poteſt facile hic ſenſus Chriſto accommodari, ſi dicatur populo, Creauit dominus ſalutem nouam, nempe ipſum ſaluatorem ex virgine concipi faciet, poſt quem omnes homines læti ambulabunt, eumque ſummo amplectentur amore.

Sẽſus 3. Oleaſter in Canone 4 eorum quos præmittit ad ſuam expoſitionem in Geneſim, affirmat, ex antecedentibus, & conſequentibus colligi hunc locũ de ſynagoga debere intelligi ad litteram, quæ antea Deum fugiebat inſequentem, & in nouiſſimis anxiè ſit eum quæſitura. Nam de ea præcedunt verba illa reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas, quovſque vertes te huc illucque filia vaga, quia creauit dominus in terra nouum, quod fœmina, id eſt ſynagoga, quæ antea virum ſuum Deum fugiebat, anxio amore, & labore circumeundo virum quæret: quem circuitum Salomon in Canticis ad viuum depingit: præſertim ca. 3. cum ſponſam dicentem inducit: *Cãt. 3. a* Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicos, & plateas quæram, quẽ diligit anima mea: Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quẽ diligit anima mea, tenuieũ, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. & cap. 8. *Cãt. 8. a* Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat? Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis In quæ verba Aponius ſuper Cantica in 1. tomo Bi- *Aponi.* B bliothecæ ſanctorum, Sola, inquit, eſt anima, id eſt natura humana, quæ dominum deſiderat apprehendere, & circundatum carne in domum matris ſynagogæ introducere, & ibi ab eo doceri ea, quæ nec oculus vidit, neque auris audiuit, de qua circundatione, vel apprehenſione prædixerat Ieremias, creauit dominus nouum in terra, & fœmina circundabit virum. Nam hac forma loquendi ſolet vti ſcriptura. vt Pſa. 7. 8. dicitur, *Pſal. 7. 8.* Sinagoga populorum circundabit te, hoc eſt, congregatio è multis populis collecta te circũdabit, vt tibi Deus adhæreat, teque colat. & illud Iſaiæ 11. *Iſa 11. 5.* Erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Chaldæus explicat, iuſtis & fidelibus circundabitur Chriſtus, quod & Hieronymus inſinuat. Et quidem ſic de plebe Iſraelitica, intellectus hic locus, quæ Chriſtum Deum C ſuum ſecutura erat, & amplexura, videtur continere ſenſum literalem, *Fœmina ſecuta Chriſtũ.* quia & in antecedentibus de illa eſt ſermo; & in ſequentibus, tanquam rem nouam dicit, illi hac ratione benepræcandum. Benedicat tibi dominus pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus, & cetera. De ea ergo ipſa dictum eſt: Fœmina circundabit virum. Quod ſi de reductione Iſraelis ad Deum, & ad legem eius ſeruandam, vt volunt Chaldæus, & Oleaſter, loquatur Ieremias in ſenſu myſtico deberet intelligi de circundato Chriſto per ſynagogam conuerſam ad ipſum, vt dicit Oleaſter: Si autem de circuitione, & apprehenſione Chriſti per ſynagogam, vt Aponius intellexit de conceptu Chriſti in vtero virginis tantum per accommodationem hæc verba eſſent accipienda, quia circundatio ſinagogæ Chriſtũ prædicantem ſequentis, & apprehendentis, cùm D poſterior ſit eius in vtero conceptu, non poteſt myſticè ſignificare conceptum.

Sẽſus 4. verior. Nihilominus communi Eccleſiæ conſenſu hæc verba accepta ſunt de vtero virginis complectente Chriſtum virum omni ex parte perfectum. Sic intelligunt Cyprianus, ſermone de Natiuitate domini. *Virgo pregnãs praedicatur.* Sophronius ſermone de Aſſumptione Virginis, Auguſtinus ſermone 9. de tempore. & 5. de Natiuitate. Bernardus homil. 2. in Miſſus eſt, & commentatores huius loci Hieronymus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus. *Cypri. Sophro. Auguſt. Bernar.* Imò Rabbenu Hakkados, & Rabbi Hunna, vt ex veterũ Iudæorum ſcoliis elicitur, de Meſſia explicant à fœmina in vtero circũdando. & Hieronymus à S. fide Benedicti 13. Medicus, è Iudæo conuerſus ad fidem lib. 1. contra Iudæos cap. 4. ex hoc loco probat Meſſiam è virgine naſciturum. Et habetur, ait, in Berezit Rabba.

Dicit

Dicit R. Oſua filius Leui: Deus cum eo medetur cum quo percutit, non ſicut homo qui lancea percutit, & emplaſtris medetur. Ioſeph per ſomnia percuſſus per ſomnium curatus eſt. Iſrael in virgine peccauerunt Exech. 23. & in virgine fuerunt puniti, Threu. 5. & in virgine ſunt conſolati, ſicut ait Ieremias, quia creauit Dominus nouum ſuper terram, fœmina circundabit virum. Dicit Rabbi Hamna, nomine R. Yddi, quia hic eſt rex Meſſias, de quo Dauid prophetauerat, ego hodie genui te. Sic ille in ſenſu: & rationes ex verbis textus deſumptæ id confirmant. Nam in primis ad remedium plebis Iſraëliticæ delicijs affluentis, & per gentium delubra diſcurrentis, hoc vnicum diuini verbi incarnationis myſterium ſpectabatur: quo quid magis nouum promitti potuit? nam Deum poſt deſertionem ſequi, eum quærere, eiuſque cultum amplecti, nouum non erat, imo crebro illi populo acciderat Dei gratia præuento. At Dei filium virginis vtero concluſum teneri adeo nouum erat, vt à nemine fuiſſet auditum, vnde & Iſaias cap. 7. tanquam nouum promiſſionum Dei ſignũ dedit, Ecce virgo cõcipiet, & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emanuel: quod opus merito creandum à Iehouah dicit, quia nouum; nouus enim homo Deus, ex noua matre virgine, nouo modo, ſola ſpiritus ſancti opera, non hominis cuiuſuis. & quemadmodum ipſe filius pater eſt futuri ſæculi, ex quo tanquam ex fonte ſcaturiunt fontes ſaluatoris, ita ipſa dicitur Nekebah ciſterna, ex qua profluxere aquæ ſalutis ad poſteros renouandos, & recreandos fideles. Hæc ergo, ait, gremio vteri ſui circundabit eum, qui nullis locis circunſcribitur, nullis terminis arctatur; virum quidem animo, virtute, ſapientia, & gratia, Dominum omnium, ducem ſtrenuum ab ipſo, & in ipſo vtero, qui antequam ſciat vocare patrem ſuum & matrem ſuam accipiet ſpolia Damaſci: virum perfectum, omnibuſque numeris abſolutum, qui iuxta incrementa quidem ætatis per vagitus, & infantiam proficere videbatur ſapientia, & ætate, ſed perfectus erat; qui licet tenerrimus eſſet ligni vermiculus, octingentos interfecit impetu vno: qui licet paruulus, Iſaiæ 9. ſed habebat humeros, ad ſuſtinendum firmos totius mundi principatum: licet infans, ſed admirabilis: Deus, fortis, princeps pacis: licet fili⁹ feminæ, ſed pater eſt futuri ſæculi, & noui orbis nouus Adam, qui faciet omnia noua: cui vocabitur nomen nouum, quod os Domini nominauit Iſa. 62. qui dedit nobis legem nouam, fœduſque nouum percuſſit, de quo ſubditur, faciam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum.

Iſa. 7. 14. — *Iſa. 8. 4.* — *2. Reg. 23. 8.* — *Iſa. 9. 6.* — *Iſa. 62. 2.*

Conuenit ergo & antecedentibus, & conſequentibus res tam noua. Demum videmus rem ita accidiſſe, quod fœmina circundedit virum: cur ergo proprie à Ieremia nouam eam rem prædictam fuiſſe non aſſeuerabimus, ſi verba eius proprie accipi poſſunt, & cum antecedentibus & ſubſequentibus optimè coherent, vt quidem hîc coherent?

15. *Benedicat.*] Quamuis Hieronymus affirmet hæc cæpta impleri ad literam ſub Eſdra, & Zorobabele, quãdo Iudęi reuerſi ſunt è Babylone in Iudæam: & ita exponant Chaldæus, & S. Thomas, verum communior, ac ſimplicior intelligentia eſt, vt loquatur propheta de Iudæis fidelibus ad Eccleſiam è Sathanæ captiuitate reductis, Dominicæ incarnationis beneficio, cuius fructus iam

A enumerat. Sic enim & ipſe Hieronymus intellexit & Rabanus, Hugo, S. Thomas etiam, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, vaticinatur enim fideles ſic bene precaturos eccleſiæ, cuius erunt ciues. Benedicat tibi Iehouah, ô habitaculum iuſtitiæ, ô mons ſanctitatis: & habitabunt in ea Iudas, & omnes ciuitates eius ſimul, agricolæ, & qui proficiſcuntur, vel vagantur cum grege. Diximus ſupra cap. 10. nomen Hebræum נוה Neueh, quod ceteri interpretantur domicilium, aut habitaculum, ſolere à Vulgato transferri, pulcritudo, cuius & reddidimus rationem. Putant autem Hieronymus, Hugo, S. Thomas & Dionyſius nomina illa, pulcritudo, ſeu habitaculum iuſtitiæ, mons ſanctitatis, eſſe appoſita ſuppoſito benedicentis Iehouæ, vt ſit ſenſus: Benedicat tibi Iehouah B hoc eſt Chriſtus, qui eſt domicilium iuſtitiæ, & mons ſanctitatis in quo habitabunt fideles.

Incarnationis fructus incipit numerare. — *Iere. 10. 20.*

Verum ſincerius, ac verius nomina illa duo ſunt in vocandi caſu, & conueniunt eccleſiæ, cui benedictio poſtulatur, vt volunt Rabanus, Lyra, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus: & aſſentiunt Hugo, & Dionyſius. Nam triplicem felicitatem imprecandam fore Iudææ ſpirituali, eccleſiæ Chriſti per Chriſtum natum promittit, quod ſit futura domiciliũ iuſtitiæ pulchrum, & amęnum, ſiquidem per legem non erat iuſtitia, nam in lege nemo iuſtificatur apud Deum ad Galat. 2. at eccleſia Chriſti continet omnem iuſtitiam: tum ſecundo mons ſanctitatis, quia in eo omnis gratiæ, & virtutum affluentia in fontibus ſacramentorum, & in doctrina fidei continetur altiſſimè: & tertio oſtendi- C tur pax, quæ in eccleſia futura eſt per hoc quod ait, omnes fideles, quicunque continebuntur in vrbibus Iuda, ſimul habitaturos in ea in ſumma concordia: agricolas, & paſtores gregum: nam inter hos difficile conuenit, quemadmodum inter Abel, & Caim funeſtum diſſidium interceſſit: ſic notat Iſidorus. Sicut enim iocunda illa periphraſi habitabit lupus cũ agno, & pardus cum hædo accubabit, Iſaias cap. 11. deſcribit pacem temporis Meſſiæ: ſic eandem Ieremias hac ſimili periphraſi promittit, agricolæ, & paſtores habitabunt ſimul: quamuis omnes alij expoſitores agricolas intelligant Apoſtolos, & paſtores doctores, iuxta illud 1. ad Cor. 3. Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. & ad Epheſ. 4. alios dedit paſtores, & doctores.

Epiteta eccleſiæ. — *Ad Gal. 2. 16.* — *Iſa. 11. 6.* — *1. Cor. 3. 9.* — *Ad Eph. 4. 16.*

16. *Inebriaui.*] Pręteritum ponit pro futuro, & D coniunctionem rationalem כי Chi, cui hiſpanicè reſpondet coniunctio *Ca*, non vt reddentem rationem præfigit, ſed vt ſermonem producentem: & felicitatem temporis Chriſti declarantem: & licet Theodoretus, & Hugo videantur hæc intelligere de reditu è Babylone, at omnes alij, de tempore Chriſti exponunt, nam tũnc, ait dominus, ſane inebriabo, hoc eſt ſatiabo, reficiam animam laſſam, & prægrauatam peccatis, & pœnis, quibus premebatur ſub tyrannide ſathanæ, & animam eſutiẽtem, Hebraicè mæſtam, dolentem, aut diſcruciantem ſe dolore, aut fame, replębo gaudio, aut ſaturitate: & quidem laſſitudinem, & eſuriem Lyra, & Dionyſius in malam partem accipiunt, pro ea, quam patiuntur impij in ſuis impietatibus, & in ſatiandis ſuis deſideriis, quibus quaſi fame diſcruciantur: nam Deus ſic laſſos, & auidos, ſatiat, ac reficit ſpirituali requie, &

Matth. 11. 28.

Matth. 11. 28. ſaturitate, quibus dixit Chriſtus Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

Alij vt Hieronymus, Rabanus, & Hugo, de bona laſſitudine, & eſutie exponunt eſurientium, & ſitientium iuſtitiam: hi enim ſaturantur, etiam, & reficiuntur alimento corporis, & ſanguinis Chriſti: nam dixit Chriſtus Ioan. 7. qui ſitit veniat ad me, & bibat. *Ioan. 7. 37.*

Notat autem Hieronymus dialogiſmo vti prophetam, in quo nunc Deus, nunc populus, nunc ipſe inducitur loquens Ieremias: quæ perſonarum mutatio difficilem reddit intelligentiam.

Quis hic loquatur. 17. *Suſcitatus.*] Quis hæc verba loquatur difficultas eſt. Iſidorus vult eſſe verba Chriſti domini, qui hucuſque locutus ſuum ſermonem producit: dicens: Ideo, vt hæc bona hominibus contingerent de ſomno mortis euigilaui ſuſcitatus: & mortis meæ ſomnum, dulcem mihi eſſe exiſtimaui, propter fructum tantum ex eo profectum. Hieronymus tamen, Hugo, S. Thomas, & Dionyſius volunt eſſe verba populi reſpirantis, & gratias agentis, & ad hunc modum loquentis. His tuis pollicitationibus plenis lætitia, plenis conſolatione, nunc primum cæpi reſpirare: & quaſi de graui ſomno excitatus, aperui oculos, & cæpi videre aliam viuendi rationem exultatione, & conſolatione plenam; & grauis ille ſomnus captiuitatis, quo opprimebar, in ſuauem, dulcemque mihi conuerſus eſt: vel iam deinceps ſomnus meus dulcis erit, ac tranquillus.

Verum Rabanus, tum etiam Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus verba eſſe ipſius prophetę fatentur. Nam ita Chaldæus affirmat. Ideo, ait, audito nuncio tam felici de aduentu Chriſti, de graui ſomno, qui me oppreſſum tenebat, mala mei populi cogitantem, euigilaui, poſtquam vidi tam felicem de Chriſto prophetiam: & talis ſomni grauitas verſa eſt mihi in dulcedinem; nam deinceps tranquillo ſomno dormiui: vel vt ait Vatablus: Poſtquam vidi in ſomnis tam felicem prophetiam, protinus euigilaui, & talis ſomni recordatio mihi fuit dulciſſima. Quemadmodum enim Iacob, Gen. 45. audito quod Ioſeph viueret, quaſi de graui ſomno euigilans ſurrexit, & ſpę eum videndi exhilaratus eſt; ita Ieremias cum vidiſſet promiſſa de Chriſto, cœpit lætus ſomno illo exhilarari: qui ante quaſi remiſſior torpebat. *Gen. 45. 26.*

Similiter auditis æternis promiſſionibus debemus exhilarari ſpe, & operi quantumuis duro incumbere, vt Gen. 49. Iſſachar aſinus fortis vidit requiem quod eſſet bona, & terram quod eſſet optima, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum. *Gen. 49. 14.*

Bona redemptionis Chriſti. 18. *Seminabo.*] Progreditur Ieremias in oſtendendis bonis liberationis Iudæorum è captiuitate: enumerat autem tria, multiplicationem hominum, & opum; conſeruationem regni, ac populi: & quod nequaquam propter aliena peccata ſint pænas luituri: & Chaldæus quidem, Theodoretus, & S. Thomas, de temporali felicitate Iudæorum, & Iſraëlitarum poſt reditum è Babylone exponunt: tunc enim promittit Deus ſe impleturum Iudam, & Iſraelem hominibus, & opibus, quæ olim in gregibus, & pecoribus erant, iuxta benedictionem Leuit. 26. & Deutero. 28. vnde Chaldæus expoſuit, multiplicabo eos hominibus, & proſperabo eos pecoribus. Deinde eadem cura, ac ſolicitudine, qua eos deſtruxerat per Chaldæos, promittit ſe eos conſtructurum, & plantaturum, ac inſtauraturum: & Demum iam nunquam filios puniendos propter maiorum peccata, ſed vnicuique pœnam infligendam pro peccato ſuo: vt prouerbium illud non amplius audiretur, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt. *Leuit. 26. 9. Deuter. 28. 1.*

Veruntamen Hieronymus melius, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus de felicitate, quæ tempore Chriſti accidit, exponunt, quoniam de ea in antecedentibus locutus fuerat, & in ſubſequentibus loquetur, & deinde, quia domui Iuda, & domui Iſrael hæc bona obuentura promittit, cum Iſrael non redierit vnquam è temporali captiuitate, bene autem è ſpirituali ad fidem Chriſti conuerſus, & in fine mundi plenius, ac perfectius conuertetur: hæcque complebitur prophetia, vt ait Hieronymus.

Ait ergo in diebus noui teſtamenti repleturum eccleſiam ex Iudæis, & Iſraelitis collectam hominibus doctis, & ſapientibus, & idiotis, ac ſimplicibus iumentorum inſtar: Paulus enim ſapiens erat, Petrus & nonnulli alij ex Apoſtolis idiotæ: nam homines, & iumenta ſaluaturus erat dominus, Pſalm. 35. Sunt qui intelligant gentiles, & Iudæos, de quibus Iſaias cap. 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit. *Pſ. 35. 7. Iſa. 11. 6.*

Secundo promittit non iam ſeuerè acturum, vt olim, cum populo conuerſo, minacem ſermonem executioni mandando, vt vidimus cap. 1. ſed omnia per Chriſtum condonaturum, & eccleſiam ex filia Iuda, & Iſraele conſtructurum per Chriſtum, & Apoſtolos: quorum vnus dicebat 1. ad Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit. & Iſaiæ 58. Vocaberis ædificator ſepium: ita prædicti expoſitores exponunt. *1 Cor. 3. 6. Iſa. 58. 12.*

Tertium quod addit Euangelicæ felicitati maximè congruens, hoc eſt: ita certo ſalutem, ac felicitatem hîc promiſſam futuram filijs Iſrael, & Iuda, vt nequaquam timendum ſit illis, quod vulgari prouerbio ferebant, patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt: quia hoc non ita fiet, ſed dentes eius qui comederit vuam acerbam, & immaturam, obſtupeſcent: & qui iniquitatem commiſerit pœnas luet: nemo autem punietur pro aliena culpa: atque ita peccata parentum non impedient, quo minus filij potiantur promiſſa felicitate: & licet Theodoretus, Hugo, & S. Thomas de temporali Iudæorum felicitate prædicta verba ita explicent. At verius Hieronymus, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus de ſpirituali Euangelicæ legis ſalute, & felicitate exponunt, quam nulla parentum peccata, Iudæis conuerſis poterunt impedire: quia filij non debent puniri pro parentibus. & Lyra quidem, ac Iſidorus de peccato originis hîc fieri ſermonem putant, quod omnes vſque ad Chriſtum luebant: ſiquidem quantumuis iuſti in limbum propter illud detrudebantur: at poſt Chriſtum, eiuſque baptiſmum ſuſceptum, nemo è cęlo repellitur, niſi ob propriam culpam.

At ceteri

At cæteri de omni genere peccatorum intelligũt, ac pœnarum; nam poſt Chriſti paſſionem, ac mortem in redemptionem, earum præuaricationum, quæ erant ſob priori teſtamento ad Hebræos 9. Vnuſquiſque pro ſua culpa punitur æterno ſnpplicio, & nemo repellitut à regno Chriſti propter parentum delicta. Quod verò loquatut prophera de non impedienda ſpirituali fœlicitate per Chriſtum, & non de temporali: patet, quia hæc addita ſunt, vt per ea reſponderetur tacitæ obiectioni obloquentiũ, ac diffidẽtiũ de prædicta fœlicitate, quod dubitarent ſibi obuenturam, quod Deus conſueſceret negare filiis, qnod patres demeruiſſent peccatis ſuis. At fœlicitas ſupra promiſſa ſpiritoalis erat, ergo de ea oon impedienda culpis alienis loquitur. Vatablos adiicit huoc ſenſum lege Euangelica dignum, quæ animi præclaram modeſtiam, & inſignem docet ſubmiſſionem: nam tempore Chriſti ait, veri Iſraelitæ fideles, in tantam ſui ſuorumque peccatorum deuenient cognitiooem, vt ad extenuandas ſuas culpas, & eacuſandas eacoſationes in peccatis, non iam anorum ſuorum delicta, aut Adæ peccatum accuſent, quaſi omnium ſuarum ruinarum, & pœnarum cauſas io illos reiicientes, & à ſe abiicientes, quod ſummæ eſt ſuperbiæ. ſed ſibi omnia imputabunt, ſeque ea ſumma humilitate accuſabunt, qua in re lea noua priſcam illam excedit: quamuis non deſint, qui peccato Adæ contegant, ac eacuſent nmnes ſuas culpas, quod veteris legis proprium erat, ro qua in prouerbium abierat filios luere quæ parentes deliquiſſent. Qui ſenſus licet bonus ſit, at ille quem præmiſimus magis cõuenit verbis, ac menti prophetæ.

19 *Dominus.*] Iam quæ fœdera, quaſve leges laturus ſit Deus populo ſuo nouo declarat, & in primis promittit, ſe percuſſurum cum domo Iſrael, & domo Iuda ſœdns nouum, in vniuerſum. Tria notat, huic fœderi ineundo, neceſſaria. Qois ſit illud percuſſurus: eum quo, & quod ſit genos fœderis. Eſt autem communis & ſanctorum, & interpretum intelligentia quod promittat nooum fœdus legis Euangelicæ, quam tulit Chriſtus: vt Paulus ipſe octauo capite, epiſtolæ ad Hebræos definit. Percuſſorem fœderis, de quo dicit propheta, dicit Iehouah feriam domui Iuda, & domui Iſrael fœdus nouum, Theodoretus aſſerit eſſe dominum Ieſum Chriſtum, qui Euangelicorum bonorum fuit nobis ſuppeditator; qui liherauit Iſraelem Ægyptiaca ſeruitute, & Moſen ipſum alloquens, Ego, diait, ſum qoi ſum, & vnus vtriuſque teſtamenti legiſlator fuit, quod & Paulus loco dicto confirmat, & nos moa oſtendemus. Nam ex hoc loco Lactantius libro quatto de vera ſapientia, capite 20. & Chryſoſtomus in Pſalmo 46. tomo primo, & & homilia 8. de pœnitentia, tomo quioto & hic Theodoretus, colligunt Chriſtum vtriuſque teſtamenti auctorem fuiſſe: fœdus hoc initum eſt cum domo Iuda, & domo Iſrael primum, ac præcipuè, vt notant Hieronymus, Lyra, & Dionyſius quibus ea veritate, ſeu fidelitate debebatur, cum gentibos tantum ea miſericordia, prius autem ſolui debirum oportet, quam conferri beneficium. Ideo Chriſtus Matth. 15. dixit: Non ſom miſſus [illegible] ad oues, quæ perierunt domus Iſrael,

Tria no uo fœdo ri ineũdo neceſſaria.
Ad Heb 8.6.
Exod. 3.14.
Chriſtus vtriuſque teſtam. legulat.
Lact. 4.
Chryſoſ.
Theod.
Mat. 15. 26.

& non eſt bonum ſumere paoem filiorum, & mittere canibus. & Matthæi decimo dixit diſcipulis, In viam gentium ne abieritis: ſed ite potius ad oues, quæ perieront domus Iſrael. Sed quia filij patrem in ſua venientem ſuſcipere noluerunt, Ioan. 1. dedit etiam omoibus gentibus poteſtatem, vt fiaot filij Dei, & hæreditas auferatur ab iis, qoi non faciunt fructus, & iis reddatur, qui ſoluant fructus in tempore ſuo. Idcirco Paulos, & Barnabas Actoum 13. dixerunt Iudæis, Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad geotes.

Fœdus autem nouom eſt quod feriendum promittit, ſeu teſtamentum, vt verterunt Septuaginta, quos ſecutus eſt Paulus ad Hebr. 8. Fœdus dicitur, quod in fœdere ſanciendo feriretur, ſeu cæderetur victima, ad confirmationem pacti. Teſtamentum verò, vt hîc ait Hieronymus, quod voluntas in eo, atque teſtatio eorum, qui pactum ineunt, quæ ſunt hæreditas, & conditiones, quibus adiri debeat, contineatur, & vt ſtabiliatur eget morte teſtatoris, vt ait Paulus ad Hebr. 9.

20 *Non ſecundum*] Oſtendit quale fuerit pactum vetus, quo doceat longe eacellentius futurum nouum. Tria verò aſſignat in veteri pacto percutiendo reperta, per quæ a nouo differre monſtratur. Vnum eſt ad tempus ſpectans, quod percuſſum eſt die quinquageſima poſt admirandum, & Dei beneuolentia plenum heneficium exitus Iſraelitarum de Ægypto, & propterea dignum quod toto corde ſuſciperetur, & omni cura obſeruaretur. Hoc eſt, quod dicit, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti: Nam hoc modo loquendi ſignificat ſummam familiaritatem, & paternam curam, qua Deus eduait illos de Ægypto, in manu forti, vt dicitur Eaodi decimotertio capite. & Ezechielis capite 20. In die illa, inquit, leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti, iuxta illud Pſalm. 143. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis. vt Hieronymur, Hugo, & Dionyſins adnotarunt. & Chryſoſtomus homilia octaua, de pœnitentia. Non enim, ait, quaſi ſeruos eduxit, ſed veluti paruulum filium manu accipiens pater ſic liherauit: non poſt tergum ſequi mandauit quaſi ſeruum, ſed veluti filiom nobilem, & liberum mano teneos ſic duait, vode apud Hoſeam ex Ægypto, ait, vocani filium meum. Ex hac ergo temporis circunſtantia, & heneficij liberationis magnitudine, creſcit magnitudo beneficij percuſſi fœderis, & obligatio illud ſeruandi, & tranſgreſſionis illius culpa augetur.

Quemadmodum illius inſignis heneficij viuificæ Euchariſtiæ per ſe quidem eximij ea temporis circunſtantia magis commendatur liberalitas; quod non quando adorabatur, quando inuitabatur ad nuptias, quando propter miracula magnificabatur, quando per angelos prædicabatur, ſed in qua nocte tradebatur accipiens panem, & gratias agens, fregit, & dixit, accipite, & manducate, & cętera, vt refert Paulus, vndecimo capite prioris ad Corinthios.

Mat. 10 5.
Chriſtus primo venit ad iudæos.
Is. 1. 11.
Mat. 21 41
Act. 13 6.
Ad Heb. 8 6.
Ad Heb. 9 16.
Exod. 13 4
Ezech. 20. 6.
Pſalm. 143 7.
Chryſoſ.
Hoſ. 11. 1
Temporis circũſtantia auget beneficium Euchariſtiæ.
1. Cor. 11 23.

Alterum eſt quod non obſtante tanta Dei A beneuolentia Iſtaelitæ fœdus illud, ſæpe ſæpius irritum fecerunt, trangreſſione multiplici per omnia tempora, vſque ad rempus Ieremiæ, vt patet ex libris Iudicum, Regum, & Paralipomenon: ſic Lyra, & Dionyſius intelligunt, quanuis alij exponant de adoratione vituli, runc cum data eſt lex in tabulis, quas præ dolore animi, & indignarione confregit Moſes, ac proiecit, Exodi, 32. quod grauiotem oſtendit illorum rebellem voluntatem, qnod diu fœdus obſeruare nequiuerunt: de qua re conqueſtus dominus. Receſſerunt, ait, cito de via, quam oſtendiſti eis, feceruntque ſibi vitulum conflatilem, atque immolantes ei hoſtias dixerunt: Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

Exod. 32. 19.

Tertium addit, & ego dominatus ſum eorum. B Hebraicè. בָּעַלְתִּי בָם Baalti dominatus ſum eis, vel in eis, hoc eſt, viri, ac mariti ius exercui in eos. Poteſt autem, & in bonam partem accipi, ad culpæ tranſgreſſionis pacti augmentum, & Dei miſericordiæ oſtenſionem, irritum fecerunt pactum meum: qno non obſtante, non ſum dedignatus eſſe, ac vocari dominus, vir aut ſponſus eorum, ſic Chaldęus exponens, & ego complacui mihi in eis, & Varablus, & ego functus ſum officio veri ſponſi erga illos. Aut vt Iſidorus. Tametſi dominatet eis, & eſſem eis in Deum, ipſi irritauerunt pactum meum. Poteſt ſecundo accipi in malam partem pro dominio, quatenus in tranſgreſſores pœnis exercetur. & ita intelligunt hunc locum Hieronymus, Rabanus, Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, Et ego dominatus ſum eis, C hoc eſt, oſtendi dominium meum in eos, puniendo eos, & vltionem ſumendo de eis: nam affligendo oſtendit ſe dominum alicuius. Sic Pſalm. 9. dicitur. Cognoſcetur dominus iudicia faciens. & Ezech. 20. In manu forti, & brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper eos. Ita Pſa. 10. dicitur: Omnium inimicorum ſuorum dominabitur. & Pſal. 109 Dominare in medio inimicorum tuorum.

Pſ. 9. 19. Ezech. 20. 33. Pſ. 10. 5. Pſalm. 109. 2.

Et hunc ſenſum confirmant Septuaginta, quos refert Paulus ad Hebræos 8. qui verterunt. & ego neglexi eos, hoc eſt, curam eorum abieci, quod quidam exponunt, reprobaui illum populũ, vt nouum in eius locum ſufficerem, cui dabo nouum fœdus: & Ioſeph Kimhi, qui dicit verbum Baal cum Beth conſtructum ſignificare contemptum exponit, tædioſum, & anguſtiis erga illos D affectum. Eſt ergo dominatus ſum in eis, dure, & vt dominus in ſeruos, me habui cum illis, quæ fuit veteris Teſtamenti conditio, timorem incutientis, cum nonum Teſtamentum ex amore obſeruetur.

ad Heb. 8. 9.

Quæſtio de fœderis ineũdi ratione.

a1 *Pactum.*] Quo melius noui fœderis ſuper alia omnia excellentia detegamus. Operæprecium duxi latiorem de fœdere ineundo diſputationem texere, nec inutilem, nec iniocundam, & quæ loci huius facilem reddet intelligentiam, & vt à fœderis ratione exordiamur.

Fœdus quid.

Fœdus eſt mutua pactio inter duas, pluresve partes ſub certis verbis, ritibuſque celebrata, qua ſeſe inuicem ſancte obligant ad certa commoda mutuo præſtanda: non ſine iuramento, aut ſacrificio confirmata, roborataque coniuio.

Tria ad fœdus requiſita.

Tria itaque in quouis icto fœdere inueniri conſueuere, partes paſciſcentes, quales ſolent eſſe duo A populi, aut gentes, duo principes, aut cum Republica ſua princeps, & ſimiles alij. Pactum ipſum continens conditiones, ac leges vtrinque adhibitas, & demum pacti confirmatio, ac roboratio, vt Syngrapha vtriuſque partis obſignata nomine, aut ſygillo communi & publico, iureiurando adhibito: Tum etiam oblato ſacrificio ad comminationem mortis inferendæ ei, qui prior pactum fregiſſet, & denique victima partibus in ſacro epulo ad concordiæ robur diſtributa.

Paciſcẽtes. Plutar.

Paciſcentium partium locum tenent feciales, qui ſunt pacis cuſtodes, vt ait Plutarchus in Numa Pompilio; eorum maximis dictus eſt Romanis paterpatratus, quod eodem auctore in Problem. 62. Ex Romanis, filius ſimul eſſet, ac B pater: cuius erat munus, icto pacto, ferire animal ſimilique percuſſioni, neci & execrationi ſubiicere eum, qui prior fregiſſet fœdus. Vnde Titus Liuius lib 1. Ab vrbe condita in fœdere icto à Romanis cum Albanis, eius legibus ſtabilitis: ſic, inquit, aiebat fecialis, aut paterpatratus. Populus Romanus prior non deficiet: ſi prior defecit, publico conſilio, dolo malo, tu illo die Iuppiter populum Romanum ſic ferito, vt ego hunc porcum ego feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes, polleſque, id vbi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit. Hac ergo erat certa ratio adhibiti ſacrificij ad fœdus confirmandum. Quod in primis nobis ex antiquitate plobandum eſt. Deinde ex victima ſecutum poſtea epulum: nam cetera, cum manifeſta ſint non egeor noſtra diligentia. C

Liuius.

Sacrificio roborabatur fœdus.

Sacrificium ergo pro confirmatione fœderis adhiberi ſolitum fuiſſe non tantum apud Hebros, ſed etiam apud gentes, ex his, quæ ſubiicimus conſtare poteſt. Nam inprimis Chaldæi conſueuerant, vt ex Sophocle in Aorigone refert Cyrillus libro dedimo contra Iulianum in duas partes diuidere victimam, ac per medium earum tranſire paſciſcentes: ſimilem ſibi diuiſionem imprecantes, ni fœderi ſtetiſſent, quem morem ſecutus Abraham, Geneſ. 15. 9. ad confirmandum fœdus cum Deo, quod ei eſſet daturus terram Chanaan, Dei iuſſu, accepit vaccam triennem, & capram trimam, & arietem trium annorum, turturem quoque, & columbam, quibus per medium diuiſis, & poſitis altrinſecus, cum ſol occumberet, vice Dei inter diuiſiones illas clibanus fumans, & lampas ignis pertranſiit, D quaſi Deus more hominum ſe ſubiiceret pœnæ, ſi prior fœdus perfregiſſet. Hac ipſa diuidendi animalia forma, & per eorum medium tranſeundi alias gentes vſas fuiſſe refert Dictys Cretenſis libro primo de bello Troyano, cui & interfuit. Sed & Macedonibus luſtrandi exercitum tale ſelenne fuit, vt refert Liuius Decadis 4. lib. 10. Caput mediæ canis præciſæ, & prior pars ad dexteram cum extis, poſterior ad læuam viæ ponebatur, inter hanc diuiſam hoſtiam copiæ armatæ traducebantur. Iudæis quoque non fuiſſe hũc morem infrequentem ex capite 34. Ieremiæ fit manifeſtum.

Sophocl. Cyril. Gẽ. 15. 9. Dictys. Ierem 34. 8. 18

Homerus deinde Iliados 3. refert pilos, & carnes agni fœderalis inter Græcos, Troianoſque partitos. Et Xenophon lib. 2. in expeditione Cyri minoris, Fœdus, ait, ictũ inter Gręcos, & [illegible]enum, macta-

Homer. Xenop.

mactatis ſuper ſcuto tauro, apro, lupo, ariete, in quorum ſanguine enſes Græci, haſtas Barbari intinxerunt. Hunc morem & Romanis obſeruatum, *Cicero.* meminit Cicero libro ſecundo de inuen- *Liuius.* tione: refertque ritus Liuius, libro 1. & Virgi- *Virgil.* lius 8. Æneidos de Romulo, ac Tatio regibus loquens:

Poſt ijdem, ait, inter ſe poſito certamine reges
Armati Iouis ante aras, paterasque tenentes
Stabant, & caſa iungebant fœdera porca.

Sueton. Et de Claudio refert Suetonius capite 25. quod cum regibus fœdus in foro icit, porca cæſa, ac vetere fecialium præfatione adhibita, & de his hæc ex multis ſufficiant.

Epulo ſacro roborabatur fœdus. Epulum deinceps ſacrum, ex oblatis victimis, aut libaminibus, ſolitum celebrari, ad conciliatæ amicitiæ oſtenſionem, concordiæque initæ corroborationem, ex ſacris ac profanis demon- *Gen. 26. 28.* ſtrare non grauabor. Iſaac, Gen. 26. 28. fœdere inito, ex mactatis, vt putatur, victimis, parato conuiuio, poſt cibum, & potum iurauerunt ſibi inuicem Iſaac, & Abimelech, & amicitia eſt, *Gen 31. 45.* & concordia conciliata. & Geneſ. 31. 45. iniuit fœdus Iacob cum Laban ſocero ſuo, immolatiſque victimis, ederunt ex eis ſuper aceruum lapidum teſtimonij ad confirmationem fœderis, ad- *Gen 14. 18.* dito etiam iuramento. & Melchiſedech, Geneſ. 14. ſacerdos Dei altiſſimi, hoſpitio ſuſcepto Abraham, panem, & vinum obtulit Deo, deinde panem oblatum porrexit Abrahæ, eiuſque militibus, vinique calicem propinauit, in ſignum hoſpitalis concordiæ, & amicitiæ, vt eo ſigno vnus oſtenderetur iam populus futurus, concors, & amicus populus Abrahæ, & Melchiſedechi. Ie- *Exo 18. 12.* thro præterea, Exod. 18. 12. oblatis holocauſtis, & hoſtiis Deo; conuiuium fecit Aaron, & omnibus ſenioribus Iſrael, qui comederunt cum eo co- *Dido.* ram domino. Non diſſimili ratione Dido Carthaginenſis, vino Ioui Hoſpitali oblato, ac omnibus propinato cum Ænea, ſociiſque eius ami- *Virgil.* citiam iniit, apud Virgilium in fine 1. libri Æneid. ita canentem.

Poſtquam prima quies, epulæ, menſæque remotæ,
Crateras magnos ſtatuunt, vinoque coronant.
Hic regina grauem gemmis, auroque popoſcit,
Impleuitque mero, pateram quam Belus & omnes
A Belo ſoliti.
Iuppiter hoſpitibus (nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyriiſque diem, Troyaque profectis
Eſſe velis, noſtroſque huius meminiſſe minores.
Et vos, o cætum Tyrij, celebrate fauentes.
Dixit & in menſa laticum libauit honorem,
Primaque libato ſummo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hauſit
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit ore.
Poſt alij proceres.

Saluſt. Saluſtius in Catilina: cùm ad iuſiurandum coniurationes populares adigeret, humani corporis ſanguinem pateris circuntuliſſe, inde cùm poſt execrationem omnes deguſtaſſent, & cetera. Conſuetum apud Hiſpanos agricolas vidimus, abſolutos contractos hauſtu vini ſolitos roborare, quem hauſtum *robram* vocant. Romæ ſacellum erat *Valer.* Deæ Viriplacæ dicatũ, ad quod auctore Valerio Maximo li. 2. c. 1. diſſidentes coniuges à cognatis deferebantur, vbi ex hoſtiis Deæ oblatis ſacrum epulum inſtituebatur quod Kariſtiam nominabãt, quod in eo in gratiam redirent coniuges, & domũ reconciliati. Demùm, vt referunt Plutharchus *Plutha.* in Aphricano ad finem. Valerius Maximus lib. 4. *Valer.* cap. 2. & Aulus Gellius Noctium Atticarum libro 12. ca. 8. cum Aphricanus, & Tiberius Gracchus ſolenni die, quo ſacrum epulum, vel ſacra Ioui cœna libãda erat, in Capitolium aſcendiſſent odio diſſidentes, Iouis epulum concordiam conciliauit; atque ita è ſacra cœna amici domum redierunt.

Obſeruatum eſt ſuper eam ipſam aram, in qua dicabantur, has epulas ſolitas celebrari: Nam Dido vinum in menſa libauit. Macrobius lib. 3. Sa- *Macro.* turnal. c. 6. illos Virgil. Ænæid. 8. referens verſus:

Hæc vbi dicta, dapes iubet, & ſublata reponi
Pocula, gramineoque viros locat ipſe ſedili.

Sedili, ait, dixit. Nam propria obſeruatio eſt Herculis ſacris epulari ſedentes. & Cornelius Balbus apud aram maximam obſeruatum, ne lectiſterniũ fiat. & cap. 11. ſuper illum verſum 8. Æneid.

In menſam læti libant, diuoſque precantur.

In Papiriano iure relatum eſt, inquit, aræ vicem præſtare poſſe menſam dicatam. Namque in fanis alia vaſorum ſunt, & ſacræ ſuppellectilis, alia ornamentorum, quæ vaſorum ſunt inſtrumenti inſtar habent, & quibus ſemper ſacrificia conficiuntur, quarum rerum principem locum obtinet menſa, in qua epulæ, libationeſque, & ſtips reponuntur.

His itaque gẽtium moribus conſtitutis, Deus humano modo ſe cum hominibus gerens, & vetus fœdus, & nouum, communẽ probans conſuetudinem, & ſequens, percuſſit.

Fœdus vetus quidem percuſſit cum populo Iſ- *Fœderis veteris ratio.* rael die quinquageſimo poſt exitum de Ægypto in monte Sina. Erat autem fœcialis, ſeu mediator Moſes. Nam Exodi 19. vocauit dominus Mo- *Exod. 19. 3.* ſem, & ait: Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filiis Iſrael, Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptiis; ſi audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum eritis mihi in peculium de cũctis populis, & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta: venit Moſes, & conuocatis maioribus natu populi, expoſuit omnes ſermones quos mandauerat dominus, nempe decem præcepta ad mores componendos, erga Deum, & homines, Exod. 20. & quæ ad iuridicam adminiſtratio- *Exod. 20.* nẽ illius Reipublicæ pertinebant. Exod. 21. 22. & *Exo 21.* 23. c. Et demũ ad religionem, & cultũ Dei ſpectan- *Exo. 25.* tia à c. 25. Hæc omnia ex parte Dei propoſita ſunt populo. At populus, Exo. 24. obligauit ſe ad ea ſer- *Exod. 24. 4.* uanda, vna voce dicens: Omnia verba domini, quæ locutus eſt, faciemus, & erimus obedientes, & ſcripſit Moſes omnes ſermones domini, ita pactum eſt fœdus inter Deum & populum.

Deinde confirmatum eſt primum facto ſacrificio, & ſparſo ſanguine ſuper partes paciſcentes. Nam Exodi viceſimoquarto cap. vt rectè *Exod. 24. 8.* explicat Paulus ad Hebræos 9. 19. Moſes mane *ad Heb. 9. 19.* conſurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Iſrael. Miſitque iuuenes de filiis Iſrael, & obtulerunt

holocauſta, immolauetuntque victimas pacificas domiuo, vitulos duodecim. Tulit itaque Moſes dimidiam partem ſangoinis, & miſit in crateras, partem autem reſiduam fudit ſuper altare, & aſſumens volomen fęderis legit iterum omni populo, vt ratum haberet: qoi dixit, omnia quæ locutus eſt dominus faciemus, & erimus obedientes, quo dicto ſumptum ſanguinem, qui erat in crateribus reſperſit io populum, dicens: hic eſt ſanguis fæderis, quod pepigit dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his, quo minaretur ei, qui prior defeciſſet, fœduſque perfregiſſet, ſanguinem eius ſimiliter effundendum. Imo in hoc fœdere hoc peculiariter ſactum eſt, vt Deus, qui in aſperſione altaris aſperſus eſt, populi trangreſſionem ſibi luendam elegetit, nam ſeipſum ſubiecit pœnæ ſanguinis: ſi populus perfregiſſet fœdus, quam & loit in humana carna aſſumpta, dom ſuum ſanguinem effundi pro tranſgreſſotibus pacti initi permiſit.

Exod. 24.9.

Demum quod fœdus concordi animo, & conuiuio amicocorrohorauertot veſcentes oblatis victimis partes paciſcentes; patet ex illius capitis 24. Exodi, verbis illis verſu 9. Aſcenderuntque Moyſes, & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael, & viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opos lapidis ſaphirini, & quaſi cœlum cùm ſerenum eſt. Videruntque Deum, & comederunt, & bibetunt de victimis proculdubio, pto illis verbis, quaſi opus lapidis ſaphirini, alij vertunt, quaſi opus lateris, aut menſæ ſaphirinæ, quia videtunt ad pedes Dei ſaphirum latum, & complanatum ad modum menſæ, in qua comederunt victimas Moſes, & Aaron vice Dei partis paciſcentis, & principes alij vice populi partis alterius. Qua ratione manſit fœdus illud ſanguine confitmatum, & conoiuio ſolemni corroboratum.

Fœderis noui ineundi ratio.

Fœdus nouum non diſſimili ratione ictum eſt, qoamuis multo ſint excellentiora quæ ſuot in pactum deducta. Paciſcentes in hoc fœdere ſunt, Deus, imò, Chriſtus ipſe ex vna patte, nam lex per Moſen data eſt. Ioan. 1. Gratia, & veritas, per Ieſum Chriſtum facta eſt, imò vtriuſque fœderis auctorē fuiſſe ex hoc loco Ieremiæ diximus ſupra num. colligete Lactantium, Chryſoſtomum, & Theodoretum. Ex altera patte erant Apoſtoli nomine omnium fidelium, quotqoot recepiſſeot eum.

Chriſtus pater patratus.

ad Heb. 8. 6.

ad Heb. 9. 15.

Huius fœderis fecialis maximus, & pater patratus fuit Chriſtus, oam & filius erat æterni patris, & pater futori ſæculi, qui & propterea mediator appellatur ab Apoſtolo, ad Hebr. 8. Nunc aotem, inqoit, melius ſortitus miniſterium, quanto & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribos repromiſſiooibus ſancitum eſt. & cap. 9. & ideo noui Teſtamenti mediator eſt. Nam qua ratiooe Deus erat partes agebat Dei, qoa homo verò partes hominum.

Res in nouum fœdus dedoctæ ex parte Dei ſone lex gratiæ, lex fidei, lex ſpititus, id eſt, ſpiritus ſancti gratia, qua remiſſis peccatis efficiamur filij Dei, quibus dentur præſidia, & opis ad benè operandū, & ios ad æternam hæreditatem. Hanc eoim gratiam pactus eſt Chriſtus ſe daturum ſibi credentibus, quæ quoniam mentem illuſtrat, & affectum afficit ad Deo ſpontaneè inſeruiendum, ideo dicitur lex noua in corde inſcribi, & in viſcerib. inſeri & eſt potiſſima conditio, ac lex euangelica, quæ per Chriſtum facta eſt, & promiſſa. Nam vt ait Auguſtinus lib. de ſpiritu, & littera cap. 21. Quæ ſunt leges Dei ab ipſo Deo ſcriptæ in cordibus niſi ipſa præſentia ſpiritus ſancti? Hanc gratiæ ſpiritus ſancti, & donorum eius collationem pactus eſt Chriſtus, ac pollicitus eſt ſe daturum per vniuerſum euangelium, Ioan. 4. Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Ioan. 6. Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet vnquam. & Ioan. 7. Ieſus clamabat dicens, ſi quis ſitit veniat ad me, & bibat: qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpirito, quem accepturi erant credentes io eum.

Auguſt.

Io. 4.14.

Io. 6.36.

Io. 7.38

Obligauit etiam Chriſtus ſoos ad quędam externa præcepta, quæ diſponerent ad legem ipſam Euangelicam, nempe ad gratiæ ſuſceptionem: vt ſunt pręcepta fidei, ſpei, & charitatis, ad cognoſcēdum Chriſtum Deum, & hominem, & ad purgandum affectum, tum etiam præcepta ſacramentorum, qoæ vt ait Aoguſtious in epiſtola 118. Sunt nomero pauciſſima, obſeruatione facillima, ſignificatione præſtantiſſima, quibos ſocietatem noui populi colligauit? huiuſmodi fuere, quæ docuit in monte ſuos diſcipulos cap. 5. Mat. Ex parte verò hominum, Apoſtoli obſequium debitum promiſerunt, vnde cum Ioan. 6. dixiſſet Chriſtus illis: Nunquid & vos vultis abire? reſpondit Simō Petrus: Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimos, quia tu es Chriſtus filius Dei viui, & ita qnicunque baptiſmum ſuſcipiunt ptofitentur ſe legi Euangelicę obligatos.

Auguſt.

Mat 5.3

Io 6 67

Quo loco nouū fœdus ictum.

Mat. 5.

Quod ſi quæras vbinam hoc nooom fœdus ictū eſt? Theodoretus boc loco exiſtimat in monte, cum abductis Apoſtolis dedit eis Chriſtus non tabulas lapideas, ſed in cordibus eorum inſcripſit leges diuinas, & dantibus operam virtuti beatitudines obtulit. Sed quia fœdus nouum, vt diximos, nihil eſt aliud quam gratia ſpiritus ſancti, qoæ abūdanter dari noo debuit, vt probat ſanctus Thomas 12. q. 106. art. 3. antequam impedimentom peccati ab humano genere tolleretur conſumata redemptione per Chriſtum, Vnde dicitur Ioan. 7. Nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus. & ad Hebr. 9. dixit Paulus: Et ideo nooi teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento, repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt ęternæ hæreditatis. Propterea aliis videtur nouum fœdus fuiſſe percuſſum in monte Sion io die Pentecoſtes, ita hoc loco affirmat Hierouymus cùm ait: Nunc autem in Euangelio poſt crucem, reſorrectionem, & aſcenſionem dare ſe pactum non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalib⁹ pollicetur. & Chryſoſtomus ſermone in Pentecoſte de ſpiritu ſancto, tomo 5. pag. 96. & homil. 1. in Matthæum, ſic inter alia dicens: Illa lex data eſt poſt Ægyptiorum profecto perniciem in erenio, in monte Syna, & fumo, & igne aſcendente de monte, & tuba terribiliter inſonante, & Moſe io ipſam nobis caliginem intrante. In nouo verò non ita, ſed lucente prorſus die, in domo ſedentibus cunctis multa cū manſuetudine, & in veteri teſtamento cū Moſes aſcendiſſet io montem, deſcendit Deus. In nouo verò cùm noſtra in cœlum, imo in ipſum regalem thronum eſſet eleuata natura. Spiritus ſanctus

Io. 7.39.

ad Heb. 9. 15.

Hieron.

Chryſoſ.

deſcendit

A deſcendit de cœlo, & tabulæ iſtæ ſunt abſque dubio meliores, & virtutum merita clariora. Nun enim deſcenderunt Apoſtoli de monte tabulas lapideas afferentes in manibus, ſed ſanctum Spiritum mente portantes, & theſaurum quendam dogmatum, donorumque geſtantes: cunctorumque fontem ex ſe effundentes bonorum omnia circuibant, viui quidam libri, viuæque leges effecti per gratiæ largitatem. Atque ita videtur Lyræ.

Pactum in toto euangelio repetitur.

Veruntamen cum nomine fœderis duo poſſint intelligi, & pactum ipſum, quod eſt conſenſus partium verbis explicatus, & res ipſæ in pactum deductæ, quæ ſunt res vtrinque promiſſæ. Quod attinet ad pactum ſemel initum per totum euangelium repetitum eſt: & ex illo nihil aliud manſit, quam obligatio in Deo dandi ſuam gratiam, & Spiritum ſanctum, & quæ illum conſequuntur, & in homine præſtandi Chriſto in omnibus obedientiam. Quod attinet ad res pactas, & promiſſas quæ nomine fœderis ſignificantur: quoties Chriſtus dedit leges ſuas, vt in monte Matt. 5. & in doctrinis, & in ſermone poſt cœnam, tum etiam, quoties alicui dabat ſuam gratiam peccata eius dimittens, quod fecit, & facit ſæpe, toties ſuum fœdus adimplet, & quia potiſſimum pollicitus fuerat toti Eccleſiæ Spiritum ſanctum, qui caritatem diffunderet in cordibus omnium, quæ legem euangelicam implet, inde eſt quod peculiari ratione dicitur in die Pentecoſtes datum nouum fœdus, hoc eſt noui fœderis potiſſimam rem, cum alias ſæpe detur, iuxta illud Pauli ad Galat. 3. vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret, in Chriſto Ieſu, vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem, vnde rectè Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus nouum fœdus in vniuerſo euangelio datum arbitrantur, quod ſecuta eſt confirmatio per ſanguinem Chriſti, alij dicta ratione, in Pentecoſte.

Mat 5 1

Ad Gal. 3 14

Sacrificio Chriſti cōfirmatum eſt fœdus nouum.

Ad Heb. 9. 22.

Tertull.

Fœdus hoc nouum non eſt abſque ſacrificio confirmatum, quemadmodum, & fœdus vetus, & alia, nam vt ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio, vt ait Paulus ad Hebræos 9. ita nullum pene fœdus abſque ſanguine fuit percuſſum, multo ergo maiori ratione nouum in cœna Chriſti ſanguine obſignatum eſt vt ait Tertullia. lib. 4. in Marcio cap. 40. & in cruce conſumatum. Sic ergo ſicut in alijs fœderibus ſacrificium comminatio erat in paciſcentes, qui ſanguine illo aſpergebātur, niſi fœderi ſtetiſſent, ita ſanguis Chriſti minatur eos, qui perfregerint nouum fœdus, perituros. At confirmationem ergo effuſus eſt ſanguis agni Chriſti, qui vt olim Moſes, Matt. 26. dixit, bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum, quod ipſum refertur Marci 14. Lucæ 22. & 1. Cor. 11. Effuſus eſt autem hic ſanguis in paciſcentes, vt olim ſanguis vitulorum, nam totus Chriſtianus populus eo eſt aſperſus, & totus ſuper aram crucis eſt effuſus Deo patri litatus. Sub comminatione mortis. Nam vt ait Paulus ad Hebr. 9. Irrita quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus, vel tribus teſtibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit.

Mat. 26. 27.

Marci 14. 23. Luca 22. 20. 1. Cor. 11 24. Ad Heb. 9. 28.

Epulum ſacrum ad roborandum nouum fœdus.

Iam ne quid ex his, quæ in roborandis priſcis fœderibus adhibebatur, in hoc, quod illa omnia continet, deeſſet, ſicut in ſolenni epulo, ac cœna ſacra ex victimis paciſcentes epulabantur, & bibebant, ita in hac victima Chriſti corpore & ſanguine epulamur, & potamur, quo concordia inita roboretur, vtraque parte veſcente, ſuper ipſa menſa, ſuper qua ſacrificatum eſt, ſic enim dixit Paulus 1. ad Cor. 10. 16. Calix benedictionis, cui benedicimus nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt, & panis, quem frangimus nonne participatio corporis domini eſt, quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus, nam omnes de vno pane participamus, & de vno calice, propterea Euchariſtia, ideſt, bona gratia dicitur, quod in ea diſſidentes redeunt in gratiam, & concordes corroborantur: & multo melius quam olim in cœnis, epuliſque ſacris, & quaſi hoſpitibus oblatus panis, & vinum propinatur, vt fiant ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, vt late declarat Apoſtolus in c. 2. Epiſtolæ ad B Epheſios.

1 Cor. 10. 16.

Ad Eph. 2.

Idem eſt noui fœderis ſacrificium, & epulum.

Et quamuis pro diuerſa repetitione priſcorum fœderum priſca ſacrificia, & conuiuia repeterentur, hoc habet peculiare nouum fœdus, quod in eo confirmando idemmet repetitur ſacrificium, idemque celebratur conuiuium ad finem vſque mundi, ex Chriſti eximia caritate. Hoc facite, ait Luc. 22. in meam commemorationem, & 1. ad Co. 11. Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam cōmemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens, hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: hoc facite quotieſcunque bibetis in meam commemorationem: quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat, in virtute huius fœderis Chriſti ſanguine obC ſignati, omnia nobis donantur.

Luca 22. 19. 1. Cor. 11. 24.

Fœdus nouum cur dicatur.

Dubium tamen eſt cum potiſſima promiſſio huius noui fœderis ſit gratia ſpiritus ſancti, & hanc obtinuerint priſci illi patres, quotquot ſalutem ſunt conſecuti, per Chriſtum, non enim aliud nomen datum eſt ſub cœlo, Actuum 10. in quo oporteat nos ſaluos fieri: ergò lex euangelica, quæ eſt lex gratiæ antiquior eſt, & prior lege vetere? potius ergo hoc fœdus vetus, illud nouum eſſet appellandum. Supponendum eſt, quod ſupra dicere cœpimus. Fœdus nouum duo cōtinere, vnum primario, promiſſionem gratiæ Spiritus ſancti, & alterum ſecundario, externa præcepta pauciſſima, nempe præcepta naturalia morum, præcepta fidei de myſterijs credendis, & præcepta ſacramentorum, ad quæ obligat Chriſtus in hoc fœdere. Cum tamen fœdus vetus tantum traderet hæc præD cepta imperfecta, obſcura, & inutilia, abſque gratia.

Act. 10. 12.

Dicendum ergo, quamuis omnes ſalui, gratia noui teſtamenti, ſeu fœderis ſint ſalui, & eo ipſo ad nouum fœdus, & ad gratiam euangelicam pertineant, vt oſtendit Paulus ad Hebr. 11. & Auguſtinus contra epiſtolam Pelagij, vocat illos noui teſtamenti hæredes, & epiſtul. 120. ad honoratum, & lib. 1. de peccatorum meritis, & remiſſio c. 11. Regnum mortis, inquit, ſola in quolibet homine deſtruit gratia ſaluatoris, quæ operata eſt in antiquis ſanctis, quicunque antequam in carne Chriſtus veniret, ad eius tamen adiuuantem gratiam, non ad legis literam, quæ iubere tantum, non adiuuare poterat, pertinebant: Nihilominus fœdus nouum non dicitur nouum origine propter gratiam, ſed promulgatione, quia vetus prius fuit promulgatum in monte Sina, at nouum in monte Sion in

Ad Heb. 11. Auguſt.

Pentecoſte. Deinde, quia ſolutum eſt gratiæ pretium morte Chriſti, & quia nouæ leges datæ ſunt, & noua Chriſti ſanguinis effuſione confirmatæ, & ſacro epulo, cœnaque Euchariſtica corroboratæ, & quia hoc morte teſtatoris eſt confirmatum, & reſeratum, vt dicit Paulus ad Hebr. 9. Nicetas in illa verba Nazianzeni oratione 43. in nouam dominicam, canticum nouum domino canere iubemur, allegoricè, ait, nouum teſtamentũ ita dictum non ſolum à tempore, ſed à natura earum rerum, quæ in eo contigerunt, quandoquidem omnia innouata ſunt, & in primis homo, propter quẽ omnia extiterunt, nam & creatura noua facta eſt, & nouus homo, & vita noua, & noua mandata, & noua gratia, & nouæ pollicitationes, & noua ſacramenta, & noua præcepta hæc ille. Quæ dicta ſufficiant ad cognitionem noui fœderis ac veteris.

Ad Heb. 9. 16. *Nicetas*

22 *In viſceribus.*] Poſt dies illos legis veteris dicunt Lyra, & Dion. & Vat. ſuccedet lex noua, quamuis Hieronym. & Hugo poſt dies incarnationis, paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis Chriſti, declarent, dabo legem meam in Pentecoſte, quoad manifeſtam, & publicam largitionem Spiritus ſancti, toti Eccleſiæ ſactam. Dabo, ait, legem meã in viſceribus eorum, hoc eſt in affectibus, in voluntate, & in corde eorum ſcribam eam, hoc eſt in mente, & ratione: ita volunt intelligi Hugo, & Dion. Alij idem eſſe putant in viſceribus aut intimis eorũ, & pro, id eſt in medio corde eorum. Sed idem eſt, nã medium cor hominis, mẽs eius eſt, & affectus, quę ſunt duæ tabulæ, in quibus ſcripta eſt lex euangelica: cum lex vetus ſcripta ſit in tabulis lapideis. Eſt autem diſcrimen in hoc, quod lex illa vetus tãtum tradebat externa præcepta, quibus cognoſceretur peccatum, quia per legem cognitio peccati, per gratiam ſanatio animæ à vitio peccati, vt ait Aug. lib. de Spiritu, & litera c. 19. & Epiſt. 200. ad Aſellicum, vtilitas legis eſt, vt hominem de ſua infirmitate cõuincat, & gratiæ medicinã, quæ in Chriſto eſt, implorare compellat, & Theod. ſuper c. 6. Epiſtolæ ad Romanos, Ante gratiam, inquit, lex ſolum docebat quid eſſet agẽdum, iis autẽ, quibus ipſa imponebatur nullum penitus auxilium afferebat, gratia autem præter legis impoſitionẽ præbet etiam auxiliũ, & propterea lege eſt perfectior, quæ fit à gratia legiſlatio, vt pote cum auxiliũ ſoluat difficultatem. explicat hoc argomentum late Nazian. oratione 42. in Paſcha, & propterea in tabulis externis, lapideis ſcripta fuit, in quibus legi poſſet, & diſci ab omnibus. At lex noua confert gratiam, qua mens illuſtratur, & inſtruitur & voluntas afficitur legi exequendæ, per infuſionem Spiritus ſancti, de quo dixit Chriſtus Ioan. 14. ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis, quia niſi idem Spiritus, ait Greg. Hom. 30. in euangelia cordi adſit audientis, otioſus eſt ſermo Doctoris. Nemo ergo docẽti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligat, quia niſi intus ſit qui doceat, & doctoris lingua exterius in vacuum laborat, & propterea dicit lex ſcripta in viſceribus, & in corde, & Epiſtola ſcripta, non atramẽto, ſed Spiritu Dei viui, vt ait Paulus 2. Cor. 3. non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus, de quibus apud Ezechiel. ca. 36. pollicetur Deus, Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri, & auſerã cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & ſpiritum meum ponam in medio veſtri.

Lex noua in viſceribus. *Aug.* *Theod.* *Naz.* *Ioan. 14. 26.* *Greg.* *2. Cor. 3. 3.* *Ezech. 36. 26.*

23 *Et non docebit.*] Verba illa, & non docebit vltra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum: dicens cognoſce dominum, omnes enim cognoſcẽt me à minimo vſq; ad maximum difficilia ſunt, quia ex illis videtur confirmari illorum hominum ſententia, qui Doctorum, ac prælatorum contempta doctrina, quid ſibi ſit agendum, quid credendum, ex Spiritus ſancti expectant reuelatione, multiplicibus, ac pernicioſis erroribus expoſiti. Propterea quidam putant hæc non promitti in Eccleſia militante implenda, ſed in triumphante, quando omnes beati cognoſcẽt dominum, & facie, ad faciem videbunt: ita ſentiunt Theod. hîc, Aug. lib. de Spiritu, & litera ca. 24. Bernardus, quem refert, & ſequitur Rab. Lyra, & Dion. Verũ cum & quæ præceſſerunt, & quæ ſequuntur de peccatorũ condonatione Eccleſiæ militanti promittantur, cur hoc vnum ei negabitur? Secundo, ſi de militanti Eccleſia, hoc eſt intelligendum, Lyra exiſtimat, promitti hanc ſcientiam Eccleſiæ primatibus Apoſtolis, viriſq; Apoſtolicis, qui primum à Chriſto ipſo, deinde à Spiritu ſancto de omnibus inſtructi ſunt, abſq; homine magiſtro. Cum tamen promiſſio in vniuerſum dicat, omnes cognoſcent me à minimo vſq; ad maximum. Tertiò, Hier. Dion. & Iſid. videntur intelligere de cognitione vnius Dei, oppoſita multiplici idololatrię, quaſi dicat: tempore legis euangelicæ adeo mentibus inſerendam vnius Dei notitiam, & religionem, vt non ſit neceſſe, vt doceantur homines, & arceantur ab idolatria vt fiebat in veteri lege, cum Iudæi adeo erãt propenſi ad idola. & hunc ſenſum indicat propheta, cum ait, non docebit vir fratrem ſuum, dicens, cognoſce dominum, ſcilicet, vnum eſſe, nõ plures, quod quidem per Chriſtum, qui omnem exterminauit idololatriam, accidiſſe, nemo eſt qui poſſit inficiari. Quartò, S. Thomas limitat ad modum ſciendi, quia in lege euangelica non eſt opus inuentis humanis, aut philoſophicis rationibus, vel etiam Iudaicis traditionibus, vt veniatur ad cognitionem diuinæ veritatis, quia Spiritus ſanctus reuelans ſolus eſt eius magiſter, & interius illuſtrans mentem, & afficiens voluntatem. Quinto Chryſoſt. Demonſtrat. aduerſus gentiles, quod Chriſtus ſit Deus, tom. 5. pag. 93. Aug. lib. de gratia Chriſti c. 12. 13. 14. Rab. Hugo, & Iſid. videntur explicare de conditione, & natura legis euangelicæ, non enim vult promittere nullum eſſe qui ignoret Deum, fideiq; myſteria, cum hoc non experiamur, ſed hoc tantum, eius eſſe naturæ, & conditionis legem euangelicam, vt nullus ſit, qui in ea non inueniat facilem de Deo inſtitutionem, etiã externam, vt prædixerat Iſa. c. 11. repleta eſt terra ſciẽtia domini, ſicut aquæ maris operientes: experimur enim tam eſſe communem, & omnibus etiã pueris rudibuſq; perſiam Dei cognitionem, & altiſſima fidei myſteria, & præceptorum notitiam, vt quaſi abſq; inſtructore ea noviſſe videantur. Sed præcipuè loquitur de interna Spiritus ſancti inſtitutione, qui tam eſt omnibus obuius, vt ſi externa inſtitutio etiam neceſſaria cum interna comparetur, quaſi nihil eſſe videatur vt abſq; ea nihil eſt, ſic explicat Aug. illud Iſ. 54. Dabo omnes filius tuos doctos à domino, gratia nempe Spiritus ſancti, qua homo internus à Deo mouetur, & ſuauiter impellitur ad credendum, & amandum, & ad reſipiſcendum: in quem ſenſum protulit Chriſtus illud Ioan. 6. & erunt omnes docibiles Dei. & Apoſtolus 1. ad Theſſal.

Vir non docebit proximũ quid ſit. *Theod.* *Auguſt.* *Bernar.* *Chryſ.* *Auguſt.* *Iſ. 11. 9.* *Expoſitio vera* *Auguſt.* *Iſ. 54. 13* *Ioan 6. 45.*

1. Teſſ. 4. 9. Theſſalon. 4. non neceſſe habemus ſcribere vobis ipſi enim à Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem, ſic illud 1. Ioan. 2. 1. Ioan. 2. 27. Non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos, ſed vnctio docet vos de omnibus. Hoc eſt permanete in vera doctrina, quam vos iam docui, cooperante vnctione Spiritus ſancti, & ne aures præbeatis nouis magiſtris pſeudoapoſtolis, non enim neceſſe habetis vt eorum aliquis doceat vos, ſiquidem vnctione Spiritus ſancti inſtructi iam eſtis à nobis de omnibus, nec enim expellit externam inſtructionem, cum prius dixerit: non ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritatem, ſed qoaſi ſcientibus eam, & vos quod audiſtis ab initio in vobis permaneat, hæc ſcripſi vobis de his, qoi ſeducont vos. Ioan. 14. 26. Itaque his verbis oſtenditur affluentia, copia, & facilitas, qua diuinus Spiritus intus docet omnia, & ſuggerit omnia, quæcunque Chriſtus etiam ipſe, aut quiuis alius doctor dixerit nobis. Solemus aliquem in via ſpirituali ſtatuere, & deinde nobis admirantibus, & etiam ſtupentibus, experimur quam facile, & ſuauiter ducatur, inſtruatur de reconditis, & quaſi impellatur ad maiores progreſſus in ſpiritu faciendos, quotidiè pluris æſtimans res ſpiritus quam alias: & magis eas penetrans, doois ſpiritus ſancti, adeo vt inſtructor oihil aliud faciat quam celerem, feruidum, & ardentem ſpiritum continere, & ſinere progredi qua ab ſpiritu ducitur, cuius vnctioue docetur de omoibus.

24 *Propitiabor.*] Exiſtimant Hieronymus, Rabanus, & Hugo, his verbis, quia propitius ero peccatis eorum, & peccati eorum non memorabor amplius reddi rationem eorum, quæ promiſſa ſunt in nouo fœdere, nam cum polliceatur legem inſcripturum in viſceribus eorum, & omuem cognitionem myſteriorum Dei nunc dicit, ſe id daturum, quod ſimul polliceatur ſe cor paraturum ad legem gratiæ ſuſcipiendam per remotionem, & remiſſionem omnium peccatorum, quæ impedimento forent. Et quidem Rabanos, & Hugo, qui exiſtimant de cognitione beata locutum fuiſſe prophetam, & modo etiam loqui de omuimoda illa remiſſioue peccatorum, & mortis extinctione, quæ fiet per reſurrectionem ad immortalitatem, quomodo verum probant, & peccati eorum nou memorabor amplius, quod non ſemper verum eſt modo dum viuimus. Verum Hieronymo, Theodoreto, S. Thomæ, & Vatablo, aliiſque videtur ſermonem eſſe de remiſſione peccatorum in lege gratiæ facta per baptiſmum, alioſque modos ſimiles: Ad Heb. 9. 15. quia Paolus ad Hebræos 9. & Chriſtus, dum potum ſanguinis propinabat Apoſtolis, in remiſſiooem peccatorum porrigebat, & Petrus Act. 10. 43. Actuū 10. 43. Hunc locum norans, ait, huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qoi credunt in eum. Remiſſio peccatorum tantum memoratur. Sed quare in percuſſione noui fœderis, inter alias promiſſiones excellentiores gratiæ, Spiritus ſancti, adoptionis filiorum Dei, beatitudinis hæreditaris, tantum expreſſerit Deus promiſſionem remittendi peccata? Reſpondetur, hāc vnicam eſſe promiſſionem remittendi peccata, quam ab initio mundi omnes deſiderabant, lex vetus declarabat, & ſola lex noua præſtat, quia hic eſt omnis fructus vt deleatur peccatum vt ait Iſa. Iſ. 27. 9. cap. 27. & ad hoc venit Chriſtus ſub bac autem, vt ſub præcipua, ceteræ continentur, quæ cum gratia conceduntur. Qoia hæc eſt omnium donorum Dei impedimentum, quo remoto, ſtatim ſuccedit gratia cum omnibus bonis. Quoniam autem ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio, auctore Paulo ad Hebr. 9. Ad Heb. 9. 22. & impoſſibile ſit, vt idem ait cap. 10. Ad Heb. 10. 4. Sanguine taurorum & hircorum auferri peccata, eorumque pœnas exolui, quas diuina repoſcit iuſtitia, idcirco neceſſarius fuit ſanguis agni immaculati Chriſti, quo remittantur ad complemētum noui fœderis, quæ eſt ratio propter quam Chriſtus vt etiam refert Paulus, ſanguini ſuo ſemper adiungat remiſſionem peccatorum, cum ait, hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Nam mortuus eſt propter delicta noſtra ſuo ſanguine abluenda: & reſurrexit propter iuſtificatiouem noſtram. Ad Rom. 4. 25.

25 *Hæc dicit.*] Ratione ſumpta ab impoſſibili, iuxta omnium interpretationem, probat Deus ſtabilitatem, & perpetuitatem populi Iſraëlitici, cui pollicitus eſt ſe nouum fœdus daturum. Et videtur occurrere tacitæ obiectioni populi ex diffidētia profectæ, ſic muſſitanris. Si ad multitudinem peccatorum ooſtrorum reſpiciens, nos deſtruis, hoſtibus tradens: quid nobis polliceris te nobiſcum fœdus nouum initurum? Reſpondet dominus abſque vllo dubio ſe præſtiturum quod promitrit: quia verbum ſuum, nō poteſt non impleri: cum nemo ſuæ poſſit reſiſtere voluntati. Ratio efficax, & conſolatione plena. Probat hoc argumento à minori ad maius, ego ſum idem dominus qui feci ſolem vt luceret per diem, & lunam cum ſtellis, vt lucerent per noctem. Ego ſum qui diſrumpo mare cum mihi placet, & facio vt fluctus eius ſoneut citi. Cui nomen eſt dominus exercituum, quia omnes angeli mibi ſubſeruiunt ad nutum. Sed ego ipſe idem ſum, qoi ſupradicta promitto populo meo, At impoſſibile eſt harum rerum ordiuem naturalem diſſolui, aut vlla ratione violari, ergo multo magis impoſſibile eſt populum meom non permanere perpetuum, cui ego pollicitus ſum legem nouam. Igitur ex perpetuitate ordiuis naturalis ducit nos ad confidendū ordinem ſupernaturalem Eccleſiæ ſtabilem futurū, vt Chriſtus nobis promiſit. Eſt autem notandum pro illo nomine, ordinem, in Hebræo haberi חקת, Hukot, quod ſtatuta ſignificat, ordinata, præſcripta, vel leges, alluditque ſecundum omnes ad leges Soli, Lunæ, Stelliſque præſcriptas Gen. 1. Gen. 1. 16. Fecit duo luminaria magna, Solem vt præeſſet diei, Lunam & Stellas vt præeſſent nocti: & ita Chaldæus & alij vertont Statuta Lunæ. Pro eo verbo, Qui conturbat in Hebræo dicitur רגע Roganh, quod eſt ſcindens, findens, rumpens, aut diuidens mare: & quamois Vatablus putet loqui de ſciſſione maris rubri, at ceteri omnes intelligunt iu vniuerſum de tempeſtatibus, ac procellis, quibus ita mare permouetur, vt ſcindi, rumpique videatur, naturali ſtatuto, ac lege. Vnde Chaldæus vertit: Increpat mare, & ſonant fluctus eius: & concludit ſicot fieri non poteſt, vt pertranſeant pacta hæc à facie mea, dicit dominus, ſemen quoque Iſraël non deſinet eſſe populus miniſtrans coram me omnibus diebus.

Ratio ſimilis. Eandem rationem format ab alio impoſſibili ad probandum ſe propitium futurum peccatis populi, qoam Chaldæus ſic exponit ſicut uon poteſt fieri vt ſciat homo menſuram cæli deſuper, oeque etiam poteſt inoeſtigare fundamenta terræ deorſum, ſic verbum meum nou aoerſabitur omnem cognationem Iſraël pro his omnibus, quæ fecerūt

coram me, dicit dominus. Eſſe autem id impoſſi- A
Iob. 38. 5 bile docet Iob. 38. cum ait, Quis poſuit menſuras
terræ, aut quis poſuit ſuper eas lineam, ſuper quo
baſes eius ſolidatæ ſunt? nunquid noſti ordinem
cæli, aut pones rationem eius in terra? & Eccleſia-
Eccl. 1. 2 ſticus capite 1. altitudinem cæli, inquit, & lati-
Obiectio tudinem terræ, & profundum abyſſi quis dimen-
ſus eſt?

Quod ſi obiicias has promiſſiones non præſti-
tas, ſiquidem populus Iudæorom pene extinctus
eſt, neque miniſtrat Deo. Reſpondetur cum Hie-
ronymo, & aliis fere omnibus interpretibus, lo-
qui prophetam de Iſraële conuerſo ad fidem, non
vniuerſo, ſed de iis, qui merito reliquiæ dicti ſunt;
nam propterea impoſſibile eſſe dicit abiicere vni-
uerſum ſemen Iſraël, non enim vniuerſum abie-
Ad Rom. 11. 1. cit: quod Paulus explicat ad Rom. 11. cum ſic inter-
rogat. Dico ergo, nunquid Deus repulit populum
ſuum? abſit, nam & ego Iſraëlita ſum, non repulit
Deus plebem ſuam, quam præſciuit. An neſcitis in
Elia quid dicit ſcriptura, reliqui mihi ſeptem mil-
lia virorum, qui non curuauerũt genua ante Baal,
ſic ergo in hoc tempore reliquiæ ſecundum ele-
ctionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Sunt qui reſpon-
deant loqui hîc dominum de Iſraële ſpirituali, nõ
Ad Rom. 9. 6. ſecundum carnem, de quo Paulus ad Rom. 9. de
perpetuando populo loquens, Non autem, ait,
quod exciderit verbum Dei, non enim omnes, qui
ex Iſraël, hi ſunt Iſraëlitæ, neque qui ſemen ſunt
Abrahæ omnes filij, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſe-
men: id eſt, non qui filij carnis, hi filij Dei, ſed qui
filij ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine. Sed
ſolidius eſt promiſſionem fieri Iſraëli ſecundum
carnem, & ei præſtitam facto ſecundum Spiritum,
nam omnia promiſſa Dei primo, ac præcipuè Iſ-
raëli facta ſunt.

De quo ædificio fiat promiſſio. 26 *Ædificabitur.*] Locus hic eſt difficilis explica-
tu. Nam Theodoretus, & S. Thomas putant pro-
mittere dominum vrbis ædificationem in ea am-
plitudine, cum qua hic deſcribitur, poſt reditum è
Babylone, tum etiam ſtructuram templi, ex capite
autem tertio lib. 2. Eſdræ conſtat ædificatam eſſe
vrbem Ieruſalem, & à ſacerdotibus ædificatam
portã gregis, & vſque ad turrim Hananeel. Quod
ſi forte non ita proſpere, ac magnificè eſt præſtitũ
ac promiſſum, reſpondent cauſam eſſe id quod ſu-
Ier. 18. 7 pra c. 18. dixerat dominus, ſe locuturum de gente,
& regno, vt ædificet, & plantet illud: quod ſi malũ
fecerit, pœnitentiam agam & ego ſuper bono, ait,
quod locutus ſum vt facerem ei: Iudæi ergo quia
non perſtiterunt, ſed receſſerunt à Deo, ideo non D
ſunt potiti huius amplæ promiſſionis completio-
ne. Verum cum non videamus hanc promiſſionẽ
impletam poſt reditum è Babylone, nec populum
nouerimus idola coluiſſe, à Deoque receſſiſſe, nõ
videtur certa ratio promiſſionis nõ præſtitæ quod
receſſerint à conditione, ſed quod re vera non fue-
rit promiſſio facta de materiali ædificio, ſed de
ſpirituali.

Secundo Iudæi, & priſci quidam, vt notant
Hieronymus, & Lyra, quoniam vident vrbem
Ieruſalem non fuiſſe in ea amplitudine ædificatam
ſub Zorobabele, & Eſdra, dicunt per Meſſiam,
quem adhuc expectant ædificãdam. Quibus in eo
videntur aſſenſiſſe ex noſtris priſci quidam, quod
Ap. 21. 1 putant poſt mille annos ex 21. c. Apocal. collectos,
nouam Ieruſalem ædificandam, deſcendentem de
cœlo, tanquam ſponſam ornatam viro ſuo. Sed cũ

A falſo nitantur fundamento, nempe quod Chriſtus
adhuc non venerit, falſa & ipſa expoſitio omnino
eſt, & illa veterum opinio communi ſenſu eſt ex-
ploſa.

Tertio Lyra vult hanc promiſſionem intel-
ligi de reædificatione Ieruſalem per Adrianum
Imperatorem facta, qui expulſis Iudæis, & admiſ-
ſis Chriſtianis, vt refert Euſebius lib. 4. hiſtor. Ec- Euſeb.
cleſ. cap. 5. Ædificauit vrbem, vel potius amplifica-
uit, muris circumiens loca Dominicæ paſſionis, &
ſepulturæ, vt Hugo Floriacenſis, aliique hiſtorici
narrant, quæ tamen prius erant extra vrbem, vt
patet Ioan. 19. & ad Hebræ. 13. & de ſuo nomine Ioan. 19
Eliam vocauit. Concluſit ergo muris collem Ga- Ad Heb. 13.
reb, id eſt, mõtem Caluariæ alio nomine vocatum
& Goatha, qui Ioan. 19. corrupto vocabulo dici- Ioan. 19
B tur Golgotha, & vallem cadauerum, & cineris vbi
damnati occidebantur, & ſepeliebantur, & vſque
ad torrentem Cedron. Et quidem ſi de his nomi-
nibus, ac locis conſtitiſſet, probari fortaſſe poſſet
Lyræ pietas. Verum cum conſtet ex 2. Eſdræ 3. 1. Hananeel turris.
& c. 12. 37. Turrim Hananeel altam centum cubi-
tis, de qua dictum eſt vt ait Iſidorus, mille Clipei 2. Eſdra 3. 1
pendent ex ea, in ea muri Ieruſalem parte ſitam
fuiſſe, in qua erat porta piſcium, & porta gregis, 2. Eſdra 12. 37.
nempe inter vtramque, quamuis propius portam
piſcis: eſſet autem porta piſcium ad occaſum, vt
colligitur ex 2. Paral. 33. 14. nam auctore Hierony- 2. Para. 33. 14.
mo Sophon. 1. Dioſpolim ducebat, & Ioppem, &
vicinior mari erat inter omnes vias Ieruſalem, per
quam piſces immittebantur in vrbem. Porta vero
gregis vergeret ad Auſtrum ducens in vallem Io-
ſaphat, vt ait Brocardus in deſcriptione terræ ſan- Brocar.
C ctæ: proculdubio ab hac turri Hananeel verſus oc-
caſum conſtructam producendum, & amplifican-
dum hîc prædicitur ædificium per meridiem ver-
ſus orientem, vbi erat porta anguli, diſtans à porta
Ephraim quadringentis cubitis, vt dicitur 4. Reg. 4. Reg. 14. 13.
14. 13. & 2. Paral. 25. 23. quæ erat ſita ad Aquilonem 2. Para. 25. 23.
Ieruſalem. Ergo quod ſubiicitur, exibit vltra nor-
ma menſuræ in conſpectu eius ſuper collem Ga-
reb & circuibit Goatha & quæ ſequuntur: per
orientalem plagam extra Ieruſalem, extenden-
dum dicit ædificium, nam & vallis Cedron, &
porta equorum ad orientem reſpiciebant, vt hic
dicitur, & 2. Eſdræ 3. 28. At Caluariæ locus, 2. Eſdra 3. 28.
dictus Hebraicè Golgotha, vel Golgoltha, vt
habetur in Matthæo, Marco, & Ioanne, ad
occaſum erat vergens ad Aquilonem, ad quem
locum egreſſus erat ex vrbe per portam Iebus,
D ſeu iudiciorum, cuius fit mentio 2. Eſdræ 3. 30. 2. Eſdra 3. 30.
quæ verſus eam plagam ſita erat inter occa-
ſum, & Aquilonem, quamuis magis vergeret
ad occaſum. Nulla ergo ratione Goatha ad
montem Golgotha potuit pertinere, nec ibi
erat mons, cui reſponderet Gareb, nam He-
braicè vno vocabatur nomine Golgotha, non
Gareb.

Quarta ergo exponendi hunc locum ratio Expoſitio vera de Eccleſia amplitudine.
eſt Hieronymi. Rabani, Hugonis, S. Thomæ,
Dionyſij, Vatabli, & Iſidori intelligentium ſub
hac materiali vrbis Ieruſalem amplificatione ſpi-
ritualem Eccleſiæ Chriſti latitudinem, & ampli-
tudinem, quæ non tantum Iudæos, ſed etiam gen-
tiles continere, capereque poſſit non iuſtos tãtum
ſed etiam peccatores, quocunque peccati genere,
cõtaminatos. Et quidem Hieronymus, Rabanus,
Hugo, S. Thomas, & Dionyſ. ita locum explicant
de

de eccleſiæ latitudine cum iuſtis peccatores cō- A prehendentis, & amplectentis, vt exiſtiment nomina locorum hic poſita debere accipi tanquam appellatiua iuxta cuiuſque ſignificatum. Itaque poſſumus iuxta hanc intelligentiam ita locum hunc vertere: Ædificabitur ciuitas eccleſiæ Domino à turre obedientiæ, ſeu gratiæ Dei, hoc eſt ab Apoſtolis primarijs huius ædificij lapidibus gratia ſpiritu repletis, vſque ad portam anguli, qua coniuncti ſunt gentibus cum Iudæis, & ducetur funiculus menſuræ eius è regione vſque ad collem Scabiei, vt ſcabie peccati inquinatos cōplectatur, & circuibit gentem abiectam, & omnem vallem cadauerum, hoc eſt, omnes carni deditos, & cinere conſpergentes caput, & omnem regionem mortis peccatorum, quæ extenditur B vſque ad torrentem tenebrarum: & vſque ad angulum portæ equorum orientalis, qui curſu, & certamine certant, vt perfectionem aſſequantur. Vide, inquit Hieronymus quanta habeat loca eccleſia: Audis angulos, audis Scabiem, audis ruinas, & cineres, & regionem mortis, & tenebras, & de tua virtute, & impeccantia gloriaris? Sed non eſt neceſſe ita religioſè ad horum vocabulorum ſignificata reſpicere ſingullatim, ſat eſt, hac vna deſcriptione Ieruſalem amplioris ſignificari, tam amplis finibus ſpiritualem Ieruſalem extruendā per Chriſtum, vt cum Iudæis capere poſſit gentiles, vndecunque ad eam incolendam venerint, vt explicant Vatablus, & Iſidorus. Et probatur, quia ſimilibus allegoriis ſolent prophetæ hanc eandem eccleſiæ amplitudinem vaticinari.

Iſa. 54. 2. Iſaias cap. 54. 2. ait: Dilata locum tentorij tui, & C pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit. *Zach. 2. 4.* Et Zacharias. c. 2. 4. Abſque muro habitabitur Ieruſalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius, & ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & c. 14. 9. *Zach. 14. 9.* Videtur eadem cum Ieremia loca deſcribere. In die illa erit dominus vnus, & nomen eius vnum, & reuertetur omnis terra vſque ad deſertum, de colle Remmon ad Auſtrum Ieruſalem; & exaltabitur, & habitabit in loco ſuo à porta Beniamin vſque ad locum portæ prioris, & vſque ad portam angulorum: & à turre Hananeel vſque ad torcularia regis & habitabunt in ea, & anathema non erit amplius, ſed ſedebit Ieruſalem ſecura. D

De lectione huius loci, ac deſcriptione. Sed quod attinet ad huius loci tranſlationem, quoniam variant interpretes, & iuuat non parum ad intelligentiam, ſciendum eſt totam periodum ex Hebræo ad verbū ſic verti: Et ædificabitur ciuitas ipſi Iehouæ à turre Hananeel vſque ad portam anguli: & exibit vltra funiculus menſuræ corā ea ſuper collem & Gareb, circuibit Goathah, & totam vallem cadauerum, & cineris, & vniuerſa campeſtria vſque ad torrentem Kidron, & vſque ad angulum portæ equorum ad orientem, ſanctitas ipſi Iehouæ. Diximus Hananeel turrim fuiſſe eminentem extructam iuxta portam piſcium reſpicientem ad occaſum: fortaſſe ædificata eſt ab Ozia. *2. Paralip. 26. 9.* 2. Paralip. 26. 9. De quo dicitur: Ædificauitque Ozias turres in Ieruſalem ſuper portam angeli, & ſuper portam vallis, & reliquas in eodem muri latere, & firmauit eas. Atque ex hac turri cæpiſſe extendi ædificium, aut deſcribi extendendum vſque ad portam anguli, quæ erat orientalis: nempe ab occaſu per meridiem vſque ad plagā orientalē vocatur autē Hebraice porta פִּנָּה Pinnah à verbo Panah, quod eſt reſpicere: quod huc, illucque reſpiciat: nec ita vocatur angulus ex ea parte, qua interius coniunguntur parietes, ſed ex ea qua exterius prominet, & proſtat, & in vtramque faciem, aut partem reſpicit. Vnde pinna hiſpano ſermone quiduis acutum ſignificat: nam pinnas vocamus ſummitates murorum, & *las eſquinas* domus, aut turrium, aut viarum, & quia anguli ſūt domus robur & fortitudo, ideo turres fortes anguli dicūtur Sophoniæ 1. *Anguli duces populi. Sophon. 1. 16.* Et per metaphorā duces populi, ac principes vocantur anguli, Iud. 20. 1. Reg. 14. Vt hodie Heluetiorum duces Cantoni vocantur. Et exibit aut vertet ſe vltra filium, aut funiculus ante ipſam עַל Al *Iudic. 20. 2. 1. Reg. 14. 38.* ſuper, vel vt. Lxx. Chaldæus, & Tigurina, vſque ad collem Gareb. Eſt autem Gareb collis ad orientem Ieruſalem ſitus: nam funis ſe vertebat à porta anguli, quæ erat orientalis vſque ad collē Gareb. Chaldæus ita expoſuit: Et ædificabitur ciuitas Ieruſalem coram Domino à turri Hananeel vſque ad portam anguli: & egredietur adhuc filum menſuræ ædificij è regione eius, donec perueniat ad vallem, vel ad Gabaat, quæ eſt vicina Gareb: & erit circumiens arcem rotundam, & videtur Gabah eſſe cuius meminit Zacharias. c. 14. 19. *Zach. 14. 19.* Iuxta Septuaginta, Tigurinam, Pagninum, Vatablum, & recentiores alios, cum vertunt, A Gueba vſque ad Rimmon:

Addit, & circuibit Goathah, quod nomen Septuaginta, & Chaldęus deducunt ab עגל quod eſt rotundum, & ita vertunt. Lxx. Et circumdabitur per girum de electis lapidibus: & Chaldæus: Et erit circumiens arcem rotundam. Sed cæteri nomen proprium loci eſſe putāt. Et totam vallē Pegarim, nam Theodotio Hebraicum reliquit: putat autem Theodoretus eſſe loca ſacrificandis carnibus deſtinata. Omnes alij transferunt, cadauerum, quamuis & Hieronymus exponat ruinarū, putat vero Chaldæus, & ſuffragatur ei Iſidorus, eſſe vallem cædis Aſſyriorum, ſic enim habet Et omnis vallis, vbi *4. Reg. 19. 35.* ceciderunt cadauera exercitus Aſſyriorum, refertur autem 4. Reg. 19. 35. Et דֶּשֶׁן Deſen cinerem ſeu cineris, vt regatur à valle, vt omnes fere tranſferunt. Vatablus transfert, pinguedinis. Theodoretus legit ſpodiam, & dicit eſſe locum, in quē *4 Reg. 23.* proijciebantur cineres ſacrificiorum videtur autem eſſe vallis torrentis Cedron, nam. 4. Reg. 23. 12. Ioſias altaria atrij Domini deſtruxit & diſperſit cinerem eorum in torrentem Cedron. Solet autem cinis pro manibus, & reliquiis funerum *Virgilius.* accipi: quæ in ea valle ex cadaueribus remanſerant. Nam Virgil. 4. Æneid.

Nec patris Anchiſæ cineres, maneſve reuelle. *Cicero.*

dixit & Cicero. 3. in Verrem, Homo, ait, importuniſſime cur tantam iniuriam P. Annio mortuo feciſti? cur hunc dolorem cineri eius, atque oſſibus miſiſti.

Et vniuerſa campeſtria vſque ad torrentem Cedron Hebraice, & vniuerſa שדמות Sedemot à ſingulari Sedemah, aruum, regio vt ſignificet, & omnes regiones, vel agros, vel campeſtria aut

planities vſque ad rorrentem Cedron. Chaldæus A vertit, & omnes aquæductus. Aquila, ſub vrbana. Vulgatus in duo nomina diuiſit שְׁרֵי tegionem, & מָוֶת mauet mortis, & vniuetſam regionem mortis. קִדְרוֹן Cidron autem ab opacitare dicitur nomen rorrentis, Ieroſolymam prærerfluentis ad orientem, eamque à monte Oliueti diuidẽtis: cnius nomine vocatur vallis, per qnam fluit.

Demun dicir vſque ad angulum portæ equorum orientalis. Chaldæus vſque ad angulum portæ domus equorum regis ad orientem: ita putat dictam Iſidorus quod ibi equi exercerenrus; vel vt Lyra, quod per eam pottam educerẽtur ad bibendum in torrente Cedron: dicta eſt autem oriẽtalis ad differentiam alterius, quæ erat ad oeca- B
2. Eſdr. 3.24. 27. ſum, cuius fit mentio 2. Eſdræ 3. 24. 27. & erat iuxta templum.

27. *Sanctum.* De loeis omnibus ſupradictis dicit qnod erunt Sanctum domino, hoc eſt, conſecrabuntur domino: dum aſſumentur ad amplificandam ſanctam ciuitatem Dei Ieroſolymam: & verius, vniuerſa eccleſia lata quaqua verſus, & per A vniuetſum orbem diffuſa ſancta erit domino. Lyra de Chriſti ſepuleto exponit, quod ſemper maner ſummo honore cultum. Theodoretns putar hæc extrema loca ideo ſanctum domino dicta, quod ſanctuario, ſeu templo deſignentur: & confirmat hunc ſenſum, qnod alij, ab illis verbis: Et omnem vallem, vertunt in caſu nominandi: & omnis vallis cadauerum, & cineris, & vniuerſa regio mortis, vſque ad torrentem Cedron, & vſque ad angulnm portæ eqnorum orienralis, ſanctum domino, vt Chaldæus transfert, vt velir ſignificare, illud omne ſpacinm electum, vr fiat in eo templum domino ampliſſimum. Sed prior ex- Zachar.
poſitio veriot eſt, quam confitmar Zacharias cap. 14. 11.
B 14. eum dixit, Et anathema non erit amplius in ea, nempè Ieruſalem: vt omnis ciuitas domino conſecrata dicatur, quia eccleſia ſancta Matth.
Deo eſt, nec vnquam deſtruetur, aut euelletur, 16. 18.
cui dixerir Chriſtus Matth. 16. Nec portæ inferi Matth.
præualebũt aduerſus eam: & Ecce ego vobiſcum 28. 20.
ſum vſque ad conſummationem ſæculi.

FINIS LIBRI TERTII.

COMMENTARIORVM IN PROPHETIAS IEREMIÆ IVXTA CHRONOTAXIM, HOC EST, SECVNDVM TEMPVS, QVO AB EO EDITÆ SVNT,

LIBER QVARTVS.

PRÆFATIO.

CIVITATE *Ieruſalem obſeſſa ab exercitu Chaldæorum à decima die menſis decimi, anni decimi Sedeciæ, Ieremias nihilominus concluſus carcere tenebatur, qui ſi liber eſſet ſua ſanctitate populo incolumitatem reportaſſet. Sed verbum Dei non eſt alligatum: ſiquidem & populus, & rex ſe illius precibus commendabat; & ipſe propheta inde ita ſua impartiebat, vt certum vrbi & templo exitium conminaretur, populo poſt captiuitatem felicem polliceretur reditum, Abdemelecho Æthiopi libertatem: donec capta vrbe, eius prophetia tandem completa eſt, & qui à ſuis incluſus carcere continebatur, ab hoſtibus liber educitur, & ſumma libertate donatur, & principi Godoliæ, commendatur. Quo interfecto à viris iniquis ductus eſt inuitus in Ægyptum, vbi & Regi, & Ægypto vniuerſę, & Iudæis, qui ſe tutos ibi exiſtimabant futuros, extremam denunciat captiuitatem, quapropter lapidibus à ſuis obrutus interijt. Sed non multo poſt venit Nabuchodonoſor, & regem occidit, Ægyptum ſubiecit, & ſeptingentos quadraginta quinque e Iudæis, qui ad Ægyptum confugerant, duxit captiuos Babylonem. Atque hoc modo tandem diruta omnino eſt Iudæorum Reſpublica, quod Deo parere noluiſſet: Et hæc quidem à decimo anno Sedecię, qui quarto huic libro initium dat, ſeruato ordine temporis accidiſſe, quartus item Chronotaxeos liber demonſtrabit.*

PARAPHRASIS.

Sedeciæ anno decimo.

1 *ANno decimo Sedeciæ regis Iuda, qui erat annus decimus octauus Nabuchodonoſoris Regis Babylonis, quando illius exercitus obſidebat Ieruſalem, clauſus tenebatur Ieremias in atrio carceris, qui eſt in domo Regis Sedeciæ. Coniecerat enim eũ rex in carcerem quod ſic fuiſſet Dei nomine vaticinatus: Ecce ego tradam vrbem hanc poteſtati Regis Babylonis, capietque eam, & Sedecias Rex Iuda non euadet manum Chaldæorum, ſed certiſſime tradetur regi Babylonio, coramque illum alloquetur, ac ſuismet oculis eius oculos intuebitur, qui eum duci iubebit Babylonem, vbi perſeuerabit donec² tollant animam eius ab eo, & moriatur. Quod ſi dimicando repugnatum fuerit Chaldæis, nihil proſpere regi, populoque ſuccedet. In hoc ergo tempore locutus eſt dominus huiuſmodi ſermonem Ieremiæ. Ecce Hanameel filius Sellum patrui tui. Veniet ad te, ac dicet; eme tibi prædium, quod eſt mihi in Anathoth, nam tibi competit emptio iure propinquitatis. Venit igitur, vt mihi fuerat prædictum, Hanameel filius patrui mei, ad me in atrio carceris conſidentem, dixitque, Eme quæſo agrum meum, quem habeo in Anathoth vrbe Beniamin, ſiquidem ius hæreditatis huius ad te pertinet: tibique competit redemptio propter propinquitatem: eme ergo tibi. Ego autem iam certior factus quod ille miſſus fuiſſet à domino ad aliquid præſignificandum, emi agrum, oblatis in precium³ decem, & ſeptem ſiclis argenteis, & ſcribi feci in libello, & teſtibus adhibitis anulo publico ſignari: deniq; pecuniam tradidi ad bilancem appenſam: & accepi literas emptionis ſignatas, ſtipulationibus, ſponſionibuſque legitimis roboratis, & alterum inſtrumentum apertum: & dedi Baruch filio Neriæ filij Maaſiæ coram Hanameel patrueli meo, & teſtibus, qui ſcripti erant in libello emptionis, & coram Iudæis omnibus, qui tunc reperti ſunt in atrio carceris: præcepique ei in omnium conſpectu nomine domini exercituum Dei Iſrael, vt vtrumque emptionis inſtrumentum, tam ſignatum, quam apertum acciperet, ac reconderet in vaſe fictili, vbi poſſet per dies multos aſſeruari: quo omnibus perſpicuum fieret velle ſignificare Deum, rurſus habitandam Ieruſalem, agros, domos, ac vineas iterum poſſidendas in ea. Traditis ad hunc modum literis Baruch filio Neriæ: hanc ad dominum fudit Ieremias⁴ deprecationem. Ah ah domine Deus: ecce tu condidiſti cælum, & terram magna tua potentia, & brachio tuo exerto: nihil tibi⁵ difficile factu eſt, quod pollicitus fueris. Tu facis⁶ miſericordiam in millia: & patrum iniquitates⁷ in filios eorum rependis: Tu es Deus magnus, ac potens, cui nomen eſt, dominus exercituum, qui maxime*

CAPVT TRICESIMVMSECVNDVM.

VErbum, quod factũ eſt ad Iere- 1
miã à domino in¹ anno decimo
Sedeciæ regis Iuda: ipſe eſt annus
decimus octauus Nabuchodo-
noſor. | Tũc exercitus regis Ba- 2
bylonis obſidebat Ieruſalem: & Ieremias
propheta erat clauſus in atrio carceris, qui
erat in domo regis Iuda. | Clauſerat enim 3
eum Sedecias rex Iuda dicens: Quare vati-
cinaris, dicens: Hæc dicit dominus: Ecce
ego dabo ciuitatem iſtam in manus regis
Babylonis, & capiet eam? | Et Sedecias rex 4
Iuda non effugiet de manu Chaldæorum:
ſed tradetur in manus regis Babylonis: &
loquetur os eius cum ore illius, & oculi
eius oculos illius videbunt. | Et in Babylo- 5
nem ducet Sedeciam: & ibi erit donec² vi-
ſitem eum, ait dominus. Si autem dimi-
caueritis aduerſum Chaldæos, nihil proſ-
perum habebitis. | Et dixit Ieremias. Fa- 6
ctum eſt verbum domini ad me dicens. | Ec- 7
ce Hanameel filius Sellum³ patruelis tuus
veniet ad te, dicens: Eme tibi agrum meum
qui eſt in Anathoth: tibi enim competit ex
propinquitate vt emas. | Et veniet ad me 8
Hanameel filius patrui mei ſecundum ver-
bum domini ad veſtibulũ carceris, & ait ad
me: Poſſide agrum meum, qui eſt in Ana-
thoth in terra Benjamin: quia tibi com-
petit hæreditas, & tu propinquus es vt
poſſideas. Intellexi autem quod verbum
domini eſſet. | Et emi agrum ab Hanameel 9
filio patrui mei, qui eſt in Anathoth: &
appendi ei argẽtum ſeptem ſtateres, &⁴ de-
cem argenteos. | Et ſcripſi in libro, & ſigna- 10
ui, & adhibui teſtes. Et appendi argentum
in ſtatera. | Et accepi⁵ librum poſſeſſionis 11
ſignatum, & ſtipulationes, & rata, & ſigna
forinſecus. | Et dedi librum poſſeſſionis 12
Baruch filio Neri filij Maaſiæ in oculis Ha-
nameel patruelis mei in oculis teſtium, qui
ſcripti erant in libro emptionis, & in oculis
omnium Iudæorum, qui ſedebant in atrio
carceris. | Et præcepi Baruch coram eis, 13
dicens. | Hæc dicit dominus exercituum 14
Deus Iſrael: Sume libros iſtos, librum
emptionis hunc ſignatum, & librum hunc
qui apertus eſt: & pone illos in vaſe fictili,
vt permanere poſſint diebus multis. | Hæc
enim dicit dominus exercituum Deus Iſ-
rael: Adhuc poſſidebuntur domus, &
agri, & vineæ in terra iſta. | Et⁶ oraui ad 15
dominum,

17 dominum, poſtquam tradidi librum poſ-
ſeſſionis Baruch filio Neriæ dicens. | Heu,
heu, heu, domine Deus: ecce tu feciſti
cælum & terram in fortitudine tua ma-
18 gna, & in brachio tuo extento: non erit
tibi [7] difficile omne verbum: | Qui facis [8]
miſericordiam in millibus, & reddis ini-
quitatem patrum [9] in ſinum filiorum eo-
rum poſt eos: Fortiſſime, magne, & po-
tens dominus exercituum nomen ti-
19 bi. | Magnus [10] conſilio, & incomprehen-
ſibilis cogitatu: cuius oculi aperti ſunt ſu-
per omnes vias filiorum Adam vt reddas
vnicuique ſecundum vias ſuas, & ſecun-
20 dum fructum adinuentionum eius. | Qui
poſuiſti ſigna & portenta in terra Ægy-
pti [11] vſque ad diem hanc, & in Iſrael, &
in hominibus, & feciſti tibi nomen ſicut eſt
21 dies hæc. | Et eduxiſti populum tuum Iſ-
rael de terra Ægypti, in ſignis, & in por-
tentis; & in manu robuſta, & in brachio
22 extento, & in terrore magno. | Et dediſti
eis terram hanc, quam iuraſti patribus
eorum vt dares eis terram fluentem lacte
23 & melle. | Et ingreſſi ſunt, & poſſede-
runt eam: & [12] non obedierunt voci tuæ,
& in lege tua non ambulauerunt: omnia
quæ mandaſti eſt vt facerent, non fece-
runt: & euenerunt eis omnia mala hæc.
24 | Ecce [13] munitiones extructæ ſunt aduer-
ſum ciuitatem, vt capiatur: & vrbs data
eſt in manus Chaldæorum, qui prælian-
tur aduerſus eam à facie gladij, & famis, &
peſtilentiæ: & quæcumque locutus es ac-
25 ciderunt, vt tu ipſe cernis: | Et tu dicis mi-
hi domine Deus: Eme agrum argento,
& adhibe teſtes: cum vrbs data ſit in ma-
26 nus Chaldæorum. | Et factum eſt verbum
27 domini ad Ieremiam, dicens: | Ecce ego
dominus Deus vniuerſæ carnis: nunquid
28 mihi difficile erit omne verbum. | Propte-
rea hæc dicit dominus. Ecce ego tradam
ciuitatem iſtam in manus Chaldæorum, &
in manus regis Babylonis, & capient
29 eam. | Et venient Chaldæi præliantes ad-
uerſum vrbem hanc, & ſuccendent eam
igni: & comburent eam, & domos, in
quarum domatibus ſacrificabant Baal, &
libebant dijs alienis libamina ad irritan-
30 dum me. | Erant enim filij Iſrael, & filij
Iuda [14] iugiter facientes malum in oculis
meis ab adoleſcentia ſua: filij Iſrael qui
vſquenunc exacerbant me in opera ma-
31 nuum ſuarum, dicit dominus. | Quia in
furore & in indignatione mea facta eſt mi-
hi ciuitas hæc, à die qua ædificauerunt
eam vſque ad diem iſtam, qua auferetur
32 de conſpectu meo. | Propter malitiam

polles [10] conſilio idque multipliciter opere vales perficere; cui apertæ ſunt omnes agendi rationes filiorum Adam, vt reddas vnicuique iuxta opera ſua, & iuxta fructum ſtudiorum ſuorum. Qui edidiſti ſigna, & portenta in terra Ægypti pro populo tuo, quorum [11] adhuc perſeuerat memoria, in Iſraele etiam, & in reliquis hominibus: & feciſti tibi nomen, quale hodieque toto orbe celebratur. Tu enim eduxiſti populum tuum Iſraelem de terra Ægypti: ſignis portentis, brachio extento, & magno terrore & dediſti eis terram hanc, vt iurauerat patribus eorum, terram, inquam, præ vbertate, lacte, melleque manantem. Quam ingreſſi poſſederunt, & tamen [12] non obedierunt voci tuæ, nec iuxta legem tuam vitam direxerunt, nec quicquid eis facere præcepiſti, fecerunt, Idcirco omnia mala hæc illis euenerunt. Certe [13] catapultæ iam admotæ ſunt muro huius vrbis vt capiatur: & venit iam in poteſtatem Chaldæorum oppugnantium eam, gladio, fame, peſteque conſtrictam. & quæcunque comminatus es per tuos prophetas, euenerunt, vt tu ipſe cernis: & nihilominus iubes mihi domine Deus, emere agrum: teſtibus adhibitis, quaſi eum ſim pacifice poſſeſſurus: cum iam pene ciuitas venerit in poteſtatem Chaldæorum? Obſecro domine, vt exponas mihi, hiſque qui mecum adſtant, modum quod hæc facienda ſunt? Cui dominus reſpondit hunc in modum. Ecce ego ſum dominus Deus vniuerſæ carnis; num ergo erit mihi quicquam difficile factu, quod facere voluero? atque ita me geram in hac re. Primum tradam ego vrbem hanc poteſtati Chaldæorum, & regi eorum: & capient eam, & ingredientur eam, ignique ſuccendent, comburentque: domos etiam, in quarum tectu ſacrificabant Baal, & libamina libabant dijs alienis in meam contumeliam. Nam [14] profecto filij Iſrael: & filij Iuda ab adoleſcentia ſua malum fecerunt in oculis meis, & nunc vſque irritauerunt me operibus manuum ſuarum. Quin imo vrbs hæc, ex quo fuit ædificata, ad hoc videtur ædificata, vt in eam meum furorem oſtenderem, meamque indignationem, vt tollam eam de conſpectu meo, propter omnem malitiam filiorum Iſrael, & Iuda, quæ ſe immiſcuerunt me irritantes cum ſuis regibus, principibus, ſacerdotibus, & prophetis, tam viri Iuda, quàm ciues Ieruſalem, dum verterunt mihi terga. Cumque vellem eos docere quotidie per meos prophetas, noluerunt reſipiſcere: imo idola ſua collocauerunt in domo nomini meo conſecrata quo eam polluerent: & ædificauerunt excelſa Baali, quæ ſunt in valle filij Emon, vt imitarent filios ſuos, & filias Moloch: id quod nec ego mandaui eis, neque venit in mentem meam, vt tam horrendam præciperem abominationem, qua inducerent ad peccandum Iudam. [15] Nunc ergo ne deſpondeatis animum accipite quid dominus facturus ſit vrbi huic, de qua vos dicitis quod tradetur poteſtati Regis Babylonis, gladio, & fame, & peſte. Ecce ego congregabo vos de terris omnibus, ad quas vos eiecero

in furore meo, ira, & magna indignatione, reducamque ad hunc locum, efficiamque vt habitetis ſecuri, & eritis mihi populus, egoque ero vobis Deus. Daboque eis qui Chriſto meo adherent, cor vnum, vnamque viuendi rationem, qua me timeãt per omnes dies; quod vobis in bonum cedet, & filiis veſtris poſt vos: & feriam vobiſcum fœdus ſempiternum, quod numquam deſinam vos amore proſequi vobis benefaciendo: & timorem meum inſeram cordi veſtro, ne recedatis à me. Quin lætabor vobis benefaciendo, plantaboque vos vere in terra iſta ex corde, & ex animo. Quia ſicut ad exitum perduxi minas prophetarum, adducens grãde hoc malum ſuper vos, ſic etiam ad exitum deducam hanc meam ſponſionem, quam loquor de adducendo ſuper vos hoc bonum vniuerſum: & [17] poſſidebuntur rurſus agri terræ huius, de qua dicetis, quod deſerta ſit, abſque homine, & iumẽmento, & tradita in poteſtatem Chaldæorum. Num agri pecunia ementur, & ſcribentur in inſtrumento emptionis, adiecto Sigillo, & teſtes ſua nomina ſubſcribent, tam in terra Beniamin per circuitum Ieruſalem, quam in ciuitatibus Iuda, in montanis, & campeſtribus, & in vrbibus ad meridiem ſitis. Nam vere reducam captiuos veſtros, ait Dominus.

filiorum Iſrael, & filiorum Iuda, quam fe-
cerunt ad iracundiam me prouocantes, ip-
ſi, & reges eorum, principes eorum, & ſa-
cerdotes eorum, & prophetæ eorum, viri
Iuda & habitatores Ieruſalem. | Et verte- 33
runt ad me terga & non facies: cum do-
cerem eos diluculo, & erudirem, & nol-
lent audire vt acciperent diſciplinam. | Et 34
poſuerunt Idola ſua in domo, in qua inuo-
catum eſt nomen meum, vt polluerent
eam. | Et ædificauerunt excelſa Baal, quæ 35
ſunt in valle filij Ennom, vt initiarent filios
ſuos & filias ſuas Moloch: quod non mã-
daui eis, nec aſcendit in cor meum vt face-
rent abominationem hanc, & in peccatũ
deducerẽt Iudam. | [15] Et nunc propter iſta, 36
hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad ciuitatẽ
hanc, de qua vos dicitis quod tradetur in
manus regis Babylonis in gladio, & in fa-
me, & in peſte. | Ecce ego [16] congrega- 37
bo eos de vniuerſis terris, ad quas eieci
eos in furore meo, & in ira mea, & in in-
dignatione grandi: & reducam eos ad lo-
cum iſtum, & habitare eos faciam confi-
denter. | Et erunt mihi in populum, & 38
ego ero eis in Deum. | Et dabo eis cor vnũ, 39
& viam vnam, vt timeant me vniuerſis diebus: & bene ſit eis & filiis eorum poſt eos.
| Et feriam eis pactum ſempiternum, & non deſinam eis benefacere: & timorem meum 40
dabo in corde eorum vt non recedant à me. | Et lætabor ſuper eis, cum bene eis fecero: 41
& plantabo eos in terra iſta in veritate, in toto corde meo & in tota anima mea. | Quia, 42
hæc dicit Dominus: Sicut adduxi ſuper populum iſtum omne malum hoc grande: Sic
adducam ſuper eos omne bonum, quod ego loquor ad eos. | Et [17] poſſidebuntur agri 43
in terra iſta: de qua vos dicitis quòd deſerta ſit, eo quod non remanſerit homo & iumẽ-
tum, & data ſit in manus Chaldæorum. | Agri ementur pecunia, & ſcribentur in libro, 34
& imprimetur ſignum, & teſtis adhibebitur in terra Beniamin, & in circuitu Ieruſalem,
in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ci-
uitatibus quæ ad Auſtrum ſunt: quia conuertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

ARGVMENTVM.

DVM Chaldæi obſiderent Ieruſalem, iubet Dominus Ieremiæ in carcerem coniecto, prædium emere patruelis ſui, omni adhibita ſolennitate, vt hoc facto in ſpem adduceretur populus reditus è captiuitate, & in ſua terra iterum agros poſſidendos, & pacificè viuendum.

COMMENTARIVS.

1 ANNO.] Prætermiſimus illa verba: Verbum, quod factum eſt Ieremiæ à Domino: quoniam vt notat Hugo inferius repetuntur cum dixit Ieremias, factum eſt verbum Domini ad me dicens: Ecce Hanameel, ne longa parentheſi, ſenſus interceptus obſcurior redderetur, vt enim intelligamus quo tempore, qua occaſione, & quo loco emptionem hanc præceperit Dominus Ieremiæ, præmittitur id accidiſſe anno 10. Sedeciæ, & dum ciuitas obſideretur, & in atrio carceris detinebatur propheta, cũ libertate fuiſſet donandus vt pro obſeſſis precaretur.

Atrium carceris quod. Erat autem in atrio carceris, nequaquam enim in carcere, ait Hieronymus, ſed in veſtibulo recludi iuſſerat rex Sedecias Ieremiam, libera videlicet cuſtodia, ne poſſet effugere. Non ergo, vt putat Vatablus, inuerſio verborum eſt, & dicendum pro in atrio cuſtodiæ, in cuſtodia, ſeu in carcere atrij, ſeu qui erat in atrio palatij domus regis: ſiquidem cap. 37. vbi refertur cauſa comprehenſionis Ieremiæ v. 20. dicitur fuiſſe traditum Ieremiam in veſtibulo carceris, & manſiſſe in veſtibulo carceris. *Ierem. 37.20.*

a *Viſitem.*] Prudenter propheta, inquit Hieronymus, ſermonem temperauit nomine viſitationis vtens, quæ in bonam, & in malam partem poteſt referri. Hc autem donec viſitem eum, idem eſt, ac donec tollam animam ab en, quod dixit Chaldæus, donec veniat memoria eius coram me, quod eſt, vſque ad mortem, donec moriatur, vt intelligunt Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus: quod dicitur clarius cap. 34. 5. & Babylonem introibis nõ morieris gladio, ſed in pace morieris, & ſecundum combuſtiones patrum tuorum regum priorum ſic combutent te, & væ Domine, plangent te. Quod quando contigerit ibi explicabimus. *Ierem. 34.5.*

3 *Patruelis.*] Hanameel hoc loco, & inferius verſu 9. ſimiliter dicitur filius דוד Dod patrui Ieremię, & ita legunt ceteri interpretes: Vulgatus vertit, patruelis tuus Sed nihil refert, quod Hanameel dicatur filius Sellum patrui Ieremiæ, aut patruelis Ieremiæ, hoc eſt filius patrui, ita enim erat, vt notat Hieronymus, nam Helcias & Sellum fratres germani erant: Ieremias autem filius erat Helciæ, vt conſtat ex cap. 1. Hanameel vero filius Sellum. Hic ergo Dei nutu venit ad Ieremiam vt venderet illi ſuum prædium. *Ierem. 1 1.*

Quæſtio Quis ager venderetur? Dubium eſt, quis eſſet ille ager, quem vendebat Hanameel Ieremiæ; quia Leuitæ, quales eran hi duo, agros non habebant, quos venderent Leuitæ enim vt dicitur Num. 18. 21. & Deuteron. 18. 1. nullã habebant poſſeſſionem, quia ſacrificia, & oblationes comedebant, & nihil aliud accipiebant de poſſeſſione fratrum ſuorum. & Num. 18. 24. præcipitur illis vt ex oblatis decimis, decimam & ipſi partem offerrent, & quaſi de area, & de torculari dediſſent, reputabatur. & Ioſue 21. 12. cum Hebron data eſſet filiis Caath, in mõte Iuda cum ſuburbanis ſuis, ſubditur: agros vero, & villas eius dederat Caleb filio Iephone ad poſſidendum: itaque Leuitæ nullos agros habebant quos ararent, aut ſererent. Nihilominus Num. 35. præcipitur filiis Iſrael vt dent Leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes ad habitandum, & ſuburbana earum per circuitum, vt ipſi in opidis manerent: & ſuburbana eſſent pecoribus, ac iumentis: quæ à muris ciuitatum forinſecus per circuitum mille paſſuũ ſpacium tenderentur, quod executus eſt Ioſue cap. 21. Ædes autem, & ſuburbana ex paterna ſucceſſione ad poſteros deueniebant, vt dicitur Deuteron. 18. 8. Quoad venditionem vero ſic de illis ſtatuitur Leuit. 25. 32. Ædes Leuitarum quæ in vrbibus ſunt ſemper poſſunt redimi, ſi redemptæ non fuerint in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium Leuiticarum pro poſſeſſionibus ſunt inter filios Iſrael, ſuburbana autem eorum non veneant, quia poſſeſſio ſempiterna eſt. Si ergo Leuitæ nullos agros habebant præter huiuſmodi ſuburbana, & hæc ex lege vendi non poterant, quis eſt iſte ager, qui venditur ab Hanameel, & emitur ab Ieremia Leuitis, in Leuitica ciuitate Anathoth?

Num. 18.21. Deut. 18 1. Num. 18.24. Ioſue 21.12. Num. 35.2. Ioſue 21 1. Deut. 18 8. Leuit. 25.33.

Solutio. Reſpondet Hieronymus, quem ſequũtur Rabanus, Hugo, Dionyſius, & Iſidorus, hoc prædium fuiſſe ex ſuburbanis, quod venundari non poterat, niſi ei cui iure propinquitatis competebat ex lege Leuit. 25. 49. quaſi velit dicere Hieronymus, ædes vendi poſſe aliis extra familiam, ſed anno Iubilei redibant ad dominos: at ſuburbana non niſi iis, qui erant ex familia. Vatablus putat nõ fuiſſe ex ſuburbanis, ſed vrbanũ prædium, id eſt ædificium intra vrbẽ cum horto olitorio ſatis amplo: quod quidem quoad venditionem ius ædium Leuiticarũ ſequebatur. *Leuit. 25.49.*

Leuitarum prædia quomodo vendebantur. Sed cum huic prædio emendo ius propinquitatis cõpetat, & non ædibus, diuerſam eſſe rationem ſeruatam in eo, quam in ædibus, conſtat, ex hoc loco Ieremiæ. Nam dicitur ei Hebraice, quia tibi ius redemptionis ad emendum. & inferius, verſu. 8. quia tibi ius hæreditatis, ſeu poſſeſſionis, & tibi redemptio, eme tibi, quaſi dicat, eme prædium meum, quia ſi alteri venderem, tibi competeret illud redimere, ne ad aliam tribum transferatur: quanto

magis igitur tu teneris emere illud. Hoc ius ha-
Leuit. 25.25. berur Leuit.25.25. Si attenuatus frater tuus ven-
dlderit poſſeſſiunculã ſuam, & voluerit propin-
quus eius, poteſt redimere, quod ille vendiderat,
hoc eſt, tamtidem ſibi vindicare, quod vulgo di-
citur, *facar por el tanto*: cuius rei exemplum ha-
Ruth. 4.2. bemus Ruth.4. Tum etiam, quia, vt ait Hiero-
nymus, non erat licitum poſſeſſionem de tribus
tranſire ad tribum, nec de vna familia ad aliam,
Nume. 28.6. vode filiæ Salphaad Num.27. acceperunt ſortem
inter fratres ſuos.
De pecunia agri vẽditi 4. *Decem.*] Quæ pecuniæ forma, & quis eius va-
lor, quam ſoluit Ieremias pro veodito agro quæ-
ritur? Interpretes videntur duo genera pecuniæ
intellexiſſe. Nam vulgatus dixit: Et appendit ei
argentum ſeptem ſtateres, & decem argenteos.
Similiter Tigurina, Pagninus & alij, ſeptem ſi-
clos, & decem argenteos: & Vatablus putat ar-
genteum decem obolos valuiſſe, hoc eſt dimidiũ
ſicli ſacri: ac proinde vniuerſam hanc pecuniam
fuiſſe ſeptem ſiclos ſacros cum dimidio; nam cum
Leuitæ fuiſſent Hananeel, & Ieremias, ſacra pecu-
nia in commutationibus vtebantur. Confirmat
id Chaldæus, qui ita expoſuit huoc locum: Et ap-
pendi ei argentum ſeptem minas, & decem ſiclos
argenti; duobus generibus pecuniæ factam em-
Ezech. 45.12. ptionem, oſtendens, & cum mina Hebraica, vt
conſtat ex Ezechielis cap.45.v.12. Siclos valere
ſexaginta, boc eſt drachmas ducentas, & quadra-
Ioſephus. ginta, vti Ioſephus affirmat lib.14. Antiqui.c.12.
ſoluiſſet Ieremias pro agro empto ſiclos duode-
cim ſupra quatercentum. Hoc eſt, mille fere, cũ
ſexcentis, & quadraginta octo regales hiſpanos.
Verum vnam fuiſſe hanc argenti monetam, nem- C
pe decem, & ſeptem ſiclos, verius docet Hiero-
nymus, quem ſequitur Rabanus, dum in com-
mentario dicit: Et appendi argenti decem & ſe-
ptem ſiclos, quos nos in ſtatheres vertimus: emit-
que propheta decem, & ſeptem ſiclis. Atque ita
indicat Hebræa lectio, quæ ad verbum ſic habet:
Et appendi ei argentum, ſeptem ſiclos, & decem
arge ıti, quaſi dicat, appeodi pecuniam ex argen-
to, decem & ſeptem ſiclos; nam ſolet ſcriptura
numerum minorem ſeorſim præmittere maiori,
vt notaoit Hieronymus in fine cap.9. Danielis,
exemplo illo comprobans, Vixit Abraham annis
quinque, & ſeptuaginta, & ceotum; pro centum
ſeptuaginta qoinque. Hanc ipſam lectionem
probant dum vertunt, & ſtatui ei ſeptem ſiclos,
& decem argenti.
Videtur autem Cbaldæus proeodem accepi- D
ſſe minas, & ſiclos, eum Hebræum nomen
שקלים Sekalim ſiclos abſqoe dubio ſignificet.
Vnde & Vulgatus hunc ſenſum effert ſua ver-
ſione, cum dixit: Et appendi ei argẽtum, nem-
pe, ſeptem ſtateres, & decem argenteos, boc eſt
decem & ſeptem ſtateres argenteos. Nam inte-
gram pecuniam ex argento tantum fuiſſe, ipſe
propheta uos docet cum ait, & appendi argen-
Siclus tum. & v.10. & appendi argentum in ſtatera, & v.
44. Agri ementur pecunia, Hebraicè argento.
Sekel autẽ, Latinè Siclus regula erat ſeu mẽſura
quãcunque aliam monetam ponderandi, ſiqui-
dem quod modò numerando, tunc ponderando
fiebat, eratqoe nummus argenreus quatuor dra-
Ioſephus Hieronymus chmarum atticarum, vt aiunr Ioſephus lib.3. An-
tiq.c.12. Hieronymus in 4. Exechielis, in tradi- A
tionibus ſuper 24. Geneſis, & Budæos lib.4. de *Budæus.*
medicis, & pharmacopolis, vt notat Budæus lib.1.
de Aſſe. Eſt autem drachma attica modo in vſu
eſtque octaua pars vociæ atque ita ſiclus ſemun-
cia erit. Siclus deinde idem eſt qui ſtater, ſic enim *Siclus idẽ qui ſtater.*
ait Hieronymus ſuper 4. Ezechielis: Hi panes ha-
bent vicenos ſiclos, id eſt, ſtateres: ſiclus autem *Solidus argenteus.*
id eſt ſtater quatuor drachmas habet, dracbmæ
autem acto Latinam vnciam faciũt. Idem quoque *1. Paral. 29.7.*
cum ſolido, nam quod 1. Paralip.29.7. dicitur, De-
deruot principes ſolidos decem millia, Ioſephus *Ioſephus.*
lib.7. cap.15. explicauit, oblati ſunt ſtateres decem
millia, quod adnotauit Budæus lib.4. Quin &
apud ooſtrum ioterpretem cooſuetum eſt argen- *Gen.37. 28.*
tei nomine ſiclum vocare, vt Geneſ.37.18. quod
Hebraicè dicitur Ioſephum fuiſſe venditum vi- B
ginti argenti, & Chaldaicè viginti argenti ſiclis, *3.Reg. 10.29.*
interpres vertit, viginti argenteis. & 3. Reg.10.29.
dicitur, Educebatur quadringa ex Ægypto ſexen-
tis argenti, interpres addidit, ſiclis, cum tamen.2. *2. Paralip.1.17.*
Paralip.1.17. vbi idem repetitur, tranſtulerit, ſex-
centis argenteis. Hinc fit ſtaterem illum, quem
dominus ſolui iuſſit pro ſe, & Petro Math.17.24. *Mat.17. 24.*
quatuor fuiſſe drachmarum: nam didrachma, id
eſt nummus duarum drachmarum viritim ſolue-
batur, qui erat ceoſus, qoem Auguſtus indixit Iu-
dæis præſide Syriæ Cirioo; quemque poſtea Veſ- *Ioſephus.*
paſianus pendi iuſſit, vt his verbis affirmat Ioſe-
pbus lib.7. de Bello cap.26. Stipendium vero vbi-
cumque degerent Iudæis indixit, binaſque dra-
chmas ſingulis annis deferre in capitolium iuſſit,
ita vt antea Ieroſolymotum templo peodebant.
Pendebant autem ex lege dimidium ſicli: nam di-
C citur Exod.30.13. Hoc dabit omois, qui tranſit ad *Exod 30.13.*
numerum dimidium ſicli: iuxta menſuram tem-
pli: ſiclus 20. obolos habet, media pars ſicli offe-
retur Domino, quæ & in locis aliis repetuntur. *Siclus valet quatuor regales.*
SI cum noſtris nummi comparetur ſiclus, pen-
dit fere quantun quatuor nummi argentei noſtri,
quos regales vocamus. Nam ex Budæo lib.1. de
aſſe in principio, libra attica duodecim vocias ha-
bet, vncia drachmas octo, dracbmatria ſcrupula,
vel grammata, ſcrupulũ diuiditur in binos obo-
los, vnde drachma ſex obolos habebit: valet item
drachma, eodem auctore lib.5. tres ſolidos turo-
nenſes cum dimidio, quorum ſinguli valeot quar-
tam partem regalis caſtellani, quá dicimus *quar-
tillo*, nam quatuor eiuſmodi ſolidi faciunt regale
caſtellanum integrum, atque ita drachma reſpõ-
det noſtris communibus triginta marauedinis,
D cùm octaua parte maior ſit ooſtra drachma quam
Attica.
Siclus ergo cum habeat quatuot drachmas atti-
cas, habebit quatuordecim ſolidos turonenſes,
qui reſpondent noſtris tribus regalibus cum di-
midio. Vnde Moutanus lib. de meuſuris, eiuſdem
fere pooderis ait eſſe houc ſiclum cum quatuor
Hiſpanis regalibus, & cum quatuor fere Iuliis
Romanis. Atque hæc ſint dicta de ſiclo ſanctuarij *1. Mach 10.42.*
ſeu ſacro, uam profanus duarum erat drachma- *Ioſephus.*
rum, & decem obolorum, cuius fit mentio 1. Ma-
chab.10.42. cum rex Demetrius remittere ſe di-
xit Iodæis quioque millia ſiclorum: pro quibus
poſuit Ioſepbus lib.13. c.5. decem millia dracb-
mas.
Appendit ergo Ieremias pro empto agro decẽ
& ſeptem ſiclos, hoc eſt, ſexaginta octo oummos
argen-

Valor Chriſti venditi *Leuit. 25.23.*

argenteos, vulgo dictos *regales*, Iudaſque pro Chriſto accepit triginta argenteos Hebræos quos eoſdem ſiclos eſſe diximus, qui reſpondent noſtris fere centum viginti uummis argenteis, ſeu regalibus Caſtellanis.

5. *Librum.*] Ex Hebræo ad verbum dicitur: Et accepi libellum emptionis præcepti: & ſtatutorum, & apertum. Nã nomeu מִצְוָה miuab præceprum ſignificat, חֻקִּים hukim vero mores, conſuetudines, ritus, conditiones, aut leges ſtatutas iu contractuum ſolennitate, quas lex Leuit.25. ad redemptionem præcepit adiicere, & rata vertit Vulgatus, hoc eſt ſeruata ſolẽnitate à iure, legibuſque ſtatuta: fiebat ergo inſtrumentum hoc modo, vt notat Vatablus; nam primum inſtrumentum couſcribebatur, in quo exprimebatur precium rei venditæ cum ipſa re: ſcribebantur B etiam leges illæ, conditiones, ſeu ſtipulariones, quæ in redemptionem fundorum iubentur adhiberi Leuitici 25. deinde adhibebantur teſtes cõtractus, qui ſua nomina iuſtrumento ſubſcribebant; poſtea obſignabatur iuſtrumentum anuulo publico; poſtremo pecunia numerabatur, appendebaturque. Præter hoc obſignatum inſtrumentum, cui fides erat in iudicio; alterum apertum fiebat: vt qui vellent legerent, quod nos vocamus copia, *otraſlado*, quod Hebraice dicitur גָּלוּי galui, hoc eſt apertum, vt omnes transferũt & ipſe Vulgatus v.14. cũ dicit, Et bunc qui apertus eſt; cum tamen hic verterit, & ſigna forinſecus, hoc eſt iuſtrumentum patens, ſeu chirographum apertum, foris deſignans quid clauſum, & obſiguatum contineret.

Leuit. 25.23. Inſtrumentũ quiſ fiebat.

6. *Oraui.*] C Ieremias, vel vt dubium de diuina promiſſioue populum certum redderet Dei reſponſione, vt volunt Hugo, & S. Thomas: vel vt prophetiæ dignitati conſuleret, ne contemneretur, dum Deus, reuocat interdum minas, vt ait Iſidorus, ad preces conuerſus, poſtular à Deo inſtrui de modo, quo faciendum ſit, vt agro empto ſit potiturus, cum terra iam tradatur Chaldęis: vt vero oſtendat ſe uon loqui ex diffidentia, præmittit Dei laudes: commendans prius ſummam eius poteutiam, infinitam ſcientiam, iuſtitiam deinde mixtam cum miſericordia in omne hominum genus. Præterea quanta præſtiterit Iſraeli celebri ſermone deſcribit: & quam illi iugrati ei fuerint, vt in tantas anguſtias à Chaldæis fuerint redacti, quare ergo præcepiſti mihi in hoc tempore agrum emere?

D Iu bracbio extento, idem eſt ſecundum Lyrã, quod in fortitudine tua magna; tantum adiectũ per Tautologiam ad maiorem expreſſionem. Sed melius Dionyſius diſtinguit, vt magna Dei fortitudo ſit infinita Dei potentia, cuius ſolius eſt create, at brachium extentum dicit executionem illius potentiæ ſe in omnem creaturam exteudentem, ſeu exerentem, ſecundum ordinem diuinæ ſapientiæ.

Difficile cognitu, vel factu, notat.

7. *Difficile.*] Hebraice legitur, nou לֹא יִפָּלֵא Iipale mihi omnis res: verbum autem פָּלָא Pala ſignificat eſſe mirabile, quod arduum ſit, vel difficile, & excelſius quam quod bomo ſua ratione aſſequi poſſit, itaque aut cognitu, aut factu difficile ſignificat, & ita admirabile, ſi fiat.

Septuaginta, Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, Pagninus, & Vatablus, pro difficile co-A gnitu acceperunt, vertentes, Non abſcondetur tibi res vlla, vel nihil te latet. Vt potentię Dei ſubiiciat infinitam omnium ſcientiam, quæ vtraque pręmittitur ad iuſtitiæ executiouem: vnde & inferius Deus ipſe huic Ieręmiæ commendationi reſpondens v.27. iuxta eoſdem interpretes dixit, Nũquid celabitur mihi quicquam? Verum Vulgatus hoc loco, & infra pro impoſſibili, ſeu difficili factu accepit, dicens, Nou erit tibi difficile omne verbum: ſicut etiam Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius; atque ita tranſtulit Tigurina. quamuis & Vulgati lectio ſensũ priorem poteſt habere: non erit tibi difficile omne verhum, nulla res eſt, quæ tuam ſcientiam fugiat, quam tibi ſit aſſequi difficile. Nam quod Prouer.30.18. dicitur: Tria ſunt mihi difficilia, cognitu: eſt intelligendum, cum Hebraicè dicatur: Tria ſunt quæ abſcondita ſunt à me, quod videlicet ingenij mei captum ſuperent.

Prou. 30.18.

Nulla ergo res eſt, inquit, adeo magna atque ardua, vt te in admirationem rapiat, quaſi vel non poſſis eam facere, vel tuam fugiat intelligẽtiam, quia uulla res ita te later vt eius rationes comprehendere nou valeas. Nam vt dicitur Pſal.138. Tenebræ non obſcurabuntur à te, & uox ſicut dies illuminabitur.

Pſal. 138.12.

Miſericordia cum iuſtitia collatio

8. *Miſericordiam.*] Hoc excedit Miſericordia Dei eius iuſtitiam, quod miſericordia nullis terminis arctatur, ſed ad omnes ſe extendit generationes, cum iuſtitia in tertia, vel quarta ſe exerat generatioue: nec id ſine miſericordia. Grandis clementia creatoris, inquit hic Hieronymus, miſericordiam ſuam in mille generationes extendere, & iuſtitiam ſtatim in altera generatione mõſtrare, quæ tamen & ipſa eſt mixta miſericordiæ. Ideo, Iacobus c.2. dixit: ſuperexaltat autem miſericordia iudicium. & Moſes Exod.34. Dominator Domine, miſericors, & clemens, qui cuſtodis miſericordiam in millia; qui reddis iniquitatem filiis, ac neporibus in tertiam, & quartam generationem. Ratio autem excellentiæ miſericordiæ diuinæ ſupra iuſtitiam eſt, quod proprium ſit Dei miſereri ſemper, & parcere, at punire alienum eſt opus ab eo nã ſua natura Deus propenſus eſt ad miſerandum: ad puniendum autem, aliena, nempe peccati, natura adactus. quod ſi uon eſſet nequaquam puniret, cum tamen miſeretur. Ideo pſal.144. dixit Dauid, Miſerationes eius ſuper omnia opera eius: & Nazianzenus oratione ad ciues Nazienzeni, Clementia, ait, Deus magis, quam cunctis aliis rebus in vnum collatis delectatur: & oratione in plagam grandinis. Ego diuinę miſericordiæ ſponſor, haud dubiè miſſa facta ira, quæ ipſius naturæ aduerſatur, miſericordiam, quæ ipſi natura ineſt, amplectetur: ad illam enim à nobis vi pertrahitur, ad hanc ſuapte natura fertur. Cum igitur non uiſi coactus percutiat, quid afferri poteſt, quin natiua ſua bonitate vtens, indulgentem ſe nobis præbiturus ſit, modo uos metipſos noſtri miſereamur, iuſtiſque patris viſceribus viam patefaciamus.

Iacob. 2.13. Exod. 34.6. *Miſericordia cur iuſtitia excellentior. Iſa.28.21. Pſal. 144.9. Nazianzenus.*

S. Thomas.

Propterea S. Thomas 22.q.30.ar.4. concludit miſericordiam eſſe adeo virtutum maximam, vt ipſam charitatem, qua nos Deus diligit, excellat: & ratio eius eſt: quia miſericordia dicit Deum eſſe ſuperiorem, omniporentem, & ita purum actum, vt ab omni alienus ſit miſeria, vt omni-

um creaturarum miſerias ſubleuet, in eaſque ſe effundat, at charitas dicit potentiam: vnde quod addit lucere qui eſt actus, ſupra lucidum quod eſt potentia, atque idcirco melius eſt lucere, quam eſſe lucidum, id addit miſericordia ſupra charitatem, quam extendit ad benefaciendum omnibus, omnium ſubleuando miſerias, melior igitur eſt charitate etiam in ipſo Deo, miſericordia, ſimpliciter, & in vniuerſum loquendo.

Quæſtio. Qua ratione Deus peccata parentũ puniat in filiis? Auguſtinus. S. Thomas. Deut. 24.16. 4. Reg. 14.6. 2. Paralip. 25. 4. Exod. 20.5.

9. *In filium.*] Ad grauem hic locus nos mittit difficultatem, quo modo poſſimus Deum ab iniquitate vindicare, peccata parentum in filiis punientem? Non enim loquimur de iudice homine vtrum poſſit filium punire pro patre. Nam minimè poſſe affirmauit Aug. q. 8. in Ioſue, & S. Thomas 12. q. 108. ar. 4. ad. 2. atque ita tradidit lex Deuteronom. 24. 16. quæ ait, Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus, ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur, iudici enim populi lata lex eſt, quam executioni mandauit Amaſias 4. Reg. 14. & 6. 2. Paralipom. 25. 4. occidens eos, qui ſuum patrem interfecerant, filiis prætermiſſis. Sed de Deo ipſo ita aſſeritur Exod. 20. 5. Ego ſum dominus Deus tuus, fortis aelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me; & faciens miſericordiam in millia iis qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. & c. 34. 6. Moſes ait, Dominator domine Deus, miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, ac verax, qui cuſtodis miſericordiam in millia, qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam, & quartam generationem. Idem eodem modo repetitur Deuteronom. 5. 9. & hoc loco Ieremiæ. Quomodo ergo dixit, idem Deus Ezech. 18. 20. vt cap. 31. Ieremiæ, contra prouerbium Iſraelitarum, filius non portabit iniquitatem patris, neque pater portabit iniquitatem filij?

Exod. 34.6. Deut. 5.9. Ezech. 18. 20. Ierem. 31.29.

Euripides. Timon Plutharchus.

Torſit reuera quæſtio hæc non tantum Hieronymum, & reliquos patres, ſed etiam gentiles philoſophos, nam & Euripides de numine conquerirur, dicens: Crimina ſæpe luunt nati ſcelerata parentum, & Timon apud Plutarchum lib. de ſera Numinis vindicta, Deum hac ratione repræhendere nititur. Si qui deliquerunt iam pænas exoluerunt, haud decet eos, qui nil iniuſte egerunt plecti, quandoquidem nec illos, qui facinora peregerunt de vna, eademque re bis ſupplicium ſubire, iuſtitiæ, ſeu æquitati conſonum eſſe cenſetur, quo pacto Deorum iræ confeſtim tanquam flumina nonnulla euanuerunt, ac longe poſt ſuper alios emergentes, ad vltimas perducunt calamitates.

Hieronymi ſolutio.

Hieronymus ſuper 18. Eaechielis reſpondet his dictis potius Dei clementiam, ac miſericordiam commendari, quod non ſtatum puniat merentes: ſed expectet vſque ad tertiam, & quartam generationem, num reſipiſcant, vt parcat, non enim, inquit, truculentiæ eſt, & ſeueritatis iram tenere vſque ad tertiam, & quartam generationem, ſed ſignum miſericordiæ pænam differre peccati.

Solutio. 2.

Sed licet hoc verum ſit cum Deus peccatorem expectat vno, & altero anno, vel Rempublicam, aut familiam in malo perſeuerantem, vt videat an reſipiſcant, & vitam mutent, at loca ſcripturæ, etiam ſi poſteri bene ſe gerant dicunt eos ſolere à Deo puniri propter peccata maiorum, quod ex æquitate ortum non videtur.

Auguſtini. Gregory.

Secundo Hieronymus hoc loco, & Eaechielis 18. Theodoretus hîc, Auguſtinus lib. contra Adimantium Manichæum cap. 7. Gregor. libro 15. Moralium cap. 31. Rabanus, Hugo, & Dionyſius, dicunt nunquam puniſſe Deum filios pro iniquitate patris, niſi & ipſi æmulati eos fuiſſent in eadem iniquitate: & tunc pro ſua culpa puniuntur. Sic ergo ait Hieronymus ſuper Ezechielem, Iniuſtum videtur vt alius peccet, & alius puniatur: ſed ex eo quod ſequitur, iis qui me oderunt, comminationis, ſeu præcepti ſcandalum ſoluitur; non enim ideo puniuntur in tertia, & quatra generatione, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius, qui fuerunt peccatores puniri debuerint, ſed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum hæreditario malo & impietate in ramos quoque de radice creſcente. Et Timon apud Plutharcum: Cæterum, ait, non omnia parentum delicta in poſteros Deus conuertit; ſed cum ex prauo gignitur bonus, quemadmodum ex valetudinario ſanus, generis omnino pæna illi, tanquam à malitia immunis ſit factus, remittitur.

Hieronymus. Filij æmulatores patrum puniuntur pro ipſis. Timon.

Qui vero ex ſcelerata natus eſt ſtirpe, morboque in ſimilitudinem improbi labitur, ac refertur generis, hunc decet quemadmodum in hæreditatis ære alieno, ita & in prauitatis ſuccedere ſuplicio. Non enim Antigonus ob Demetrium, aut ex malis Phileus propter Augeam, neque Neſtor propter Neleum pænas dederunt. Quamuis enim ex flagitioſis & prauis moribus imbutis, orti eſſent parentibus, optimi tamen euaſere viri. Sed quorum natura generis cognationem immitari, aut referre ſolet, illos quoque vindicta ſcelerum æmulata ſimilitudinem exagitare conſueuit.

Quemadmodum enim progenitorum acrochordones, ac lenticulæ quandoque in filiis haud apparent, attamen in nepotum corporibus inde erumpunt. (Nam & mulier quædam Græca cum nigrum enixa eſſet infantem, ob idque adulterij damnata, progenies Æthiopis quarta inuenta eſt) in corporibus quoque liberorum Pythonis Niſibenſis, qui nuper vita functus eſt, haſtæ figura ſignum Spartanis conueniens, poſt tanti reuolutionem temporis, tanquam ex altiſſima generis emicuit ſimilitudine: ita plerumque mores, animæque paſſiones, quas priores celabant, & occultabant generationes, natura longo poſt tempore producit, ac per alios oſtentat, & repræſentat: domeſticaſque ſeu virtutes, ſeu improbitates palam cunctis in lucem profert, ac manifeſtè expectandas præbet.

Filius niger ex matre alba. Filij in morbos ita mores parentum referũt.

Confirmat hanc intelligentiam textus Hebræus Exodi 20. qui ita habet ad verbum Deus tuus Deus aelotes viſitans iniquitatem patrum

Exod. 20.5.

patrum ſuper filijs, ſuper tertijs, & ſuper quartis odientibus me: & faciẽs miſericordiam millibus diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea: vbi vides vindictam, ſicut miſericordiam exerceri à Deo in filios odientes, ſicut & in diligentes: quod & Septuaginta, & Chaldæus expreſſerunt, qui ſic ait, Viſitans peccata patrum ſuper filios tranſgreſſores in tertiam, & quartam generationem, his qui oderunt me, quaodo filij ſequuntur peccata patrum: & faciens miſericordiam in mille generationes diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea, ſic etiam & alij interpretes: nec enim illa verba, odientibus me, aut diligentibus, referuntparentes, ſed filios imitantes parentes.

Hac ratione patres & filij ſua luunt peccata, & vnus pro altero non punitur, ſed Deus dicitur punire peccata patrum in filijs, quia ſoler parti parcere in hac vita, ſed dum videt iu filijs eius peccata repetita, ea punit.

At dices hoc non eſt peccata patrum punire, ſed filiorum; ſicut non eſt benefacere patribus, cum benefit filijs metentibus, ac diligentibus Deum: ac proinde quid opus erat illa diſtinctione, faciens miſericordiam in millia, & viſitans in tertiam, & quartam generationem? nam eadem prorſus ratione, qua exercet Deus miſericordiam iu millia ſe diligentium: ita punit millia poſterorum, ſi fuerint peccatores, vt ſui parentes.

Solutio. 3.
Auguſtinus.
S. Thoma.

Auguſtinus propterea lib. 6. quæſtionnm veteris teſtamenti cap. [illegible] & S. Thomas 12. q. 87. ar. 8. & nonnulli alij affirmant in dictis locis hoc ſignificari; proborum merito parentum oſtendere Deum ſuam miſericordiam in omnes poſteros eorum: etiam ſi improbi illi ſint; nam propter Abraham, Iſaac, & Iacob ſemper proſpiciebat Iſrael: & propter Dauid regibus eius poſteris: at de merito parentum improborum ſolere Deum in poſteris nepotibus, & pronepotibus ſuam exercere vindictam, etiamſi illi probi ſint, nihilque ſupplicij mereantur: tantum, quia parentum pars quædam ſint, & cum pœna inflicta duo officia gerat, & pœnæ, & medicinæ, filijs quidem medicina eſt, ne prolabanmr in parentum peccata; patribus autem, pœna eſt, quæ nunquam niſi habentibus culpam infligitur.

Pœna pro culpis parentũ filijs inflicta vt medicina.

Plutarchus.

Quam vtramque rationem Plutarchus loco ſupracitato fusè quidem, ſed præclariſſimè proſequitur, Deum ab iniuſtitia liberans. Omitte, ait, vehemens illud accuſationis genus, nec ægre feras, ſi aliquando plectantur, qui ſceleſtibus, improbiſque orti ſunt parentibus; aut honorata illa nobilitate, ac præeminentia gloriari, laudarique deſine. Decet enim ſi virtutis, aut nobilitatis honorem in genere noſtro retinere cupiamus, rationabiliter quoque ob ſcelerum vltionem permanentem haud indignari; ſed recte hæc inuicem concurrere, ac æqualiter, digneque conuerti æſtimemus. Perſuadeamur ergo nil Deum agere quam quod fas, admodumque decens eſſe dignoſcatur: Nos vero neque in ijs, quæ quotidie gerere ſolemus, manifeſtam veritatem oſtendere, ſeu exprimere poſſe.

Proinde cur non ſolum in hnmiuum ſtirpem, ſed publicè in ciuitates diuina vindicta aliquando graſſetur, iuſtitiæ prætextum habere videtur, cum res vna, ac contigua ſit ciuitas, quæ nullam, veluti animalia, mutationem admittit: dignum ergo ducimus ciuitatem progenitorum opprobrijs obnoxiam eſſe, quandoquidem merito illorum, gloria, honore, ac potentia frui cupit. Si igitur ciuitas res quædam contigua eſt, & vna, perpetuaque ſerie compacta exiſtit, neceſſe quoque eſt genus ex eiſdem procedere principijs, potentiamque, ac ſocietatem referre quandam. Nam genitum ab eo, ex quo genitum eſt, ſecerni, ſeu abeſſe, tanquam opificium quoddam conſtructum minimè poteſt, cum ex ipſo, non ab ipſo genitum ſit, ita vt pars quædam, & debitè honorandi, & iuſte plectendi contineatur, circumferaturque in ſemetipſa: itaque omnibus à ſceleratis parentibus ortis admodum propria quædam progenitorum inſita pars eſt, illiſque adhæret, non moleſta, ſiue oneroſa, ſed qua in vita nutriantur, gubernentur, ac ſapiant.

Non igitur mirum, neque abſurdum, cum ab illis procedant, ſi ob eorum facinora vindictæ quoque partem deſumant, quandoquidem quæ apud homines beata cenſentur propter illos conſecuti ſint, ac obtineant: & vniuerſaliter inquam, quicquid in medicina vtile, idem quoque iuſtum eſſe cenſemus: & profecto ridendus eſſet, qui iniquum eſſe aſſereret pollicem vrere, cum coxarum doleret vertebrum; ſeu præcordia laniare cum hepar ſanie marceſceret: vel ſi quis ob vngularum debilitatem ſumma boum perungeret cornua: ita & in vindicandis ſceleribus; qui aliud quid iuſtum, quam improbitatem ſanare exiſtimat, indignaturque cum medicum cernit per viam longe diuerſam ad curandum procedere morbum, medicamentaque ob alia per alia inſinuare, veluti qui venam incidunt vt ab ophthalmia leuentur, ille vltra ſenſum haud longe proſpicere videtur: nec conſiderat præceptorem cum ex pueris aliquem corripit ceteros admonere, ac imperatorem cum decimum quemque tollit omnes ad officium reducere.

Proinde non ſolum parti ob partem aliam, ſed & animæ propter animam, longe plus quam corpori ob corpus, affectus, vexationes, paſſiones, ac emendationes accidere ſolent.

Bion.

Subijcit deinde. Bion Deum, cum in ſceleratorum animaduertit filios longè magis ridiculum eſſe aſſerit quam medicum qui ob aui, & patris morbum, nepoti, ſeu filio medicamentum porrigit. Ceterum alicubi res inepte, & abſurde ſe habent, alicubi vero conuenientes, ac ſimiles exiſtunt, alius enim cum alter curatur ab infirmitate haud liberatur. At ſceleſtorum ſupplicia ideo manifeſte cunctis oſtenduntur, quoniam vindictæ cum ratione inflictæ officium eſt alios per aliorum animaduerſionem compeſcere, ac cohibere. Porro ſi vir quiſpiam, in morbum incidit grauem, non tamen

penitus Incurabilem, ſeu exitialem, inde ſuccedenti tempore ægroti incontinentia ac mollicia languot creſcit, totumque corpus grauat, & occupat: filium vero ipſius nondum ægrotantem, ſed ob paternam naturam eidem motbo obnoxium, ſi medicus familiatis admoueat, eique oſtendat, ſi bonus ille patet auſteram amplexus eſſet diætam, obſonia, bellariaque intermiſiſſet, potationibus, ac mulieribus abſtinuiſſet, medicamentoque vſus fuiſſet, aſſiduoque exercitio corpus defatigaſſet, ingentes diſſipare, ac tepellere paſſiones valuiſſet, ſcilicet cum parua illa ſemina ad tantam haud creſcere potuiſſent magnitudinem. Nonne qui filium ſic hortatut, ac inſtruit, vt ſui curam getat, & cum valetudinarijs ſit ortus parentibus, principijs obſtet, ae dum morbus curari poteſt, illum anticipet, eum quoque hoc pacto ab infirmitate eripere, ac liberare videtur. Deus igitur vniuſcuiuſque affectum, ac naturam non ignorat, vt pote qui magis animi, quam corporis ſcrutator exiſtit; perturbationum enim, ac affectuum diſcernere, ac præſcite ſimilitudines, ptiuſquam apette in nefanda erumpant ſcelera, non humanæ virtutis, ſed diuinæ potius ſapientiæ opus eſſe dignoſcitur: cum ergo ſupplicio præuenit, tanquam medicamento ſalutari motbo animi medetur, ne peccet. Hæc ille ſententiam ſupradictam mirifice comprobans: multaque alia ad idem adijciens lectu digna, quæ laboti parcens prætermitto.

Simile appoſitum.

Obiectio.

At contta hæc ſic obijcies, ſi ſupplicium filijs aut nepotibus inflictum medicina eſt illorum morbum anticipans, non illum, qui tenebat parentes, curans, ea ratione, non punit Deus peccata pattum in filijs, ſed præſeruat ne in ea incidant. Si pœna eſt, eam ergo patitur, cui infligitut, at pati pœnam non poteſt qui eam non ſentit parer autem de mortuus non ſentit malum filiorum, aut nepotum, præſettim ſi iam Deo fruatur, ergo eam non patitur non ergo punitut, non eſt ergo verum, Deum viſitare peccata patrum in filios in tertiam, & quartam generationem. Reſpondebis, quemadmodum quod patitut manus, dicitut pati caput, aut corpus, quia pars eius eſt; ita cum filius, aut nepos ſit pars patris, vbi filius paritut, ac ſentit, dicitur pater pati, aut ſentire ob generis communicationem. At quid haber naturalis communio ſanguinis, cum morali; quid moris, aut pœnæ confett nepoti centeſimus, aut milleſimus auus?

Poſtrema ſolutio.

Matth. 27. 25.

Hoc ergo aſſetamus non eſſe dubitandum puniri poſſe poſteros quoſcunque propter peccata parentum, vt Iudæi, puniuntur vt verum redderetur illud, ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros: ſiue imitentur parentum ſcelera, ſiue non: nam ſi imitantur, ſupplicium verè illis erit pœna, ſin minus, etit medicina, & parentibus pæna quod ſimul cum natura hoc in poſteros mittunt quaſi ius hæreditarium, vt & onera pottent maiorum, ſicut & honotes. Nihilominus Deus ſe de hac conditione gloriatut, quod tãti faciat virtutem parentum, vt eam memoria retineat, vt quoties aliquis ex poſteris eius indigeat, eriam ſi mille tranſietint generationes, ei ſuccurrat tanquam tanti filio patris, eius meritum ante oculos obuetſans: ea eſt ad miſerandum propenſus benignitate.

Miſericordia Dei cõditio in puniendis filijs ſceleratorum.

At ſi patet impius ſit, adeo alienus eſt à vindicta, vt ſi quis ex filijs mereatur in hoc vita puniri ab ſua delicta: ſi puniat eum, quod talis parentis ſit filius, non progrediatur tertium, aut quartum filium: vlteriores enim ſi punit, non punit merito parentis, ſed ipſorum: liberum enim cum Deo ſit in hac vita quemcunque punire, ſolet punire filios: aut nepotes ſceleratorum: non poſteriores alios. Atque hanc Dei conditionem nobis teſtimonia ſcripturæ ſupta adducta declarant.

Nec enim punit filium quin peccet: at etiam ſi peccet, non tenetur ex lege punire pœna temporaria: ſed demeritum patris facit, vt quod alias non erat facturus, faciat quidem: qua ratione vere dixerunt patres ſupra citati filios puniri ſi imitentur parentum peccata.

Deus verũ inuentor.

Iſa. 12. 4.

10. *Conſilio.*] Hebraicè dicitur. Magnus conſilio, & multus opere, ſeu adinuentione, רבהליליה Rab Halilia, nam Rab multus eſt, vnde Rabbi dicitut multus ſcientia, Haliliah vero opus ſignificat, aut adinuenrionem in operibus vnde illud Iſaiæ notas feciſti in populis adinuentiones eius, & ita 70. Chaldæus, ceterique interpretes, tranſtuletunt, multus opere, aut potens in operibus: quia eſt operum mitus inuentor, ſcitque artes infinitas, quibus ad opus deducat quicquid cogitauetit, etiam ſi nobis impoſſibile videatur.

Vulgatus tamen vettit, incomprehenſibilis cogitatu, & Hieronymus, Rabanus, Hugo, ceterique: expoſitores intelligunt, noſtra cogitatione non poſſe Deum comprehendi: poteſtque hic ſenſus lectioni Hebraicæ applicari, vt dicatur Deus magnus conſilio, & adeo multus in inueniendis modis efficiendi res, & in perficiendo opere ſuo cōſilio, vt ab homine comprehendi non poſſit tam multiplex eius ars, & efficiendi facultas.

11. *Vſque ad.*] Illud, vſque ad diem hanc. Lyra explicat, de memotia ſignotum factorum in Ægypto, quæ vſque ad Ieremiam durabat. Hieronymus tamen, Rabanus, Hugo, S. Thomas, & Dionyſius intelligunt de effectione miraculorum, quæ ab exitu de Ægypto petſeuerabat in Iſrael, & in teliquis hominibus, dum per ſeruos ſuos Ioſue, Eliam, Eliſeum, & ſimiles, aſſiduo miracula edebat, præſettim in hoſtibus populi diruendis, Amorrhæis, & ceteris petcutiendis.

Iſrael cũ vbertatis cœpit obliuiſci Dei.

Deuter. 32 15.

Hoſea 13. 6.

Exod. 19. 8.

12. *Non obedierunt.*] Statim, ait Hietonymus, intet poſſeſſionem, & inobedientiam nihil fuit medium: vbertas enim ſecuritatem, ſecuritas negligentiam, negligentia contemptum patit. Deuterono. 32. incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, inctaſſatus, impinguatus, dilatatus, & deteliquit Deum factorem ſuum. Hoſeæ 13. adimpleti ſunt, & ſaturati, & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei: fruſtra ergo in eremo promiſere dicentes Exod. 19. omnia quæcunque dominus præceperit faciemus. Non enim in ſponſione, ſed in opere præmium eſt. Hoc autem de vniuerſo populo verum eſt, quod poſtquam terra potiri cæperunt quiete, cæpetunt ſimul Dei obliuiſci: vt ſæpe contingit ijs, qui terrenis adhærent, nam eo magis cæleſtium obliuiſcuntur.

Primi

Iſue 24. 31.

Primi vero illi, qui ingreſſi ſunt cum Ioſue legem Dei cuſtodierunt: de quibus dicitur Ioſue 24. 31. Seruiuitque Iſrael domino cunctis diebus Ioſue, & ſeniorum, qui longo vixerant tempore poſt Ioſue, & qui nouerunt omnia opera domini quæ fecerat in Iſrael.

A

Ier. 6. 6. Iſa. 37. 33. Ezech. 4. 2. Iere. 33. 4. 2 Reg. 20. 15. Catapulta. Plinius. Vegetius. Iere. 6. 6.

13. *Munitiones.*] Nomen סללת Solalot, cuius ſingulare eſt Solelah, quibuſdam ſignificat terram aggeſtam in aceruum, quam aggerem vocamus: & ita Ieremiæ cap. 6. 6. vertit Vulgat. cum dixit, Et fundite circum Ieruſalem aggerem. & Iſaiæ 37. 33. Ezechie. 4. 2. & ſæpe alias: & ita vertit Chaldæus paraphraſtes. Solet etiam Vulgatus vertere, munitiones, vt hoc loco, & c. 33. 4. 2. Reg. 20. 15. communi vocabulo. Sed Hebræis eſt bellicum inſtrumentum ligneum, quo lapides iaciuntur in muros vrbium, ad eos diruendos, Catapultas vocant, aut Balliſtas maiores, quas inuenerunt Phænices auctore Plinio lib. 7. cap. 56. hoc eſt trabes validas, quibus quaſi fundis ſaxa maxima iaciuntur: Vegeti⁹ vocat onagros, arietes alij, Lyra perrerias, aut turres ligneas: qua ratione locus Ieremiæ 6. rectè legitur, Succidite lignum, & fundite contra Ieruſalem balliſtam: & hîc, quod dixit Vulgatus, Ecce munitiones extructæ ſunt aduerſus ciuitatem, alij transferunt, Ecce arietibus, aut balliſtis, aut catapultis ingredientur ciuitatem: aut ecce catapultæ admotæ ſunt muro vrbis ad capiendum eam: atque ita legit Dauid Kimhi, & Pagninus, & nonnulli alij.

B

Ac particula ſignificatio. Gen. 29. 14. 3 Reg. 22. 32.

14. *Iugiter.*] Particula, quam Latine dixit Vulgatus, iugiter, & vſque nunc, Hebraicè eſt אך ac, quæ initio ſententiæ valet ſane, aut profecto, vt Gen. 29. 14. Vere os meum, & caro mea es. 3. Reg. 22. 32. Profecto rex Iſrael es. At in media ſententia excluſiua eſt fere: ſolum, duntaxat, tantum, ſignificans: & ita hoc loco Septuaginta, Symmachi prima editio, & Theodotio, ſolos, tranſtulerunt, & ſimiliter Tigurina. Symmachi ſecunda, & Vulgatus verterunt, iugiter: & omnes quidem exprimunt ſignificatum aduerbij Hebrȩi, ad hunc ſenſum: Filij Iſrael, & filij Iuda tantum, vel ſoli in id incumbebant vt malum coram me facerent, & me ad iracundiam prouocarent. Non vtique quod in orbe vniuerſo ſoli ipſi malum facerent, cum multi eſſent gentiles, qui in Deum peccabant: ſed quod ſoli, id eſt toti intenti eſſent ad malum, & nihil aliud agerēt, aut curarent: præſertim cum Deum, quem irritabant, agnoſcerent: nam qui notitiam Dei habent, & peccânt ſoli peccare dicuntur in oculis Dei, increduli vero quaſi Deo non vidente delinquunt: & ita Dauid dixit, Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, id eſt in conſpectu tuo: ita Hieronymus.

C

Soli peccare qui Deum agnoſcūt que dicantur.

D

Chaldæus, Pagninus, & Vatablus, vtique, hîc vertunt, certe, aut profecto, filij Iſrael, & Iuda profecto malum fecerunt: quæ aſſeueratio com admiratione pertinaciam in malo ſignificat: vt illud, Ab adoleſcentia ſua, hoc eſt ab exitu Iſrael de Ægypto, quæ fuit eius adoleſcentia, vt exponunt Hugo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius & Vatablus; quod ſupra cap. 3. dixerunt, Peccauimus nos, & patres noſtri ab adoleſcētia noſtra vſqoe ad diem hanc: quamuis Dionyſius velit etiam intelligi ab vniuſcuiuſque adoleſcentia.

Iere. 3. 25.

Hugo quoqoe exiſtimat adoleſcentiam populi ſignificari ædificatione vrbis, de qua ſubdit; In furore, & in indignatione mea facta eſt mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerunt eam: cum non ita ſit: alia enim noua ratione oſtendit ingratum animum ciuium Ieruſalem.

Ieruſalē quando ædificata. Ioſeph. 1 Parali. 11. 6. 3. Reg. 9. & 10.

Non loquitur autem de prima omnium vrbis ædificatiooe facta à Melchiſedecho, vt ait Ioſephus lib. 7. de bello Iudaico c. 18. neque de ea, quam fecit Dauid, qui extruxit atcem Sion, & Ioab reliquam vrbem, 1. Paralipo. 11. 6. vt volunt Hugo & Dionyſius: ſed de facta per Salomonem, qui vrbem triplici muro cinxit, & idola coluit, & populum colere docuit, vt intelligunt Lyra, & Iſidorus, ex 3. Reg. 9. & 10. Dicit ergo Deus: Ad nil aliud videtur hæc ciuitas ædificata quam vt in ea meam iram oſtentarem: vel ad nihil aliud facta videtur, quam vt eſſet mihi irritamentum iræ, & indignationis, vt ſolent patres de pueris diſcolis vulgo dicere, videtur non ad aliud natus hic puer, niſi vt me irritet ad iram, & amaritudinem: vel ex quo ædificata eſt, colente idola Salomone, vſque ad diem hanc, ſemper in vitio fuit, & iram meam prouocauit: ita Hieronymus, Rabanus cū ceteris: Cœpit ille deſerere, progreſſa eſt, & perfecit; nam magis magiſque me irritabat in dies: vt iure eam tollam è conſpectu meo, tradens Chaldæis. Irritamentum ſummum fuit, quod ędificaſſent aras Baal in valle Filij Ennon: & traduxiſſent filios ſuos, & filias ipſi Moloch, de qua re diximus late ſupra ſeptimo capite.

15. *Et nunc.*] Hebraice dicitur & nunc לכן Lachen: & Septuaginta quidem, Chaldæus, Tigurina, & Vatablus, ſimpliciter transferunt, & nunc, aut, nunc itaque, ſic dicit dominus. At vulgatus: Et nunc propter iſta, & Pagninus: Nunc autem propterea ſic dixit dominus, quod ad verbum ex Hebrȩo legitur, & nunc propter ſic: & quidem Lyra, & nunc propter iſta ſupradicta peccata explicat, vt etiam Hugo: ſicque texunt literam: Et nūc, hęc dicit dominus Deus Iſrael ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis quod propter iſta peccata ſupradicta tradatur in manus regis Babylonis: ſed ſane longum videtur hiperbaton.

Dionyſius explicat propter iſta, quæ de emptione agri quæris, quo tēpore vrbs iam venit in manus Chaldęorum: reſpondeo, me omnes captiuos reducturum huc: nam his verbis plane reſpondet quæſtioni à propheta propoſitæ.

Hieronymus tamen, Rabanus, S. Thomas, & alij: propter iſta, ne deſperetis, aut deſpondeatis animum, explicant, vos qui dicitis tradetur ciuitas. Sic dicit dominus, ego congregabo vos de vniuerſis terris: ratio cur Ieremię pręceperit emere agrum ea erat, vt populum ad ſpem induceret reditus è Babylone. Nunc ergo, ait, propter iſta quæ vos in deſperationem trahunt, ego promitto vos in libertatem aſſerturum poſt Septuaginta annos, & huc reducturum, vt agros comparetis vobis.

Chriſtus promittitur.

16. *Congregabo.*] Locum hunc, & promiſſionem bonorum, quæ promittit, Theodoretus, & Lyra videntur ſolum intelligere de reditu è captiuitate Babylonica ſub Eſdra, & Zorobabele: maxime cū extrema verba, & poſſidebuntur agri in terra iſta vſque ad finem, omnes cum Hieronymo de agrorum vera comparatione intelligant. At Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Dionyſius Vatablus, & Iſidorus melius putant promitti bona ſpiritualia per Chriſtum adducenda: quia multa

hîc promittuntur, quæ eo tempore non ſunt præſtita. Nam qua ſecuritate fruebantur, qui iam à Perſis, iam à Macedonibus, Ægyptijs, & Romanis capiebantur? quis illis vnus animus, vt ſemper dominum timerent, & ne recederēt à Deo? aut quod fœdus cum illo populo iniuit, quod nnn recederet ab eis, cum videamus omnino receſſiſſe? Idcirco hoc videtur aſſerendum à Deo hoc loco promitti, ſicut alias ſæpe, omne bonum tam temporale, quã ſpirituale per Chtiſtum, ſuum quodque tempore. Nam vno intuitu Deus intuitus eſt felicitatem populo Iſraelitico futurã poſt reditum è Babylone; & per tempus modicum quingentorum fere annorum, obuenturam, quod interceſſit à liberatione temporali illa vſque ad Chriſtum ſpiritualem ſeruatorem: quemadmodum in præcedenti capite notauit Theodoretus, Chriſtum Math. 24. & Lucæ 21. intuitu vno proſpexiſſe excidium Ieruſalem, & extremam mundi calamitatem, & vtrumque ſimul prædixiſſe. Præſertim cum dicat hîc Deus verſu 42. Sicut adduxi ſuper populum iſtum omne malum hoc grande, ſic adducam ſuper eos omne bonum, quod loquor ad eos. At nõ tantum promiſit bonum temporale illis adducturum, ſed etiam, & maximè, ſpirituale, vtrumque ergn comprehendit: licet pro diuerſis eiuſdem continui temporis articulis. Promittit ergo Deus ſe reducturum populum captiuum è Chaldæa in Iudæam: vbi aliquando ſint habitaturi confidenter, regnante Chriſto, quando erit illis cor vnum, & anima vna, Actuum 4. & via vna timēdi Deum: vna fides videlicet, vnom baptiſma, & ſpiritus vnus, & lætabitur ex corde, & ex animo benefaciendo eis, & ex ſempiterno fœdere, quod non reuertetur de poſtea illorum ad benefaciendom illis, vel ad decorandom, ornandum, aut dirigendum eos; quod totum exprimunt verba Hebræa, quæ alij verterũt, Feriam quoque cum eis pactum ſempiternum quod non reuertar à tergo eorum, vt benefaciam eis: vel non retro ab eis abſcedam, hoc eſt, non deſinam amore illos proſequi, benefaciendo eis: qood promiſit Chriſtus, Matth. 28. cum dixit, Ecce ego vobiſcum ſum vſqoe ad conſummationem ſæculi: quin addit, & lætabor ſuper eos, benefaciendo eis, eſt enim natura propenſus ad benefaciendum, & ita lætatur beneficentia. Vnde hanc ſuam bonam voluntatem voluit nobis manifeſtam reddere tot verbis eam ſignificantibus, vt lætabor ſuper eos benefaciendo, & plantabo eos in terra iſta in veritate, ſeo in fide. Hoc eſt fideliter vt promitto, abſqoe ſimulatione, vt exponunt Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, qoia fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis: in toto cotde meo, & in tota anima mea.

Vna promiſsione boni, temporale, & ſpirituale per Chriſtũ promittit.

Matth. 24. 15. Luca 21. 20.

Actuũ 4. 32.

Math. 28. 20.

Pſ. 144. 13.

17. *Poſsidebuntur.*] His verbis reſpondet dominus interrogationi prophetæ, cur præceperit illi agrum emere, vt ait Theodoretus, quia volebat certum eum, populumque reddere facto ipſo de prophetia, qua prædicitur rediturus populus, & poſſeſſurus agros, empturus, & venditurus eos, vt ante captiuitatem conſueuerat. Atque de temporali agrorum poſſeſſione intelligunt Hieronymus, & Theodoretus cum reliquis interpretibus. Nulla enim terra erit, in qua non celebrentur iſtiuſmodi agrorum emptiones, ſiue in terra Beniamin, cuius termini ad ſeptentrionem, dilatantur vſque Galaad, ſeu Geraſa, quæ eſt Arabia, vt deſcribit Hieronymus ſuper Abdiam. Siue in ipſa Ieruſalem, & in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in campeſtribus, & in ceteris ciuitatibus, quæ ſunt ad auſtrum, nempè verſus Arabachtanam, & Idumæam.

Ratio agri empti exponitur.

Simulque ſignificatur emptio agrorum, in quibos abſconditus eſt theſaurus vitæ ſpiritualis, qui vbique reperitur conſtitotus, ſiue ad dexteram Beniamin ſpiritualium delectationum, Quia delectationes in dextera tua vſque in finem, Pſalm. 15. ſiue in pulcritudine pacis Ieruſalem, quæ dicitur viſio pacis; ſiue in diuinæ laudis confeſſione, quam ſignificat Iuda, ſiue in montanis ad ſublimitatem, & altitudinem contemplationis deducentibus: ſiue in campeſtribus latè patentibus per charitatem omnibus, & per humilitatē depreſſis: & in ciuitatibus ad Auſtrum vbi luce ſolis, ac calore, omnia ad pulcbritudinem, & maturitatem perueniunt virtutum opera: ita pollicente Iehoua, qui fidelis eſt in omnibus verbis ſuis: & aſcendens in altum, captiuam ducet ſecum captiuitatem, vbi theſauro manifeſtè, non abſconditè: quem ſuo ſanguine, ſuo labore, ſuis operibus compararunt, perfruentur, & locupletabuntur.

Agri theſauri abſconditi poſſeſsio.

Math. 13. 44.

Pſ. 15. 11.

Pſ. 144. 13.

Hucuſque habuimus Hieronymom in commentando Ieremiam docem: oon enim vltra trigeſimum ſecundum caput ſuos produxit commentarios, ſaltem nobis notos.

CAPVT

CAPVT TRICESIMVMTERTIVM.

1 ET factum eſt verbum domini
ad Ieremiam ſecundò, cum
adhuc clauſus eſſet in atrio
2 carceris, dicens: ‖ Hæc dicit
dominus; [1] qui facturus eſt, & formatu-
rus illud, & paraturus, dominus nomen
eius. ‖ Clama ad me, & exaudiam te: &
3 annunciabo tibi grandia, [2] & firma quæ
4 neſcis. ‖ Quia hæc dicit dominus Deus
Iſrael ad domos vrbis huius, & ad do-
mos regis Iuda, quæ deſtructæ ſunt,
5 & [3] ad munitiones, & ad gladium ‖ ve-
nientium vt dimicent cum Chaldæis, &
impleant eas cadaueribus hominum,
quos percuſſi in furore meo & in indi-
gnatione mea, abſcondens faciem meam
à ciuitate hac propter omnem malitiam
6 eorum. ‖ [4] Ecce ego obducam eis cica-
tricem & ſanitatem, & curabo eos: &
reuelabo illis [5] deprecationem pacis &
7 veritatis. ‖ Et conuertam conuerſionem
Iuda, & conuerſionem Ieruſalem: & ædi-
8 ficabo eos ſicut à principio. ‖ Et emun-
dabo illos ab omni iniquitate ſua in qua
peccauerunt mihi: & propitius ero cun-
ctis iniquitatibus eorum, in quibus de-
9 liquerunt mihi, & ſpreuerunt me. ‖ [6] Et
erit mihi in nomen, & in gaudium, &
in laudem, & in exultationem cunctis
gentibus terræ, quæ audierint omnia
bona, quæ ego facturus ſum eis: & pa-
uebunt, & turbabuntur in vniuerſis bo-
nis, & in omni pace, quam ego faciam
10 eis. ‖ Hæc dicit dominus: Adhuc au-
dietur in loco iſto (quem vos dicitis eſſe
deſertum, eo quod non ſit homo nec
iumentum in ciuitatibus Iuda, & foris
Ieruſalem, quæ deſolatæ ſunt abſque
homine, & abſque habitatore, & abſque
11 peuore) ‖ vox gaudij & vox lætitiæ, vox
ſponſi & vox ſponſæ, [8] vox dicentium:
Confitemini domino exercituum, quo-
niam bonus dominus, quoniam in æter-
num miſericordia eius: & portantium
vota in domum domini: reducam enim
conuerſionem terræ ſicut à principio, di-
12 cit dominus. ‖ Hæc dicit dominus exer-
cituum: [9] Adhuc erit in loco iſto deſer-
to abſque homine, & abſque iumento, &
in cunctis ciuitatibus eius, habitaculum
13 paſtorum accubantium gregum. ‖ In ci-
uitatibus montuoſis, & in ciuitatibus

PARAPHRASIS.

HViuſmodi ſermo factus eſt à domino Ieremiæ ſecundò, adhuc clauſo in atrio carceris. Sic dicit dominus; [1] qui faciet, quod dicit, qui operabitur, & ſtabiliet quod promittit de reducendo è captiuitate populum ſuum, iuxta nomen ſuum Iehouah. Inuoca me ô Ieremia, & exaudiam te, & indicabo tibi magna, [2] & firma, quæ nulla ratione poterunt impediri, tibique incognita. Sic enim dicit dominus Deus Iſraelis ad domos vrbis huius, & ad ædes Regum Iuda dirutas [3] ad aggeres extruendos, & ad dimicandum inde gladijs cum Chaldæis, quo implerent eas cadaueribus Iudæorum, quos furore concitus percutio, indignatione perire facio, abſcondens, retrahenſque faciem meam ab vrbe hac; propter omnem eius malitiam. [4] Ecce ego obducam cicatricem eius, & ſanitatem afferam eis: & aperiam eis [5] theſaurum pacis & veritatis per Chriſtum, qui fideliter præſtabit omnes promiſſiones meas: & reducam ad Eccleſiam eius captiuos ex Iudæis, & Iſraelitis, & inſtaurabo eos, ſicut in principio, quando eos induxi in terram hanc: & emundabo eos ab omni ſua iniquitate, quam contra me perpetrarunt, & propitius parcam omnibus eorum ſceleribus, quibus deliquerunt in me, meque perfidè ſpreuerunt. [6] Ita fiet vt omnes gentes ad quas fama peruenerit vniuerſi boni, quo eos affecturus ſum, nomen meum prædicent, lætitiis, laude, & exultatione proſequantur: & pauebunt, ac trement præ admiratione bonorum omnium, & ſummæ pacis, quam afferam eis. Sedecia anno 10

Adhuc enim audietur in hoc loco, quem vos adeo vaſtatum deploratis, vt neque homo, neque beſtia in eo vlla reperiatur: in ciuitatibus, inquam Iuda, & in plateis Ieruſalem, quæ ita deſolatæ ſunt, vt nec homo, nec habitator, neque vllum animal appareat in eis: audietur, dico, vox gaudentium, lætantiumque, vox ſponſorum, [8] voxque canentium conſuetum illud carmen, Confitemini domino exercituum, quoniam bonus dominus, quoniam in æternum miſericordia eius: & portantium dona in domum domini, quæ in ſuis promiſerant calamitatibus conſtituti. Nam vere reducam captiuos ad terram hanc, vt olim feci. [9] Adhuc enim erunt in loco iſto, quem deſertum dicitis, quod nec homo, nec vllum animal in eo reliquum ſit, & in omnibus alijs ciuitatibus Iuda: tuguria paſtorum, qui facient illic gregem accubare. Quin & in ciuitatibus montanis, campeſtribuſque: in auſtralibus, & ſeptentrionalibus, nempe quæ ſunt in terra Beniamin, & circum Ieruſalem, & in reliquis demum vrbibus

Iudæ greges tranſibunt ſub manu paſtorum eos numerantium, ſummamque curam eorum gerentium. Dies venient, ait dominus, in quibus '' bonum illud adimplebo promiſſum, quo pollicitus ſum meis Iudæis, & Iſraelitis, illis mittere Meſſiam. Nam in diebus illis germinare faciam Dauidi præclariſſimum illud iuſtitiæ germen Chriſtum, qui tanquam iudex integerrimus iuſtitiam in ſuo iudicio exercebit in terra. Tunc quidem ſalutem conſequentur Iudæi, & fideles Ieroſolymitæ in magna degent ſecuritate, & hoc eſt nomen, quo quiſque fidelis vocabit eum, dominus iuſtificator noſter. '' Non enim deerit de ſtirpe Dauidis vir qui ſedeat ſuper thronum eius, '' nec de ſacerdotibus, & leuitis, qui in conſpectu meo offerat holocauſtum, & libarium ſacrificium incendat, victimaſque faciat per omnes dies. Hoc tam eximium promiſſum vt confirmaret, ſic eſt locutus dominus Ieremiæ. Si potuerit irritum fieri fœdus, quod in mundi conditione pepigi: de perpetua ſucceſſione diei, & noctis, vt aliquando deſinat, irritum etiam eſſe poterit fœdus, quod cum ſeruo meo Dauide percuſſi, non defuturum ei filium, qui regnet in throno eius; neque ſacerdotes, & leuitas, qui miniſtrent mihi. Quemadmodum enim ſtellæ cæli non poſſunt numerari, nec arena maris menſurari, ſic multiplicabo filios Dauid ſerui mei, & leuitas, qui miniſtrent mihi: & locutus eſt rurſus dominus Ieremiæ, dicens. Non conſideraſti quid '' infidelis hic populus loquatur? Ait, duas familias Regis, & ſacerdotalem, quas elegerat dominus, abiecit; & populum meum, increduli contempſerunt, quaſi nunquam ſit ad ſtatum priſtinum reducendus. Idcirco audiant iſti obteſtationem meam. '' Sicut fieri non poteſt vt pactum meum non ſit initum cum die, ac nocte, vt ſæpi dicere, & leges cælo, ac terræ, quas ſequuntur, non ſtatuerim, ſic fieri minimè poterit vt poſteros Iacob, & Dauidis abiiciam, ne ex eis aſſumam Apoſtolos, qui principatum teneant ſuper fideles Abrahæ filios, Iſaac, & Iacob. Certiſſime enim captiuos eorum reducam, & ipſorum miſerebor.

campeſtribus, & in ciuitatibus, quæ ad Au-
ſtrum ſunt: & in terra Beniamin, & in
circuitu Ieruſalem, & in ciuitatibus Iu-
da adhuc tranſibunt greges ad manum
numerantis, ait dominus. | Ecce dies ve- 14
niunt, dicit dominus: & ſuſcitabo ver-
bum '' bonum, quod locutus ſum ad
domum Iſrael & ad domum Iuda. | In 15
diebus illis, & in tempore illo germinare
faciam Dauid germen iuſtitiæ: & faciet
iudicium & iuſtitiam in terra. | In diebus 16
illis ſaluabitur Iuda, & Ieruſalem habita-
bit confidenter: & hoc eſt nomen, quod
vocabunt eum, dominus iuſtus noſter.
| Quia hæc dicit dominus: '' Non interibit 17
de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronum
domus Iſrael. | '' Et de ſacerdotibus, & de 18
leuitis non interibit vir à facie mea, qui of-
ferat holocautomata, & incendat ſacrifi-
cium, & cædat victimas omnibus diebus.
| Et factum eſt verbum domini ad Iere- 19
miam, dicens: | Hæc dicit dominus: Si irri- 20
tum poteſt fieri pactum meum cum die, &
pactum meum cum nocte, vt non ſit dies &
nox in tempore ſuo: | Et pactum meum ir- 21
ritum eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo,
vt non ſit ex eo filius qui regnet in throno
eius, & leuitæ, & ſacerdotes miniſtri mei.
| Sicuti enumerari non poſſunt ſtellæ cæli, 22
& metiri arena maris: ſic multiplicabo ſe-
men Dauid ſerui mei, & leuitas miniſtros
meos. | Et factum eſt verbum domini, ad Ie- 23
remiam, dicens: | Nunquid non vidiſti 24
'' quid populus hic locutus ſit, dicens: Duæ
cognationes, quas elegerat dominus, abie-
ctæ ſunt: & populum meum deſpexerunt,
eo quòd non ſit vltra gens coram eis: | Hæc 25
dicit dominus: '' Si pactum meum inter
diem & noctem, & leges cælo & terræ non
poſui: | Equidem & ſemen Iacob & Dauid 26
ſerui mei proiiciam, vt non aſſumam de
ſemine eius principes ſeminis Abraham, Iſaac, & Iacob: reducam enim conuerſionem eorum, & miſerebor eis.

ARGV-

ARGVMENTVM.

IEREMIAM adhuc in carcere manentem, quem facto in præcedenti capite, verbo conſolatur Deus, præſtita fide de populo reducendo primùm in Iudæam, deinde per Chriſtum ad ſalurem, remiſſionem peccatorum, pacem, & omne bonum complectentem. Chriſtum etiam ipſum promittit, cum eius Apoſtolis, ex poſteris Dauidis, & patriarcharum, copioſumque numerum ſacerdotum, ac Leuitarum, qui ei miniſtrent in Eccleſia.

COMMENTARIVS.

1. QVi facturus.] Ex Hebræo ſic habet hæc periodus: Hæc dicit dominus faciẽs eam, dominus formans eam, ad ſtabiliẽdam eam, Iehouah nomen ei. Et Vatablus quidem, Pagninus, & Iſidorus volunt pronomen, eam, referre Ieroſolymam, ad cuius ciuium conſolationem hoc verbum adijcitur: Sic dicit dominus qui facturus eſt, hoc eſt, magnificaturus Ieruſalem, qui facturus eſt, renouaturus, vel inſtaoraturus eam, & ſtabilem, ac permanſuram effecturus, & ad ſtatum priſtinum reducturus. Vatablus autem hanc renouationem, ſeu inſtaurationem tunc exponit efficiendã cum terreſtris illa in ſpiritualem, & cæleſtem foret commutanda. Iſidorus de reædificatione Ieruſalem poſt reditum è Babylone. Alij de reſtitutione B totius terræ Iuda intelligunt, de qua fuit ſermo in fine capitis præcedentis, & eam referunt dictã prónomina, vt indicant ſua verſione Septuaginta.

Chaldæus tamen, Vulgatus, & Tigurina neutro genere pronomen fœmineum efferunt, vertentes, qui facit, vel facturus eſt, hoc, vel iſtud, aut illud, nempe, quod præcedenti capite promiſſum eſt de reſtauratione Iudeæ poſt reditum è Babylone: vt indicãt Hugo, S. Thomas, & Dionyſius, vel quod in hoc capite denuo promittitur, idem cum præcedenti; vel vt vult Lyra de negocio Euangelico, C & Chriſti aduentu, & conceptu mirabili; nã Deus facturus erat, ac formaturus corpus Chriſti, & præparaturus vt animæ ſanctiſſimæ domiciliũ. Quod autem genus fæmineum pro neutro ſoleat ſcriptura vſurpare, quo carent Hebræi, non pauca exẽpla nos id docent: vt Pſal. 26. 4. Vnam petij à domino, hanc requiram, pro vnum, aut vnam rem. Et Eccleſiaſtes 7. 28. Ecce hoc inueni, vnam ad vnam. Hoc eſt, ad vnum delictum aliud apponimus: atque ita confirmat Hieronymus ſuper hunc locum Eccleſiaſtes. Etenim promiſſum arduum D promittit populo animum deſpondenti, qui videbat vrbem ab hoſtibus dirui, & ciues capi, de reditu è Babylone, imo & de reditu ad Chriſtum; & vt ſpem deiectam erigat, & fiduciam certam reddat, docet Iehouah eſſe promittentem, qui vti eſt, ita verax eſt, & eundem eſſe qui ſuum promiſſum. At executioni mandaturus, & ad exitum feliciter deducturus, ne putent vel ſe decipi; vel ab aliquo poſſe rem ipſam impediri, quam Deus ipſe facturus eſt, formaturus, & ſtabiliturus.

Femineũ genus pro neutro.

Pſ. 26. 4.

Eccle. 7. 28.

Solatur magni promiſſi certitudine.

2. *Et firma.*] Hebraicè, & fortia, ſeu munita, quæ direptioni non pateãt, vt vrbes, vineæque munitæ. A Hoc eſt, quæ humana ratio aſſequi non poſſit; nam vt huiuſmodi oſtendat difficultatem addit, Quæ non noſti, aut quæ neſcis. Iubet autem vt oret, atque inuocet, qui ob deiectum animum, ad preces confugere non audebat, quia vult dare, & maxima, ac ſpem ſuperantia promittere, quæ munita ſunt ad intelligendum, & difficile poſſint à propheta penetrari: vel munita ſunt, vt à nemine poſſint diripi, aut impediri quin compleãtur, quia cælũ, & terra tranſibũt, verba autẽ Dei nõ præteribũt. Sed quænam ſunt hæc magna, & munita promiſſa, ad quæ tam ſingulari præparatione, vel audienda, vel ſuſcipienda paratur propheta? Rabanus, Hugo, S. Thomas, Dionyſius, & Iſidorus cum B Theodoreto ea promiſſa videntur intelligere, quę erant de reditu è Babylone, & de reſtauranda vrbe Ieruſalem, & templo, cum cultu Deo in illo exhibendo. Sed hæc non adeo ingentia erant; etſi magna, vt ad precibus ea poſtulanda, excitaretur propheta, tanquam nunquam antea cognita. At quomodo nunquam antea cognita Ieremiæ fuiſſe dicenda ſunt, quæ quater, quinquieſve ſcimus illi fuiſſe reuelata, ſemel anno 4. Ioakim, vt legimus cap. 25. ter anno 1. Sedeciæ, nẽpe cap. 24. ſub figura duorum calathorum cap. 29. poſt 70. annos. & C cap. 30. & 31. Semel itẽ anno 10. ſub ſymbolo emptionis agri cap. 32. Satis ergo, cum ſermo factus eſt Ieremiæ ſecundo clauſo, nouerat poſt ſeptuaginta annos reditũ futurum Ieroſolymæ, templique inſtaurationẽ. Lyrani igitur, & Vatabli ſentẽtia nobis magis probatur, qui idcirco tam magnificis, & inſolitis verbis putant prophetam ad audiendũ fuiſſe paratum, quod Chriſti, Eccleſięque illius myſteria erãt ei manifeſtanda, & prædicenda ſub grandi promiſſo, & Dei verbo omni ex parte munito. Nam licet ſub Iecomia rege hæc promiſſa D magna Ieremiæ reuelata ſint cap. 23. ſub eiſdem pene verbis, ſed in genere quod attinet ad tempus: at modo, vna cũ reditu è Babylone, & liberatione tẽporali, promittitur reditus ad Chriſtũ, & liberatio per illũ facta, & fidelium, miniſtrorũque Chriſti multiplicatio. Enimvero, vt diximus ex Theodoreto in pręcedẽti cap. num. 16. ſub vna promiſſione promittitur felicitas populi, tã tẽporalis, quã ſpiritualis, ſub paucorũ annorum ſpacium complenda, nempe quingentorum annorum à reditu, vſque ad Chriſtum; cum videamus multa quę hîc dicuntur de temporali felicitate ſolum, non poſſe vera comprobari.

Magna promiſſa Matth. 24. 35

Iere. 25. Iere. 24. Iere. c. 29. & 30. 31. & 32.

Magna promiſſa quæ.

3. *Admunitiones.*] Hebræa ſic habent. Ad domos vrbis huius, & ad domos regum Iuda dirutas ad aggeres, & ad gladium venientium ad debellandum Chaldæos, & implendum eas cadaueribus hominum, quos percuſſi in furore meo. Præpoſitionem אֶל El, Septuaginta, Chaldæus, & Vulgatus pro ad, vel, in, acceperũt: ſic enim vertunt Lxx. Sic dixit dominus de domibus vrbis huius, & de domo regis Iuda, quæ deſtructæ ſunt in vallum, & propugnacula, vt pugnent contra Chaldæos: & Chaldæus, ſuper domos regũ Iuda, quas demoliti ſunt, vt accumularent aggeres ad muniendum murum à facie eorum, qui occidunt gladio. Similiter tranſtulit Tigurina, ad aggeres, & ad vaſtitatem: & totus ſermo eſt de Iudæis, qui demoliti erant domos, vt in earum loco aggeres extruerent, gladiumque diſtringerent, aut vaſtitatem ſtruerent aduerſus Chaldæos, nempe Iudæi venientes vt dimicarent contra Chaldæos: quo hac ratione implerent domos illas cadaueribus ſui ipſorum, per ipſos Chaldæos, tanquam per Dei miniſtros: & Hugo quidem, & S. Thomas intelligunt illas domos dirutas ad aggeres, & gladium venientium in auxilium Iudæorum ex Ægyptiis, vel ex alijs gentibus, aut tribubus, vt dimicarent contra Chaldæos. Lyra vero, & Dionyſius ad aggeres, & gladium gentium venientium cum Chaldæis ad expugnandos Iudæos. Vatablus tamen, Pagninus, & Iſidorus præpoſitionem illam, El, accipiunt pro in, aut cum, vt ſit caſus inſtrumenti: Ad domos dirutas, vel diruendas cum baliſtis, & ſecuribus: aut arietibus, & ſecuribus, nempe Chaldæorum: & redditur ratio cur dirutæ ſint domus illæ; quia Iudæi reſtiterunt, & venerunt vt dimicarent contra Chaldæos, qui ira commoti occiderunt illos, & domos impleuerunt occiſorum cadaueribus. Senſus ſimplicior eſt, quem Septuaginta, & Vulgatus, & Tigurina ſuis verſionibus indicant. Sermonem fieri ad domos, quas deſtruxerant Iudæi: qui ſe accingebant ad reſiſtendum Chaldæis, vt in illarum loco bellica inſtrumenta conſtituerent, quibus reliquam ciuitatẽ propugnarent; qua occaſione fieret vt multi perirent, & implerentur domus illæ occiſorum cadaueribus, ne ſuis artibus iram Dei effugere ſe poſſe putarent; quia de ipſis dici poſſit, quod de hoſte quodam Dauid in Pſal. 7. cecinit, Lacũ aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit; conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendit. Porro cum iam per annum obſeſſa eſſet ciuitas à Chaldæis, verè de domibus deſtructis loqui prophetam eſt aſſerendum. Quæ vero eſſent illa inſtrumenta, dicta Hebraicè Soleloth diximus capite præcedente numero 13. illud autem חֶרֶב Hhereb: quod gladium verterunt Chaldæus, & Vulgatus, Lxx. propugnacula: Dauid Kimhi notat eſſe nomen generale ad omnem rem excidentem, ſeu ferrum, ſeu lapidem acutum, qualis eſt malleus ad cedendos lapides, & ſecuris ad deijcienda ædificia; qua ratione hîc accipiunt Pagninus, Vatab. & Iſidorus: & Ezechiel. 26. 9. Vbi dicitur, & turres tuas deſtruet in armatura ſua, pro ſecuri ſua: & 2. Paral. 34. 6. pro illis verbis, Cuncta ſubuertit: alij vertunt, malleis ſuis, vel ſecuribus ſuis in circuitu: gladius autem eſt frequentior nominis illius ſignificatus.

Iudæi ſibi parabant interitum.

Pſ. 7. 16.

Ezech. 26. 9.

2. Para. 34. 6.

4. *Ecce.*] Poſtquam ſe iuſtum oſtendit in punienda gente, & diruenda ciuitate Ieruſalem; iam inſtar medici clementis pollicetur medicinam, imo & ſanitatem ſe allaturum: dum ait ad verbum: Ecce ego aſcendere facio illi, nempe Ieroſolymæ, medelam, vel cataplaſma, & medicinam, hoc eſt adhibito cataplaſmate vulneri inflicto, & medicina, curabo eos, & ſanabo. Quæ vero ſit hæc medicina, quam promittit, oſtendit cum ſubdit: & pro id eſt, aperiam illis theſaurum pacis, & veritatis: nempè expromam illis multiplicem pacem, & ſtabo promiſſis reducendo eos ad terram ſuam. Quæ verba vt explicemus oſtendere oportet quis ſit literalis ſenſus ab his verbis, eorum, quæ ſequuntur ad finem vſque capitis.

Deum medentem monet.

Dubium ergo eſt vtrum promiſſa à Deo felicitas in hoc capite, ſit tantum temporalis poſt populi reditum è Babylone, an ſpiritualis per Chriſtum adducenda, an vtraque? Theodoretus, Hugo, & S. Thomas exponunt de felicitate populi temporali poſt reditum è Babylone, vſque ad illa verba [Ecce dies veniunt, dicit dominus, & ſuſcitabo verbum bonum] licet Theodoretus eum ſenſum vſque ad finem fere capitis proſequatur: vt fecit in capite viceſimo tertio. Hanc tamen felicitatem in typum promitti futuræ per Chriſtum ſpiritualis felicitatis: & videntur eis ſuffragari Rabanus, & Iſidorus dum myſticè, ſeu ſpiritualiter caput explicant de Chriſto, & eccleſia, ſub typo tamen reuerſionis populi: & probatur, quia in toto capite conſolatur dominus populum promittendo reditum cum ſanatione à peccatis, & cum publica iocunditate palam exultantium, & nuptias celebrantium, & Deo ipſi confitentium: & cum ſumma pace ex eo quod paſtores pacatè ſuos paſturi eſſent greges. Deinde conſolatur populum promittendo reſtitutionem regni in ſtirpe Dauidis, & ſacerdotij, multiplicando ſacerdotes, & leuitas. At hæc omnia non inepre conuenire videntur illi tempori poſt reditum è Babylone: ſiquidem per pænitentiam conſcientia illorum ſanata eſt à peccatis, quorum tunc erat remiſſio, licet per Chriſtum: iocunditate etiam, & pace fruiti ſunt: ſiquidem multis regibus chari fuere. Nec deerat qui de ſtirpe Dauid regeret populum: erant enim Zorobabel, & duces alij, tum etiam magna erat copia ſacerdotum, & leuitarum qui Dei cultum promouebant. Ergo prophetia hęc eo tempore fuit ad literam impleta, quamuis in typum felicitatis Euangelicæ.

De qua felicitate ſit ſermo.

1. Expoſitio de felicitate poſt reditum à Babylone.

Lyra, & Vatablus totum caput explicant ab hoc loco de Chriſto, & eccleſia: & ſanè cum ratione. Siquidem omnia fere quæ in hoc capite dicuntur ſuadent grandiora, ac magnificentiora eſſe quæ promittuntur, quam quæ poſt reditum in eo populo legimus contigiſſe. Nam quod attinet ad ſummam pacem, quam pollicetur dominus, ex hiſtoria illius temporis nouimus, non tantã fuiſſe, quanta hîc promittitur, vt notat Hugo, imo multi infeſtabant Iudæos, vt diximus ſuper caput 23. Deinde tunc reuerſi ſunt tantum Iudæi, non Iſraelitę, at hîc promittitur vtriuſque populi reditus, nempe ad Chriſtum: ex quo ſumma Deo laus, & gloria prouenit obſtupeſcentibus hominibus, & admirantibus tantam domini benignitatem: quam admirationem non videtur ille reditus temporalis commouiſſe.

2. Expoſitio de felicitate ſpirituali per Chriſtum.

Tertiò, verbum illud bonum, quod ſuſcitaturum ſe promiſerat domui Iſrael, & domui Iuda, de pro-

deproducendo germine, quod etat vucandum Dominus iuſtus noſter, tunc temporis non fuit impletũ, in Zorobabele, multominus in vllo alio, ſed tanrum in Chriſto. Deum qua retione verum tunc fuit, quod non defuerit rex de ſtirpe Dauidis nec ſacerdotes, & leuitæ abſque nomero? cùm à tempore reditus nullum regem habuerint Iudæi, nec miniſtros in eo numero, qui in æternom miniſtratent Deo ee quibus cum aliqua probauerimus latius ſuper caput 23. & ſingula explicando ſimus in ſeqoentibus confitmaturi, non immoramur modo in fuſiori eotum comprobatione.

3 Expoſitio de vtraque felicitate. Felicitas temporalis, & ſpiritualis Chriſti ſimul ſ. les promiſſis. Propheta dum futura prædo-ſunt præſentia non prætereunt.

Nihilominus videtur commodios aſſerere ſimul promitti omnem felicitatem populo illi obuenturam à reditu è Babylone, tam temporalem, quem ſpiritualem per Chriſtum futuram, tam externam, quam internam. Quem ſenſum videntur ſequi Raban. Hugo, S. Thomas, Dionyſius, & Iſidorus, dum aliqua de temporali ille felicitate, aliqua de ſpirituali per Chriſtũ eeplicãt, in quo omnia perfectè completa ſunt, cum in illo populo cæperint ex parte impleti poſt reditum. Nam ſolent multa à prophetis dici quæ nõ ſimul fiũt, ſed incipiunt fieri, paulatim verò ed finem ſuum deducũtur, & vt ait Hyronymus ſuper caput 1. Malachiæ ſic prophetæ futurorum texũt vaticinium, vt præſens tempus non deſerent, nam vtriuſque miſcẽt ſermonem & ex occaſione illius felicitatem Chriſti prædicebant.

Quis verò inficiari merito poſſit, cum Dominus curam poſuiſſet vrbem Ieruſalem deſtructã, & ad conſolandum populum de eius vaſtitate dolentẽ addidiſſet: ecce ego obducam eis cicatricem & reducam captiuitatem, & adhuc erit voe gaudij, & greges paſcentur in terra: non locutum fuiſſe de inſtauratione Reipublicæ Iudaicæ, tam quoad regiam, & ciuilem adminiſtrationem, quàm quoad eccleſiaſticam, & ſacram. Nam ſi populus de hac Dcum loqui nun intelligeret, quomodo ſe conſolaretur qui temporalia adeo æſtimabat.

Quia vero bona hæc promiſſa non adeo perfectè impleta videntur eo tempore, vti verba pollicentur: bene autem tempore Chriſti, idcirco vniuerſam hanc felicitatem & temporalem, & ſpititualem, pro ſuo quamque tempore, in hoc capite fuiſſe prædictam aſſerendum eſt.

Qua pax promittatur.

5. *Deprecationem.*] Nomen עתרת Ateret ſignificat ſupplicem orationem, vel conciliationem, & ita LXX. verterunt, & teuelabo eis vt exaudiam: hoc eſt, oſtendam illis modum, quo me exotent, vt eos exaudiam: qund Vulgatus dixit, deprecationem pacis, id eſt orationem, qua ſibi pacem concilient, & veritatem Hugo & Lyra, ac ſi eſſet biſteron proteron, pro deprecationem pacis, legunt, deprecationis pacem, & veritatem: quod S. Thomas, & Dionyſius exponunt, oſtendam illis, aut complebo illis deprecationem pacis, hoc eſt præſtabo illis pacem quam ſunt deprecati, & promiſſorum veritatem, ſeu fidelitatem, id eſt & promiſſa complebo.

David Kimhi, qoem ſequuntur Pagninus, Vetablus, & Iſidorus, interpretatur, copiam, aut multitudinem pacis, & veritatis; quam Tigurina rectè dixit, Et eperiam eis theſaurum pacis, & veritatis; & quidem Rabanus, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus de pace euangelica, ab Angelis nato Chriſto decantare Lucæ 2.14. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntaris: & ab ipſo Chriſto comparatá, ac data nobis Ioan. 14. cum dixit, Pacem relinquo vobis, pecem meam do vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis; volunt hunc locum intelligi, non de pace illi populo poſt reditum comparata, quæ vel nolla, vel modica fuit, nec meretur nomen multitudinis, copiæ, eur theſauri pacis, cum hoſtes ſemper haberent infeſtos, & bellis appeterentur, maximè Mechabæorum tempure.

Lucæ. 2. 14. Ioan. 14. 27.

At Theodoretus, Hugo, & ſanctus Thomas intelligunt de pace in reditu populo illi edducta, quam ipſi fuerant deprecati, & propterea dicit, reuelabo illis deprecationem pacis, boc eſt pacem deprecatam, aut expetitam, nempe, liberationem è captiuitate, bac enim medicina ſanauit dominus vulnus inflictum & hoic ſenſui videtur apte conuenire Paraphraſtis Chaldaici expoſitio vertentis, Et aperiam eis portam pænitentiæ; Nam cum medelam ſe adducturum promitteret, qua volneri mederetur inflicto, nunc declarat, quæ eſſer illa medela, nempe pæniteutia, quæ eſt porta pacis, eſt enim vnicum, ad pacem multam comparandam, medium iis qui peccauerunt, & ideo eſt theſautus pacis, & veriteris, nempe vt Deus compleat in eis, qui pænituerunt omnia ſua promiſſa. Conuenit autem hic ſenſus com ſequentibus, in quibus dicitur, Et emundabo illos ab omni iniquitate ſua, in qua peccauerunt mihi, & propitius ero cunctis iniquitatibus eotum, in quibus deliquerunt mihi. Nem ſic curati ſunt, & conciliauerunt ſibi pacem, agendo pænitentiam: hoc eſt enim primum douum promiſſum peccatori, ac præſtitum à Deo, cum vult illum ad ſe reducere, & de captiuitate liberare, ac bouis aliis promiſſis cumulare, ac merito vocatur oſtium, ſeu porta ad pacem, & veritatem: qoæ cum illi populo reſerata fuerit, vt liberaretur è captiuitate Babylonica, non incongruè competiuit ei tunc, quamuis præcipue Chriſti tempore aperta ſit hæc porta, nam tunc præcones Chriſti clamabant, Agite pænitentiam appropinquauit in vos regnum Dei.

Pænitentia porta pacis. Matth. 3. 2. Lucæ. 3. Veritas quid notet.

Veritatis autem nomine Chaldeus, & Sanctus Thomas accipiunt eam, quam præſtare Deo homines debent, nempe vitam perfectam, qua homo verè, ac fideliter preſtet obſequiom Deo promiſſum, eius legem, ac præcepta ſeruando.

Sed Hugo, & Vatablus melius intelligunt Dei fidelitatem in ſuis promiſſis implendis: pollicetur enim ſe præſtiturum promiſſionem ſuam de reducendo eos è captiuitate in Ieruſalem vt intelligunt Theodoretus, Hugo, & ſanctus Thomas. Nam quod addit, captiuitatem Iuda, & captiuitatem Iſrael, vt in Hæbręo habetur, ex quo probatur nou eſſe ſermonem hic de reditu è Babylune, in quo Iſraelitæ non redierunt, ſed tantum Iudæi, dicimus Septuaginta, Chaldæum, & Vulgatum, & antiquiores interpretes pro Iſrael legiſſe Ieruſalem, vel quia ita olim hebebatur in Hebræo, vel quia nomine Iſraelis acceperunt Ieruſalem.

Sed quod ſubiicitur, & ædificabo eos ſicut à A principio, ſignificat, ſicut antequam ducerentur captiui, & cum Reſpublica Iudaica ſtaret, id eſt, & reduca eos ad ſtatum priſtiuum: quod rogabat Ieremias cap. 5. Threnorum, Ihnoua dies noſtros ſicut à priucipio ita exponit Hugo. Si vero intelligamus, vt Rab. Lyra, & Dionyſius, ſicut in principin, quando educti ſunt de Ægypto cum ſignis, & prodigiis, aut vt exponit Iſidurus, vt idem ſit, ſicut à principio, quod multo magis quam vnquam antea: cum hoc verè uon contigerit in illo reditu, & ædificatioue temporali Ieruſalem, proculdubio de ſpirituali reditu ad Chriſtom, & eccleſiæ ædificatione hæc omnia ſunt intelligenda, qoæ multomagis quam antea, mirabiliuſque ædificata eſt, vt dixit Paulus ad Hebre. 2. Quomodo effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem, quæ in uos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis, & portentis, & virtutibus, ac variis ſpiritus ſancti diſtributionibus.

Threno. 5. 21.

Ad He. 2. 3.

Sed puto verũ, ac ſimplicem ſenſum eius, ſicut à principio, eſſe ſicut antequam captiui ducerẽtur, nam & mox dicit: reducam captiuitatem terræ ſicut à principio, hoc eſt reducã captiuos in terrã, vt habitent in ea ſicut prius.

6. *Et erit.*] Et erit hæc liberatio, & reſtauratio pupuli, cum peccatis eius remiſſis, priſtinum ſtatum potietur in pace, ad mei nominis famã promulgandam inter gentes: hoc boni mihi cedet ex bonis, quæ conferam huic populo, & ex pace, quã efficiam vt apod omnes gentes quæ auditura ſũt, nomen meum glorificetur, qui tanta beneficia cõtulerim populo; & vt grato, & lætabundo corde me laudent, & magnificent, ſeu decore afficiant, C tum etiam vt pauore, & tremore ex ingenti admiratione concutiantur, videntes tam inſignẽ Dei bonitatem in illum populum præſtitam, nam de pauore bono loquitur, vt omnes fere intelligunt, quamuis Theodoretus de improborum pauore intelligat, qui acerbè ferent tantam felicitatem. Sic autem de bonis populo in reditu collatis hæc verba explicant Theodoretus, Rabanus, Hugo, & S. Thomas, Etſi perfecte hæc fuiſſe preſtita per Chriſtũ apud fideles fateãtur: Si quidem quæ illo reditus tempore acciderunt, minora ſunt, iis, quæ hic promittuntur. Quare ceteri: Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, volunt hæc tempore Euangelicæ prędicationis impleta, quibus & aſſentitur Rabanus: quando gentes, quibos euangelium prædicatum eſt, conſiderantes admirandam Dei bonitatem, quam uſtendit in bominum redem- D ptione, & tot bonorum in illos collatioue, nou ſolum præ lætitia eum glorificabunt, & laudabũt, ſed admirabundi pauebunt præ conſideratione ſummæ Dei beneficentiæ videntes etiam Apoſtolus tam facundos, ac tam mira patrantes.

Bonorũ copia promiſſa.

7. *Adhuc.*] De pace iocunda, qua erant fruituri ſecum inuicem, & cum Deo, in nuptiis & feſtis aliis publicis poſt reditum, explicant Rabanus, Hugo, S. Thomas cum Theodoreto: nã id qoud abſtulit ad hanc rem pertinens, promittit ſe reſtituturum, vt ſicut in ſignum vaſtitatis comminatus eſt dominus cap. 25. 10. dicens, Perdamque ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocẽ ſpõſæ ita in ſignũ ciuitati ædificatæ, & Reipublicæ in ſtatũ priſtinũ reſtitutæ, promittit audiendã vocem gaudij, vocẽ lætitiæ, vocẽ ſponſi, & vocem ſponſæ: hoc eſt nuptias, vt prius celebrandas. Miſticè autem Rabanus, & ſpiritualiter Lyra, & Diouyſius, hæc volunt intelligi de gaudio, & lætitia ſpirituali, quæ nato Chriſto miſſo ſpiritu ſãcto, corda fideliũ occupauit vocẽ autẽ ſpõſi, & ſponſæ explicãt vocem Chriſti: & Eccleſiæ, de quibus chaſtum illud epithalamium cõpoſuit Salomon, & Ioan. 3. dicitur, Qui haber ſponſam ſponſus eſt, quorum vox auditur vbique ad Dei cultum, & pietatem fideles ſuos exhortantium. Cum vero dicit, in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalẽ, illud foris nõ eſt aduerbium ſignificans extra Ieruſalem ſed eſt caſus auferendi, in foris, hoc eſt in plateis Ieruſalem, vt diximus ſuper cap. 11. ſiquidem hic prumittitur complendum, aut reſtituendnm, quod prius prædictum eſt auferendum. eſt autem prædictum cap. 7. verſ. 34. Et quieſcere B faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, nunc ergo ait audiendas fore has voces in vrbibus Iuda, & in plateis Ieruſalem, vt transfernnt Tigurina, Pagninns & Vatablus, cũ vtrobique ſit idem vucabulum Hæbreum.

Lætitia futura.

Ierem. 25. 10.

Lætitia euangelij.

Ioan. 3. 26.

Foris quid ſit.

Ierem. 31 6.

Ierem. 7. 34.

8. *Vox dicentium.*] Oſtendit lætitiam confluentium in templum, & pſalmum illum decantantium, Confitemini Domino, vt antequam captiui ducerentur, & ſimul portantium תּוֹדָה Todah in domum Iehouah: quo perifraſticè templum prænunciat ædificandum. Nomen autem Todah ſignificat, laudem, confeſſionem, celebrationem, aut rem laude dignam, & ob id notat hoſtiam, ſeu ſacrificium confeſſionis, vt exponit Chaldæus, & Dauid Kimhi: quo liberati ab aliquo periculu, veniebant gratias acturi Deo, confitentes vniuerC ſas iniquitates ſuas, fiebatque ex beſtiis, & comedebatur eodem die iuxta ritus pacificorum, vt deſcribitur Leuit. 7. verſu 12. & deinceps & c. 22. 29. quam hoſtiam Septuaginta, dona: Vulgatus vero vota nuncupauit. Prænunciat autem felicem reditum & exultatione plenum: quo redituri eſſent erepti de graui Babylonis ergaſtulo, confitentes ſua peccata, & gratias agentes, hoſtiaſque Domino offerentes pro liberatione, & reditu; propterea adiicit illam rationem, Quia reducã captiuos, priſtinum eis ſtatum reſtituens. Perfectius autem in Eccleſia Chriſti hæc cãtica, & hæc laudis confeſſio, & gratiarum actio reperitur, cum liberati fideles de laqueo venantium, & de aqua intolerabili peccatorum, per confeſſionem peccatorum reconciliantur Deo, & perpetuas illi gratias agunt, donaque, ac vota illi exhibent, pro tam eximio D beneficio.

Hoſtia laudis.

Leuit. 7. 12.

Leuit. 22. 29.

Liberatio per Chriſtum

9. *Adhuc.*] Signum aliud profert index futuræ pacis, videlicet, nullam futuram ciuitatem in Iudæa, quæ non abuudet paſtoribus, copioſam gregum multitudinem vbique paſcentibus, & diligentiſſime obſeruantibus quis ex eis deſit. Hoc eſt enim, adhuc tranſibunt greges ad manum numerantis, uam veſperi, cum reducũtur ad caulas, numerantur à paſture ne qua ouis, agnus ve deſit, qoo ſignificetur, gregem uon errantem vagaturum, quod ſint paſtores defuturi, qui eum regant, & ſingulorum, uecdum omnium, curam habeant: & quamuis poſſit aliqua ex parte intelligi completum poſt reditũ è Babylone, vt volunt Theodoretus, Hugo, & S. Thnmas; at verius cum Rabano, Lyra, Dionyſio, Vatablo, & Iſidoro, accipitur de ſpiritualibus gregibus Chriſti, & paſtoribus, quos ipſe eis prefecit, Apoſtolis, vi-

Paſtorũ copia

riſq;

riſque Apoſtolicis; qui fidelium ſibi cõmiſſorum A tantam curam adhibuerunt paſturæ, vt ſingulos ad manum dicantur numeraſſe, & hoe in primis in Ieruſalẽ, & per omnẽ Iudæam, in ptimis vbi inchoata eſt eccleſia, quã fundarũt Apoſtoli, quibus dixit Chriſtus Actuum 1.8. Accipieris vittatem ſuqeruenientis ſpiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Quem ſenſum confirmant Chaldæus paraphraſtes, qui illa verba, adhuc tranſibunt greges ad manum numerantis, exponit de Meſſia, dicens: Adhuc obediet populus verbis Meſſiæ: ſumetiam R. Salomon, quos ſequuntur Rabanus, Lyra, & Dionyſius, quia Chriſtus ſummus omnium bonus paſtor, intrans per oſtium, proprias oues vocat nominatim, vt dixit ipſe Ioan. 10. & vocem eius audiunt, B & cognoſcit oues ſuas, & illæ cognoſcunt eum, multo magis, quam cum paſtores numerant eas ſingillatim: quod eius exemplo faciunt ceteri paſtores, quos præfecit ipſe gregibus ſuis, vt eorum vultum agnoſcerent, & neceſſitatibus proſpicerent.

10. *Bonum.*] Nemo eſt qui hæc verba non intelligat de complemento illius ſpectatiſſimi omni populo Iudæorum, imo gentibus omnibus deſideratiſſimi promiſſi, quo toties Chriſtus promiſſus eſt venturus: nam & Chaldæus hic vertit: In tempore illo ſuſcitabo Dauid Meſſiam iuſtitiæ Sed quia hoc idem feliciſſimum promiſſum prædictum fuit ante decem annos Ieremiæ ſub rege Ieconia, & diffuſe admodum in capitis 23. commentario, & confirmauimus, & ſingula eius verba expendimus, idcirco ea hic repetere, quæ ibi C dicta ſunt non eſt operæpretium. Solum de verbis, quibus dicitur Chriſtus nominandus, quoniã eſt nonnulla diuerſitas, differemus.

Nomen Chriſti Iehouah. ierem. 23.6.

In capite 23.6. ſic ex Hebræo effertur nomen Chriſti, Et hoc nomen eius, quod vocabunt Dominus iuſtitia noſtra. Cui conformes ſunt interpretationes Vulgati, Tigurinæ, Pagnini, & Iſidori, qui poſt verbum vocabunt addunt pronomen ſubintellectum, vocabunt eum. Ita vt ſuppoſitum verbi vocabunt ſit Iuda, & Iſrael: & prædicatum, ſit germen iuſtitiæ, hoc eſt, filius iuſtus Dauidis: & quãuis Septuaginta in ſingulari numero tranſtulerint verbum, & hoc nomen eius, quo vocabit eum Dominus Ioſedech. Sed eundem ſenſum indicauere, nam ſuppoſitum faciunt idem quod priores, nempe Iuda, & Iſrael, & hoc eſt D nomen eius, quo Iuda, & Iſrael vocabit eum, Dominus Ioſedech, vt in eo capite diximus.

At in hoc capite ſic dicitur ex Hebræo, Et hoc eſt quod indet nomen ei Iehouah iuſtitia noſtra, nam verbum קָרָא Kara vocare, cum habet poſt ſe dandi caſum, qualis eſt לָהּ Lah illi, idem eſt quod dare, indere, aut imponere nomen alicui: & quidem quoniam pronomen illud Lah, eſt fæmineum ſignificans eam, vel ei, multi ex interpretibus volunt referre Ieruſalem, quæ paulo ante præceſſerat. Sic Tigurina, & hoc eſt, ait quod vocabit eam Dominus iuſtitia noſtra: & Iſidorus, & hoc eſt nomen quod vocabit eam Dominus iuſtitia noſtra: vt ſit ſenſus hoc eſt nomen: quod vocabit eam, Ieruſalem nempe eccleſiam Chriſti, Iehouah; eſt iuſtitia noſtra, quia Chriſtus ipſe ei iuſtitiam ſuppeditabit: & hi volunt hoc nomen imponi eccleſiæ Iehouahli iuſtitia noſter quod Dominum Chriſtum habeat iuſtificatorem: vt alias ſolet dicere ſcriptura, in domo ſuper quam inuocatum eſt nomen meum, id eſt, quæ vocatur nomine meo domus Iehouah. Atque hac ratione Chriſtus dicitur quidem Iehouah, vt etiam iuxta hanc Pagnini verſionem, & iſte, qui vocabit eam, (nempe Ieruſalem) eſt Iehouah iuſtus noſter. Verum alij nomen Chriſto imponi, quo ſit appellandus, volunt, vt Septuaginta, qui transferunt, & hoc eſt nomen, quod vocabunt ei, Dominus iuſtus noſter: aut vt refert Theodoretus, & hoc eſt nomen, quo vocabitur, Dominus iuſtitia noſtra; quos ſequutus Vulgatus vertit, & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter: & Vatab. hoc eſt nomen, quod quilibet fidelis vocabit eum Dominus iuſtitia noſtra: vel vt alij, & hoc eſt nomen, quod vocabit, ſupple eum, illi, hoc eſt, quod in gratiam Ieruſalem, ſeu eccleſiæ vocabit pater filium ſuum Ieſum, Iehouah iuſtitia noſtra.

Quocunque ergo modo vertamus, elicimus Chriſti nomen eſſe Iehouah, & quod alij obſcurius, Vulgatus clarius tranſtulit. Chaldæus autem in capite vtroque hunc ſenſum videtur inſinuare, hoc nomine vocandum Meſſiam, ac celebrandum, quod in diebus eius iuſtitiam liberaliter Iehouah nobis elargietur. Sic enim, ait, & hoc eſt nomen eius, quo vocabunt eum, fient nobis iuſtitiæ à facie domini in diebus eius, vel in medio eius nempe Ieruſalem.

Siue ergo nomen hoc imponatur Chriſto à C fidelibus, aut à patre, ſiue ipſe Chriſtus nomen ſuum imponat eccleſiæ ſuæ, quæ eſt eius benignitas, ita vt ipſe vocetur Iehouah qui eſt iuſtitia fidelium ſuorum: & eccleſia ſimiliter quaſi exultabunda loquatur, & quaſi nomen hoc in ore habens, Iehouah eſt iuſtitia mea, confiteatur tantum Chriſti beneficium, quod ipſum habeat iuſtificatorem: ſemper nomine Iehouah Chriſtus glorificatur.

Num Dauidi ſucceſſor de fuerit Geneſ. 49.10.

11. *Non interibit.*] Si hæc prophetia de temporali ſucceſſione regiæ Dauidicæ ſtyrpis eſt intelligenda, vt Theodoreto videtur, non eſt minus difficilis explicatu, quam illa Iacobi ante multos annos edita, Geneſis 49. 10. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt. In vtraque ergo eadem eſt ſuperanda difficultas, nam vt ab exitu de D Ægypto vſque ad Dauidem, omnes illius gentis ſiue duces, ſiue iudices, ſiue reges nomines, propter Saulem, fuerint ex aliis tribubus à Iuda, duobus tantũ exceptis Othoniele, & Abeſan, & poſt reditum è Babylone, præter vnum Zorobabelem, principatus fuerit vſque ad Herodem, & Chriſtum in manu Pontificum, qui erant de tribu Leui, non videtur quomodo conſtare poſſit vtriuſque prophetiæ verus euentus. Nam regnum Dauidis collapſum fuiſſe, ac dirutum aſſerit in primis Amos capite 9. 11. cum ſic prophetat. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea, quæ corruerant, inſtaurabo, & reædificabo illud, ſicut in diebus antiquis, dicit Dominus faciens hæc. & Ezechiel capite 21. 25. ex Hebræo: Sic dixit Dominus Deus. Remoue cidarim, & tolle coronam: hæc non eſt hæc, humilem ſubleuan-

Amos. 9.11.

Ezec. 21.25.

Ad dubium poſterins reſpondent Rabanus, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, & Vatablus nomine populi exprobrantis populo Dei, ſignificari hoſtes Chaldæos, qui deſpiciebant populum, exiſtimantes iam vlterius non futurum populum Dei, nec in priſtinum ſtatum reſtituendnm: & probatur hic ſenſus, quia quaſi diſtinctus populus ponitur à populo Dei, cum dicatur de eo, & populum meum deſpexerunt; quis autem eſſet niſi populus Chaldæus.

Populus infidelis deſpiciebat fratres ſuos.

Hugo tamen, Vatablus, & Iſidorus de impijs, ac incredulis Indæis explanant, qui diffiſi de reſtitutione deſpiciebant populum reſtituendū, quaſi nullum exiſtimantes: & videtur Theodoretus eis aſſentire: impij enim de populo deſpiciebant reliquum populum, & ipſum Deum. Indicat & hūc ſenſum Iſidorus, vt etiam ſua verſione Pagninus, non ineptum: vulgo in populo ferebatur, duas B cognationes, ex quibus rectores populi, abiectas fuiſſe à Deo: & qui reſidui erant ex eis deſpexerunt populum, quaſi nunquam amplius ad priſtinum ſtatum peruenturum, illique nolebant imperare, quod onus immenſum abſque honore vllo ſuis humeris imponerent; vt ille apud Iſaiam c. 3. qui fratri ſuo dicenti, veſtimentum tibi eſt, princeps eſto noſter, ruina autem hæc ſub manu tua reſpondebat: non ſum medicus, & in domo A mea non eſt panis, neque veſtimentum, nolite me conſtituere principem populi: ruit enim Ieruſalem, & Iudas concidit propterea dominus promittit ſe ſuſcitaturum filios è ſemine Iacob, & familia Dauidis, quos populo præficiat, & principes inſtituat, ne queratur Deum repuliſſe Iſraelem.

Iſa. 3. 6.

14. *Si pactum.*] Patrū proteſtatur firmū, ac ſtabile futurum verbum ſuum de erigendis principibus eccleſiæ ſuæ ſanctis Apoſtolis, ex poſteris Iacob, & Danidis, quibus promiſſio hæc facta eſt; ſicut firmum, & ſtabile manet pactum cum die, ac nocte ſupra dictum; & præceptum poſitum cælo & terræ, quod non præteribit Pſal. 148. Quia cęlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. De Apoſtolis enim loquitur iuxta omnes interpretes, qui conſtituti ſunt primi ſacerdotes, & principes omnibus fidelibus ex ſemine patriarcharum, de quibns dicitur Pſal. 44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram. & Chriſtus Matth. 19. Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. & Paulus ad Roman. 11. Dico ergo, nunquid Deus repulit populum ſuum? abſit, nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abrahæ de tribu Benjamin.

Stabilitas promiſſionis Dei. *Pſal. 148. 6.* *Matth. 24. 35.* *Apoſtoli ſucceſſerūt pro ſacerdotibus, & principibus legalibus.* *Pſ. 44. 17.* *Matth. 19. 28.* *Ad Rom 11. 1.*

CAPVT TRICESIMVMQVARTVM.

1 VErbum quod factum eſt ad Ie-
remiam à domino, [1] quando
Nabuchodonoſor rex Babylo-
nis, & omnis exercitus eius, vni-
uerſaque regna terræ, quæ erant ſub pote-
ſtate manus eius, & omnes populi bellabāt
contra Ieruſalem, & contra omnes vrbes
eius, dicens: Hæc dicit dominus Deus Iſ-
rael: Vade, & loquere ad Sedeciam regem
2 Iuda: & dices ad eum: ‖ Hæc dicit domi-
nus: Ecce ego tradam ciuitatem hanc in
manus regis Babylonis, & ſuccendet eam
3 igni. ‖ [2] Et tu non effugies de manu eius,
ſed comprehenſione capieris, & in manu
eius traderis: & oculi tui oculos regis Ba-
bylonis videbunt, & os eius cum ore tuo
4 loquetur, & Babylonem introibis. ‖ Attamen
audi verbum domini Sedecia rex Iu-
da: Hæc dicit dominus ad te: Non morieris
5 in gladio, ‖ ſed [3] in pace morieris, & ſecun-
dum combuſtiones patrum tuorum re-
gum priorum qui fuerunt ante te, ſic [4] com-
burent te: & væ domine, plangent te: quia
verbum ego locutus ſum, dicit dominus.
6 ‖ Et locutus eſt Ieremias propheta ad Se-
deciam regem Iuda vniuerſa verba hæc in
7 Ieruſalem. ‖ Et exercitus regis Babylonis
pugnabat contra Ieruſalem, & contra
omnes ciuitates Iuda, quæ reliquæ erant
contra Lachis, & contra Azecha: hæ enim

PARAPHRASIS.

HVnc ſermonem fecit dominus Ieremiæ [1] octauo anno Sedeciæ quo Nabuchodonoſor rex Babylonis cum omni exercitu ſuo, quem ex omnibus regnis, & populis ſibi ſubditis congregauerat, primum expugnabat Ieruſalem, & omnes eius vrbes. I citò, & ſic loquere Sedeciæ regi Iuda. Hæc dicit dominus: Certiſſime tradam hanc vrbem in poteſtatem Nabuchodonoſoris, & comburet eam igni, [2] & tu non effugies manus eius, ſed comprehenſus ad ipſum duceris, & ore ad os loquetur tecum, & Babylonem iuſſu eius ingredieris. Veruntamen hoc te conſoletur, quod nullius gladio peremptus decedes, ſed [3] in pace morieris, & [4] combureris, vt hactenus conſueuere comburi reges, qui te præceſſerunt, & plangent te planctu ſolito, dicentes, væ domine; & præſtabo quidem vti ſum locutus quod dico. Igitur Ieremias denunciauit Sedeciæ regi Iuda in Ieruſalem vniuerſos ſermones hos, vt ei fuerat imperatum. [5] At ille videns exercitum regis Babylonis acrius obſidentem, & oppugnantem Ieruſalem, Lachis, & Azecha, quæ ſolæ ſupererant vrbes munitæ ex omnibus ciuitatibus Iudæ: quo Deum placaret, iuſſit prædicari vniuerſo populo Ieroſolymitano, conuenire in templum, vbi ipſe cum populo percuteret fœdus cum domino, quo ſe obligarent ſinguli dimittere ſeruos ſuos, & ancillas Hebræos, liberos, nec eis amplius dominari, [6] iuxta legem. Aſſenſerunt principes, & populus vniuerſus ſalubri Regis conſilio, & confluentes ad templum, percuſſerunt fœdus, concidentes [7] vitulum in duas partes

(vt mos erat genti) & tranſierunt inter diuiſiones, ſimilem ſibi conciſionem imprecãtes ſi pacto non ſtarent. Initum fœdus opere præſtitere, at dimiſit vnuſquiſque liberos ſeruum ſuum, & ancillam. Interim Nabuchodonoſore recedente cum exercitu ſuo ab Ieruſalem, vt Ægyptijs aduerſus ſe venientibus occurreret, ciues Ieruſalem ſe iam liberos arbitrantes, pacti initi pœnituit: & reuocarunt ſeruos, & ancillas, quos liberos ab ſe remiſerant, & priſtinæ ſeruituti ſubiecerunt. Hanc ob rem huiuſmodi ſermonem fecit dominus Ieremiæ, quem populo denunciaret. Sic dicit dominus Deus Iſrael, ego percuſsi fœdus cum patribus veſtris, cum eduxi eos de Ægypto, de domo illa ſeruitutis dicens: cum [10] completi fuerint ſeptem anni ſeruitutu, dimittat vnuſquiſque fratrẽ ſuum Hebræum liberum, quem iure venditionis acquiſiuit, poſtquam ſex annos ſeruierit: & noluerunt me audire, nec vt id facerent quouis modo in animum induxerunt. & vos modo patrum errata corrigentes, ad meliorem frugem conuerſi, feciſtis quod mihi maximè placere videbatis, & [11] prædicaſtis vt vnuſquiſque in libertatem aſſereret proximum ſuum: & quo firmius res ageretur, fœdus iniſtis coram me in domo, meo nomini conſecrata: qua re permotus feci vt recederet à vobis Nabuchodonoſor. Vos vero tanti obliti beneficij, ad vomitum reuerſi, magno me [12] dedecore affeciſtis, dum reuocaſtis ſeruos, & ancillas, quos liberos dimiſeratis, ſuæque poteſtati reliqueratis, & iterum priſtinæ ſeruituti ſubiugaſtis: ea propter ſic dicit dominus, vos non mihi obediſtis prædicatam ſeruis veſtris libertatem, & pacto firmatam conſeruantes: & ego [13] prędico vobis libertatem, qua dimittam vos, vt gladio, peſte, & fame pereatis, adeo grauiter vt omnes veſtri miſeratione commoueantur: viros autem illos, qui noluerunt ſeruare fœdus, quod coram me ſanciuerant, [15] conciſſo vitulo in duas partes, & inter eas tranſeuntes, principes nempe Iuda, & Ieruſalẽ, eunuchos, & ſacerdotes, & vniuerſum demum populum, qui tranſierunt inter vituli diuiſiones: dabo ſane in poteſtatem Chaldæorum ſuorum inimicorum, qui nihil minus quam vitam quærunt: & cadauera eorum relinquentur in eſcas volatilibus cæli, & beſtijs terræ. [16] Sedeciam quoque regem cum omnibus principibus eius tradam poteſtati exercitus regis Babylonis: qui receſſit à vobis: ecce enim ego præcipiam vt redeant in ciuitatem hanc, & expugnabunt eam, & capient, igníque ſuccendent: & ciuitatem Iuda in tantam redigent ſolitudinem, vt nec vnus remaneat habitator.

ſupererant de ciuitatibus Iuda, vrbes mu-
nitæ. ‖ Verbum, quod factum eſt ad Iere- 8
miam à domino, poſt quam percuſſit rex
Sedecias fœdus cum omni populo in Ieru-
ſalem, prædicans: ‖ Vt dimitteret vnuſquiſ- 9
que ſeruum ſuum, & vnuſquiſque ancillam
ſuam Hebræum & Hebræam liberos: & ne-
quaquam dominarentur eis, ideſt in Iudæo
& fratre ſuo. ‖ Audierunt ergo omnes prin- 10
cipes & vniuerſus populus, qui inierant
[7] pactũ vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum
ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam libe-
ros & vltra non dominarentur eis: audie-
runt igitur, & dimiſerunt. ‖ Et [8] conuerſi 11
ſunt deinceps: & retraxerunt ſeruos & an-
cillas ſuas, quos dimiſerant liberos, & ſub-
iugauerunt in famulos & famulas. ‖ Et fa- 12
ctum eſt verbum domini ad Ieremiam à
domino, dicens ‖ Hæc dicit dominus Deus 13
Iſrael. Ego percuſſi fœdus cum patribus ve-
ſtris in die qua eduxi eos de terra Ægypti
de domo ſeruitutis, dicens: ‖ Cum [10] com- 14
pleti fuerint ſeptem anni, dimittat vnuſ-
quiſque fratrem ſuum Hebræum, qui ven-
ditus eſt ei, & ſeruiet tibi ſex annis: & dimit-
tes eum à te liberum, & non audierunt pa-
tres veſtri me: nec inclinauerunt aurem
ſuam. ‖ Et conuerſi eſtis vos hodie, & feci- 15
ſtis quod rectũ eſt in oculis meis, vt [11] præ-
dicaretis libertatem vnuſquiſque ad ami-
cum ſuum: & iniſtis pactum in conſpectu
meo, in domo in qua inuocatum eſt nomen
meũ ſuper eam. ‖ Et reuerſi eſtis, & [12] com- 16
maculaſtis nomẽ meum: & reduxiſtis vnuſ-
quiſque ſeruum ſuum, & vnuſquiſque an-
cillam ſuam, quos dimiſeratis vt eſſent libe-
ri & ſuæ poteſtatis: & ſubiugaſtis eos vt ſint
vobis ſerui & ancillæ. ‖ Propterea hæc dicit 17
dominus: vos non audiſtis me, vt prædica-
retis libertatem vnuſquiſque fratri ſuo, &
vnuſquiſque amico ſuo: ecce ego [13] prædico
vobis libertatem, ait dominus ad gladium,
ad peſtem, & ad famem: & dabo vos in [14] cõ-
motionem cunctis regnis terræ. ‖ Et dabo 18
viros, qui prȩuaricantur fœdus meum, &
non obſeruauerunt verba fœderis, quibus
aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vitulum
quem [15] conciderunt in duas partes, & tran-
ſierũt inter diuiſiones eius: ‖ Principes Iuda & principes Ieruſalem, eunuchi & ſacerdotes, 19
& omnis populus terræ, qui tranſierũt inter diuiſiones vituli: ‖ Et dabo eos in manus ini- 20
micorum ſuorum, & in manus quærentium animam eorum: & erit morticinum eorum in
eſcam volatilibus cæli, & beſtijs terræ. ‖ Et [16] Sedeciam regem Iuda, & principes eius dabo 21
in manus inimicorum ſuorum, & in manus quęrentium animas eorum, & in manus exer-
cituum regis Babylonis, qui receſſerunt à vobis. ‖ Ecce ego præcipio, dicit dominus, & re- 22
ducam eos, in ciuitatem hanc, & prœliabuntur aduerſus eam, & capient eam, & incendent
igni: & ciuitates Iuda dabo in ſolitudinem, eo quod non ſit habitator.

ARGV-

ARGVMENTVM.

IEREMIAS denunciat capiendam Ieroſolymam, & regem Sedeciam ducendum captiuum Babylonem à Nabuchodonoſore, qui tunc obſidebat Ieruſalem. Sedecias quo Deum placaret, fœdus inijt cum populo de ſeruis iuxta legem manumittendis: quo facto receſſit Babylonius contra Ægyptios, qui veniebant vt opem ferrent Ieroſolymitis; ſimulque rex cum populo, fœdus initum perfregêre: Quapropter grauiter eos increpat Ieremias, extremam illis denuncians calamitatem, redeunte Nabuchodonoſore.

COMMENTARIVS.

1. QVANDO.] Difficultas eſt de qua obſidione Ieruſalem loquatur hîc Ieremias, vt colligamus huius tempus prophetiæ. *De tempore huius prophetiæ.* Putat Lyra anno nono Sedeciæ, qui erat decimusſeptimus Nabuchodonoſoris menſe decimo, hunc ſermonem factum eſſe ad Ieremiam; Nam 4. Reg. 25. 1. 2. & Ierem. cap. 39. 1. & 52. 4. *4. Reg. 25. 1. 2. Iere. 39. 1. Iere. 52. 4.* apertis verbis refert ſcriptura, anno nono Sedeciæ regis Iuda, menſe decimo, decima die menſis obſediſſe Nabuchodonoſorem Ieruſalem, & fuiſſe obſeſſam ciuitatem vſque ad vndecimum annum Sedeciæ, quo aperta eſt ciuitas. Verum ſi attentius tempora conferamus, inueniemus ante hoc tempus denunciatam fuiſſe hanc prophetiam: conſtat enim B ex 4. Reg. 24. 20. *4. Reg. 24. 20.* Sedeciam receſſiſſe à rege Babylonis, fretum auxilio Pharaonis regis Ægypti, cum quo ſocietatis fœdus inierat; quod cum reſciuiſſet Nabuchodonoſor, venit contra Sedeciam oppugnaturus Ieruſalem: vrbem cum obſideret, audiuit exercitum Pharaonis egreſſum de Ægypto ad auxilium ferendum Ieroſolymitis, & receſſit ab obſidione, & obuiam prodijt Pharaoni, vt refertur Ieremiæ cap. 37. 4. *Iere. 37. 4.* Interea prophetat Ieremias in hoc capite ver. 21. 22. & cap. 37. 6. fugatis Ægyptijs redituros Chaldæos, & capturos Ieruſalem: quod expletum eſt, nam poſt fugam Ægyptiorum rediuit Nabuchodonoſor cum C omni exercitu ſuo: & anno nono Sedeciæ, menſe decimo, decima die menſis obſedit Ieruſalem, & fuit ciuitas obſeſſa vſque ad vndecimum annum Sedeciæ, quo capta eſt ciuitas, vt dicitur in 4. Reg. 25. *Ioſeph.* Ierem. 39. & 52. iam dictis, quæ ſimiliter refert Ioſephus lib. 10. Antiquit. cap. 10. Igitur ſi obſidio, quæ cæpit nono anno Sedeciæ, menſe decimo, manſit vſque ad vndecimum Sedeciæ, quo tandem capta eſt ciuitas; ergo prior illa obſidio, quæ ſoluta eſt, ac proinde non manſit: accidit ſaltem ante menſem decimum, cuius decima die, D poſterior cæpit obſidio, quæ interrupta non eſt. Cum autem ſit incertum an decimus hic menſis fuerit anni noni Sedeciæ, an anni communis tunc currentis, in quo, vel paulo ante quem potuit ſuum regnum cœpiſſe Sedecias, quod videtur magis probari; & illud etiam magis eſt nobis probandum, obſidionem priorem accidiſse octauo anno Sedeciæ, & decimo ſexto Nabuchodonoſoris, ac eodem propter exercitum Pharaonis fuiſſe ſolutam: & interim prophetaſſe Ieremiam, quæ hoc caput complectitur.

2. *Et tu.*] Comminationem comprehenſionis regis Sedeciæ, quam hoc anno illi denunciauit Ieremias: & iterum anno decimo, vt habetur cap. 32. 4. *Iere. 32. 4. 4. Reg. 25. 7. 8. Iere. 39. 6. 7.* reipſa completã fuiſſe oſtẽdit hiſtoria 4. Reg. 25. 78. & c. 39. 6. 7. & 52. à ver. 9. vbi poteris legere.

3. *In pace.*] Quid ſit, in pace morieris, declarat *Iere. 52. 9.* quod dixerat, non morieris in gladio, hoc eſt non morte violenta, ſed naturali decedes. Sed vbi, & quando, quove mortis genere interierit inquiritur à curioſis. *De Sedecia interitu.* Hugo, S. Thomas, & Dionyſius ſequi videntur traditionem quandam Hebræorum, quam refert etiam Lyranus Habacuc 2. & Hieronymus ibidem, in die quadam conuiuij, iuſſiſſe Nabuchodonoſorem propinare Sedeciæ καθαρτικὸν, hoc eſt potionem laxantem ventrem: ac ſic introduci, vt ante omnium ora ſolueretur, & irrideretur: qua ex re tãto eſt pudore affectꝰ, vt reductus in carcerem præ triſtitia obierit. Hoc autem ſignificari dicunt ab Habacuc, cum inquit, Væ qui potum dat amico ſuo, miſcens fel ſuum, & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius. *Habac. 2. 15.* Idcirco Nabuchodonoſor miſericordia motus iuſſit illum honorifice ſepeliri. Sed irridet hanc fabulã Hieronymus, quod eandem potionẽ comminetur propinandam Habacuc Nabuchodonoſori, ac ipſe propinauerat regibus alijs: at illa tantũ fuit metaphorica vaſtitatis, & ſubuerſionis, ergo & hæc. Dauid Kimhi in huius loci commentario affirmat Sedeciam ſtatim poſt obitum Nabuchodonoſoris deceſſiſse: ex cap. 52. Ieremiæ verſu 11. hoc tantum habemus: *Iere. 52. 11.* Adduxit eum rex Babylonis in Babylonem, & poſuit eũ in domo carceris vſqoe ad diem mortis eius. Quæ verba ita declarata nobis tradit Ioſephus lib. 10. Antiquit. cap. 11. Ceterum rex Babylonẽ reuerſus Sedeciam in carcere vſque ad mortem eius detinuit: *Ioſeph.* mortuũ tamen regia funeris põpa elatum ſepelijt. In quibus vides Sedeciam Babylone in carcere mortuum fuiſse ante Nabuchodonoſorem, & regia pompa ſepultum.

4. *Comburent.*] Regia pompa ſepulturæ mandatum Sedeciam ex loco hoc ſatis colligitur. Sed vtrum eius cadauer fuerit combuſtum, vt mos erat gentibus, dubitatur. *Num cadauer Sedecia cõbuſtũ fuerit.* Quibuſdam videtur: reuera combuſtum fuiſſe cadauer Sedeciæ, non diſsimiliter ac cadauer Elpenoris, cuius

funus lib. 13. Odiſſeæ ſic celebrat Homerus.

——— Pia membra dolentes
Condimus: vtque arſis fumus ſplendentibus armis,
Inque rogis cinere collapſi, & flamma quieuit,
Fundentes tumulum immanem, exactaque columna,
Hic ſuaque arma viro, remumque imponimus alto
Fixum buſto habilem, atque ingenti mole ſepulchro.

Homerus. Vel etiam Achillis, de quo ſic canit lib. 24. Odiſſ. idem Poeta.

Solque dies poſtquam binos reparauerat eos,
Tum te coniecimus flammis, atque ignibus atris:
Pinguia multa boum mactantur corpora morti:
Et nigræ pecudes: rapiaſque ex omnibus agris
In flammam iugulamus oues. Tum littero toto
Te ardentem ſpectabant ſocij cum veſte Deorum,
Vnguento innumero, & dulci cum melle.
Poſtera lux geli iam cælo dimouerat vmbram
Alios mærentes cineres: atque alba legentes
Spargimus oſſa mero puro, vnguentoque liquenti:
Aurataque vrna tegimus tua fortis Achille.

Virgilius. Tum etiam Miſeni: vt celebrat Virgilius lib. 6. Æneid. & Romanorum imperatorum, vt ex eorum conſtat hiſtorijs, quæ conſuetudo cum omnibus fere gentibus communis fuerit, mirum videri non debet, ſi Iudæi eam fuerint ſecuti. Præſertim cum 1. Reg. 31. 12. hæc legamus: Viri Iabes Galaad tulerunt cadauer Saul, & filiorum eius, & combuſſerunt ea igni, & tulerunt oſſa eorum, & ſepelierunt in nemore Iabes. *1. Reg. 31. 12.* Cum ergo Ieremias planis verbis vaticinetur comburendum Sedeciam, vt ſuis tranſlationibus tradiderunt Septuaginta, Chaldæus, & Vulgatus, quis poterit inficiare non ita, vt prædixit, accidiſſe? *Verior expoſitio.* Nihilominus interpretes Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatab. & Iſidurus volunt hunc locum non de prædicta cadaueris combuſtione, ſed de aromatum concrematione, quæ in funere regum ſolebant adoleri, debere intelligi. Quæ ſententia his rationibus poteſt oſtendi verior: primo, quia Hebræa verba ſic habent: Et ſecundum combuſtiones patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt ante te, ſic comburent tibi, ſupple, aromata: nam in Hebræo eſt articulus dandi לְךָ Lac, tibi, nempe adolebunt, vt legit Vatablus. Deinde quia dicit comburendum iuxta combuſtiones patrum ſuorum regum priorum, at de nullo rege legimus cadauer eius combuſtum ex maioribus Sedeciæ. Nam de Dauide dicitur 3. Reg. 2. 11. Dormiuit cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid: idemque refertur de Salomone 3. Reg. 11. 43. & de reliquis regibus, ſuis in locis. *3. Reg. 2. 11. 3. Reg. 11. 43.*

Tertio, quia de vno aut altero rege Ioda legimus cum aromatum tantum combuſtione ſepultum. De Aſa enim alnepote Dauidis refertur 2. Paralipo. 16. 13. *2. Para. 16. 13.* Dormiuitque cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ſepulcro ſuo, quod foderat ſibi in ciuitate Dauid: poſueruntque eum ſuper lectum ſuum plenum aromatibus, & vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte confecta; & combuſerunt ſuper eum ambitione nimia. Quæ verba ex Hebræo ſic transfert Pagninus: & accumbere fecerunt eum in lecto quem impleuerat aromatibus, & aromatibus confectis è diuerſis ſpeciebus aromatario opere, & combuſerunt eum, ſeu combuſtionem ei fecerunt magnā admodum combuſtione. Quo officio caruiſſe Ioram regem Iuda ob ſuam impietatem his verbis dicitur 2. Paral. 21. 19. *2. Para. 21. 19.* Mortuuſque eſt in infirmitate peſſima, & non fecit ei populus ſecundum morem combuſtionis exequias, ſicut fecerat maioribus eius.

Quod ergo vertit Vulgatus Septuaginta ſecutus, ſic comburent te, cum in Hebræo habeatur, comburent, ſeu adurent, aut adolebunt tibi, nempe aromata; ita eſt accipiendum, vt vel ſuppleatur præpoſitio ſuper, & dicatur, ſic comburent ſuper te aromata, vel ita ſit dictum, quod in aromatum aduſtione, corpus defuncti quodammodo attingebātur igni, & adurebatur. De forma vero illa plangendi, Hoi Adom væ domine, diximus cap. 22. *Iere. 22.* ex quo conſtat Iudæos captiuos planctu regio, ac ſolemni proſecutos fuiſſe Sedeciam, atque exequijs debitis exornaſſe.

Qua ex re vt vtilitatem aliquam decerpamus, ea ratione mortuorum cadauera vel vnguētis delibuta, vel floribus aſperſa, vel varijs aromatum odoribus confecta, extremum honorem videntur conſecuta, vt ſignificaretur virtus dictis, factiſque per vitam vniuerſam aucta, & roborata, quæ adeo ad finem vſque vitæ excreuerit, vt inſtar arboris odoratæ combuſta ad Deum aſcendat in odorem ſuauitatis, & homines exempli, inſigniſque famæ odore perfundat circumquaque. *Documentum ad mores.* Nam propterea apud Ægyptios, autore Diodoro lib. 2. cap. 3. *Diodorus.* cum omnē vitæ regis defuncti ſeriem, antequam ſepeliretur, ſacerdos è ſuggeſtu recenſeret, atque inuentus fuiſſet virtutibus præcelluiſſe, vnguentis delinitus, & laudibus celebratus omni regio honore cumulabatur. *Probi ornati in morte.* Sin vitia præualuiſſent honore funeris priuabatur, atque inſepultum cadauer abijciebatur. Quem morem fuiſſe Iudæis obſeruatum oſtēdit quod Dauidem, alioſque probos reges legimus pompa regia, atque honorificis exequijs exornatos: at impios eo honore priuatos deceſſiſſe; de Ioram enim dicitur 2. Par. 21. *2. Para. 21. 19.* Et non fecit ei populus ſecundum morē combuſtionis exequias, ſicut fecerat maioribus eius: quin, vt ait Ioſephus lib. nono Antiquit. cap. 3. *Ioſeph.* & populus inſultauit eius cadaueri, facile inde conijctans quam inuiſus Deo fuiſſet homo nefarius, nec eum regio munere dignatus eſt, nec paterno monumento intulit, quod ipſum accidiſſe Ioakimo regi, vidimus ſupra in capite 22. *Iere. 22. Apocal. 14. 13.* Fidelibus ergo mortuis, qui in domino moriuntur pro precioſis vnguentis, pro floribus odoriferis, pro omni genere aromatum odoratorum; quæ putridi corporis fœtorem perſtringant, & auferant, opera bona ſunt, quæ ſequuntur illos. Hæc illorum capita coronant, hæc ſerta innexunt, hæc vnguētorum inſtar ad cæleſte conuiuium inungunt, his fragranti odore tam cæleſtes ciues, quam homines perfundunt, ac mirificè recreant.

5. *Et exercitus.*] Hunc eſſe verum hiſtoriæ ordinem eorum, quæ in hoc capite referuntur; ex ipſis verbis conſtat: *Textus coordinatio.* nam vt doceret nos Ieremias, obſidione concitum regem promulgaſſe ſeruorum libertatem, vt placaret Deum, illa verba præmiſit. Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ieruſalem: vt vero ſciamus tunc ſeruos in ſeruitutem reuocatos, cum ſoluta obſidione, ſe liberos cenſuerunt; comminatur reditum exercitus Nabuchodonoſoris, rem cum principibus capturi. Atque ita factum affirmant Hugo in ea verba: Et

factunt

factum eſt verbum domini:& Lyra, ac Dionyſius ad finem capitis.

Leges de ſeruis manumittendis. Exo. 21. 2. Deuter. 15. 12.

6. *Vt dimitteret.*] Iuata legem, quæ habetur Eaodi 21.1. his verbis: Si emeris ſeruum Hebræũ, ſex annis ſetuiet tibi, in ſeptimo egredietur liber gtatis: & Deuteron. 15. ta. Cum tibi venditus fuerit fratet tuus Hebræus, aut Hebræa, & ſex annis ſeruierit tibi, in ſeptimo anno dimittes eum liberũ; & quem libertate donaueris nequaquam vacuum abire patieris: memento quod & ip ſe ſeruieris in terra Ægypti, & libetaoerit te dominus Deus tuus, & idcirco ideo ounc præcipio tibi: & hæc quidem lex de ſeruis ab alijs venditis ſtatuit; de ijs autem, qui amote domini ſui nolebant manumitti, præcepit in prædicto loco Eaodi, vt perforatis auribus petpetuæ ſeruituti manerent ſubiecti, nempe vſque ad annum Iobilæi.

Leuit. 25. 39.

Atque id ipſum Leuit. 25. 39. ſancitur de eo, qui ſeipſum vendidiſſet: dicitur enim: Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non eum opptimes ſeruitute ſamulorum, ſed quaſi mercenarius, & colonus erit, vſque ad annum iobilæi opetabitut apud te, & poſtea egredietur cum libetis ſuis, mei enim ſerui ſuot, & ego eduxi eos de terra Ægypti, non væneant conditione ſeruotum. Vide autem quomodo ſummus ille legiſlator Deus, quæ ſibi rependi debebant ob magnum illud beneficium liberationis de Ægyptiaca ſeruitute, ob graritudinem ea in ipſum hominem confert, præcipiens vt pro ſuſcepta libertate, liberos dimittant Hebræi fratres ſuos. Ad hoc enim confert Deus homini beneficia, non vt ſibi aliquid acquirat, ſed vt bominem homini obliget beneficum eſſe.

Deus homini beneſacit, vt homo homini ſaciat bene.

7. *Pactum.*] De hoc genere percutiendi fędus diaimus latè, ſupra capite 3t. oumeto at. quo quidem ſimilem conciſionem ſibi precabantut paciſcentes, niſi pacto ſtatent, vt hoc loco notaot Hugo, Lyra, Dionyſ. & Vatab.

Ier. 31. 21.

8. *Conuerſi.*] De tempote receſſus tegis Babylonis ab obſidione, vt occotteret Ægyptiis diaimus numeto t. & tunc Iudæos pactum initũ perfregiſſe, colligitur ea pœna ſubiuncta, qua minatur ptopheta reditum Nabuchodonoſoris, vt ſupra iam animaduertimus.

9. *Hæc dicit.*] Hæc verba: Et factum eſt vetbum domini ad Ieremiam:& illa priota: Verbũ, qood factũ eſt ad Ieremiam à domino, poſtquam percuſſit rea Sedecias fædus: eadem ſunt, & ad eũdem hiſtoriæ ordinem, & ad eandem prophetiam ſpectant: tantum tepetita ptopter interpoſitam parenthesim, qua bteuitet narratut fædus ictum, & illius tranſgreſſio, in quam inuehitur Ieremias.

Dubiũ.

10. *Completi.*] Videtur hic locus tepugnare veritati, etiam ſi ea Hebtæo traosferamus מִקֵּץ Mikex, à fine ſeptem annorum. Nam in locis Eaodi, & Deutetonomij paulò ante citatis, dicitur, Setuiet ſex annis, & in ſeptimo dimittes eũ; id quod ſtatim hîc ſubijcit Ieremias: qua ergo ratione dicit modo, cum cõpleti fueriot ſeptẽ anni, dimittat vouſquiſque frattem ſuum? Reſpondent Dauid Kimhi in libro radicum, & R. Abtaham ſuper t5. capot Deuteronomij, & Vatablus bic, קֵץ Rez ſignificare exttemum temporis, eatremũ autem duplex eſt: vti in linea, terminus à quo, vt vocant, & terminos ad quem, vtrumque autem ſignificat oomen illud, atque ita com dicit, à fioe ſeptem annorum, idem eſt quod ab extremo priori ſeptem anoorum, hoc eſt à principio ſeptimi anni dimittet vnuſquiſque frattem ſuum Hebrænm: nam poſtquam ſeruierat ſea annis, in principio ſeptimi dimittendus erat: & propterea Septuagiota verterunt locum hunc: cum completi fuerint ſex anni, mittes ftattem tuum Hebræum, qui vendetut tibi, & operabitur tibi ſea annis, & emittes eum liberum: & quidem Vulgatus idem oomen Hebræom Mikez à fine Deuteron. 15. t. ſic ttanſtulit, Septimo anno facies remiſſionem, quod prædicti anctores vertunt, à principio ſeptimi anni, vel ineunte ſeptimo anno facies temiſſiooem.

Solutio.

Deuter. 15. 1.

Quod autem hîc dixit: cum completi fuetint ſeptem anni, ita eſt accipieodum ac illud Lucæ 2. 21. Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt citcuucideretur puer. Poſtquam completum eſt tempus, quo petuẽtum eſt ad ſeptimum annum: vel cum cæperint compleri ſeptem aoni, dimittes ſeruum liberum.

Luca 2. 21.

11. *Prædicaretis.*] Nempe libertatem ſeruis: nam ſupra verſ. 9. cum dicitur prædicans, in Hebræo legimus, prædicans eis libertatem, videlicet ſetuis, quibus voce pręconis indictum eſt, vt abirent quo velleot iam manomiſſi: quod probatur ex verbis domini. Ecce ego prædico vobis libertatem, vobis ſeruis meis manumiſſionem, manumitto enim vos, vt abeatis quo velitis: nam ſine me neque effugietis gladiom, neque famem, neqoe peſtem, neque quodcunqoe aliud malum: vt ille qui dicebat Deo Geo. 4. 14. Ecce eijcis me hodie à facie tetræ, & à facie tua abſcoodat, & eto vagus, & profugus in tetra: omnis igitur, qui inoenetit me occidet me. Cæteri interpretes prædicare libertatem eaplicant indicere omnibus ſeroos habentibus, vt eos dimitterent iuxta legem: ſed literæ magis cõſonat priot ſenſus, qoem afferunt Vatablus, & Pagnioos.

Gen. 4. 14.

12. *Commaculaſtis.*] Commaculare nomen Dei, polluere, ſeu profanare, vt habetur in Hebtæo, & tranſfetunt ſeptuaginta, Chaldæus, & Tigurina, eſt facere commone Dei nomen: nam fœdus nomine diuino firmatum, vt firmati ſolet iuteiurando, ac ſi eſſet fœdus cum homine vili initum, perfregerunt; & ſacrum Dei nomeo, quod non niſi ad rem firmam, & ſtabilem, & perpetuo duratutam iooocatut, ad rem infirmam, & inoocantium vitio inſtabilem adduxerunt, pro nihilo habentes tam ttemendo nomine, quaſi communi quouis, & vili abuti: quod ſommo eſt dedecori Deo veto. Idcitco merito comminatur Iudæis pœnam, quam fugere nitebantur: qui vt dicitur in Pſalm. Cito fecerunt, obliti ſunt operum eius, & non ſuſtinuerunt conſilium eius: & Pſalm. 77. de eorum inſtabilitate dicitor, Cũ occideret eos, quęrebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum, & dileaerunt eum in ote ſuo, & lingua ſua mentiti ſuot ei, cor autem eorum nõ etat tectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in dilectione eius: & Hoſeæ 7. Reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo: facti ſunt quaſi arcus doloſus. Nam ſtatim ac ſe liberos putarunt ab obſidione, reuocarunt ſeruos, quos dimiſerant liberos in animam ſuam, vel animæ ſuæ, vt habet Chaldæus, hoc eſt, libertati ſuæ, vt abirent quo vellent: hoc eſt enim, ſuæ poteſtati telinqoere, & Hebraicè, dimittere in animam ſuam, vel animæ ſuæ.

Nomen Dei profanatũ.

Pſ. 105. 13.

Pſ. 77. 34.

Hoſea 7. 16.

13. *Prædito.*] Antitheſi periocuoda ſic ludit: Vos

Antitheſis iocũda.

dimiſiſtis liberos ſeruos veſtros animæ ſuæ, vel in A animam ſuam, & nõ ſtetiſtis pacto, & ego liberos vos à me dimittam, non in animas veſtras, vt abeatis quo velitis, ſed vt abeatis in gladium, peſtẽ & famem, & liberè occidamini. Sic fere interpretantur omnes & benè: ſolus Vatablus videtur ſic explicare. Prædico vobis, id eſt in veſtram pernitiem, gladio, peſti, & fami facultatem inuadendi vos; & abſque vlla mea contradictione vos

Iere. 15. 2. perimendi, iuxta illud cap. 15. qui ad gladium, ad gladium qui ad famem ad famem, & qui ad captiuitatem ad captiuitatem.

Cõmotio quid. 14. *Commotionem.*] Quid ſit, dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ, diximus cap. 15. B

Iere. 15. 4. numero 4. hoc loco LXX. Theodoretus, Hugo, & Lyra, accipiunt, pro diſpergam vos in omnia regna terræ. Dionyſius: faciam vt omnes commoneantur vel metu, vel commiſeratione, viſa veſtra calamitate. Vatablus de metu intelligit incuſſo gentibus omnibus ob Iudæorum calamitatem: commotio ex vtroque affectu poteſt accipi, aut in alijs, aut in ipſis Iudæis.

15. *Conciderunt.*] Illa verba: vitulum, quem conciderunt in duas partes: vt verterunt etiam Septuaginta, ita contexunt Hugo, Lyra, & Dionyſius vt metonimicos ſignum accipiant pro ſignato: & dabo viros, qui præuaricantur fœdus meum, vitulum, hoc eſt, fœdus, inquam vitulo confirma- C tum, quem ſenſum expoſuit ſua verſione Pagninus, vertens: Cum vitulum conciderunt in duas partes. Alij vt Tigurina, trsnsferunt ablatiuo abſoluto, cæſa in duas partes huccula, vel vitulo.

16. *Sedeciam.*] Hæc omnia ſæpe ſunt prædicta à

Deuter. 18. noſtro propheta, & Deuteron. 18. dicitur, Ducat te dominus, & regem tuum, quem conſtitues ſuper te, in gentem, quam ignoras tu, & patres tui: & merito, quia cum Deus non irrideatur, vt ait ad

Ad Gal. 6. Galat. 6. Paulus, infideles homines multa in anguſtijs poſiti pollicentur, quæ ea occaſione tranſacta obliuioni tradunt, contemnũtque. Sed Deus grauiora immittit ſupplicia, & fiunt nouiſſima

Homo oppreſſus multa pollicetur. hominum illorum peiora prioribus Lucæ 11. 26. Vide autẽ quam propenſus ſit Deus ad miſerendum; qui cum ſæpiſſimè fuerit Iudæis comminatus extremum interitum, ni peccata dimitterent; illi deſides renuerunt, donec obſidione ſepti, vno illo fœdere icto de ſeruis dimittendis, facti in eos miſericordes, miſericordiam ſunt cõſecuti, quam

Luca 11. 26. magis vult Deus, quam ſacrificiũ; & ſtatim Deus B placatus obſidionem diſſoluit. Sed illi miſeri, ac fragiles ad vomitum redeuntes, fratres iterum ſeruitute oppreſſerunt. Quare vt libertate do-

Deus vindex fœdofragorum grauis. nando illos, liberati & ipſi ſunt, ita nunc ſeruituti eoſdem ſubijcientes, & ipſi ſeruituti grauiori Chaldæorum ſubiecti ſunt, vt vera comprobetur illa Dei ſententia, Gen. 4. 7. Nonne ſi bene ege-

Gen. 4. 7. ris, recipies: ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit, ſed ſub te erit appetitus eius. Cuius hic eſt verior ſenſus. Si bene egeris, recipies quidem præmium pro merito: at ſi male, ſtatim punitio aderit ad oſtium, ſummè appetens te comprehendere: nihil enim aliud præſtolatur, quam vt fores aperias. Ita quidem euenit rebellibus, & C fœdifragis his Iudæis: nam ſtatim ac ſeruos liberos dimiſerunt, & ipſi liberati ſunt; at poſtquam fœdus ſunt tranſgreſſi ſtatim ad fores ciuitatis adfuit Chaldæus comprehenſurus regem cum cæteris ciuibus, & ciuitatem conflagraturus: & qui prius poterant effugere pœnam, vitandò peccatum, mox vltori Babylonio reſiſtere non potuerunt, ſed omnino euerſi ſunt.

PARAPHRASIS.

Hviuſmodi ſermonem fecit dominus Ieremiæ in diebus [1] Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda. Abi domum [2] Rechabitarum, & loquere eis, iubens vt veniant tecum, & introduc eos in aliquam [3] exedram ex ijs, quæ ſunt circum templum, vbi vinum porriges, quod bibant. Ego vero domini parens imperio, ait Ieremias, vocaui IeZoniam filium Ieremiæ, qui filius erat Habſaniæ cum fratribus eius, ac filijs, & vniuerſa demum Rechabitarum familia, & induxi eos in domum domini ad exedram filiorum Hanan filij Iegedeliæ [4] hominis Dei, quæ erat iuxta exedram principum: & ad partem ſuperiorem erat iuxta exedram Maaſiæ filij Sellum cuſtodis [6] liminis: & propinaui eis cyphos vino plenos cum calicibus, & rogaui vt biberent. At illi, nequaquam, dixerunt, bibemus, quia Ionadab filius Rechab pater noſter præcepit nobis, ne vnquam nos, vel filij noſtri vinum biberemus, domum vt ædificaremus, aut ſementem ſereremus, neque vineam plantaremus aut poſſideremus, ſed in tabernaculis ſemper moraremur, vt ſic nobis obedientibus daretur per multos dies

CAPVT TRICESIMVMQVINTVM.

VErbum quod factum eſt ad
Ieremiam à domino in die- 1
bus [1] Ioakim filij Ioſiæ regis
Iuda, dicẽs: ‖ Vade ad domum 2
[3] Rechabitarum: & loquere
eis, & introduces eos in domum domini
in vnam [1] Exedram theſaurorum, & dabis
eis bibere vinum. ‖ Et aſſumpſi Iezoneam 3
filium Ieremiæ filij Habſaniæ, & fratres
eius, & omnes filios eius: & vniuerſam domum Rechabitarum: ‖ Et introduxi eos 4
in domum domini ad galophylacium filiorum Hanam, filij Iegedeliæ [4] hominis
Dei, quod erat iuxta gazophylaciũ [5] principum, ſuper theſaurum Maaſiæ filij Sellum, qui erat cuſtos [6] veſtibuli. ‖ Et poſui 5
coram filijs domus Reehabitarũ ſcyphos
plenos vino, & calices: & dixi ad eos: Bibite
vinum. ‖ Qui reſponderunt: Non bibemus 6
vinum: quia Ionadab filius Reehab, pater
noſter, præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos, & filij veſtri vſque in
ſempi-

7 ſempiternum: | Et domũ non ædificabitis,
& ſementem non ſeretis, & vineas non plã-
tabitis, nec habebitis: ſed in tabernaculis
habitabitis cunctis diebus veſtris, vt ⁻vi-
uatis diebus multis ſuper faciem terræ, in
8 qua vós peregrinamini. | Obediuimus er-
go voci Ionadab filij Rechab, patris noſtri,
in omnibus, quæ præcepit nobis, ita vt non
biberemus vinum cunctis diebus noſtris
nos, & mulieres noſtræ, filij, & filiæ noſtræ:
9 | Et non ædificaremus domos ad habitan-
dum, & vineam, & agrum, & ſemẽtem non
10 habuimus: | Sed habitauimus in taberna-
culis, & obedientes fuimus iuxta omnia
quã præcepit nobis Ionadab pater noſter.
11 | Cum autem aſcẽdiſſet Nabuchodonoſor
rex Babylonis ad terram noſtram, diximus:
Venite & ingrediamur Ieruſalem à facie
exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus
Syriæ: & manſimus in Ieruſalẽ. | Et factum
12 eſt verbum domini ad Ieremiam, dicens:
13 | Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſ-
rael: Vade, & dic viris Iuda, & habitatoribus
Ieruſalem: Numquid non tecipietis diſci-
14 plinam vt obediatis verbis meis, dicit do-
minus? | ᵉ Præualuerũt ſermones Ionadab
filij Rechab, quos præcepit filijs ſuis vt nõ
biberent vinum: & non biberunt vſque ad
diem hanc, quia obedierunt præcepto pa-
tris ſui: ego autem locutus ſum ad vos, de
mane conſurgens & loquens, & non obe-
15 diſtis mihi. | Miſique ad vos omnes ſeruos
meos prophetas, conſurgens diluculo,
mittenſque & dicens: Conuertimini vnuſ-
quiſque à via ſua peſſima, & bona faciam
ſtudia veſtra: & nolite ſequi deos alienos,
neque colatis eos: & habitabitis in terra, quã
dedi vobis & patribus veſtris: & non incli-
naſtis aurem veſtram, neque audiſtis me.
16 | Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Re-
chab præceptũ patris ſui, quod præceperat
17 eis: populus autem iſte non obediuit mihi. | Idcirco hæc dicit dominus exetcituum,
Deus Iſrael: Ecce ego adducam ſuper Iuda, & ſuper omnes habitatores Hieruſalem
vniuerſam afflictionem, quam locutus ſum aduerſum illos, eo quòd locutus ſum ad illos;
18 & non audierunt: Vocaui illos, & non reſponderunt mihi. | Domini autem Rechabita-
rum dixit Ieremias: Hæc dicit dominus exetcituum Deus Iſrael: Pro eo quod obediſtis
præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mãdata eius, & feciſtis vniuerſa, quæ
præcepit vobis: | Propterea hæc dicit dominus exetcituum Deus Iſrael: ʼ Non deficiet
19 vit de ſtitpe Ionadab filij Rachab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

ᵓ viuere in terra, in qua degimus peregrini. Paruimus ergo hucuſq; omnib⁹ his patris noſtri præceptis, & nec vinũ vnquã auſi ſum⁹ guſtare nos, aut filij aut vxores, nec domos ædificare, nec vineã agrũ ve, aut ſemẽtẽ poſſidere, ſed in tētoriis habitauimus, vt per omnia patris noſtri iuſſis pareremus; cur ergo eas nunc tranſgredi compellis nos? Cauſa autem cur moremur nunc in vrbe hac ea eſt, ſi illam requiras. Cum Nabuchodonoſor rex Babylonis veniret, vt oppugnaret terram noſtram neceſsitate compulſi diximus nobis metipſis, agite demigremus Ieroſolymã, vt Chaldæorum, ac Syrorum exercitum vitare poſsimus, & Idcirco modo habitamus Ieroſolymis. Sic re confecta dixit dominus Ieremiæ, I nunc, & dic vniuerſo Iudæ, & ciuibus Ieruſalem, Numquid non recipietis diſciplinã, vt obediatis verbis meis, ait dominus, nec pudore vos afficiet exemplum Rechabitarum? ᵉ Preualuit Ionadab filius Rechab ſuis præceptis, perſuadere filijs ſuis ne vinum biberent, nam ad hunc vſque diem non biberunt: & ego qui tam accurate, ac ſolicite vos quotidie admonui, non potui obtinere à vobis, vt mihi pareretis? Quin imo nec contentus ſemel vos admonuiſſe, nõ deſtiti ad vos mittere diligẽter omnes ſeruos meos prophetas, qui hortarentur vos, vitam impiam relinquere, & actiones proſequi bonas; nempe ne abiretis ad colendos Deos alienos, vt ſic habitaretis pacifice in terra quam dedi patribus veſtris & vobis, & nec aurem accõmodare voluiſtis, vt verba eorum audiretis. Itaque filij Ionadab, filij Rechab paruerũt præcepto patris ſui, ſãtum quia ipſe præceperat; & vos, qui eſtis populus meus, mihi non obediſtis. Idcirco hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael. Ecce ego adducam ſuper Iudam, & ſuper ciues Ieruſalem vniuerſam illam calamitatem, quam comminatus ſum eis: propterea quod me hucuſque loquentem audire noluerunt, nec vocanti reſponderunt. Familiæ autem Rechabitarum dixit Ieremias ex mandato domini exercituum Dei Iſraelis Quia tam conſtanter obtemperaſtis præcepto patris veſtri Ionadab, & quæcumque ille vobis indixit, obſeruaſtis: ego ʼ faciam, vt de ſtyrpe Ionadab non deficiat aliquis, qui miniſtret in conſpectu meo, cunctis diebus.

ARGVMENTVM.

EXEMPLO obedientiæ Rechabitarum arguit dominus ſui populi inobedientiam, illique extremam minatur calamitatem, vt Rechabitis ſuum promittit patrocinium.

COMMENTARIVS.

1. IOAKIM.] Sopra capite 22. diximus Nabuchodonoſorem anno 1. regni ſui, qui idẽ erat 4. annus Ioakim, veniſſe, ac obſediſſe Ieruſalem, & cœpiſſe Ioakim, & duxiſſe Babylonem: ac paulo poſt in ipſo eodem anno, Nechao regem Ægypti apud Euphratem fugaſſe: & anno 8. Ioakim, qui erat 4. Nabuchodonoſoris, veniſſe iterum contra Ioakim cum Ægyptio reconciliatum, & feciſſe illum tributarium tribus annis. Cum autem ex hoc capite conſtet Rechabitas metu Nabuchodonoſoris profugiſſe Ieroſolymam, poſt annum quartum Ioakim fugiſſe credendum eſt, cauentes ne iterum rediens Chaldæus ipſos caperet, ac vaſtaret. Atque hunc ſermonem factum B fuiſſe Ieremiæ, cum iam diu Rechabitæ pacificè morarẽtur Ieroſolymis: nempe in ſexto, aut ſeptimo anno Ioakim, qui erat ſecundus, vel tertius Nabuchodonoſoris, quod indicat Iſidorus cum ait, ante annos quatuordecim, à nono videlicet Sedeciæ, hanc prophetiam reuelatam fuiſſe Ieremiæ. Hugo exiſtimat factum eſſe hoc verbum octauo anno Ioakim, quando Nabuchodonoſor venit in Iudæam. Verùm probabilius eſt, ob metum conceptum propter aduentum Chaldæi, in anno 4. Ioakim, fugiſſe Rechabitas in vrbem, vt eundem cauerent octauo anno iam aduentantem; vt circunſerebatur.

Rechabitæ fugerunt Ieroſolymam.

2. *Rechabitarum.*] Locus hic petit, vt qui fuerint C Rechabitæ, & vnde originem duxerint explicemus. Originem ducebant ex ſocero Moſis, Raguele, qui Sephoram filiam ſuam dedit illi in vxorem, vt dicitur Exod. 2. verſ. 16. qui & Iethro dicitur princeps Madian, Exodi 3. 1. & quia de ſtirpe Cin, à quo nominati ſunt Cinæi, vt conſtat Numer. 24. 21. 22. quorum regionem promiſit Deus Abrahæ Gen. 15. 19. ipſe cum filijs ſuis ſolet vocari Cinæus; nam Iudic. 1. 16. legimus filij autem Cinæi cognati Moyſi &c. Cum Moſes egreſſus cum populo ex Ægypto perueniſſet ad montem Dei, obuium habuit ſocerum, qui filiam Sephoram cum duobus filijs Gerſam, & Eliezer duxit ad Moſem totum patrem, vt refertur Exod. 18. D quos cum matre apud Soccrum reliquerat, vt expeditior legatione ſua fungeretur. Venit autem Hobab frater Sephoræ cum patre ſuo Raguele, vt inuiſeret Moſem. Reuerſo autem in terram ſuam ſocero Raguele, quod ſenior eſſet, filio eius Hobab fratri vxoris ſuæ perſuaſit Moſes, Numer. 10. à v. 29. vt ſecũ proficiſceretur: filij ergo Cinæi, Hobab, cognati Moyſi Iudic. 1. 16. aſcenderunt de ciuitate palmarum, quæ eſt Iericho, cum filijs Iuda in deſertum ſortis eius, quod eſt ad meridiem Arad, & habitauerũt cum eo. Haberautẽ Cinæus, vt refertur Iudic. 4. 11. receſſerat quondam à cæteris Cinæis fratribus ſuis filiis Hobab cognati Moyſi, & tetenderat tabernaculum vſque ad vallem Sennim, & erat iuxta Cedes, cuius vxor Iahel confixit clauo Siſarã in tabernaculo ſuo, vt refertur Iudic. 4. 21. & 5. 24. Adhæſerunt autem Cinæi Othonieli fratri Caleb minori ex eadem matre, licet ex diuerſo patre: nam patre Othonielis fuit Cenez, vt conſtat Iudic. 1. 13. & 1. Paral. 4. 13. Caleb autem pater Iephone; vt tanquam proſelyti ab eo inſtruerentur. Nam ipſe, vt ferunt, eſt ille ſcriba doctiſſimus, & legis peritiſſimus, qui à matre vocat᷒ eſt Iabes de quo legimus 1. Paral. 4. 5. Fuit autem Iabes inclytus præ fratri- B bus ſuis, & mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicens, quia peperi eum in dolore, qui nomen dedit vrbi Iabes ſcribarum feraci; vt dicitur 1. Paral. 2. 55. Cognationes quoque ſcribarum habitantium in Iabes, canentes, atque reſonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi ſunt Cinæi qui venerunt de calore patris domus Rechab. Hi nempe in tabernaculis morantes Hæbraicè dicti Sucharbæi, ſunt Cinæi, qui orti sũt ex Hamath parẽte familiæ Rechabitarũ. Rechab autẽ filius Hamath filiũ habuit Ionadab, qui vixit ſub Ioſia rege Iuda, & Iehu rege Iſrael. Nã vt dicitur 4. Reg. 10. 15. Iehu inuenit Ionadab filium Rechab in occurſum ſibi, & benedixit ei, & aſſumptum in C currum, duxit in Samariam vbi percuſſit in eius conſpectu omnes prophetas Baal, in templo illius. Hic ergo Ionadab quæcunque per traditionem à maioribus obſeruata acceperat, quaſi per legem ſancta, & ſtabilita tradidit filiis ſuis: quæ ipſi ita religioſè obſeruabant, vt merito Hieron. in epiſtol 13. ad Paolinum, monachos appellauerit. Vnde autem eis alimenta ſuppeterent, an ex negociatione, vel ex arte paſtoritia, hoc videtur magis probari, quia in tentoriis habitabant, non in ciuitatibus, in quibus exercetur negotiatio.

Rechabitæ qui. Exod. 2. 16. Exod. 3. 1. Numer. 24. 21. Gen. 15. 19. Iudic. 1. 16. Exod. 18. Numer. 10. 29. Iudic. 1. 16. Iudic. 4. 11. Iudic. 4. 21. Iudic. 5. 24. Iudic. 1. 13. 1. Paralip. 4. 15. 1. Paralip. 2. 55. 4. Reg. 10. 15. Hieronymus.

3 *Exedram.*] Hebræum nomen לִשְׁכָּה Liſcah Vulgatus interpres, nominibus exedræ, vt etiam Tigurina gazophilatij vt Chaldæ᷒ quoque, & theſauri, ſolet transferre. Eſt autem exedra, auctore Alexandro lib. 5. Genialium dierum cap. 11. cubiculum columnis fultum, & epiſtolis pluribus, exciſſis ſpaciis, quibus proſpectus in viam erat aliquando ſub Diuo aliquando ſub tecto. Budæus in Pandectis non ineptè putat ea loca eſſe, quæ barbarè monachi, aut Canonici vocant capitula, ita dicta quod locus eſſet, qui circumquaque ſedes haberet: ob quã cauſã 1. Reg. 9. 22. tricliniũ vertitur nomẽ illud: quod cõfirmat Pollux li. 1. c. 4. qui exedram ceſſionem eſſe tradit, vbi viri cõſidenr, & Vitruuius lib. 5. c. 11. Cõſtituuntur, inquit, in tribus porticibus exedræ ſpecioſæ, habẽtes ſedes in quibus

Exedra quæ. 1 Reg. 9. 22. Pollux. Vitruuius.

Gazophilatiũ

quibus Philoſophi, Rhetores, reliquiq́; , qui ſtudus delectantur, ſedentes d ſputare poſſint. Gazophilatium vocat ſæpe vulgatus, locum nempe, in qoo theſauri, & præcioſior ſuppellex cuſtodiebatur, à gaza voce Perſica, & Græco verbo φυλάττω, quod eſt cuſtodia, quod eſſent cubicula circum templum, ad reponendum vaſa, veſtes, donaria, & alia ſacra, quibus ſacerdotes vtebantur, & à ſuis cuſtodibus coſtodiebãtur, qui in illis morabãtur: ideo Dauid Kimhi, & Pagninus cubiculum transferunt: vbique ſic autem ex Hebræo traducitur hæc litrera; Introduces eum domum Domini in vnum cubiculorum, & introduxi eos in domum domini in cubiculũ filiorũ Hanã, quod erat prope cubiculum principum: quod erat deſuper cubiculum Maaſiæ. Nam verſus ſuperiorem partem cubicoli Maaſiæ, ædificatum erat cubiculum, in quo principum oblationes recondebantur, vt volunt Hugo & Lyra iuxta, quod erat cubiculum filiorum Hanan.

Vir Dei propheta.

Ioſue 14. 7. 1 Paralip 23.9. 2 Paralip.30.16 1.Reg 9. 7. 2 Paralip.8 14. 4.Reg. 32.17.

4 *Hominis Dei.*] Vir Dei, prophetæ periphraſis eſt, vt hoc loco intelligunt Chaldæus, R. Salomõ, Lyra, Dionyſius, & Vatablus: idque ex vſu conſtat ſcripturæ, in qua hoc modo nullus niſi propheta nominatur. Sic vocatur Moſes Ioſue 14.7. 1. Paral.23.9.14. 2. Paral.30.16. & Samoel 1. Reg.9. verſ. 7.8.9. 1. Paral.7.14. ſic vocarur Dauid: frequẽs eſt cap.13. libr.3. Regum viri Dei appellatio, cuiuſdã prophetæ qui locutus eſt ad Ieroboam, vt etiam 4. Reg. 23.17. eſt etiam frequens Eliæ hæc cognominatio 4. Reg.1. ſicut Eliſæi 4. Reg.4. & cæterorum: & idcirco Ieremias confidentius duxit Rechabitas ad Hanã illius prophetæ filium, quod eſſet probitate conſpicuus, faciliorque ad vinum illis porrigendum, & conuiuio, ſi opus fuiſſet, excipiendum.

1. Paralip 29. 26.

5 *Principum.*] Non principum ſacerdotũ, vt qoidam volunt; ſed principum, qui oblationes ſuas in illo cubiculo recoodendas offerebant, vt exponunt Hugo, Lyra, & Dionyſius, idque conſtat ex 1. Paralip.29.26. vbi dicitur: Ipſe Selemith, & fratres eius ſuper theſauris ſanctorum, quæ ſanctificauit Dauid rex, & principes familiarum, & tribuni: & centuriones, & duces exercitus de bollis, & manubiis præliorum, quæ conſecrauerant ad inſtaurationem, & ſupellectilem templi Domioi.

1. Paralip 15. 18. 2 Paralip 24. 18. 1. Paralip.9.17

6. *Veſtibuli.*] Exiſtimat S. Thomas bunc Maaſiam cuſtodem liminis, ſeu veſtibuli, vel eſſe vnũ ex cantoribus, qui in nablis arcana contabant, vt dicitur 1. Paral.15.18. vel cui cecidit ſors viceſimaquatta 2. Paral.24.18. ſed quiſquis is fuerit, vnus erat ex cuſtodibus templi, vel rerum ad templum pertinentium: nam hic dicitur cuſtos סַף haſaph, hoc eſt liminis, ſeu veſtibuli: forte hic eſt Sellum, de quo 1. Paralip.9.17. Ianitores autem Sellum, & 19. Sellum vero filius Lore, cum fratribus ſuis, & domo patris ſui: hi ſunt Coritæ ſuper opera miniſterij, cuſtodes veſtibuloium tabernaculi: & familiæ eorum per vices caſtrorum Domini cuſtodientes introitum. Sunt tameo alij, qui hic vertunt, cuſtos vaſis, ſeu vaſorum aut hydriarum, vt Varab. ex ſententia Dauidis Kimhi, qui hoc loco dicit eſſe nomen commune ad omnia vaſa: nam Vulgatus Ierem.cap. 52.19. Hydrias vertit, & 3. Reg.7.50. quod hic Maaſias fuerit cuſtos vaſorum templi. Nihilominos LXX. vertetunt, cuſtos viæ, & Tigurina, & Pagninus liminis, quod ille cuſtodierit viam, ſeu introitum tabernaculi.

Ierem. 52. 19. 3 Reg.7 50.

Quid promiſerit Rechabitis

7. *Viuatis.*] Dubium eſt quid promiſerit, vel quid boni precatus fuerit Iooadab filiis ſuis præcepta ſua obſeruantibus? Illis verbis, (vt viuatis ſuper faciem terræ diebus multis in qua vos peregrinamini;) Dionyſius putat hanc promiſſionem fuiſſe adiectam à Ionadab, vt ſe conformaret promiſſionibos veteris teſtamenti, quæ temporalium rerum erant, ſpiritualia dona noui adumbrantium, vt ait Auguſtinus lib.4. contra Fauſtum cap.2. & lib 18. de Ciuit. Dei cap. 11. ſed reipſa ad ſpiritualia eos deducebat. Nam quomodo temporalia bona promitteret, aut aptaret iis quos à temporalium bonorum poſſeſſione auocabat? Et quibus prohibuit prædia, & domos, quomodo felicitatem temporalem expeteret, & non illam, quam patriarchæ quæſierunt? de quibus Paulus ad Hebræ. 11. fide Abrabam moratus eſt in terra promiſſionis, tanquam in aliena in caſulis habitando cum Iſaac, & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem: expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: confitentes quoniam peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram, & cetera. Verum ſciendum eſt eam felicitatem vitæ longeuæ precari Ionadab filiis ſuis obedientibus ſibi, atque hunc honorem præſtantibus, quam Deus promiſit Exod. 20. honorantibus patrem, & matrem, cum dicit: Hooora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Quod mandatum repetens Paulus ad Epheſios 6.2. vocat mandatum primum in promiſſione, quod illi mandato omnium primo, prima omoium temporalium promiſſionum adiecta ſit, nempe longeuitas vitæ, merentur enim vt vita producatur in multos annos, illis qui debito honore vitæ largitorem proſequuntur. Sed aliquid peculiare videtur promitti filiis Ionadab, vt viuerent diebus multis ſuper faciem terræ, nempe vt multam, ac longam vitam tranqoillam, ſedatam, & pacificam degerent in terra ſuæ peregrinationis: quia eum illi ſoli poſſideant terram, qui mites ſunt, & illi ſint mites ſecum, qui nullam ſecum habent cauſam amaritudinis, ex qua pacem amãt cum aliis, pax autem diſſoluatur rerum temporalium cupiditate: qui nihil habebant, quod illis eſſet cauſa litium, inuidiarum, & odiorum erga alios, tranquilla quidẽ vita fruebantur. Hoc enim boni affert paupertas, vt lites amputet, bella reſcindat, odia tollat, rixas, & factiones mitiget, quia vbi non eſt meum ac tuum, frigidum illud verbũ, vitia hęc amputantur omnia. Ac proinde vitam iocundam, & tranquillam, cum virtute cõiunctam filiis ſuis eſt pollicitus Ionadab leges ſuas obſeruãtibus. Quod vero vitam longam, & Deus promitteret, & non tantũ homines quiq; ſed viri ſanctiſſimi ſub veteri lege exoptarent, ac de morte præmatura dolerent, ea cauſa eſt. quam inferius ſuper caput ſecundum Baruch ſumus proſecuti: quare nunc ab ea reddenda putamus ſuperſedendum.

Augustinus.

Ad Hebra.11 9

Exod. 20.12.

Ad Eph. 6.2.

Matt.5. 4.

Paupertatis bonum.

Ratio offcax.

8. *Præualuerunt.*] Hebraicè, Obſeruata ſunt, ſeu implera verba Ionadab. Argumẽto efficaciſſimo vtitur à minori ad maius: obſeruauerunt filij Iooadab patris ſui præcepta ante ducentos, & nonaginta quatuor annos data, (tot enim anni ab Ochozia, ſub quo vixit Ionadab vſqoe ad Ioakim præteriere) & præcepta ab homine profecta, eaque duriſſima, vt ſine agris, ſine do-

mibus, abſtinui à vinn in tentoriis habitarent, & A vos nõ obſeruabitis præcepta, nõ ſolũ ante mille fere annos in monte Sina edita, ſed poſtea ſæpe ſæpius per memetipſum & per meos prophetas poſtulata, & axacta: per memet non hominẽ ſed Deum veſtrũ: non dura, ſed ſuauia, & à natura ipſavim habentia, & iure ipſo natorali debita? Quod hoc firmum fuit argumentum aduerſus eos, qui legẽ non obſeruabant: quanto firmius, & efficatius erit aduerſus nõ obſeruantes legem euangelicam? Admiratione digna eſt, inquit Theodoretus, paterna legiſlatio, & filiorum, atque posterorum prompta obedientia. Quippe qui vitam curis vacuam, & prædiis carentem adamauerunt, & quod maximè omnium ſuperat opinionem, habentes liberos, paruipendebant poſſeſſiones: toti quoad ſe ſuaque à fiducia in Deum pendentes. B Quod ſi tempore legis, addit, quæ continebat imperfectionem propter infirmitatem eorum, quæ lege cauebantur, ſummam Philoſophiam amplexi ſunt iſti, quales eſſe debent, qui legem euangelicam audierunt? Similiter argumentatus eſt Paulus ad Hebræos 12. 8. Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filij eſtis. Deinde patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos, nũ multo magis obtemperabimus patri ſpirituum & viuemus?

Ad Heb. 12. 8.

9 *Non deficiet.*] Non conſtat quid boni polliceatur Dominus Rechabitis his verbis [Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechah, ſtans in cõſpectu meo cunctis diebus.] Theodoretus, & Hugo volunt hanc promiſſionem factam non tam C ipſis, qui originẽ ducebãt à Ionadab, quam iis, qui eius filij ſunt imitatione, & leges eius obſeruant, quaſi velit hoc bono, illius voluntati morem gerere: quod non ſint defuturi, qui illam viuendi rationem, in illorum honorem & exemplum promoueant & conſeruent: Domino ei rei proſpiciẽte, ac bene fauente. Cæteri vero factam putãt promiſſionem ipſis natura Rechabitis. Et Chaldæus quidam inſinuat promitti hîc leuiticum miniſterium, quod non ſit defuturus ex ſtirpe Ionadab, qui miniſtret coram Deo cunctis diebus, quod quomodo fieri potuiſſet docẽt Hebræi, quos Vatablus, & Iſidorus referunt, filias Rechabitarum ductas à Leuitis, & inde filios genitos miniſterio leuitico functos fuiſſe.

Dionyſius vult per quandã antitheſim promitti Rechabitis incolumitatem, & liberationem ab D exercitu Chaldæorum, ſicut Iudæis inobedientibꝰ fuerat comminatus Deus vaſtationem per eoſdẽ efficiendam: in Hebræo enim dicitur, non excindetur, aut excidetur vir de Ionadab. Sed promitti ex Rechabitis non defuturum vnum aliquem qui miniſtraturus eſſet Domino, ex duobus colligo, primn, quia in ſcriptura ſtare coram, aut in conſpectu Domini, eſt præſto eſſe ad Domini miniſterium, ſicut Deuteron. 1. 38. quod Hebraicè dicitur Ioſue filius Num, qui ſtat coram te, Vulgatus vertit, miniſter tuus. & quod 3. Reg. 1. 1. legitur, quæramus Domino noſtro regi adoleſcentulam virginem, & ſtet corã rege, idem eſt, quod miniſtret regi: ita ſimiliter Deuteron. 18. 7. Si exierit leuites miniſtrabit in nomine Domini Dei ſui, ſicut omnes fratres eius leuitæ, qui ſtabũt eo tempore coram Domino, hoc eſt, qui tunc temporis erunt in miniſterio Domini. & Pſalmo 134. 2. Qui ſtatis in domo domini, hoc eſt ſacerdotes, & Leuitæ, qui adſtatis ad ſeruiendum Domino; & Zachar. 3. 7. Dabo tibi ambulãtes de his, qui nunc hic aſſiſtũt, id eſt, qui præſto ſunt ad Domini miniſteriũ. Ergo ſimiliter hoc ipſum promittitur Rechabitis, dandum eis locum vt miniſtrent Domino in aliquo miniſterio. Deinde quia præter miniſteria leuitica, erant alia, ad quæ admittebantur & ex aliis B tribubus. Nazatei enim Numero. 6. ex quacunque tribu, ſe ſeparabant, vt Deo liberius, gratiuſq; ſeruirent. Gabaonitæ Ioſue 9. 23. miniſtrabãt in lignis cedẽdis, & aqua cõportãda, in domũ Domini Samuel quoq; Ephratæus, vt conſtat. 1. Reg. 1. 1. & c. 2. 11. erat miniſter in conſpectu Domini, ante faciẽ Heli ſacerdotis. Anna quoque propheti ſſa de tribu Aſer, Lucæ. 2. 37. nõ diſcedebat de templo & ieiuniis, & obſecrationibus ſeruiens nocte, & die. Ergo credendum eſt locum fuiſſe datum Rechabitis ad miniſtrandum Domino in templo, in aliquo miniſterio, ex iis, quæ illi poſſent præſtare, iuxta Domini promiſſum: qui in præmium tam admirandæ obedientiæ, & viuendi rationis, quæ maxime decebat miniſtros Domini, ab omnibus C rebus huius mundi ſemotos; in domum ſuam, ac in ſuam familiaritatem admittere decreuit, cum Iudæos inobedientes à ſe dimitteret, & Chaldæorum ſubiicerer ſeruituti. Hoc enim exemplo Ieremiæ comprobatos in probis moribus, & vita, Dominus ad ſui miniſterium admiſit, ſiue leuiticum illud fuerit, ſiue quoduis, aliud. Certe Egeſippus in 5. ſuæ hiſtoriæ libro, quem refert Euſebius li. 2. Eccleſiaſt. hiſtoriæ ca. 22. de Iacobo loquens, ſic ait: Cumque lapidibus illum obterere pergerent vnus ex ſacerdotibus de filiis Rechab filij Rechabim, qui ſunt Ieremiæ teſtimonio commendati, voce emiſſa contentius dixit? Quid agitis: Iuſtus pro vobis Deum precatur. Intellexit ergo cum Chaldæo in præmium tam ſingularis vitæ ad Sacerdotium Dei ſingulari munere, euectos. Quare ſicut non placet Dionyſij explicatio, ita nec illa D Vatabli, ex Dauide Kimhi, fauorem, curam, & patrocinium à Domino promitti illius familiæ: nam hoc donum commune eſt, & phraſis Hebraica ſignificat miniſtrare vt probauimus: ſtat enim quiſquis Deo miniſtrat animo intẽto, oculis attentis. celeritate pedum, & corporis figura ad quoduis mandatum expeditus: nec putat obediens ſibi aliquid poſſe iuberi, quod ipſe non valeat executioni mandare.

Rechabitis promittitur miniſterium in templo.

Stare coram Domino eſt miniſtrare ei.

Deuter. 1. 38. *3. Reg. 1. 2.* *Deuter. 18. 7.* *Pſalm. 134. 2.* *Zach. 3. 7.* *Num. 6.* *Miniſteria templi multa.* *Ioſue 9. 23.* *1. Reg. 1. 1. c. 2. 11.* *Luca 2. 37.* *Egeſippꝰ* *Euſebius.* *Obediẽtia.*

CAPVT

CAPVT TRICESIMVMSEXTVM.

1 ET factum eſt in anno [1] quarto
Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda: fa-
ctum eſt verbũ hoc ad Ieremiã
2 à Domino, dicens: ‖ Tolle [2] vo-
lumẽ libri, & ſcribes in eo omnia verba quæ
locutus ſum tibi aduerſum Iſrael, & Iudam,
& aduerſum omnes gentes: à die qua locu-
tus ſum ad te ex diebus Ioſiæ vſque ad diem
3 hanc: ‖ Si forte audiente domo Iuda vni-
uerſa mala, quæ ego cogito facere eis reuer
tatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: & pro-
4 pitius ero iniquitati, & peccato eorũ. ‖ Vo-
cauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ
& ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ omnes
ſermones Domini, quos locutus eſt ad eũ,
in volumine libri.
‖ 9 Factum eſt autẽ in anno quinto Ioakim
9 filij Ioſiæ regis Iuda, in menſe nono: prædi-
cauerunt ieiunium in conſpectu Domini,
omni populo in Ieruſalẽ: & vniuerſæ mul-
titudini, quæ cõfluxerat de ciuitatibus Iu-
da in Ieruſalem.
‖ Et [4] præcepit Ieremias Baruch, dicens: ego
5 [5] clauſus ſum nec valeo ingredi domũ Do-
6 mini ‖ Ingredere ergo tu, & lege de volu-
mine, in quo ſcripſiſti ex ore meo verba
Domini, audiente populo, in domo Do-
mini, in die ieiunij: inſuper & audiente
vniuerſo Iuda, qui veniunt de ciuitatibus
ſuis, leges eis: ‖ Si forte [6] cadat oratio eorum
7 in conſpectu Domini, & reuertatur vnuſ-
quiſque à via ſua peſſima: quoniã magnus
furor, & indignatio eſt, quã locutus eſt Do-
minus aduerſum populum hunc. ‖ Et fecit
8 Baruch filius Neriæ iuxta omnia, quę præ-
ceperat ei Ieremias propheta, legẽs ex volu
mine ſermones Domini in domo Domini.
10 ‖ Legitque Baruch ex volumine ſermones
Ieremiæ in domo Domini in Gazaphilario
Gamariæ filij Saphã ſcribæ, in veſtibulo ſu-
periori, in introitu portæ nouæ domus
11 Domini, audiente omni populo. ‖ Cumque
audiſſet Michæas filius Gamariæ filij Sa-
phan omnes ſermones Domini ex libro:
12 ‖ deſcendit in domũ regis ad Gazophilatiũ
ſcribæ: & ecce ibi omnes principes ſedebãt:
Eliſama ſcriba, & Dalaias filius Semeiæ, &
Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius
Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & vni-
13 uerſi principes. ‖ Et nunciauit eis Michæas
omnia verba, quæ audiuit, legente Baruch
14 ex volumine in auribus populi. ‖ Miſerunt

PARAPHRASIS.

IN anno [1] quarto Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, habuit Dominus ſermonẽ hũc ad Ieremiam. Accipe tibi librum [2] volubilem: & ſcribe in eo quæcunque tibi ſum locut᷒ aduerſus Iſraelem, & Iudã, & alias omnes gentes à tempore Ioſiæ, quo cœpi loqui tibi, ad hũc vſque diem. Fortaſſe audito ſimul, malo vniuerſo quod ego decreui immittere Iudæis, deſiſtent ſuã improbam viuẽdi rationem, & cõdonabo eis ſuas iniquitates, & peccata. Igitur Ieremias, dicto Dei audiens, vocauit Baruch filium Neriæ miniſtrum ſuum, qui ſcripſit in quodam volumine, dictante Ieremia, quæcumque Dominus locutus fuerat ad eum ad illud vſque tempus. Iuſſusque ea legere populo, grauiter ille accipiebat. Anno deinde quinto eiuſdem Ioakim mẽſe Nouembri indictum eſt [3] ieiunium in templo Domini omni populo Ieroſolymitano, & vniuerſis alijs Iudæis qui venerant Ieroſolymam ad placandum Deum ob aduentum Chaldæorum: hac occaſione capta [4] præcepit Ieremias Baruch, quod ipſe alias detentus ire non poſſet: vt ingrederetur templum, & quæ, ſe dictante ſcripſerat, legeret in die ieiunij, omnibus Iudæis, qui vndique in templum confluxerant. Nã fortaſſe, [6] grata erit hac ratione Domino, illorum oratio, deſerta vita improba, poſtquam audierint quam ingenti furore: ſummaque indignatione excãdeſcat Dominus aduerſus eos. Fecit Baruch quæcũque præcepit ei Ieremias, & legit quæ continebantur in libro illo, in templo Domini, nempe in cubiculo Gamariæ filij Saphã ſcribæ regij, quod erat in atrio ſuperiori, in introitu portæ nouæ templi: audiebatque omnis populus, & Michæas filius Gamariæ filij Saphan: qui ſtatim proſiliit in domum regis, ad cubiculum ſcribæ cuiuſdã vbi omnes principes conſidebant: nẽpe Eliſama ſcriba, Dalaias fili᷒ Semeiæ, Elnathã fili᷒ Achobor, Gamarias fili᷒ Saphan, & Sedecias fili᷒ hananiæ, deniq; principes alij vniuerſi: quib᷒ [7] expoſuit Michæas ſermones omnes, quos audierat cũ Baruch eos legeret ex libro ſupradicto populo vniuerſo. Confeſtim ergo illi miſerunt Iudi filium Nathaniæ, filij Selemiæ, filij Chuſi, ad Baruch, qui eorum nomine ei præciperet, vt codicem illum, ex quo populo legerat, ad ipſos deferret. Baruch accepto codice mox venit, & iuſſus ſedit, legitque eis librũ. Auditis ſermonibus illis expauerunt omnes, ſeſe mutuo aſpiciẽtes: dixeruntque Baruch. Abſque dubio ſumus nũciaturi ſermones hos omnes regi. Simulque quæſierunt exponi ſibi, quomodo ſermones illos, Ieremia dictante, ſcripſiſſet: quibus Baruch, ore aiebat, ſuo dictabat, quaſi in libro alio legeret, & ego in hoc libro atramento ſcribebam: itaque illi dixerunt Baruch: abi, abſcondere cum Ieremia, & nemo ſciat vbi ſitis. Et relicto libro in cubiculo Eliſamæ ſcribæ regij, ingreſſi ſunt ad regem in atrium, & expoſuerunt illi ſer-

Ioakim anno 4. & 5.

mones prædictos vniuerſos. Rex autem miſit Iudi qui librum detulit de cubiculo Eliſamæ ſcribæ: legitq; regi, & omnibus principibus, qui illi adſtabãt, quæcũque in libro continebantur. Habitabat tunc rex in domo hiemali, quod eſſet menſis Nouembris: & foculus ante ipſum ardebat. Cum lectæ vero fuiſſent tres, aut quatuor paginæ, rex librum conciſit cultello ſcribæ, & proiecit in ignem, qui erat in foculo, donec totus eſt ab igne combuſtus. Et tamẽ nec rex, nec vllus ex ſeruis eius timuerunt, aut [11] ſciderunt veſtimenta ſua auditis tam tremendis ſermonibus; nec abduci potuit rex ne combureret librũ, quamuis Elnathan, Dalaias, & Gamarias, id ne faceret ſunt deprecati. Quin potius præcepit Ieremiæli filio Amelech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, vt comprehenderent Baruch ſcribam cum propheta Ieremia. Verum Dominus iã abſcõderat eos. His ita peractis præcepit Dominus Ieremiæ, vt ſumeret alium codicem, & rurſum ſcriberet in eo omnes ſermones, quos prior cõtinuerat: & vt Ioakim regi diceret: Tu combuſiſti priorem illum librum: quod huiuſmodi ſententia fuiſſet in eo ſcripta: Certiſſime veniet quãcelerrime rex Babylonis, & vaſtabit terram hanc, eatenus vt nec in ea relinquat homines, nec iumenta. Propter hanc tuam tantam audaciam, audi comminationis Domini, o rex Ioakim: [12] Nullus tibi ſuperſtes erit, qui ſedeat in ſolio Dauidis: & cadauer tuum ſic deſpectè proiicietur, vt in die exponatur ad æſtum, & in nocte ad gelu: & puniam te, filios tuos ac ſeruos ob veſtrã iniquitatẽ, & inducã ſuper ciues Ieruſalẽ, & ſuper vniuerſum Iudam omnem calamitatem, quam illis ſum comminatus; quod me audire noluerint. Igitur Ieremias tulit alterum illum librum, & tradidit Baruch ſcribæ, qui ſcripſit in eo, dictante Ieremia, omnia quæ continebat liber prior, quem combuſſerat rex Ioakim: quinimo multo plura addita ſunt in ſimilem cum priori ſententiam.

itaque omnes principes ad Baruch, Iudi
filiũ Nathaniæ, filij Selemiæ, filij Chuſi, dicẽtes. Volumen, ex quo legiſti audiẽte po-
pulo, ſume in manu tua, & veni: Tulit ergo
Baruch filius Neriæ volumen in manu ſua
& venit ad eos:| Et dixerunt ad eum: Sede, 15
& lege hæc in auribus noſtris. Et legit Ba-
ruch in auribus eorum.| Igitur cum audiſ- 16
ſent omnia verba, obſtupuerunt vnuſquiſ-
que ad proximum ſuum, & dixerunt ad Ba-
ruch: Nũciare debemus regi omnes ſermo-
nes iſtos: | & interrogauerunt eum dicẽtes: 17
Indica nobis, quomodo ſcripſiſti omnes
ſermones iſtos ex ore eius.| Dixit autem eis 18
Baruch, Ex ore ſuo loquebatur, quaſi legẽs
ad me omnes ſermones iſtos, & ego ſcribe-
bam in volumine atramento. | Et dixerunt 19
principes ad Baruch. Vade, & abſcõdere tu,
& Ieremias, & nemo ſciat vbi ſitis.| Et in- 20
greſſi ſunt ad regem in atriũ: porro volumẽ
cõmendauerũt in gazophilatio Eliſamę ſcri
bæ, & nunciauerunt audiente rege, omnes
ſermones. | Miſitq; rex Iudi vt ſumeret vo- 21
lumen: qui tollens illud de Gazophilatio
Eliſamæ ſcribæ, legit audiente rege, & vni-
uerſis principibus qui ſtabant circa regem;
| Rex autem ſedebat in domo [1] hiemali in 22
menſe nono: & poſita erat arula coram eo,
plena prunis. | Cumque legiſſet Iudi tres 23
pagellas, vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello
ſcribæ & proiecit in ignem, qui erat ſuper
arulam, donec cõſumeretur omne volumẽ
igni, qui erat in arula.| Et nõ timuerũt, neq; 24
ſciderũt veſtimẽta ſua rex, & omnes [1] ſerui
ei[*] qui audierũt omnes ſermones iſtos. Ve- 25
rumtamen Elnathan, & Dalaias, & Gama-
rias contradixerunt regi, ne combureret li-
brum, & non audiuit eos. | Et præcepit rex 26
Ieremiel filio Amelech, & Saraiæ filio Eſtiel, & Selemiæ filio Abdeel, vt compre-
henderent Baruch ſcribam, & Ieremiam prophetam: [11] abſcondit autẽ eos dominus. | Et
factum eſt verbum domini ad Ieremiam prophetam, poſtquam cõbuſſerat rex volumen, 27
& ſermones, quos ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens: | Rurſum tolle volumẽ aliud,
& ſcribe in eo omnes ſermones priores, qui erant in primo volumine, quod combuſſit 28
Ioakim rex Iuda. | Et ad Ioakim regem Iuda dices: Hæc dicit dominus: Tu combu-
ſſiſti volumen illud, dicens: quare ſcripſiſti in eo annuncians: feſtinus veniet rex Babylo- 29
nis, & vaſtabit terram hanc, & ceſſare faciet ex illa hominem, & iumentũ? Propterea hæc
dicit Dominus contra Ioakim regem Iuda: Non erit [1] ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Da- 30
uid: & cadauer eius proiicietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem.| Et viſitabo cõ-
tra eum, & contra ſemen eius, & cõtra ſeruos eius iniquitates ſuas: & adducam ſuper eos, 31
& ſuper habitatores Ieruſalem, & ſuper viros Iuda, omne malũ, quod locutus ſum ad eos
& non audierunt.| Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ 32
ſcribæ: qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri, quem cõbuſſerat Ioakim
rex Iuda igni: & inſuper [11] additi ſunt ſermones multò plures, quam antea fuerant.

ARGVMENTVM.

IVSSVS Ieremias ſcribere quæcumque ei à principio fuerant reuelata, ac legere populo ad templum conuenienti; vt vel ſic admonitus conuerteretur: libro combuſto à rege iubetur comprehendi. Sed Dei præcepto alterum librum conſcripſit, qui multo plures priore comminationes contineret.

COMMENTARIVS.

1. QVARTO.] Dubium graue eſt de tempore huius prophetiæ: quanam ratione conſtare poſſit eam accidiſſe anno quarto Ioakim regis ante Chaldæorum aduentum, quem hoc ipſo anno, & quinto ſequenti comminatur? cum tamen iam tertio anno aduenilſet Nabuchodonoſor, & captiuum tuliſſet Ioakim cum regijs adoleſcentibus, & parte vaſorum templi, vt refertur in 1. capite Danielis. Vatablus vt hunc ſoluat nodum audet affirmare, hoc anno tertio, vt aſſerit Daniel, aut quarto Ioakim, non veniſſe Nabuchodonoſorem ad oppugnandam Ieruſalem; ſed ſub finem anni tertij prædicti, cœpiſſe comparare, ac conſcribere exercitum: & poſt mẽſem nonum quinti anni Ioakim, veniſſe illum, ac cæpiſſe Ieruſalem, & Ioakinum duxiſſe vinctum Babylonem. Probat primùm, quòd ieiunium menſe nono indictum anni quinti Ioakim, ad placandum Deum indictum eſt, quo impediret aduentum Nabuchodonoſoris: ergo illucuſque nondum venerat. Deinde quia ad id ipſum obtinendum recitauit Baruch priorem librum Ieremiæ in eo ipſo die. Tertio, quia longum iter peragendum erat Nabuchodonoſori à Babylone Ieroſolymam, nempè quatuor menſium. Nam totidem conſumpſit Eſdras in eo itinere 1. Eſdræ 7. 9. vt propterea exiſtimetur duos annos in ſua prima profectione inſumpſiſſe Nabuchodonoſorem.

De tempore prophetiæ. — *Dan. 1.* — *1. Eſdræ 7. 9.*

Verùm cũ expreſſa habeamus teſtimonia ſcripturæ, quæ tradunt veniſſe Nabuchodonoſorem anno tertio, aut quarto Ioakim, neſcio qua ratione Vatabli ſententia poſſit ſuſtineri. Nam quid aliud teſtatur Daniel cum capite 1. inquit. Anno tertio regni Ioakim regis Iuda venit Nabuchodonoſor rex Babylonis in Ieruſalem, & obſedit eam; & tradidit dominus in manu eius Ioakim, & cetera? Non ergo hoc anno tantum comparauit exercitum: differens aduentum in finem quinti anni, aut in initium ſexti Ioakim: ſed in ipſo anno tertio venit, & obſedit Ieruſalem, & ſtatim in ipſo anno fugauit exercitum regis Ægypti.

Dan. 1.

Dubium ergo propoſitum ita eſt diſſoluẽdum. Nabuchodonoſor in primo anno regni ſui, qui erat tertius completus Ioakim; & quartus inceptus, vt ſupra dictum eſt in caput 22. in Chronologia regni Ioakim, venit Ieroſolymam, & cæpit eam, & regem Ioakim duxit Babylonem cum regijs adoleſcentibus. Sed pace cum Babylonio cõpoſita ſtatim Ioakim redijt Ieroſolymam. Atque adeo Ieremias interim ſcripſit librum priorem: & menſe nono anni quinti ipſius Ioakim, in quo iam pacificè regnabat in Ieruſalem, poſtquam redierat Babylone; lectus eſt liber in die ieiunij, vt late diximus in loco iam citato: cui nihil eſt quod obſtare videatur. Nam ieiunium indictum eſt, & liber lectus ad placandum Deum, vt comprimeret iram Nabuchodonoſoris, ne tandem vaſtaret Ieruſalem, & templum concremaret; gentemque deſtrueret, vt liber ille comminabatur. Ex prima enim obſidione metu concepto, ne iterum veniret, dominum obſecrabant.

Solutio vera. — *Oppoſita rationes ſoluũtur.*

Quod verò Eſdras quatuor menſes conſumpſerit in illo itinere, non arguit totum id tempus requiſitum ad iter illud conficiendum. Conſtat enim Ieruſalem quatuor gradibus & quadraginta minutis latitudinis differre à Babylone, vt diximus ſuper caput 1. numero ſexto ex Ptolomeo: & cuilibet gradui, aſſignatis ſexaginta, aut paulo pluribus milliarijs, & ſingulis minutis, ſingulis milliarijs, via illa continuiſſet ſeptuaginta leucas, aut paulo plures: quæ confici poſſent duodecim, quindecimve diebus; aut etiam per menſem ab exercitu. Nihil eſt ergo quod aduerſetur dicto Ieremiæ.

Eſdra iter quot mẽſibus cõfectũ. — *Ptolomeus.* — *Ieruſalẽ quot leucas diſtet à Babylone.*

2. *Volumen.*] מגלה Meghillah ſignificat cartam plicabilem, aut librum volubilem, hoc eſt, membranam ad ſcribendum paratam: Vulgo *rollo de pergamino*: nomen autem סֵפֶר Sepher, quod ſignificat librum, aut literas ſeu narrationem, adiectum eſt, vt non quodcumque volumen, aut membranam, ſed accommodam ad literas in ea exarandas intelligeret propheta, vt Ezechiel. 2. 9. ſimiliter ponitur, cum dicitur: Ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, ſeu volumen libri: & expandit illum corã me: qui erat ſcriptus intus, & foris: hoc eſt, in facie, & in tergo. Quia enim libri Hebræorum conſtabant vna oblonga membrana, aut pluribus aſſutis, quæ circa Cylindrum, aut axem ligneum, cui extremum colligabatur, circumuoluebatur: ideo tam nomen Latinum, volumen, quam Hebræum Meghillah, à verbo deriuatur, quod reuoluere ſignificat, ſeu circumuoluere: ita in Pſalmo 39. 8. dicitur, In capite, ſeu in volumine libri ſcriptum eſt de me, id eſt, in Pentateucho: & Lucæ 4. 17. traditus eſt Chriſto Ieſu liber Iſaiæ, & reuoluit librum, & legit locum Iſaiæ, & cùm plicuiſſet librum, tradidit miniſtro. Notat autem Hieronymus ſuper caput 5. Zachariæ, nomen Meghillah ab Aquila, & Theodotione verſum διφθέρα, quaſi eſſet inſtar pellis capræ Amaltheæ, in qua Iouem fabulabantur antiqui ſingulorum hominum ſolitum ſcribere peccata: quæ diphthera vocabatur: eamque tandem, vt eos puniret inſpiceret, ita enim in

Ezech. 2. 9. — *Pſ. 39. 8.* — *Lucæ 4. 17.* — *Diphthera Iouis.*

Diphtera Ieremiæ ſui populi deſcripta ſcelera manifeſtabat Deus, vna cum pœna illis deſignata; ne putarēt obliuioni tradita, & impunitum eū euaſurum. Quod ſi dixeris repugnare prædictæ voluminis ſignificationi id quod verſu 23. huius capitis dicitur. Cū legiſſet Iudi tres pagellas, vel quatuor; quo notatur volumen non vna conſtitiſſe continua membrana, ſed multis: quę paginę, ſeu pagellæ vulgò dicebātur. Reſpondet quidam ex interpretibus impropriè dictas pagellas, quæ in volumine nullæ ſunt. R. Salomō, quem refert Lyra, nomen Hebræū verſus transfert: Cum tres, inquit, verſus, aut quatuor legiſſet: putatque deſumptos ex lamentationibus Ieremiæ, cum tamē nōdum hoc tempore fuiſſent ſcriptæ, vt ſuo loco dicemus. Verum ſciendū eſt nomē plurale דלתות Delathoth propriè ſignificare oſtia, fores, ſeu ianuas, vt ex multis ſcripturæ locis poteſt conſtare: quia ergo membranæ multæ erant, licet diſſutæ, ſed eidem cylindro ſuo ordine circumuolutæ, & complicatæ: ſingulæq; vt legerentur euoluebantur, & explicabantur: tribus ex illis, aut quatuor explicatis, rex ira captus eas diſcidit. Vel quod magis cōuenit nomini voluminis, vnā membranam ſignificanti, ex multis aſſutam, & conuolutā: tres cōplicationes, aut explicationes membranæ illius inuolutæ, pagellarum nomine denotantur, quę veluti fores ſub cardine clauduntur, aperiunturque, atque adeo circumuoluuntur: ita illæ circa eundem cylindrum, vel axem inuoluebantur, aut euoluebantur; complicabantur, vel explicabantur: rectè porrò ab interpretibus nomine paginarum illæ circumuolutiones conuerſæ ſunt, vt communi conſuetudini noſtrorum librorum ſeſe accommodarent.

Liber paginas habebat

3. *Ieiunium.*] Ex verſu 9. hæc ieiunij indictio hoc loco præmittenda videtur, vt hiſtorię rectus ordo cōſeruetur. In menſe nono, dicto kiſleu, & nobis Nouember, nullum erat ex lege, aut conſuetudine præſcriptum ieiunium, quod ſciamus, Iudæis. Sed tunc ad placandum Deum, quod metuerent aduentum Nabuchodonoſoris, extremam vrbi perniciem adducturi, publicum ieiunium indictū eſt ad diem certum noni menſis, in quo omnes conuenire deberent in templo ad deprecandum Deum: vt notant Lyra, Dionyſius, & Vatablus. Quod ſi in ipſo die, quo legit Baruch librum vniuerſo populo, lectus eſt etiam regi, & diſciſſus eſt culrello: cum Hebræi in ſuo Calendario in die 7. noni menſis: deſignēt ieiunium ob combuſtum à Ioakim volumen, quod conſcripſerat Baruch dictāte Ieremia, quaſi in die ſeptimo id contigerit: ſequitur publicum illud ieiunium indictum fuiſſe in ſeptimum diem noni menſis.

4. *Præcepit.*] Omnia illa verba à verſu quinto, [Et præcepit Ieremias Baruch, vſq; ad factum eſt] dicta eſſe anticipatè: & verſum nonum huic hiſtoriæ præfigendum, vt fecimus, & cetera contexenda eſſe cum verbis verſus decimi, legitq; Baruch ex volumine: ſatis conſtat. Nam Ieremias per annum quartum Ioakim vſque ad menſem Nouembrem anni quinti eiuſdem, ſcripſit librū: & mox, indicto ieiunio ad diem ſeptimum Nouembris, præcepit Baruch, vt iret in templum, & legeret in conſpectu omnis populi, quod licet prius renuiſſet, vt colligitur ex capite 45. increpatus fecit tandem. Nam legit librum in domo domini in Gazophylacio Gamariæ: ac proinde ſingula ſunt in Paraphraſi ſuo ordine collocata.

5. *Clauſus.*] Verbum עצור atzur, quod eſt participium præteriti verbi atſar, ſignificat, & clauſum eſſe, vt cap. 33. Ierem. 1. Cum adhuc clauſus eſſet in atrio carceris: & prohibitum eſſe, coercitum, aut detentum aliqua re, vt Iob. 4. 2. prohibitus eſſe, aut detentus in ſermonibus quis poterit: quod vulgatus dixit, conceptum ſermonem tenere quis poterit? 1. Reg. 21. 5. verè mulier prohibita eſt à nobis. Hoc eſt, continuimus nos ab heri, & nudius tertius. Igitur verbum illud, Ego clauſus ſum, omnes ferè interpretes accipiunt propriè, quod clauſus carcere teneretur Ieremias, & propterea ipſe in templum ire non poſſet. Sic Theodoretus, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, S. Thomas, & Vatablus. Nam quod voluiſſet ante diem illum ieiunij librum legere, aiunt Lyra, & Dionyſius in carcerem iuſſum fuiſſe conijci à Ioakim. Quod verò poſtea, & rex iuſſit eum comprehendi, & principes iuſſerunt illum abſcondi, ideo factum eſt, quod principes metuentes ne rex iratus illum occideret, è carcere liberum abire iuſſerunt. Nihilominus Dionyſius putat, in die, quo lectus eſt liber, non fuiſſe in carcere Prophetam. Idque Iſidorus ingenuè fatetur, non fuiſſe ſcilicet clauſum carcere: ſed detentum, cohibitum, aut impeditum ſpiritu diuino. Nam, & Tigorina prohibitus ſum: & Pagninus, detentus ſum, transferunt. Quemadmodum capite 20. 9. eodem verbo vſus Ieremias, de ſermone domini dixit, Et factus eſt in corde meo quaſi ignis æſtuans, clauſuſque in oſſibus meis. Significat ergo: Se clauſum teneri à ſpiritu, cohiberiq; ne templum adiret, & librum legeret: ne videlicet occideretur, vt eſt veriſimile. Et probatur ſic eſſe dicendū, quia in ipſomet die ieiunij, in quo dixit Ieremias ſe clauſum eſſe, dixerunt principes Baruch, vade, & abſcondere tu, & Ieremias, & nemo ſciat vbi ſitis. Et rex præcepit comprehendi Baruch, & Ieremiam, abſcōdit autem eos dominus. Erat ergo ſicut Baruch, liber Ieremias, eo ipſo die, ergo cum dixit: Ego clauſus ſum: non ſignificauit ſe carcere concluſum, ſed vi ſpiritus cohibitum, ac coercitū ne iret in templum. Nec enim dicendum eſt tam ſanctum prophetam metu fuiſſe detentum, ne ipſe librum legeret, cum id ei non præcepiſſet dominus, ſed legitimè impeditum per miniſtrum ſuum, qui ad id ſatis erat idoneus, Dei iuſſum executioni mandaſſe.

Ierem. 33. 1. *Iob 42.* *1 Reg. 21. 5.* *Ieremias non erat carcere clauſus anno 5. Ioakim.*

6. *Cadat.*] Ex Hebræo dicitur, ſi fortè cadat deprecatio eorū in conſpectu domini. Et Chaldæus quidem, S. Thomas, & Dionyſius, cadat exponūt accepta ſit: quod vulgò dicimus, *Por ventura le caera à Dios en gracia ſu oration*: Et ad hunc ſenſum dixit Ieremias cap. 37. 19. Sedeciæ. Nunc ergo audi obſecro Domine mi rex, cadat, vel valeat quæſo deprecatio mea in conſpectu tuo. Sed quia hæc verba adiecta ſunt, vt reddatur ratio lectionis ſermonum domini, quod ſermones domini lecti id eſſent effecturi, vt caderet oratio coram Deo: non vt Deus acceptaret, qui ſatis ad hoc ſe hic paratum oſtendit, ſed vt vniuerſus populus moueretur ad proſternendum ſe, & humiliter deprecandum; ideo melius Hugo, & Vatablus hunc internum ex humili corde precandi motum illa forma loquēdi aiunt

Ierem. 37. 19.

ſignificari; qui rurſus declaratur eum ſobditor, & A
reuertatur vnoſquiſque à via ſua peſſima. Prius
enim comminationes ex libro lectæ ad deſeren-
ex corde humilis deprecatio. dam vitam impiam erant inducturæ, deinde vt ex
eorde contrito, & humili ſe proſternerent co-
ram domino, ad deprecandom eum: non enim
orat, qoi ex tali corde non orat: ſic, ſi fortè ca-
dat, idem eſt quod ſi fortè proſternant, aut pro-
fundent, aut demittant precationem ſuam co-
ram domino; aut ſi fortè proſternant ſe, ac pro-
fundè demittant ad dominum deprecandum:
quemadmodum dicit ipſi Ieremiæ Sedecias cap.
38. 26. Dices ad eos: Proſtraui ego preces meas
Ierem. 38. 26 coram rege. Et Daniel cap. 19. 18. Neqoe enim,
inquit, in iuſtificationibus noſtris proſternimus
Daniel. 9. 18. preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus B
tuis multis. & verſu 20. Cumque adhuc proſter-
nerem preces meas in conſpectu Dei mei. Ad
hoc ergo lectus eſt liber, vt inducerentur Iu-
dæi ſe vt proſternerent, & ſupplices precaren-
tur veniam peccatorum à Deo. Hic eſt enim
Iſ. 27. 9. omnis fructus, Iſa. 27. vt auferatur peccatum.
Hoc vt ab hominibus obtineat Deus, tam ma-
gnifica promiſſa pollicitos eſt; & tam dura com-
minatus eſt ſupplicia: ſed veluti medicus peritiſ-
Deus medic⁹. ſimus, qui vt ſcelerum peſtiferos humores ex ani-
mo pellat, violentas, & amaras valdè potiones
miniſtrat, quamuis natura ad beneuolè meden-
dum, non ad moleſtè curandum propenſus ſit: ita
librum inuolutum comminationibos, lamenta-
tionibus, carmine, & væ plenom, vt volumen
Ap 10. 9 Ezechieli porrectum cap. 2. & 3. qoo deuorato
Iere. 15. 16. Ioannis venter amaricatus eſt, Apocal. 10. 9. 10. & C
Ieremias graoiſſimè doluit cap. 15. miniſtrari iuſ-
ſit populo vniuerſo; vt bis quaſi pillulis exciti
peccatorum humores, in ſeceſſom mitterentur,
& ſalutem à Deo toties oblatam cõſequerentor,
& à pœna, quæ culpis adhæret, liberarentor.
4. Reg. 15 32. 7. *Porta.*] Hanc portam Orientalem Chaldæos
vocat, & eſſe illã ſublimiſſimam, quam ædificauit
2. Para. 37 3. Ioathã 4. Reg. 15. 31. & 2. Parali. 37. 3. affirmant S.
Thomas, & Dionyſius noſqoe de ea ſumus locu-
ti cap. 26. nom. 3.
8 *Hyemalis.*] Habebat domos pro temporũ diuer-
ſitate diuerſas, quarũ aliæ paterent Aquiloni, aliæ
Auſtro, vt pro varietate temporũ frigoris & calo-
ris, cæliq; temperiẽ prouideret. Ioakim enim do-
mũ æſtiuã magnis ſumptibus, & operis pauperum
ædificaſſe ex c. 22. notũ eſt, vbi propterea grauirer
increpatur. Hoc aotẽ loco de domo hyemali mẽ
Amos 3. 15. tio fit. Et Amos 3. 15. dicitur: Percutiã domũ hye- D
malẽ cũ domo æſtiua, & peribũt domus eburneæ.
Quia ergo hyems erat, poſita erat atula coram eo
plena prunis. Hebraicè dicitur הָאָח haah ante eũ
ardebat. Et quidẽ nomẽ אָח ahh arulã vertũt Lxx.
Vulgatus, & Pagninos. Daoid Kimhi cũ Chaldęo
ignẽ eſſe potat. Tigurina, & Vatablus foculõ trãſ-
ferunt: nempè receptaculũ ferreũ, quo fouentur
carbones: quod huc, illucque portatur, vt volunt
Hugo, Lyra, & Dionyſius. Nam, & de Sybilla ait
Gellius. Gellius l. 1. Noct. Attic. c. 19. Tũ illa focolum corã
rege cũ igni appoſuit, & tres libros ex nouem de-
vrit. Ec ex ipſo textu conſtat fuiſſe vas igni cõſer-
uando aptũ: quia dicitur: & proiecit in ignem, qui
erat in foculo, donec cõſumeretur igne, qui in fo-
culo ardebat. Focul⁹ ergo receptaculũ erat ignis,
ſeu prunarũ, vt dicit Chaldæus: quas ardens regis
ira ardere faciebat, imo dęmonis anhelitus, qui &

A prunas incendebat, Iob 41. & cor regis ad ſermo- *Iob 41. 12.*
oes domini concremãdos cõcitabat: nimirũ pru-
nas fouens, qoibus olla totius Ieruſalem erat tan-
dem ſuccendenda, vt dictũ eſt c. 1. & templũ con-
cremandũ. Ita ſanè ſic, vt qui prunis ignis in focu-
lo cordis conſotis diuerſorum deſideriorũ rerum
ad hunc mondum pertinentium, præſertim deli-
cioſorum, Dei ſermones, variaſq; admonitiones
iotus, aut foris aduenĩẽtes ſuccenderit, cõbuſerit,
in fauillaſq; redegerit, ipſe ſibi prunas ardere fa-
ciat, quibus in inferno perpetuo igni cõburatur.
Sic enim Iſaias Dei nominè comminatur cap. 33. *Iſ. 33. 11*
concipietis ardorem, parietis ſtipulã: ſpiritus ve-
ſter vt ignis vorabit vos: & quem modo dæmonis
ſoccẽdit anhelitus, tunc flatus domini, vt torrens
B ſulphuris ſuccendet eũ. Iſ. 30. Atq; adeo cum nu- *Iſ. 30. 33*
trimenta habeat perpetuo duratura, & flatus dñi
ſemper ſit ſoffl aturus, nũquam ignis ille ceſſabit.
9 *Scalpello.*] תַעַר Haar nooaculam ſignificat, qua *Nu 6. 5.*
tonſor radit caput, Nu. 6. 5. Nouacula non aſcen-
det ſuper caput eius, & ita Pagninus vertit, ſicut &
Lxx. Vulgatus, & Tigurina trãſtulerunt ſcalpellũ
quo vtebantur ſcribæ ad radendã, & tẽperandam
membranam ad ſcribendũ, vt vult Dionyſius: ſed
ex adiecto nomine, ſcribę, intelligimus fuiſſe cul-
tellũ pennatiũ, qoo vtebantur ſcribæ ad calamos
temperandum: ſic enim Hugo, S. Thomas, Lyra,
Dionyſius, & Vatablus accipiunt. Verũ autem rex
ipſe manu ſua librũ conciderit, an Iodi qui lege-
bat: Hugo, Lyra, & Dionyſius exiſtimant Iudi ſci-
diſſe ad præceptũ regis. At Theodoretus inſinuat
ipſum regem id confeciſſe, & ita indicant Lxx. dũ
C ad hunc modũ transferunt. Et factũ eſt legẽte Iu-
di tres paginas, & qnatoor, abſcindebat illas oo-
uacula ſcribæ, & proijciebat in ignem, & proba-
tur, quia de præcepto regis non cõſtat, & difficile
creditu eſt ſcribam auſum librũ diſcindere, & in
ignẽ coram rege appoſitũ mittere. Deinde quia
regem id feciſſe furore commotum inde conſtat,
quod principes, qui aderant, regi contradixerunt
ne combureret librũ: & in ſequentibus repetitur
quod rex ipſe librum combuſiſſet: & propterea
grauiora ei dominus cõminatur ſupplicia: eſt er-
go veriſimilius, à rege librũ diſciſſum, & in ignem
miſſum. vt verè iniquo regi illud prouerbiũ con- *Contumatia regis.*
ueniat, Prou. 20. 25. ſicut acetum in nitro, ita qui *Pro 25. 20.*
carmina cantat cordi peſſimo, & rectè Gregorius
dixit, Niſi ſpiritus cordi adſit audiẽtis, ocioſus eſt
ſermo doctoris: nemo ergo docenti homini tri-
buat quod ex ore docentis intelligit, quia niſi in-
D tus ſit qoi doceat, doctoris lingua exterius in va-
cuũ laborat: vnctio eius docebit vos de omnibus
ait Ioannes 1. ſua Epiſt. c. 2. per vocẽ ergo non in- *1. Ioan. 2. 27.*
ſtruitur, quando mens per ſpiritum non vngitur.
Rex igitur Ioakim cũ ſerois ſuis, quia non fuerũt
ſpiritus ſancti gratia, qua propheta illuminati,
verba Dei audire aure corporis poterãt, ſed aori-
bus cordis nõ poterãt, quas dominus requirit, cũ
Math. 13. dicit, qui habet aures audiendi audiat. *Mat. 13.*
10 *Sciderunt.*] Stupiditatem regis, & ſeruorũ eius
oſtendit, quod cũ audiſſent tam tremendos ſer-
mones, non timuiſſent, ac ita pro ſuis culpis do-
luiſſent, vt in ſignũ doloris veſtimẽta diſcinderẽt:
hęc enim eſt prophetæ admirationis cauſa, vt no-
tant Theodoretus, S. Thomas, Dionyſius, & Va-
tablus. Quãuis Hugo huius admirationis cauſam
eſſe dicat voluminis combuſtionem, in qua gra-
uiſſimo ſacrilegio peccatũ eſt: dum rex non tantũ

non attendit ſermones Domini, vt timore con- A cepto vitam mutaret,& Deum placaret:ſed quod auget delictum, concepta irā, illos igni tradidit, vitamque magis labefactauit, Deumque magis irritauit,quod dignum erat grauiori dolore. Sed Propheta tantum meminit illius ſtuporis,qui regem tenebat,& ſeruos eius, tam ingentis, vt impediret mentem, ne tantum ſupplicium timerēt, & culpam illud merentem dolore dolerent. Licet per ſermones, cum inquit, qui audierunt omnes ſermones iſtos, more ſcripturæ, poſſimus res intelligere, nam nomen דָבָר Dauar, hanc etiam habet ſignificationem, vt 2. Reg. 3. 13. ſed vnam rem *2. Reg. 3. 13.* pero à te, 3. Reg. 20. 9. hanc autem rem facere *3. Reg. 20. 9.* non poſſum. Hac phraſi dixerunt Paſtores Lucæ *Lucæ 2.* 2. Et videamus hoc verbum, (ideſt rem hanc) B quod fecit Dominus,& oſtendit nobis. Hoc eſt ergo quod dicit Ieremias, Et non timuerunt, neque ſciderunt veſtimenta ſua, rex, & omnes ſerui eius, qui audierunt omnes ſermones iſtos, id eſt, qui cognouerunt res tam nefarias, ac deteſtādas. Et ſanè ſicut nullum eſt in hac vita malum tam ingens, quod dolore cordis curari mereatur, vt *Veſtes ſcindēdi vſus.* eſt culpa, quę aufert à corde Deum: ita in nullum malum magis quadrat illud doloris ſignum, quo ſcindūtur veſtes, quam in blaſphemiam, & in iniuriam Deo illatam. Legimus multos grauiter *Iob 1. 20.* doluiſſe, ac veſtes diſcidiſſe, vel ob res amiſſas, ac *Gen. 37. 34.* filios interfectos, vt Iob cap. 1. v. 20. & Iacob. Gen. 37. 34. qui ſciſſis veſtibus indutus eſt cilicio lugēs *Dolor ad culpam delendam datus.* filium ſuum multo tempore: vel ob amicorum indignam necem, vt fecit Dauid, 2. Reg. 1. 11. qui apprehendens veſtimenta ſua ſcidit, omneſque C viri, qui erant cum eo,& planxerunt,& fleuerunt, *2. Reg. 1. 11.* & ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper Saul,& alij alias ob cauſas; ob aliaque quæcunque mala; quæ quidem remoueri minimè poſſunt, neque eis aliquod remedium adhibetur tali medicamine. Nam quod doleas, aut triſteris, non reuocabis filium, aut amicum mortuum, non recuperabis res amiſſas: quinimo, & ſalutem lædes tuam, & vitæ non parum nocebis, rectè nimirum reſpon- *2. Reg. 12. 22.* dit Dauid. 2. Regum 12. 22. propter infantem dum adhuc viueret ieiunaui, & fleui: dicebam enim quis ſcit ſi fortè donet eum mihi Dominus,& viuat infans, nunc autem quia mortuus eſt quare ieiunem? nūquid potero reuocare eum amplius? ego vadam magis ad eum, ille vero non reuertetur ad me. Hinc Chryſoſtomus homil. 5. ad po- *Chryſoſtomus.* pulum Antiochenum, Triſtitia ob id nobis data *Triſtitia quare ſuſcipienda.* eſt, inquit, non vt in morte, aut in vlla alia re doleamus, ſed vt deleamus peccata: ſicut enim remedia medica propter eos ſolum morbos facta ſunt, quos tollere poſſunt, non propter alios, quibus nihil vtilitatis afferent: nam medicina lippitudinis, non propter ſtomachum, ſed propter ægritudinem oculorum facta eſt, ſic triſtitia nullam affert vtilitatem alijs omnibus, quę nobis accidunt, præterquam peccato: verbi gratia, pecunia quis mulctatus eſt, doluit, non emendauit: filium amiſit, doluit, non reſuſcitauit mortuum, nec profuit: flagellatus eſt quis, alapis cæſus, contumeliis affectus, doluit, non reuocauit contumeliam: in ęgritudinē quis incidit, doluit, non ſuſtulit, imo difficiliorē reddidit: at peccauit quis, triſtatus eſt, peccatum deleuit: nam quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: Igitur triſtitia ſolum facta eſt propter peccatum, à quo nata eſt, ideo vt tinea lignum ipſum corrodit,& abſumit. Iam cum rex Ioakim tam grauiter deliquiſſet cum ſeruis ſuis, non ſolum non vſus eſt medicina culpæ delendæ à Deo data, nempe dolore, ſed auxit potius culpā, & reſpuit remedium: qua de re iure admiratus eſt Propheta.

11 *Abſcondit.*] Miraculo id factum eſſe exiſtimant S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, ſiue quod cum remanſiſſent inter eos, qui quærebant, oculos quærentium Deus tenebat, ne eos viderent, quemadmodum Chriſtus Ioan. 8. 59. cum vellent *Io. 8. 59.* Iudæi lapides iacere in eum, abſcondit ſe, & exiuit de templo: ſiue quod ad locum aliquem eos tranſtulit, vt Elię dicebat Abdias 3. Reg. 18. 12. Cū *3. Reg. 18. 12.* receſſero à te, ſpiritus domini aſportabit te in locum, quem ego ignoro. Sed ſatius eſt quod videtur Chaldæo, Rabano, & Hugoni, Ieremiam & *Ierem. & Baruch abſconditi à Deo.* Baruch opportunè è medio ſeceſſiſſe, ac fugiſſe extra vrbem: aut intra vrbem, in domo ciuis alicuius Deo cari ſeſe abſcondiſſe, poſtquam à principibus ſunt admoniti, vt ſeſe abderēt in aliquem locum, vbi laterent: nam tunc Deus ſic illos protexit,& quærentes eos excæcauit, vt eos offendere non poſſent,& hoc eſt abſcondit eos dominus, hoc eſt protexit, eripuit è manibus quærentium animam eorum, quemadmodum Pſ. 16. v. 8. dici- *Pſ. 16. 8.* tur, Sub vmbra alarum tuarum abſcondes me, *Pſal. 30. 21.* ſeu protege me,& Pſ. 30. 21. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum, & Iſaiæ 49. 2. In pharetra ſua abſcondit me: nec *Iſ. 49. 2.* enim opus erat miraculo, vbi ſatis temporis habuere ad ſecedendum, & ſatis abſcondit eos Dominus, ſi ita cohibuit quærentes, vt non poſſent eos inuenire. Fruſtra proinde aliquid agere nititur, vt inquit Rabanus, humana præſumptio, vbi reſiſtere voluerit diuina dominatio. Præcepit rex terrenus vt cōprehenderentur Propheta, & notarius eius, & mitterentur in carcerem, ſed abſcondit eos rex cæleſtis, hoc eſt, protexit, ne humana malitia læderetur ſanctorum innocentia: cuſtodit enim dominus omnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdit, & ambulabunt homines vt cæci, quia domino peccauerunt.

12. *Ex eo.*] Duo peculiaria mala comminatur Dominus Ioakim, & tertium commune cum alijs: primum eſt, nullum ex eo ſuperſtitem futurum qui loco eius regnaret, ſuper ſolio Dauidis. Nam licet duos filios habuerit, Ieconiam, & Sedeciam, vt dicitur 1. Paralip. 3. 15. & Ieconias, ſeu *1. Paral. 3. 15.* D Ioakim regnauerit tribus mēſibus,& decem diebus, tamen id tempus tam modicum fuit, vt nullum cenſendum fuiſſe exiſtiment Theodoretus, Hugo, Lyra,& Dionyſius, præſertim cum nullus è poſteris huius ſucceſſerit in regno:& ea propter ita locutus eſt Ieremias. Dubia vero, quæ aduerſus hæc expedienda erant, late tractauimus ſuper caput 22. numero 16. vbi ſimul de poſteris Ioakim, & filij eius diſſeruimus. Alterum quod comminatur malum contra Ioakim illud eſt, cadauer eius proijciendum ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem: de quo late ſumus locuti ſuper illud idem caput 22. numero octauo. Tertio comminatur extremum exitium captiuitatis adducturum in omnes, quod toties fuerat comminatus.

13. *Additi.*] Ex Hebræo ſic habent hęc verba: Et adhuc addita ſunt ſuper ea verba multa ſicut iſta;

quæ

quæ ſic tranſtulere Septuaginta. Adhuc additi ſunt ſermones ei, nempè libro, plures vt iſti: hoc eſt, eiuſdem generis; aut ſimilis ſententiæ eum illis, vt Pagninus, & Vatablus exponunt. Nec aſſentiendum eſt R. Salomoni, quem tuetur Lyra, aſſerenti, in priori libro ſcripta fuiſſe lamentationum duo prima capita cum quarto: in poſteriori additum tertium continens triplex alphabetum: quia, vt dicemus eo loco, lameotationes rerum geſtarum fuerunt: hic verò ſcripta ſunt, quæcunque à decimo tertio Ioſiæ Ieremias acceperat prædicanda: ne humana malitia præſumat in Deũ, cuius verba, etſi libri comburantur, non intereunt. Animaduertimus autem hinc, finem ſcribendorum librorum ſacræ ſcripturæ hunc fuiſſe, vt promiſſionibus, ſupplicijs, & exemplis lectis, quæ in eis continetur, vitam ea doctrina dignam traducant, Deumque ament, timeant, colantque propterea ſcribẽdi voluminis ea ratio addita eſt: ſi fortè domus Ioda, audiens omnia mala, quæ ego delibero eis facere, reuertatur quiſque à via ſua mala, & propiuus ſim iniquitati eorum, ſcripta prætetea ſunt, vt ſi memoria excidant, repeti facile poſſint: & ex alieno capite ſapiẽtiores euadamus, depicta intuentes ſupplicia malis inflicta, & præmia, iuſtis cumulatè retributa, & Deum omnibus largiſſimè bona ſua, & multiplicia, & ingentia, impertientem.

CAP. TRICESIMVMSEPTIMVM.

1 ET regnauit rex Sedecias filius
Ioſiæ pro Iechonia filio Ioakim, quem conſtituit regem
Nabuchodonoſor rex Babylonis in terra Iuda.‖ Et non
2 obediuit ipſe, & ſerui eius, & populus terræ verbis domini, quæ locutus eſt in manu
Ieremiæ prophetæ.‖ Et miſit rex Sedecias
3 Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniam filiũ
Maaſiæ ſacerdotem ad Ieremiam prophetam, dicẽs: Ora pro nobis dominum Deum
noſtrum.‖ Ieremias autẽ liberè ambulabat
4 in medio populi: non enim miſerant eum
in cuſtodiam carceris. Igitur exercitus
Pharaonis egreſſus eſt de Ægypto, & audientes Chaldæi, qui obſidebant Ieruſalem, huiuſcemodi nuncium, receſſerunt ab
5 Ieruſalem.‖ Et factum eſt verbum domini
6 ad Ieremiam prophetã, dicens:‖ Hæc dicit
dominus Deus Iſrael: Sic dicetis regi Iuda,
qui miſit vos ad me interrogandum: Ecce
exercitus Pharaonis, qui egreſſus eſt vobis
in auxilium reuertetur in terram ſuam in
Ægyptum:‖ Et redient Chaldæi, & bella-
7 bunt contra ciuitatem hanc: & capiẽt eam,
8 & ſuccendent eã igni.‖ Hæc dicit dominus:
Nolite decipere, animas veſtras, dicentes:
Euntes abibunt, & recedent à nobis Chal-
9 dæi, quia non abibunt.‖ Sed & ſi percuſſeritis omnẽ exercitum Chaldæorũ, qui præliãtur aduersũ vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: ſinguli de tẽtorio ſuo conſurgẽt, & incendent ciuitatẽ hãc igni.

PARAPHRASIS.

DVCTO Ieconia filio Ioakin Babylonem, Nabuchodonoſor Rex Babylonis conſtituit Sedeciam Ioſiæ filium pro eo regem Iudæ. Sedecias anno 8. & 9.
Qui cum ſermonibus Domini, quos per Ieremiam Prophetam loquebatur, nec ipſe, nec ſerui eius, nec populus illi ſubiectus obtemperaret, ad octauum eius regni annum venit Nabuchodonoſor cum exercitu ſuo aduerſus ipſum, & obſedit Ieruſalem. Sedecias autem ingenti metu correptus miſit Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem ad Ieremiam prophetam (qui libertate ſua adhuc potiebatur, nondum coniectus in carcerem) deprecaturos eum, vt preces pro eis funderet ad dominum Deum, eumque de belli exitu ſciſcitaretur: audierat autem iam tunc exercitum Pharaonis egreſſum ex Ægypto, vt ſibi opem ferret contra Chaldæos: & ipſi Chaldæi percepto rumore de aduentu Pharaonis, ſeceſſerunt ab Ieruſalem in occurſum illius. Ieremias igitur ex domini reuelatione in hunc modum reſpondit legatis Sedeciæ. Sic dicetis regi Iuda, qui miſit vos, vt me de huius belli exitu interrogaretis: exercitus Pharaonis, qui egreſſus eſt ex Ægypto, vt vobis opem ferat, reuertetur in terram ſuam, & redibunt Chaldæi, & oppugnabunt vrbem hanc, capient, ignique ſuccendent. Quare ne velitis decipere vos, dicentes: Chaldæi nunc omninò recedent à nobis, & liberabimur, non enim abibunt: quinimò ſi percuteretis omnem exercitum Chaldæorum oppugnantem vos, & ſolum ex eis vulnerati reliqui eſſent, ſoli ipſi ex tentorio quiſque ſuo, ſi conſurgerent, ſatis eſſent, vt incenderent vrbem hanc.

Igitur abeunte exercitu Chaldæorum ab Ieruſalem propter exercitum Pharaonis, Ieremias egrediebatur ex vrbe, vt iret in terram Beniamin, in patriam ſuã, vt coram ciuibus ſuis [3] hæreditatem ſuam partiretur. Cum perueniſſet autem ad portam Beniamin, apprehenſus eſt ab Iena filio Selemiæ filij Hananiæ, qui ei portæ cuſtodiendæ erat [1] præpoſitus, ac dicente, ad Chaldæos transfugis, reſpondit Ieremias, falſum eſt, non enim ad Chaldæos transfugio. Noluit autem Ierias eum audire, ſed comprehenſum adduxit ad Principes, qui in eum irati, [4] percuti fecerunt, detruſeruntque in carcerem, qui erat in domo Ionathan ſcribæ, qui tunc carceri erat [5] præpoſitus. Detruſus eſt ergo Ieremias in domum [6] lacus, & ad ergaſtula, vbi per multos delituit dies. Poſtea vero Rex Sedekias, accerſiuit eum, interrogauitque domi ſuæ clanculum, [7] eſt-ne hæc tua prophetia, quam nobis denuncias, à Domino? eſt ſanè, reſpondit, & tu in poteſtatem Regis Babylonis deuenies: & ſubdidit. Quod facinus in te commiſi, aut in ſeruos tuos, aut etiam in populum tuum hunc, propter quod me in carcerem detruſeris? nonne [8] ex iis ipſo conſtat à Domino eſſe meam prophetiam, veſtroſque prophetas decepiſſe vos, cum prædicabant, non veniet rex Babylonis contra vos, nec contra terram veſtram. Ergo vel nunc permitte me tibi loqui domine mi rex, & præſta mihi hoc vnũ, quod efflagito à te, ne me reduci iubeas in domum Ionathæ ſcribæ, ne moriar ibi. Gratum id habuit rex, & præcepit, vt Ieremias ſtatueretur [9] in veſtibulo carceris, vbi daretur illi [10] torta panis quotidie, præter obſonia, donec conſumerentur panis omnis, qui ſupererat in vrbe: manſit itaque Ieremias in veſtibulo carceris vſque ad vrbis expugnationem.

| Ergo cum receſſiſſet exercitus Chaldæo- 10
rum ab Ieruſalem propter exercitum Pha-
raonis, | egreſſus eſt Ieremias de Ieruſalem 11
vt iret in Terram Beniamin, & diuideret
ibi [2] poſſeſſionem in conſpectu ciuium.
| Cumq; perueniſſet ad portam Beniamin, 12
erat ibi [1] cuſtos portæ per vices, nomine Ie-
rias, filius Selemiæ filij Hananiæ, & appre-
hendit Ieremiam Prophetam, dicens: Ad
Chaldæos profugis. | Et reſpõdit Ieremias: 13
Falſum eſt, non fugio ad Chaldæos. Et non
audiuit eum: ſed comprehendit Ierias Ie-
remiam, & adduxit eum ad principes.
| Quam ob rem irati principes cõtra Iere- 14
miam, [4] cæſum eum miſerunt in carcerem,
qui erat in domo Ionathã ſcribæ: ipſe enim
[5] præpoſitus erat ſuper carcerem. | Itaque 15
ingreſſus eſt Ieremias in domum [6] laci, &
in ergaſtulum: & ſedit ibi Ieremias diebus
multis. | Mittens autem Sedecias rex tulit 16
eum: & interrogauit eum in domo ſua abſ-
conditè, & dixit: [7] Putaſne eſt ſermo à Do-
mino? Et dixit Ieremias: Eſt. Et ait: In ma-
nus regis Babylonis traderis. | Et dixit Ie- 17
remias ad regem Sedeciam: Quid peccaui
tibi, & ſeruis tuis, & populo tuo, quia miſi-
ſti me in domum carceris? | [8] Vbi ſunt pro- 18
phetæ veſtri, qui prophetabant vobis, &
dicebant: Non veniet rex Babylonis ſuper
vos, & ſuper terram hanc? | Nunc ergo 19
audi obſecro domine mi rex: Valeat de-
precatio mea in conſpectu tuo: & ne me
remittas in domum Ionathan ſcribæ, ne
moriar ibi. | Præcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Ieremias [9] in veſtibulo carceris: & 20
daretur ei [10] torta panis quotidie, excepto pulmento, donec conſumerentur omnes
panes de ciuitate: & manſit Ieremias in veſtibulo carceris.

ARGVMENTVM.

NABVCHODONOSOR Ieroſolymam obſidens ob rebellis Sedeciæ inobedientiam, ob aduentum Ægyptiorum obſidionem deſeruit: interim rogatus Ieremias de belli exitu, reſpondit rediturum Babylonium, & vrbem combuſturum. Cumque falſo putaretur transfugere ad Chaldæos, in carcerem teterrimum detruſus eſt: vnde à Rege accerſitus, vt iterum de exitu rogaretur, tandem obtinuit vt in liberiori carcere collocaretur, vbi vſque ad expugnationem vrbis permanſit.

COMMEN-

COMMENTARIVS.

Iere. 34. 1 **ET NON.**] Ex his, quæ diximus cap. 34. num. 1. conſtant, & tempus, & ordo eorum, quæ in hoc capita referuntur: multa enim, & per anticipationem referuntur prius, multa quoque poſterius per recapitulationem, quæ ſuo loco, vt clarior fieret ſeries hiſtoriæ collocabimus, quatenus illi vidabatur aſſę magis conſentaneum.

Fuga Ieremiæ ratio. 2. *Poſſeſsionem.*] Hebræa ad verbum ſic habent: Ad diuidendum inda in medio populi: Supple, ad diuidendum, vel vt diuideret ſeipſom, & verbum לְחַלֵּק lahhalik coniugationis hipbil, blandiri ſignificar, ſau lanire, tum etiam, & diuidere: & ita Vatablus vertit, vt lubrificarer ſe, hoc eſt more rei lubricæ ſa inde præriperet, vt ſecederet inde, aut ſegregaret, aur diuerteret clã, ac dilaberetur. B Illud autem, in medio populi: & Vatablus quidem intelligit voluiſſe Ieremiam clam elabi, & ſa ſubducere ex vrbe admiſtum turbæ egredienti in agros ſoluta obſidione, nam runc maximè elabi, & eripere ſeſe ſolent bomines, volebat igitur in medio populi agredienris, oe agnoſceretur, egredi. Tigurina verò, Pagninus, & alij ב in, accipiunt pro מִן min, volebat ſe præripere de medio populi, & ſeſe abſcoudere: quia ęrat in medio populi, boc eſt, notus omnibus, & timebat ne eum couijcarent in carcerem: præſertim cum dixiſſet, atiamſi percuſſeritis Chaldæos, perfoſſi, & ſemimortui reſurgent, & incendent ciuitatem veſtrã. Et hi quidem ſic: Septuaginta vero, neſcio qua rationa verterunt, vt emetet inde in medio populi: quæ Theodoretus explanat, vt emeret inde panas inter familiares ſuos. Nam panis deficiebat Ieroſolymis, egredıebatur, vt ex Anathotb panas ſibi coëmeret è ciuibus ſuis, & familiaribus. C Ar Chaldæus, quem ſacutus videtur vulgatus interpres, ſic interpretatur, vt diuideret hæreditatem quam habebat filiis ſuis, & fratribus in medio populi. Hoc eſt ſecundum Hugonem, ac S. Tbomam, vt partem ſortis ſuæ, quæ ei contigerar ſacerdoti, diſtribuaret propinquis, aut aliis, vt ipſe ſine ſolicitudine remaneret, nihil quidem habens, & omnia poſſidens, iuxta conſilium Pauli 2. ad Cor. 6. qui ſenſus magis conuenit lectioni vulgatæ. Nam ille alius S. Tbomæ, Lyræ, & Dioniſij, ad id egteſſum Ieramiam, vt ſuam poſſeſſionem, quam emerat à patruele ſuo, vt refertur cap. 32. ab alio poſſeſſam ſibi aſſumeret, & ab eo qui habebat, diuiderer, ac ſegregaret, falſus omnino eſt, vt rectè Hugo animaduertit: quia fuga hæc contigit antequam detruderetur in carcerem Ieremias, imò ex hac occaſione coniectus eſt: illa autem emptio facta eſt cum iam diu eſſet concluſus in carcere. D Ergo Ieremias videns iam imminere totius Iudeæ vaſtitatem, ſeſequa captiuum ducendum, voluit occaſione diſponendi da rabus ſuis, abire in Anathoth, & ſeſe ab Ietoſolymis ſubducere.

2. Cor. 6. 10.

Ier. 32. 7

Ierias nepos Hananiæ prehēdit Ieremiā. 3. *Cuſtor.*] Hebraicè: Erat illic dominus præfecturæ, & nomen ei Ierias. Hoc eſt, erat ibi vir, cui demandata erat cuſtodia omnium portarum, quia ad ipſum ſpectabat cuſtodes ſingulis portis conſtituere, vel certè, vt omnes intelligunr, præpoſitus erat illi portæ cuſtodiendæ. Hic autem arat nepos Hananiæ, vt notat Lyra ex R. Salo- A mone, cui mortem celerem comminatus eſt Ieremias cap. 28. & ob id in eum infenſus, necaudiit eius excuſationem, & ad magiſtratus, vt transfugam puniendum adduxit, feros homines, qui non ſunt veriti manus in Prophetam inijcere.

Ierem. 28. 16.

Ieremias percutitur. 4. *Cæſum.*] Percuti fecerunt, vertit Pagninus: ceteri, percuſſerunt eum, tanta erant feritate, tanto furore ſuccenſi, vt Ieremiam, vel pugnis, aut colaphis percuſſerint, aut flagellis ceciderint, vt volunt Rabanus, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius hîc, & Abulenſis q. 39. & vltima in lib. quarto Ragum, vel per ſeipſos, quod ſi de pugnis loquamur, mihi perſuadeo, vel per alios, ſi de flagellis, quod inhoneſta res eſſet, & ignominioſa principibus viris id per ſe facere; quamuis itatus inſaniat, & ignominioſiora ſolear aggredi.

5. *Præpoſitus.*] Ex Hebræo ſic habet hæc ſententia, Et poſuerunt eum in domo carceris, in domo Ionathæ ſcribæ, nam ipſum fecerunt domui carceris: boc eſt præfecerunt: ſic intellexerunr Vulgatus, & Tigurina, nam pronomen אֹתוֹ otbo, quia maſculini eſt, Ionathan refert, non domum: nihilominus Septuaginta, Chaldæus, Pagninus, & Vatablus volunt domum referre, & ita transferunt, quia hanc, vel ipſam fecerant in domum, vel domum carceris; quod, vt ait Theodoretus, cuſtodia publica vinctis plena erat, vel potius, quod in domo Ionathę arctiorem carcerem conſtituerant magiſtratus, in quem inſigniores reos couijcerent; nam propterea vocatur domus laci, & ergaſtulum, vt iam explicamus.

Laci nomē quid notet. C 6. *Laci.*] In domum הבור habor laci, vel lacus, vt Septuaginta, Vulgatus, Tigurina, Pagninus, & Vatablus tranſtulere; per metaphoram vero hoc nomē accommodatur ſepulchro, vt Pſal. 27. 1. Et aſſimilabor deſcendentibus in lacum. Ezec. 31. 14. Ad eos, qui deſcendunt in lacum: & carceri, vt Exod. 12. 29. vſqua ad primogenitum captiuę, qui eſt in domo carceris. Gen. 41. 14. Eductũ de carcere Ioſepb totonderunt: qua rationa acceperunt Cbaldæ' hoc loco, & Dionyſius, ac alij, quod adeo teter eſſet, & borridus, vt merito lacũ tenebricoſum, & obſcurũ referret ſepulcrum: Non verò, vt dicit Lyra, quod in domo illa eſſet lacus, in quem dãnati conijciebãtur. Quod autē addit ואל החניות Veel bahani ioth, ſignificat mãſiones, habitacula ad pernoctandũ, hoſpitia, & loca, vbi manebãt detēti: ſic Tigurina vertit: & in profundiſſimas mãſiunculas, Pagn. in locũ vbi manebant detēti, hoc aſt, in locũ horrendæ fouex, & atrę, & ad cellulas, D vbi detinebantur vincti. Vulgatus, & Vatablus transferunt ad ergaſtula, dicta à Græco ἐργάζομαι operor, quod carcer eſſet in quo à ſeruis vinctis quidpiã operis quotidie exigebatur, vnde Liu. 2. ab V. C. ductum, ait, ſe à creditore, nõ in ſeruitiũ, ſed in ergaſtulũ, & carnificinã eſſe. Ex quo ſar cõſtat, quã teter, ac borridus eſſet carcer, qui obſcuriſſimis cellulis ad reos continendos conſtabat: & propterea non immerito LXX. verterunt bîc, ad vincula; adeo grauia, vt Ieremias rogarit regē ne ſe reduci iuberet in domũ Iooathæ ſcribæ, ne ibi moreretur. Nec mirari quiſpiam debet de teterrimo carcere, in quē coniectus eſt Ieremias; quod apud omnes ferè gentes, ita erãt horridi, ac tene-

Pſ. 27. 1.

Ezec. 31. 14.

Exod 12. 29.

Gen. 41. 14.

Ergaſtulum.

Liuius.

Carceres horridi.

bricoſi carceres, vt mortem quãdam diuturnam A
præferrẽt: eiuſmodi fuit Athenis celebratus re, &
nomine Barathrũ, & Syracuſis Latomię nomina-
tus, & Romæ Tullianus, qui Robori adiectus eſt,
Liuius. de quo Liuius lib. 38. in carcere vir clariſſimus
inter fures, & latrones includatur, & in Robore,
ac tenebris expiret; de Tulliano vero Saluſtius in
Saluſti. Catilin. eſt locus in carcere, ait, quod Tullianum
appellatur, vbi paulatim aſcenderis ad læuam cir-
citer duodecim pedes humi depreſſus, eũ muniũt
vndiq; parietes, atq; inſuper camera lapideis for-
nicibus iuncta, ſed inculta tenebris, odore fœda,
atque terribilis eius facies eſt: eiuſmodi quoque
fuit carcer Cyzicenus, qui eo quod altiſſimus eſ-
ſet, adeoque deorſum depreſſus, profundũ maris,
Beda. dictus eſt, de quo locutum arbitratur Beda lib. q.
q. 3. H. 8. ex Theodoro, Paulum cum in poſterio- B
2. ad Co. 11. 26. ri epiſtola ad Cor. c. 11. Nocte, & die, dixit, in pro-
fundo maris fui. Tales erãt ſanè Ieroſolymis car-
ceres profundi, & tenebris obſiri, vti hic, in quem
coniectus eſt Ieremias, rectè ab ipſo deſcriptus in
Thr. 3. 5. Threnorum 3. cap. Quos propterea Chriſtus vo-
Tenebræ exteriores. cat. Math. 8. 12. Tenebras exteriores, in quas eij-
cientur filij regni. Et Math. 22. 13. Qui non habe-
Math. 8. 12. bat veſtem nuptialem. Et c. 25. 30. Seruus inutilis:
non quidem ita dictus, quod carcer eſſet extra
Mat. 22. 13. vrbem, aut ſaltem extra mœnia: nam Actuũ 12. 10.
Petrus eductus è carcere tãdem ad portam ferreã,
Mat. 25. 30. quæ ducit ad ciuitatẽ, peruenit, quod eſſet, extra
Act. 12. 10. muros vrbis, vt idem ſit coniectum eſſe aliquem
in tenebras exteriores, ac in carcerem exteriorẽ:
non inquam hæc ratio vera eſt, nam carcer ille
Herodianus intra primum, & ſecundum murum
erat exædificatus, ſiquidem tribus muris conſta- C
Ioſephus bat ciuitas, vt refert Ioſeph. l. 6. de Bello Iud. c. 6.
Et licet eſſet in media ciuitate, cum tres aut qua-
tuor haberet portas, quæ ducebat in ciuitatẽ, hoc
eſt in viam publicam, erat ferrea: necdum quod
Chriſtus, illo modo loquendi grauiſſimum, & te-
terrimum carcerẽ volebat ſignificare, qualis erat
in quem coniectus eſt Ieremias, qui erat domus
Ionathæ ſcribæ regij, qui forte ſuperabat omnes
alios, ac propterea non erat quod Chriſtus reij-
ceret improbos in carceres exteriores, ſed in in-
teriores. Ratio igitur ex cõſuetudine Græcæ lin-
Græca lingua vſus. guæ cõmunior eſt comparatiuum accipi pro ſu-
perlatiuo, vt qui dixit improbos in tenebras exte-
riores eijciendos, velit dicere in tenebras extre-
mas, & ſummas, hoc eſt in carcerem teterrimũ, &
ſummis tenebris horridum, quemadmodũ illud
2. Pet. 1. 19. dictũ Petri in 2. ſua epiſt. c. 1. 19. Et habemus fir- D
miorem Propheticum ſermonem, cui benefacitis
attendentes, doctores accipiunt pro firmiſſimũ,
ne dicamus prophetias veteres firmioris eſſe ve-
ritatis, quã vocem in monte ſuper Chriſtũ trans-
figuratũ delapſam: cum omnis fidei diuinę ſermo
eiuſdem ſemper ſit firmitatis. Cum igitur tene-
brarum nomine in ſcriptura ſacra carcer intelli-
gatur, tenebrarum exteriorum nomine: etiam
carcer extremè tenebricoſus intelligẽdus eſt, qui
referat inferni tenebras, & horrorem.
Sedecias rogat Ieremiam. 7. *Putáſne.*] Hæc Sedeciæ interrogatio, quæ ad
verbũ ſic habet. Nom eſt ſermo à domino? Et di-
xit Ieremias, eſt. Et dixit, in manũ regis Babel tra-
deris: duplicẽ poteſt habere ſenſũ; vel quod velit
certior fieri de iã denũciata prophetia, dicens: eſt-
ne hoc negotiũ à domino? hæc tua prophetia, qua
tã conſtãter denuncias rediturũ Babyloniũ, eſtne
reuera à dño? an à temetipſo hoc dicis? qua ratio-
ne Hugo, Tigurina, & Vatablus accepiſſe videtur.
Vel vt velit ſcire ſit ne aliqua noua reuelatio, ac ſi
dicat: Eſt-ne tibi aliquid denuo reuelatũ circa res
noſtras à domino? & hunc ſenſum indicant verba
Hebræa, Lxx. & Vulgatus, & ſic exponunt Theo-
doretus, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius. Et ex reſ-
ponſione patet, quia dixit, eſſe ſibi aliquid reuela-
tum, nempè in manũ regis Babel traderis. Et ille
quidẽ interrogabat nõ quod dubitaret de prænũ-
ciatis propheticis, ſiquidẽ Ieremiam tãquam pro-
phetã interrogar, ſed vt aliquid boni nuncij ab eo
extorqueret ſi poſſet: nam improbi, cũ tot modis
cognoſcant ſuam viuendi rationem deuiam eſſe:
at non ſemel interrogant ſapientes, vt ſi quod re-
ſponſum inueniant, quo ſua ſtudia tueantur, vt in
ipſis tuto perſiſtant.
8. *Vbi ſunt.*] Probat Ieremias ſe verũ eſſe prophe- *Exitus probat verũ prophetam.*
tam, qui dixerat reuerſuros Chaldæos: alios autẽ,
qui non reuerſuros prædicabant, falſos, ipſo exitu
rei, vt notant Theod. S. Thomas, Lyra, & Dionyſ.
iuxta illud cap. 28. 9. Propheta, qui vaticinatus eſt *Ier. 28. 9*
pacẽ, cũ venerit verbũ eius, ſcietur propheta, quẽ
miſit dñs ĩ veritate: quare implicite cõcludit illos
quidẽ in vĩcula fuiſſe cõijciẽdos, ſe vero minimè.
9. *In veſtibulo.*] In atrio cuſtodię habetur ĩ Hebręo
quia hoc beneficiũ voluit rex cõferre Ieremiæ, ne
remitteretur in carcerẽ Ionathę, qui erat priuat⁹,
& horridus: ſed iuſſit deponi tanquã depoſitũ, nã
idẽ verbũ, quod hîc ponitur, vt traderetur, ſeu, &
poſuerũt, ſeu cõmandauerũt eũ, in c. 36. v. 20. ver- *Iere. 36. 20.*
ſũ eſt à vulgato: porrò volumẽ cõmandauerunt in
gazophilatio Eliſamæ: ĩ atrio carceris publici, qui
C erat in domo regis, vt conſtat ex c. 32. v. 2. publicũ *Ier. 32. 2.*
carcerẽ interpretãtur Theod. & Vatablus: & in li-
beriori parte illius, nẽpe in atrio eius, nõ in man-
ſionibus vinctorũ: & hoc diuina prouidẽtia factũ
eſt, quod plures ad eũ accederẽt audiẽdũ in eo lo-
co, qui in carcere Ionathæ nõ poſſent audire, qui-
bus denunciauit quæ cap. 32. & 33. referuntur.
10. *Torta.*] Hæc verba variè ſunt tranſlata: ſic autẽ
habent, & dedit ei כבר chichar panis מחוץ האפים
mihhuz haophim. Primũ nomẽ chicar magnum *Cibus Ieremiæ deſignatus.*
panẽ ſignificat ſecundũ Dauid kimhi, rotundũ, &
planũ, portionẽ orbicularẽ, aut maſſam, qualis eſt
etiã auri, vel argẽti, quam talentũ vocamus: nã, &
talentũ, id nomen ſignificat: & ita Lxx. vertũt vnũ
panẽ, vt etiã Vulgatus Prou. 6. 26. cũ ait: Precium *Prou. 6. 26.*
enim ſcorti vix eſt vnius panis. Alij vertũt fruſtũ,
aut buccellã panis, vt Chaldæus, & Vatablus. Alij
D vt Vulgatus, Pagninus, & Iſidorus tortam panis.
Præcepit ergo rex miniſtris regiis dare Ieremiæ
quotidie portionem panis *racion de pan, ò vn pan de racion.* Præterea nomẽ חוץ hhuz aduerbialiter ac-
cipi ſolet pro foris, aut foras, & omnia platea, & via
extra ædificia eſt, ea etiam ſignificat, & præpoſita
præpoſitione מן min à, vel de, vt hoc loco, ſignifi-
cat de foris, de platea, vt habent Lxx. Chaldęus, &
omnes Hebræi, vt notat Lyra, Pagninus, Vata-
blus, & Iſidorus. Vulgatus Tigurina, & Vatablus,
acceperunt pro præter, nam, & hoc habet ſignifi-
catum, maximè ſi ſequatur מ, vt Eccleſiaſtæ 2. 25. *Eccle. 2. 25.*
Quis ita deuorabit, & deliciis affluet vt ego, vel
præter me, vel foras de me, hoc eſt me excepto.
Tertium vocabulum אפים opbim participium
præſentis eſt à verbo aphah, quod eſt coquere
panem in furno: & ita ophe eſt coquens, aut co-
ctor panis vel piſtor, & plurale ophim ſignificat

panificos, coquentes panem, vel piſtores, vt Gen. 40.16. dixit Vulgatus: videns piſtorum magiſter. Atque ita Septuaginta, Chaldæus, Hebræi, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus legunt hîc, Et dedit ei panem, aut tortam panis: de foris facientium panes, vel de vico, aut platea piſtorum, nempe iuſſit ſeruis, vt ſingulis diebus darent Ieremię vnum panem de vico, aut platea piſtorũ, vel coemptũ pecunia regia, *de la panaderia publica*, aut ex pane qui eo in loco miniſtris regiis coquebatur.

A Vulgatus tamen, Tigurina, & Vatablus acceperunt participium illud præſens pro præterito, vt ſolet aliquando fieri, & præter coquentes legunt præter cocta, aut præter coctos cibos quos Tigurina vocauit obſonia, Vulgatus pulmentũ, ita vt Ieremię cum pane daretur aliquod obſonium (vulgo *vianda* vocatur) quo poſſet ſuſtentari dum eſſet in liberiori illo carcere: fuit autem ibi vſque ad vrbis expugnationem.

CAPVT TRICESIMVMOCTAVVM.

1 AVdiuit autem Saphatias filius
Mathã & Gedelias filius Phaſur, & Iuchal filius Selemiæ,
& Phaſſur fili⁹ Melchiæ, ſermones quos [1] Ieremias loque-
2 batur ad omnem populum, dicẽs: ‖ Hæc di-
cit Dominus: Quicũq; manſerit in ciuitate
hac, morietur gladio, & fame, & peſte: qui
autem profugerit ad Chaldęos, viuet, & erit
3 anima eius [2] ſoſpes & viuens. ‖ Hæc dicit
Dominus: Tradendo tradetur ciuitas hæc
in manu exercitus regis Babylonis, capiet
4 eã. ‖ Et dixerunt principes [3] regi, Rogamus
vt occidatur homo iſte: de induſtria enim
diſſoluit manus virorum bellantium, qui
remanſerunt in ciuitate hac, & manus vniuerſi populi, loquens ad eos iuxta verba
hæc, ſi quidem homo iſte non quærit pacẽ
5 populo huic, ſed malum. ‖ Et dixit rex Sedecias: Ecce ipſe in manibus veſtris eſt:
nec enim fas eſt regem vobis quidquam ne-
6 gare. ‖ Tulerũt ergo Ieremiã, & proiecerũt
eum in lacum Melchiæ, filij Amelech, qui
erat in veſtibulo carceris, & ſubmiſerũt Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat
aqua, ſed lutum: deſcendit itaque Ieremias
7 [4] in cœnũ. ‖ Audiuit autem [5] Abdemelech
æthiops vir eunuchus, qui erat in domo regis quod miſiſſẽt Ieremiã in lacũ: porro rex
8 ſedebat in porta Bẽjamin. ‖ Et egreſſ⁹ eſt Ab
demelech de domo regis, & locut⁹ eſt ad re-
9 gẽ, dicens: ‖ Dñe mi rex, malefecerũt viri iſti
omnia quæcumque perpetrarunt contra
Ieremiam prophetam, mittentes eum in
lacum vt [6] moriatur ibi fame, nõ ſunt enim
10 panes vltra in ciuitate. ‖ Præcepit itaque rex
Abdemelech æthiopi, dicens: Tolle tecum
hinc triginta viros, & leua Ieremiam pro-
11 phetam de lacu antequam moriatur. ‖ Aſſũptis ergo Abdemelech ſecum viris, ingreſſus domum regis, quæ erat [7] ſub cellario: &
tulit inde veteres pannos, & antiqua, quæ
computruerant, & ſubmiſit ea ad Iere-

PARAPHRASIS.

IEremias è liberiori illo carcere nullam prætermittebat occaſionem exhortandi populum ad ſe confluentem: dicebat enim, ſic dicit Dominus, quicunque manſerit in vrbe, aut gladio peribit, aut fame, aut peſte; qui autem transfugerit ad Chaldæos viuet, & vita quaſi [2] ſpolio quodam fruetur inſuper, ciuitas hæc indubiè tradetur in poteſtatem exercitus regis Babylonis, capiet enim eam. Hos ſermones cum audiſſent Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phaſſur, & Iuchar filius Selemiæ, & Phaſſur filius Melchiæ principes, adierunt [3] Regem Sedeciam, dixeruntque illi: occidatur quæſumus homo iſte, de induſtria enim videtur animos militum, qui remanſerunt in vrbe debilitare, & totius populi, ſuis ſermonibus, vt nemo valeat manus erigere ad pugnã: nec enim homo iſte quærit populo ſuo pacẽ ſed exitũ. Quibus reſpondit Sedecias, En in poteſtate veſtra eſt, afficite eum quocunque ſupplicio libuerit, nec enim fas eſt regem quicquam vobis negare. Hac à Rege accepta facultate, comprehendi fecerunt ſtatim Ieremiam, & coniici in lacum Melchiæ filij Amelech, qui erat in atrio carceris, demiſeruntque Ieremiam funibus in lacũ in quo non erat vlla aqua, ſed lutum tantum; immerſus eſt igitur Ieremias in cœnum fere [4] ad collum vſque. Audiuit hoc crudele facinus [5] Abdemelech Æthiops eunuchus, qui tunc erat in domo regis: & egreſſus è regia, vt iret in portam Benjamin, vbi tunc forte Rex conſidebat, hiſce verbis allocutus eſt Regem. Domine mi rex, inique actum eſt cum Ieremia propheta à viris iſtis, qui eum cõiecerunt in lacum; [6] morietur enim ibi fame, quia nullus ei ſuccurret cum non ſint panes vltra in ciuitate. Commotus Rex ad clementiã præcepit Abdemelech, vt acciperet ſecum triginta viros ex his, qui ibi erant, vt extraheret Ieremiam è lacu antequam moreretur. Adduxit ergo Abdemelech viros illos ſecum, venitque in domum Regis ad locum, qui erat [7] ſub cellario, ſumptiſque inde pannis laceris vetuſtateque detritis, demiſit eos funibus ad Ieremiam in lacum, dixitque illi, ſuppone quæſo pannos iſtos laceros, & corruptos ſub axillis brachiorum tuorum, & ſubter funes, quod vt fecit, extraxerunt Ieremiam funibus illis, & eduxerunt de lacu, manſitque in atrio carceris. Inde Rex Sedecias accerſiuit ad ſe prophe-

tam ad tertium[8] oſtium domus Domini, dixitque illi, Interrogo te vnum verbum, ne quæſo celes à me quicquam: cui Ieremias, ſi indicauero, ait, tibi quod petis, abſque dubio me interficies, ſi autem conſilium dedero, non accipies. Sedekias autem iurauit Ieremiæ clam dicens, Viuit Dominus, à quo habemus animam hanc, non occidam te, nec te permittam iſtorum virorum poteſtati, qui nihil magis quærunt quam tibi vitam eripere. His tutior factus Ieremias dixit Sedeciæ. Sic ait Dominus exercituum, Deus Iſraelis, ſi incunctanter egreſſus fueris ad principes regis Babylonis, & tu viues, & vrbs iſta non comburetur, & non ſolum tu ſaluus eris, ſed & domus tua vniuerſa. Si autem egreſſus non fueris, veniet indubie ciuitas in poteſtatem Chaldæorum, & comburent eam, & tu non effugies de manu eorum. Dixit rex Ieremiæ. Iſtos Iudæos[9] timeo, qui tranſfugerunt ad Chaldæos, ne forte Chaldæi tradāt me illis, & ludibrio mihi ſint. Cui Ieremias, nequaquam te tradent, ſed audi quæſo hūc ſermonem, quem Domini nomine loquor tibi, & bene tibi omnia ſuccedent, tuamquē vitam ſeruabis egredere ad Chaldæos, quod ſi exire renueris, audi quid mihi oſtenderit Dominus, quod tibi denunciem. Omnes[10] fœminæ, quæ remanſerunt in domo tua, ô Rex Iuda, educentur ad principes regis Babylonis, & illæ cum te captum viderint, ereptiſque oculis, dicent tibi, Seduxerunt te domeſtici tui familiares, & ſuis conciliis præualuerunt aduerſus te, demerſerunt in cœnum, fugam tibi conſulentes, pedes tuos, cum ipſi retrorſum[11] abierint. Omnes quoque[12] [12] vxores tuæ cum filiis ad Chaldæos educentur, & tu non effugies manus eorum, nam in manum venies Nebuchodonoſoris, qui ciuitatem comburet igni. Quibus auditis dixit Ieremiæ Sedekias. Nemo nouerit quæ locuti ſumus, ne moriatis. Quod ſi ad principum aures peruenerit me tecum locutum, & venerint ad te quærentes, vt indices eis quid locutus cum Rege, nil celes nos & te nō occidem, reſpōde tu illis. Ego ſupplex procubui corā rege obſecrās ne me reduceret in domū Ionathæ, ne ibi morerer. Venerunt igitur, vt ſuſpicatus eſt rex, cuncti principes ad Ieremiam, & quæſierunt ab eo ſermonem, quem habuerat cum Rege: & ipſe reſpondit eis: eo prorſus modo, quo illi præceperat rex, & abierunt fidem ei habentes, nemo enim quæ dixerat Regi reſcierat. Manſit ergo Ieremias in atrio carceris vſque ad diem, quo à Chaldæis capta eſt Ieruſalem. Nam[13] tandem capta eſt ciuitas.*

miam in lacum per funiculos. ‖ Dixitque 12
Abdemelech æthiops ad Ieremiam: Pone
veteres pannos, & hæc ſciſſa & putrida ſub
cubito manuum tuarum, & ſuper funes: fecit ergo Ieremias ſic: ‖ Et extraxerunt Iere- 13
miam funibus, & eduxerunt eum de lacu:
māſit autem Ieremias in veſtibulo carceris.
‖ Et miſit rex Sedecias, & tulit ad ſe Ieremiā 14
prophetā ad oſtium tertium, quod erat in
domo dōi: & dixit rex ad Ieremiā: Interrogo
ergo te ſermonē, ne abſcōdas à me aliquid.
‖ Dixit autem Ieremias ad Sedeciam: Si an- 15
nunciauero tibi, numquid non interficies
me? & ſi conſiliū dedero tibi, nō me audies.
‖ Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clam, 16
dicens: Viuit dominus, qui fecit nobis ani-
mam hanc, ſi occidero te, & ſi tradidero te
in manus virorum iſtorum, qui quærunt
animā tuā ‖ Et dixit Ieremias ad Sedeciam 17
Hæc dicit dominus exercituū Deus Iſrael:
Si profectus exieris ad principes regis Ba-
bylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc nō
ſuccendetur igni: & ſaluus eris tu, & domus
tua. ‖ Si autē non exieris ad principes regis
Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus 18
Chald. & ſuccendent eam igni: & tu non
effugies de manu eorum. ‖ Et dixit rex Se- 19
decias ad Ieremiā: [9] Solicitus ſum propter
Iudæos qui transfugerunt ad Chaldęos: ne
forte tradar in manus eorū, & illudāt mihi.
‖ Reſpondit autem Ieremias: Nō te tradēt, 20
audi quęſo vocē domini, quam ego loquor
ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. 21
‖ Quod ſi nolueris egredi, iſte eſt ſermo, quē
oſtēdit mihi dominus: ‖ Ecce omnes[10] mu- 22
lieres, quæ remāſerunt in domo regis Iuda
educentur ad principes regis Babylonis: &
ipſæ dicēt: Seduxerūt te, & præualuerūt ad
uersū ſeviri pacifici tui demerſerūt in cæno
& in lubrico pedes tuos, &[11] receſſerunt
à te. ‖ Et omnes[12] vxores tuę, & filij tui edu- 23
centur ad Chaldæos: & nō effugies manus
eorū, ſed in manu regis Babylonis capieris,
& ciuitatem hanc comburet igni. ‖ Dixit er- 24
go Sedecias ad Ieremiam: Nullus ſciat ver-
ba hæc, & non morieris. ‖ Si autē audierint 25
principes quia locutus ſum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi: Indica nobis quid
locutus ſis cum rege, ne celes nos, & non te interficiemus: & quid locutus eſt tecum rex:
‖ Dices ad eos: Proſtraui ego preces meas corā rege ne me reduci iuberet in domū Iona- 26
thā, ne morerer. ‖ Venerunt ergo omnes principes ad Iermiā, & interrogauerūt eū: & lo- 27
cut* eſt eis iuxta omnia verba, quę præceperat ei rex: & ceſſauerūt ab eo, nihil enim fuerat
auditum. Manſit vero Ieremias in veſtibulo carceris vſque ad diem, quo capta eſt Ieru- 28
ſalem:[13] Et factum eſt vt caperetur Ieruſalem.

ARGV-

ARGVMENTVM.

IEremias é publico carcere hortatur populum ad deditionem: propter quod à principibus in lacum cõiicitur limo plenũ, ſed barbari Æthiopis opera liberatus, abſconditè Regem Sedeciam vt ſe tradat ſuadet, ni velit vi capi, & perire cum vrbe Ieruſalem.

COMMENTARIVS.

1 IEremias.] Ex atrio carceris, vbi liberios agebat, hæc locutũ Ieremiã & ex hoc capite conſtat, & ex 7. præcedenti verſo 20. & omnes affirmãt interpretes. Atq; eo ordine, quo narrauimus hãc hiſtoriã cõtexendam nemo eſt qui non videat, cum neceſſario poſt ſermones habitos ab Ieremia, principes indignati regem adierint. Erat tũc annus Sedeciæ, vndecimus.

2 *Soſpes.*] Quod Vulgatus diait, & erit anima eius ſoſpes, ex Hebræo ad verbom Pagninus, & Vatab. trãſtulere, Et erit ei vita ei⁹ in ſpoliũ. Septuaginta verterunt, Et erit anima eius in lucrum; vel vt Chaldæus, in euaſionem; aut vt Tigurina, & animam ſoam lucri faciet, ac ſi inueniſſet prædam: nam quemadmodum ſpolium, qood refertur ea hoſtibus, vt pretioſum quid, multo cum periculo reportatum, cuſtoditur, ita ait vitam illis futurã quaſi vel redemptũ, vel vt ſpoliũ è manibus hoſtium ereptam: ita ſane conueniſſet ciuibus Ieroſolymitis illud Chriſti dictum Ioan. 12. Qui amat animam ſuam, hoc eſt vitam, perdet eam, & qui perdiderit animam ſuam, inueniet eam. Nam quia perdere nolueront tradendo ſe, iuxta diuinum præceptum, penitua vitam perdiderunt in vrbe manendo. *Ioan. 12. 25.*

3 *Regi.*] Quando à Rege impetrauerunt principes poteſtatem in Ieremiam, Rex non erat in Regia, vt notat Vatablus, ſed in porta Beniamin; nam vt conſtat ex verſu 7. Abdemelech, qui erat in Regia, vt audiuit Ieremiam demerſum in lacum, egreſſus abiit in portam Beniamin, vbi tunc rex ſedebat, & impetrauit ab eo prophetæ liberationem.

Crudele facinus in Ieremiam. 4 *In cœnum.*] Ita factum eſſe & immanitas, & odiũ principum verũ probat; & verba ipſa Hebræa declarant, quæ ſic habent, Immerſus eſt igitur Ieremias in lutum, vel, defixuſque eſt Ieremias in cœnum: vt in pſal. 68. 2. Infixos ſum in fimo profondi, & non eſt ſubſtantia: atque ita affirmat Hugo, & Ioſephus lib. 10. Antiqoit. cap. 10. cuius hæc ſunt verba: Confeſtim carcerem petentes, eaemptum inde in quemdam cœnoſũ puteum per funem demiſeront, vt ibi præfocatus moreretur: ille verò vſque ad collum merſos ibi manebat: vt ſciatur quanta paſſus ſit ſanctus hic propheta pro diuina veritate denuncianda, qoãtumque odium ſibi conflauerit. *Pſalm. 68. 2. Ioſephus.* *Veritas odium parit.*

Abdemelech quis. 5 *Abdemelech.*] Sententia fuit R. Salomonis, quẽ refert Lyra, hoc non eſſe nomen proprium: nam in Hæbræo ſic legimus, Et audiuit Hebdemelech הכושי hacuſi vir eunochus, & erat in domo regis. Hebed autem ſignificat ſeruum, aut famulum, & Melech regem, hacuſi vero eſt in gignendi caſu quod notat articulus, ה, vt ſit ſenſus, Et audiuit famolus regis Æthiopis vir Eunuchus: hoc eſt famulus ipſius Sedekiæ qui propter morum nigredinem Æthiops nuncupatur: vt in titulo Pſal. 7. Saul Chuſi vocatur filius Iemini ob eandem rationem. Vel vt notet fuiſſe famulũ regis Æthiopiæ qoi tum fortè erat in domo Regis ob aliquod negotium, vel ſaltem famolus ille vocabatur Cuſi, vel Hacuſi, vt pater Sophoniæ qoi dicebatur Chuſi, vt habetur Sophoniæ, 1. nam regem Æthiopiæ fuiſſe tunc Ieroſolymis improbabile eſt. Sed ſat eſt ſi dicamus fuiſſe regis famulũ Ætiopem, vt affirmat Ioſephus loco iam dicto. Interim, ait quidam è ſeruis regis charioribus genere Æthiopa renunciauit Domino qui prophetæ accidere. *Pſalm. 7. 1.* *Soph. 1. 1.*

Verùm non eſt cur recedamus à communi ſententia interpretum, & expoſitorum, qoi nomen propriũ eſſe affirmant, Hebedmelech, Abdemelech, & hunc fuiſſe Æthiopem, & eunuchum, idque patet: nam cum dicit, & erat in domo Regis, notatur fuiſſe hunc miniſtrum regis, & ſuperfluè diceretur vt audiuit famulus regis Æthiops qui erat famolus regis atque adeo primũ nomen propriũ eſt illius: nam & cap. trigeſimo nono verſ. 16. miſſus eſt Ieremias ad Abdemelech æthiopẽ, capto iã Sedecia, cui nõ deſeruiebat. Erat autem Eunuchus, non qoidem ſpado, ſed vir aulicus, regique familiaris, qood probat Chaldæus qui vertit, Vir magnus, & nos ſuper ca. 29. num. 1. qoi ea familiaritate auſus eſt liberè regi dicere, non rectè principes ſtatuiſſe, & amicos, vatem in cænum demergi & grauiorem, quam quæ in vinculis erat expectanda, mortẽ homini excogitaſſe vt ait eo loco Ioſephus. *Ierem. 16.* *Ierem. 29. 2.*

6 *Moritur.*] Hæc ſententia ex Hebræo ſic transfertur, Et morietur in loco ipſo à facie famis, qoia non ſunt panes vltra in ciuitate. Rationem reddit facti iniqoi: quam diuerſimodè explicant interpretes. Nam Theodoretus ſic declarat: Perperam egiſti, nam quaſi non ſint amplius in vrbe panes, virum Dei, fame enecari feciſti: quẽ ſenſum continent verba Septuaginta, & Vulgati, vt moriamur ibi fame, quaſi non ſint panes vltra in ciuitate. Chaldæos, Hogo, S. Thomas ſic intelligunt, Non erat cur mitteretur in lacum, nã ſi manſiſſet in loco ſoo, iã fuiſſet mortous fame, cum non ſint vltra panes in ciuitate, & ſic fuiſſet factum ſatis libidini principum iſtorum: & nõ enecaretur, aut ſuffocaretur cœno. Sed ſimplicior, & verior ſenſus eſt iſte: iniquitate fecerũt hi principes immittẽdo prophetã in lacũ, cũ nõ tantum cænõ, cui infixos eſt, ſatis eſt ad enecandũ illũ, ſed vel ſola fames iã pene illũ peremit, cũ null⁹ ſit qoi ei panẽ porrigat, quod nõ ſint iã panes in ciuitate & hãc citã necẽ inſinuat verbũ hebræum quod

habet, nam iam mortuus eſt ſubtus ſe, hoc eſt, iam fere mortuũ inueniem^9 præ fame, in loco ipſo defixũ, vbi prius conſtitit cũ ſummerſus eſt. Ex hoc loco videtur colligi hoc facinus cõtigiſſe 11. anno Sedeciæ, cuius menſe quarto, nona menſis, obtinuit fames ciuitatem, & non erant alimenta populo terræ, vt dicitur capite 52. verſ. 5. cap. 6.

Tempus huius prophetia.

7 *Sub cellario.*] Vel ad verbũ, Venit ad ſub theſauro & tulit inde veterationes putridorũ, & veterationes curruptorũ, vt etiam infra, pone quæſo veterationes putridorũ & corruptorũ, vel pannos tractionum, & pannos corruptionum: Hoc eſt venit ad domũ regis, quæ erat ſub theſauro, LXX. vocãt ſubterraneã, & tulit inde pannos viles, qui pedib^9 cõculcãtur, & hac illacq; trahũtur, & pãnos vetuſtate iã conſũptos, detritos, putridos, aut laceros, vulgo dicim^9, *andazos*, & iuſſit Ieremię, vt poneret ſub B axilis manuum, hoc eſt brachiorum, per ſinec dochen, ne funibus nudis extractus lęderetur. Numquid nudus demerſus eſt, vt veſtes abſque pannis illis non ſufficerent? Sane ex hoc videtur colligi.

Ieremias nudus.

Et quidem ſicut illi principes odio, rabieque correpti nihil magis deſiderabant, quam nudum, & auxilio omni deſtitutum extinguere lucernam Iſrael, & fame, cænoque enecare prophetam: At regis famulus commiſeratione motus, verbo, factoque ſuo, funibus, panniſque detritis immiſſis, eum extraxit, & liberum dimiſit, ita certe principes tenebrarum harum, dæmones videlicet, improbique homines nihil magis optant, quàm bomines quoſque fideles omni virtute deſtitutos, in puteum vitiorum immergere vſque ad collum, vt ibi pereant; vel ipſos prædicatores remouere, & os eorum obſtruere, ne vt canes fideles loquan- C tur in vitia. Sed non deſunt ſerui ſummi regis, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, qui ex domo theſauri regij non accipiant funes diuinorum præceptorum, & pannos veterum exemplorum, quibus iuuent, corroborentque deiectos, vt ex profluuio vitiorum emergant, & incolumes Dei præcepta cuſtodiant. Nam vt ait Gregorius lib. 21. Moral. ca. 8. Oportet interſint panni veteres, cum quibus melius teneantur funes, id eſt præcedentium confortemur exemplis, ne inſirmos nos, ac timidos, præcepta ſubtilia vulnerent, dum leuant. Quaſi quoſdam pannos veteres Paulus Apoſtolus ad Hebr. 11. ſubiungebat, cum leuandis diſcipulis ſuis præceptis ſpiritualibus: exẽpla veterum commendaret, dicens: Iuſti ludibria & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione D gladij mortui ſunt. Habentes itaque tantam impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatum per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. Vel ſane vt dixit Bachiarius in epiſtola ad Ianuarium de lapſis recipiendis: ne fratrem noſtrum in profundo putei ſub iniqui principis poteſtate demerſum lapidibus deſperationis obruamus, ſed imitemur illum Æthiopem, & auxilio ſanctiſſimæ Trinitatis demerſum liberemus. Mittamus ei pannos veteres, reducamus in eius memoriam exempla antiquorum, qui per peccatum collapſi, poſtmodum de profundis malorum per pænitentiam ad ſuperna relati ſunt: quæ cum ei ante oculos poſita fuerint, deſperare non poterit.

Improborum proborumque ſolicitudo diuerſa.

Gregorius.

Exempla ſanctorum adhibẽda

Ad Heb 11. 36.

Bachiarius.

8 *Oſtium.*] Vel ad introitum tertium, qui erat in domo domini. Lyra, & Dionyſius oſtium atrij A tertij, quod erat ſacerdotum, intelligunt: nam prius erat atrium mulierum, deinde virorum, tertiũ ſequebatur ſacerdotũ, ad cuius introitũ vocauit rex prophetã. Alij vt Vatabl^9, dicũt fuiſſe portam templi tertiam, quæ regiæ reſpõdebat, & per quam rex è regia in templum ingrediebatur.

9 *Solicitus.*] Pronomen illud, eorum, cum dicitur: Ego Iudæos iſtos timeo, qui transfugerunt ad Chaldæos, ne forte tradant in manus eorum, & illudant mihi. vel poteſt referre Chaldæos, vt ſenſus ſit: Timeo Iudæos, ne me tradant in manus Chaldæorum, & illudant mihi, & non liberer vt dicis, ſed ſuis accuſationibus efficiant, vt vili morte enecet. Et hic ſenſus non conuenit facto, nam ſi ſe traderet Chaldæis, quid opus erat timere ne traderetur à transfugis Iudæis? Eſt ergo verus B ſenſus Theodoreti, S. Thomæ, Lyræ, & Dionyſij, Timeo Iudæos, ne poſtquam me tradidero, Chaldæi me tradant poteſtati eorum, & me ludibrio afficiant, & vili nece conficiant. Magis enim verebatur ſuos, quam alienos. Hunc ſenſum probat, quod ſtatim ſubiicit hunc timorem non poſſe remoueri, quia ſi ſe tradat Chaldæis, illi non tradent Iudæis, vt timebat, quin potius ſi non ſe tradat, mulieres air illuſuras ei, quod erat vilius.

Sedeciæ timor.

10 *Mulieres.*] De fæminis quæ deſeruierant matri, vxoribuſque Ioacin, intelligunt Vatablus, & Iſidorus, quia dixit, quæ ramanſerunt, nempe ex ductis in captiuitatem, at Ioacin ductus eſt captiuus Babylonem cum matre & vxoribus, ac principibus, qui ſe Nabuchodonoſori dediderant de conſilio Ieremiæ, 4. Reg. 24. 10. 15. aliquæ ergo remanſerant in domo regia. & tamen fæminæ, quæ C comitabantur vxores Sedeciæ, non remanſerunt: cum nullæ hactenus ductæ ſint captiuæ, ſed educendæ erant, vt comminatur propheta. De his fæminis dicit quod ſint illuſuræ Sedeciæ, & contumeliis eum affecturæ, dicentes, ſeduxerunt te viri pacifici tui, hoc eſt, vel familiares principes, qui ſuadebant regi ne ſe traderet, vel falſi prophetæ, qui pacem pollicebantur. vt Lyra, S. Thomas, Dionyſ. Vatab. & Iſidorus exponunt. Quidam de Ægyptiis qui opem pollicentes adegerunt vt rebellaret, & poſtea reliquerunt & fugerunt. Demerſerunt te in cæno, hoc eſt, ſuis perſuaſionibus perſuaſerunt tibi fugere: & quaſi in lutum incidiſſes tenaciſſimum, conſtitiſti, à Chaldæis comprehenſus, coactus pedem referre, quaſi in lubrico, in quo facile labuntur pedes, & propterea caperis, quantumuis re fuga velis eripere.

4. Reg. 24. 10. 15.

D 11 *Receſſerunt.*] Hebraicè dicitur, infixi ſunt in cæno pedes tui, conuerſi ſunt retrorſum. Vatab. & Iſidorus, ſuppoſitum verbi, conuerſi ſunt, faciunt pedes, nam coactus eſt Sedecias referre pedem, & recedere à Chaldæis, ſed omnes alij faciunt viros pacificos, qui poſtquam ſuis perſuaſionibus in cænum eum rebellionis, & fugæ coniecerunt, ipſi relicto eo in cæno, abierunt, ac ſeſe eripuerunt, transfugientes ad Chaldæos, vel ad Ægyptios. Eſt enim, inquit Eccleſiaſt. cap. 6. amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis.

Falſa amicitia.

Eccleſ. 6. 9.

12 *Vxores.*] De vxoribus Sedeciæ nulla fit mentio 4. Reg. 25. aut Ierem. 39. & 52. ſed tantum de filiis, qui coram patre ſunt à Nabuchodonoſore interfecti. Hoc ſolum loco dicitur multas habuiſſe vxores, ducendaſque captiuas, ſicut vxores Ioachin, vt refertur 4. Reg. 24. 15. in captiuitatem ductæ

4. Reg. 25.

4. Reg. 24. 15.

ductæ ſunt: omnes enim, quæ delicijs ſuis de liniuerant regem, cum ipſo ad Chaldæis venerunt: nec potuerunt, ſe vel illum liberare.

13. *Factum eſt.*] Verba illa extrema capitis 38. [Et factum eſt, vt caperetur Ieruſalem] Vulgatus in fine huius capitis cõſtituit; & ſi ex Hebræo tranſferamus, poſſunt hoc modo referri ad Ieremiam: & fuit ibi cum capta fuit Ieruſalem: quæ Vatablus exponit: Nam ibi permanſit in atrio carceris, vſque dum capta eſt ciuitas: ſequenti namque cap. A 39. refertur liberatus capta ciuitate. Verum ceteri ad initium ſequentis capitis ea verba referunt, vt Septuaginta, Rabanus, Hugo, S. Thomas, qui in principio illius, collocant, Chaldæus autem, Pagninus, & alij, qui fini capitis 38. ſubiiciunt, eundem innuũt ſenſum, nempe referri: ordinem, quo capta eſt ciuitas: quaſi titulum ſequenti capiti hunc præfixiſſet: & factum eſt, vt caperetur ciuitas hoc modo. Anno nono Sedeciæ & quæ ſequuntur in 39. capite.

Sedecias cum debeyt captiuus.

CAPVT TRICESIMVMQVINTVM.

1 ANno nono Sedeciæ regis, Iuda
mẽſe decimo, venit Nabucho-
donoſor rex Babylonis, &
omnis exercitus eius ad Ieru-
2 ſalem, & obſidebant eã. | Vn-
decimo autem anno Sedeciæ, menſe quar-
3 to, quinta menſis aperta eſt ciuitas: | Et in-
greſſi ſunt omnes principes regis Babylo-
nis, & ſederunt in porta media, [2] Neregel,
Sereſer, Semagarnabu, Sarſachim, Rab-
ſares, Neregel, Sereſer, Rebmag, & [3]
omnes reliqui principes regis Babylonis.
4 | Cumque vidiſſet eos Sedecias rex Iuda,
& omnes viri bellatores, fugerunt: & egreſ-
ſi ſunt nocte de ciuitate [4] per viam horti
regis, & per portam, quæ erat inter
duos muros, & egreſſi ſunt ad viam de-
5 ſerti: | Perſecutus eſt autem eos exerci-
tus Chaldæorum: & comprehenderunt
Sedeciam in campo ſolitudinis Iericon-
tinæ, & captum adduxerunt ad Nabu-
chodonoſor regem Babylonis in [5] Rabla-
tha, quæ eſt in terra Emath: & locutus
eſt ad eum iudicia. | Et occidit rex Baby-
6 lonis filios Sedeciæ in Reblatha, in oculis
eius: & omnes nobiles Iuda occidit rex
Babylonis. | Oculos quoque Sedeciæ eruit
7 & vinxit eum compedibus, vt duceretur in
8 [6] Babylonem. | Domum quoque regis, &
domum vulgi ſuccenderunt Chaldæi igni,
9 & murum Ieruſalem ſubuerterunt. | Et re-
liquias populi, qui remanſerant in ciuitate,
& perfugas, qui transfugerãt ad eum, & ſu-
perfluos vulgi, qui remanſerant, tranſtulit
[7] Nabuzardan magiſter militũ in Babylo-
10 nẽ. | Et de plebe pauperum, qui nihil peni-
tus habebãt, dimiſit Nabuzardan magiſter
militũ in terra Iuda: & dedit eis vineas, & ci-
11 ſternas in die illa. | Præceperat autẽ Nabu-
chodonoſor rex Babylonis de Ieremia Na-
12 buzardã magiſtro militũ, dicẽs: | Tolle illũ,
& pone ſuper eũ oculos tuos, nihilq; ei mali
13 facias: ſed vt volueris ſic facias ei | Miſit ergo

PARAPHRASIS.

CApta eſt autem ciuitas hoc modo. Anno nono Sedeciæ regis Iuda mẽſe Decẽbri [1] venit Nabuchodonoſor rex Babylonis cũ omni exercitu ſuo Ieroſolymã, & obſedit eam; anno vero vndecimo mẽſe Iulio, die nona menſis dirupta eſt ciuitas; ingreſſique ſunt omnes principes regis Babylonis, nempe Nereger, Sereſer, Semegarnabu, Sarſachim, Rabſares, Neregel, Sereſer, Rebmag, & reliqui, conſederuntque in porta media: Quos cum vidiſſet Sedecias cum alijs ſuis militibus, fugit, egreſſus nocte de ciuitate [4] per viam horti regij, & per portam, quæ eſt inter duos muros, perrexitque verſus deſertum. Sed Chaldæorum exercitus perſecutus eſt eos, & in ſolitudine Iericuntina comprehendit Sedeciam, captumque duxerunt ad Regem Nabuchodonoſorem, qui tunc erat in [5] Reblatha in terra Emath: vbi acriter, ac duriſſime cum eo egit, rebellem, ac fœdifragum accuſans, filioſque eius in conſpectu patris trucidauit, Ceteroſque nobiles occidit, oculoſque eruit Sedeciæ, vinxitque compedibus vt duceretur [6] Babylonẽ. Domumque regiam, & alias quaſque populi ſuccenderunt Chaldæi, & muros vrbis diruerunt. Vniuerſam autem plebem, quæ in vrbe fuit reperta, & omnes transfugas, qui ad Chaldæos defecerunt trãſtulit Nabuzardan magiſter militum, Babylonem. Plebeios autẽ pauperes, qui nihil penitus habebant, fecit remanere in terra, eiſque dedit vineas, & ciſternas, vt terrã colerẽt. De Ieremia vero huiuſmodi preceptũ tradiderat Nabuchodonoſor, Nabuzardã. Accipe illum, eius curã gere, nec quicquã mali ei fieri permittas, quin potius pro arbitratu ſuo facies ei. Miſit ergo Nabuzardã cum alijs optimatibus regis Babylonis, qui Ieremiam educeret de veſtibulo carceris. Factus eſt ad Ieremiã huſcemodi ſermo, [8] cũ adhuc eſſet in veſtibulo carceris, paulo antequã educeretur. Abi ad Abdemelech Æthiopẽ; & dic ei: Sic ait dominus exercituũ Deus Iſrael. Ecce adducturus ſum ſuper vrbẽ hanc quæcũque mala eis cõminatus ſum per meos prophetas, vt tu ipſe breui cõſpicies: ſed liberaueris, nec traderis in poteſtatẽ, quos tantopere formidas certiſſimeque erueris, ne occidaris: & potieris vita tua, quaſi ſpolio: quia mihi fidiſti, ait dominus.

Nabuzardan ptinceps militiæ, & Nabuſezban, & Rabſares, & Netegel, & Sereſer, &
14 Rebmag, & omnes optimates regis Babylonis: | Miſerunt, & tulerunt Ieremiam de
veſtibulo catceris, & tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicam, filij Saphan, vt intraret in
15 domum, & habitaret in populo. | Ad Ieremiam autem factus fuetat ſermo domini cum
16 clauſus eſſet in veſtibulo carcetis, dicens: | Vade & dic Abimelech Æthiopi, dicens: Hæc
dicit dominus exetcituum Deus Iſrael: Ecce ego inducam ſermones meos ſuper ciui-
17 tatem hanc in malum, & non in bonum: & etunt in conſpectu tuo in die illa. | Et libera-
bo te in die illa, ait dominus: & non traderis in manus virorum, quos tu formidas: Sed
eruens liberabo te, & gladio non cades: Sed erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me
habuiſti fiduciam, ait dominus.

ARGVMENTVM.

IEREMIÆ prophetia reipſa præſtita oſtenditur, eiuſque liberatio, Abdemelecho quoque incolumitatem pollicetur, quod Domino fidiſſet.

COMMENTARIVS.

1. VENIT.] Venit quidem Nabuchodonoſor, & cœpit obſidere Ieruſalem menſe Decembri; ſed obſidione diutius durante ſeceſſit in Antiochiam locum Syriæ amæniſſimum. Durauit obſidio à die decima Decembris prædicti, vſque ad diem nonam menſis Iunij, vndecimi anni Sedeciæ, quo fames obtinuit ciuitatem, & interrupta eſt menſes decem & octo; & decima die menſis Iulij Nabuzardan incendit templum & domum regis, & vniuerſam ciuitatem, vt refertur cap. 52. cum veniſſet ſeptima die, vt dicitur 4. Reg. 25. 8. & paraſſet neceſſaria ad combuſtionem, vel cœpiſſet ignem ſubijcere; quomodo in concordiam rediguntur duo loca, quæ repugnare viſa ſunt Hugoni, & S. Thomæ.

4. Reg. 25. 8.

2. *Neregel.*] Horum nominum aliqua putat Vatablus eſſe nomina officiorum, vt quæ incipiunt à Rab, & Ser, vt Neregel princeps theſauri, nam hoc ſignificat Sarezer. Semegarnabu princeps vnguentariorum, nam ſic dicitur Sar Sechim: & præfectus aulicorum, ſeu eunuchorum, quod eſt Rahſerim, & alter Neregel princeps theſauri, & Rebmag princeps liquoris: atque iuxta hunc modum vertendum eſſet: Ingreſſi ſunt omnes principes regis Babylonis, nempe Neregel princeps theſauri, Semegarnabu princeps vnguentariorum, & princeps aulicorum, & Neregel princeps theſauri, & princeps liquorum, & reliqui principes. Sed alij omnes interpretes & antiqui & recentiores tanquã nomina propria hæc tranſferunt integra, vt etiam refert Ioſephus, lib. 10. Antiq. c. 11. liceat autem animaduertere quinam ſacram ciuitatem ingreſſi fuerint, quique ei ignẽ ſubiecerint, nempe qui principatum gerebant in huius mundi rebus ad delicias facientibus, principes theſaurorum, vnguentariorum, aulicorum, liquorum, & coquorum hi omnia deuaſtant, ſacra profanant, templum comburunt, & demum Rempublicam Dei legibus ſtabilitam diruunt, atque in nihilum redigunt, & ciues eius Babylonem captiuos ducunt.

Ioſeph.

Omnis boni deſtructores qui.

A 3. *Omnes.*] Sophonias propheta declarat nobis locum hunc, per quem ingreſſi ſunt Chaldæi Ieroſolymam. Sic enim ait cap. 1. verſ. 10. Et erit in die illa dicit dominus: vox clamoris à porta piſcium, & vlulatus à ſecunda, & contritio magna à collibus. Nam vt aſſerit Ioſephus lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. & R. Ioſeph ſuper cap. 12. lib. 4. Regum, & indicant Hieronym. & Theodoretus ſuper locum Sophoniæ; triplici muro & vrbs Ieruſalem, & ordinum omnium regiones fuere diſtinctæ: intra primum murum plebs omnis erat & variarum artium officinæ: intra ſecundum nobilitas, magiſtratus, & liberalium diſciplinarum B ſtudioſi, doctores, ac profeſſores, apud quos & Olda prophetis habitabat: intra tertiũ vero mõs domus domini erat: in primo muro erat porta piſcium, quæ, vt ait ibi Hieron. Dioſpolim ducebat, & Ioppem, & vicinior mari erat inter cunctas vias Ieruſalem, per eam enim piſces immittebantur in vrbẽ, cuius fit mentio 2. Eſdræ 3. verſ. 3. & 12. verſ. 38. è regione huius portæ erat altera in ſecundo muro, Hebraicè dicta Miſne: quod nomen ſcolam ſignificat vt vertit Pagninus, vel do- C mum doctrinæ, aut Academiam, vt Chaldæus, Dauid Kimhi, Vatablus, & Montanus in Sophonia dicunt: cuius fit mentio 4. Reg. 22. 14. cum dicitur: Ierunt itaque Helcias ſacerdos, & Ahicam ad Oldam prophetidem vxorem Sellum filij Thecuæ, filij Araas cuſtodis veſtium, quæ habitabat in Ieruſalem in Miſne ſecunda: & de hac dicit hoc loco Ieremias: Ingreſſi ſunt omnes principes regis Babylonis, & ſederunt in porta media, D quo adimpleretur Sophoniæ prophetia, quæ ſecundum Theodoretum ſic aiebat: Cum hoſtes murum perruperint, & portas aperuerint clamorem edentes & vociferantes, ad ſecundum murum perfugietis: ſed nihilominus illius porta hoſtibus patefacta vlulantes interficiemini, & tametſi quidam ex vobis montium faſtigia occupauerint, & domos altas aſcenderint, perdentur tamen.

Sophon. 1. 10.

Ioſeph.

Ieruſalẽ triplici muro cincta.

Porta piſcium.

2. Eſdra 3. 3.

2. Eſdra 12. 38.

4. Reg. 22. 14.

Porta Miſne.

4. *Per viam.*

A

4. *Per vnum.*] Lyra es ſententia R. Salomonis dicit hanc viam fuiſſe ſubterraneam de induſtria ad fugam clam factam, cuius exitus longè aberat ab vrbe ſemotus. Sed huic dicto repugnant verba Ieremiæ aſſerentis, regem egreſſum fuiſſe de ciuitate per portam, quæ erat inter duos muros, ad viam deſerti: erat enim, vt ait Varablus, porta, non vrbis, quæ eſſet inter murum, & antemurale quæ omnibus pateret, ſed orificium funiculi cuiuſdam ita ſtructi, vt vtrinque murum haberet, vt fit in fornicibus: os autem habebat in horto regis, ne omnibus pateret, & vt illinc, nemine conſcio, liceret regi fugere: de qua fuga locutus eſt Exechiel cap. 12. cum iuſſus eſt perfodere parietem & in caligine exire per eum, vt explicat ibi Hieronymus. De his autem ſic loquitur Ioſephus lib. 10. Antiquit. c. 11. Vrbe autem capta circa mediam noctem Sedecias vbi hoc ſenſit, aſſumptis vxoribus, liberis, ducibus, & amicis fugam arripuit per fauces quaſdam anguſtas in deſertum. Quod cum Babylonij cognouiſſent transfugarum indicio, ſub aurotam aggreſſi ſunt eos perſequi, & aſſecuti eos non procul à Ierichunte circunuenerunt. Amici vero, & duces fugæ comites, viſis è propinquo hoſtibus, relicto Sedecia, diſſipati ſunt quà quemque tulit ſpes effugij. Ipſe pene deſertus cum vxoribus, ac liberis, & paucis amicis, in hoſtium poteſtatem deuenit, & mox ad Regem perductus eſt.

Qua fugerit Sedecias. — *Ezech. 12, 7.* — *Ioſeph.*

B

5. *Rablatha.*] Hanc eſſe Antiochiam, quæ Syriæ fuit metropolis auctore Ioſepho lib. 3. de bello capite 1. affirmat Hieronymus ſuper 12. Iſaiæ in principio, & ſuper 17. Exechielis, & ſuper 2. Habacuch, in illa verba, Væ qui potum dat amico ſuo: eratque in terra Emath, quæ Syro ſermone Emmas vſque ad tempora Hieronymi dicebatur, Græco verò Epiphania, ab Antiocho Epiphane, vt ait Ioſephus 1. Antiqui c. 12. & Hieron. in 6. caput Amos, & de locis Hebraicis, & epiſto. 129. ad Dardanum: & regioni dedit nomen Emath, quæ aquilonaris plaga erat Paleſtinæ, ait enim Ezechiel cap. 47. verſ. 17. ab aquilone ad aquilonem terminus Emath, plaga ſeptentrionalis, & propterea Nabuchodonoſor in ea conſederat, quod Babylonem verſus aptior eſſet ad prouidendum exercitui ſuo.

Antioc. — *Ioſeph.* — *Ioſeph.* — *Ezech. 47. 17.*

C

6. *Babylonem.*] Ioſephus loco citato 10. Antiq. c. 11. vbi hanc hiſtoriam refert ſic ait. Deinde ipſum excæcauit Babylonem ſecum adducendum. Atque ita vtriuſque prophetæ prædictiones, tam Ieremiæ, quam Iezechielis, quamuis ab illo contemptæ, euentu non vanæ fuiſſe comprobatæ ſunt; quod captus abduceretur ad Babylonium, & coram cum eo loquetur, & oculis ſuis faciẽ eius videbit Ieremias prædixit. Quod vero cæcatus primo cum Babylonem perductus eſſet, videre eam non potuit, Iezechielis fuit vaticinium: & quidem Ieremias cap. 32. 4. & 34. 3. ſic comminatus eſt, oculi tui Oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem intrabis: quibus verbis deceptus Sedecias putauit Ieremiam prophetare iturum captiuum Babylonem, & ibi Regem Nabuchodonoſorem viſurum; cum tamen Ezechiel cap. 12. oppoſitam huic prophetiam fuiſſet comminatus: Adducam eum in Babylonem, & ipſam non videbit: quapropter neutri fidem habebat, vt notat Ioſephus lib. 10. ca. 10. cum tamen vtraque prophetia verum exitum habuerit; nam Sedecias ductus Antiochiam vidit Nabuchodonoſorem, & cum eo locutus eſt, vt dixit Ieremias: Sed ibi excæcatus, & inſtar feræ clauſus cauea, vt ait Hieronymus ſuper 12. Iſaiæ, in principio, & ſuper 17. Ezechielis, tranſlatus Babylonem, ipſam nõ vidit, vt prophetauit Ezechiel: & hoc modo intelligendus eſt Hieronymus, qui dictum Exechielis exiſtimat ab Ieremia prænunciatum.

Ier. 32. 4. & 34. 3. — *Ezech. 12. 13.* — *Sedecias cauea incluſus ductus Babylonem. Hieronymus.*

7. *Nabuzardan.*] Rab טַבָּחִים Tababhim, Tabahb verbum, mactare, occidere, & iugulare ſignificat, vnde nomen deriuatum eſt, carnifex, occiſor, mactator, iugulator, lanio, vel coquus: vt 1. Reg. 9. 23. dixit Samuel quoquo: & ita Septuaginta hîc transferunt, princeps coquorum, quia erat præfectus culinæ regiæ, vt ait Theodoretus. Tigurina vertit, magiſter rerum capitalium, Pagninus laniorum, alij ſicariorum. Chaldæus, princeps occiſionis: per tranſlationem autem ſignificat occidentes, ſcilicet milites, & ita Ioſephus vocat ducem militum, vt Vulgatus magiſtrum militiæ, vel principem militum hoc loco, & cap. 52. & 4. Reg. 25. vt etiam Vatablus: & ſimiliter vocat Putipharem Gen. 37. 36.

Nabuzardan officiũ. — *1. Reg. 9. 23.* — *Gen. 37. 36.*

8. *Cum.*] Hæc prophetia videtur facta Ieremię intra menſem à nona die menſis quarti vſque ad ſeptimam menſis quinti anni vndecimi Sedeciæ. Nam Abdemelech eruit Ieremiã de lacu, cũ iam obtinebat fames ciuitatem, & non erant alimenta populo terræ: quam rationem reddidit ille Sedeciæ cap. 38. vbi nos de ea diximus numero ſexto: nona autem die menſis quarti obtinuit fames ciuitatem, vt refertur Ieremiæ 52. 6. & 4. Reg. 25. 3. At à ſeptima die menſis quinti, vt legimus 4. Reg. 25. 8. cœpit Nabuzardan ſuccendere vrbem iam educto è carcere Ieremia: ergo paulo antequam liberaretur factus eſt ei hic ſermo, quem nunciaret Æthiopi: qui merito ſpecioſus vocatur à Chaldæo, quod ſperaſſet in domino: & miſeratione motus in prophetam, eius curam geſſerit, cum Iudæi neci eum tradere nõ dubitabant: nam quem ſui non receperunt, alienigenæ complexi ſunt: vt & in hoc etiam Chriſtum referret, & adumbraret.

D

Ier. 38. 9. — *Ier. 52. 6.* — *4. Reg. 25. 3.* — *Ioan. 1. 11.*

PARAPHRASIS.

Sedecia anno 11.

NAbuzardan princeps militiæ duxit Ieremiam de Ieruſalem [1] vinctum catenis cum reliquis captiuis, qui ducebantur Babylonem vſque Rama: vbi dixit ei. Dominus Deus tuus hanc ſummam calamitatem comminatus eſt contra terram iſtam, opereque compleuit, quia ciues tui peccauerunt in eum, eique noluerunt obedire: Idcirco enim euenit vobis afflictio hæc. Nunc ergo ecce ſoluo te hodie de vinculis, quibus manus tuæ ſunt colligatæ: & ſi placet tibi venire mecum Babylonem, veni, & ego tui curam geram: ſin autem tibi id gratum non fuerit, en terra hæc vniuerſa coram te eſt, ito quocunque volueris. Cumque è vultu ipſo cognoſceret velle Ieremiam: cum Godolia morari; non [3] expectata vlla eius reſponſione dixit ei, reuertere ad Godoliam filium Ahicam, quem præfecit rex Babylonis ciuitatibus Iuda, & habita liberè cum eo; vel abi quocunque tibi ire libuerit. Deditque ei Nabuzardan [4] cibos ad viam, & munera, & dimiſit eum: & commendauit eum Godoliæ filio Ahicam filij Saphan, præcipiens ei vt in domum ſuam eum induceret, & deinceps in medio populi verſaretur cum ſumma libertate quod ipſum principes alij Nabuchodonoſoris fecerunt. Iuit igitur Ieremias ad Godoliam in Maſphath, & habitauit cum eo liber, & cum populo, qui fuerat relictus in terra. Cum audiſſent autem omnes principes [5] exercitus, qui per regionem erant diſperſi, cum militibus ſuis regem Babylonis præfeciſſe terræ Godoliam filium Ahicam, quodque commendaſſet ei viros, mulieres, & paruulos, & pauperes terræ, qui non fuerant tranſlati Babylonem, venerunt ad Godoliam in Maſphath, Iſmahel ſcilicet filius Nathaniæ, Iohanã, & Ionathan filij Careæ & Sareas fili[9] Thanehumeth, & filij Ophi Nethophathites, & Iezonias filius Maachathi, cum militibus ſuis. Quibus omnibus ſub iureiurando dixit Godolias. Ne timeatis ſeruire Chaldæis: habitate terram, & ſeruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Ecce dum ego meo fungor munere in Maſphath, vt [6] excipiam Chaldæos, qui veniunt ad nos: vos colligite vinum [7] fruges, & oleum, & in vaſa recondite, & tranquille degite in vrbibus, quas ad habitandum elegiſtis. Omnes ſimiliter Iudæi, qui fugerant ad Moab, Ammon, & ad Idumeam, & in vniuerſas alias regiones: cum nouiſſent etiam quod rex Babylonis reliquiſſet Iudæos aliquos in terra Iuda, eiſque præfeciſſet Godoliam, redierunt & ipſi, & collegerunt vinum, & fruges valdè copioſas. Iohanam autem filius Careæ, & omnes principes exercituum, qui diſperſi fuerãt per regiones venerunt ad Godoliam in Maſphath, dixeruntque: noſtine quod

CAPVT TRICESIMVMQVINTVM.

SErmo, qui factus eſt ad Iere-
miam à domino, poſtquam 1
dimiſſus eſt à [1] Nabuzardan
magiſtro militiæ de Rama,
quando tulit eum [2] vinctum
catenis in medio omnium, qui migrabant
de Ieruſalem & Iuda, & ducebantur in Ba-
bylonem. | Tollens ergo princeps militiæ 2
Ieremiam, dixit ad eum: dominus Deus
tuus locutus eſt malum hoc ſuper locum
iſtum | & adduxit: & fecit dominus ſicut 3
locutus eſt, quia peccaſtis domino, & non
audiſtis vocem eius, & factus eſt vobis ſer-
mo hic. | Nunc ergo ecce ſolui te hodie de 4
catenis, quæ ſunt in manibus tuis: ſi placet
tibi, vt venias mecum in Babylonem, veni:
& ponam oculos meos ſuper te: ſi autem
diſplicet tibi venire mecum in Babylonem
reſide: Ecce omnis terra in conſpectu tuo
eſt: quod elegeris, & quo placuerit tibi, vt
vadas, illuc perge. | Et mecum [3] noli veni- 5
re, ſed habita apud Godoliam filium Ahi-
cam filij Saphan, quem præpoſuit rex Ba-
bylonis ciuitatibus Iuda: habita ergo cũ eo
in medio populi, vel quocũque placuerit
tibi vt vadas, vade. Dedit quoq; ei magiſter
militiæ [4] cibaria, & munuſcula, & dimiſit
eum. | Venit autem Ieremias ad Godoliam 6
filium Ahicam in Maſphath, & habitauit
cum eo in medio populi, qui relictus fue-
rat in terra. | Cumque audiſſent omnes 7
principes [5] exercitus, qui diſperſi fuerant
per regiones, ipſi, & ſocij eorum, quod præ-
feciſſet rex Babylonis Godoliam filium
Ahicam terræ, & quod commendaſſet ei
viros, & mulieres, & paruulos, & de paupe-
ribus terræ, qui non fuerãt tranſlati in Ba-
bylonem. | Venerunt ad Godoliam in 8
Maſphath: & Iſmahel filius Nathaniæ, &
Ionathan filij Careæ, & Sareas filius Tha-
nehumeth, & filij Ophi, qui erãt de Neto-
phati, & Iezonias filius Maachathi, ipſi &
viri eorum. | Et iurauit eis Godolias filius 9
Ahicam filij Saphan, & comitibus eorum,
dicẽs: Nolite timere ſeruire Chaldæis, ha-
bitate in terra, & ſeruite regi Babylonis, &
bene erit vobis. | Ecce ego habito in Maſ- 10
phath, vt [6] reſpondeam præcepto Chal-
dæorum, qui mittantur ad nos: vos au-
tem colligite vindemiam, & [7] meſſem, &
oleum, & condite in vaſis veſtris, & ma-
nete

11 nete in vrbibus veſtris, quas tenetis. ‖ Sed
& omnes Iudæi, qui erant in Moab, & in
filijs Ammon, & in Idumæa, & in vniuer-
ſis regionibus, audito quod dediſſet rex Ba-
bylonis reliquias in Iudæa, & quod præpo-
ſuiſſet ſuper eos Godoliam filium Ahicam
12 filij Saphan: ‖ reuerſi ſunt, inquam omnes
Iudæi de vniuerſis locis, ad quæ profuge-
rant, & venerunt in terram Iuda, ad Godo-

Baalis rex Ammonitarum miſerit Iſmahelem filium Nathaniæ ad interficiendum te? At non credidit eis Godolias. Sed Iohanan filius Careæ, dixit illam Godoliæ in Maſphath, ibo, ſi placet tibi, & interficiam Iſmahelem: nemo ſane ſciet: cur enim occideret ille te vt ſic diſpergerentur omnes Iudæi, qui ad te confluxerunt, & reliquiæ Iudæ perirent. Cui dixit Godolias, noli huiuſcemodi facinus perpetrare, quia exiſtimo falſum eſſe quod loqueris de Iſmahele.

13 liam in Maſphath: & collegerunt vinum, & meſſem multam nimis. ‖ Iohanan autem filius
Careæ, & omnes principes exercitus, qui diſperſi fuerant in regionibus, venerunt ad Go-
14 doliam in Maſphath. ‖ Et dixerunt ei: Scito quod Baalis rex filiorum Ammon miſit Iſma-
hel filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahi-
cam ‖ Iohanan autem filius Careæ dixit ad Godoliam ſeorſum in Maſphath, loquẽs: ibo,
15 & percutiam Iſmahel filium Nathaniæ, nullo ſciente, ne interficiat animam tuam, & diſ-
ſipentur omnes Iudæi, qui congregati ſunt ad te, & peribunt reliquiæ Iuda. ‖ Et ait Go-
16 dolias filius Ahicam ad Iohanan filium Careæ: Noli facere verbum hoc: falſum enim tu
loqueris de Iſmahel.

ARGVMENTVM.

HISTORIA texitur liberationis Ieremiæ, & omnium Iudæorum, qui ad Godoliam confluxerant, vt ſub eius imperio pacifice degerent.

COMMENTARIVS.

Dubiũ quorſũ hæc verba præmiſſa.

1. NABVZARDAN.] Dubium eſt, quorſum initio huius capitis præinducta ſint illa verba. [Sermo, qui factus eſt ad Ieremiam à domino poſtquam dimiſſus eſt à Nabuzardan magiſtro militiæ de Rama] cum nulla referatur prophetia, ſed hiſtoria tantum? S. Thomas exiſtimat hæc verba præmitti vt indicetur hanc liberationem fuiſſe Ieremiæ prius reuelatam. Sed huic contradicit, quod ſermo hic factus dicitur à domino Ieremiæ non prius, ſed poſtquam dimiſſus eſt à Nabuzardan. Rabanus, & Hugo videntur nomine ſermonis facti ad Ieremiam intelligere rem ſob ſermone contentam, quaſi dicat, Res, quę facta eſt à domino cum Ieremia, hoc eſt, liberatio, qua liberatus eſt à domiuo Ieremias, poſtquam dimiſerat eum de Rama, & quæ ſequuntur: quam ſolutionem indicat ſua hac verſione Tigurina. Actio, quam geſſit dominus cum Ieremia, poſtquam dimiſerat eum Nabuzardan de Ramah. Nam cum nomen דָּבָר Dauar verbum, ſermonem, actionem, negocium, remque ſignificet, hic pro actione, re, aut negocio videtur fuiſſe poſitum, vt ſit ſenſus, hoc modo geſſit dominus rem, ſeu negocium Ieremiæ, quando fecit vt liberaretur. Sed huic etiam repugnat, tempus, cum dicatur: poſtquam dimiſit eum Nabuzardan, negocium autem præcipuum erat dimiſſio, ſeu liberatio, poſtquam non potuit fieri negocium dimiſſionis eiuſdem. Sermo ergo, ſeu negocium, quod poſtea accidit aliqua reuelatio fuit. Dicendum ergo eſt cum Lyra, Vatablo, & alijs, ſupradicta verba per anticipationem initio huius capitis locata, inſerta longa parentheſi: pertinere ad caput 42. & eadem eſſe cum illis, verſu. 7. cum autem completi eſſent decem dies factum eſt verbum domini ad Ieremiam. Atque eo loco repetenda ſunt hoc modo. Prophetauit quoque Ieremias poſtquam dimiſſus eſt à Nabuzardan magiſtro militiæ de Rama, quo eum vinctum compedibus duxerat inter omnes captioos Ieruſalem, & Iuda, qui Babylonem transferebantur. Nam tranſactis decem diebus factus eſt ei huiuſmodi ſermo à domino: & hiſtoria huius capitis ab illis verbis inchoatur. Tollens ergo: vel, Accerſiuit ergo princeps militiæ Ieremiam: quanuis & modum, quo venit Rama volumus inſerere narrationi.

Ad 42. c. pertinent verba dicta.

Anticipatio.

2. *Vinctum.*] In præcedenti capite dictum eſt Ieremiam iuſſu optimatum liberum eductum de veſtibolo carceris, & traditum Godoliæ: quid eſt ergo quod modo additur ſatis ab eo dioerſum, ductum captiuom cum alijs à Nabuzardan, catenis vinctum Rama? Lyra, & Dionyſius è mente R. Salomonis reſpõdent, liberum quidem eductũ è veſtibulo carceris; ſed cum videret cõciues ſoos, ac fratres conſtrictos catenis, duci Babylonem,

Dubiũ de tempore, & ordine literæ.

commiſeratione motum ſponte ſeſe eorum ca- A tenis colligaſse, atque ita veniſſe vſque Rama, vbi Nahuzardan à reliquis ſemotum tradidit Godoliæ. Sed in hoc capite planè dicitur, inter ceteros captiuos ductum vinctum catenis à Nabuzardan: ergo nondum eum liberauerat. Qua ratione falſa etiam videtur concordia ab Hugone adhibita; quod è veſtibulo carceris liberato tūc catenæ fuerint ſolutæ, & hoc eſt quod dicit: Ecce ſolui te hodie de catenis, quæ ſunt, pro, quæ erant in manibus tuis, cum eras in veſtibulo carceris. At repugnat quod de Ieruſalem vinctus ductus eſt Ramah, & non ſolutus. Hoc ergo modo ſatisfaciemus præſenti dubio ſi dixerimus in capite præcedenti, quæ obiter facta ſunt circa liberationem Ieremiæ in hoc capite latius B narrari: atque hanc fuiſſe hiſtoriam: Accepto præcepto Nabuchodonoſoris, de habenda ratione Ieremiæ, Nabozardan, ceteroſque optimates miſiſſe, qui captiuos ducerent, & Ieremiam inquirerent; qui inuenerunt eum in veſtibulo carceris, vnde eduxerūt, ſimulque cum alijs vinctum duxerunt Ramah, vbi cogebantur captiui Babylonem transferendi, nam quia per miniſtros duxit, dicitur ipſe Nabuzardan tuliſſe. Atque ibi è medio aliorum tollens Ieremiam egit de eius liberatione, & cognoſcens velle morari cum Godolia, ipſe, & alij optimates tradiderunt eum, & commendauerunt Godoliæ. ita ergo quod dixit: Ecce ſolui te hodie de catenis, hoc eſt, de manicis ferreis, nam dicitur, quæ ſont in manibus tuis, vt notat Vatablus, in Rama factom eſt. Recte ergo omnia conueniunt, & ad hoc caput pertinent.

Concordia textus.

3. *Noli.*] Illa verba, & mecum noli venire, ſed C habita apud Godoliam, ſic habent ex Hebræo: Et adhuc ille non reuertetur: & reuertere ad Godoliam. Ecliptica oratio eſt: quam Tigurina ſic explicat: quocūque tibi commodom videbitur ire, illuc eas (nondum enim erat reuerſus) & reuertere ad Godoliam. Melius Pagninus: & adhuc eo quoquam non reuertente, ait reuertere ad Godoliam. Vel: Adhuc autem ille non dixerat quod nō reuerteretur, & dixit reuertere ad Godoliam: & Vatablus: Nondum enim ille, (reſponderat illi) quod reuerteretur, (cum dixit illi) reuertere ad Godoliam: quaſi dicat: è vultu ipſo, aut ex ſilentio cognoſcens voluntatem Ieremiæ, cum nondum reſpondiſſet ſe velle reuerti in Ieruſalem: dixit ei, reuertere: quod dixit Volgatus, Mecum noli venire. Voluntati illius morem gerens iuxta præce- D ceptum Nabuchodonoſoris optionem dat eundi quocunque vellet: & propterea dixerat, ecce omnis terra in conſpectu tuo, vel coram te eſt, vniuerſa terra tua eſt, vt habites vbi volueris, ſic omnis probus liber eſt, & vbique libere degit, vt dixit Philo in libro de hac re edito.

Probi libertas.

4. *Cibaria.*] Viaticum, & munus, ſeu commeatum, & munus: nomen ארחת Aruchhah viaticum ſignificat, cibū, aut prandium, aut demenſum cibi, hoc eſt portionem ad viam neceſſariam. Ioſephus lib. 10. c. 11. At dux, ait, Ieremiæ voluntate cognita, Godoliæ commendauit hominem, mandās ne quid ei deeſſe pateretur: donatiſque Vatis magni pretij muneribus, ipſe quoque domum profect⁹ eſt: ſubiecta hæc verba in paraphraſi, deſumpta ſunt ex cap. 39. ad hanc hiſtoriam contexendam neceſſaria.

Ioſeph.

5. *Exercitus.*] Principes exercituum vocat eos, qui diffugerant capta vrbe, & duces ſibi ceteri cōſtituerant; dum enim in agris laterent, duces cateruarum creati ſunt, vt eas ab hoſtibus tuerētur, ſi opus eſſet: ita exponunt omnes interpretes, & Ioſephus lib. 10. c. 11. eadem hiſtoria refertur 4. Reg. 25. 25.

4. Reg. 25. 25.

6. *Reſpondeam.*] Verba illa: Ecce ego habito in Maſphath, vt reſpondeam præcepto Chaldæorū, qui mittuntur ad nos: aut vt ſtem coram Chaldæis qui veniunt ad nos: ita explicat Vatablus: Ego præſto ero Chaldæis, ſi quid agendum præceperint, vel excipiam Chaldæos, ſi qui venerint ad nos, eiſque fidem habebo pro vobis, ponāque vitam meam pro vobis, vt vos ſecuri ſitis. Tho. Lyra, & Dionyſius ſic exponunt: Ego ero in Maſphath, ſi quid vobis mali cōtigerit, ad me referte, ego enim reſpondebo pro vobis Chaldæis: viuite ergo ſecuri. Ego, inquit Iſidorus, cum venerint Chaldæi, reſpondebo pro vobis, & ponam animam meam pro vobis, & vos ſecuri viuetis. & locupletabimini in ciuitatibus veſtris. Nempe adūbrauit bonum paſtorem Chriſtum, qui diſperſos omnes congregauit, & vere languores noſtros tulit: & dolores noſtros ipſe portauit, Iſa. 53. qui C vt bonus paſtor animam ſuā dat pro ouibus ſuis.

Chriſtus adumbratus. Iſa 53. 4 Ioan 10. 11.

7. *Meſſem.*] Nomen Hebræum קיץ Kaiiz æſtiuū fructum ſignificat, qui ſiccatur, vt ficus, carica, 2. Reg. 16. 1. dicitur, Centum libras caricarum: & ita vertunt Tigorina, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus: imo & Septuaginta & Chaldæus. Nam hoc tēpore iam meſſis erat finita; ac ſiē, tātum vinum, & fructus dixit, qui in Autumno recondebantur. Verum nomen illud æſtatem ſignificat, quartā anni partem, conſtat ex cap. 8. Iere. v. 20. Tranſiuit meſſis, finita eſt æſtas, quæ pro meſſe accipi ſolet, quod in æſtate colligatur: & licet tunc propter bellum colligi nō potuerit, at poſt vrbem incenſam, die Iulij decimo, & pacem redditam, potuit colligi ſi quid ſupereſſet menſe Auguſto: nec dom quod Godolias cum hortatur ad meſſem colligendam, vinum, & oleum, non loquitur de ſolo illo anno, ſed de annis futuris, vt nempe ſererent, D meterentque feliciter, ſicque trāquillè viuerent. Quis enim non tranquillè degeret, terraque potiretur, tanto duce, prudenti, ſubditis, Chaldæiſque beneuolo, & quaſi internuncio, & mediatore; qualis fidelibos ſuis eſt Chriſtus? Sed omnia conturbat inimicus homo Iſmahel, qui caput nobis eripere non veretur, & Ieruſalem derelicta ad Ægyptum ſatagit transferre, vbi tandem moribus gentium imbuti pereamus.

2. Reg. 16. 1. Ierem. 8. 20. Godoliæ bonitas.

CAPVT QVADRAGESIMVMPRIMVM.

1
ET factum eſt in menſe ' ſepti-
mo venit Iſmahel, filius Na-
thaniæ, filij Eliſama, de ſemi-
ne regali, & optimates regis,
& decem viri cum eo, ad Go-
doliam filium Ahicam in Maſphath: & co-
2 mederunt, ibi panes ſimul in Maſphath.
| Surrexit autem Iſmahel filius Nathaniæ,
& decem viri, qui cum eo erant, & percuſ-
ſerunt Godoliam filium Ahicam filij Sa-
3 phan gladio, & interfecerunt eum, quem
præfecerat rex Babylonis terræ. | Omnes
quoque Iudæos, qui erant cum Godolia in
Maſphath, & Chaldæos, qui reperti ſunt
4 ibi, & viros bellatores percuſſit Iſmahel.
5 | Secundo autem die poſtquam occide-
rat Godoliam, nullo adhuc ſciente. | Vene-
runt viri de Sichem, & de Silo, & de Sama-
ria, octoginta viri: raſi barba & ſciſſis veſti-
bus, & ſquallentes: & munera, & thus habe-
6 bant in manu, vt offerrent in domo domi-
ni. | Egreſſus ergo Iſmahel filius Nathaniæ
in occurſum eorum de Maſphath, incedēs,
& plorans ibat: cum autem occurriſſet eis
7 dixit ad eos: venite ad Godoliam filium
Ahicam. | Qui cum veniſſent ad medium
8 ciuitatis, interfecit eos Iſmahel filius Na-
thaniæ, circa ' medium laci, ipſe, & viri qui
erant cum eo. | Decem autem viri reperti
ſunt inter eos, qui dixerunt ad Iſmahel:
Noli occidere nos: quia habemus theſau-
ros in agro frumenti, & hordei, & olei, &
9 mellis. Et ceſſauit: & nō interfecit eos cum
fratribus ſuis. | Lacus autem, in quē pro-
iecerat Iſmahel omnia cadauera virorum,
quos percuſſit propter Godoliam, ipſe eſt,
quem fecit rex Aſa propter Baaſa regem
10 Iſrael: ipſum repleuit Iſmahel filius Natha-
niæ occiſis. | Et captiuas duxit Iſmahel
omnes reliquias populi, qui erant in Maſ-
phath: filias regis, & vniuerſum populum
qui remanſerat in Maſphath: quos com-
mendauerat Nabuzardan princeps mili-
tiæ Godoliæ filio Ahicam. Et cœpit eos
11 Iſmahel filius Nathaniæ, & abijt vt tranſi-
ret ad filios Ammon. | Audiuit autem Io-
12 hanan filius Careæ, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum,
quod fecerat Iſmahel filius Nathaniæ. | Et aſſumptis vniuerſis viris, profecti ſunt, vt

PARAPHRASIS.

VErum ' ſeptimo menſe venit Iſmahel filius Nathaniæ, filij Eliſamæ, de genere regio, cum optimatibus regis, & decem alijs viris, eius ſatellitibus, ad Godoliam in Maſphath: Quos cum ſplendidis epulis excepiſſet, Iſmahel cum decem illis viris irruit in Godoliam iam temulentum, & interfecit eum, quod Rex Babylonis eum terræ præfeciſſet. Iudæos quoque, & Chaldæos cum cæteris militibus, quos ibi reperit cum Godolia, pariter occidit. ' Altero die à Godoliæ cæde, quam nullus adhuc ſciebat exterorum, fama fuit venire octoginta viros de Sichem, Silo, & Samaria, abraſis barbis, ſciſſiſque veſtibus, & facie lacera, cum muneribus, & thure, quæ offerrent in templo Domini. Ad quos egreſſus eſt obuiam Iſmahel, ſimulando ſe triſtem ob ea, quæ Ieruſalem, & templo acciderant. Cum autem illis occurriſſet, euocauit, vt ad Godoliam accederent, intra ciuitatem: ad cuius medium cum peruenijſſent, trucidauit eos, ' proiecitque in medium laci. Decem autem ex illis rogauerunt Iſmahelem, ne interficias nos; quia habemus in agro abſconditos theſauros tritici, hordei, olei, & mellis, & oſtendemus tibi. Deſtitit ergo propter hoc, & non occidit eos cum fratribus ſuis: [Erat autem ' lacus ille, in quem proiecerat Iſmahel occiſorum cadauera, quem fecerat rex Aſa, metu Baaſa regis Iſrael: vt illo ſe tueretur] hūc enim repleuit Iſmahel occiſorum cadaueribus: & duxit ſecum captiuum omnem populum, & filias regis, quas Nabuzardan commendauerat Godoliæ: & rediit ad Ammonitas. Audiuit Iohanan, & militum duces, qui erant cum eo impium Iſmahelis facinus, & coactis omnibus militibus profecti ſunt ad confligendum cum eo: aſſecutique ſunt illum iuxta ' aquas multas, quæ ſunt in Gabaon. Cumque illos vidiſſet, vniuerſus populus, quem ducebat Iſmahel, lætati ſunt: & relicto Iſmahele, profugerunt ad Iohanan, qui reduxit eos. Iſmahel autem cum octo tantum viris euaſit, fugiens ad Ammonitas. Mox Iohanan cum exercitu ſuo, omnem illum populum, quem abduxerat Iſmahel de Maſphath, viros ad bellum ſtrenuos, mulieres, pueros, & Eunuchos, accepit, & abijt cum eis, & conſedit in ' Chamaam iuxta Bethlehem, vt pergerent in Egyptum propter Chaldæos quos valdè formidabant, ob cædem ab Iſmahele factam Godoliæ, quem rex Babylonis præpoſuerat terræ Iudæ. Sedecia anno 11.

bellarent aduerſum Iſmahel filium Nathaniæ,& inuenerunt eum ad [f] aquas multas,quæ
13 ſunt in Gabaon.‖ Cumque vidiſſet omnis populus,qui erat cum Iſmahel, Iohanan fi-
14 lium Careæ,& omnes principes bellatorum,qui erant cum eo, lætati ſunt.‖ Et reuerſus
eſt omnis populus,quem cœperat Iſmahel, in Maſphath: reuerſuſque abijt ad Iohanan
15 filium Careæ.‖ Iſmahel autem filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Iohanan, &
16 abijt ad filios Ammon.‖ Tulit ergo Iohanan filius Careæ, & omnes principes bellato-
rum,qui erant cum eo,vniuerſas reliquias vulgi,quas reduxerat ab Iſmahel filio Natha-
niæ de Maſphath, poſtquam percuſſit Godoliam filium Ahicam: fortes viros ad præ-
17 lium,& mulieres,& pueros,& Eunuchos, quos reduxerat de Gabaon.‖ Et abierunt, &
ſederunt peregrinantes in [*] Chamaam,quę eſt iuxta Bethlehem,vt pergerent, & introi-
18 rent Ægyptum,‖ à facie Chaldæorum: timebant enim eos, quia percuſſerat Iſmahel
filius Nathanię Godoliam filium Ahicam, quem præpoſuerat rex Babylonis in terra
Iuda.

ARGVMENTVM.

ISMAHEL conuiuio exceptus à Godolia nihil mali cogitante, eum cum alijs multis interfecit,& populum vniuerſum ſecum duxit captiuum ad Ammonitas. Reſtituit tamen illum Iohanan Iſmahelem inſecutus, quo cum metu Chaldæorum,qui vlturi timebantur cædem Godoliæ, fugiebat in Ægyptum. Hiſtoriam ex parte legimus 4. Reg. 25. 25. latius autem ſcriptam habet Ioſephus lib. Antiquit. 10. cap. vndecimo.

4. Reg. 25. 25. Ioſeph.

COMMENTARIVS.

De tempore huius hiſtoriæ.

1. SEPTIMO.] Intelligit non tranſactis ſeptem menſibus à capta vrbe, & templo ſuccenſo:ſed ſeptimo menſe currente illius anni:cuius menſe quarto capta eſt ciuitas, menſe quinto combuſta eſt cum templo. Sexto deinde menſe omnes congregati videtur in Maſphath ſub Godolia,vt in quadrageſimo capite relatum eſt: iam ſeptimo ſequenti menſe,tertia illius die,vt addit Chaldæus,poſt triginta dies ab admonitione facta Godoliæ,de parata ſibi cæde, vt ait Ioſephus lib. 10. cap. 11. inter hoſpitales epulas,dum ſe comiter poculis inuitant, Iſmahel hoſpitem mero grauem,& ſomnolentum, cum decem ſocijs adortus, interfecit. Cauſam autem cur Godoliam interfecerit illa verba declarant: quem præfecerat:vel vt ex Hebræo legit Vatabl[*],quia præfecerat eum rex Babylonis terræ:cum enim ipſe eſſet de ſemine regio inuidia mouebatur,vt ait S. Thomas,nam putabat ſibi deberi principatum; eratque vir malus,& doloſiſſimus.

Ier. 40. Ioſeph.

2. *Secundo.*] Sequenti nempe die vt ex Hebręo cognoſcimus,& ex Ioſepho loco citato,nō duobus diebus tranſactis vt ait Theodoretus: R. Salomon, quem ſequitur Vatablus, exiſtimat hos viros audita vrbis vaſtatione è terra ſua fuiſſe egreſſos cum muneribus, vt in templo offerrent, in via autem cum audiſſent templum combuſtum, raſiſſe barbam, & ſigna alia luctus edidiſſe, & ita ad Godoliam diuertiſſe in Maſphath: nam ſi templum dirutum audiuiſſent, quorſom in illud munera detuliſſent? Lyræ non placet hæc opinio, quod multo antequam egreſſi fuiſſent è patria, audiſſent & vrbis euerſionem, & templi concremationem: quod conſtat & ex tempore: quia vrbs diruta eſt menſe quarto, templum crematum menſe quinto, at viri illi ſeptimo menſe venerunt,paulò ante è patria ſua egreſſi:& ex loco; ſiquidem Sichem,Silo,& Samaria non adeo remota erant ab Ieruſalem, vt fama templi ſuccenſi nō peruenerit paucis diebus ad viros illos: nam Samaria viginti octo milliaribus diſtabat ab Ieruſalem, Sichem vero duodecim,à qua cum Silo decem tantum milliaribus diſtet, non longè erat ab vrbe ſancta. Quare putat Lyra viros illos recta veniſſe in Maſphath adorandi gratia, & inuiſendi Godoliam, & fratres reliquos: nam quod olim ille eſſet locus adorationis, altare erexerat Godolias, vt ad illud confluerent Iudæi. Atque adeo è domibus exierant viri illi barba raſi, & diſciſſis veſtibus, & facie lacera.

Cur in templū dirutū veniebant.

Samaria, Sichē, & Silo quā tū diſtāta ab Ieruſalē.

At quoniam ſcriptura apertis verbis dicit, viros illos attuliſſe munera, & thus, vt offerrent in domo domini, quæ nulla intelligitur alia ab interpretibus, quam templum Ieroſolymitanum; nec videtur domus domini tam cito inſtructa,& nominata in Maſphath: dicendum eſt viros illos egreſſos ea mente, vt ſua munera offerrent in templo,quod licet combuſtū audiuiſſent,non tamen adeo dirutum, vt non poſſent in eo,tanquā in loco quem elegerat dominus, adorare Deū:prius tamen veniebant ad Godoliam in Maſphath, vt noſſent quomodo ſe res haberent, & ſe inuicē conſolarentur. Vnde videntur è terris ſuis egreſſi viri illi raſi barba,& ſciſſi veſtes,& inciſi,vt internum dolorem oſtenderent: nō enim fuiſſet magn[*],niſi externis illis ſignis indicaretur. Illud Vulgati,& ſquallētes,Hebraicè eſt מתגודדים

Ad templū veniebant adoraturi.

Mit-

Mitgoddiũ, à verbo gadad, quod eſt cogere, ſncci- A dere, lacerare, vt ſit inciſi, lacerati vnguibus facie vel ſeſe laniantes. Septuaginta plangentes verterũt, vt Vulgatus ſquallentes, quod multũ ſqualloris coegiſſent, ea lacrymis, laceratione, & puluere itineris.

3 *Medium.*] Illa verba, interfecit eos Iſmahel ad medium laci, omnes intelligunt perduaiſſe viros iuxta medium laci, & ibi occidiſſe, & proieciſſe *Ioſephus* in lacum, quod & Ioſephus affirmat cap. illo 11. introgreſſos, inquit, clauſo palatio trucidauit, cadaueraque eorum in puteum quendam, ne eſſent conſpicua, demerſit: & Vatablus cum vertit, & in medium laci coniecit, & ita Theodoretus intelligit: Septuaginta, qui, legunt, & iugulauit in medio putei. Atque hanc intelligentiam probãt illa verba verſus 9. lacus autem, in quẽ proiecerat Iſma- B hel omnia cadauera virorũ, quos percuſſit propter Godoliam, non ergo in puteo ipſo, vel lacu interfecerat. Verum hæc non perſuadẽt ſenſum prędictum, quia non de cadaueribus illorum 80. virorum, ſed de ſociis Godoliæ loquuntur. Sic enim habent, lacus autem, in quem proiecerat Iſmahel omnia cadauera virorum, quos percuſſit in ma- *Exod. 9. 3.* nu Godoliæ, hoc in plaga, aut percuſſione Godoliæ, nam manus hunc habet ſignificatum Exod. 9. verſ. 3. Ecce manus mea erit ſuper agros tuos, vel de manu Godoliæ, hoc eſt de conſilio Godoliæ, quos habebat ad manũ, ad capiendum ab eis cõſilium: vel cauſa Godoliæ. Atque ita conſtat eſſe ſermonem de iis, qui interfecti fuerãt cum Godolia, non de his octoginta, nihilominus ex lacu, prope medium cuius trucidati ſunt, & ex dictis aliis eſt C veri ſimilius, in lacum proiectos, quamuis & Hebræa lectio & Laa. vertentes, Et iugulauit eos in puteo, indicẽt ſatis, in puteo ipſo ea inſidiis fuiſſe interfectos, aut ad os putei. Ita minirum ſceleſtus Iſmahel, quamuis de ſemine regio probos vi- *Iſmahel quos referat.* ros ac ſimplices, qui populo benefacere, & Deum colere curabant, dolo, ac inſidiis adoriebatur, & qui liberi euaſerant à Chaldæis à domeſticis interficiuntur, ita ſane Iſaac perſequebatur Iſmahel: & Eſau ſincerum Iacob: & quis à dæmonibus liber euadit, è carnis ſuæ inſidiis, & machinamẽtis perimitur, & in profundum malorum puteum proijcitur: niſi theſauro ſcripturæ ſacræ, ſacramentorum, & deuotionis ſe tueatur, quos abſconditos habet in agro cordis ſui, quibus redimit animam ſuam.

Lacus. 3. Reg. 15 17. 2. Paral 16. 1. Ioſephus

4 *Lacus.*] Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyra cum D cæteris interpretibus, exiſtimant hanc foſſam, ſeu lacum profundiſſimum tunc extructum cum, vt refertur 3. Reg. 15. 17. & 2. Paral. 16. 1. & in Ioſepho lib. 8. Antiq. cap. 6. Aſa rex Iuda tulit lapides, & ligna, quibus Baaſa circundabat muro, Rama, vrbẽ ab Ieroſolymis ſtadiis. 40. hoc eſt milliarib⁹ quinque diſſitam, vt in ea ſe muniret contra regem Iuda: qui ea vniuerſa materia duo oppida ædificauit. Gabaa Benjamin, & Maſphath, multiſque aliis opi- A ficiis muniuit: inter quæ vnũ erat lacus hic. Cum autem conſtet ex vetuſtioribus hiſtoriis has duas *Iudic. 19. 26.* vrbes iam olim multo ante tempora Aſa extitiſſe ſi quidem Maſphath locus fuit adorationis, & in Gabaa Benjamin interfecta concubina, ſeu vxor Læuitæ, intelligimus has vrbes ab Aſa inſtauratas fuiſſe ac præmunitas, contra ea curſiones Baaſa, & Iſraelitarum. Hanc foſſam, ſeu puteum ait Ieremias repletum fuiſſe Iſmahele occiſis, ex quo patet in hunc eundem lacum proiectos illos ea octuaginta, & multos alios, quos in vrbe interfecerat.

5 *Aquas.*] Chaldæus paraphraſtes explicuit nobis *Aqua Gabaon 2. Reg. 2. 13.* quænam eſſent aquæ iſtæ, cum ait, Et inuenerunt eum iuxta piſcinam aquarum multarum, quæ eſt in Gabaon. de qua, vt animaduertit Dionyſius fit B mentio 2. Reg. 2. 13. cum dicitur. Porro Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid egreſſi ſunt, & occurrerunt eis iuxta piſcinam Gabaon, & cum in vnũ conueniſſent, è regione ſederunt, hi ex vna parte *Ioſephus* piſcinæ, & illi ex altera: fonticulũ vocat Ioſephus l. 7. Antiq. c. 1. quamuis c. 11. l. 10. vbi refert hiſtoriã *Gabaonis ſitus* Ieremiæ, dicat apud fontem Hebrunenſem cõprehenſum Iſmahelẽ, neſcio qua ductus ratione. Por- *Ioſephus* ro Gabaon vicus quadraginta ſtadiis ab Ieroſolymis aberat, hoc eſt, quinque milliaribus, vt aſſerit Ioſeph. l. 7. Ant. c. 10. Inuiti admodũ ab Iſmahele ducebantur ad Ammonias, qui ſtatim ac viderunt liberatorem Iohanan, læti ſub illius cõceſſere præſidium: multi ſunt enim, quos vt prædam electam ſecũ dæmones captiuos portant; qui ſi viros probos & Dei gratia roboratos viderint ſibi in auxi- C lium venire, ſuis admonitionibus exhortari ad reditum læti & animati redeant ad frugem meliorem, ad ciuitatem, vbi colitur Deus.

6 *Chamaam.*] Hebraicè dicitur, & habitauerunt in גרות Gerut chimham: & quidem Septuaginta, *Chamaam quid notet.* Tigurina, Iſidorus & alij, ac ſi nomen ſit propriũ Geruth inexplicatum relinquunt. Alij putant eſſe *Ioſephus* appellatiuum, ſignificatque peregrinationem, & ita vertunt: in peregrinatione chimham, vel in loco, in quo peregrinatus eſt Chamahã, vel in loco qui dicitur peregrinatio Chamaham, vt Vulgatus Pagni: & Vatablus acceperunt, & Ioſephus c. illo 11. in loco qui Mandra dicitur, explicuit: Sed *2. Reg. 19. 38.* Chaldæus latius expoſuit, cum dixit, Et abierũt & ſederunt in peregrinatione, quam dederat Dauid Chamaham filij Bercellai Galaaditæ, quæ eſt iuxta Bethlehem, de quo ſic loquitur Dauid 2. Reg. 19. D 38. Mecum tranſeat Chamaam, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit. Trãſiuit ergo rex in Galgalam, & Chamaam cum eo, in hoc ergo vico, in quo peregrinatus eſt Chamaam filius Barcellai peregrinati ſunt reliquiæ Iudæorum, ibique ea die manſerunt, vt ait Ioſephus profecturi mox in Ægyptum propter metum Chaldæorũ, ſed non euaſerunt mortem, quam tantopere formidabãt inobedientes, cum culpam ſemper comitetur pœna, nam in Ægypto tandem perierunt.

PARAPHRASIS.

Sedecia anno II.

CONuenerunt autem ibi duces omnes cum militibus ſuis, præſertim Iohanã fili⁹, Careæ, & Iozonias filius Oſaiæ, deniq; populus vniuerſus à minimo vſque ad maximum, ad [1] Ieremiam, rogantes eum, vt preces ad Deum funderet, pro reliquiis Iuda, qui ex multis tam pauci remanſerant, vt ipſe conſpiciebat, vtque dominus Deus illis oſtenderet viam, qua eſſet eundum, quidque eis eſſet faciendum. Quibus reſpondit Ieremias, faciam libenter quod petitis: ego deprecabor dominũ Deum veſtrum iuxta ea, quæ poſtulatis, & quicquid reſponderit indicabo, nec quicquam vos celabo. Illi autem dixerunt: [2] Teſtamur Deum teſtem veritatis, & fidei, à quo perdi omnino optamus ſi non fecerim⁹ quicquid per te iuſſerit nos facere, ſeu felix id, ſeu calamitoſũ fuerit, ſperam⁹ enim omnia nobis bene ſucceſſura ſi voci dñi paruerimus. [3] Exactis ergo decem diebus, ex quo inchoarat preces ad dominum, factus eſt ſermo Ieremiæ; & vt eum denunciaret vocauit Iohanã, & omnes militũ duces, qui cũ eo erãt & populũ vniuerſum à minimo vſque ad maximum, dixitque eis. Sic reſpondit Dominus Deus Iſrael, ad quem miſiſtis me, vt preces veſtras ſupplices illi offerrem. Si tranquillè manere volueritis in terra hac veſtra, inſtar noui ædificii vos conſeruabo: & inſtar nouæ plantæ affigam radices, nec poſthac permittam vllos è vobis in Chaldæam abduci: pœnitet enim me inchoatæ abductionis. Ne timeatis regem Babylonium, quem tantopere formidatis, ne inquam metuatis, quoniam ego, ait dominus, vobiſcum ſum, vt ſaluos faciam vos, & eruam de eius poteſtate. Miſerebor ego veſtri & efficiam vt gratia, ac fauore vos proſequatur & permittat pacificè habitare in terra veſtra. Quod ſi decreueritis non permanere in terra veſtra, non obtemperantes voci domini, ſed definieritis proficiſci in terram Aegypti, vbi dicitis, non videbimus bellum, nec tubæ ſonum audiemus, nec cibi penuria laborabimus: ibi igitur habitabimus: Audite verbum domini reliquiæ Iuda. Si vos firmiter ſtatuatis in Aegyptum proficiſci & illuc perueneritis, vt habitetis in ea gladius quem hîc metuitis ibi vos comprehendet, & fames, quæ vos hîc tenet ſolicitos in Aegypto comitabitur, donec moriamini. Quiſquis itaq; veſtrum ſecũ definierit in Aegyptum ire, vt ibi moretur, gladio, fame, peſteque peribit, nullus remanebit, nullus euadet malum, quod adducam contra vos Sicut [5] effuſus eſt furor meus, & ira ſuper ciues Ieruſalem, ſic effundetur ſuper vos, ſi in Aegyptum ingreſſi fueritis: eritis enim omnib⁹ execrationi, ſtupori, maledicto, & opprobrio, nec locum hunc vltra videbitis. Per me loquitur vobis Dominus, reliquiæ Iuda, ne eatis in Aegyptum

CAP. QVADRAGESIMVMSECVNDVM.

ET acceſſerunt omnes principes 1
bellatorum, & Iohanan filius
Careæ, & Iozanias filius Oſaiæ,
& reliquum vulgus à paruo vſ-
que ad magnum: ‖ Dixeruntque ad [1] Iere-
miam prophetam: Cadat oratio noſtra 2
in conſpectu tuo, & ora pro nobis ad Do-
minum Deum tuũ, pro vniuerſis reliquijs
iſtis, quia derelicti ſumus pauci de pluri-
bus, ſicut oculi tui nos intuentur: ‖ Et an-
nunciet nobis Dominus Deus tuus viam, 3
per quam pergamus, & verbum quod fa-
ciamus. ‖ Dixit autem ad eos Ieremias pro-
pheta: Audiui: ecce ego ero ad Dominũ 4
Deum veſtrũ ſecundũ verba veſtra omne
verbum, quodcumque reſponderit mihi,
indicabo vobis: nec celabo vos quid quam.
‖ Et illi dixerunt ad Ieremiam: ſit Dominus 5
inter nos [2] teſtis veritatis & fidei, ſi non
iuxta omne verbũ, in quo miſerit te Do-
min⁹ Deus tuus ad nos, ſic faciemus. ‖ Siue
bonum eſt, ſiue malum, voci Domini Dei 6
noſtri, ad quem mittimus te, obediemus,
vt bene ſit nobis cum audierimus vocem
Domini Dei noſtri. ‖ Cum autẽ completi
eſſent [3] decem dies, factũ eſt verbum Do- 7
mini ad Ieremiam. ‖ Vocauitque Iohanã 8
filium Careæ, & omnes principes bellato-
rum qui erant cum eo, & vniuerſum po-
pulum à minimo vſque ad magnum. ‖ Et 9
dixit ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Iſ-
rael, ad quem miſiſtis me, vt proſternerẽ
preces veſtras in conſpectu eius. ‖ Si quieſ- 10
centes manſeritis in terra hac, ædificabo
vos, & non deſtruam; plantabo, & non
euellam: iam enim [4] placatus ſum ſuper in
malo quod feci vobis. ‖ Nolite timere à fa- 11
cie regis Babylonis, quem vos pauidi for-
midatis: nolite metuere eum, dicit Domi-
nus: quia vobiſcum ſum ego, vt ſaluos vos 12
faciam & eruam de manu eius. ‖ Et dabo
vobis miſericordias, & miſerebor veſtri: &
habitare vos faciam in terra veſtra: ‖ Si autẽ
dixeritis vos; Non habitabimus in terra 14
iſta, nec audiem⁹ vocem dñi Dei noſtri ‖ di-
cẽtes: Nequaquã, ſed ad terram ægypti per-
gem⁹ vbi nõ videmus bellũ, & clangorẽ tu-
bæ non audiemus & famem non ſuſtinebi- 15
mus: & ibi habitabimus. Propter hoc nunc
audite verbum domini reliquiæ Iuda. Hæc
dicit dominus exercituum, Deus Iſrael: Si
poſueritis faciem veſtram vt ingrediamini 16
Aegyptum, & intraueritis vt ibi habitetis: ‖

gladius

gladius, quem vos formidatis, ibi compre-
hẽdet vos in terra ægypti, & fames, pro qua
eſtis ſoliciti, ad hærebit vobis in Ægy-
17 pto, & ibi moriemini ‖ Omneſque viri qui
poſuerunt faciem ſuam vt ingrediantur
ægyptũ, vt habitent ibi, morientur gladio,
& fame, & peſte: nullus de eis remanebit,
18 nec effugiet à facie mali quod ego afferam
ſuper eos ‖ Quia hæc dicit Dominus exer-
cituum Deus Iſrael: ſicut [s] conflatus eſt
furor meus, & indignatio mea ſuper habi-
tores Ieruſalem: ſic conflabitur indigna-
tio mea ſuper vos cum ingreſſi fueritis Ægyptum, & eritis in iuſiurandum & in
ſtuporem, & in maledictum, & in opprobrium: & nequaquam vltra videbitis locum
19 iſtum. ‖ Verbum domini ſuper vos reliquiæ Iuda: Nolite intrare ægyptum: ſcientes ſcietis
20 quia obteſtatus ſum vos hodie, ‖ quia decepiſtis animas veſtras: vos enim miſiſtis me ad
dominum Deum noſtrum dicentes: Ora pro nobis ad dominum Deum noſtrum, & iuxta
21 omnia quæcumque dixerit tibi dominus Deus noſter, ſic annuncia nobis, & faciemus.
‖ Et annunciaui vobis hodie, & non audiſtis vocem domini Dei veſtri ſuper vniuerſis, pro
22 quibus miſit me ad vos. ‖ Nunc ergo ſciẽtes ſcietis quia gladio, & fame, & peſte moriemi-
ni in loco ad quem voluiſtis intrare vt habitaretis ibi.

memineritis me vos teſtibus etiã adhibetis, monuiſſe ne intretis in Ægyptum, alioqui vos certe decepiſtis me aliud pollicẽtes quã erat intra animas veſtras vos enim miſiſtis me ad Dominum Deum noſtrum, dicentes, ora pro nobis Dominum Deum noſtrum, & quicquid ille reſponderit, annuncia nobis, & indubiè faciemus. Annunciaui hodie vobis reſponſum Domini, & in nulla re, quam iuſſit mihi vobis denunciare, eius voci paruiſtis. Hoc ergo pro certo habetote, gladio, fame, & peſte vos omnes perituros in loco, ad quem vultis ire, vt in eo habitetis.

ARGVMENTVM.

EX Dei nomine hortatur Ieremias reliquias Iuda, vt maneant in terra ſua ſi velint proſperè ſibi cuncta ſuccedere: quod ſi nolentes præcepto Domini acquieſcere in Ægyptum proficiſcantur, extremum interitũ illis comminatur.

COMMENTARIVS.

Ieremiam captiuos comitabatur vbique

1 I*Eremiam.*] Conſtat hinc reliquias Iuda ſemper comitem habuiſſe Ieremiam, ſiue cum erant in Maſphat, ſiue cum ducebantur ab Iſmahele: ſiue cum fugerunt in Chamaam: nunquã enim eum deſerebant, hoc ſolatij habentes ſanctum virum ſecum ſuperſtitem habere, qui eos admoneret, & Dei voluntatem declararet, pro eiſque precaretur. Nam vel vnus eiuſmodi vir ſatis eſt ad populum ingentem in officio continendum, & Deo ſubijciendum, ac conciliandũ: cum ergo vellent proficiſci in Ægiptum timẽtes Babylonios, prius Ieremiam conſulendum ſuot arbitrati.

Vnus pro multis probus valet populis.

2 *Teſtis.*] Hebraicè dicitur, Sit dominus inter nos teſtis veritatis, & fidei niſi iuxta omne verbũ &c. fecerimus: ſic Tigurina, & Pagninus cum Vulgato: teſtis autem veritatis, & fidei, eſt idem quod teſtis verax, & fidelis: vt qui coram teſte tam verace, & fideli pollicentur, non valeant nõ implere, & ita Septuaginta, Chaldeus, & Vatablus vertunt, Sit nobis dominus, in teſtem veracem, & fidelem, vel teſtis verax & fidelis, & erit ſenſus completus. Teſtamur dominum, qui falli non poteſt, quippe qui natura verax eſt, & fidelis, ſi non ſteterimus reſponſis tuis, & quidquid præceperit dominus nõ præſtiterimus, vel le nos cuicumque pœnæ ſubijci, ſic Exodi. 19. 8. poſuerunt, cuncta, quæ locutus eſt pro nobis dominus, faciemus, & tamen non impleuerunt: quare dominus, qui teſtis vocatus eſt, pœnis imprecatis illos ſubiecit.

Teſtem adhibẽt Deum.

Exod. 19. 8.

3 *Decem.*] Ante hæc verba finitur longiſſima parentheſis, quæ initium ſumpſit à principio cap. 40. & repetuntur illa verba hîc, [Sermo, qui factus eſt ad Ieremiam à domino] hîc inquam eſt factus, exactis decem diebus ab exordio precationis, vt Theodoretus, Lyra, & Dionyſius adnotant. Nam per totos illos decem dies preces fudit ad dominum pro populo, & vix exauditus eſt in fine dierum illorũ, & vt populus indignum ſe intelligeret, qui à domino reſponſũ haberet, & Ieremiæ charitas manifeſta fieret, qui adeo perſeueranter perdurauerit, vt non deſtiterit, donec certum habuit, quo anxium populum certum redderet, & conſolaretur, reſponſum.

Parentheſis.

Ieremiæ caritas perſeuerans.

4 *Placatus.*] Verbum נחם Naham ſignificat mutationem animi, aut affectus factam, vel pœnitudine, vel cõmiſeratione, vel cõdolẽtia & ita quod Lxx. & Vulgatus verterũt, placatus ſum, Chaldæ[9] dixit, reuerſus ſum à malo. Tigurina, Pagninus, & Vatablus, pœnitet me mali quod feci vobis: qua ratione & Vulgat[9] vertere ſæpe cõſueuit, vt Ier. 20. 16. & non pœnituit eum. 31. 19. poſtquã conuertiſti

Placatur Deus citiſſime.

Ierem 20 16. Ierem 3 19. Ierem. 18. 8.

me, egi pœnitentiam. En reſponſum conſolatione plenum! quam cito placetur Deus, & doleat de malo, quod fieri permiſit. Si pœnitentiã egerit gens illa, dixit cap. 18. 8. à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pænitentiam ſuper malo, quod cogitaui facere ei. Duo bona illis pollicetur ſi in terra ſua permanſerint, contra duo mala, quibus afflicti ſunt, vnum non eſſe vnquam è terra in Chaldæam abducendos; quod explicat cum dicit, Ædificabo vos, & non deſtruã, plantabo vos, & non euellam, confert terram ſanctam ſolo, in quo extruitur domus aliqua: Iudæos vero domui, vel ædificio in eo ſolo extructo hinc domus Iſrael, vel Iuda vocatur familia, quæ ſuper vnum fundamentum erigit parietes, filiis quaſi lapidibus, in altum conſtructos. Comparat etiam terram horto, filios vero Iuda pulcris arboribus in horto illo conſitis: nam & genus, ſeu familiam alicuius arbori cõparamus, qua vtraq; metaphora Paulus vſus eſt aliquoties, vt cum in priori ad Corinth. 3. dixit, Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis, & ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Alterum bonum, quod pollicetur, eſt ſeipſum illis propitiũ dare Dominum loco Nabuchodonozoris, quia vobiſcum ſum ego, vt ſaluos vos faciam. inquit, quare Nabucodonoſor nihil poterit contra vos, ne igitur illum timeatis.

Domus familia eſt.

1. ad Cor 3 9.

5 *Conflatus.*] נָתַךְ Verbũ Nathac, fundi, ſtillare, manare, vel cõflare ſignificat, ideo Lxx. verterunt, Sicut ſtillauit furor meus: guttas furoris ſui vocat afflictiones Iudæis illatas, ait Theodoret[9], quid ſi totum furorem effunderet. Chaldęus ſicut reſedit. Pagninus, & Vatablus, ſicut effuſus eſt. Tigurina cum vulgato, ſicut conflatus eſt furor meus; ſumpta metaphora à metallis liquefactis repente, ac ſubito decidentibus, aut ab imbribus, & aqua nubis, quæ ſoluta ſubito cõcreſcit in pluuiã, quaſi dixerit, vt ſubito meo furore obruti ſunt ciues Ieruſalem, ita vos obruemini in Ægypto.

Gutta furoris Domini afflictiones.

6. *Iuſiurandum.*] Nomen אָלָה Alah execrationẽ maledictionem, iuſiurandum, ſeu admirationem ſignificat, & Chaldæus, Vulgatus, & Pagninus verterunt iuſiurandum. Tigurina, & Vatablus, in execrationem, quia ergo ſequitur in maledictum, hîc videtur accipi pro imprecatione mala, ſeu iuramẽto execratorio, vt qui male alicui imprecetur dicat, ſic tibi cõtingat vt Iſraelitis, qui ad Ægyptios abierunt præter Domini mandatum. Cui cõtrarium eſt illud Gen. 40. 20. In te benedicent ſe Iſrael. Nomẽ, quod ſequitur שַׁמָּה Samach ſignificat admirationem, ſtuporem, & deſolationem, quomodo tranſtulerũt Septuaginta, & Chaldæus. Significatur his extremum Iudæorum excidium, quod ſtupori futurum ſit omnibus gẽtibus, quod noluerint voci Domini parere.

Gen. 40 20.

7 *Decepiſtis.*] Hebraica verba ſic habẽt: quia errare feciſtis in animas veſtras, vel in animabus veſtris. Et eſt ſenſus, vos me feciſtis errare in malum animarum veſtrarum quia iuraſtis implere quæcumque iuſſiſſet per me Deus: & hac fretus promiſſione ego conſului Dominum: & ecce nũc præ vobis fertis nolle implere quæ dico, quẽ ſenſum innuũt Lxx. & Chaldæus, dum vertunt, quia malefeciſtis animab[9] veſtris. vel decepiſtis animas veſtras, vt legunt Vulgatus, Tigurina, & Pagninus aliud promittentes quã præſtiteritis quod in malum vobis cedet. Vel decepiſtis me in animabus veſtris, vt ait Vatablus & Iſido. hoc eſt quæ intra animas veſtras cogitabatis, nõ reſponderunt verbis veſtris: nam aliter locuti eſtis quam cogitabatis, poſtulantes vt pro vobis orarem. Hinc patet Iudæos audientes prophetam Domini voluntatẽ declarantem è vultu ipſo, & geſtibus, cognouiſſe nolle acquieſcere, & propterea incuſabat eorum doloſa verba.

PARAPHRASIS.

POſtquam Ieremias abſoluit ſermones quos Dominus ei loqui populo præceperat, Azarias, & Iohanan ceteriq; omnes viri ſuperbi, dixerũt audacter Ieremiæ falſum eſt quod dicis, nec enim miſit te Dominus præcipiens vt non ingrediamur ægyptum, ſed Baruch incitat te aduerſus nos, vt tradat Chaldæis, qui & interficiãt nos, & reliquos captiuos ducant Babylonem. Et nec Iohanan, nec duces alij, nec quiſquã de populo voluit obtẽperare mãdato Dñi iubentis eis manere in terra Iuda. Imo accipiẽs Iohanã cum ducibus aliis, vniuerſas Iudæorum reliquias, qui ex cunctis gentibus, ad quas fugerant aduenerant, vt incolerẽt terram Iuda, viros videlicet mulieres, & paruulos, ac filias regis, & demum omnes, quos reliquerat Nabuzardan apud Godoliam, & ipſum Ieremiam prophetam cum Baruch, profecti ſunt in terram Ægypti contra Domini præceptum, & venerũt vſque ad Taphnis. Vbi factus eſt à Domino ſermo huiuſmodi Ieremiæ. Sume in manu tua lapides grandes, & abſconde eos in luto laterificinæ, quæ non procul eſt ab introitu regiæ Pharaonis, in Taphnis, in conſpectu Iudæorum, & dices ad eos, Sic dicit dominus exercituũ Deus Iſrael, en ego accerſam regẽ

CAPVT QVADRAGESIMVM TERTIVM.

FActum eſt autem, cum cõpleſ- 1
ſet Ieremias loquens ad popu-
lum vniuerſum ſermones do-
mini Dei eorũ, pro quibus mi-
ſerat eum dominus Deus eorũ
ad illos, omnia verba hæc:‖ dixit Azarias fi- 2
lius Oſaiæ, & Iohanã filius Careæ, & omnes
viri ſuperbi, dicentes ad Ieremiam: [a] Men-
dacium tu loqueris, non miſit te dominus
Deus noſter, dicens: Ne ingrediamini
Aegyptum, vt habitetis illic. ‖ Sed Ba- 3
ruch filius Neriæ incitat te aduerſum nos,
vt tradat nos in manus Chaldæorum, vt
interficiat nos, & traduci faciat [b] in Ba-
bylonem. ‖ Et non audiuit Iohanan fi- 4
lius Careæ, & omnes principes bellato-
rum, & vniuerſus populus vocem Domi-
ni, vt manerent in terra Iuda. ‖ Sed tollens 5
Iohanan filius Careæ & vniuerſi principes
bellatorum vniuerſos reliquiarum Iuda,
qui

qui reuerſi fuerant de cunctis gentibus, ad
quas fuerant antè diſperſi, vt habitarent in
6 terra Iuda: ‖ viros, & mulieres, & paruulos,
& filias regis, & omnem animam, quam re-
liquerat Nabuzardan Princeps militiæ
cum Godolia filio Ahicam, filij Saphan, &
[1] Ieremiam Prophetam, & Baruch filium
7 Neriæ. ‖ Et ingreſſi ſunt terram Ægypti,
quia non obedierunt voci domini: & ve-
8 nerunt vſque ad [2] Taphnis. ‖ Et factus eſt
ſermo domini ad Ieremiam in Taphnis,

Babylonis Nabuchodonoſorem ſeruum meum, & ponam thronum eius ſuper lapides iſtos, quos abſcondi, & tendet tentorium ſuum ſuper eos, percutietque terram Ægypti, quoſdam morti tradens, quoſdam in captiuitatem adducens, alios denique feriens gladio: & ignem ſubijciet delubris Deorum Ægypti, & comburet ea, illoſq; ducet captiuos, & redibit in patriam [4] onuſtus ſpolijs terræ Ægypti, ſicut paſtor totus pallio ſuo amictus obambulat: & egredietur inde in pace, & conteret ſtatuas domus Solis, & delubra Deorum Ægypti comburet.

9 dicens: ‖ Sume lapides grandes in manu tua, & abſcondes eos in [3] crypta, quæ eſt ſub
10 muro lateritio, in porta domus Pharaonis in Taphnis, cernentibus viris Iudæis. ‖ Et
dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael. Ecce ego mittam, & aſſumam
Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruum meum: & ponam thronum eius ſuper la-
11 pides iſtos, quos abſcondi, & ſtatuet ſolium ſuum ſuper eos. ‖ Veniensque percutiet
terram Aegypti: quos in mortem, in mortem: & quos in captiuitatem, in captiuitatem:
12 & quos in gladium, in gladium. ‖ Et ſuccendet ignem in delubris Deorum Aegypti, &
comburet ea, & captiuos ducet illos: & [4] amicietur terra Aegypti, ſicut amicitur
13 paſtor pallio ſuo: & egredietur inde in pace. ‖ Et conteret ſtatuas [5] domus Solis, quæ
ſunt in terra Aegypti: et delubra Deorum Aegypti comburet igni.

ARGVMENTVM.

IOHANAN cum reliquis Iudæis non aſſentientibus Ieremiæ Dei præceptum denuncianti, proficiſcuntur in Ægyptum: vbi Dominus reuelauit Ieremiæ venturum Nabuchodonoſorem, & Ægyptum cum Dijs eius vaſtaturum.

COMMENTARIVS.

Ieremias & Baruch ducti in Ægyptum. 1. IEREMIAM.] Tigurina, & Pagninus Ieremiam, & Baruch non enumerant cum illis quos Iohanan acceperat, vt duceret eos in Ægyptum: ſed coniungunt cum Godolia, hoc modo, Et omnem animam, quam reliquerat Nabuzardan cum Godolia, & cum Ieremia, & Baruch, vel apud Godoliam, & apud Ieremiam, & apud Baruch. Verum Septuaginta, Chaldæus, Vulgatus, Hieronymus, Iſaiæ 30. & omnes alij interpretes transferunt Ieremiam, & Baruch aſſumptos eſſe cum alijs: & patet, quia reuera profecti ſunt Ieremias, & Baruch cum reliquo populo, vel inuiti, vt eum admonerent officij ſui, vt ait Ioſephus lib. 10. Antiq. cap. 11. *Ioſephus* Rabanus cum reliquis expoſitoribus. Putat autem Hieronymus Iſaiam in principio capitis 30. hoc contumax conſilium Iudæorum eundi in Ægyptum, & eorum perniciem fuiſſe vaticinatum.

Taphnis deſcriptio. 2. *Taphnis.*] Vrbs Ægypti præcipua eſt, in qua erat Pharaonis regia, vt colligitur ex hoc loco, eadem quæ Tanis: in ea multa mirabilia Moſes patrauit dicente Dauide, Pſal. 77. v. 43. *Pſ. 77.* Et prodigia ſua in campo Taneos, & notat Hieronymus ſuper 30. Iſaiæ: *Num. 13. 23.* Ædificata eſt ſeptem annis poſt Hebron vt dicitur Numero. 13. 23. & à Memphi diſtat centum octuaginta ſtadijs, auctore Ioſepho.

3. *Crypta.*] מֶלֶט Melet lutum eſt ex calce & arena confectum, vel cæmentum, ait Dauid kimhi in libro Radic. & ita Pagnin. Vatablus, & Iſidorus, transferunt, in luto, nempe lateritio, vel cæmento vt ait Dauid kimhi in comment. quod Septuaginta dixerunt, in veſtibulis, Chaldæus in iunctura: Vulgatus, in crypta, id eſt ſpelunca, loco ſubterraneo. Præterea מַלְבֵּן Malben ſignificat officinam latêrum, nempè laterificinam, vt ait Dauid Kimhi, Vatablus, & Iſidorus, vt Nahum 3. 14. *Nahum 3. 14.* quod Vulgatus dixit, tene latêrem, ex Hebræo legunt alij, robora, vel conſtrue fornacem latêrum, vel laterificinam: & ſic Pag. vertit fornacē latêrũ, Sunt qui exiſtiment ſignificare vtrumque nomē, in incruſtatione latêrum. Et Hugo quidem ſenſum eſſe putat, abſconſionem lapidum ſignificare aduentum Nabuchodonoſoris abſconditum, & inopinatum. Vatablus autem legit, in luto lateritio, ex quo fiunt lateres: vt ſit ſenſus: abde lapides in luto lateritio ſuperſtruendo alios alijs ope luti lateritij: nam quantumuis creſcat ædificium, Nabuchodonoſor ponet thronum ſuum eminentiorem iſtis lapidibus conſtructis, & extendet tentorium ſuper eos: hoc eſt, ſuperabit omnes. Iſidorus alia ratione exiſtimat luti lateritij factam mentionem: nam Ægyptus, propter Nili inundationem luto abundat, ex quo lateres fiunt, vnde Hebræi expenſum quotidianum luti, & lateris abſoluere cogebantur, Exod. 1. 14. & 5. per totum, *Exod. 1. 14.* ad publica ædificia conficienda: hinc & πηλούσιον *Peluſiũ.* nomen habet: quo innuit hunc ſenſum: Vos fugiſtis in Ægyptum luto abundantem, & hîc tutos

vos eſſe ſperatis, vbi patres veſtri olim oppreſſi A fuere ſeruitute, in hac fornace ferrea, faciendo ex luto lateres. Verum cum ex re ſignificata factum Ieremiæ debeat manifeſtari, luto lateritio ſuffugium vult indicare, ad quod ſe contulere filij Iuda, in quo ſub vmbra Pharaonis tuti eſſent à Nabuchodonoſore: vnde illo nomine declaratur later ex luto factus, aut crypta muri cocti lateris, vt legit Vulgatus, aut quid ſimile, per quod metonimicos intelligitur Aegyptus, quæ ex hac materia præcipuè conſtabat. Ait ergo, Aſſumes lapides grandes ſignificantes Iudæus, & abſcondes eos ſub luto lateritio, aut in crypta muri cocti lateris, hoc eſt in Aegypto, quæ eſt ad introitum regiæ Pharaonis, ſub patrocinium, & tutelã regis Pharaonis, qui habitat in Taphnis: & dices ad eos: B quantumuis vos abſconditos, & tutos eſſe putatis, & Pharaonis auxilio, ac fauore cuſtoditos, ita vt iam euaſiſſe exiſtimetis Nabuchodonoſoris imperium, ego efficiam vt veniat in Aegyptum, & vos primi eritis, in quos potiſſimum ſuũ exercebit imperium, ſuamque oſtendet virtutem, deinde in ceteram terram Aegypti peruadet, ac deſtruet. Hic ſenſus videtur rectè verbis coherere, deinde & menti Prophetæ conuenire, quæ eſt inuehi in Iudæos, quod ingreſſi fuerint in Aegyptũ, quaſi in locum tutiorem, contra Dei voluntatem, confidentes in baculo arundineo Pharaonis, quod ſæpè alias Prophetæ reprehenderunt.

Ratio ſimilitudinis vera.

Effugiũ contra Deũ nihil prodeſt.

4. *Amicietur.*] Verbum עטה atah, ſignificat tegere, operire, induere, vel amicire: & ita vertitur, operiet, vel induet, vel amiciet terram Aegypti, quemadmodum paſtor operit, aut induit, vel amicit pallium ſuum, & tũc ſupplendum eſt, ſibi: C vel terra, & pallio in auferendi caſu, eſt vtendum; operiet ſe terra Ægypti, ſicut operit ſe paſtor pallio ſuo, vel paſſiuè erit dicendum, operietur, aut induetur, vel amicietur terra Aegypti, ſicut paſtor operitur, induitur, vel amicitur pallio ſuo: quibus modis eundem ſenſum indicantibus verterunt Chaldæus, Vulgatus, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus, ſequentes Dauid kimhi ſuper hunc locum. Et Hugo quidem, Lyra, & Dionyſius, quia legunt, tanquam verbi ſuppoſitum, terra, cum dicitur, & amicietur terra Aegypti, diuerſo modo à cæteris explanant. Hugo ſic: Terra Aegypti ſic amicietur, vt paſtor pallio ſuo: nam vt paſtor quãtumuis ſe amiciat pallio, non poteſt ſe defendere à pluuia, aut frigore, ita terra Aegypti quantumuis ſe tueatur, & munitionibus ſe muniat, D non poterit euadere manus Nabuchodonoſoris: adde, quantumuis ſe muniat more lateritio, & lapides ſuos abſcondat in luto lateritio. Lyra vero, & Dionyſius ſic, quemadmodum paſtor amicitur pallio ſuo, ita terra Aegypti amicietur, & circundabitur numeroſo exercitu Nabuchodonoſoris. Sed verior, ac planior ſenſus eſt Dauidis kimhi, Lyræ, Vatabli, Iſidori, & aliorum, vt verbi ſuppoſitum ſit Nabuchodonoſor. Quemadmodum

Verior expoſitio

A paſtor ob depellendum frigus diligenter ſe circumuoluit veſtimento ſuo, ita Nabuchodonoſor circumuoluet ſe omnibus bonis terræ Aegypti: hoc eſt, deprædabitur omnia ſpolia Aegypti, referet ampla ex Aegypto ſpolia: aut onuſtus ſpoliis Aegypti redibit, nihil relinquens, ſicut paſtor induit ſe pallio, nihil habens amplius ibi, vnde progreditur, quod relinquat, quia omnia bona ſua ſecum portat. Ideo ſubditur, & egredietur inde in pace, nempe ſpoliis onuſtus. Septuaginta verterunt, & ſcrutabitur terram Aegypti, ſicut pediculis purgat paſtor veſtimentum ſuum: videntur legiſſe in Hebræo pro עטה atah induere, חטא hata, quod in coniugatione Piel, eſt purgare, aut mundare: & Theodoretus doceri, ait: non obiter Nabuchodonoſorem ducturum exercitum aduerſus B Aegyptum, ſed exactè eam deleturum: & ideo comparat paſtori veſtimenti pediculos colligenti, diligenter enim hoc faciunt paſtores, vt pote ocio plurimum abundantes.

5 *Domus.*] Hebraicè Bethſamus, templum ſolis, quod erat in ciuitate Solis, Græcè dicta Heliopolis, cuius fit mentio Gen. 41. Nam Putiphar dicitur Sacerdos Heliopoleos, & Iſaiæ 19. Ciuitas Solis vocabitur vna putant aliqui eſſe Thebas, falsò tamen, quia Herodotus lib. 2. dicit diſtare à Thebis nauigatione dierum nouem à Memphi affirmat Ioſephus libro 7. de bello Iudaico cap. 30. diſtare centum octoginta ſtadijs: in hac vrbe Sol colebatur eo modo, quem Xenophon ex Socratis ſententia, Euſebius, & Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 23. referunt.

Heliopolis. *Gen. 41. 45.* *Iſ. 19. 18* *Herodotus.* *Ioſephus* *Xenoph. Euſebi⁹. Macrob.*

C Occaſione huius Prophetiæ de lapidibus abſconſis ab Ieremia, nonnulli vt Rabanus, & Dionyſius, exiſtimant Iudæos prouocatos, lapidibus Prophetam interemiſſe. Oppoſitum videtur ex ſententia R. Salomonis, Lyræ, & Iſidori; quoniã vlterius progreſſus eſt Ieremias prophetando, vt patet cap. 44. Verum lapidibus obrutum interijſſe Ieremiam, quamuis ignoremus qua peculiari occaſione, quoniam affirmant Tertullianus, Epiphanius, Dorotheus, Auctor imperfecti in Mathæum, & Iſidorus Hiſpalenſis, nos negare non debemus: quos in Iſagoge ad Ieremiã retulimus: & ſanè mirabile non fuiſſet eo dementiæ deueniſſe Iudæos, vt magiſtrum, & prophetam ſalubria dantem conſilia interfeciſſent. Nam ſemel Dei contempta religione, qui ad vomitum redit, & in Aegypto vult ædificari, & in vmbra Pharao- D nis abſcondi, ex Iudæo terræ ſanctæ incola, factus Aegyptius, ciuis terræ tenebricoſæ, & luto oblitę: & hortatorem contemnet, & Deum deſeret, & eo relicto ſoli, ac lunæ cultum exhibebit. Sed non ſine ſupplicio recedet huiuſmodi, nam mittet Deus regem Babylonis, quem fugiebant; qui eos & tutos, & clam cuſtoditos, Aegyptiis cõmiſtos, comprehendet, & Babilonem captiuos ducet, vnde fugiebant.

Iere. 44. Ieremias interijt lapidib⁹ obrutus.

Religionis contemptorẽ quã mala ſubſequãtur.

CAP. QVADRAGESIMVMQVARTVM.

1 VERBVM, quod factum eſt
per Ieremiam ad omnes Iu-
dæos, qui habitabanr in terra
Ægypti, habitantes in [1] Mag-
dalo, & in Taphnis, & in Mẽ-
2 phis, & in terra Phatures, dicens: ‖ Hæc di-
cit Dominus exercituum Deus Iſraël: Vos
vidiſtis omne malum illud, quod adduxi
ſuper Ieruſalem, & ſuper omnes vrbes Iu-
da: Et ecce deſertæ ſunt hodie, & non eſt in
3 eis habitator: ‖ Propter malitiam, quam fe-
cerunt vt me ad iracundiam prouocarent,
& irent vt ſacrificarent, & colerent Deos
alienos, quos neſciebant, & illi, & vos,
4 & patres veſtri. ‖ Er miſi ad vos omnes ſer-
uos meos prophetas de nocte conſurgens,
mittenſq;, & dicens: Nolite facere vetbum
abominationis huiuſcemodi, quam odiui.
5 ‖ Et non audierunt, nec inclinauerunt au-
rem ſuam vt conuetterentur à malis ſuis, &
6 non ſacrificarent Dijs alienis. ‖ Et conflata
eſt indignario mea, & furor meus, & ſuc-
cenſa eſt in ciuitatibus Iuda, & in plateis
Ieruſalem: & verſæ ſunt in ſolitudinem, &
7 vaſtitatem ſecundum diem hanc. ‖ Et nunc
hæc dicit dominus exercituũ Deus Iſrael:
Quare vos facitis malum grande hoc con-
rra animas veſtras, vt intereat ex vobis vir,
& mulier, paruulus, & lactens de medio Iu-
dæ, ne relinquatur vobis quidquam reſi-
8 duum: ‖ Prouocantes me in operibus ma-
nuum veſtrarum, ſacrificando dijs alienis
in terra ægypti, in quam ingreſſi eſtis vt
habitetis ibi & diſpereatis, & ſitis in male-
dictionem, & in opprobrium cunctis gen-
9 tibus terræ? ‖ Numquid obliti eſtis mala pa-
trum veſtrorum, & mala regum Iudæ, &
mala vxorum eius, & mala veſtra, & mala
vxorum veſtrarum, quæ fecerunt in terra
10 Iuda, & in [2] regionibus Ieruſalẽ? ‖ Non ſunt
[3] mundati vſque ad diem hanc: & non ti-
muerunt, & non ambulauerunt in lege do-
mini, & in præceptis meis, quæ dedi coram
11 vobis, & coram patribus veſtris. ‖ Ideo hæc
dicit Dominus exercituum Deus Iſrael:
Ecce ego ponam [4] faciem meam in vobis in
12 malum: & diſperdam omnem Iudam. ‖ Et
aſſumam reliquias Iudæ, qui poſuerunt fa-
cies ſuas vt ingrederentur terram Ægypti,
& habitarent ibi: & conſumentur omnes in
terra ægypti: cadent in gladio, & in fame: &
conſumentur à minimo vſq; ad maximum
in gladio, & in fame morientur: & erunt in

PARAPHRASIS.

HVNC ſermonem fecit dominus Ieremiæ, vt eum annunciaret Iudæis omnibus, qui habitabant in Ægypto, in [1] Magdolo, ſcilicet, in Taphnis, in Memphis, & in terra Phatures. Sic dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Vidiſtis, niſi obliuioni tradidiſtis, vniuerſam calamitatem, quam induxi ſuper Ieruſalem, & omnes alias vrbes Iuda, quæ ecce hodieque deſolatæ ſunt abſque vllo habitatore; propter veſtra ingentia ſcelera, quæ me exaſperando perpetraſtis, euntes ad idola, vt eis ſacrificaretis, & coleretis, vobis, patribuſque veſtris penitus ignota, & mittebam ad vos omnes ſeruos meos prophetas, accurate illis præcipiendo, vt monerent vos, ne rem tam abominandam, quam ego ſemper odi, faceretis. Vos verò nec obtemperaſtis, nec in animum veſtrum induxiſtis, vt deſereretis ſcelera veſtra, & non ſacrificaretis Dijs alienis. Meritò ergo in furorem accenſus feci comburi vrbes Iuda, & ciuitatem Ieruſalem, & manẽt omninò deuaſtatæ, vt hodie ſatis patet. Quare igitur modo, dicit dominus, ſuperioribus malis meliores non effecti, iterum ſcelus veſtrum repetitis, quod non poteſt cedere niſi in magnam perniciem veſtram, prouocantes me, vt penitus excindam de vobis, viros, fæminas, paruulos, & lactentes, vt nullus de Iudæis remaneat: ſed propter opera, quibus ſacrificatis Dijs huius terræ, ad quam voluiſtis venire, me repugnante, diſperdam vos, vt ſitis execrationi, & probro omnibus gentibus. Nunquid iam obliti eſtis ſcelera patrum veſtrorum, regum Iuda, & vxorum eorum, veſtra quoque, vxorumque veſtrarum, quæ perpetraſtis in terra Iuda, & in regione Ieruſalem? nec tantis calamitatibus ad hunc vſq; diem perlatis, [3] attriti eſtis, vel humiliati, vt vel timore definiatis obſeruare legem meam, & præcepta quæ vobis tradidi, ac patribus veſtris: Idcircò audite comminationem domini exercituum Dei Iſrael. Ecce ego [4] vultu excandeſcenti aſpiciam vos deinceps, ad veſtram perniciem, & exterminationem totius Iudæ. Aſſumam enim reliquias Iuda, quæ firmo animo definierunt venire ad habitandum in Aegypto, & hic eos conſumam gladio, ac fame: nam à minimo vſque ad maximum, gladio, vel fame conficientur: & erunt omnibus execrationi, ſtupori, maledictioni, & opprobrio. Itaque ſicut puniui Ieroſolymitas, gladio, fame, & peſte, ita puniam eos, qui ſunt in Aegypto, vt nec vnus euadat, qui poſſit redire in terram Iuda, quemadmodum ſe redituros [5] ſperant: nõ enim reuertentur niſi qui effugerint. Ad hæc omnia viri cuncti, qui conſcij erant quod vxores ſuæ adoleuiſſent Dijs alienis, & omnes aliæ mulieres quarum erat cœtus magnus, & denique populus vniuerſus, qui erant in vrbe Ægypti Phatures, reſponderunt Ieremiæ, ad hunc modum. In his quæ locutus es nobis in

Sedecia anno 13.

nomine domini tibi non parebimus, ſed [4] votum omne, quod ore emiſerimus de ſacrificando reginæ cæli, & libando ei libamina, implebimus: ſicut fecimus hactenus nos, & patres noſtri, reges noſtri, & principes noſtri, in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem. Nam tunc abundamus pane, feliciterque ſuccedebant omnia, nec vllum videbamus malum. Quamprimum autem ceſſabimus ſacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, omnibus cæpimus indigere; & gladio, fameq; ſumus conſumpti. Quod ſi (fœminæ dixere) ſacrificamus reginæ cœli, & libamus ei libamina, nunquid inſcijs maritis noſtris fecimus, nonne eis non excitantibus, illis placentis fecimus, vt gratum ei faceremus, & libamina libaremus? Ad hæc tam indigna totius populi verba, ſic Ieremias obiecit ſeſe. Nunquid putatis obliuioni tradita fuiſſe à Domino ſacrificia, quæ dicitis ſacrificaſſe vos, patreſq; veſtros, reges, & principes cum omni populo in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem: aut eorum non recordari? quæ ſcitis non potuiſſe dominum vlterius ferre propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & abominationes, quas faciebatis. Et idcirco terra veſtra facta eſt in deſolationem, in ſtuporem, & maledictionem, vt nec vnus reliquus ſit, qui habitet in ea: vt res ipſa oſtendit. Quod malum ideo euenit, quod ſacrificaueritis idolis, & in dominum peccaueritis, nolentes eius voci parere, qua monebat vos, vt legem eius, præcepta, ac teſtimonia cuſtodiretis: ob has enim cauſas hoc tantum malum accidit vobis, quantum hodie videtis. Et addidit Ieremias: Audite verbum domini omnis Iuda. Sic dicit dominus exercituum Deus Iſrael. Vos, & vxores veſtræ, ore locuti eſtis, quod opere perfeciſtis: dixiſtis enim, incunctanter implebimus vota, quæ vouimus, ſacrificandi reginæ cœli, & libandi ei libamina: nam audacter confirmaſtis veſtra vota, & audacius adimpleſtis ea. Propterea audite quid dixerit dominus. Ecce ego iuro per nomen magnum meum, quod nequaquam vltra nominabitur nomen meum [8] ore cuiuſquam ex Iuda in omni terra Aegypti, dicentis: Viuit dominus Deus. Ecce ego feſtinus apparo contra eos calamitates eiuſmodi, quibus pereant omnes viri Iuda exiſtentes in Aegypto gladio, & fame, donec penitus conſumantur. Si qui verò euaſerint gladium, reuertentur de Aegypto in terram Iuda, perpauci valdè. Et ſcient omnes viri Iuda, qui in Aegypto habitant, cuius ſermo cõplendus ſit, meuſne, qui prædico eis has omnes calamitates, an ipſorum qui felices ſibi pollicentur exitus. Hoc autem accipite ſignum, quo ſciatis me vos, qui in hac terra habitatis, eſſe puniturum, & completurum verba, quibus comminatus ſum vobis extremam calamitatem. Ego tradam Pharaonem [9] Ephree, qui modo regnat in Aegypto, in poteſtatem hoſtium ſuorum, qui ei vitam eripere exoptant, quemadmodum tradidi Sedeciam regem Iuda in poteſtatem Nabuchodonoſoris regis Babylonis hoſtis ſui, qui vitam eius ſitiebat.

iuſiurandum, & in miraculum, & in male-
dictionem, & in opprobrium. ‖ Et viſitabo 13
ſuper habitatores terræ Aegypti, ſicut viſi-
taui ſuper Ieruſalem in gladio, & fame, &
peſte. ‖ Et non erit qui effugiat, & ſit reſi- 14
duus de reliquis Iudæorum, qui vadunt vt
peregrinentur in terra ægypti: & reuertan-
tur in terram Iuda, ad quam ipſi [5] eleuant
animas ſuas vt reuertantur, & habitent ibi:
non reuertentur niſi qui fugerint. ‖ Re- 15
ſponderunt autẽ Ieremiæ omnes viri ſciẽ-
tes quòd ſacrificarent vxores eorum Diis
alienis, & vniuerſę mulieres, quarum ſtabat
multitudo grandis, & omnis populus habi-
tantium in terra ægypti in Phatures, dicen-
tes: ‖ Sermonem, quem locutus es ad nos in 16
nomine domini, non audiemus ex te: ‖ Sed 17
facientes faciemus, omne [6] verbum, quod
egredietur de ore noſtro vt ſacrificemus
reginæ cæli, & libemus ei libamina, ſicut fe-
cimus nos, & patres noſtri, reges noſtri, &
principes noſtri in vrbibus Iuda, & in pla-
teis Ieruſalem: & ſaturati ſumus panibus, &
bene nobis erat, malumque non vidimus.
‖ Ex eo autem tempore, quo ceſſauimus ſa- 18
crificare reginæ cœli, & libare ei libamina,
indigemus omnibus, & gladio, & fame cõ-
ſumpti ſumus. ‖ Quòd ſi nos ſacrificamus 19
reginæ cœli, & libamus ei libamina: nun-
quid ſine viris noſtris fecimus ei plantas [7]
ad colendum eam, & libãdum ei libamina?
‖ Et dixit Ieremias ad omnem populum, 20
aduerſum viros, & aduerſum mulieres, &
aduerſum vniuerſam plebem, qui reſpon-
derant ei verbum, dicens: ‖ Numquid non 21
ſacrificium, quod ſacrificaſtis in ciuitatibus
Iuda, & in plateis Ieruſalem vos & patres
veſtri, reges veſtri, & principes veſtri, & po-
pulus terræ, horum recordatus eſt domi-
nus, & aſcendit ſuper cor eius? ‖ Et non po- 22
terat dominus vltra portare propter mali-
tiã ſtudiorum veſtrorum, & propter abo-
minationes, quas feciſtis, & facta eſt terra
veſtra in deſolationem, et in ſtuporem, et in
maledictum, eo quòd non ſit habitator, ſi-
cut eſt dies hæc. ‖ Propterea quod ſacrifica- 23
ueritis idolis, et peccaueritis domino: et
non audieritis vocem domini, et in lege, et
in præceptis, et in teſtimoniis eius non am-
bulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala
hæc, ſicut eſt dies hæc: ‖ Dixit autem Iere- 24
mias ad omnem populum, et ad vniuerſas
mulieres: Audite verbum domini omnis
Iuda, qui eſtis in terra ægypti: ‖ Hæc inquit 25
dominus exercituum Deus Iſrael, dicens:
Vos, et vxores veſtræ locuti eſtis [8] ore ve-
ſtro, et manibus veſtris impleſtis, dicentes: Faciamus vota noſtra, quæ vouimus, vt ſacrifi-

cemus

cemus reginæ cæli,& libemus ei libamina: impleſtis vota veſtra, & opere perpetraſtis ea.
26 ‖ Ideò audite verbum domini omnis Iuda, qui habitatis in terra ægypti: Ecce ego iuraui
in nomine meo magno, ait dominus: quia nequaquam vltra vocabitur nomen meum ex
27 ore omnis viri Iudæi, dicentis: Viuit dominus Deus in omni terra ægypti. ‖ Ecce ego vi-
gilabo ſuper eos in malum,& non in bonum: & conſumentur omnes viri Iuda, qui ſunt
28 in terra ægypti gladio, & fame donec penitus conſumantur. ‖ Et qui fugerint gladium,
reuertentur de terra ægypti in terram Iuda viri pauci: & ſcient omnes reliquiæ Iuda in-
gredientium terram ægypti, vt habitent ibi, cuius ſermo compleatur, meus, an illorum.
29 ‖ Et hoc vobis ſignum, ait dominus, quod viſitem ego ſuper vos in loco iſto: vt ſciatis
30 quia verè complebuntur ſermones mei contra vos in malum. ‖ Hæc dicit dominus: Ecce
ego tradam Pharaonem ' Ephree regem ægypti in manu inimicorum eius, & in manu
quærentium animam illius: ſicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabuchodono-
ſor regis Babylonis inimici ſui,& quærentis animam eius.

ARGVMENTVM.

IVDÆOS in Ægypto habitantes arguit Ieremias, quod idololatriam maiorum ſuorum,& ipſi colerent; minaturque venturum Nabuchodonoſorem, eoſque cum rege, & vniuerſa Ægypto deleturum.

COMMENTARIVS.

1. MAGDALO.] Ciuitates enumerat, apud quas conſederant Iudæi ingreſſi in Ægyptum; ad quos habet hunc ſermonem Ieremias, in vrbe Pathros, vt patet ex verſu 15. Magdalus Hebraicè Migdol, ciuitas eſt Aegypti, quæ prima occurrit ingredientibus Aegyptum per mare rubrum: Nam vt conſtat ex verbis Exod. 14. 2. reuerſi caſtrametentur è regione Phihahiroth inter Magdalum,& mare: caſtra ponetis ſuper mare, & Numer. 33. 7. in tertia manſione, caſtrametati ſunt ante Magdalum, & ſtatim tranſierunt per medium mare: ſatis clarè colligitur, ciuitatem ſitam eſſe in confinibus Aegypti, & ſolitudinis, trans mare rubrum: initium dantem terræ Aegypti, nam propterea dicit Ezechiel cap. 30. verſ. 7. iuxta Septuaginta, Nabuchodonoſorem vaſtaturum Aegyptum à Magdalo vſque ad Syenem, in extremis finibus Aegypti ſitam, vt ibi ait Hieronymus. Herodotus lib. 2. de Necho, quem Necao vocat ſcriptura, rege Aegypti, aſſerit, terreſtri acie congreſſus eum Siris in Magdolo victoria potitus eſt. De Taphni, & Memphi dictum eſt capite 2. numero 18. Phatures autem, Hebraicè Patros metropolis Aegypti erat, auctore Hieronymo ſuper 29. Ezechielis, qui eius meminit verſ. 14. & cap. 30. 14. dicit, & diſperdam terram Phatures. Præcipuas ergo ciuitates elegerunt Iudæi ad habitandum, vt Nabuchodonoſor, qui prædæ electæ inhiabat, eas vrbes inuaderet, & Iudæos in eis exiſtentes, vel caperet, vel occideret: ſemper enim Imperatores relictis oppidulis ad metropoles prouinciarum capiendas ſeſe parant: ergo prudentius Deipara Virgo fugiens in Aegyptum, vt filium ſuum cuſtodiret, non in amplis ciuitatibus, ſed in oppidulo conſedit obſcuro, cuius nemo meminiſſet.

Magdalus que vrbs. Ex. 14. 2. Nume. 33. 7. Ezech. 30. 7. Herod. Ier. 2. 18. Phatures que vrbs. Hieron. Ez. 29. 14. & 30. 14. Ciues magna rũ vrbiũ magis periculis expoſiti.

2. *In regionibus.*] Nomē חוצות huzoth, quod hic vertit Vulgatus, in regionibus, ſupra v. 6. trāſtulit, in plateis Ieruſalem, vt inferius quoq; ver. 17. & 21. & ita legunt ceteri, nam vt ſuprà, non ſemel diximus, illud vocabulum ſignificat id quod eſt extra, vel domos, vel ciuitates: & cum nomen, regio, etiam traductum ſit ad ſignificandas maiores vrbiū partes, vnde Roma 4. regiones habebat, hoc loco vulgatus, per regiones Ieruſalem, partes eius ampliores denotare voluit, quæ in plateas extendebantur.

Regio maiorē vrbis partem notat.

3. *Mundati.*] Verbum Hebræum דכאו ducheu, à radice daca, ſignificat attriti ſūt, vel humiliati, vel fracti, quomodo ſolet vertere Vulgatus Thren. 3. 34. vt contereret ſub pedibus ſuis. Iſa. 53. 5. attritus eſt propter ſcelera noſtra: & ita Tigurina, Vatabl⁹, & Pagninus hoc loco tranſtulerūt: & Septuaginta & Chaldæus dixerunt, & non ceſſauerunt vſq; ad diem hanc. Hoc eſt, tantis malis afflicti non deſtiterunt à ſceleribus ſuis perpetrandis, nec pœnituit eos, vt ait Vatablus, aut nō ſunt corde contriti ob tāta ſcelera, quod Vulgatus dixit, & non ſunt mūdati, nempe à tot, tantiſq; ſceleribus, ſed adhuc in fæcibus ſuis iacent: nam de his merito conqueſtus eſt Deus cap. 13. Væ tibi Ieruſalem non mundaberis poſt me, vſquequo adhuc. Et c. 30. Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua, non eſt qui iudicet iudicium tuum, ad alligandam curationem tuam vtilitas non eſt tibi. Et apud Ezechielem capite 24. Multo, inquit, labore ſudatum eſt, & non exiuit ex ea nimia rubigo eius, neque per ignem: immunditia tua execrabilis eſt, quia mundare te voluī, & non es mundata à ſordibus tuis. Ad extremum vitæ, ac ſalutis periculum, deuenit, atque cum mortuis, ac ſpiritibus, qui in inferis cruciantur, numerandus eſt, qui flagellis peior euadit.

Thren. 3. 34. Iſ. 53. 5. Ier. 13. 27. Iere. 30. 12. Ezech. 24. 12. Ex flagellis peior quis.

4. *Faciem.*] Antitheſi quadam, hoc modo loquendi, ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum: ſeſe opponit Iudæis, qui poſuerunt facies ſuas, vt ingrederentur in terram Aegypti. Ait enim, non aſpiciam vos vltra vultu benigno, ac placido, ſed toruo, ac maligno,

Antitheſis.

indignantium, inquit Theodoretus, proprium eſt A torue intueri, fixum tamē habere oculum, & diutius eos inſpicere, qui laceſſunt; ab humano igitur more format comminationem. At ipſi nihilominus, ponebant facies ſuas vt ingrederentur Ægyptū, quod eſt dicere firmum, ac fixū propoſitum habere ingrediendi Ægyptū: qua phraſi dixit

Luc 9. 51. Lucas de Chriſto c.9.51. dū cōplerentur dies aſſūptionis eius, & ipſe faciē ſuā firmauit, vt iret in Ieruſalē: & quidem ſi bellū indicit homo Deo, eiq; *Nemo Deo repugnet.* obſtinatè ſe opponit, quis obſecro victor euadet? quis feret victoriam, homone, an Deus exercituū, cuius virtuti nihil eſt quod poſſit reſiſtere: cedat igitur homo Deo, pateat ei, & ſeſe ei ſummittat, & ita palmam referetà victore.

5 *Eleuant.*] Hebraicè dicitur, qui ipſi eleuātes animam ſuā ad reuertendū ad habitandum ibi. Hoc B eſt, qui ſunt in perpetuo anhelitu redeūdi in terrā Iuda: qui sūt animo erecto in ſpem, in vehementi deſiderio, oculo intēto, vt vulgò dicitur, aliquādo videndi terrā ſuam. Et ſibi falſo perſuaſerunt fore aliquando vt redirent in terrā Iuda: & ita decipiūt animas ſuas, vt dicit Chaldæus: in hoc deſiderio,

Ier. 22. 10. erāt Iudæi Babylone, vt dixit Ierem. c.22. hac ipſa forma loquendi vſus: ſed illi reuerſi ſunt poſt 70. annos: de his autē dicitur hîc non reuerſuros, niſi *Qui euaſerunt ex Ægypto.* qui fugerint hoc eſt, niſi pauciſſimos: Nā aliquos euaſiſſe conſtat ex hoc loco: hos vero fuiſſe Ieremiam, & Baruch affirmat R. Salomon, quē refert Lyra: nam rex Babylonis illis propitius, vt Ieroſolymis, liberos dimiſit: ſed quid verius credendum diximus ſuperius.

6. *Verbum.*] Exiſtimāt nonnulli interpretes, vt Va- C tablus, nomine verbi, cū dicitur, ſed facientes faciemus omne verbū, quod egredietur de ore noſtro, ſignificari nō tantū beneplacitū, ſed votum firmum, & ratū: nam verſu 25. ita repetit Ieremias nomine illorū, faciamus vota noſtra, quæ vouim⁹ *Regina cæli quæ.* vt ſacrificemus reginæ cæli: Quam autē vocet reginā cæli, num Lunā, vel Iunonē ſororē Iouis, vel Berecynthiam vxorē Saturni matrem Deorū, vt *Ier. 7. 16* Rabanus hîc notat, diximus ca.7. num. 16. & quidē ſi Melebom Saturnus eſt, Melachab erit vxor eius, ſi eadem eſt vtrique nomini etymologia.

7. *Ad colendum.*] Illa verba: ad colendū eam, Hebraicè habēt לְהַעֲצִיבָה Lehaazibah: & verbū azab ſignificat conturbare, triſtitia, aut dolore afficere, *Iſ. 63. 10* vt Iſ. 63. 10. & afflixerūt, ſeu dolore affecerūt ſpiri- *Ad Eph. 4. 10.* tū ſanctitatis eius: quo alluſit Paulus ad Eph. 4. 30 cū dixit, Et nolite cōtriſtare Spiritum ſanctū Dei. D *Pſ. 56* & Pſ. 55. 6. verbis meis dolore me afficiebant, vel affligebāt, vt vertit Hieron. atq; ita hoc loco quidam vertunt, ad conturbandū eam, nēpe cōmiſeratione, vt cōdoleat. Dauid Kimhi in com. Pagn. & Vatab. per antiphraſim ad exhilarandū eam, vel gratū ei faciendum, transferunt, quod lætitia, qua volebant illam afficere, mœſtitia potius, & triſtitia eſſet dicēda, quaſi dixiſſent: nunquid iuſſerūt viri noſtri, vt faceremus ei placentas, ad contriſtandū eam, aut ad excutiendū illas ei in faciē? aut ad gratum ei faciendū, colendo eam? Aliis vt eidē Dauidi in libro radicū, Lyræ, Tigurinæ, videtur verius, accipere verbū illud in ſignificatione idoli: nam ab hoc ipſo verbo idolū vocatur Ozab, quod dolorem, ac triſtitiam adferat cultoribus, & Deū irritet, vel potius quod ſummo cum labore efformetur: vnde verbi ſignificatio erit elaborare, ſūmo cum labore efformare, & facere. Hinc Iob. 10

8. dicit: Manus tuæ fecerūt me, elaborauerūt me, *Iob 10. 8* & ſummo cū labore efformauerunt; ita ergo hoc loco fœminæ illæ dicunt: Nunquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas, ad faciendum ei ſimulacra, vt ait Kimhi, vel ad faciendum ei vultum, vt Lyra, vel vt Tigurina, ad effingendum eam, vel ad *Forma placenta.* elaborandum eam, & componendam in idolum, quia videlicet, vt dicit Lyra, conficiebāt panes rotundos, ſummo cum labore, & cura, qualem deſcripſit Ieremias ſupra 7. cap. v. 18. in quibus effor- *Ier. 7. 18* mabant, vel imprimebāt idolū, vel effigiem reginæ cæli, vt ei libamina libarēt, & hoc eſt quod di- *Ritus idolū effingendi* xerunt Lxx. & Vulgatus ad colendū eam: quia ipſæ fœminæ, viris ſuis conſciis, ex maſſa, quam ſubigebant, & ex qua ſibi, ac viris, domuique ſuæ panes conficiebant, manibus ſuis idolum illud efformabant, cui libamina libarent, ac genua ſua incuruarent: excuſant autem vxores ſcelus ſuum maritorum conſcientia, qui illis elaborantibus placentas, annuebant, & conſentiebant, cum illas corripere, & à malo reuocare tenerentur: vt olim Adā culpam reiecit in Euam, dicans: Mulier quam de- *Gen 3. 12.* diſti mihi: imò in Deum ipſum qui dederat: tam proni homines ſunt ad excuſandas excuſationes *Pſ. 140. 4.* in peccatis.

8. *Ore.*] Iureiurando per ſeipſum cōfirmat Deus nullum Iudæorum aſſumpturū nomen ſuum ore in terra Ægypti, dicendo: Viuit Adonai Iehouah, quod impletum eſſe omnes affirmant interpretes, cum vel interfecti ſint, vel ducti Babylonē per Nabuchodonoſorem, quod ſubiectis verbis ſatis planè oſtendit, & conſumentur omnes viri Iuda, qui ſunt in terra Ægypti gladio, & fame, paucis exceptis, qui fugerunt in terrā Iuda. Cauſa autem cur tantopere prohiberet dominus Iudæis profi- *Fuga in Ægyptū cur prohibebatur Iudæis, & non in Chaldæam.* ciſci in Ægyptum, cum tamen permiſerit duci Babylonem: erat, quod Ægyptij idolis multiplicibus colendis deditiſſimi facile pronos Iudæos in ſuam ſententiam, moreſque conuerterent, vt ſanè illico conuerterunt: melius enim erat illis, ferreis vinculis adſtrictos captiuitatis Babylonicæ ferre calamitates cum Deo, quam ſine ipſo Ægyptiorum potiri delicijs, & felicitate paulò poſt peritura.

9 *Ephree.*] Signum conſummatæ vaſtitatis Aegypti, & comminatæ calamitatis Iudæis dicit, futurum quod rex Aegypti veniet in manus Nabuchodonoſoris, ſicut ſignum dirutæ penitus reipublicæ Ieroſolymitanæ fuit captiuitas regis Sedeciæ. Quis autem rex iſte Aegypti fuerit viden- *Ephree rex Aegypti quis.* dum eſt. In primis Dauid Kimhi in comm. putat in Hebræo nomine חָפְרַע Hhophaah, primam literam ח, poni pro ה ſimplici aſpiratione, & per metatheſim literarum legendum פַּרְעֹה Paroh, & ita dicat Ieremias iocunda paranomaſia: ecce ego tradam Pharaonem, quod eſt, nudatum, aut nudandum, vel manifeſtandum regem Aegypti: nam nomen Pharaonis id habet ſignificatum. Sed leue eſt hoc, cum conſtet nomen eſſe proprium. Chaldæus Pharaonem claudum, aut con- *Pharao claudus* fractum vertit hoc loco, & capite 47. exiſtimans hunc eſſe Nechum, aut Nechao, quod nomen ſignificaret, quod podagra laboraret, aut certè alia ratione claudus eſſet. Sed deceptus eſt, quia non erat Nechao, ſed Vaphres, Vaphreus, aut Apries; Vaphre vocant Lxx. fuit Pſammis filius authore Herodoto l.2. & cœpit regnare an.18. Nabu- *Herod.* chodonoſoris, & 10. Sedaciæ; nam eius anno 2. vt *Clemēs.*

ait

Chronic. ait clemens libto Stromat. 1. capta eſt Ieroſolymaſ;& deinde anno 24. Nabuchodonoſoris cum Ægypto captus eſt, impleta Ieremiæ prophetia; *Ioſeph.* quod his verbis tradit Ioſephus lib. 10. Antiq. c. 11. Quinto poſt excidium Ieroſolymitanũ, anno qui fuit regni ipſius Nabuchodonoſoris viceſimus tertius, cum magnis copijs inuaſit Cæleſiriam, qua ſubacta, bellum geſſit contra Ammonitas,& Moabitas:& his quoque perdomitis Ægyptum hoſtiliter eſt ingreſſus, occiſoque qui tunc regnabat,& alio rege conſtituto, repertos ibi Iu- A dæos rurſum captiuos Babylonem abduxie. Atque ita hic Vafres non regnauit 25. annos vt vult Herodotus, nec 30. vt Euſebius in Chronico, ſed tantum octo; à decimo octauo Nabuchodonoſoris vſque ad 24. quo ab eo occiſus eſt: cõſtituto Amaſi in eius locum, qui regnauit, vt ait Herodotus lib. 3. annos 44. quos Euſebius facit 43. hoc modo omnes Iudæi, qui fugerant venerunt in poteſtatem Chaldæorum, quam tantopere formidabant; quia non poterant fugere à facie Dei, quem grauiſſimè offenderant. *Vafres Pſammet fili' quot annos regnauerit. Amaſis.*

CAP. QVADRAGESIMVM QVINTVM.

1 VErbum, quod locutus eſt Ieremias propheta ad Baruch
filium Neriæ, cum ſcripſiſſet
verba hæc in libro ex ore Ieremiæ anno quarto Ioakim
2 filij Ioſiæ regis Iuda, dicens: | Hæc dicit
3 dominus Deus Iſrael ad te Baruch: | Dixiſti: ' væ miſero mihi, quoniam addidit dominus dolorem dolori meo: laboraui in
4 gemitu meo,& requiem non inueni. | Hæc dicit dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos ædificaui, ego deſtruo: & quod ' plantaui,
5 ego euello, & vniuerſam terram hanc. | Et
tu quæris tibi ' grandia? noli quærere: quia ecce ego adducam malum ſuper omnem carnem, ait dominus: & dabo tibi animam tuam in ſalutem in omnibus locis, ad quæcunque perrexeris.

PARAPHRASIS.

HVnc ſermonem habuit Ieremias cũ Baruch filio Neriæ, poſtquã ſcripſit in libro quæ ille dictabat, anno quarto Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda. Sic dicit dominus Deus Iſrael ad te, ò Baruch, qui timore correptus, quod præceperim tibi legere librum hunc omni populo, dixiſti, hei mihi miſero, quoniam addidit dominus afflictionem dolori meo, fleui vſque ad laſſitudinem, & nullam requiem inuenio. Audi ergo quid dixerit dominus. Ecce tibi, ego populum, quem ædificaui, ſum deſtructurus, & quem in hac terra ' plantaui, ſum euulſurus, & aliò tranſlaturus niſi conuertatur, & reſipiſcat, & tu quæris tibi grãdia? requiem videlicet, & liberum fieri à legendo populo librum, quo audito forte reſipiſcet? Ne huiuſmodi tibi quæras cum tanto populi tui detrimento. Ego enim quamuis abducturus ſim malũ ſuper omnes Iudæos, quod indicaui Ieremiæ; at te incolumẽ ſeruabo, potieriſque quaſi ſpolio vita tua, in locis omnibus, ad quæ tibi peruenire contigerit.

ARGVMENTVM.

INCREPAT Ieremias Baruch diſcipulum tenuentem legete populo librum continentem infligenda ſupplicia: hortaturque ne ſuam ſalutem populi ſaluti præferat: polliceturque ex malis omnibus incolumem Dei munere euaſurum.

COMMENTARIVS.

Baruch cur doleret. 1. VÆ MISERO.] Dubium eſt quæ cauſa fuerit dolendi Baruch: & huius ſermonis ad eum facti ab Ieremia? Chaldæus paraphraſtes, R. Salomon quẽ refert Lyra,& Vatablus putant doluiſſe tam grauiter Baruch, quod cum diſcipulus eſſet Ieremiæ, non ei cõtigiſſet ſpiritus prophetię quemadmodũ diſcipulo Moſis Ioſue, & Eliſæo diſcipulo Eliæ: & hoc eſſe id, quod illi obiectum eſt, cur quæris tibi grãdia? id eſt, munus propheticũ. Sed cur obedienti, ac ſancto diſcipulo labem hãc ambitionis imponeremus: cũ ex nullo verbo eam colligere valeamus? Aut cur eũ conſolaretur C Ieremias, vitæ cõſeruatione, ſi prophetiam concupiſceret: cũ cõſolatio debeat dolori reſpõdere. Theodoretus,& Rabanus ratiooem Barucho dolendi putant eſſe calamitatem, quam videbat imminere populo ſuo, cuius malis & ipſe eſſet conuoluendus,& propterea requiẽ non inueniebat,& hoc ſignificat adiecta illa cõſolatio: vniuerſus po- B pulus eſt deſtruendus,& tu vis euadere? Sed tamẽ Dei munere liberaberis. Iſidorus addit aliã rationẽ, quod triſtis eſſet pro populo, quẽ audiebat ad interitũ deſtinatum: & reſpondetur ei. Ego dominus facio quod volo,& deſtruo terrã propter peccata habitantiũ in ea: & tu quæris, vt mutem ſentẽtiam, cui deberes aſſentiri? eſto cõtentus, quod tu euaſeris inter tot pereuntes. Nihilominus, videtur ratio accommodatior, quam attingũt Hugo Lyra in ſecũda expoſitione, & Dionyſius: dolorem concepiſſe Baruch quod iuberetur legere librum minis plenũ, & calamitatibus totius populi: propter quod timebat, quod reipſa accidit, ne compreheoderetur, & occideretur: & hãc rationem inſinuat tam accurata tẽporis notatio, nẽpe anno quarto Ioakim, poſtquã ſcripſit librum, antequã anno quinto legeret illũ, nam vſque ad quiotũ annum non legit, vt dictũ eſt cap. trigeſimoſexto: laborabat ergo Baruch puſillanimitate. *Baruch puſillanimus.*

2. *Plantaui.*] Conſueta ſimilitudihe oſtẽdit quoſdam ex Iudæis occadendos, ac dituendos, vti deſtruitur ædificium: quoſdam aliò transferendos è ſua terra euulſos, vti arbores quæ euelluntur, vt aliò tranſplantentur. Quod autem áddit, & vniuerſam terram hanc, quoniam hîc eſt in Hebræo היא hi, quod habet ſignificatum verbi ſubſtantiui, eſt, Chaldæus, Pagninus, & alij vertunt, & vniuerſa terra, quæ mea eſt: vel omnem terram, quãtaquanta ipſa eſt. Melius tamen Septuaginta, Vulgatus, & reliqui tranſtulerunt, & omnem terram haoc, nempè, Iſrael, ſum deſtructurus; quia propriè היא hi eſt pronomen fœmineum bæc, iſta, ipſa; ac ſi dicat, arbores cum terra cui infixæ ſunt, ſunt deſtruendæ, & tu quæris requiem.

3. *Grandia.*] Et tu, ait, quærere tibi debes grandia? hoc eſt, munus prophetandi, ſecundum Hebræos, & Vatablum, at nóli quærere, quia nihil illis prædicere poſſes niſi aduerſa: cum adducturus ſim malum, & cetera. Vel vt alij, tu tibi quæris requiem, & vitam abſque dolore? Si enim, inquit Theodoretus, cunctum populum, quem eduxi de Aegypto, & plantaui in terra iſta, extirpo nunc, & amputo totque ſupplicijs afficio; deſpondes tu animum quod non ſolus viuas abſque ſolatio? certè non ita agere oportet. Ego vero de te ſolicitus ero. Nam flendum eſt cum flentibus, ſicut cum gaudentibus gaudendum: vel certè hic ſit ſenſus. Vides in quanto periculo omnis populus ſit, quem iam iam ſum vaſtaturus, niſi reſipiſcat: & tu quæris tibi gueduloth, vulgo *gelloras*, nempe rem adeo leuem aggredi, & laborem tam modicum perferre pro ſalute totius populi, qualis eſt, legere illis librum cum ſpe eorum ſalutis adipiſcendæ. Grandia ergo vocat ſuperfluam cõſolationem, & pacem inutilem, quæ ad oſcitantiam ſpectat, & ſocordiam. Nam nimis delicatus eſt miles, qui ne enſem manu capiat, ſpernit victoriam; & qui ne contemnatur, contemnit ſalutem proximorum: & qui ne manum ori admoneat, fame ſe perire ſinit: & qui ne verbum proferat, negligit conciliationem: & qui ne ſuam oſtẽtet ſapientiam, metu vanitatis, inutilis manet: Nam theſaurus inuiſus, & ſapientia abſcondita; quæ vtilitas in vtriſque? ita quæ pax, quod ſolatiũ poterat eſſe Barucho negligenti legere librum Ieremiæ ad populi audientis ſalutem?

ad Rom. 12.15.

Baruch pro relenı neglegit ſalute fratrũ Eccl. 20. 33.

PARAPHRASIS.

Ioakim anno 4.

1 *HIC eſt ſermo, quem dominus locutus eſt Ieremiæ aduerſus gentes, nempe aduerſus Ægyptum, aduerſus exercitum, inquam Pharaonis Nechi regis ægypti, qui erat iuxta flumen Euphraten in Charcamis, cum percuſſit eum Nabuchodonoſor rex Babylonis anno quarto Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda. Præparate ſcutum, & clypeũ, & procurrite ad bellum; iungite equos falcatorum curruum, & conſcendite equites, capite galeas, lanceas polite, & induite loricas. Sed quid eſt quod tam inſtructos milites pauidos proſpicio, retrorſumq; abeuntes, fortes eorum contritos, & ad fugã concitos, vt nemo reſpicere audeat perſequẽtes? pauor vndiq; certè exoriens id efficiet, ait dñs. Nõ effugiet velox, neq, euadet fortis: ad Aquilonẽ iuxta ripa Euphratis impingent, ac corruent. Et quis hic eſt, qui quaſi tumidum flumẽ aſcendit, cuius vndæ velut flumina ſeſe agitãt? Ægyptij ſunt qui veluti fluui[*], intumeſcunt, inſoleſcuntq; gloriosi, quaſi iã victoriã reportarint: & tanquã fluuiorum vndæ aduerſus hoſtes cõmouẽtur. Nã rex eorum iactat verba huiuſmodi. Aſcẽdam in Chaldæã, operiã terrã numeroſo milite, perdam vrbẽ Charcamis cum eius ciuibus. Eia conſcendite equos ægyptij, & inſano furore in curribus ferimini: prodeãt heroes cum[2] Aethiopibus, & ſcuta induentes Lybij, Lydi quoq, docti iacere arcu ſagittas. In die illo dñs Deus exercituum vliſcetur ſe de hoſtibus ſuis, nã multos gladius deuorabit: ſatiabitur, inebriabiturque ſanguine occiſorum: cum victima erit dñi Dei exercituum in terra Aquilonari ad flumen Euphraten. Proficiſcimini igitur, ò Aegyptij, qui molli ſubiecti adhuc genti permãſiſtis, in Galaad, & copiã inde reſinæ cõparate vobis, ad vulnera curanda, quæ eſtis à Chaldæis accepturi. Tamen fruſtra adijcietis medicamina, cum plaga veſtra incurabilis futura ſit. Audient ſanè gentes ignominiã, qua afficienda es, & clamor, quem à Chaldæis victa edes, ò Aegypte, replebit terram, quia fortis impinget in fortem in ea ruina, & ambo pariter concident.*

CAP. QVADRAGESIMVM SEXTVM.

A verſu 1. ad 12.

1 QVOD factum eſt verbum 1
domini ad Ieremiã prophetã
contra gentes, ‖ ad Ægyptum 2
aduerſum exercitũ Pharao-
nis Nechao regis ægypti, qui
erat iuxta fluuiũ Euphraten in Charcamis,
quẽ percuſſit Nabuchodonoſor rex Baby-
lonis, in[2] quarto anno Ioakim filij Ioſiæ re-
gis Iuda. ‖[3] Præparate ſcutum, & clypeũ, & 3
procedite ad bellum. ‖ Iũgite equos, & aſ- 4
cẽdite equites: ſtate in galeis, polite lãceas,
induite vos loricis. ‖ Quid igitur? vidi ipſos 5
pauidos, & terga vertentes, fortes eorum
cęſos. fugerunt conciti, nec reſpexerũt, ter-
ror vndique, ait dominus ‖ Non fugiat ve- 6
lox, nec ſaluari ſe putet fortis: ad Aquilonẽ
iuxta flumen Euphraten victi ſunt, & rue-
runt. ‖ Quis eſt iſte, qui quaſi flumen aſcẽ- 7
dit: & veluti fluuiorũ intumeſcunt gurgites
eius? ‖ Ægyptus fluminis inſtar aſcendit, & 8
velut flumina mouebuntur fluctus eius, &
dicet: Aſcendens operiam terram: perdam
ciuitatem, & habitatores eius. ‖ Aſcendite 9
equos, & exultate in curribus, & procedant
fortes, [4] æthiopia, & Lybies tenentes ſcutũ,
& Lydij arripientes, & iacientes ſagittas.
‖ Dies autẽ ille domini Dei exercituũ, dies 10
vltionis, vt ſumat vindictã de inimicis ſuis:
deuorabit gladi[*], & ſaturabitur, & inebria-
bitur ſanguine eorũ: victima enim domini
Dei exercituũ in terra Aquilonis iuxta flu-
men Euphraten. ‖[5] Aſcende in Galaad, & 11
tolle reſinã virgo filia Ægypti: Fruſtra mul-
tiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi.
‖ Audierunt gẽtes ignominiam tuã, & vlu- 12
latus tuus repleuit terrã: quia[6] fortis impe-
git in fortem, & ambo pariter conciderunt.

ARGV-

ARGVMENTVM.

PRædicit Ieremias Ægyptiorum cladem factã apud Euphraten per Nabuchodonoſorem regnare incipientem.

COMMENTARIVS.

Dubitatio de titulo. 1 QVOD.] Graue circa titulum huius prophetiæ mouetur dubium, numſit titulus ſequentium prophetiarum, quæ contra gentes continentur in capitibus, quæ ſequuntur vſque ad quinquageſimum primum: an tantum eius, quæ eſt edita cõtra Ægyptios. Theodoretus, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus in ea ſententia ſunt, vt exiſtimenr hunc titulum præfigi ſequentibus prophetiis aduerſus gentes. Nam cum dictum fuerit Ieremiæ cap. 1. Ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna &c. & primom oſtenderit hucuſque quæ populo Iudaico ventura eranr: iudicium enim à dumo Dei incipir, nunc iam denunciat gentibus calamitatem, quę ſunt in circuitu eius, ad Iudæorũ cõſolationẽ. *Ierem. 1* & licet quandoque contra gentes locutus fuerit B Ieremias, ſimul cum Iudæis id fecit, modo omuino ſeorſim: quod cõſueuerunt facere prophetæ, incipitque ab Ægypto. Probatur autem hæc ſententia vera: quia in principio huius capitis, dicit Ieremias: Quod factum eſt verbũ Domini ad Ieremiam prophetam contra gentes in vniuerſũ, non contra hãc aut illã vt in ſequentibus dicitur. Vnde omues inrerpretes, Lxx. Chaldæus, Tigurina, & Vatublus, legunt hic, aduerſus omnes gẽtes. Ergo tirulus communis eſt his, quæ dicuntur aduerſus omnes gentes: non particularis aduerſus Ægyptum.

Solutio. Eſt tamen oppoſita ſententia verior, quod certum ſit has prophetias non eodem tempore editas, ſed diuerſo valde: non ergo ſub eodem communi titulo denunciatę ſunt. Conſtat id quia duarum prophetiarum contra Ægyptios, C quæ iu hoc capite 46. teferuntur, prior quidẽ edita eſt anno 4. Ioakim, poſterior anno 23. Nabuchodonoſoris, ſi credimus Septuaginta: de quo mox dicemus. Prophetia contra Palæſtinos fuit edita anno 8. aut uono Sedekiæ. Aliæ cõtra Moab Ammon, & ceteras gentes in principio regni Sedekiæ, vt colligitur ex cap. 49. verſ. 34. ea vero, quæ eſt contra Babylouem anno 4. Sedekiæ, vt conſtat ex fine cap. 51. & ſuo quodque loco explicabimus, in quo tempore Ieremias non tantum aduerſus has gentes, ſed aduerſus Iudæos multa conſcripſit. Quare ritulus ille adhibitus eſt prophetiæ cõtra Ægyptios, nam in Hebræo nõ legimus, aduerſus omnes gentes, ſed aduerſus gẽtes, vt habent Vulgatus & Pagninus, nempe aduerſus Ægyptum, & Ætiopes, Lybios, & Lydos, qui veniebant in exercitu Pharaonis: qui poſsẽt dici, omnes gentes, illius videlicet exercitus.

Quo tẽpore edita hæc prophetia. 2 *Quarto.*] De tempore huius prophetiæ cõcertatio eſt: Theodoretus factam dicir poſt mortem Pharaouis Nechao regis Ægypti, qui poſt Ioſiam & ipſe itidem occiſus eſt à Nabuchodonoſore ac proinde hiſtoriam continet prior pars huius capitis, non prophetiã, & probatur illo verbo, quẽ A percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis: loquitur ergo propheta de Nechao, poſtquã percuſſus eſt, ac victus.

Verum nemo poteſt inficiari hanc eſſe prophetiam, quæ denuntiet cladem furorã regi Nechao in oppugnarione ciuitatis Charcamis: quia verba Ieremiæ clarè præ ſe ferunt vaticinium cladis ad Euphraten, vt dicitur verſ. to. & omnes interpretes id agnoſcunt, & tanquam prophetiam interpretautur: & ipſe Theodoretus, qui in fine prioris Propheriæ ſic ait: Hæc igitur propheta vaticinatos eſt de priori belli clade.

Vt vero quo tempore hæc prophetia fuerit edita eruamus, noſſe oportet huius belli hiſtoriam, quam in hunc modum refert Ioſephux lib. Antiqui. 10. ca. 7. Anno quarto, ex quo is Ioakim regnare cæpit, quidam Nabuchodonoſorus apud Babylonẽ regno potitus cum inſtructiſſimo exercitu Carchaboſam ad Euphratẽ ſiram petiit, bellũ inferens Ægyptio Nechao, qui tum tori Siriæ dominabatur: At ille cognito Babylonis conatu nõ contempſit hoſtem, ſed cum validis, & nomeroſis copiis ad Euphraten ei ſe oppoſuit, & collatis ſignis cum eo congreſſus, amiſſis multis millibus coactus eſt cedere. *Ioſephus Belli apud Carchamim hiſtoria.*

Cum ergo Nechao propugnabat ſibi ſubditam cioitatem Charcamis, & manus cũ Nabuchodonoſore conſerebat ad Euphratẽ, confidens de numeroſo exercitu: reuelata eſt Ieremiæ victoria Babylonij, & regis Ægyptij reditus ignominioſus, anno quarto incipiente Ioakim, quo & Nabuchodonoſor cæpit Babylone regnare. Nã ita indicãt verba illa: Aduerſus exercitum Pharaonis Necchao regis Ægypti, qui erat iuxta fluuium Euphraten in Charcamis, quanuis cum prophetia ſcripta fuit, iam euentus eam veram oſtenderat, & propterea dictũ eſt quem percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis, quo verbo nou ſignificatur occisũ tũc fuiſſe à Nabuchodonoſore, vt aſſerit Tdeodoretus, ſed deuictum, & fugatum, fuſo ac cæſo exercitu eius: quia nullus eſt alius qui id affirmet, & Ioſephus ait coactum cedere. Herodotus quoque lib. 2. obiiſſe dicit in Ægypto, tradito imperio filio Samni, vel Samnetico. Er falsò Chaldæus hunc Pharaonem claudum vocat, cum Nechao diceretur in ſcriptura, & Nechus in profanis auctoribus. *Herodotus.*

3 *Præparate.*] Claſſicum canit propheta Ægyptiis, per Sarcaſmon, eos exhortans ad inſtruẽdũ exercitum, & bellicum apparatum, in quo fidebant: deinde cum ventũ eſt ad manus, eos irridet, quod vincãtur, ac fugiant, & opprobriis pleni redeant. Nam ita recidir iis, qui confidunt in virtute ſua. Atque omnes agnoſcunt iu prophetæ verbis ironiam irriſione, ac ſibilis plenam.

4 *Æthiopia.*] Tres gẽtes numerat, quas ſecũ afferebat conductas, fortes quidem, & tamen nihilominus vincendum dicit Ægyptium. *Æthiopia geographia* Æthiopia כוש Cus à Cus filio Cham filij Noe, duplex à Geographis diſtinguitur, Oriẽtalis vna, quæ ſinum habet Arabicum, ſeu mare rubrum, eſtque Ægypto contigua ad occidentem protenſæ, & ad ſeptentrio- *Exod. 2. 15.* nem Chananeæ, & Arabia nominatur: Nã Exod. 2. 15. legimus, Moſem motatum in terra Madian: fuiſſeque ſacerdoti Madian ſeptem filias, quarũ *Num. 12. 1.* vnam Sephoram accepit vxorem. & Num. 12. 1. locuta eſt Maria, & Aaron contra Moſem propter vxorẽ eius Chuſith Æthiopiſſã: eſt altera Æthiopia occidentalis ſub Ægypto, quã modo habitant Abyſſini, valde remota à Palæſtina, oram oceani Ætiopici ad meridiẽ occupans. Lybies, פוט Phut, *Lybies. Ioſephus* à Phut filio Chã filij Noe, Phutæi, & Lybies poſtea dicti, de quibus ſic Ioſephus libr. 1. Antiquit. Phut Lybiæ dedit colonos, de ſuoq; nomine Phutos dici voluit. Extat & flumẽ in Mauritania hoc nomine, & complures apud Græcos hiſtorici eius mentionem faciunt, ſicut etiam adiacẽtis regionis, quæ Phutæ dicitur. Eadem fere Hieronymus lib. de Traditionibus in Geneſim. Meminit autẽ *Flumus* fluminis Phut Plinius lib. 5. ca. 1. Latinis Aphrica minor dicitur, inter Mauritaniam, & Cyrenem. *Lydij qui.* לודים Ludim à Lxx. & Vulgato Lydij nominati duplices ſunt, cum Lud filius Meſraim filij Cham diuerſus ſit à Lud filio Sem, nam ab illo dicti ſũt Ludim Africæ populi Phutæis contermini, qui vt quidam putant minorem Lybiam incoluere, aut Mareoticam: à Lud autem filio Sem: Lydij ſunt dicti, & Lydia Aſiæ minoris regio, cuius rex fuit Crœſus, alio nomine vocata Mæonia. De qua autem Æthiopia, & Lydia loquatur noſter propheta non eſt difficile intelligere; nempe de his, quæ fœdere erant coniunctæ Ægypto, eique finitimæ & Lybiæ: nempe Æthiopia, & Lydia Africæ, quãuis & de aliis poſſe etiam accipi non eſt alienum à ratione, cum auctore Ioſepho loco ſupra citato Nechao Ægypti rex, de quo modo eſt ſermo, toti *Iſa. 66. 19.* Syriæ dominaretur: Et Iſaias quidẽ cõiũgit, ac ſua nota deſignat has gentes cum c. 66. 19 ait: Et mittam ex eis, qui ſaluati fuerint ad gẽtes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes ſagittam, Hebraicè Phut, & Lud. Phud autẽ, ſiue Phul, inquit Hieronymus, Lybies, omniſque Africa vſque ad mare Mauritaniæ, in qua fluuius hodie, qui Phud dicitur, & cuncta circa eum regio Phutenſis appellatur. Lud autem Lydos vocant, quorum coloni Hetruſci, qui nunc Thuſci appellantur, quondam mittendarum ſagittarum peritiſſimi: & nunc dicuntur tendentes ſagittas. Ezechielis quoque 27. *Ezech. 27. 10* coniunguntur Paras, Lud, & Phul, qui Tyriis militabant, hoc eſt Perſæ, Lydij, quorũ rex Crœſus, vt ibi ait Hieronymus, & Lybies, & Ezech. 30. 6. *Ezech. 30. 6.* Æthiopia, & Lybia, & Lydi, & filij terræ fœderis cum eis gladio cadent. Itaque non eſt ab re Cuthæos, aut Cuſæos Arabes, ſeo Æthiopes hîc accipere, & Lydios Aſiaticos, qui omnes ſubiecti fuiſſe videntur Nechao regi Ægyptio.

5 *Aſcende.*] Virginem vocat Ægyptum, quod illucuſque à nullo fuiſſet ſubacta, extero regi nulli ſubiecta. Mittitque eam ad Galaad ad reſinam comportandam, vt vulneribus mederi poſſet. De Galaad, & reſina eius diximus capite 8. num. 25. & 26. id tantũ explicare oportet, vtrũ, licet ironicè, hortetur afferre reſinam ad vulnera curanda, an per metaphoram aliud his verbis velit intelligi. Rabanus, & Hugo volunt per metaphoram ſignificare prophetam nomine reſinæ, aut medicaminum, opem idolorũ, atque ita hortatur vt idola deſerant, & Deum verum colant ſi volunt euadere: nam idolorũ præſidiũ nõ valebit eripere. Iſidor⁹ idẽ intelligit de bellicis præſidiis quæ quantacumque ſint non proderunt. Simplicius, ac verius propriè accipiemus cum Theodoreto, & ipſo Hugone, Dionyſio, & Vatablo de ſtrage, & cæde exercitus Pharaonis, quod tanta futura ſit vt magna copia reſinæ, aut medicamentorum, quanta adduci poterat ex Galaad, nõ ſufficeret ad vulnera curanda, & ſananda.

6 *Fortis.*] Ægyptium in Babylonium impegiſſe intelligunt Theodoretus, Rabanus, Hugo, & Iſidorus, qui mutua clade ſeſe conciderunt. Sed verius Hugo ipſe, Lyra, & Dionyſius de ipſi Pharaonis militibus explicant, qui quo velocius fugerẽt ſeſe impellebant, & ſimul corruebant. Nam Ægypti ſolius ignominiam à gentibus audiendã dicit: & vlulatum eius completurum terram, cum in fuga impingent fortes eius, non Babylonis, & hactenus de priori prophetia aduerſus Ægyptum.

PARAPHRASIS.

SErmonem hunc habuit dominus ad Ieremiã de aduẽtu Nabuchodonoſoris regis Babyl. ad ſubiugandã terrã Ægypti. Annũciate futurũ cõtra Ægyptũ bellum, prædicate in Magdalo, & in Memphi, & in Taphni, dicite: cõſiſte, ac præpara te ad imperum excipiendum Caldæorum, dum audieris vaſtatas vrbes regioni tuæ circumuicinas. Cur quilibet tuorum fortium propulſabitur, nec poterit conſiſtere? quis dominus propulſabit eum ruentesque multiplicabit: nam vnuſquiſque corruet cum ſocio ſuo, ſeſeque ad fugã adhortantes, dicent: agite dũ

CAP. QVADRAGESIMVM SEXTVM.

à Verſu 13.

VErbũ, quod locutus eſt Domi- 13
nus ad Ieremiam prophetã, [7]
ſuper eo quod vẽturus eſt Na-
buchodonoſor rex Babylonis,
& percuſſurus terram Aegypti. | Annun- 14
ciate Aegypto, & auditũ facite in Magda-
lo, & reſonet in Mẽphis, & in Taphnis, di-
cite: Sta, & præparate: quia deuorabit gla-
di⁹ ea, quæ per circuitũ tuũ ſunt. | Quare 15
computruit fortis tuus? non ſtetit, quoniã
Dominus ſubuertit eum. | Multiplicauit 16
ruentes,

ruentes,ceciditque vir ad proximum ſuū,
& dicent. ſurge, & reuertamur ad populū
noſtrum, & ad terram natiuitatis noſtræ à
17 facie gladij columbę ‖ Vocate nomē Pha-
raonis regis Egypti,tumultū adduxit tem-
18 pus.‖ Viuo ego (inquit rex Dominus exer-
cituum nomen eius) quoniā ' ſicut Tha-
bor in montibus,& ſicut Carmelus in ma-
19 ri,veniet. ‖ Vaſa tranſmigrationis ' fac tibi
habitatrix filia Aegypti: quia Memphis in
ſolitudinē erit,& deſeretur,& in habitabilis
20 erit ‖ Vitula elegās atq; formoſa ægypt⁹,ſti-
21 mulator '' ab Aquilone veniet ei. ‖ Merce-
narij quoque eius, qui verſabantur in me-
dio eius,quaſi vituli ſaginati verſi ſunt &
fugerunt ſimul, nec ſtare potuerunt: quia
dies interſectionis eorum venit ſuper eos,
22 tempus viſitationis eorū:‖ ⁴ vox eius quaſi
æris ſonabit: quoniam cum exercitu pro-
perabunt, & cum ſecuribus veniēt ei,quaſi
23 cædētes ligna. ‖ '' Succiderūt ſaltū eius,ait
Dominus,qui ſupputari non poteſt: mul-
tiplicati ſunt ſuper locuſtas, & non eſt eis
numerus. ‖ Confuſa eſt filia ægypti, & tra-
24 dita in manus populi Aquilonis.‖ Dixit dñs
25 exercituū De⁹ Iſrael: Ecce ego viſitabo ſu-
per '' tumultū alexādrię& ſuper Pharaonē,
&: ſuper ægyptū, & ſuper deos eius, et ſu-
per ' reges eius:& ſuper Pharaonem,& ſu-
26 per eos,qui confidūt in eo. ‖ Et dabo eos in
manus quærentium animas eorū,& in ma-
nus Nabuchodonoſor regis Babylonis, &
in manus ſeruorum eius:& poſt hæc ' habi-
tabitur ſicut diebus priſtinis, ait Dominus.
27 ‖ Et tu ne timeas ſerue meus Iacob,& ne pa-
ueas Iſrael: quia ecce ego ſaluum te faciam
'' de lōginquo,et ſemē tuum de terra cap-
tiuitatis tuæ:& reuertetur Iacob,& requieſ-
cet,& proſperabitur: & non erit,qui exter-
28 reat eum. ‖ Et tu noli timere ſerue meus Ia-
cob,ait dominus quia tecum ego ſum,quia
ego conſumam cunctas gentes, ad quas eieci te: te vero non conſumam, ſed caſtigabo te in iudicio, nec quaſi innocenti parcam tibi.

reuertamur ad populum noſtrum, & ad terram in qua nati ſumus,fugiam gladium Nabuchodonoſoris. ' Dicetur tunc quidē à Chaldæis: Pharao rex Ægypti tumultuarius,quod cum tumultu minas intentabit, & tamē tranſire tēpus ſinet condictum ad confligēdum cum Babylonio: Viuo ego,ait rex,cui nomen eſt dominus exercituum, quod '' vti certum eſt montē Thabor eminere ceteris terræ montibus, & Carmelū ijs,qui mari imminent,ita certo veniet hæc calamitas Ægypto. '' Præpara te, gens ægyptiaca,ad tranſmigrandum: nam Memphis in ſolitudinem redigetur, & adeo manebit deſerta, vt nullus in ea reliquus ſit futurus habitator. Gloriaris Ægypte ſpecioſæ vitulæ inſtar, ſed ab Aquilone veniet qui te '' exſtimulet. Milites & ipſi tui,qui in te morantur,mercede cōducti veluti vituli ſaginati potiuntur bonis. Verum & ipſi terga vertēt ſimulq; fugient conſiſtere nequaquā audentes cum dies,quo interimendi ſunt veniet illis; tempus,quo eos ſtatuit Dominus perdere.'⁴ Ægyptij more ſerpentum eminus ſibilātium, incipient clamare,cum viderint contra ſe aduentare Chaldæos, tum copioſo aggredientes exercitu, & cum ſecuribus quaſi caeſores lignorum '⁵ ſuccident veluti ſyluam incolas eius, tam multos vt nequeant ſupputari: multiplicabuntur enim magis quam locuſtæ,eruntq; innumerabiles. Pudore afficienda eſt Aegyptus, tradendaque poteſtati populi Aquilonaris. Dixit dominus exercituum Deus Iſraelis. Puniam certe ego '⁶ populum Alexandrinum, Pharaonem cum vniuerſa ægypto, deos eius '' ac reges. Pharaonem,inquā, cum his omnibus,qui confidunt in eo, tradamque poteſtati exſiſtentium vitā eorum, nempe Nabuchodonoſoris, & militū eius. Sed poſt hæc '' habitabitur ægyptus, ſicut priſtinis diebus ſolebat habitari. Tu vero ſerue mi Iacob ne timeas, & ne paueas Iſrael, quia ego reducam te '⁷ de Chaldæa in patriam tuam: & filios tuos de terra,ad quam ducti fuerint captiui: Vbi tranquille viues, & proſperabis, nulluſque iam erit,qui te exterreat. Ne quæſo metuas, ſerue mi Iacob, ait Dominus, quia ſemper adero tibi, & delebo omnes gentes, ad quas te eiecero: non te conſumā, ſed caſtigabo moderate, omnino tamen non perdam.

ARGVMENTVM.

PRædicit Ieremias extremam totius Ægypti per Nabuchodonoſorem vaſtationem, anno 24. Imperij ſui futuram, & populi Iudaici liberationem, & reditum in patriam.

COMMENTARIVS.

7 SVPER eo.] Hæc eſt poſterior prophetia aduerſus Pharaonem ca.46. contenta, à priore longe diuerſa, illa enim aduerſus exercitum Pharaonis percuſſum à Nabuchodonoſore 1. imperij ſui anno edita eſt: hæc vero aduerſus Ægyptum, & regem eius percuſſum ab eodem Nabuchodonoſore anno 23. aut 24. ſui imperij poſtquam in Ægyptum fugerant Iudæi, ſubuerſis Ieroſolymis temploque concremato. Tantum de tempore, quo fuit edita dubitamus. Nam ſi titulum Septuaginta ſequamur, tūc dicemus editam prophetiam, cum Ieremias erat in Ægypto, & Nabuchodonoſor veniebat ad eam deuaſtandā viginti tribus annis poſt editam priorem prophetiam: Sic enim legunt Septuaginta in editione Vaticana. Quæ locutus eſt Dominus in manu Ieremię cum veniret rex Babylonis ad percutiendam terram Ægypti. Verum cæteri omnes videntur inſinuare in eo ipſo tempore reuelatam fuiſſe Ægypti cladē in quo ſtrages exercitus ad Euphraten: & Lyra id affirmat apertè, & poteſt cōfirmari, quia in Ægypto prophetauit Ieremias Pharaonem Vaphrem deſtruendum cum omni Ægypto per Nabuchodonoſorem; & præſertim Iudæos, vt conſtat cap. 44. At in hac prophetia nullum verbum facit cōtra Iudæos: ſed occaſione deuicti exercitus apud Euphraten, inſultans quaſi fugienti, hanc in eum edidit prophetiam, dicens, non ea tantum ſtrage Ægyptum imminuendam, ſed ab ipſo Nabuchodonoſore eò venturo omnino ſubiugandam. Ad lectionem Septuaginta dicimus Hebræa ad verbum ſic habere: Verbum quod locutus eſt Iehouah ad Ieremiam prophetam לבוא Labo ad veniendum Nabuchodonoſorem regem Babel ad ſubiugandum terram Ægypti: & quidem præpoſitionem ל lamed præfixam gerūdio, variè explicāt interpretes, nam Lxx. in Complutēſi editione vertunt: vt veniret, Pagninus, & Vatab. quod veniret, vel eo quod veniret Nabuchodonoſor. Chaldæus, Tigur. & Vatab. accipiunt pro de, de veniendo, hoc eſt de eo, quod venturus eſſet, ſiue de aduentu, aut profectione Nabuchodonoſoris, quod explicatius dixit Vulgatus ſuper eo, quod venturus eſt Nabuchodonoſor, & percuſſurus terram Ægypti. Itaque titulus eſt prophetiæ cōtinens argumentum, non tempus deſignans: Atque adeo cum nō conſtet de alio tempore, quarto anno Ioakim poſt illam ſuperiorem pręcedēti cap. expoſitam, hæc poſterior edita eſt.

Tempus huius prophetiæ.

8 *Circuitum.*] Quod ex Hebræo omnes tranſtulerunt, gladius deuorabit circuitum tuum, vel ea quæ ſunt in circuitu tuo vt Syrus vertit, quē refert Theodoretus, Lxx. dixerūt, gladius deuorabit τὴν σμίλακα, & Latinè Complutēſis vertit, germen tuum, Theodoretus hederam tuam, quæ eſt herba, quę plantis ſuccreſcentibus implicatur & ſecundum Theodoretum ſignificat adiutores Ægyptiorum. Sed verius ad ſenſum Hebræū, ſignificat vrbes circumuicinas inſignioribus illis ciuitatibus, quibus nitebantur, & augebantur, ſicut hedera populis, aut ſalicibus. Sicut ergo prope eſt interitus arbori ſuſtentans hederam, cum hedera deuoratur placida & viridis, & inſtar domus opaca, vel à verme corroditur vt illa Ionę 4. aut à ſole exſiccatur: ita prope erat interitus metropolis Ægypti, cū vrbes minores, quas filias ſolet vocare ſcriptura, interitui erant obnoxiæ, à verme Babylonio corrodendæ, ac deuorandæ. Et non diſſimiliter cum gladius mortis deuorat corporis humani floridam ætatem, ſpeciei pulchritudinē, viride robor, oculorum perſpicacitatem, cæterorumque ſenſuum vigorem, & vermis eius hederam obumbrantem corrodit, & ſol eam exſiccat, domus ipſa corporis propè eſt vt corruat, & vita hominis pereat.

Ionæ.4. 7. — *Corpus hominis caducum.*

9 *Quare.*] Hebræo ſic legimus: Cur נסחף Mishaph fortes tui: & verbum illud tractionem eam vehementem ſignificat, qua imber, aut pluuia vehemētior conuehit ſecum paleas, ligna, & ſemina, & omnia vertit, cui comparauit Salomō pauperē opprimentem, Prou. 28. 3. Vir pauper opprimens pauperes, vt pluuia trahens, & non eſt panis, hoc eſt nunquam diteſcet, ſicut pluuia vehementior non affert panem, imo ſecum trahit, & diſſipat. Atque ita, cum nomen ſit plurale, & verbum ſingulare, Pagninus, & Vatablus vertunt, cur propulſatus, vel repulſus eſt fortis tuus, vel quilibet fortium tuorum, hoc eſt, quare cogetur cedere hoſtibus vnuſquiſque fortium tuorum, & non reſiſtet. Chaldæus, & Tigurina dixerunt, quare cōtriti, aut proſtrati ſūt fortes tui. Lyra ex Hebræo ita legit. Quare inclinauit cadens ad terram, non potens ſe ſuſtinere, ſicut res putrida: ad quē ſenſum dixit Vulgatus: Quare computruit fortis tuus: hoc eſt quare præ timore ita contabuit, & debilitatus eſt fortis tuus, vt conſiſtere non poterit: & nomine fortis milites intelligunt Lyra, Dionyſius, & Vatablus, Rabanus, & Hugo ipſum Pharaonem, cui cæteri confidebant. Septuaginta intellexerunt Apim idolum Ægyptiorum, ſic enim tranſtulerūt, vt habet Complutenſis editio: Quia fugit retro vitulus electus tuus. Vel vt legit Theod. Quia fugit Apis vitul' elect' tu'. Aut vt legit Vaticana: Quare fugit à te Apis vitulus electus tu'. Et Theod. Apim bouē explicat, qui ab Ægyptiis alebatur & adorabatur. Raban' & Hugo idolū Ægyptiorū. Nam huius idoli adoratio cauſa fuit, cur auxilio omni deſtituti Nabuchodonoſori ſubiecti fuerint, quia Dominus diſſoluit illū, aut ſubuertit. Sed ſi Hebræam literam attendamus de militibus retrocedētibus loquitur, vt patet ex iis, quæ ſequuntur: nam cohortabantur ſe mutuo fugere à facie gladii columbæ, id eſt, Nabuchodonoſoris, vt latè oſtendimus ſuper 25. cap.

Prou. 28. 3. — *Apis.* — *Aegyptiorum fuga.*

10 *Vocate.*] Ex Hebræo ita legimus hanc ſententiam: Vocauerunt, aut clamauerunt ibi Pharao rex Ægypti, tumultus, tranſire fecit tempus ſtatutum, ita R. Salomon, Tigurina, Vatab. & Iſidorus. Sed per accuſandi caſum efferunt Chaldæus, Dauid Kimhi, & Pagninus, Vocauerunt ibi Pharaonem regem Ægypti tumultum.

Lectio varia.

Vetuſtiores interpretes Septuaginta, Symmachus, Aliqui, Syrus, & Vulgatus, verbum קראו tātum punctorum mutatione tāquam imperatiuū tranſtulerunt, Vocate, & dictionē שם, quæ lecta Sā eſt ibi, aut illic, lecta vero Sē, eſt nomē, omnes nomē, vertetūt, dicētes: vocate nomē Pharaonis regis Aegypti. Quod vero ſequitur in Hebræo,

Saon

A Saon Heebir Hamoed, Septuagiota intactum reliquerunt, quaſi nomen ſit Pharaonis, dixerunt enim, vt habet Theodoretus, Sao Neesbi Emod: vt editio vero Vaticana, Saon Esbie Moed, Complutenſis autem legit, Saon Eebire Moed: & Latinè vertit, tumultum traduxit tempus. Symmachus quoque interpretatus eſt, tempus aduenit: Aquila, adduxit, aut acceſſit tempus. Syrus denique, pertorbans, ac transferens tempora. Et quidem ſi vetuſtiorum lectiooem ſequamur, videtur propheta nomen imponere regi Aegypti, tumultum adduxit tempus, quemadmodum Iſaias cap. 8. 3. audiuit à domino, voca nomen eius, Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari: vt ſit ſenſus communior Rabani, Hugonis, Lyræ, & Dionyſij: ô Aegyptij vocate regem veſtrum, tumultum Chaldæorum iam adduxit tempus à Deo ſtatutum, vt te deſtruant, hoc eſt, *Yaſe ha llegado tu tiempo*. Vel iuxta Theodoretum, vocate nomen Pharaonis, perturbans, & transferens tempora, hoc eſt, perturbator vicinarum gentium, quique mutabat aduerſitate proſperitatem earum, *reuoltoſo, inquietador*: viuo ego veniet qui te deſtruet.

Iſa 8. 3.

Si autem ſequamur Hebræorum, ac recentiorum lectionem erit ſenſus Tigurinæ, & Vatabli: Clamabunt ibi, Pharao rex Aegypti, tempus, hoc eſt, deſignator, aut computator temporum Deus adduxit, vel circummiſit tumultum Chaldæorum vaſtantem regnum tuum. Vel ſecundum Dauid Kimhi: Vocauerunt, pro vocabunt ibi in Aegypto, Aegypti regem ſuum, tumultum, vel regem tumultus, hoc eſt magnæ multitudinis, qui nihilominus metu perculſus tranſire fecit tempus deſignatum, ac condictum ad pugnandum cum Nabuchodonoſore: quaſi dicat. Tunc irridebunt ac illudent Pharaoni dicentes: tu ille, qui tam ingentem militum copiam coegeras, qui iam gloriabaris quaſi victoria potitus, cur ergo metu cõſternatus tranſire permiſiſti tempus ad pugnam condictum? Vel demum ſecundum R. Salomonem, Lyram, Vatab. & Iſidorum: vocauerunt, id eſt, publicè conclamaturi ſunt Chaldæi in prælio per preconem, aut fæcialem, Pharao rex Aegypti, tumultus, qui adeo tumultuabaris, & iactabas te regnorum eſſe ruinam, & flagellum Dei, qui petiiſti tempus certum ad pugnã laceſſens nos, cur tranſgreſſus es tempus ad confligendum deſignatum? Et ſane cum in prophetijs imperatiuum pro futuro accipi ſoleat, iuxta lectionem Vulgati ex prædictis hunc verum ſenſum eruemus. Vocabitis, vel vocabũt Chaldæi vel poti⁹ Aegyptij nomẽ Pharaonis Vaphris, qui tunc regnabit in Aegypto tumultum, perturbatorem, *reuoluedor*, quia prouocando Babylonium ad bellum, adduxit tempus conflictus, ſuique extremi excidij. Sic enim perpetuo accidit ſuperbis alios laceſſentibus, & in ſua virtute confidentibus, vt laceſſitis victi ſuccumbant.

Superbi tandem ſuccũbunt.

11. *Sicut.*] Ita Chaldæus, Theodoretus, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus intelligunt hunc locum: eſt enim vulgaris aſſeueratio, illi ſimilis: tam certo veniet Nabuchodonoſor in Aegyptũ, quam certum eſt me hîc eſſe, te vero iſtic, aut Thabor eſſe in mõtibus, Carmelũ autem in mari. Eſt autem Thabor mons in Galilæa ſitus in campeſtribus, rotundus, atque ſublimis: & ex omni parte finitur æqualiter, auctore Hieronymo ſuper cap. 5. Hoſeæ: eſtque in medio Galilææ cãpo, inter cãpum magnum, & Scythopolim ſitus, diſtans à Diocæſarea decem millibus ad orientalem plagam: & fuit terminus Zabulon, confiniumque inter tribũ Iſſachar, & Neptalim, vt idem ait Hiero. in lib. de locis Hebraicis; cum Ioſepho lib. 4. de bello iudaico cap. 2. qui montem in altum dicit conſurgere triginta ſtadijs, ſeptentrionali inacceſſum: in vertice autem viginti ſtadiorum planiciem patere. Diſtat autem à Nazareth ad occidẽtem ſitam duas leucas, vt ait, Brocardus in deſcriptione terræ ſanctæ cap. 6. à monte Hermon ad Eurum collocato vna leuca, ab altero monte Hermon, in cuius latere Aquilonari eſt ciuitas Naim, paulo plus vna leuca: vnde fertur montem

Thabor.

Ioſeph.

Brocar

B Thabor in planitie ad orientem cãpi magni Galilææ ſitum eſſe, quatuor, aut quinque millib⁹ ab alijs montibus diſſitum. Eſt autem, vt ait Cyrillus in caput 5. Hoſeæ, mons denſiſsimus, ac valde refertus ferarũ, & auium. Vnde ſumpta metaphora dixit Hoſæas cap. 5. Quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & rete expãſum ſuper Thabor. Carmelus mons duplex cum ſit, vt diximus ſuper cap. 2. Ieremiæ, & 4. de eo tantum hic ſit ſermo, qui eſt in confinio Paleſtinę, & Phœnicis, mari imminens, & ad auſtrum eſt Ptolemaidis ſeu Aconis, quatuor leucis ab ea diſtans, auctore Brocardo: c. 2. li. citati, in quo Elias, & Eliſæus morati ſunt. Iam ex horum montium deſcriptione, licet quod attinet ad montem Carmelum verũ obtineat, ſuperius adducta intelligentia; at quod attinet ad montẽ Thabor falſa videtur, cum dictũ ſit in planitie magni cãpi Galilææ fuiſſe conſtitutũ, non in montibus. Idcirco Rabanus, & Hugo explicant

Cyrillus

Hoſea 5. 1.

Carmelus.

C hac ratione ſimilitudinem, ſicut Thabor, & Carmelus inter montes tam frugiferi, ac fertiles, ſi in mare proijcerentur amitterẽt ſuam fertilitatẽ: ſic Aegyptus deſinet eſſe fertilis. Coniũgit præterea Hugo illud, in mari cum verbo veniet: dicẽs, ſicut verum eſt duos illos eſſe montes, ita vere Aegypt⁹ veniet in mari, vel ſummergetur in mari vaſtitatis. Alij vt Iſidorus hoc modo exponunt: ita vere abducetur Aegyptus, ſicut venatio abducitur de Thabor, & ligna carmeli in mare trahũtur ad naues conficiendas. Simplicius conſtabit ſimilitudo ſi dicamus: ſicut Thabor in mõtibus, vel inter montes, qui ſunt in terra, præſtantiſſimus eſt, ac editiſſimus, & Carmel⁹ inter montes, qui adiacẽt mari, ita certò Aegypto veniet hæc calamitas.

D 12. *Fac tibi.*] Chaldæus putat fieri ſermonẽ ad Iudæos, qui fugerãt in Aegyptũ, quos intelligit illo nomine, habitatrix filia Aegypti: ſed ceteri melius exponunt congregationẽ degentem in Aegypto, ex ipſis Aegyptijs, cõtra quos loquitur. Vasa autẽ tranſmigrationis vocat ſarcinolas tranſmigrantiũ vt recte Hieronymus ſuper 12. Ezec. hoc eſt veſtimenta quædã leuia cũ baculo, & pera inſtar peregrinãtis: & vel hortatur, vt capiat ſarcinulas ſuas quas poſsit, & aliò trãſmigret: ne expectet hoſtem vaſtatorem: vel vt ſe præparet ad iter conficiendũ cũ ducetur captiua Babylonem, vt vult Theodoretus. Nomine vaſorum Hebræi accipiũt quæcũque homini vſui sũt, ſupellectilẽ, veſtes, & cetera.

13. *Stimulator.*] Eleganti metaphora comparat Aegyptum vitulæ, aut buculæ elegantiſsimę, & in paſcuis laſciuienti, ac feliciſsimæ, ac propterea indomitæ, & iugi inexpertæ, ac ſtimuli, ac præ delicijs imbecilli, quæ vna cum mercenarijs, hoc eſt

militibus conductitijs, qui magis ad delicias, quã ad militiam nutriebantur, fugit potius, quam reſtitit; & nihilominus quæ nunquam ſenſerat iugum, nunquam ſtimulũ, nunquam imperiũ alienũ, ſentiet modo Nabuchodonoſorem, qui קֶרֶץ Kerez veniet: veniet inquã ei, hoc eſt excidium ei certo adducet, quod perſtans in metaphora rectè vertit Vulgatus, ſtimulator veniet ei, hoc eſt, veniet ab Aquilone qui eam, quæ in delicijs viuebat ſecura, nihil mali ſubodorans, extimulet gladio, & ſuccidat, & ſolito leuius currat, ſentiens ſuam exciſionem. Aſſidua temporalium bonorum affluentia, felicitatem optatam adduxerat Ægypto: felicitas ſecuritatem, ſecuritas mali imminentis obliuionem, ac proinde metus obliuio libertatem præbebat omni vitio ſe tradendi, præſertim gulæ, ac laſciuiæ, nam de Ægyptijs dicitur Ezech. 23. 20. quod eorum carnes, carnes ſint aſinorum, & ſicut fluxus equorum fluxus eorum. Vnde & conductitios ſuos milites ſimili ratione ſignificabat, quaſi nihil amplius eſſet eis deſiderandum, ac ſperandum. Sed accidit eis quod poſtea Baltaſari regi Chaldæorum, cui menſæ accumbenti, finem vitæ, ac regni imminere, oſtenſum eſt: & quod diuiti Euangelico, qui habebat ſepoſita bona in multos annos, & dictum eſt ei, ſtulte hac nocte repetent animam tuam à te, hæc autem quæ congregaſti, cuius erunt? Similis extimulator venit de gentibus in Ægypto, qui omnia commutaret, & pauperes, in felices, meticuloſos, malorum imminentium memores efficeret, & qui pro delicijs vel captiui docerentur, vel penitus excinderentur.

Opũ affluentia quid apperet mali.

Ezec. 23. 20.

14. *Vox.*] Nomen Hebræum נָחָשׁ Nahas ſerpentem ſignificat, & in hac ſignificatione ſemper tranſtulit alias Vulgatus, vt Ierem. cap. 8. 17. & ita hoc loco verterunt Septuaginta, Chaldæus, & recentiores omnes. Solus Vulgatus pro ære accepit, cum dixit: vox eius quaſi æris ſonabit, è propinquo nomine eiuſdem radicis נְחֹשֶׁת Nehoſet, aſſumens ſignificatum æris, aut chalibis. Verum ad ſenſum vtraque ſignificatio confert: & quidem Theodoretus, Rabanus, Vatab. & Iſidorus ad Ægyptum referunt, & iuuat pronomẽ, eius, quod fœmineum eſt in Hebræo Ægyptum referens: vt ſit ſenſus: Ægyptij more ſerpentum clamabunt, & eminus eorum audietur eiulatus, cum audierint Chaldæos aduentare, nam miſerorum eſt gemere, atque clamare, & quaſi ſibila edere: vel Ægypti eiulatus vt æris ſonori, ſonabit, & audietur. Ceteri Hugo, Lyra, Dionyſius & Iſidorus de Chaldæis exponunt: quorum vox exercitus, aut fragor armorum, quaſi æris ſonus, aut quaſi ſerpentum ſibilus eminus reſonabit, cum virtute bellica procedent, & cum ſecuribus contra Ægyptum, quaſi lignorum cæſores: quem ſenſum innuit Chaldæus, dum ait: Vox colliſionis armorum eorum quaſi ſerpentium raptantium, quia cum exercitibus ibunt contra eos: & Vulgato magis conuenit de Chaldæis accipere.

Iere. 8. 17.

15. *Succiderunt.*] Præteritum, ſucciderunt, omnes fere pro futuro accipiunt, vt etiam Septuaginta. Theodoretus tamen, & Pagninus, ſuccidite, vertunt mutatis tantum punctis: & Theodoretus quidem, Rabanus, Hugo, & Dionyſius de Ægyptijs explicant, nam Chaldæi Ægyptum quaſi ſyluam arboribus plenam ſucciderunt milites eius interficientes aut incolas tot numero, vt ſupputari non poſſent, cum multi eſſent inſtar locuſtarum. Quem ſenſum habet Chaldæus exponens de principibus Ægyptiorum. Conſumate, ait, principes eius, dicit dominus, quia non habent finem, qoia multiplicati ſunt ſuper arenam, & non eſt eis numerus. Sed verius Hugo, Lyra, Dionyſius etiam, & Vatablus de Chaldæis, qui ſuccident incolas Ægypti, quaſi arbores ſyluæ, cum iniri non poſſit numerus exercitus ipſorum Chaldæorum, nam multiplicati ſunt ſicut locuſtæ, & non poſſunt numerari.

16. *Tumultum.*] Hebræũ nomen אָמוֹן מִנֹּא Amõ mi No, Amon de No: vrbem notat, quæ Nahum 3. dicitur No Amon, & Ezech. 30. verſ. 15. הֲמוֹן נֹא Hamon No, cum verſu 14. & 16. ſolum vocetur No, abſque adiuncto. Vnde nomen vrbis comperitur eſſe No; Amon vero epithetum eſt, vt dicemus: & hæc eſt ſententia communis tam Hebræorum interpretum, quam Græcorum, & Latinorum: & eius ſitum deſcribit Nahum c. 3. cum dicit loquens cum Niniue: Nunquid melior es No Amon, quæ habitat in fluminibus, aquæ in circuitu eius, cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius, Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus? ex qua deſcriptione conſtat fuiſſe deceptos quoſdã ab Hieronymo refutatos ſuper Nahum, qui putarunt hanc vrbem eſſe alias Hebræis dictam Amman, vt ait eo loco, & lib. de locis Hebraicis, Hieronymus, & Ammana olim vocatam, teſtis eſt Stephanus, poſtea Philadelphiam: hæc enim vrbs eſt Syriæ, No vero metropolis Ægypti, vt ex ſcripturæ locis conſtat. Sed iam quæ vrbs in locum No illius à Nabuchodonoſore deſtructæ ſuffecta fuerit, videre oportet. Quidam putant eſſe Memphim, nam Septuaginta Ezechielis 30. vbi verſu 15. legimus; Et interficiam Hamon No, vertunt, & diſperdam multitudinem Mempheos, quæ ad Nilum ſita eſt, & hodie vocatur *Cairo*: cum ſæpe, alias Hebræum nomen Noph in Memphim eo loci conuertant: arbitrati fortaſſe idem eſſe nomen No cum Noph. Alijs videtur eſſe Dioſpolim Thebaidis ſuperioris Ægypti partis metropolim, Thebas centum portarum alias vocatam: Nam Septuaginta in 30. illo cap. Ezechielis ver. 14. & 16. Dioſpolim tranſtulerunt; Verum pro certo habendum eſt Alexãdriam ædificatam eſſe in loco No, poſtea ab Alexandro magno. Nam Chaldæus, Vulgatus, & Hieronymus nouo Alexandriæ nomine eam vocarunt, his in locis, & Hieronymus etiam in epitaphio Paulæ.

Nahu. 3. 8.

Eze. 30. 15.

No qua vrbs.

Sed cur vocetur No Amon videamus. Chaldæus paraphraſtes, quem referunt & ſequuntur Vatablus, & Pagninus, putat eſſe nomen regis illius vrbis No, qui dicebatur Amon. Sed hoc falſum eſſe inde probatur, quod idem nomen vſurpat Nahum cap. 3. qui prophetauit ſub Manaſſe multis annis ante editam hanc ab Ieremia prophetiam: & ab eo tempore non vnus rex Ægypti fuit eo nomine vocatus, ſed multi, vt Nechao, Pſamnis, Vaphres, & Amaſis: necdum quod eo anno, quo Nabuchodonoſor ſubuertit Ægyptum, & has ciuitates hoc capite numeratas, rex erat Ephre vel Vaphres, vt dixit Ieremias cap. 44. Theodoretus putat nomine Amõ intelligi Iouẽ, quem Ægyptij vocãt Amoua: & propterea Septuaginta verterunt, Ergo vlciſcar de Amone filio

No Amõ cur dicatur.

Iere. 44. 30.

eius,

eios,hoc eſt de Ægypti Deo Amone,quem filiom eius vocat,quia ab Ægypto Deus conſtitutus:vnde terra finirima,Ammonia dicebatur: nam ſic ait *Herod.* Herodotus lib.2. Iouis ſimulacrum ah Ægyptijs acceperunt Ammonij,qui ſunt Ægyptiorum, atque Ætiopum coloni, & linguam inter vtroſque *Pauſanias.* vſurpantes, qui dicuntur Ammonij, quod Ægyptij Iouem Ammonem appellant : & Pauſanias lib. 3. Ammonios vocat populos,qui Ammonem venerantur. Quin & vrbs ihi hoc nomine fuit ædificata,qoam vocat ciuitatem Ammonis in Lybia *Diodor.* Diodorus Siculus lih. 4. hiſtor. cap. 5. ad finem, *Strabo.* Strabo etiam lib. 17. Geographiæ: Paratonium,inquit,cioitas eſt,& portus ingens quadraginta fere ſtadiorum, quam alij Ammoniam vocant: in Ammone conditam ab Alexandro magno,auctore *Euſeb.* Euſebio in Chronico ad annũ mundi 4870. Dicebatur ergo No Amoo ciuitas illa vt diſtingueretur ab alijs ciuitatibus fortaſſe eo nomine vocatis, vt Aleaandria Ægypti dicta eſt, vt diſtingueretur ab Alexandria Aſſyriæ iuata Nimon,de qua *Plinius.* Plinius lib. 6. natoralis hiſtor. cap. 16.quod illa ciuitas No ſita eſſet in terra Ammonia, ita ab Ammone Ioue nuncopata : quam rationem nomenclaturæ indicauit Theodoretus ſuper Nahum,& hoc loco. Ne vero potes ætatem non conuenire huic terræ cognaminationi, ſcitum eſt à libero patre templom illud Ioui ædificatum in arena deſerti, quē propterea Ammonem vocauit, ab arena, quæ Ammos vocatur ab Ægyptijs,vel quod Iouem vocent Ammonem,vt ait Theodoretus. At liber pater viait tempore Ioſue anno eius 17 .vt Euſebius tradit in chronico; atque ita regio Ammonia multo ante eſt vocitata, quam vel Nahum, vel Ezechiel, & Ieremias eius feciſſent mentionem.

Ne refert quod nomen Amõ, vel Ammon liogua Ægyptiaca ſignificet filium, & ita Iouem vocauerint, quod in media arena fulua fuerit ei delubrum conſtructum, vt ait Herodotus lib. 2. de eius Origine loquens; & editio vulgata conuertat in tumultum,populum,aut multitudinem quia Hebraicom nomen eam habet ſignificationem:nam multa ſunt propria nomina, quæ ac ſi eſſent appellatiua transfert in Latinam linguam, vt ſignificatum intelligamus. Atque hæc ſit hoius cognominationis probatior interpretatio.

17. *Reges.*] Principes iotelligit iuxta Theodoretum, Hugonem, Lyram,& alios,qui reguli dici ſolent,quod aliqoarum ciuitatum domini eſſent. Sed quid mirum regulos punitos eſſe cũ rex potentiſſimus Pharao Vaphres , imo & dij ipſi deſtructi ſunt. At duhium graue mouetur circa haoc Ægypti ſuhuerſionem,num reuera ita euenerit, *Dubitatio de exitu prophetia.* vt omnino deſerta manſerit,& ciuitates illæ principes No ac Noph, Phatures,& aliæ ſubuerſæ perſeueraoerint ? Et quidem Ieremias cap. 43. manifeſtis verhis prædicit totios Ægypti vaſtationem per Nabuchodonoſorem, ſicut & in cap. 46. vbi de Memphi dicit , quod in ſolitudinem erit,& deſeretur,& erit inhabitabilis. Multo clarius *Ezech. 29. 9.* Ezechiel cap. 29. hanc vaſtitatem eſt vaticinatus: ſic enim ait verſ. 9. & erit terra Ægypti in deſertum,& inſolitudinem,& à verſ. 10. dahoque terram Ægypti in ſolitudines , non pertranſibit eam pes hominis,neque pes iumenti gradietur in ea:& non habitabitur quadraginta annis. Daboque terram Ægypti deſertam in medio terrarum deſertarum , & ciuitates eius in medio vrbium ſubuerſarum, & erunt deſolatæ quadraginta annis,& diſpergam Ægyptios in nationes, & ventilabo eos in terras:cap. vero 30. enumerat principes Ægypti ciuitates,quæ ſubuerſæ ſunt à Nabuchodonoſore: & addit verſo. 13. & dua de terra Ægypti non erit amplius. Sancti ergo prophetæ Aegypti deſolationem , & ciuitatum eius ſatis aperte prænonciant:quæ executioni fuiſſe mandata,vt & vaſtitas Ieruſalem , nõ poteſt,quia non debet,dubitari.

Verum Ioſephus lih. 10. Antiq. cap. 11. Nabuchodonoſor , inquit,anno 23. regni ſui cum magnis copijs inuaſit Cælen Syriam,qua ſuhacta bellum geſſit contra Ammonitas,& Moabitas,& his quoque perdomitis Aegyptum hoſtiliter eſt ingreſſus, occiſoque qui tunc regnabat,& alio rego conſtituto, repertos ibi Iodæos rurſum captiuos Babylonem abduait,& ille quidem fuit Vaphres, de quo ſumus locuti capite 44. hic autem io locum eius ſuffectus Amaſis vocatur ab Herodoto lih 3. & regnaſſe ait 44. annos , cum Euſebius in Chronico 43. illi aſsignet. Qui ſanæ eaiſtimaodus eſt conſtitutus à Nabuchodonoſore non ex gente Aegyptia , ſed ea ijs principibus, quos ex alijs gentibus,in eaercitu ſuo adducebat : vt gubernaret reliquias Aegypti, quemadmodum Godoliam præfecerat reliquijs Iudæorum. Scimus enim regnum Aegyptiorum vi à Cambyſe Cyri filio vſurpatum, Amaſi deuicto , ad Perſas fuiſſe delatum,vt ait Euſebius in Chronico, & ab ipſis deinceps adminiſtratum , vt cooſtet verum dictum Ezechielis, Et dux de terta Aegypti non erit amplius.

Ioſeph. *Herod.* *Euſeb.*

13. *Habitabitur.*] Hoc eſt qood eapreſsit Ezechiel capite 29. 13. Poſt finem quadraginta annorum congregaho Aegyptum de populis , in quihus diſperſi fuerant:& reducam captiuitatem Aegypti,& collocabo eos in terra Phathures, & erunt ibi in regnum humile:& quidem cum conſtet terram vniuerſam Aegypti ſubiugatam , & ſubuerſam à Nabuchodonoſore, & traditam ſub trihuto Amaſi gubernandam per annos 43. aut 44. in fine illorum annorum iuara prophetam ſanctum,regnum reſtitutum eſſe credendum eſt, licet non in antiquum ſplendorem , & opulentiam,nec à regibus Aegyptijs,ſed à Perſis gubernandum per centum quinquaginta annos , vt dixit in Chronico Euſebius. Verum ciuitates illas principes reſtitutas ignoramus. Nam , vt verhi gratia loquamur de No,hæc vrbs ex quo deſtructa fuit à Nabuchodonoſore anno 4. Olymp. 48. in ruinis eius oppidulum quoddam habuit loco ſui Rhacotes dictum,vt referunt Pauſanias lih. 5. in Eliacis , Solinus in Polyhiſtor. cap. 32. Plinius lib. 5. cap. 10. & Strabo lib. 17. vſque ad Olymp. 112. in qua poſt 254. annos Lucio Papyrio,& C. Pætilio cnnſul. vt ait Solinus,ab Alexandro magno condita eſt Aleaandria pet Dinochratem Architectum, longitudine triginta ſtadiorum, lata vero noo minus quam decem , vt ait Ioſephus lib. 2. de bello Iudaico cap. 16. in ambitu vero mororum habeos ſtadia octoginta auctore Q. Curtio in libro 4. multo minor,quam antiqoa No , quæ Nahum. 3. non minor dicitur quam Niniuæ:quæ in circuitu murorũ cõſtabat ſtadijs quadringētis

Ezech. 29. 13. *No non reſtituta.* *Rhacotes oppidulũ.* *Pauſanias.* *Solinus.* *Plinius.* *Strabo.* *Alexandria magnitudo.* *Ioſeph.*

Diodor. octoginta, auctore Diodoro Siculo lib. 3. cap. 1. A hoc eſt ſexaginta milliaribus, quæ faciunt leucas viginti: non ergo tranſactis quadraginta annis in priſtinam dignitatem, & amplitudinem reſtituta eſt quod & de alijs probare non eſſet difficile. Verum prophetæ non dicunt Aegyptum, & vrbes eius ad antiquum ſplendorem reducendas: cum nec Iudæa, & Ieruſalem: poſt ſeptuaginta annos in antiquam amplitudinem reſtituta ſit: ſed incolendam vt prius ab Aegyptijs, ſed ſub exteris regibus, & futuram in regnum humile, in ciuitate Phathures: quod quidem impletum eſt, deuicto Amaſi à Perſis, vel ipſo Amaſi regnante.

19. *De longinquo.*] His verbis conſolatur Iudæos & pollicetur eis reditum è captiuitate Babylonica, vt volunt Theodoretus, & Lyra: non de Aegypto, vt vult Vatablus, quia inde Babylonem ſunt ducti captiui, Quamuis ob felicitatē promiſſam, quæ non videtur penitus à Iudæis obtenta, Rabanus, Hugo, & Iſidorus de regno Chriſti, & de conuerſione Iudæorum ad ipſum velint intelligi, verum ſingula verba hæc ſupra tradidit Ieremias cap. 30. verſ. 10. & 11. & nos ibi latius explicuimus, quare in eorum explicatione non eſt quod modo immoremur.

PARAPHRASIS.

Sedecia anno 9

Sermo, quem fecit dominus Ieremiæ aduerſus [1] Paleſtinos, [2] antequam percuteret Pharao Gazam, ſic habet. Sic dicit dominus, Ecce Chaldei inſtar aquarum aſcendent de Aquilone, & vt torrens exundabunt, nam inundabunt terram vniuerſam, & quicquid in ipſa continebitur, nempe quamlibet vrbem cum ſuis habitatoribus. Etenim omnes Paleſtinæ incolæ clamabunt, imo & vlulabunt, [4] præ ſtrepitu, quem ſuis vngulis edent equi bellatorum eorum, præ commotione quadrigarum, & præ multitudine rotarum curruum ipſorum. Adeo Paleſtini exterrebuntur, vt parentes de filiorum ſalute minime ſoliciti, ne manibus vti poſſint præ debilitate, videntes adeſſe diem, qua vaſtandi ſint ipſi, & [5] Tyrus, & Sydon, ceteræque vrbes, quæ auxilium ferre ſolebant Paleſtinis. Vaſtaturus enim eſt dominus Paleſtinos, qui reſidui manſerunt ex inſula [6] Cappadociæ. Omnis Gazæ bona [7] expilabunt: deſinet eſſe Aſcalon: & qui degunt [8] in vrbibus ſitis in vallibus earum. Quouſque præ dolore [9] incides te ô Paleſtina: & tu ô mucro domini Nabuchodonoſor quouſque non ceſſabis? Redi in tuam vaginam iam, quieſce, ac ceſſa. Sed quomodo quieſceres cum dominus præceperit tibi deſæuire aduerſus Aſcalonem, & aduerſus regionem maritimam, vbi te conſtituit dominus, vt illic graſſareris?

CAP. QVADRAGESIMVM SEPTIMVM.

Qvod factum eſt verbum do- 1
mini ad Ieremiam prophe-
tam contra [1] Paleſtinos, [2] an-
tequam percuteret Pharao
Gazam. ‖ Hæc dicit dominus:
ecce [3] aquæ aſcendunt ab Aquilone, & 2
erunt quaſi torrens inundans, & operient
terram, & plenitudinem eius, vrbem & ha-
bitatores eius: clamabunt homines, &
vlulabunt omnes habitatores terræ [4] ‖ à 3
ſtrepitu pompæ armorum, & bellatorum
eius, à commotione quadrigarum eius, &
multitudine rotarum illius. Non re-
ſpexerunt patres filios manibus diſſolutis.
‖ Pro aduentu diei, in quo vaſtabuntur 4
omnes Philiſthim, & diſſipabitur [5] Ty-
rus, & Sidon cum omnibus reliquis auxi-
lijs ſuis: depopulatus eſt enim dominus
Paleſtinos, reliquias inſulæ [6] Cappadociæ.
‖ Venit [7] caluitium ſuper Gazam: conticuit 5
Aſcalon, & [8] reliquiæ vallis earum, vſque-
quo [9] concideris? ‖ O mucro domini vſ- 6
que quo non quieſces? Ingredere in va-
ginam tuam, refrigerare, & ſile. ‖ Quo- 7
modo quieſcet cum dominus præceperit
ei aduerſus Aſcalonem, & aduerſus ma-
ritimas eius regiones, ibique condixerit
illi.

ARGVMENTVM.

COMMINATVR Ieremias Paleſtinam vniuerſam per Nabuchodonoſorem vaſtandam.

COMMENTARIVS.

Paleſtina ſitus. 1. PALESTINOS.] Qui ab Hebræis vocantur Peliſtim, à Græcis, & Latinis dicuntur Paleſtini, & regio eorum Paleſtina. Sita erat Paleſtina ad occidentem meridionalem Ieru- B ſalem Aegypto proxima, verſus oram maris magni mediterranei, ceciditque in ſortem tribui Iuda, vt legimus Ioſue 15. 46. vnde occidentale illud mare Exod. 23. vocatur mare Paleſtinorum. Ioſue 15. 46. Exo. 23. 31.

Con-

Conſtabat autem quinque præcipuis ciuitatibus, quæ à quinque regulis gubernabantur, Gaza, Azoto, Aſcalone, Geth, & Accarone: vt numerantur Ioſue 13. 3. & 1. Reg. 6. è quibus Gaza, Geth, & Azotum non ſunt ſuperatæ à Ioſue cap. 11. 22. cum nollum oon ſubiecerit de ſtyrpe enacim: ſed ab othoniele Iudi. 14. quanuis ſæpe à Iudæ ſe iugo ſubtraherent, vt licet videre in libris Iudicum, & Regum. Meminere huius prouinciæ ex profanis auctoribus Herodotus lib. 1. pag. 60. & lib. 2. pag. 189. Strabo, lib. 16. Geograph. Plinius lib. 5. cap. 13. Mela lib. 1. cap. 11. Stephanus de vrbibus, & Volaterranus lib. 11.

Ioſue 13. 3. 1. Reg. 6. Ioſue 12. 22. Iudic. 1. 13. Herodo. Strabo Plinius. Mela Stepha. Volaterranus.

Gaza Hebraicè עזה Aza, vel Haza, vt vocat: Stephanus, & Hieronymus de locis Hebraicis vocandum notat, vetuſtiſſima ciuitas eſt, ſiquidem eius fit mentio Gen. 10. 19. Deuteron. 2. 23. & paſſim apud Ioſue. Vnde maxime differt à Gaza, quam in Palæſtina ſtatuit Mela, à Cambyſe ædificatam, vt illi eſſet ærarium proficiſcenti in Ægyptom: tum nomine, & ſignificatu, cum hæc Gaza nominetur, & ærarium ſignificat Perſis illa Haza, & notat fortitudinem: tum antiquitate, quod multo poſt Gaza ſit à Cambyſe ædificata. Eſt & alia in media à Ptolomæo lib. 6. c. 2. à Strabone Gaza. Alia in Ætiopia, ſignata ab Ptolomæo lib. 4. c. 7. Erat autem in littore maris mediterranei terminus Chananæorum iuxta Ægyptum, vt ait Hieronymus in lib. de locis Hebraicis: & Broccardus in libro deſcriptionis terræ ſanctæ. Ab Aſcalone, inquit, duabus leocis contra Auſtrum eſt Gaza in littore quoque maris ſita, quæ nunc communiter Gazara appellatur, & tranſit per eam via in Ægyptum: à Gaza quatuor numerantur leucæ vſqoe ad Berſabee, quæ nunc Giblim dicitur & eſt terminus Iudeæ, atque terræ promiſſionis contra Auſtrum: diſtat ab Hebron, ſicut & Gaza paulo amplius vna dieta: cum autem cõſtet ex Hieronymo lib. de locis Hebraicis. Berſabee in viceſimo eſſe milliario ab Hebron: & Hebron ſeu Arbee diſtet ab Ieruſalem millibus circiter viginti duob⁹: diſſita erat Gaza, ſicut & Berſabee, ab Ieruſalem ad plagã meridianam, quadraginta doobus milliaribus, quæ efficiunt quatuordecim leucas.

Gaza Gen. 10. 19 Deuter. 2. 23. Ptolem. Strabo. Hieron. Broccar. Gaza ab Ieruſalẽ diſtantia.

Azotus Hebraicè Aſdod, nam Græcis Z. valet ſ. d. non eſt portus Arabiæ celeberrimus, cuius Mela meminit lib. 1. cap. 10. ſed vrbs Palæſtinæ fortiſſima, neceſſaria volentibus Ægyptum debellare; erat enim in vltimis Paleſtinæ finibus Ægyptum verſus prope mare: de qua Sophooias cap. 2. Azotus in meridie eijcietur: quam Pſamniticus Ægyptiorum rex: auctore Herodoto, diutiſſima omnium vrbium obſidione, nempe viginti nouem annorum expugnauit.

Azotus. Mela. Sophon 2. 4. Herodo.

Aſcalon Hebraicè Askelon vrbs regia Paleſtinæ: quã Volaterra. ex Xantho in hiſtoria Lydorum, ab Aſcalone Hymenei filio, Tantali fratre conditam refert: in ea Semiramis nata fuit: ex illicito concubitu, vt ait Diodorus lib. 3. & à matre in deſertis locis derelicta, per annum à columbis enutrita eſt, vnde columba Sitis in honore fuit, vt ſoo loco diximus. Diſtat ab Ieroſolymis, auctore Ioſepho lib. 3. de bello Iudaico cap. 1. ſeptingentis, ac viginti ſtadijs: quæ faciunt milliaria cẽtum ac duo, & leucas 34. Eſt autem ſita in littore maris, diſtatque ab Azoto verſus Auſtrum quatoor Leucis, & à Gaza ad auſtrum eius ſita, in littore etiam maris doabus leucis.

Aſcalõ. Xãthus Diodor. Ioſeph. Aſcalonis diſtãtia ab Ieruſalẽ.

Accaron Hebraicè Hekerou, quam Aca vocat Strabo lib. 17. & Plinius lib. 5. cap. 19. & Abulenſis ſuper 15. Ioſuæ, putat eſſe Cæſaream Paleſtinæ, nunc verò Acre dictam, vnde milites dicũtur S. Ioannis de Acre, vel Azul de Acre, quæ, auctorib⁹ Plinio, & Strabone, à claudio Cæſare vocaeſt Ptolemais. Sed hæc non Accaroni, ſed Aconi vrbi tribuuntur, quæ à Cæſarea Paleſtinæ octo pene Leucas eſt remota, vt notat Broccardus.

Accarõ. Strabo. Plinius.

Geth. quinta Paleſtinæ ciuitas, patria gigantis Goliath, quæ proficiſcentibos ab Aquilone in Auſtrum per oram mediterraneam, nempe ab Ioppe prima occurrit ad quatuor leucas, & modo vocatur Vbilim: hinc ſita eſt Accaroo non lõge à mari, ad quinque vel ſex leucas: à qua verſus Auſtrum ſimiliter, quatuor ſunt leucæ ad Azotum, qoæ vna leoca à mari diſtat. Ab Azoto quatuor leucis eſt Aſcalon ſita in littore maris: & demum ab Aſcalone duabus leucis contra Auſtrom eſt Gaza, in littore quoque maris ſita. Sic Broccardus in deſcriptione terræ ſanctæ: cap. 10. ex quibus colligitor Paleſtinam oram illam occidentalem ab Ioppe vſque ad Gazam, quæ terminat Chananæam, occupaſſe. Scripſere autem contra Paleſtinos hoſtes Iudæorum capitales Amos cap. 1. Sophonias cap. 2. & Ezechiel cap. 25. 16. & ſimilem com Ieremia comminati ſunt vaſtitatem ob populum Dei malè tractatum.

Geth. Amos 1. 6. Sophon. 2. 4. Ezech. 25. 16.

2. *Antequam.*] Tempus deſignat non completæ prophetiæ, vt putauit Rabanus, ſed editæ, nam ante Gaaam percuſſam reuelata eſt Ieremiæ vaſtatio Paleſtinorum per Chaldæos. Sed quando percuſſerit Pharao: Gazam videre oportet, vt inde colligamus quando hæc prophetia ſit edita? Sunt qui exiſtimeot loqui prophetam de ea Gazæ percuſſione, quam putatur feciſſe Pharao cum Ioſia occiſo 4. Reg. 23. 29. occurrit Aſſyrijs. Verum hoc falſum eſt, quia non eſt vnde probetur, & quia Paleſtina ei ſubdita erat, ſicut & cetera Syria, quare nulla cauſa inerat cur Gazam percuteret.

Gaza quãdo à Pharaone percuſſa. 4. Reg. 23. 29.

Alijs videtur Gaza percuſſa à Pharaone cũ anno 4. Ioakim, qui erat primos Nabuchodonoſoris, ad Euphratẽ ab ipſo deuictus, vt refert Ieremias c. 46. reuertebatur in Ægyptum. Sed tunc adhuc Gaza, & vniuerſa Syria illi parebat, & nulla erat cauſa eã deuaſtandi. Veriſimilior eſt Hebræorum ſententia, quã Lyra ſequitur, Dionyſius, & Iſidorus tũc incidiſſe hanc Gazæ percuſſionẽ, cũ Ægyptij, qoi venerãt vt opem ferrent Iudæis obſeſſis à Nabuchodonoſore, fugati ab exercitu Chaldæorũ reduxerunt exercitũ domũ: & in via, quia Gazæi, qui pro Chaldæis erãt illis fortaſſe occurrerũt viã impedituri, aut vt Gazã, quæ Chaldęo cũ omni Syria iã parebat, deſtruerent, in odiũ Nabuchodonoſoris, eã percuſſerũt. Quod cũ acciderit ante 9. Sedeciæ menſem 10. nẽpe ipſo octauo anno Sedeciæ, qui erat 16. Nabuchodonoſoris, vt ſub putauimus num. 1. ſuper c. 34. colligimus hãc prophetiã editã ab Ieremia paulo ante reditum Ægyptiorũ in Ægyptũ, in quo reditu Gazã percuſſerũt quã Pharao dicitur percuſſiſſe: quia per ſuũ exercitũ id fecit. Hoc eſt, anoo octauo, vel potios initio noui, qoo, adoetſante Ægyptio, ſoluta eſt obſidio, & Paleſtini Chaldæis pręſidium ferebãt: vnde ſumpta eſt hui⁹ prophetiæ cõtra ipſos occaſio.

Ier. 46. 2. Verior ſẽtẽtia. Ier. 34. 8 De anno huius prophetiæ.

Hh

3. *Aquæ.*] Exercitum Chaldæorum torrenti
Simile. aquarum exundanti ſignificat, ex Theodoreti,&
ceterorum interpretum ſententia:optima ſimili-
tudine,ob celeritatem, & vim, qua exundaturus
erat omnem terram:ſicut de rege Aſſyriorum di-
Iſa.8.7. xit cap. 8. 7. Iſaias. Ecce dominus adducet ſuper
eos aquas fluminis fortes,& multas, regem Aſſy-
riorum,& ibit per Iudam inundans , & tranſiens
vſque ad collum veniet. Nec enim Babylonij, vt
Ægyptij percutient terram , hi enim afflixerunt
Gazam,Babylonij autem totam inundabunt Pa-
læſtinam.
4. *A ſtrepitu.*] Theodoretus, Rabanus, Hugo,
Lyra, & Dionyſius , hos vlulatus Palæſtinorum
excitandos exponunt ob ſonitum , & ſtrepitum
exercitus Nabuchodonoſoris: nam tam copioſus
erit,& tam munitus vario armorum genere : vt
ipſe armorum longe ſonantium ſtrepitus clama-
re,ac vlulare cogeret Palæſtinos,quaſi iam proxi-
mi eſſent morti: & quidem Vulgatus ſecutus eſt
Septuaginta,qui verterunt, à voce impetus eius,
Varia ab armis multis eorum. Verum Chaldæus, Ti-
lectio. gurina,Pagninus,Vatab. & Iſidorus,quia ex He-
bræo aliter legunt, nonnihil differunt ab hoc ſen-
ſu:ſic enim habent Hebræa ad verbũ:à voce ſtre-
pitus vngularum fortium eius:& per fortes hi au-
ctores intelligunt equos:vt velit dicere,ſonitum,
quem edituri erant ſuis vngulis gradientes equi
fortes Chaldæorum,vt etiam quadrigarum,& ro-
tarum curruũ : vlulatum excitaturum Palæſtinis,
quod ex illo colligerent Chaldæorum feritatem.
Atque ad hunc ſenſum trahi poteſt lectio Vulgati,
ſiquidem vngulæ pro armis ſunt animantibus,
vnde & Septuaginta in editione Vaticana dixerũt,
à voce impetus eius,ab armis pedum eius, nempè
fortium equorum bellatorum eius. Nam idem
nomen , quod hîc vertit , armorum , Iſaiæ 5.28.
Iſa.5.28. Vulgatus tranſtulit , vngulæ equorum eius vt
ſilex .
5. *Tyrus.*] Tyrum, & Sydonem eadem expedi-
Contra tione dicit deuaſtandam à Nabuchodonoſore,cũ
Tyrum, ceteris auxiliatoribus,quod auxilium ferrent Pa-
& Sydo- læſtinis,cum oppugnarentur:ſic intelligũt Theo-
nem. doretus,Hugo,& Lyra:& hunc ſenſum inſinuant
ſua tranſlatione Tigurina,& Pagninus vertentes.
Ad excidendum Tyrum , & Sidonem , & omnes
reliquos auxiliatores. Vatablus tamen aliter ver-
tit: Ad delendum Tyro,& Sydoni omnem ſuper-
ſtitem auxiliatorem. Hoc eſt propter diem , qua
vaſtandi ſunt Philiſtiim , qui Tyro,& Sydoni ſu-
pererant auxiliatores: nam Philiſtæi opem ferre
ſolebant laborantibus Tyrijs,& Sydonijs:& hunc
ſenſum innuit textus Hebræus,qui ſic habet.Pro-
pter diem venientem ad vaſtandum omnes Palæ-
ſtinos,ad ſuccidendum לצור Tyro,& ולצידון Sydo-
ni, omnẽ reſiduum auxiliatorem: nam lamed ar-
ticulus dandi eſt. Verum & accuſandi poteſt eſſe,
vt acceperunt Septuaginta,& Chaldæus , & Vul-
gatus interpres. Vnde Rabanus , & Dionyſius,
aiunt,inuehi prophetam in Tyrum, & Sydonem,
cum alijs ſuis auxiliatoribus, quaſi ad Palæſtinam
pertinentes: maxime cum in fine capitis dicatur
Vrbium miſſum à Deo Nabuchodonoſorem aduerſus ma-
Palæſti- ritimam regionem per quam patet & Palæſtina,&
na Phœ- Phœnicia,monte Carmelo diuiſæ : nam à monte
niciaque Carmelo,qui mari mediterraneo imminet, ver-
diſtātia. ſus Auſtrum vſque ad Ægyptum diſtenditur Pa-
læſtina per quadraginta fere leucas vſque ad Gazã
quæ eſt extrema Palæſtinæ , & poſt eam incipit
Ægyptus, ab eodem monte Carmelo extenditur
Phœnicia vſque ad montem Libanum per quin-
quaginta pene leucas. Nam proficiſcenti per
maris littus à Carmelo verſus Libanum prima
occurrit ciuitas Acon , ſeu Ptolemais,ad qua-
tuor leucas deinde Tyrus , octo alijs tranſactis:
poſt nouem alias ſuccedit Sydon : & poſt nouem
itidem alias Berithus,& poſt alias octodecim Tri-
polis,à qua tres ſunt leucæ ad Libanum:ſic colli-
gitur ex deſcriptione Brocardi cap.2. Mirum au- *Brocar.*
tem eſt cur tam breui ſermone Ieremias & hoc
capite & 25. vaſtitatem Phœniciæ,nempe Tyri,& *Ierem. 25. 22.*
Sydonis,attigerit potius,quam narrauerit, cum
alij prophetæ longiſſimam aduerſus eas vrbes edi-
derint comminationem. Iſaias enim caput 23. in *Iſa 23.1.*
ea re conſumpſit. Amos cap. 1. verſ. 9. & 10. de *Amos 1.9*
ea re egit, & Ezech.cap.26.27.& 28. & alias Iere- *Ezech. 26.*
mias aduerſus alias gentes multis inuectus eſt:
niſi excuſemus quod ſub Palæſtinis , aut
ſub regione maritima Phœniciam comprehen-
derit.
6. *Cappadociæ.*] Vetuſtam tangit hiſtoriam,
quæ refertur Deuteron. 2.19. vbi dicitur: Caue *Deuter. 2. 19.*
ne pugnes contra Ammon , non enim dabo tibi
de terra filiorum Ammon,quia filijs Loth dedi eã
in poſſeſſionem,in ipſa olim habitauerunt gigan-
tes,quos Ammonitæ vocant Zonzommim,quos
deleuit Deus à facie eorum, & fecit illos habitare
pro eis: ſicut fecerat filijs Eſau , qui habitant in
Seir,delens Horræos , & terram illorum illis tra-
dens: quam poſſident vſque in præſens: Heuæos
quoque qui habitabant in Haſerim vſque Gazam
Captorim expulerunt,qui egreſſi de Captor dele-
uerunt eos,& habitauerunt pro ipſis:de qua tranſ-
migratione loquens dominus apud Amos cap. 9. *Amos*
7.inquit: Nunquid non Iſrael aſcendere feci de *9.7.*
terra Ægypti , & Palæſtinos de Captor , &
Syros de Kir : & propterea hoc loco Ieremias
vocat Palæſtinos reliquias inſulæ Captor. Vn-
de dicit , vaſtaturum dominum Palæſtinos,
qui remanſerunt in Palæſtina ex ijs , qui vene-
runt olim ex Captor , & expulerunt Heuæos
poſteros Chanaan. Sic intelligunt hunc locum
Theodoretus,Rabanus,Hugo,Dionyſius , & Iſi-
dorus.
At Lyra , & Vatablus exiſtimant comminari
prophetam poſt euerſam Palæſtinam , & profe-
cturum Nabuchodonoſorem ad depopulandos
Captoræos , quod opem tuliſſent Palæſtinis fra- *Gen.10.*
tribus ſuis contra Babylonium : nam ex Geneſis *4.*
10.14. conſtat de Caſluim egreſſos fuiſſe Peliſtim
& Captorim. Eſt tamen inueſtigandum quinam *Captorim*
ſint hi Captorim , & vbi ſita Captor. Et in primis *quæ gens.*
ex dicto loco Geneſis,qui idem refertur 1. Parali.
1. 10. quæ gens fuerit cognoſcimus , ſic enim ha- *1.Para.*
bet: At vero Miſraim (filius Cham filij Noe) *1.10*
genuit Ludim , & Anamim , & Laabim , Neph-
thuim, & Phetruſim , & Chaſluim : de quibus
egreſſi ſunt Philiſthijm,& Captorim.
Porro communis interpretum ſententia,
Septuaginta , ac Chaldæum paraphraſtem ſe-
quentium , eſt , Captorim eſſe Cappadoces, *Cappa-*
& Captor Cappadociam , ab amne Cappado- *docia.*
ce ſic vocatam , Ponticam regionem Aſiæ la-
tiſſimam, ac maritimam, quæ à Septentrione lõgo
littore

littore in pootum euxinum expanditur, quapropter hoc loco putant vocari Inſulam: ſicut anguſto excurſu à meridie Ciliciam attingit: ab oriente habet Armeniam, ab occaſu Galatia, & Phaphlagonia terminatur: vt ex Geographis Ptolomæo lib. 5. c. 6. Strabone lib. 12. Plinio lib. 6. c. 3. & Pomponio Mela lib. 1. compertum eſt. *Ptolom. Strabo Plinius. Mela.* Verum hæc communis ſententia non ſolido nititur fundamento. Siquidem non eſt veroſimile è regione tam longe diſſita veniſſe cappadoces, & conſediſſe in extremis finibus terræ Chanaan. *Ioſeph.* Deinde quia Ioſephus lib. 1. Antiquit. cap. 7. & Hieronymus in traditionibus in Geneſim, & Theodoretus in Ezechielem ſect. 12. ad finem, affirmant Moſoch filium Iapheth gentem cappadocam proſeminaſſe: ſic enim ait Ioſephus. Meſchini à Meſcho auctore appellantur: Cappadocum enim appellatio noua eſt: veteris autem veſtigium adhuc ſuper eſt: vrbs enim eſt apud eos hodie quoque Mazacha, ſatis indicans intelligere volenti hnc priſcum fuiſſe genti nomen: eam matrem vrbium Ipſi Cappadoces numerant, vt ait Solinus cap. 47. ſuæ Polyhiſtoriæ. *Solinus.* Non ergo Captorim, qui è Miſraim duxere originem, & terram auſtralem cum illo incoluerunt, ſunt illi Cappadoces.

Altera ſententia. Ioſeph. Alij igitur exiſtimāt Captorim ad Africam pertinere. Tum quod omnes poſteri Meſraim eum terræ tractum occupauere: tum quod Ioſephus aſſerit lib. 1. Antiq. c. 7. cui ſuffragatur Hieronymus in traditionibus in Geneſim, ex filijs Meſraim, præter Laabim, qoi ſolus lybiam à ſe denominauit, & Chaſluim, qui Palestinam incolentes genuit Philiſtijm ceterarum gentium, in quibus numerat Captorim, tam res, quam nomina eſſe in obſcuro: nam bello Æthiopico, quod Moſes geſſit, vt idem refert lib. 2. cap. 5. eorū vrbes ſunt euerſæ: & gentes deletæ: indicatur his Captoræos vltra Ægyptum, in regione Africana habitaſſe. At qua ratione ſuas terras reliquiſſent, & in regionem Chanaan tam longe ſemotam peruaſiſſent? quod ante Moſem accidiſſe ex locis ſupra citatis perſpicuum fit.

Iſidoro, & nonnullis alijs videtur Captorim in finibus Paleſtinæ conſediſſe, vt fratres Philiſtinorum: quod ex hoc loco Ieremiæ colligit. Sententia igitur Theodoreti, verior eſt, qua inſinuat Captor eſſe Cyprum inſulam, & Captoræos Cyprios: *Tertia ſententia.* nam ſi demas tau è nomine כַּפְתּוֹר Captor, & dicas כַּפּוֹר Capor, & Caporæos, facies nomen illius inſulæ. Nam Cethim filij Iauan, filij Iapheth, quem Ioſephus putat denominaſſe Cethæos Cyprios: *Verior. ſententia.* Italiam potius, aut tranſmarinas regiones ſignificat in ſcriptura, vt alio in loco oſtendimus: & quidem Ieremias hoc loco ſatis aperte docet Captor inſulam eſſe, cum dicit, reliquias inſulæ Captor: quod nomen nequaquam conuenire poteſt vel Cappadociæ, vel Lybiæ, vel regionij alij, quæ mari non cingatur. Nec eſt à ratione alienum hanc inſulam vocari ſolitam quandoque Cappadociam, & incolas eius Cappadocas, qui olim peruaſerunt Heuæorum regionem, & in ea ſuas ſedes collocarunt.

Caluitiū quid notat. 7. *Caluitium.*] Per caluitium expilationem, ſeu bonorum omnium direptionem intelligunt Rabanus, Lyra, & Vatablus: dixerat enim, depopulabitur dominus Paleſtinos, & nunc in particulari, nomine caluitij explicat Gazæ depopulationē, ſicut Aſcalonis nomine ſilencij; quamuis Theo-A doretus, Hugo, & Dionyſius, luctum velint intelligi, & Squallorem præ triſtitia, quod tonſio capillorum, & barbæ ſoleant eſſe ſignum afflictionis, & luctus, quaſi dicat ait Theodoretus, antiquo ſplendore priuaberis ô Gaza, & in luctu iacebis: verum licet tonſio quadret percuſſioni factæ per Pharaonem; at caluitium rectius explicat omnimodam Gazæ euerſionem per Nabuchodonoſorem factam.

8. *Et reliquiæ.*] Sic intelligunt Dionyſius, & Vatablus, quod potent Aſcalonem, & Gazam ſitas *Ioſeph.* eſſe in locis editiſſimis, atque inde fugiebāt multi in vrbes illis ſubditas, conſtitutas in vallibus. Verum cum ex Ioſepho lib. 5. Antiquit. c. 2. colligamus has vrbes in campeſtribus, & planicie ſitas, non eſt neceſſe per vallem intelligere locum B demiſſiorem: ſed regionem circum vrbes illas, quæ demiſſa erat, & plana, in qua vrbes aliquæ eis ſubiectæ viſebantur, quas dicit ſubuertendas cum ſua metropoli: vel certe licet Chananæus habitaret in vallibus, vt dicitur Nu. 14. 25. erāt nihilominus humiliores, in quibus ſitæ erant vrbes aliquæ. *Numer. 14. 25.* Septuaginta reliquias Enakim hic verterūt, quos Chaldæus dixit, reliquos robuſtorum. Alij reliquias magnarum, & immenſarum opum eorum Paleſtinorū: nam nomen Hebræum עֵמֶק Emek, quod ſignificat profundum, ita notat multum, & altum, quod attingi non poteſt; vnde reliquias profundi eorum vocat opes multiplices Paleſtinorum.

9. *Concideris.*] Sermo eſt ad Paleſtinam ſecundum Hugonem, Lyram, Dionyſium, Vatablum, & Iſidorum, nam in Hebræo ita cum diſtinctione C legitur: vſquequo te incides, aut dilacerabis vnguibus? præ dolore. Septuaginta cum gladio coniungunt, vſquequo incides gladius domini? quo nomine intelligit Nabuchodonoſorē, vt exponunt Theodoretus, & Rabanus. Eſt autem periucūdus dialogus prophetæ cum mucrone per proſopopæiam, *Proſopopeia.* in quo & interrogat mucronem & ipſe reſpondet, à Deo ſuppliciū illud infligi, qui Nabuchodonoſore vſus eſt vt mucrone, explicat recte hunc locum Ezechiel cap. 21. 28. *Ezech. 21. 28.* Mucro, Mucro euaginare ad occidendum, limate vt interficias, & fulgeas. Reuertere ad vaginam tuam in loco, in quo natus es, in terra natiuitatis tuæ iodicabo te recondi ergo, aut redire ad vaginā gladiū, eſt redire in terram ſuā Nabuchodonoſorē, vbi ceſſet incaleſcere, & ſideat: in manu D igitur Dei eſt mucro, vt quē velit feriat, & occidat, nā ſic ait Ezec. 21. Ecce ego ad te, & educā gladiū meū è vagina ſua, & occidā in te iuſtum, & impiū, tunc vero recondit, cū patiēter expectat peccatorū conuerſionē diuina ergo patiētia inſtar eſt vaginæ gladium fulgurantem intra ſuæ reconditum habentis, quem tunc cum punit, educit. *Ezech. 21. 2. Vagina Dei patientia.*

Dubium reſtat explicandū, ad abſolutam huius prophetiæ intelligentiā, vtrum cōpleta fuerit, & quādo? Dicendū eſt fuiſſe procul dubio cōpletam poſt euerſam vrbē Ieruſalē & ante captā Ægyptū. *Quādo cōpleta hæc prophetia.* Hoc in primis ex ſcriptura manifeſtū fit, nam vniuerſæ terræ Chanaā, & Phæniciæ, in qua eſt Tyrus & Sidon, comminantur prophetæ excidiū, quod læti inſultauerint Ieruſalem ſubuerſæ, & ciues eius male tractauerint, vt conſtat ex Amos 1. & Ezec. 25. & ex Pſ. 82. ſuper populū tuū malignauerunt cōſilium, tabernacula Idumæorū, & Agareni: alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Id ita factum *Amos 1. 9. Ezech. 25. 15. Pſalm. 82. 4.*

haurient, & lagunculas eorum collident.
13 ‖ Et cõfundetur Moab à Chamos, ſicut cõ-
fuſa eſt domus Iſrael à Bethel, in qua ha-
14 bebat fiduciam. ‖ Quomodo dicitis fortes
15 ſumus & viri robuſti ad prælіandum? ‖ Va-
ſtata eſt Moab, & ciuitates illius [14] ſucci-
derunt: & electi iuuenes eius deſcenderũt
in occiſionem: ait rex, Dominus exerci-
16 tuũ nomen eius. ‖ Prope eſt interitus Moab
vt veniat, & malum eius velociter accurret
17 nimis. ‖ Conſolamini eum omnes, qui eſtis
in circuitu eius, & vniuerſi, qui ſcitis no-
men eius, dicite: Quomodo confracta eſt
18 virga fortis, baculus glorioſus? ‖ Deſ-
cende de gloria, & ſede in ſiti habitatio
filiæ [15] Dibon: quoniam vaſtator Moab
aſcendet ad te, diſſipabit munitiones
19 tuas. ‖ In via ſta, & proſpice habitatio
[16] Aroër: interroga fugientem: & ei,
20 qui euaſit, dic: Quid accidit? ‖ Con-
fuſus eſt Moab, quoniam victus eſt: Vlu-
late, & clamate, annunciate in Arnon, quo-
21 niam vaſtata eſt Moab. ‖ Et iudicium ve-
nit ad terram campeſtrem: ſuper Helon,
22 & ſuper Iaſa, & ſuper Mephaath, ‖ & ſu-
per Dibon, & ſuper Nabo, & ſuper
23 domum Deblathaim, ‖ & ſuper Caria-
thaim, & ſuper Beth-gamul, & ſuper
24 Beth-maon, ‖ & ſuper Carioth, & ſuper
Boſra: & ſuper omnes ciuitates ter-
ræ Moab, quæ longe, & prope ſunt.
25 ‖ Abſciſſum eſt cornu Moab, & brachium
26 eius contritum eſt: ait Dominus. ‖ Inebri-
tate eum quoniam contra dominum ere-
ctus eſt: & [17] allidet manum Moab in
vomitu ſuo, & erit in deriſum etiam ipſe.
27 ‖ Fuit enim in [18] deriſum tibi Iſrael: qua-
ſi inter fures reperiſſes eum: propter
verba ergo tua, quæ aduerſum illum
28 locutus es, captiuus duceris. ‖ Relin-
quite ciuitates, & habitate [19] in petra
habitatores Moab: & eſtote quaſi co-
lumba nidificans in ſummo ore fora-
29 minis. ‖ Audiuimus ſuperbiam Moab,
ſuperbus eſt valde: ſublimitatem
eius, & arrogantiam, & ſuperbiam,
30 & altitudinem cordis eius. ‖ Ego ſcio,
ait Dominus, [20] iactantiam eius: &
quod non ſit iuxta eam virtus eius,
nec iuxta quod poterat conata ſit
31 facere. ‖ [21] Ideo ſuper Moab eiulabo;
& ad Moab vniuerſam clamabo, ad vi-
32 ros muri fictilis lamentantes. ‖ [22] De
planctu Iazer, plorabo tibi vinea Sa-
bama: propagines tuæ tranſierunt mare,
vſque ad mare Iazer peruenerunt: ſuper
meſſem tuam, & vindemiam tuam præ-
33 do irruit. ‖ Ablata eſt lætitia & exultatio

dolio in dolium, nondum enim tranſlatus eſt de terra ſua in aliam: propterea ſapor eius adhuc durat, & odor eius non eſt immutatus. Idcirco opus eſt, inquit dominus, vt aliquando hoſtes mittam ei, qui transferant eum aliò, & vrbes eius ciuibus exhauriant, & quaſi collidèrent lagunculas, ſubuertant. Sic fiet vt pudore afficiatur Moab, ſpe fruſtratus, qua ſperabat liberari à Chamos Deo ſuo: quemadmodum pudore affecti ſunt Iſraelitæ ſpe fruſtrati, qua ſperabant ſe liberandos à vitulo, quem adorabant in Bethel, ne in Aſſyriam abducerentur captiui. Quam ob rem ergo gloriamini ô Moabitæ, dicentes, fortes ſumus, & viri ſtrenui ad prælіandum, cum nequaquam effugere poteritis regionis veſtræ vaſtitatem, & vrbis eius [14] ſucciſiones, & electorum iuuenum occiſionem? ait rex, cui nomen eſt Dominus exercituum: Proximus eſt interitus Moab, & calamitas eius properat vehementer. Condolete ei omnes, qui in circuitu eius eſtis, & vniuerſi, quibus notum eſt nomen eius, & gloriæ: dicite quomodo fieri potuit vt regnum Moab tam potens, tamque glorioſum deleretur? Tu quoque congregatio [15] Dibonis deſcende de gloria tua, & ad eam recide inopiam, vt nec aquam habeas ad ſedandam ſitim, nam qui vaſtauerit Moab, contra te aſcendet, & diſſipabit munitiones tuas., & tu congregatio [16] Aroer, ſta in via, & proſpice tranſeuntes, & quemlibet fugientem virum interroga, aut fœminam euadentem, quidnam vrbibus veſtris accidit, quod fugitis? qui reſpondebunt: Pudore affectus iacet Moab, quia contritus eſt cum vlulatu clamate, & annunciate in Arnon vaſtatam eſſe Moab, & iudicium diuinum inde fundetur ſuper vrbes in campeſtribus ſitas, ſuper Helon, & Iaſa, ſuper Mephaath, & ſuper Dibon, & ſuper Nabo, & ſuper ciues Deblathaim, & ſuper Cariathaim, Bethgamul, & Bethmaon, ſuper Carioth, & Boſra, & denique ſuper omnes ciuitates terræ Moabiticæ, tam longe, quam prope ſitas. Abſcidetur regnum Moabiticum, & robur brachij eius contereretur, ait Dominus. Affligite, ô Chaldæi, vehementer eiuſmodi regnum, quia arroganter ſeſe extulit contra dominum. [17] Volutet ſe Moab in vomitu ſupplicij ſui, & riſui ſit omnibus etiam ipſe quemadmodum [18] deriſit Iſraelem cum captiuus abduceretur, ita certe ei inſultans, ac ſi in furto deprehendiſſet eum: quamdiu enim de illius calamitate incidet ei ſermo, præ gaudio exiliet, & ideo ducetur captiuus. Relinquetis ciuitates, & confugietis [19] ad petrã, vt in ea habitetis ciues Moab, ad rupium foramina, vt in eis inſtar columbarum, nidificetis. Manifeſta eſt omnibus arrogantia Moab, quia ſupra modum ſuperbus eſt. Elationem eius, ſuperbiam, ac arrogantiam eius, & celſitudinem cordis eius omnes norunt. Et ego quoque noui, ait Dominus, ſuperbam [20] iracundiam eius quamulta

Iſraelitis mala ſe illaturum minabatur: ſed non reſpondit virtus iactatis minis, ſiquidem quam facillime comprimetur à Chaldæis, & ſic multo contra accidet, quam putarat. [21] *Idcirco ob ingentem Moab calamitatē eiulandum eſt: propter Moab inquam, vniuerſam vociferandū, propter viros Kir fictilis ſuum excidium lamentantes.* [22] *fletu ſimili, fletui facto ſuper Iazer deflenda eſt vitibus fertilis Sabama. Ciues eius trans mare abducentur, cum ciues Iazer vſque ad mare tantum peruenturi ſint, quo tempore fructus erunt in agris inuadet te hoſtis, qui totam regionem tuam depopuletur. Auferetur gaudium & exultatio de locis* [23] *excultis Moab, & vinū deerit in torcularibus: nec calcator vuæ calcabit cum celeuſmate, quin imo lætum celeuſma in eiulatum cōuertetur.* [24] *Qui capta Heſebon fugam capeſſent, continuabunt vociferationem vſque ad vrbes Eleale, & Iaſa. Fugientes etiā è Segor vociferabūtur quouſque veniant ad Oronaim obeſſam, & fortē, vt vitula triennis: quin & aquæ* [25] *Nemrim inutiles manebunt, nullo, qui eis vtatur, remanente. Auferentur idolatræ de Moab, ait dominus, qui ſacrificant in excelſis, & adolēt dijs eius. Propter calamitatē* [26] *Moab, cor meum lugubrem edet ſonum, inſtar funebrium tibiarum, tum etiā propter exitium ciuium fictilis Kir, nam qui plures congregarūt diuitias quam par erat, idcirco perituri ſunt. Omnia eiulatu complebuntur, nā & capillos ſibi omnes euellent, barbā abradent, manus* [27] *incident, & aſperum induēt cilicium: & ſuper omnia tecta Moab, & in omnibus plateis eius, nihil præter planctum audietur, quia confringam Moab ſicut vas non placens, tanquā inutile abiectum, dicit dominus. Tunc vlulantes dicent Moabitæ, quomodo victa eſt Moab illa potentiſſima, quomodo ceruicem contorquet pudore affecta: tum erit deriſui, & formidini omnibus, qui in circuitu eius ſunt. Inuolabit hoſtis in eam & veluti aquila expandet alas ſuas verſus Moab, capiet* [29] *Carioth, & munitiones eius diripiet. Eritq; in eo tēpore cor fortium Moab ſicut cor mulieris anguſtijs partus comprehenſæ & deſinet eſſe populus Moab, quia contumelioſe in Deum locutus eſt. Pauor tibi erit ab hoſtibus, fouea in quam decidas, & laqueus, quicūq; habitas in Moab, dicit dñs, qui fugerit hoſtiū compulſus pauore, cadet in foueā: & qui de fouea emerſerit, capietur laqueo, vbiq; enim periculū in die illo, quo puniendi ſunt Moabitæ. Qui hoſtiū fugerint* [30] *potentiā ad præſidium ſe conferent Heſebon. Sed contra accidet quam ſperabunt, nam milites acerrimi, velut ignis egredientur ex Heſebon: & ardentiſſimi, vt flamma ex Seon, & vſque ad angulum vniuerſam Moabitidem deuorabunt, vt ne minima relinquatur portio, quæ habitetur, vſque ad vrbes etiam ipſas ducum tumultuantium, & perſtrepentium. Ve ergo tibi, ô Moab, perijſti popule Chamos, nam filij tui, ac filiæ in captiuitatem abducentur. Verum in poſtero tēpore, ait domin⁹,* [31] *reſtituam Moabitis libertatē, cum ad Chriſti fidem conuertam eos.* [32] *Hactenus recitata eſt iuſta ſententia de Moabitis.*

[23] de Carmelo, & de Terra Moab, & vinū de
torcularibus ſuſtuli: nequaquam calcator
vuæ ſolitū celeuma cantabit. ‖ De [24] clamo- 34
re Heſebon vſque Eleale, & Iaſa dederunt
vocem ſuam: à Segor vſque ad Oronaim
vitula conternātē: aquæ quoque [25] Nem-
rim peſſimæ erunt. ‖ Et auferam de Moab, 35
ait dominus, offerentē in excelſis, & ſacrifi-
cantem dijs eius: ‖ Propterea cor meum ad 36
[26] Moab quaſi tibia reſonabit: & cor meum
ad viros muri fictilis dabit ſonitum tibiarū
quia plus fecit quam potuit, idcirco perie-
runt: ‖ Omne enim caput caluitium, & om- 37
nis barba raſa erit: in cūctis manibus [27] col-
ligatio, & ſuper omne dorſum cilicium.
‖ Super omnia tecta Moab, & in plateis eius 38
omnis planctus: quoniam contriui Moab
ſicut vas inutile, ait dominus. ‖ Quomodo 39
victa eſt, & vlulauerūt? quomodo [28] deiecit
ceruicem Moab, & cōfuſa eſt? eritq; Moab
in deriſum, & in exēplū omnibus in circui-
tu ſuo. ‖ Hæc dicit domin⁹: Ecce quaſi aqui- 40
la volabit, & extendet alas ſuas ad Moab.
‖ Capta eſt [29] Carioth, & munitiones com- 41
prehenſæ ſunt: & erit cor fortium Moab
in die illa, ſicut cor mulieris parturientis.
‖ Et ceſſabit Moab eſſe popul⁹: quoniā cō- 42
tra dominū gloriatus eſt. ‖ Pauor, & fouea, 43
& laqueus ſuper te, ô habitator Moab, dicit
dominus. ‖ Qui fugerit à facie pauoris, ca- 44
det in foueā: & qui conſcenderit de fouea,
capietur laqueo: adducā enim ſuper Moab
annum viſitationis eorū, ait dominus. ‖ In 45
vmbra Heſebon ſteterunt [30] de laqueo fu-
gientes: quia ignis egreſſus eſt de Heſebon,
& flamma de medio Seō, & deuorabit par-
tem Moab, & verticem filiorum tumultus.
‖ Væ tibi Moab, periſti popule Chamos, 46
quia comprehenſi ſunt filij tui, & filiæ tuæ
in captiuitatē. ‖ Et [31] conuertā captiuitatem 47
Moab in nouiſſimis diebus, ait dominus.
[32] Hucuſque iudicia Moab.

ARGVMENTVM.

ARGVMENTVM.

DEnunciat toto hoc capite regioni Moabiticæ interitum gentis, & eliminationem per Chaldæos efficiendam, verſans argumentũ variis dicendi modis, pluribus ſcommatis, & miris affectibus, ex ironia præcipue, & ſarcaſmo profectis, quod exiliiſſent propter Iudæorum ruinam, & Ieroſolymæ euerſionẽ, & quod de ſua virtute confiſi ſuperbè ceteras nationes deſpicerent. Lyra exiſtimat duplex argumentum tractari ab Ieremia in duabus huius capitis partibus: nam in priori verſat depopulationem Moabitarum factam per Sennacherib regẽ Aſſyriorum: in poſteriori, quæ incipit verſ. 40. Hæc dicit dominus, prædicit faciẽdam per Nabuchodonoſorem. Probat in primis ſuam ſententiam, quod Iſaias eiſdem penè verbis cum Ieremia, hoc duplex ſumpſit argumentum in cap. 15. & 16. Vnde Hieronymus cap. illo 15. in §. 1. Vaſtitas, inquit, prædicitur Moabitarum, id eſt Arabiæ ab Aſſyriis, & Babyloniis, ab vtraque enim gente vaſtati ſunt, & eo tempore, quo Sennacherib captiuum duxit Iſrael, & quando Nabuchodonoſor ſubuertit Ieruſalẽ: & in fine capitis 16. prophetia iſta, vt ſupra diximus, mortuo Achaz contra Moabitas dirigitur, regnante Ezechia, ſub quo decem tribus à Sennacherib rege Aſſyriorum in captiuitatem ductæ ſunt. Poteſt & de Babylonica captiuitate prædici, quod poſt captam Ieruſalem, tranſitis annorum trium curriculis Moab à Chaldæis vaſtãda ſit. Deinde oſtenditur quia vaſtitatis per Aſſyrios factæ, cauſæ meminit hoc capite Ieremias verſ. 27. Fuit in deriſum tibi Iſrael, inquit, quaſi inter fures reperiſſes eum: propter verba ergo tua, quæ aduerſum illum locutus es, captiuus duceris: quæ referens Hieronymus cap. illo 15. Iſaiæ, ait: Inſultauerat ad vtrumque hoſtem, Ephraim, & Iudæ, dicente Ieremia: Allidet manum Moab in vomitu ſuo, & erit in deriſum tibi Iſrael. Demum quia Hieronymus cap. 14. Iſaiæ, in verba, Vlula porta, & quid reſpondebitur, pro certo affirmat ſub rege Ezechia veniſſe Sennacherib Aſſyriũ, & torrentis modo cuncta vaſtaſſe, & inter cæteras nationes Philiſtæos, ad quos, inquit, loquitur Ieremias ca. 47. Ecce aquæ aſcendũt ab Aquilone, ab Aquilone enim venit Aſſyrius: putat ergo Ieremiam loqui de vaſtatione cũctarum gentium facta per Sennacherib.

Quæſtio De argumẽto huius capitis.

1. Sententia.

Verumtamen communis interpretatio Theodoreti, Rabani, Hugonis Dionyſij, Vatabli, & Iſidori, vniuerſum hoc caput de vaſtatione Moab per Chaldæos exercita intelligentium, non ineptis rationibus nititur. Et ſi de Aſſyrio Sennacherib eſt quidquam explicandũ, magis probatur mihi vt Iſaias locutus accipiatur de Nabuchodonoſore, & Chaldæis, quam Ieremias de Sennacherib, & Aſſyriis: prophetiam enim texit Ieremias, nõ hiſtoriam narrat: prophetat autem de eo quod poſt ipſum accidit, non de eo, quod multo ante factum eſt. Præterea Ieremias verba Iſaiæ vſurpat, ergo de eadẽ re voluit prophetare. Nam verba illa cap. 16. Iſaiæ verſ. 8. Vſque ad Iazer peruenerunt, errauerunt in deſerto, propagines eius relictæ ſunt, tranſierunt mare; quæ ipſa dicit Ieremias verſ. 32. Hieronymus de captiuitate Babylonica in-

2. Sententia verior.

Iſa. 16. 8.

telligit,& verba illa eiuſdem capitis verſ.4. Abſconde fugientes,& vagos ne prodas,habitabunt apud te profugi mei: de iis explicat Hieronymus,qui vaſtata Ieruſalem fugerunt ad Moabitas: at Aſſyrius non potuit vaſtare Ieruſalem,vt fecit Babylonius. Rurſus Ieremias hoc loco verſ.11.dicit de Moab: Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fæcibus ſuis, nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in tranſmigrationem non abiit: quo ſignificat Moabitas nunquã è terra ſua ductos aliò captiuos: ante ergo hoc tẽpus, quo Ieremias locutus eſt,nõ ductus fuerat captiuus Moab per Sennacherib, ſed poſtea per Nabuchodonoſorẽ. Igitur & Ieremias loquitur de vaſtatione, & captiuitate exercenda per Nabuchodonoſorem; & de eadẽ ipſa locutus eſt Iſaias, vt Hieronymus etiam indicat: quanuis nõ ita certo definierit. Quod vero Ieremias hoc loco referat illam cauſam captiuitatis Moab, quod deriſerit,& inſultauerit Iſrael,cum duceretur captiuus ab Aſſyriis,non contradicit: cum in vniuerſum propter hoc crimen, quod magnificauerit ſe ſuper Dei populum, & lætatus fuerit de vaſtitate eius, tam Iſraelis prius quam Iudæ poſterius, vt comminantur Ezechiel capite 25. & Sophonias capite 2. à Nabuchodonoſore ſit deuaſtatus Moab,& ciues eius in captiuitatem miſſi.

Ezech. 25.8. Sophon. 2.8.

De tempore huius prophetia.

Dubiũ eſt de tẽpore huius prophetiæ: ſit ne illud idẽ, in quo editã diximus prophetiã cõtra Palæſtinos in c.47.nẽpe anno Sedeciæ nono: iuxta illã quorũdam regulã ad idem tempus ſpectare prophetiam quæ ſine tẽpore editur, quod præcedenti prophetiæ præſignatur. Vel illud, quod aſſignatur prophetiæ Ælam, cap.49. verſ.34. nempe in principio Sedeciæ,quod omnes hæ prophetiæ aduerſus gẽtes,ſicut vno capite ſcribuntur,ita ad vnum tempus ſpectent. Vel demum illud, in quo ſcripſit Ieremias prophetiam contra Babylonem, ſcilicet in anno quarto regni Sedekiæ, vt legimus cap.51.verſ.59. In re omnino incõperta hoc magis vero ſimile probamus, has omnes prophetias editas ab Ieremia in principio regni Sedekiæ,quando vt diximus c.27.factis vinculis,per legatos miſſos ad Sedekiam à regibus Edom,Moab, Ammon, Tyri,& Sidonis,nunciauit illis gentibus,ſubiecturum eas ſibi Nabuchodonoſorem,& renuentes deuaſtaturum: tunc enim eius legationis ſumpta occaſione cæpit Ieremias prophetare aduerſus omnes has gentes: ſicut cõſtat feciſſe aduerſus Ælam in principio regni Sedekiæ: quanuis regis Ælam non meminerit in capite illo 27.ſicut nec Damaſci,aut Cædar: nam credi debet ab his gentibus etiã legatos miſſos ad Sedeciam, vel ſi non ſunt miſſi, at Ieremias ea occaſione aduerſus omnes locutus eſt.

COMMENTARIVS.

Moab. 1. AD MOAB.] Moab filius fuit Loth, A
Gen. 19. quem ea maiori genuit filia, vt refer-
37. tur Geneſ. 19. qui ſuo nomine prouinciam Moab
nuncupauit, quæ poſtea Arabia deſerti dicta eſt:
& occupat omnem regionem, quæ eſt inter mare
mortuum, vſque ad Euphratem, & à torrente Ar-
non vſque ad deſertum Cadesbarne: nam ab Oc-
cidenti habet pro termino mare mortuum, cui
Iaſa vrbs imminet, & Bala, ſeu Segor, quæ Siro
vocabulo dicitur Zoora. Et diuidit Moabitas à
Philiſteis, ab Oriente habet Euphratem terminũ
Num. Meſopotamiæ, vnde Balac filius Beor conduxit
22. 5. harioſum Balaam, vt populo malediceret, Num.
22. qui ibi initiatus eſt Beelphegor, ideſt chamos,
in ciuitate Nebo, à Septentrione habet torrentẽ
Arnon, vltra quem erat Heſebon, & Dibon, qui B
diuidebat Moabitas, ab Ammonitis, & Amor-
rhæis, & Iudæis, qui ſunt confines Moabitis: ad
Auſtrum terminatur deſerto Cadesbarne, & Idu-
mæa. Eſt ergo Moab prouincia Orientalis Ieru-
ſalem vergens ad meridiem, cum Amon extenda-
tur ad Aquilonem: habet Moab עָר Ar metropo-
lim, quæ poſtea ex Hebræo, Græcoque ſermone
compoſita, dicta eſt Areopolis auctore Hierony-
mo in 15. Iſaiæ. Habet & Selah, quæ Latinè verti-
tur petra deſerti, ſita ſupra mare mortuum, in fi-
nibus Moab verſus Orientem: de qua Iſaias cap.
Iſ 16. 1. 16. Emitte agnum domine dominatorem terræ de
petra deſerti ad montem filiæ Sion: ab hac Moab
vocatur Arabia petræa. Cum autem nomẽ Moab
vrbem illius prouinciæ principem, ac metropo-
lim in primis ſignificet, vt auctor eſt Hieronymus
ſuper primum caput Amos, & ſuper 2. Sophoniæ, C
quam diximus Areopolim poſtea appellatam, &
deinceps ab illa vrbe tota prouincia Moab ſit co-
gnominata, dubitatur quam intelligat Propheta
cum dicit, Ad Moab, vrbem, vel prouinciam.
De pro- Dicendum eſt, & ſi aliquando videatur Ieremias
uincia, ſermonem dirigere ad vrbem Moab, vt cũ dicit:
an de Contrita eſt Moab, annunciate clamorẽ paruulis
vrbe lo- eius: at in vniuerſum de tota prouincia fit ſermo:
quatur nam de ea dicitur verſu 15. Vaſtata eſt Moab, & ci-
Prophe-
ta. uitates illius ſucciderunt. Et ver. 24. Super omnes
ciuitates terræ Moab, quæ propè, & quæ longè.
Num. Plurimarum autem ex his vrbibus mentio fit in
32. 5. cap. 32. Numero. vbi Ruben, & Gad, & dimidiæ D
tribui Manaſſę, data eſt terra vltra Iordanem, quę
hanc prouinciam complectebatur, in qua illi has
ciuitates ædificarunt, tum etiam Ioſue 13. Iſayæ
quoque 15. & 16. & Ezechielis 25.
Miſgab. 2. *Fortis.*] Nomẽ Hebræum, quod Vulgatus ver-
tit, fortis, cum dicit confuſa eſt fortis, Septuaginta
in editione Vaticana, & ex illis Theodoretus, tum
etiam Hebræi, vt Dauid Kimhi, quos ſecutus eſt
Vatablus, putant eſſe proprium nomen vrbis, quę
in excelſo loco ſita erat, dicta המשגב Hamiſgab, &
à Septuaginta vocatur Maſigab: quod nomen ſi-
gnificat exaltatio: & ideo vertunt Tigurina, pude-
facta eſt valida illa, & munitiſſima arx, & metu
perculſa. Et Pagninus: Pudore affecta eſt ciuitas
in excelſo ſita, & expauit. Quare hæc verba non
pertinẽt ad Cariathaim, vt putarunt Hugo, Lyra,
& Dionyſius, quaſi ex dicatur fortis, & metu per-
culſa, ſi quidem de diſtincta ciuitate ſermo eſt.
3. *Non eſt vltra.*] Hebraicè, non eſt vltra laus, vel
gloriatio Moab de Heſebon, quod eſſet vrbs ce-
leberrima, & nobiliſſima Seon regis Amorrhæo-
rum: non enim iam de illa deſtructa remaneret
cauſa gloriandi, coniungunt autem ad verba præ-
dicta, Heſebon, Septuaginta, Vulgatus, Tigurina,
& Vatablus: quamuis Pagninus, & Chaldæus cum
expoſitoribus Hugone, Lyra, & Dionyſio, ac Iſi-
doro, velint ad verbum ſequens pertinere Heſe-
bon, legentes, contra Heſebon cogitauerunt ma-
lum: & quia nomẽ Heſebon ſignificat cogitatio-
nem, vſus eſt propheta iocunda paranomaſia, vt
notauit Hieronymus ſuper 15. Iſaiæ, dicendo:
Contra Heſebon hasbu, cõtra cogitationem co-
gitauerunt malum, vel non eſt quod glorietur
Moab de cogitatione, nam cogitauerunt ſuper eã
malum Chaldæi, dicentes: Venite diſperdamus
eam de medio gentium: ſic enim conuertendus
eſt labor eius in caput eius, & in verticem ipſius
iniquitas eius deſcẽdit. Pſ. 7. Et reddetur illi, ſicut *Pſ. 7. 17*
ipſa reddidit alijs, magni faciebat ſuas cogitatio-
nes ſuperbas, ſuas machinationes, & ingenioſas
phantaſias, quibus omnibus vrbibus ſuperiorem
ſe exiſtimabat, & nulli cedebat: non deerũt Chal-
dæi, qui eius faſtum deprimant, & excelſas cogi-
tationes vanas aduerſis cogitationibus oſtendãt.
4. *Silens.*] Nomen eſſe vrbis proprium volunt *Madmẽ.*
Chaldæus, Tigurina, Pagninus, & Vatablus, & Iſi-
dorus, & oſtendit ſuperiori ſimilis paranomaſia,
In Hebræo, etiam Madmen Tiddomi, hoc eſt,
etiã tu Silens ſilebis: tu quæ à ſilentio vocaris Si-
lens, ad ſilentium redigeris, omninò deleberis: nã
ſequetur te gladius Chaldæorũ, etiam ſi fugeris.
Septuaginta, & Vulgatus, ſignificata nominum
Hebræorum explicuerunt: & licet expoſitores
Theodoretus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Diony-
ſius de Heſebon hæc exponant, quod ipſa ſilens
conticeſcet, gladio eam inſequente: at verius eſt
quod diximus de noua vrbe fieri ſermonem.
5. *Oronaim.*] Geminã Horon hoc nomine ſignifi- *Orõ ge-*
cari putat Vatab. quod nomen חורנים Horonaim *mina.*
duale ſit, duplicem Horon ſignificans, Horon ſu-
periorem, & Horon inferiorem: quemadmodum
Ioſue 16. 5. & 18. 13. duplex numeratur Bethhoron *Ioſ 16. 5.*
ſuperior, & Bethhoron inferior, hoc eſt, domus *et 18. 13.*
horon ſuperior, & domus horon inferior: nam
idẽ nomen eſt, cuius duale affert noſter propheta:
Fortaſſe vna erat ciuitas, vt Hieronymus tradit
in 15. Iſaiæ, & expoſitores huius loci, quæ in duas
diuiſa partes, ſuperiorem, & inferiorem, vt ſolet
aliquibus vrbibus euenire, Horonaim, id eſt, du-
plex horon vocabatur. Erat autem ſita in finibus
prouinciæ Moab verſus Orientem: nam verba
Ieremiæ verſ. 34. à Segor vſq; ad Oronaim, in illa
verba cap. 15. Iſaiæ: Quia aruit herba, afferẽs Hie-
ronymus, addit, à finibus vſque ad fines: nam Se-
gor terminat prouinciam Moab ab Occidenti ad
mare mortuum, & Oronaim ab Orienti.
6. *Moab.*] Pro vrbe Areopoli accipiunt aliqui, vt *Moab*
Iſidorus, cuius ciues minoris ordinis audire faciẽt *prouin-*
eius clamorem, quem ex dolore concepto edet, *cia.*
in alijs vrbibus, dum ad eas fugerint: hũc ſenſum

ziz cum à verbo deriuetur ſignificante propriè erumpere in florem, vel per tropum, in aliqoid aliud, in frondes, aut plumas: in primis ſignificat florem, deinde alam plumatæ volucris, & laminã, quæ inſtar eſt alæ, & diadema, qnod in modum laminæ, aut alæ extenſæ erigitur, & volat: ſic Num. *Numer. 17.8.* 17.8. dicitur: Turgentibus gemmis erumpunt flores. Et Exod. 28.36. Facies, & laminam de auro pu- *Exo. 28. 36. & 39.29.* riſſimo. 39.29. Fecerunt & alam, ſeu laminam, aut diadema ſanctitatis. At verbũ eſt נָצָה nazah, quod propriè eſt volare: quanuis buic verbo affine eſt נץ nuz, quod eſt effloreſcere, germinare, erumpere in florem, cum illud ſit erumpere ad volatum. His poſitis Vulgatus ſecutus Aquilam, & Symmachum legit: Date florem Moab, vel germen, qnia florens egredietur: vt ſit ſenſus Rabani, Hu- *1. ſenſus.* gonis, Lyræ, & Dionyſij. Permittite vt floreat Moab modo, & omnibus modis pulcreſcat, ac diteſcat, quia citò abibit in nihilum, & marceſcet quaſi flos: quantumois enim florida, abibit captiua. Vel date florem Moab, vt nonerit tam breui ad nihilum ſe redigendam, quam breui marceſcit *Iſ. 40.6.* flos: iuxta illud Iſaiæ cap. 40.6. Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quaſi flos agri, exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, quia ſpiritus domini ſoffla- *2. ſenſus.* uit in eo. 2. Hebræi vt Dauid Kimhi, & R. Salomon, quos ſequuntur Tigurina, Pagninus, Vatab. & Iſidorus, legont: Date alam Mnab, quia volando volabit, hoc eſt, quia ocyſſime volabit in ca- *3. ſenſus.* ptiuitatem, vel vt ocyſſime abeat captiua. 3. Alij legunt: Date florẽ Moab, quia erumpendo in germen, erumpet, vel deſolando, deſolabitur: quo- *Ier. 4.7.* modo cap. 4. verſ. 7. dictum eſt ciuitates tuæ vaſtabuntur, vt ſit ſenſus: Date florem Moab, vt ſit ſignnm: ita omnem regionem deuaſtandam, & ciuitates ad nihilum redigendas, vt herbas producant, & germina, & floribus repleantur: & hoc eſt quod dicit, & ciuitates eius deſertæ erunt, & inhabitabiles: quem ſenſum efferũt etiam verba Vul- *4. ſenſus* gari. 4. Chaldæus legit, auferte coronam à Moab, quia tranſmigrando tranſmigrabit: quod eſt, Date florem, ſeo dignitatem, aut diadema Moabitarum Chaldæis, à quibus citò docetur captiua: *5. ſenſus* ſic Lyra, & Dionyſius exponunt. 5. Septuaginta verterunt: Date ſigna Moab, quia tactu tangetur, vt habet codex Vaticanus, vel plaga ſuccendetur, vt Complutenſis, & Theodoretus, qui ita intelligit, ad tantam ſolitudinem redigendam terrã Moab, vt ſignis erectis, ant lapidibus neceſſum ſit viam oſtendere, vt fieri ſolet in locis deſertis, & nullis prorſus peruijs: vel ſimplicius. Date ſigna, quibus mooeatur Moab ſuæ celerrimæ vaſtatio- *6. ſenſus Mos gẽtium.* nis: ne inopinato ei veniat interitus. 6. Deniqoe nonnullis viſum eſt his verbis alludi ad gentium conſuetudinem, qoæ ſponſam ad ſponſum ire parantem corolla floribus, herbiſqoe cõtexta ador- *Feſtus. Strabo.* nare ſolebant, vt Feſtus Pompeius auctor eſt lib. 3. & Strabo loquens de Locrenſibus lib. 6. quaſi indicetur Moabiticæ genti, dedocendam fore, etſi inuitam, ad dorum ſponſum, & maritum immanẽ *7. ſenſus* Chaldæom. Vel potius iubetur varijs odorum generibos, & vnguentis funebribus inungi, quaſi ſepulturæ mandanda, aut edocenda funebri pompa, omnibos diuitijs circumſepta, ornamentis, & corollis, ſertiſque floribus adornata, & odoribus referta, vt in Chaldæa ſepeliatur: qoemadmodum ſolent defuncta corpora gentes proſeqoi, quod videlicet Moab, quaſi fæmina omnibus terræ di-

A uitijs, & precioſis opibus cõſtipata, per Chaldæoa ſit in captiuitatem rapieoda: Quod ſæpe ijs accidit, qui multum ſuis diuitijs fidẽtes, ac de viribus, facultatéque, ingenióque confiſi, non putant aliquando morituros: & tamen ea ipſa, quibus fidetunt, eos ad mortem deducunt, demeritis plenos, meritis egentes, & boſtes ſuos tot bonis confertis huius ſeculi locupletantes, vt de ipſis merito glorientur, ac triumpbeot.

12. *Maledictus.*] Chaldæos, quibus Deus opus ſuum, hoc eſt, Moabitarum vaſtationem executioni mandare præceperat, execrationi ſubijcit: ſi aliquo prætextu, aut gentis amore, plenè, ac verè non fecerint, quod iubetur: nempè vt à ſanguine effundendo eorum non abſtineant. Septuaginta fraudulenter, verterunt, negligenter, quod in idẽ B recidet; ſi fraudem, dolumve tunc comm... opere dicamus: cum vel ab opere ipſo à De... cepto nos ſubtrahimus in totum, vel ex parte ...on vires adhibemus pro voluntate Dei, quem delodi, ac decipi reipſa, cum non poſſit, arbitramur. Quod ſi iuſſu Dei, ait Theodoretus, ſermo propbeticos ſubdit maledictioni eos, qui negligenter occidunt, quantas nos pęnas exoluemus ſi munus *In negligentes.* ſpirituale parui penderimus: ſi gladium mortificationis à ſanguine corporis noſtri abſtinuerimus, & in eo caſtigando ſubtraxerimus? ſiquidem ſine huiuſmodi ſangninis effuſione non fit remiſſio, vt dixit Paulus ad Hebr. 9. qui propterea caſti- *ad Heb. 9.22.* gabat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigebat. *1. Cor. 9.27.* 1. ad Cor. 9. Ne cum alijs prædicaret, ipſe reprobus efficerctur. Rectè nimirum bunc locum, & vtiliter verſat B. Gregorius, 3. P. Paſtoralis, admonitio. C 26. Puſillanimes pulſans, qoi cum prodeſſe fratribus poſſunt, talenta abſcondunt, & cum prædicationis gladio vitioſum ſanguinẽ fundere valeant, proprio ſe amore deludunt.

13. *Fertilis.*] Vtitur optima metaphora à vino deſumpta, quod, vt precioſius efficiatur, & ſuauius, ſolet io vas aliud è primo transfundi. Sed verba explicemus, vt eorum cognito ſigoificato, poſtmodum ad metaphoram explanandam accedamos. In primis verbum שַׁאֲנַן Saanan propriè eſt, quieuit, vel tranquillus fuit Moab, vt Septuaginta, Pagninos, Vatablus, & receotiores alij vertunt. Vulgatus, Chaldæus, & Tigurina, pro opulentus, aut abundans, accepere, qood opulentia ſecuros reddat, & quietos. Adoleſcentiam, ſeu pueritiam *Gregor.* Moab vocat prius illud tempus, quo, vt refertur *Deuter. 2.8.* Deoteron. 2. 8. Deus polſis Emim primis habita- D toribus, Moab filio Loth tradidit Ar in poſſeſſionem, nec voluit quicquam dare Iſraelitis de terra eorum. Quod verò dixit Vulgatus, mittam ei ordinatores, & ſtratores laguncularum, & ſternent eum, ſecutus Septuaginta, vno vocabulo dicitur in Hebræo: Mittam ei צֹעִים zoim tranſmigratores, & צֵעֻהוּ zeuhu, & tranſmigrare facient, vt vertunt Hebræi, Pagninus, & Vatablus, deducentes hæc verba à radice צָעָה zaah, quod eſt demigrare, aut ire de loco in locũ. Lxx. & Volgatus deduxerunt à verbo יָצַע iazanc, quod eſt ſternere. Et vaſa eius exhaurient, vel euacuabunt; & vtres, vel lagunculas eorum collident. Septuaginta, vt etiã Aquila, verterunt, & cornua eius contetent, boc eſt, vaſa cornea, in quibus antiqui bibere ſolebãt. His ſic declaratis: metaphoræ hæc eſt conformatio. Populus Moabiticos vino comparatur, vas autem, ſeu dolium eſt regio, in qua reſidebat vt,

vinum in vaſe. Vaſa, ſeu lagunculæ ſunt diuerſæ ciuitates, in quibus habitabaut: per fæces autem, in quibus requieuit, Septuaginta, & Theodoretus gloriam intelligunt, Vatablus ocium, & tranquillitatem, Hugo, & Dionyſius, vitia, & delicias, quæ ex opulentia naſcuntur. Chaldæus, & Lyra: Diuitias, & opolentiam intelligunt, quod vt vinũ fæce, ita regna diuitijs conſeruantur. Vt Sophon. 1. 12. Viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis. Sed ſi rei naturam attendamos, ſicut vinum illud in fæcibus eſſe dicitur, quod adhuc reſidet in materia illa craſſa, in qua decoctum eſt, & confectum: & quoaduſque transfundatur in aliud dolium, eundem illum ſaporem habet, & guſtum, quem habuit ab initio, ita populus Moab in fæcibus ſuis eſſe dicitur, quia in natali ſolo, in qoo primum eſt procreatus, intactus perſeuerabat, in eadem vitæ ratione, eiſdem moribus imbutus, & in eadem Reipublicæ forma, quam habuit à tempore, quo in ea terra collocatus eſt, & enutritus, vnde idem guſtus eius gnſtãtibus videbatur, & antiquos ſuos mores ſapiebat præſertim ſuperbiam, quæ illi ab vtero adhæſit: erat enim ſolum vberrimum, multam afferens opulentiam incolis, & ex opulentia tranquillitãtem, & ſecuritatem, dum ſibi putabãt ſufficere, & nullo alio indigere, vnde & alios arroganter contemnebãt: vt ergo hos mutarẽt mores, & hunc guſtum, & ſaporem ſuperbiæ, & deſpicientiæ deſueſcerẽt, oportebat eom transfundere de ſuo natali ſolo in aliud Chaldæorum, quo demitteret animum excelſum: hoc vt fiat, dicit dominus, ſe miſſurum Chaldæos, qui Moabitas transferant de loco ſon, in alium, qui proſternant, & deuaſtent, aut deprædentur, vt ait Chaldæus, ciuitates eorum, & vaſa, hoc eſt, eas ipſas vrbes exhauriant, & euacuent ciuibus, & vacoas, ac exhauſtas conterant, & euertant. Ex quo licet colligere quãtum oporteat mores illos deſueſcere, ad quos natura vitiata nos prouehit, veterem hominem exuere, & noxiam amicorum fugere conuerſationem, vt veluti vinom defæcatũ, noua ſint omnia, & mores nooi hominis ſapiamus, & guſtum eorũ ſentiamus, quæ caritate nobiſcom coniũcti, nos docent: ebibimus cum lacte ſuperbiam, aliorom deſpectum, propenſionem ad delicias: transfundamur de vaſe in vas, motemus ſolum, mundum relinquamus, & trãsferamus nos, in terram, qoam monſtrat nobis Deus, & com nouo lacte religioſæ conoerſationis, ſubmiſſionem, omnium æſtimationem, caſtitatem, cæteraſque virtutes imbibemos.

Sophon. 1. 12. *Metaphora explicatio.* *Vetus homo detrahendus.*

14. *Succiderunt.*] Hebraicè hic legimos, & cioitates illius עָלְתָה Alah, qood verbum propriè eſt aſcendit, & quia quod euertitur, diſparet, tollitur è medio, & euaneſcit, ſignificat id aſcendere in auras, aut euaneſcere. Singulari vero ſumpto pro plurali, Vulgatus vertit, & ciuitates eios aſcenderunt, uempè Chaldæi, vel potius, vt modo habet correctior lectío, ſucciderunt, alij, & ciuitates eius abierunt, videlicet in aëra, vt Iſidorus, vel ciuitatũ eius facta eſt ſublatio, hoc eſt diſparuerunt, vel ciuitates eius excîdit, exterminauit, conſumpſit Chaldæus, vel exciſæ ſunt, aut conſumptæ. Videtur alijs, in nomine multitudinis, ciuitates intelligi, quamqoe ciuitatum, aut populum vniuſcuiuſqoe ciuitatis, vt ſit ſenſus, quælibet ciuitatom aſcendit, vel euanuit, aut abijt in ventum: Opponit igitur dominus rex exercituum ſuperbiæ, ac fiduciæ nimiæ Moabitarum, qua dicebant ſe hoſtibus poſſe reſiſtere, & ciuitates euertendas, & prouinciam deuaſtaudam, & ſtrenuos iuuenes ad mactationem ducendos.

15. *Dibon.*] Dibon vrbs Moabitarum celebris in alto ſita, nam de ea dicitur Nomer. 21. 30. Iugum ipſorum diſperijt ab Heſebon vſque Dibon. Erat autem valdè irrigua, nam propterea dicit Iſaias cap. 15. Aquæ Dibon repletæ ſunt ſanguine: habebat enim irriguos agros, & fontes iugiter emanãtes, vnde nomen illi impoſitum Dibon, quod eſt, fluens, vt ait eo loco Hieronymus, vel ſufficieoter intelligens, ad qnod alludit hic propheta, cùm dicit, deſcende de gloria, & ſede in ſiti. Hoc eſt popule Dibon, qui gloriatis de tua ſapientia, & de tuarum aquarum affluentia, demitte ſuperbiam, & conſide in loco arido, & ſiticuloſo, vbi ſiti pereas, & ad extremam penuriam deducaris, cum in captiuitatem abibis. Solet Deos pœnam adhibere culpæ congruenrem, glorianti de literis, earum ignorationem, diuiti, paupertatem, ei qui de affluentia ſuperbit aquarum, ſitim liberè agenti, & peccanti, captiuitatem: ne qois ſuis boois fidat, quæ Deus in mala ſolet conuertere.

Dibon vrbs. *Numer. 21 30.* *Iſa. 15. 9.* *Pœna culpæ cõgruẽs à Deo inſligitur.*

16. *Aroer.*] Ciuitas extructa à filijs Gad ſuper ripam torrentis Arnon in valle, vt legimus Numer. 32. 34. & Deuter. 2. 36. cuius ciuibus dicitur, vt in vias egrediantur timidi, ac ſoliciti, & interrogent tranſeuntes fugientes ſuarum ruinam ciuitatum, vt ſibi, ſi poſſint, cooſulant. In Hebræo hic ſunt duo participia, prius eſt נָס nas maſculini generis, quod eſt, fugientem virum: poſterius eſt fæmineũ נִמְלָטָה nimlatah, & euadentem fæminam, & ita diſtingunt Pagninus, & Vatablos, & Septuagiota, & Tigurina hanc lectionem indicant, qua ſignificatur, vt quærat à viris, & fæminis, quas fugientes offenderit, quid actum ſit de ſois vrbibus. Vulgatus, Chaldæus, & Iſidorus de hac legendi ratione non curarunt: quia genus maſculinum concipit fæmineum. Rectè autem interrogare iubet euadentes, vt alieno periculo, proprium noſcant effugere, ad hoc eoim ſpirituales viri ſoli ioſtar miricæ, ſpeculantur ſemitas antiqoas, & interrogant patres ſuos veteres, eorumque fugas meditantur, & victorias, artemque pognandi, vt eorum exemplo edocti, virtuteqoe animati, & ipſi præſentia eoadant pericula, & Chaldæorom ſuperent, vel fuga virtutem, & in ſolitodine, vt humilis myrica, & cum Aroer, improborum conſuerudinem euitent.

Aroer ciuitas. *Numer. 32. 34.* *Deuter. 2. 36.* *Euadẽtes pericula interrogãdi.*

17. *Allidet.*] Iobet Chaldæis, vt calicem iræ ſuæ, de quo dixerat cap. 25. Propinent Moab, & ita vſque ad vomitom inebriẽt, vt cadens in ſuo vomitu volotetur. Hebræum verbum סָפַק ſapacb, ſecundom Daoid Kimhi in comment. eſt percutere, vel manum, quod eſt plaudere, vel terram percutiendo ſe circumuoluere: & ita honc locum explicat ipſe, & cum ſecuti Pagninns, Vatablus, & Iſidorus. Nam quemadmodom ebrius, dum euomit vinum, quod bibit, reuoluit ſe, ac vertit corpus de latere in latus per terram, ita Moab multiplici afflictione ſua efficiet, & deridebitur à ſobriis, nec eſt alienus hic ſenſus à lectione vulgati, & allidet manum ſuam terræ Moab, cum vnmuerit, ſicut ebrius in terram proſtratus, manu terræ nixus euomit. Formam depingit hominis vehementer afflicti, qood expoſuit Chaldæus cum dixit, & triturabuntur Moabitæ in loco ſuo, & erunt

Iere. 25. 22.

erant in deriſum etiam ipſi, & Lxx. qui verterunt: A Applaudet Moab manu ſua, in vomitu ſuo, hoc eſt complodet manum ad manum præ nimio dolore, vt illi, qui Threnor. 2. 15. plauſerunt ſuper Ieruſalem manibus tranſeuntes per viam: qui plauſus, licet præ lætitia contingat, vt Pſalm. 97. Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à conſpectu domini: & hunc locum ita explicet Theodoretus, dicens: cum Moab intellexiſſent quæ Iudæis acciderant, ſubſannabant arguentes Deum imbecillitatis, quod docent ſequentia, applaudet Moab manu ſua, quaſi dicat, Choreas agens, & gaudens: verius tamen ſupradicti auctores de plauſu præ nimio dolore intellexerunt. Rabanus tamen, Hugo, Lyra, & Dionyſius ſenſum alium nobis oſtendunt. Allidet B manum Moab in vomitu ſuo, hoc eſt habebit colligatam manum, ideſt, poteſtatem, & dominatum, & ceſſabit alios perſequi, & euomet omnia bona ſua, non enim poterit reſiſtere hoſtibus bona illius diripientibus: imò ad ſanguinem vſque euomet: & ſicut riſit Iudæos cum erant in ſua afflictione, ita & ipſe ridebitur ab alijs.

Threno. 2. 15.

Pſ. 97. 8.

18. *Deriſum.*] Hæc periodus ſic habet ad verbum ex Hebræo. Et ſi non deriſui fuit tibi Iſrael, ſi in furibus depræhenſus, quia ex quo verba tua in eo, תתנודד Tithnodad, commouiſti te, vel commiſeratione: vt vult Pagninus: vel præ lætitia, & tripudio gaudens de malo eius, vt Vatablus, vel potius, commouiſti te de terra tua, hoc eſt migraſti, vel elongaſti te ductus captiuus: vt Septuaginta apud Theodoretum, Vulgatus, & C Chaldæus intellexerunt. Poteſt autem hoc loco fieri ſermo de Iſraële, hoc eſt, decem tribubus, quæ captiuæ ductæ ſunt per Salmanaſſarem: vt vult Lyra, & alij ex interpretibus inſinuant: Vel de Iudæis, nomine Iſraelis ſignificatis, qui capti ſunt, & euerſi per Nabuchodonoſorem: de quorum ruina Moabitæ exilierunt, vt Theodoretus intelligit, vel de vtriſque, vt Hieronymus ſuper 15. Iſaiæ, in initio, & Rabanus accepêre. Poſſemus, vt lectioni vulgatæ ſenſum accommodemus, intelligere in prioribus verbis referri hiſtoriam, quod Iſrael cum duceretur captiuus irriſus fuiſſet à Moabitis, ac ſi fur quiſpiam fuiſſet: in poſterioribus denunciari prophetiam: propterea tandem puniendum captiuitate quod etiam Iudæos, eſſet riſu, ac dicterijs, maledictiſque inſectaturus. Et quidem Theodoretus ſic explicat D locum hunc: Contemptui fuit tibi Iſrael, ô Moab, an in furtis tuis inuentus eſt? quid ab illo damni paſſus eum impetebas: parietum perfoſſores, & prædatores reperiſti? propter iniuriam, qua eum affeciſti, migrabis. Communis ſenſus Chaldæi, Hugonis, Lyræ, Dionyſij, & Vatabli, ſimplicior eſt, ac verior. Quia deriſui fuit tibi Iſrael in ſuo interitu: ac ſi eum in furto deprehendiſſes: & quia quoties occaſio ſe offerebat, maledictis, & cachinnis, verbiſque contumelioſis eum inſequebaris, & inſequeris, de tua terra migrabis. Quod ſi velis, per verba tua, intelligere, mala, quæ iuxta deſiderium illi præoptauerat, completa; aut vota ſua, erit ſenſus: quia ex quo id quod optaueras, & pro voto prædixeras, in eo videris completum gaudes, nempè exitum Iudæ, ira Dei contra te deſæuiet, & captiuitati te adiudicabit: vnde ſubijcit, relinquite ciuitates. Nemo ergo putet ſe immunem à pœna futurum, ſi fidelem aliquem correuentem irriſerit: multo magis, ſi modo irrideat iuſti ſimplicitatem, quæ lampas eſt contempta apud cogitationes diuitum, ſed parata ad tempus ſtatutum, Iob 12. Eiuſmodi enim riſui erit Deo, & ſanctis eius. Nam ego, inquit Prouerb. 1. in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo; cum vobis id, quod timebatis, aduenerit. Pſalm. 58. Et tu, domine, deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes. Vnde præ anguſtia ſpiritus gementes dicent: hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij, Sap. 5. Et manus habebunt alliſas in vomitu ſuo, quia omnia bona, quibus confidebant, & quæ in ſeculo comparauerant, euoment, & illis auferentur, & manibus ſe non poterunt defendere, vnde omni præſidio deſtituti migrabunt captiui Babylonem, hoc eſt, in Tartaream regionem, inde nunquam amplius exituri.

Riſus in contemptu pœna.

Iob 12. 4.

Prou. 1. 26.

Pſ. 58. 9.

Sap. 5. 3.

19. *In petra.*] Ironicè videtur loqui ad Moab, quod euadere non poſſit etiam ſi ad rupes aſcendat, nam inde extrahetur à Chaldæis, quemadmodum dixit de Idumæis in Abdia dominus. Si exaltatus fueris vt aquila, & inter ſydera poſueris nidum tuum, inde extraham te: nam hanc nimiam confidentiam Moab, exprobrat illi dominus. Vel, vt omnes alij volunt, deſcribit fugientium anxietatem, quærentium, vel in altiſſimis rupibus orificia, vt in eis ſe cuſtodirent: iubet ergo vt relictis ciuitatibus campeſtribus, & quæ facilè hoſtium patere poſſunt incurſibus: fugiant ad Petram, ciuitatem illam Moab in editiſſimis montibus ſitam, de qua Iſaias capite decimo ſexto: Emitte agnum domine dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Et cap. 42. 11. Laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt: vt vel in ea ſe tueantur, vtque inſtar colombarum in interna rupium foramina ſeſe abdant. Hebraicè ad verbum eſt, in trans os foueæ, quod Tigurina vertit, in prominentijs foraminis foueæ, vt Vulgatus, in ſummo ore foraminis: Pagninus, in lateribus foueæ: Vatablus, in lateribus orificij cauernæ. Iubet igitur, nidum ſtruere, non in ore cauernarum, ne facilè deprehendantur, ſed trans os, ideſt, in vlterioribus lateribus cauernæ: vel in altioribus, ad maiorem, & ſecuritatem, & ſolitudinem. Datur autem conſilium huius ſeculi incolis, vt ſua deſerant domicilia, ſuam relinquant conuerſationem, & fugiant ad Petram editiſſimam Chriſtum, acceptis pennis columbæ, de qua Dauid Pſalm. 54. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Quod conſilium dedit etiam Iſaias cum capite vndecimo, dixit: Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo. Et ſponſus Canticorum ſecundo, ſponſæ ſuæ, dum ait: Surge propera amica mea, ſpecioſa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ: & nidum fac in ſummo ore foraminis, hoc eſt, in trans os foueæ, in corde nimirum Chriſti, cuius os in latere apertum eſt, vt ſpiritualis columba intra receſſus abſcondita, ſecurius degeret, & diutius moraretur à nemine impedita, ac liberè diceret illud 29. Iob. In nidulo meo moriar, & ſicut arenam multiplicabo dies.

Abdia 4.

Iſ. 16. 1.

Iſ. 42. 11.

Terræ incolæ ad petram Chriſtũ fugiant.

Pſ. 54. 7.

Iſ. 2. 10.

Cant. 2. 10. 13.

Iob 29. 18.

20. *Iactantiam.*] Hebraica ſic habent. Ego noui, A ait dominus, iram eius, & non ſic, & lacerti eius *Iſ. 16. 6.* non ſic fecerunt. Similiter dixit Iſaias cap. 16. Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde, ſuperbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius non ſic lacerti eius. Eſt autem in Hebræo nomen בדים badim, quod robora, aut lacertos robuſtos, aut filios, qui ſunt ciuitatis lacerti, ſignificat: vt ſit communis, & planus ſenſus, perſpecta mihi eſt iactantia ferociẽs Moab, in populum meum: nam proijcit ampullas, & ſeſquipedalia verba, multa ſe poſſe promittit, & multo plura ſe facturum minatur. Sed non ſic reſpondit factum dicto, nec virtus iactantiæ adæquauit, eum nullo negocio à Chaldæis comprehendetur: & lacerti eius, hoc eſt filij, ſeu ciues eius mentientur, non enim ſic B facient vt minabantur. Quod vero Theodoretus ex Septuaginta legit: Nonne iuxta ſufficientiam ipſius, ita & brachia eius? ſic explicat ad eundem ſenſum, oſtendens faſtum verborum ipſa rerum experientia conuictum eſſe. Ante bellum enim magna cum arrogantia minabatur ſe fortiter facturum, at videns hoſtes aufugit. R. Salomon apud Lyram alium nobis præbet ſenſum, legens, ego noui iram eius, & non ſic, hoc eſt, & non veritas, vt etiam Vatablus vertit, & fortitudo eius non ſic fecit. Hoc eſt non vere irati ſunt, & odio habuerunt Moabitæ Iſraelem: & Abraham fortitudo, id eſt, pater eorum non ſic fecit cum ipſorum patre Loth, quem tot affecit beneficiis, tot periculis liberauit. Ioſeph Kimhi nomen עברתו abratho interpretatur, imprægnatio eius, quod verbum עבר iber in Pihel, ſit grauida- C re, imprægnare, vt Iob. 21. 10. Bos eius iber conce- *Iob 21. 10.* pit, ſeu grauidauit, & non abortiuit. Ego, ait dominus, noui imprægnationem eius, & non ſic, & filij eius non ſic fecerunt: quaſi dicat: Ego noui, quod ex infando concubitu nati ſunt, nempe Loth patris cum filia, ac proinde quod ſpurij ſunt, quod ſi ipſi cogitaſſent, non ſic ſuperbi- *Superbia quomodo comprimenda* tent: & filij, qui adeo modo gloriantur, non ſic cum Iſraele feciſſent, ſed ſeſe illi ſubmiſiſſent. Multum enim vtilitatis affert ad ſuperbiam contundendam defectus, ſiue naturales, ſiue morales præ oculis habere: aut etiam experiri, nihil hominem ad exitum poſſe deducere ex ijs, quæ arroganter ſecum machinabatur, aut honorificè facere præſumebat. Primus ſenſus, quem & Lxx. & Vulgatus, & Chaldæus elargiuntur ſimplicior eſt, & veritati proximior.

21. *Ideo.*] Sic legimus hæc ex Hebræo. Propter D ſic propter Moab eiulabo, & Moab vniuerſo vociferabor, ad viros Kirheres muſſitabit. Nam tertia perſona futuri יהגה ielıgeh, loquetur, ſignificat, corde, vel ore, meditabitur, garriet, aut gemet, ſupple cor meum, vel cogitabundus Moab: ex commiſeratione præuiſæ calamitatis ingentis, condolet propheta Moab: rationem reddunt Lyra, & Dionyſius, quod prænouiſſet ex Ruth Moabiride Chriſtum carnem accepturum. Ait ergo propter illud ſic, Moabitarum fallax, & mendax, quo gloriabantur ſe ſic facturos, vt iactabant, tantam perſpicio illis imminere calamitatem, vt cogar meis eiulatibus, & clamoribus, ipſos ſuæ calamitatis admonere: & præcipuè ciues Kirheres, gemitu meo compellere, vt gemãt ipſi ſuam perniciem, nam quantumuis fortem incolant ciuitatem capiendi ſunt: gra- A uiſſimam oſtendit calamitatem, quæ cogat prophetam ſolum cogitatione eam proſequentem, eiulari, vociferari, ac gemere, cum ipſi, qui paſſuri ſunt non curent. Putant autem Tigurina, Pa- *Kir ciuitas.* gninus, Vatablus, & Iſidorus Kirheres, proprium nomen vrbis eſſe, quæ inſignis erat in regione Moab, vt notauit Dauid Kimhi, de qua 4. Reg. *4. Reg. 3. 25.* 3. 25. dicitur, ita vt reliquerint lapides eius in Kirhareſeth: nam circuodata eſt ciuitas à fundibularijs, & magna ex parte percuſſa. Et Iſaias *Iſ. 15. 1.* cap. 15. 1. Quia nocte vaſtata eſt Kir, Moab con- *Iſ. 16. 7.* ticuit. Et cap. 16. 7. His qui lætantur ſuper Kirhareſeth loquimini plagas ſuas. Et verſ. 11. Et viſcera mea ad Kirhares. Eſt & alia ciuitas huius nomi- *Kir Media.* nis in ſuperiore Media, ad quam tranſtulit rex B Aſſyriorum ciues Damaſci, dictam Cyrenes, de qua Amos cap. 1. 5. Et transferetur populus Aram *Amos 1. 5. & 9. 7* in Kir. & cap. 9. 7. & Siros de Kir. At Septuaginta, Chaldæus, Vulgatus, Hieronymus, & alij nominis ſignificatum expreſſerunt, nam kir eſt murus, heres autem coctus later: arbitror autem nomen vrbis eſſe Kir, appoſitum vero eſſe heres, quod ea vrbs eſſet ex cocto latere conſtructa, facta alluſione ad nomen, de qua dicatur, quod licet munita ſit muro cocti lateris, iuxta nomen ſuum, ſit nihilominus ſubuertenda. Ait ergo Ieremias: Cor meum ſuas lamentationes, & gemitus diriget ad vrbem Kir lateritiam, & fortem, quia deſtruetur quantumuis fortis ſit. Nihil enim forte eſt, quod diuinæ poteſtati non cedat, multominus ciuitas corporis noſtri, quod vas fictile eſt, ex latere cocto, ac decocto confectum, eruere ſe poterit, ne C deſtruatur.

22. *De planctu.*] Comparat calamitatem Sibma, ſeu Sabama cum calamitate Iazer, eodemque fletu vtramque deflendam aſſerit, in hoc tamen leuius cum Iazer factum, quod ciues eius non tranſierunt mare, at ciues Sabama mare tranſierunt captiui: hunc ſenſum indicant Chaldæus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus. Dicit autem Hieronymus ſuper 16. Iſaiæ, Iazer, Sabama, Eſebon, & Eleale, vrbes quondam fuiſſe validiſſimas, & inter Eſebon, & Sabama vix quingentos paſſus fuiſſe. Sed quid eſt: propagi- *Dubiũ.* nes tuæ mare tranſierunt, & Iazer vſque ad mare peruenerunt? nunquid ciues Iazer non ſunt ducti captiui, ſicut ciues Sabama? aut quod mare tranſire oportebat Moabitas, cum ducerentur in Chaldæam, ad quam euntibus nullum mare D tranſeundum occurrit: nam ſi aliquod, id eſſet mare mortuum, at hoc non, trans quod verſus Orientem ſeſe extendit terra Moab: imò Iudæi, qui citra mare habitant, non tranſierunt illud mare, cum Babylonem ducerentur. Hie- *Mare per metaphorã Babylon* ronymus in capite decimo ſexto Iſaiæ, in illa verba vſque ad Iazer peruenerunt, propagines eius relictæ ſunt, tranſierunt mare: nomine maris per metaphoram intelligit Babylonem, ita dictam propter multitudinem habitantium: probat ex capite viceſimo primo: vbi onus deſerti *Iſ. 21. 1.* maris dicitur onus Babylonis, & ex Ieremia ca- *Ierem 51. 36.* pite quinquageſimo primo, verſu triceſimo ſexto, dicente ex perſona Dei Et deſertum faciam mare eius, & ſiccabo terram illius, & erit Babylon in tumulos arenarum. Quod ſi ita eſt, ciues Iazer peruenerunt vſque ad Babylonem, & non ſunt ingreſſi, ciues autem Sabama peruenerunt, & tranſiuerunt: atque

adeo

A adeo neutri manſerunt in mari Babylonis captiui, quod menti prophetæ videtur aduerſari. Theodoretus etiam metaphoricè accipit mare, aſſeritque meminiſſe prophetam cuiuſdam hiſtoriæ de planctu Iazer, & declarat lamentationis exceſſum, quaſi dicat: Plangam te, ô ciuitas Sabama planctu, quo olim eſt defleta Iazer, quæ in vbertate & copia vini quod fers merito mari coæquaris, coæquaris etiam vbertati, copiæque vini

Reſponſio vera. Iazer. Satius videtur, ac ſimplicius loqui prophetam de fugitiuis vrbis Sabama, qui fugerunt ex Sabama, quæ ſita erat ad fines Moab versùs Orientem, ad Iazer ſitam prope Iordanem, & mare mortuum, ad occidentem: ita vt velit dicere: eodem planctu plangam te, ô ciuitas Sabama, vini ferax, ac Iazer: nam ciues tui, quos propagaſti, B Chaldæorum vim, ac ſuæ ciuitatis euerſionem, fugientes, peruenerunt vſq; ad vrbem Iazer, imò vſque ad mare mortuum illi proximum, quod etiam nonnulli transierunt: non quod illud nauigarent, ſed quod per Iordanem vltra mare mortuum fugiſſent, vel in Iudæam, vel in Palæſtinam, aut etiam in Ægyptum. Hunc ſenſum probant

Iſ. 16. 8. verba Iſaiæ cap. 16. Quoniam ſuburbana Heſebō deſerta ſunt vinea Sabama, domini gentium exciderunt flagella eius: vſque ad Iazer peruenerūt, errauerunt in deſerto: propagines eius relictæ ſunt, transierunt me. Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama: flagella, & propagines, ait Hieronymus, populum, fugitiuoſque eius intellige. Et vt magis indicet tempus calamitatis, ſubijcit: ſuper meſſem tuam, & vindemiam tuam prædo irruit: vel vt in Hebræo habetur, ſuper fructum tuum æſtiuum, & ſuper vindemiam ruam: hoc eſt, quando fructus tui erūt in agris, te hoſtis depopulabitur, ſimilia dicit eo locu Iſaias.

Carmelus in Moab. 8. *De Carmelo.*] Carmeli nomen reliquit Vulgatus, non quod ſit in Moab ager, vel mons ita nominatus, vt volunt Hugo, Lyra, & Dionyſius: ſed quod ſignificet locum fertilem, & cultum Moab, ſimilem Carmelo, qua ratione accepit, eandem ſententiam explicans, Hieronymus Iſa. 16. Tigurina, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus: & ſubditur. Non calcabit celeuſma, non celeuſma. Hoc eſt, calcator vuæ non calcabit cum celeuſmate, celeuſma non erit iam celeuſma: de quo diximus cap. 25. num. 16.

24. *Clamore.*] Vniuerſam terram Moab eiulatibus, & clamoribus, eſſe complendam oſtendit his verbis propheta, quia fugientes de Heſebon, de D clamore edito in eā à ſuis ciuibus, vſq; ad Elcale, & Iaſa vociferantes diſcurrent, & referentes ciuium illius clamorem, & vaſtitatem. Idem fiet ab his qui fugerint de Segor vſque ad Oronaim. Meminit harum ciuitatum, vt ex ſitu earum omnem terram Moab comprehenderet. Nam Heſebon ſita eſt in extremis finibus illius ad Orientem ſeptentrionalem; Elcale ad Occidentem ſimiliter ſeptentrionalem: & Iaſa vrbs mortuo mari imminet, auctore Hieron. in 15. Iſaiæ, vbi eſt terminos prouinciæ Moabitarum ad Occidentem meridionalem. Segor quoque mari mortuo imminet in finibus Moabitarum, diuidens eos à Philiſtæis: à qua vlulatus peruenient vſq; ad Oronaim vrbem ſitam in finibus Moab ad Orientem meridionalem: hoc ergo eſt quod ſignificat à finibus ad fines vlulatus prouinciæ perſonaturos, nēpe ab Heſebon per latus Septētrionale vſq; Elcale: inde A per plagā Occidentalē vſq; Iaſa, & Segor, à Segor autem per latus Meridionale vſque ad Oronaim.

Iſ. 15. 4. Nam ita etiā denunciauit Iſ. c. 15. Clamabit Heſebō, & Eleale, vſq; Iaſa audita eſt vox eorū. Vectes eius vſque ad Segor vitulam conternantem: & in viam Oronaim clamorem contritionis leuabunt. Eſt autem explicandū quam vocet vitulā conternantem, & quid hoc nomine ſignificetur. Multi

Vitula cõternãs quid. codices Latini, Complutenſes, & Regij, & commentatores ferè omnes, & Hieronymus in 15. Iſa. in quarto caſu legunt, à Segor vſque ad Oronaim vitulam conternātem: & Pagninus, & Iſidorus ex Hebræo vertunt, vitulam trimam, vel triennem: quaſi epitetū ſit vrbis Oronaim, & nō Segor. Alij non pauci, & antiqui legunt in ſexto caſu, vitula conternante, vt cōueniat Segor, de qua interpretantur Lyra, & Dionyſius, & cui Iſaias hoc tribuit

Iſ. 15. 4. epitetum, cum dixit cap. 15. 5. Vectes eius vſque ad Segor vitulam conternantem: corroborauit hanc lectionem codex vulgatus correctus, qui legit: à Segor vſque ad Oronaim vitula conternante. Et quidem Hebræum nomen Seliſiiah verti poteſt quarto, & ſexto caſu, imò & in recto transferunt Tigurina, & Vatablus, vitula trima, ſeu triennis Moab. Sed videamus iam cur Prophetæ Segor vitulam conternantem vocauerint? Hieronymus in Quæſtio. in Geneſim, in illa verba cap. 14. Et rex Balæ: hæc eſt Segor, ſic ait: Bale lingua Hebræa καταπόσις, id eſt deuoratio dicitur. Tradunt igitur Hebræi hanc eandem in alio ſcripturarum loco Saliſſam nominari: dicique rurſum μόσχον τριετίζουσαν, vitulam conternantē, quod ſcilicet tertio C motu terræ abſorta eſt: quam cōiecturam ſtatim veram eſſe cōfirmat in illa verba c. 19. Et aſcendit Lot de Segor, & ſedit in monte: nam quærens, cur Lot de Segor migret ad montē; Reſpondebimus, inquit, veram eſſe illā Hebræorū coniecturam de Segor, quod frequenter terræmotu ſubruta Bale primū, & poſtea Saliſſa appellata ſit, timueritque Lot dicens: ſi cū ceteræ adhuc vrbes ſtarent, ipſa ſæpe ſubuerſa eſt, quāto magis nunc cōmuni ruina nō poterit liberari? Hoc ipſū affirmat Theod. q. 69. in Geneſim, Suidas in voce Lot, & Hugo, Lyra, & Dion. hoc loco Ieremiæ. Nam propterea filiæ Lot putarunt deletum vniuerſum genus humanū: quamuis poſt reædificata fuerit, & manſerit vſque ad tēpora Hieronymi, vt ait ipſe in 15. Iſaiæ. Vbi & Hebræorū, & ſui meminit, aſſerentium, ita vncatā Segor quod tertio terræmotu ſit abſorta. D Alij verò interpretes, Lxx. Chaldæus, Dauid Kimhi, R. Salomon, quos ſecuti ſunt Tigurina, Pagni. Varab. & Iſidorus, trimam, vel triennem vertunt, quaſi trium annorū dicatur, grandis, fortis, & ſucculenta: quem ſenſum amplectitur etiam Hieronymus in 15. Iſaiæ, cum ait: Poſſumus vitulam conternantem pro perfecta ætate accipere: ſicut enim triceſimus annus in hominibus, ita in pecoribus, ac iumentis tertius robuſtiſſimus eſt. De Moab explicant Septuaginta, Dauid Kimhi, Vatablus, & Iſidorus, quod cum euerſa eſt, erat opulenta, omni bono abundans, ad ſummam felicitatem temporariam euecta. Sed cum Vulgato verius de Segor intelligunt omnes alij.

Nĕrim. 25. *Nemrim.*] Aquæ Nemrim, inquit, in deſolationes, vel horrores erunt, vt habent Hebræa. Eſt autem Nemrim, vt ait Hieronymus in 15. Iſaiæ: oppidulum ſuper mare mortuum, ſalſis aquis, ac

A proiode ſterilibus,afflueſ. Sed quia propbetæ boc dicunt vt oſtendant vicem illius vrbis de felici mutatæ in infelicem, de fertili in ſterilem: Hugo putat à propheta adductam ſterilitatem aquarum Nemrim: quod omnis Moab ſit ſimili punienda ſiccitate. Hieronymus, & Rabanus de ipſa vrbe exponunt, quòd dulces eius aquæ in amaritudinē poſt ſubuerſionem ſint conuerſę. Lyra, & Dionyſius quod interfectorum ſanguine ſint infectæ. Verior eſt, ac ſimplicior intelligētia, Aquæ Nemrim in deſolationes, aut perditiones erunt, quia perdentur, & nulli vſui erunt, deficiente habitatore, qui agros colat, & riget: quem ſenſum porrexit nobis Iſaias cap. 15. 6. cum dixit. Aquæ Nemrim deſertæ erunt, ſeu peſſimæ, nam eodem vtitur vocabulo vterque propheta, quia aruit herba, defecit germen, vitor omnis interijt; ex quibus conſtat vbertas illius oppidi: ſed ait aquas illas deſertas futuras, quia nullus eis vtetur, vnde fiet, vt agrorum deſitura ſit vbertas.

Iſa. 15. 6.

B

26. *Moab.*] Septuaginta, & Chaldæus hæc verba vt voces Moab accipiunt. Sed voces eſſe prophetæ carmen lugubre perſonantis, ac de calamitate Moab concinentis aliorum interpretum cōmunis eſt intelligentia: & ſatis oſtenduntur ipſa verba Ieremiæ, & eadem apud Iſaiam cap. 15. verſ. 5. & 16. 11. meminit autem tibiarum lugubrium, quæ ſonare ſolebant in funeribus, vt cōſtat Math. 9. 23. Huius autem ſui lugubris cantus ſuper Moab reddit rationē: propterea quod ſubſtantiā fecit, perierunt: & quidem nomen יתרה Iitrah ſeu Iithrath à verbo iathar, abundantiam, ſeu ſuperabundantiam ſignificat: opes, ſeu diuitias, vt accipiunt Lxx. Chaldæus, reliquique alij interpretes, vertentes, propterea quod, diuitiæ, quas fecit, ſeu acquiſiuit, cōparauit, ſeu coaceruauit ſibi Moab multo labore, peribunt. Similia dixit Iſaias c. 15. 7. Idcirco abundantiam, quam fecit, & diuitias eorum ſuper torrentem ſalicum portabunt eas. Erit ergo ſenſus: Propterea ſonabit cor meū, quia diuitiæ, quas coaceruauerat, diripientur à Chaldæis: vel propterea quod Moabitæ in coaceruādis diuitijs inſudarunt, peribunt: & hoc eſt quod dixit Vulgatus, quia plus fecit, hoc eſt, quia plus diuitiarum comparauit Moab, quam potuit, aut debuit, idcirco eius diripiērunt diuitiæ, vel ipſi Moabitæ peribunt: vt verum ſit illud Eccleſiaſtes 5. 12. diuitiæ conſeruatę in malum domini ſui.

Iſ. 15. 5. Iſ. 16. 11. Math. 9. 23.

C

Iſ. 15. 7.

Eccl. 5. 12.

27. *Colligatio.*] Hebraicè, ſuper omnes manus גדודת Ghedudoth irruptiones, in cutim, vel dilacerationes, aut inciſiones: ita Septuaginta, & alij omnes interpretati ſunt, vel quia manus dentibus, ac vnguibus dilacerabant præ dolore, & pudore, vel quia ex vinculorum colligatione manus incidebantur, & dilacerabantur; ideo Vulgarus dixit, in cunctis manibus colligatio; eadem dicit Iſaias capite 15. verſ. 2. & 3. Exprimitur his habitus eorum, qui captiui ducebantur: vt ait Theodoretus, vel luctus, ac mæroris magnitudo, nam barbæ tonſio, & capitis derafio, ait Hieronymus eo loco, luctus ſigna erant antiquis.

D

Iſ. 15. 2. 3.

28. *Deiecit.*] Ita vertit Tigurina verbum Hebræum Hipnah, quod Vulgatus, deiecit, tranſtulit, quaſi Moab ceruicē deiecerit triſtitiæ, ac pudoris cauſa. Septuaginta vero, Chaldæus, Pagnin. Vatablus, & alij transferunt, quomodo vertit ceruicem, vt etiam Vulgatus cap. 49. 24. verſa eſt in fugam, vt ſignificet, Moab vertiſſe ceruicem, dediſſe terga, aſpectum vitaſſe præ pudore.

Ierem. 49. 24.

A

29. *Carioth.*] Nomen eſt multitudinis, vrbes ſignificans, & ita vertunt Tigorina, Pagninns, & Vatablus, captæ ſunt vrbes, pro capientur vrbes ab aquila Nabuchodonoſore, vt intelligūt Theodoretus, Rabanus, & ceteri: nam aquilæ ſimilis effertur ab Ezechiele cap. 17. Sed Septuaginta, & Vulgatus tanquam nomen vrbis celebris, nomen reliquerunt: quod vel ex hoc capite verſ. 24. ſatis conſtare poteſt, vbi dicitur ſuper Carioth, & ſuper Boſra, & ſuper omnes ciuitates terræ Moab: & ex capite 2. Amos 2. clariſſime vbi dicitur: & mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth. Verum autem eadem ſit Carioth ſpectans ad Tribum Iuda Ioſue 15. 25. non videtur, quod illa trans Iordanem ſita ad tribum Ruben, vel Gad pertinuerit. Huius vrbis ciuis dicitur fuiſſe Iudas Iſcariothis, ita dict⁹ more ſcripturæ איש קריות Is carioth, vir Carioth, pro ciuis Carioth, vt vir Bethlehem dicitur ciuis eius vrbis.

Ezech. 17. 3. *Carioth vrbs.* *Amos 2. 2.* *Ioſ. 15. 25.*

B

30. *De laqueo.*] Hæc periodus ſic habet ex Hebræo: In vmbra Heſebon ſteterunt de potentia fugientes, quia ignis egreſſus eſt de Heſebon, & flamma de medio Sihon, & deuorauit angulum Moab, & verticem filiorum tumultus: & nomen quidem כוח coah, quod laqueo, vertit Vulgatus, vim, potentiam, aut robur interpretantur Tigurina, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus, exercitum expoſuere Septuaginta. Nomen quoq; פאת Peath angulum ſignificat, vt interpretati ſunt Septuaginta, & alij iam dicti, & Chaldæus explicat Principem, ſeu Ducem: Vulgatus vertit partem, hoc eſt, angulum aliquem terræ Moab. Denique nomen שאון Saou, rectè Lxx. & Vulgatus verterunt, tumultus, quod alij explicatius dixerunt, tumultuoſorum, vel tumultuantiū; quamuis putauerint aliqui nomen proprium hoc eſſe. Aſſumit propheta, & ſuo applicat propoſito longam periodum ex libro Numer. c. 21. quæ à v. 26. ſic habet: Vrbs Heſebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem Moab, & tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat vſque Arnon. Idcirco dicitur in prouerbio: Venite in Heſebon, ædificetur, & conſtruatur ciuitas Sehon. Ignis egreſſus eſt de Heſebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelſorum Arnon. Væ tibi Moab, perijſti popule Chamos: dedit filios eius in fugā, & filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehon. Eſt ergo ſenſus prophetæ, quem tradunt Chaldæus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus. Qui ex Moabitis fugerint impetum exercitus Chaldæorum, perfugient ſub vmbram fortiſſimæ vrbis Heſebon, eius fortitudini fidentes, ciuiumque eius patentes conſilijs, ſperantes ſe poſſe in ea vrbe tueri. At multo aliter eueniet quam cogitauerant: quia è medio ipſius vrbis Heſebon, quæ quondam fuit regis Sehon, excitabuntur milites acerrimi Chaldæorum, cum ipſo igni alacritate, celeritateque certantes, qui interficient principes, qui ſunt potior pars Moabitarum, & nobiliores ciues tumultuantes. Theodoretus indicat ex ipſis Moabitis ciuibus Heſebon conſurrexiſſe, qui ad ſe confugientes interficerent. Vatablus autem indicat ſenſum alium, hunc videlicet: fugient hi qui ſtabunt

C

Numer. 21. 26.

D

bunt in vmbra Heſebon vrbis fortiſſimæ, Chaldæorum vim, & potentiam; & poſt per ſarcaſmon adiicit: Sed cur fugient è ciuitate potentiſſima? ex qua olim, cum teneretur ab Amorrhæis, egreſſi milites ardentiſſimi, vſque ad angulum totam Moabitidem deuorarunt, ita vt ne minima terræ portio relicta ſit Moabitis habitanda, proceres quoque eius, & tumultuantes ſubiecerunt? Sed communis ſenſus potior eſt: nam quod olim factum eſt ab Amorrhæis, faciendum prædicit à Chaldæis, vt verum comprobet, quod qui fugerit à facie pauoris Chaldæorum incidet in foueam, & qui conſcenderit de fouea, capietur laqueo, vel reti, hoc eſt, milite inopinato Chaldæorũ. Vnde & illud ab Amorrhæis factũ transfert ad Chaldæos: Væ tibi Moab, periiſti popule Chamos &c. Illud autem: & flamma, de medio Sehon: repetitio eſt eius quod dixerat, egreſſus eſt ignis de Heſebon: non enim Sehon, ſeu Sihon nomen eſt ciuitatis diuerſæ, ſed regis Heſebon Amorrhæi, vt cõſtat ex teſtimonio adducto libri Numerorum: reperit enim quod dixerat, ignis egreſſus eſt de Heſebon, flamma, inquit, de medio oppidi regis Sehon Amorrhæorum, quod in Numeris dictum eſt: Et flamma de oppido Sehõ: in quo decepti videtur Theodoretus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus: qui putarunt nomen vrbis eſſe, cuius nulla mentio in ſcriptura, cum tamen Sehon nomen regis Amorrhæorum in ea ſemper aſſeratur.

Sehon regis Amorrhæi nomen.

31 *Conuertam.*] Rabanus, Hugo, Vatablus, & Iſidorus, ex Hebræorum etiam interpretatione hæc intelligunt de tempore Chriſti, in quo Moabitæ à Deo conuertentur ad fidem filij ſui Ieſu Chriſti, vt oſtendat ſe non eſſe tantũ Deũ Iudæorũ, ſed etiã gentiũ. Confirmat ſenſũ hunc Hieron. qui illa verba capitis 2. Sophoniæ, Reliquiæ populi mei diripient eos, & reſidui gentis meæ poſſidebunt illos: de hac Moabitarum ad Chriſtum conuerſione exponit, quos Apoſtoli, & Apoſtolici viri ſubiecerunt ditioni Chriſti, & eius nomine poſſederunt. Theodoretus tamẽ, Lyra, & Dionyſius de reſtitutione Moabitarum poſt ſubuerſionem Chaldæorum, & reditum Iudæorum è Babylone hoc exiſtimant prænunciatum. Nam ita eſſe factum probatur in primis, quod Ieremias capite 25. tantum dicit omnes gentes collum ſubdituras Nabuchodonoſori regi Babylonis, & ſeruituras ei 70. annis. & capite. 28. 13. dicit dominus iugum ferreum polui ſuper collum cunctarum gentium iſtarum, vt ſeruiant Nabuchodonoſori regi Babylonis, & ſeruient ei: ergo eadem ratione, qua comminati ſunt prophetæ Iudæos regi Babylonis ſeruituros, ſimiliter & aliis gentibus comminantur: Sicut igitur Iudæi euerſo imperio Babylonico reſtituti ſunt, ſic & ceteræ gentes ſunt reſtauratæ. Vt de Tyro dixit Iſaias capite 23. poſt. 70. annos reſtituendam, & de Ægypto Ezechiel capite 29. tranſactis 40. annis ad illam, gentem eius reducendam. Præterea ante Chriſti aduentum, imo ante Machabæorum ætatem, in ſuam patriam reſtituti ſunt Moabitæ: ergo de ea reductione loquitur noſter propheta. Conſtat id ex prophetia Sophoniæ qui capite 2. verſu 9. poſt Moabitarum ſubuerſionem enarratã, ſubiicit, Reliquiæ populi mei diripient eos: reliquias autem populi vocat Machabæos: tunc ergo regio illa ad ſtatum priſtinum erat reducta. Sic enim dicitur 1. Machab. 5. 24. Iudas Machabæus, & Ionathas tranſierunt Iordanem, & abierũt in Galaaditum &c. Ioſephus quoque libro 13. Antiquit. capite 21. de Alexandro Machabæo ſic ait: Deuictis deinde Arabibus tributa Moabitis, & Galaaditis imperauit. & capite 23. Per hæc, inquit, tempora iam & Sirorum, & Idumæorum, & Phœnicum vrbes tenebant Iudæi, & Moabiticas vrbes, Eſebonem, Medabam Lembam, Oranas, Telithinem Iaram, Aulonem, Cilicium, Pellam. libro etiam 1. de bello Iudaico capite 3. Galaaditis, inquit, ac Moabitis ſubactis, tributoque his impoſito, ad Amathonta regreſſus eſt. Demum quia non ſemel prophetæ Dei nomine promittunt reducendam captiuitatem populi eius: & hoc impletum eſſe dicimus in reditu è Babylone: ergo ſimiliter de reſtitutione aliarum gentium hæc verba ſunt intelligenda. Quæ licet vera ſint, non negauerim tamen promitti gentium ſpiritualem reductionem ad Chriſtum: quemadmodum populo Iudæorum ſub reditu è Babylone, reditus ad Chriſtum è ſua ſpirituali captiuitate prænuntiatus eſt.

Moabitæ Chriſto adhærebũt. Sophon. 2. 9.

De reditu ad patriam Moab explicãt alij.

Ierem. 25. 11. Ierem. 28. 13.

Iſa. 23. 11. Ezech. 29. 13.

Sophon. 2. 9.

1. Mach. 5. 24.

Ioſephus

32 *Hucuſque.*] Hucuſque iudicium Moab, nomine iudicij, Hebraicè Miſpat, licet multa ſignificata contineantur, ſed hoc loco, illud rectius intelligimus, quod pœnam, ſuppliciumque deſignat, nempe, ſententiam mortis, quam Lucas capite 24. damnationem mortis appellat, & Paulus 2. ad Corinth. reſponſum mortis, nam latiſsimè in hoc capite Ieremias, profert iuxtam ſententiam contra Moab: ſententiam quidem adſignans ſupplicium totius prouinciæ euerſionem: iuſtam autem, eius grauiſsima delicta in medium adducens, quæ impulerunt prophetam vt tanta verborum copia, tot modis, ac ſtemmatis, tam longis circuitibus in vniuerſas vrbes Moabitarum inuectus, longiſsimam ſtruxerit inuectioam, & ad tædium leniendum adiecit: Hucuſque iudicia Moab: quaſi dicat: Ne mireris tam longis ambagibus hoc argumentum verſaſſe: cum delicta Moabitarum id mereantur: & pœnarum grauitas illis definita id poſtulauerit.

Iudiciũ eſt ſententia.

Luca. 24. 20. 2. Cor. 1. 9.

Et ſane præter illud commune cum gentibus ceteris delictum, inſultandi populo Dei corruenti euntique in captiuitatem, duo præcipue in hac vniuerſa prophetia de Moab inculcat propheta: quæ hunc populum grauiora merentem ſupplicia faciunt, quam reliquas gentes: ſuperbiam videlicet, & quæ eam conſequitur, adurente omnia libidine. Cum enim terra illa & virtute præſtaret propter vrbium ſitum, & munitionem; & agrorum vbertate, ob aquarum multarum copiam, & ciuium opulentiam ex abundantia fructuum profectam, nimirum ſi ſuperbiret, & cæteras gentes pro nihilo haberet. His autem ſubſtratis fundamentis templum erigitur Chamos, his præmiſsis præparamentis, quiſnam Deus colendus eſſet, niſi Cupido aut Priapus? hac lignea materia parata, deſiccata, furnax Babylonicus accenditur, ignis, inquam, vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Iob. 31. ventus eſt, ipſum Dei paradiſum adurens, Dei videlicet populum.

Duo vitia Moab ſuperbia & luxuria.

Iob. 31. 12.

Numer. 2.5. Si quidem de conſilio Balaam Moabitides mulieres ſacerdotes Beelphegor, Numer.25. Iſraelitas ad libidinem, & vt Deo ſuo Cupidini genua flecterent adduxerunt, & initiati ſunt Beelphegor. Ita populus ille ſuperbus, viliſſimo Priapo ſe ſubiiciebat, & otio, ac ventri ſe dedebat. Merito ergo tam ſerio, ac tam multis, hæc duo Moabitarum delicta toti mundo manifeſtat, & ſupplicia eis debita ſubiicit, quæ ſingulis eorũ ciuitatibus infligenda erant: & ſuffugia omnia liberationis occludit, vt doceat meritam iram Dei in eos omnes, qui his criminibus inficiuntur: nam accerrimis eiuſmodi tradet militibus dæmonibus, qui poſſint cum ipſo igni in celeritate, & efficacitate puniendi certare: qui eos Moabitas deuorent, & ſua feritate conſumant: & de robore gloriantes, imbecilles, de vbertate ſteriles, de opulentia inopes reddant, & infelices, & tot ad luxuriam habentes præparamẽta, igni diſcrutiandos obiiciãt, & hoc erit iudicium Moab ſuperbi, ac libidinoſi: hæc mortis ſententia, hæc iuſta, & digna meritis condemnatio.

Vnum reſtat, ad finem huius prophetiæ declarãndum, quando videlicet completa ſit: Sed reſpõdimus iam in cap. 47. contra Philiſtæos, adducto ad id Ioſephi teſtimonio, qui anno 23. Nabuchodonoſoris ait ſubuerſos Moabitas. Sed Iſaias ca.16. videtur nobis id tempus definiſſe, ait enim: Et nunc locutus eſt dominus dicens: In tribus annis quaſi anni mercenarij auferetur gloria Moab, ſuper omni populo multo, & relinquetur paruus & modicus, nequaquam multus: in quæ verba ſic ait Hieronymus: Poteſt & de Babylonica captiuitate prædici, quod poſt captam Ieruſalem tranſitis annorum trium curriculis, Moab à Chaldæis vaſtanda ſit. Quouſque vero durauerit hæc Moabitarum vaſtatio, ex iis quæ ſupra diximus numero 32. facili negocio colligi poteſt. *Tempus completionis huius prophetiæ. Ioſephus Iſa.16. 14.*

PARAPHRASIS.

SIc locutus eſt dominus per Ieremiam de filiis ' Ammon. Numquid deſunt Iſraeli filij, aut hæredes, qui ſuccedãt tribui Gad? cur ergo ' Melchõ Deus Ammonitarum occupauit Gad, & illius populus huius tribus vrbes inhabitat? Propterea ego faciã, dicit dñs, non poſt multos hos dies, audiri in ' Rabbath metropoli Ammonitarum clamorem bellicum, & vaſtabitur, ac in tumulum redigetur, & villæ eius ſuccendentur à Chaldæis: & Iſraelitæ tandẽ eis dominabuntur quos prius dominos habuerant, ſeque poſſederant. Vlula præ pauore Heſebon, quia vrbs ' Hai iam capta eſt. Clamate omnes [7] villæ Rabbath, accingite vos ſaccis, plangite, & per pagorũ ſepes oberrate deflentes Melchom veſtrum Deũ: quia cum ſacerdotibus ſuis ac principibus iam iam à Chaldæis ducetur in captiuitatem. Quid gloriaris de valliũ tuarum vbertate, & amænitate, defluent valles tuæ [8] ô rebellis, ac delicata Ammon, occiſorum tuorum ſanguine, quæ theſauris tuis confiſa dicere ſolebas, Quis nociturus ad me audebit accedere? Ego certe, ait dominus exercituum, inducam ad te accerrimos milites ex omnibus regionibus tibi finitimis, qui terrorẽ tibi incutiant, & ſinguli ex ciuibus tuis, propellentur in regionem ſuis oculis obiectam, vbi neminem inuenient qui vagè fugientes hoſpitio excipiat? Sed poſt hæc ' reuertentur captiui Ammonitæ ad terram ſuam, à me liberati, dixit dominus.

CAP. QVADRAGESIMVM NONVM.

à Verſu 1. ad 6.

AD filios ' Ammon, Hæc dicit 1
dominus: Numquid non filij
ſunt Iſrael, aut heres non eſt
ei? cur igitur hæreditate poſſedit ' Melchom, ' Gad: & po-
pulus eius in ædibus eius habitauit? ‖ Ideo 2
ecce dies veniunt, dicit dominus: & auditum faciam ſuperbi [4] Rabbath filiorũ Ammon fremitum prælij, & erit in tumultum
diſſipata, filiæque eius igne ſuccendẽtur, &
[5] poſſidebit Iſrael poſſeſſores ſuos, ait Do-
minus. ‖ Vlula Heſebon, quoniam vaſtata 3
eſt ' Hai: clamate ' filiæ Rabbath, accingite
vos ciliciis: plangite, & circuite per ſepes:
quoniã Melchom in tranſmigrationẽ ducetur, ſacerdotes eius, & principes eius ſi-
mul. ‖ Quid gloriaris in vallibus? Defluxit 4
vallis tua filia delicata, quæ confidebas in
theſauris tuis, & dicebas: Quis veniet ad
me? ‖ Ecce ego inducam ſuper te terrorem, 5
ait dominus Deus exercituum, ab omnibus
qui ſunt in circuitu tuo: diſpergemini ſin-
guli à conſpectu veſtro, nec erit qui con-
greget fugientes. ‖ Et poſt hæc reuerti faciã 6
captiuos filiorum Ammon, ait dominus.

ARGVMENTVM.

PRænunciat Ieremias quinque gentium vaſtitatem, & exdicium per Nabuchodonoſorem exequendum, Ammonitarum Idumæorum, Damaſcenorum, Cedaritarum, & Elamitarum: exorditur autem ab Ammonitis.

COMMENTARIVS.

Ammonea prouincia deſcriptio. 1 AMMON.] Filius fuit Loth ex minori filia genitus, vt dicitur Geneſis 19. ſuoque nomine prouinciam denominaoit eam Arabiæ partem, quæ procurrit ad radices mōtis Galaad, à *Gen. 19 35.* meridie ad ſeptētrionem, toto illo tractu, qui ſupra regnum Sehonis Amorrhæi extenditur à ciuitate Aroer fluuio Arnon adiacenti, vſque ad Abelceramin, vt dicitur Iud. 11. 33. *Iudic. 11 33.* aut vſque Manhanahim, vt dicitur Ioſue 13. 26. *Ioſue 13 26.* & ſeſe demittit verſus occidentem ſecundum ripas fluuij Ieboc, qua à ſuo ortu longo tractu Septentrionem verſus fertur: nam eo curſu regni Sehonis partem ab Ammonitis ſecludit, & hoc eſt quod dicitur Deuteron. 3. 17. *Deuter. 3. 17.* Ieboc eſt terminus filiorum Ammon. & cap. 2. 37. *Deuter. 2. 37.* Abſque terra filiorum Ammon, ad quam non acceſſimus, & cunctis, quæ adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuerſiſque locis, à quibus nos prohibuit dominus Deus noſter: prohibuerat autem in eo ipſo cap. verſ. 19. dicens: & accedens in vicina filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, nec mouearis ad prælium, non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filiis Loth dedi eam in poſſeſſionē. Vnde regnum Sehonis ad auſtrum ſeruabatur à Moabitis fluuio Arnon, ad aquilonem vero fluuio Ieboc ab Ammonitis. Habuit autem primariam ciuitatem hæc prouincia Ammon, ſeu Rabbath, de qua ſtatim dicemus. Et ſi vero metropolis, vt ipſa regio diceretur Ammō, ſermo noſtri prophetæ nō ad ſolam ciuitatem, ſed ad prouinciam vniuerſam inſtituitur: Nam vti vniuerſa *Contra Ammō ſcripſerunt Amos Sophonias. Ezech.* deliquit, vniuerſæ ſupplicium denuntiatur. Sumpſerunt autem hoc ipſum argumentum Amos capite. 13. Sophonias capite 2. 8. & Ezechiel cap. 21. 20. & 25. 2.

Melchō idolum. 2. *Melchom.*] Nomen eſt idoli Ammonitarum, de quo late diſſeruimus ſuper c. 7. vt ocioſum videatur quicquam addere: ac pro idolo hîc accipi, & eo nomine per Metonimiam gentem Ammoniticam intelligi communis ſentētia eſt interpretum, & expoſitorum. Chaldæus tamen, Pagninus, & Iſidorus à quibus non diſſentiunt Lyra, & Dionyſius, ſignificare putant regem Ammonitarum, quod Latiò è conuerſum nomen hoc Melchom, idem ſit quod rex eorum. Sed præſtat nomen eſſe idoli, quod poſſediſſe dicitur per tropum terram tribus Gad, quemadmodum Iepte Iudic. 11. 24. *Iudic. 11 24.* eiſdem Ammonitis dixit. Nonne ea quæ poſſidet Chamos Deus tuus tibi iure debentur? Quæ autem dominus Deus noſter victor obtinuit in noſtram cedent poſſeſſionem. Vbi Deus Chamos dicitur poſſediſſe quæ Ammonitæ poſſidebant. Conſueuere autem his tropicis locutionibus vti prophetæ, quod iocundiores ſint: & ne vlla gens dubitet Deo accepta deberi, quæ populus obtinet.

3 *Gad.*] Vt culpam, quam Ieremias coniicit in Ammonitas, intelligamus, ſcire oportet Moſem *Culpa Ammonitarū detegitur.* diſtribuiſſe tribui Ruben, Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe duo regna, quæ erant trans Iordanē, regnum Sehonis Amorrhæi, & regnum Og regis Baſan, vt refertur Numer. 32. 33. *Numer. 32. 33.* eo ordine, vt Rubenitæ occuparent regnum Sehonis inter tres amnes inſulæ modo ſitum, nam ab oriente montibus Arabicis, ſeu monte Galaad terminari, duobus fluuiis ex illis profluentibus, concluduntur, Arnone auſtrali, & Iobacho aquilonari, & occidentali Iordane, in quem duo illi exſudant, vt breuib⁹ deſcribit Ioſephus l. 4. Ant. c. 5. *Ioſephus* Deinde verſus Septentrionem ſuam poſſeſſionem obtinuerunt Gaditæ, confines ab oriente Ammonitis, ſe ſeque extendentes verſus occidentem vſque ad mare Tyberiadis & Iordanem, vbi in eum effunditur fluuius Ieboc: ſecundū latitudinē producūt ſuos fines à fluuio Ieboc, qui eos diuidit à Rubenitis vſque ad Ramoth Galaad, quæ ſita ad montem Galaad, diſtabat à Rabbath Ammonitarum quindecim paſſuum millibus, vt notat Euſebius *Euſebius.* in libro de locis Hebraicis. Inde ſequebatur poſſeſſio Manaſſenitarum verſus Septentrionem, vt colligitur ex Ioſue 13. *Ioſue 13. 29.* Gaditę igitur medij iacebāt inter Rubenitas, & Manaſſenitas, & ab oriente fines habebant communes cum Ammonitis: Vndè quia proximi illis erant, in eorum terrā excurrebant aliquādo. *Iudic. 10. 17.* Nam Iudic. 10. 17. filij Ammon in Galaad fixere tentoria, *Iudic. 11 11.* volentes vindicare terram illam è manibus tribuum Ruben, Gad, & Manaſſe, conclamantes à ſuis maioribus vſurpatam: ſed expulit eos Iepte Galaadites, vt refertur in capite 11. Iudicum. *1. Reg. 11. 1. 2. Paralip. 20. 26.* Deinde 1. Reg. 11. Naas Ammonites inuaſit Iabes Galaad: ſed percuſſus à Saule aufugit. *4. Reg. 24. 2.* Contra Iudam autem, & regem Ioſaphat inſurrexerunt Ammonitæ cum Moab. 2. Paral. 20. ſed ipſi ſeipſos interfecerunt. Et latrunculi Moab, & Ammon tempore Ioakim immiſſi à Domino diſperdiderunt Iudā, vt refertur 4. Regum 24.

Ammonitarum duplex ſcelus. Sophon. 2. 8. Ezech. 25. 3. Prophetæ autem duplex genus delictorum Ammonitarum deſignant: alterum increpant Sophonias ca. 2. & Ezechiel c. 25. quod inſultauerint Iu-

alieni vinum tuum, in quo laboraſti. Profectò illi cum alienis comedunt triticum, & vinum bibunt qui meretricibus, & lenonibus, & filijs huius ſæculi communicant: & ſuis opibus ad delicias vtuntur, & ad fouenda vitia; illi autem cum Chriſto comedunt, & cum diſcipulis eius, vt fecit Mathæus cap. 9. qui pauperibus illa diſtribuunt & egentibus ea largiuntur: Nam vt ille dixit Matth. 25. quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.

Piorum opibus Chriſtus paſcitur.

Math. 9.

Mathæi 25. 40.

9. *Reuerti.*] Theodoretus, Hugo, Lyra, & Dionyſius de temporali reditu Ammonitarum ad terram ſuam captiuitate ſoluta, intelligunt, ne ſuperbiant Iudæi, quaſi ſoli tegrellium ſint adepturi. Nec obſtat quod dicit Ezechiel cap. 25. 10. vt non ſit vltra memoria filiorum Ammon in gẽtibus: nam his verbis hoc tantum ſignificatur, Ammonitarum prouinciam ita delendam à Chaldæis: vt nulla maneat gens Ammonitica Rempublicam gerens: ſed nihilominus ſuo tempore inſtaurabitur, vt ſupra diximus de Moab. Rabanus Vatab. & Iſidorus hoc dictum explicant de negocio Euangelico, & de reuerſione ad finem, pie admodum & non improbabiliter.

Ammonitarũ reditus.

Ezech. 25. 10.

CAP. QVADRAGESIMVM NONVM.

à verſu 7. ad 23.

7 AD[11] Idumæam: Hæc dicit dominus exercituum: Numquid non vltra eſt ſapientia in [1] Theman? Periit conſilium à filijs, inutilis facta eſt
8 ſapientia eorum. ‖ [12] Fugite, & terga vertite, deſcendite in voraginem habitatores Dedan: quoniam perditionem Eſau adduxi ſuper eum, tempus viſitationis eius.
9 ‖ Si [13] vindemiatores veniſſent ſuper te, non reliquiſſent racemum: ſi fures in nocte, ra-
10 puiſſent quod ſufficeret ſibi. ‖ Ego vero diſcooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius, & celari non poterit: vaſtatum eſt ſemen eius, & fratres eius, & vicini eius, & [14] non
11 erit. ‖ Relinque pupillos tuos: ego faciam eos viuere: & viduæ tuæ in me ſperabunt.
12 ‖ Quia hæc dicit domin⁹: [3] Ecce quibus nõ erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent: & tu quaſi innocens relinqueris?
13 non eris innocens, ſed bibens bibes. ‖ Quia per memetipsũ iuraui, dicit dominus, quod in ſolitudinem, & in opprobrium, & in deſertum, & in maledictionem erit: ‖ [16] Boſra, & omnes ciuitates eius erunt in ſolitudi-
14 nes ſempiternas. ‖ Auditum [1] audiui à domino, & legatus ad Gentes miſſus eſt: Congregamini, & venite contra eam, &
15 conſurgamus in prælium. ‖ [1] Ecce enim paruulum dedi te in gentibus, contempti-
16 bilem inter homines. ‖ [17] Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis: cum exaltaueris quaſi aquila nidum tuum, inde detraham te, di-
17 cit dominus. ‖ Et erit Idumæa deſerta: omnis qui tranſibit per eam: ſtupebit, & ſibila-
18 bit ſuper omnes plagas ei⁹. ‖ Sicut ſubuerſa eſt Sodoma, & Gomorrha, & vicinæ eius, ait dominus: non habitabit ibi vir, &
19 non incolet eam filius hominis. ‖ Ecce quaſi [10] leo aſcendet de ſuperbia Iordanis

PARAPHRASIS.

Sedeciæ anno 2.

COntra Idumæam ſic ait dominus exercituum. Quid eſt quod non eſt ſapientia in [11] Theman, nec vllum in filijs eius conſilium, quo ſe poſſint a Chaldæis tueri, qui prius de ſapientia ſua gloriabantur? [12] fugite habitatores Dedan, terga vertite, recedite ad valles veſtras ſteriles, in eis vt habitetis, ſi per hoſtes vobis licuerit: quia definitam contra Idumæam calamitatem propediem adducam, & tempus, quo affligenda eſt. Si [1] vindemiatores veniſſent contra eam, an non reliquiſſent racemos aliquos? & ſi fures noctu in illam irruiſſent, rapuiſſent quidem, quod ſibi ſufficere putarent: Ego vero diſcoperiam totam Idumæam, & omnia eius abdita ita reddam hoſtibus eius patentia, vt nihil eis poſſit celari: vnde filij eius peribunt, fratres cum vicinis ſuis, nec [1] ſupererit vnus qui dicat alteri, relinque mihi pupillos tuos, ego enim educabo illos, tuaſque viduas committe mihi, nam ego earum curam geram. Sic namque dixit dominus, Ecce [15] Iudæi, qui opinione ſua indignos ſe iudicabant, liberè irati Dei calicem, primi ſunt bibituri, & tu immunis remaneres? non manebis certe immunis, ſed abſque dubio bibes. Per memetipſum iuro, ait dominus, quod in ſolitudinem redigetur [16] Boſra, & in deſertum, & opprobrio, & execrationi ſubijcietur, & vrbes omnes ei ſubditæ erunt perpetuo deſolatæ. [17] Reuelauit mihi dominus Idumæam expugnandam fore à Chaldæis, & eum miſſum ab eo legatum, ad gentes, qui his verbis adhortetur eas, congregamini, & venite contra eam, & conſurgite omnes ad prælium. [18] Ecce ô Edom cum minimus ſis inter omnes nationes, & deſpicabilis inter omnes homines, [19] arrogantia tua decipiens, & quæ in corde radices egit ſuperbia, iactas te habitare in cauernis, quaſi in turribus è petra extructis, & in collis altiſſimo vertice. At quamuis exaltaueris velut aquila nidum tuum, inde tamen detraham te, & manebis deſerta, vt omnis, qui per te tranſierit ſtupeat, ac cum ſibilo admiretur omnem tuam calamitatem: & quemadmodum Sodoma, & Gomorrha ſubuerſis cum vicinis alijs ciuitatibus, nullus manſit incola in eis: ſic nullus hominum in te

habitabit Idumeæ, neque vllus mortalium incolet te. Nam vt ferox [19] *leo aſcendet ad te Nabuchodonoſor de Iudæa, quem tumidos influit Iordanis, ad pulcra, ac munitiſſima habitacula tua:* [1] *quamcitiſſimè eum venire faciam ad ea deuaſtanda:* [22] *quem autem elegero vt tantæ rei conficiendæ præponam niſi Nabuchodonoſorem? quis vero tam potens eſt ad hæc perficienda vt ego? aut quis eſt qui mihi ſeſe opponat? aut ex regibus quis audebit mihi reſiſtere? Audiant igitur omnes conſilium domini, quod cœpit contra Idumeam, & cogitationes quas cogitauit contra Theman.* [3] *Non habear Deus, ſi non raptauerint eos viliſſimi Chaldæorum, niſi cum eis deſtruxerint habitacula eorum: cum concident propter ſtrepitum cõmouebitur terra: & clamor quem edent in mari* [24] *rubro exaudietur. En veluti aquila hoſtis aſcendet, inuolabit, expanderque alas ſui exercitus ſuper Boſram: & tunc quidem cor fortium Idumeæ inſtar erit cordis mulieris anguſtijs partus comprehenſæ.*

ad pulchritudinem robuſtam: quia [21] ſubi-
to currere faciam eum ad illam: [2] & quis
erit electus, quem præponam ei? quis enim
ſimilis mei, & quis ſuſtinebit me? Et quis
eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo?
‖ Propterea audite conſilium domini, 20
quod iniit de Edom: & cogitationes
eius, quas cogitauit de habitatoribus
Theman. [2] Si non deiecerint eos paruuli
gregis, niſi diſſipauerint cum eis habi-
taculum eorum. ‖ A voce ruinæ eorum 21
commota eſt terra: clamor in mari [24] ru-
bro auditus eſt vocis eius. ‖ Ecce quaſi 22
aquila aſcendet, & auolabit: & expandet
alas ſuas ſuper Boſran: & erit cor fortium
Idumææ in die illa, quaſi cor mulieris
parturientis.

COMMENTARIVS.

Idumea deſcriptio. 10. IDVMÆAM.] Eſau filius Iſaac alio nomine dictus Seir, & Edom, prouinciam Edom, ſeu montem Seir denominauit, quam Græci vocarunt Idumæam, & poſtea dicta eſt Gabalena in finibus Eleuternpoleos, vbi antea habitauerunt *Hieron.* Horthæi, vt aſſerit Hieronymus in Abdiam, & non ſemel in libro de locis Hebraicis. Situm habet ad meridiem Orientalem Iudeæ, inter Moab, & Ægyptum: porrigiturque verſus occaſum, habuitque ciuitates Mareſam, Rhinocoruram, Gazam quoque, Anthedonem, Aſcalonem, & Azorum. Verſus Orientem attingit Moabitas, ſiquidem Elath ciuitas Eſau, & principum Edom, vt ait Hieronymus in libro de locis, in decimo eſt à Petra milliario contra Orientem: conſtituta ad medium maris mortui in littore Orientali, poſtea dicta Moaera, vel Crak, duabus leucis ab Areo*Broccardus.* poli diſtans, vt ait Broccardus in deſcriptione terræ ſanctę cap. 7. Habet ad occaſum deſertum Sin, *Numer. 34. 3.* nam Numer. 34. 3. dicitur de Iudæa, pars meridiana incipiet à ſolitudine Sin, quæ eſt iuxta Idumęã, & habebit terminos contra Orientem mare ſal*Ioſ. 15. 1* ſiſſimum. Et Ioſue 15. 1. Sors filiorum Iudæ deſcribitur, à termino Edom deſertum Sin contra meridiem, & vſque ad extremam partem Auſtralis plagæ: vnde Iudæa ab occaſu, & meridie confinis eſt Idumeæ. Verſus Septentrionem confinis eſt Moabitis, qui incolunt regionem vſque ad mare mortuum, quod etiam attingit Idumæa. Ad meridiem verò magnam habet Arabiam Peluſiũ verſus, & vſque ad rubrum mare extenditur. Erat autem regio præaltis edita montibus, & vrbibus fortibus munita: & ſi Hieronymo credimus, vrbs in ea erat commoni prouinciæ nomine dicta Idumæa in monte ſita, qui dicitur mons Seir: ſic ille ait ſuper Abdiam: erat & alia ciuitas Boſra nominata, de qua poſtea. Ieremias vero non in vrbem, *Amos 1. 11.* ſed in prouinciam vniuerſam inuehitur: quod capitali odio proſequerẽtur Idumæi Iudæos: vt alij *Abdias.* prophetæ explicuerunt. Noſter enim Propheta *Ezech. 25. 12.* pœnam tantum denunciat, culpæ non meminit: *Pſal. 136. 7.* eam tamen tradidere Amos cap. 1. 11. Abdias, Ezechiel 25. 12. & Pſalmus 136.

11 *Theman.*] Theman regio eſt Idumeæ vergens *Themã.* ad Auſtralem plagam: diciturque & Daron, & Nageb, eo quod Eurum, & Auſtrum, Africumque reſpiciat, vt ait Hieronymus in cap. 1. Amos. Vrbs in ea erat dicta Theman, à Theman Eſau ex Eliphaa nepote, vt colligitur ex Gen. 36. 11. vnde or- *Gen 36. 11.* tus eſt Huſam rex Idumeæ, vt ibidem dicitur v. 34. & Eliphaz Themanites amicus Iob. Celebratur autem in ſcripturis ſapientia Themanorum: & aliqua ex parte cognoſcimus ex ſermone Eliphaz, quem habuit cum Iob cap. 4. & 5. 15. & 22. *Iob 4. 5. 22.* ſed nihilominus inſipientia eſt apud Deum, nec enim ſe tueri valuerunt ſuis conſilijs, ne traderentur Nabuchodonoſori diuinæ iuſtitię vindici. 12. *Fugite.*] Hebraicè habetur ad verbum: Fugite, verſi ſunt, profundauerunt ad habitandum habitatores Dedan. Et quidem Dauid Kimhi, Vatablus, & Iſidorus iuxta lectionem Hebræam ita exponunt, fugite habitatores Dedan, quia hoſtes verſi ſunt: nam quo vos caperent, & vrbes veſtras ingrederentur ad habitandum in eis, profundum, callidumque conſilium inierunt, ſimulantes fugam, at poſtea conuertentur in vos, cogentque ad fugam. Iſidorus verbum, profundauerunt, explicat, fundamenta iecerunt habitationis, quaſi dicat: Fugite, quia hoſtes veſtri conuerſi ſunt, vt incolant terram veſtram vobis expulſis. Septuaginta tamen, Vulgatus, Chaldæus, & Tigurina, præterita illa in imperatiua conuèrterunt. Fugite, vertite terga, vel migrate: profundate, hoc eſt, profundum facite vobis in ſeſſionem, vt Lxx. vel longe recedite vt habitetis, vt Chaldæus, vel deſcendite in voraginem, vt vulgata editio, aut in valles vna demergite ad habitandum. Et eſt ſenſus communior Theodoreti, Hugonis, Lyræ, & Dionyſij: Fugite, ò habitatores Theman, terga vertite, & in antra, locaque ſubterranea deſcendite, intra petras, vt in eis habitetis, expulſi ab vrbibus vaſtãdis à Chaldæis, vel antequam veniant, ne egredi compellamini cum vitæ periculo: poteſt & ſic verbum, profundate, explicari, deſcendite de rupibus, aut montibus, in quibus modo habitatis, in infimas valles, & fertiles, nempe in villas, & pa-

ga-

gos, vbi vos liberetis, & cuſtodiatis, vel fugite, ac A longè recedite, ne hoſtes vos obuios habeant. Eſt autem Dedan Idumeæ vrbs, ſicut & Theman, metropolis, in quarto milliario à Metalloſeno auctore Hieroaymo in libro de locis Hebraicis: & ſuper 25. Ezechielis, qoi verſu 13. meminit vtriuſque dicens: A Theman Dedā vſque gladio cadēt.

Dedan vrbs.

13. *Vindemiatores.*] Abdiæ verba vſurpauit Ieremias ita dicentis. Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem, qoomodo conticuiſſes; nonne furati eſſent ſufficientia ſibi? ſi vindemiatores introiſſent ad te, nūquid ſaltem racemum reliquiſſent tibi? Quomodo ſcrutati ſunt Eſau, inueſtigaueront abſcondita eius? Quorum verborum hic ſenſus eſt. Si fures, vel latrones, qui de nocte ſolēt domos ſuffodere, ad te introiſſent, to quidem præ timore tacuiſſes, nec illis obſiſtere auſus fuiſſes: & B nihilominus hoc tuliſſent quod ſibi putarēt poſſe ſufficere: aliquidque in ædibus tuis, vel per ſatietatem, vel per ignorantiam tibi reliquiſſent: & ſi veniſſeot vindemiatores ad viudemiandam vineā tuam, racemos aliquot vitibus, foliiſque celatos inter palmites reliqoiſſent. At cum Chaldæi venient contra te, ô Edom, quomodo perueſtigabunt omnes tuas diuitias quātumuis reconditas, & detectas eripiēt, nihil tibi relinquentes. Atque ita verba hæc facta per interrogationem omnes expooont: & ſimiliter verba noſtri prophetæ ad eundem ſenſum interpretantur Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus cum Tigurina, & Iſidorus: oſtendere etenim vult calamitatem Idumæis à Chaldæis inferendam, quacunque alia grauiorem futuram: quod alij omnes, qui varijs incurſionibus damno aliquo, oon tamen excidio C læſerunt Idumæos incautos, non omnia prædati ſint. At Chaldæi aperto marte ingredientur, & quantumcumque ſe ſoaqoe abſconderint Idumæi, & in ſpeluncas abdiderint: detegentur vniuerſa, & vniuerſa duripient nihil, vel tanquam occultum, vel tanqnam ſibi noo neceſſariom relinquentes. Quemadmodum quamplorima abſcōduntur hominibus, etiam accurate perquirentibus, quæ nequeunt ſua inueſtigatione aſſequi in aliis hominibus, & nocentes, ac iniuſtos, innocentes, & iuſtos arbitrantur, & iudicant, quos tamen Deus cordium ſcrutator, & renum, ita ad viuum penetrat, cognoſcit, & iotuetur, vt nihil eum celari poſſit, neque per ſatietatem, neq; per ignorantiam: nullis ſub frondibus hypocriſis, nullis ſob palmitibus actionum exterius iuſtarum, nihil ſub tenebris noctis latitans, aut ſpeluncatum, eius D cōſpectum fugere poterit. Nihilominus Septuaginta, Vnlgatus, Chaldæus, Pagninus, & alij ex Hebræo hæc transferuut ſine ioterrogatione: quaſi velit, vt ait Theodoretus, his duabus ſimilitudioibus ſignificare propheta, hoſtes omnia prædaturos, & depopulaturos: quemadmodom vindemiatores nullom in vinea relinquunt racemum, & fures rapiunt quod ſufficit ſibi. Verum cum Ieremias idem velit oſtendere quod Abdias; & in ſecunda ſimilitudine id demonſtret, cum dicit, rapuiſſent quod ſufficeret ſibi, hoc eſt, non omoia rapuiſſent, ſed aliquid reliquiſſent: & particula, vero, cū ſubdit, ego vero diſcooperui Eſau, augeat rationem ſupra ea, quæ dicta ſunt: neceſſario in priori ſimilitudine, non omnimodo negatio eſt conſtituenda, quaſi nihil vindemiator reliquiſſet: ſed per interrogationem eſt aliquid aſ-

Abdiæ verba Ieremias vſurpat.

Deo nihil abſcōditū hominibus multa celātur.

A firmandum, quod aliquis racemus ſubter frondibus fugiſſet aſpectū, & manus vindemiatoris: quod non continget in deprædatione Idumeæ per Chaldæos facienda: qiubus nihil celandum eſt.

14. *Non erit.*] Verbom illud, & non erit, Vatablus, & Iſidotus volunt connectere cum ſequenti clauſula: & non erit, ſupple, qui dicat ſaucio, & pene moribundo, relinque mihi liberos tuos, ac viduas, & ego curam eorum geram; vt oſtendat neminem ſuperſtitem relinquendum: vt prænunciauit Daoid Pſal. 136. cùm dixit: Memor eſto, domine, filiorum Edom in die Ieruſalem. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Et Abdias 18. Et non erunt reliquiæ domus Eſau, quia dominus locutus eſt. Vnde Theodoretus putat hęc per ironiam dicta, ſaltem, inquit Deus, B pupilli tui, ac viduæ relinquantur, ſi potueris, & ego curam eorū geram. At nullus ipſorum ſuperſtes erit: probat, quia ſi innocētes punio, tu, ô, Idumęa cum filiis tuis liberareris? minimè gentium. Reliqui interpretes cum ſuperioribus coniūgunt verbis, & non erit, hoc eſt, filij cum fratribus, & vicinis peribunt, nullo ſuperſtite; ſeqoentia verò verba, potant eſſe verba Dei, vel loquentis ſuo populo Iſraëli, ſuam curam pollicentis ſuſtentandi orphanos eius relictos, ac viduas, vt vult Chaldæus. Vel potius Idomeæ ſuam clementiam promittentis, cuſtodiendi imbecilles eius perſonas, nempe popillos, & vidoas, vt explicant Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius. Sed huic obſtat, qood, vt diximus, Deus comminatus eſt neminem in Idumæa relioquendum: Deinde, quia ſi filij, & vi- C duæ Iudæorum etiam ſunt puniti: cur eximerentur Idumæi, vt ſtatim dicit Ieremias: Eſt igitur prior ſenſus ſimplicior, ac verior: nemo enim erit qui redimat, neqoe qui ſaluum faciat, aut eripiat è maoibos Chaldæorum.

Lectio varia.

Pſ. 136. 7.

Abdiæ 18.

15. *Ecce.*] Comparat Idumæns com Iudæis, vt volunt Rabanus, Vatablos, & Iſidorus. Iudæi calicem biberunt, & ſupplicium ſubierunt, cum eſſent populus Dei: cui propterea æquum fuerat pepercisse: & tu Idomæa, quæ ſemper Deom, & eius populum auerſata es, immunis ab tuo ſupplicio remanſiſſes? Theodoretus, Hugo, Lyra, & Dionyſius comparationem dicunt fieri non inter vniuerſum populum Iudæorum, & Idumæā: quia reuera populus ille rebellis grauiori affici merebatur ſupplicio, quam gentiles, quanto grauins peccat fidelis in Chriſtum ſummum bene- D factorem, quam infidelis. Sed inter viros iuſtos, & innocentes Iudæorum, qui eidem ſubiecti fuot captiuitati, ac ceteri nocentes, & iniuſti, quales fuere Daniel cum ſociis, Ezechiel, Ieremias, Baruch, & ſimiles alij: nam ſi hi non ſunt à bibendo calice iræ domini exempti, cur eximerentur Idumæi? Et ſi vis extendere argumentum ad diuinam conſuetudinem, qua ſolet Deus iuſtum affligere cum impiis, iuxta illud Ezechiel. 21. Eijciam gladium meū è vagina ſua, & occidam in te iuſtum, & impium, erit ratio à comparatis: ſi quoties punio aliquam gentem, non eximo, iuſtum quemq; in ea repertum, quin ſimul puniam com impijs: cur ab hac lege eximeretur Idumæa, quæ multò magis meretur muniri quam ceteræ gentes? cur etiam pupilli eios, ac viduæ non captiuæ ducerentur à Chaldæis? nam hoc voluit affirmare, vt notauit Theodoretus. Igitur ſi in viride lignum

Argumenta à cōparato efficacia.

Ezech. 21. 3.

Luca 23. 31. iræ Dei ignis deſæuit, quidni deſæuiet in ſiccum? A
& ſi amici, aut ſerui fideles miſeris cruciatibus,&
Iuſti exercētur, & impij cruciantur. grauibus calamitatibus ſubijciuntur,& dæmoni-
bus exercendi permittuntur: quid fiet de inimi-
cis, & ſeruis inutilibus? nonne dæmonibus tra-
dentur perperuo cruciandi, ac puniendi? Super
bumum popoli mei vepres, & ſpinæ aſcendoot,
Iſ 32.13. dicitur Iſa.32. quanto magis ſuper omnes domos
Iob 1.1. gaudij ciuitatis exultātis? Iob vir iuſtus, & rectus
& timens Deum permiſſus eſt Satanæ poteſtati:
& Dauid vir ſecundum cor Dei, mulus eſt peri-
culis vitæ obiectus, & iuſtiſſimi qoique alij: &
quod eſt admirabilius, Pater filium ſuum Ieſum
morti tradidit ignominioſæ: cur impij, ac ioiuſti
liberi fuiſſent? cur non grauiſſimis pœnis obiecti
fuiſſent, & inferni carnificibus traditi: nam ſi in B
Luce 23 31. ligno viridi hæc fiunt, dixit ille, Lucæ 23. quid fiet
in ſicco?

Boſrah gemina. 16 *Boſra.*] Botſrah metropolis eſt Idomeæ. Putat
autem Hieron. vnam tantū fuiſſe vrbem dictam
Botſram in regione Moabitide: cum autem ſcri-
ptura indicat ſitam in Idumæa, nomen pro ipſa
Idumæa capi, ex ſignificato, quod munita valde
ſit: ſic Amos 1. Iſaiæ 34. & 63. Sed duas eſſe ciuita-
tes boc nomiue vocatas, in Moab vuam, in Idu-
mæa alteram, ex ſcriptura deducitur, nec poteſt
dubitari illam eſſe Boſor, cuius meminit Ioſue c.
Ioſ 20.8 20.8. cùm dicit: Trans Iordanem contra Orien-
talem plagam Iericbo ſtatuerunt Boſor, quæ ſita
eſt in campeſtri ſolitudine de tribu Roben. Et Ie-
Ierem. 48. 21. remias 48. 21. Iudicium venit ad terram campe-
ſtrem ſuper Carioth, & ſuper Boſra, & ſuper om-
nes ciuitates terræ Moab, dicit Iſa. 34. Hierony- C
mus, & Sophon. 2. Philadelphiam ſitam in Ara-
bia ſecundam poſt Boſram. Alteram ſitam in
Iſ. 34.6. Idumæa, tradit oobis in primis Iſaias cap. 34. 6.
cùm ait: Victima doonini in Boſra, & interfectio
Iſ. 63.1. magna in terram Edom: & 63.1. Quis eſt iſte, qui
veoit de Edō, tinctis veſtibus de Boſra? Et Amos
Amos 1. 12. capite 1. 12. cum loquitur de ſceleribus Idumeæ:
Mittam, ait, ignem in Theman, & deuorabit ædes
Boſræ: & noſter Ieremias hoc loco metropolim
facit, cum dicat: in ſolitudinem erit Boſra, & om-
nes ciuitates eius. Et ex hac oriundus fuit ſecun-
Iobab. dus rex Idumeæ Iobab, vt legimus Geneſ. 36.33.
Gen. 36. 33. ſignificat vero nomen, monitam, vnde Pſ.107. di-
Pſalm. 107.11. xit Dauid: Qojs deducet me vſque ad ciuitatem
munitam, quis deducet me vſque ad Idumæam?
Tum etiam vuis copioſa, & muſto, vt ſignificauit
Iſaias cap. 63. cum dixit: Quis eſt iſte, qui venit de D
Edom, tinctis veſtibus de Boſrah? Quare rubtum
eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua, tan-
quam calcaotium in torculari? De hac autem vr-
be munita, & vberi vitibos denunciat conuer-
tendam in ſolitudinem, hoc eſt, ita deſolandam,
vt ſolo æquetur in opprobrium, quia omnibus
erit ignominioſa, quæ prius glorioſa videbatur:
& in deſertuin, quia abſque vllo fructu, terra erit
ſterilis vt deſertum, & in maledictionem, quia
cuique dicetur, contiogat tibi vt Boſræ. Vnde
vrbes cauere ſibi debent exemplo Boſræ ne de-
uaſtentur: quemadmodum homines ante oculos
habere debent caſus miſerandos Dauidis, Salo-
Caſus homini miſerādi præ oculis habendi. monis, Iudæ, & ſimilium, qui cum inſtar eſſent
vrbium munitiſſimarum, & hortorum vberri-
morum, ita miſere corruerunt, vt & robur amiſe-
rint, & florentiſſimarum virtutum fructus: & in
deſertum ſterile, conuerſi fuerint, & in op- probrium, & maledictionem: & in prouerbium,
ac exemplum.

17. *Audiui.*] Eadem hæc verba habet Abdias: nā
vt Lectori compertum eſt, multa ex Abdia de-
ſumpſit Ieremias, licet ordine inuerſo: & quud
dixit Abdias de multis prophetis, quibus reuelata
eſt euerſio Idomeæ, aoditum audiuimus à domi-
no, boc de ſe dicit modo Ieremias. Auditum au-
dioi à domino, hoc eſt accepi à domino verbum *Auditum pro rumore.*
hoc, reuelata eſt mihi huiuſmodi res: nam audi-
tum pro re audita accipit, pro rumore, & fama, vt
apud Mat. 24. Audituri eſtis prælia, & auditiooes, *Mat. 24 6.*
ſeu rumores præliorum. Hoc eſt autem Ieremiæ
reuelatum à domino, miſſum iam eſſe legatum
ad gentes Chaldæas: & quanuis interpretes Hu-
go, Lyra, & Dionyſius ipſom Ieremiam intelli-
gant legatum miſſum, quia legunt, Et legatus ad
gentes miſſus ſom, quaſi miſſus ſit ad denuncian-
dum excidium Idumeæ: tameo ex vera lectione,
quæ habet, miſſus eſt, de alio loquitur. Et ſunt
quibus videatur metaphoricè dictum mitti à do-
mino legatum, vel angelos, vt habent Septuagin-
ta, quod Deus ipſe animos Chaldæorum concci-
tarit ad bellum contra Idumæos: nam ita ſe factu-
rum dixit Ierem. 1. Ecce ego conuocabo omnes *Ier.1.15.*
cognationes regnorum Aquilonis, ait dominus,
& venient, & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum
in introitu portarum Ieruſalem: & ita Cyrillus
expoſuit verba Abdiæ, qood Deus miſit, hoc eſt,
iuſſit, non apertè, ſed veluti incitans gentes ad-
uerſus Idumæam, vt ipſam obſiderent. Verum
placet Theodoretus, qui miniſterio angelorum
explicat hoſtes ſuſcitatos: oam illis mediis omnia
ordinariè in boc mundo operatur. Ait euim Da-
uid Pſal. 77. Et miſit in eos irā indignationis ſuæ, *Pſ.77. 49.*
indignationem, & iram, & tribulationem, immiſ-
ſiones per angelos malos: id eſt mala immitten-
tes. Et Exodi 12. Angelus interfecit primogenita *Exo. 12. 29.*
Ægyptiorū. Et 2.Reg.24. Angelus miſſus eſt ad- *2.Reg. 24.15.*
uerſus Iſraelem cum Dauid recenſuit populum.
4. quoqoe Regum 19.35. Angelos domini percuſ- *4. Reg. 19. 35.*
ſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta qoin-
que millia: & multa alia eiuſmodi reperire licet
in ſcriptura ſacra. Nam cum omnes ſint miniſtra- *Angelorū miniſterio omnia operatur Deus.*
torij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos,
qui adepturi ſunt ſalotem; & miniſterium tam
conſiſtat in ædificatione, & promotione bo-
ni, qoam in deſtructione mali, vtrumqoe per eos
operatur Deus, iuſtos tuendo, & conſeruando:
impios autem puniendo, & deuaſtando. Hunc
legatum dicit habere iam in mandatis concitare
Chaldæos, ceteraſqoe gentes, quæ ſe inuicem co-
hortentur aduerſus Idumæam: vel ex certitudine
iam miſſum dicit ſuo tempore mittendum lega-
tum. Poteſt non incongruè legatus intelligi, quē
Chaldæi ipſi miſſuri erant ad gentes ſubiectas,
præcipientes eis, vt ſe ad bellum pararent contra
Idumæam.

18. *Ecce.*] Verba hæc: Ecce paruulum dedi te in
gentibus, contemptibilem inter homines, quæ
cum ſequentibus eadem ſunt in Abdia, Lyra,
Dionyſius, & Vatablus per futurum explicant:
dabo te paruulum, boc eſt humilem, & abiectum
reddam te per Chaldæos, & ita deſpicabilem, vt
digoitate, quam ex magna ſuperbia tua, putas te
habere, & virtute, qua niteris, ſpolieris, & deſpe-
ctui habeberis ab omnibus. Hieronymus tameu
ſuper Abdiam, Theodoretus, Rabanus, & Hugo
de

de paruitate populi Idumæorum exponunt: nam A paruus erat numero, & anguſtis terminis coarctatus: & ignotus, ac minime inſignis, & tamen loci fortitudine elatus ſuperbiebat: & hic ſenſus videtur verior, quia reuera populus erat paruus, & ad exagerandam eius arrogantiam, proponit ei ante oculos ſuam paruitatem, & ignobilitatem, quæ eum demittere deberet, & criſtam elatã deprimere: & nihilominus oblitus ſuæ paruitatis, *Superbi conditio.* & deiectionis, de ſitu tãtum ſuperbiebat, & ſuper omnes gẽtes efferebatur. Ea enim eſt ſuperbi cõditio, vt ſi quid habet excellens, & ſi minimum, id verſet mente, de eo loquatur, & iactet, occaſioneque præbeat de illo aliis loquẽdi: ad cætera vero, quæ eũ deprimãt, cæcutiat, & obmuteſcat, vnũ id curans vt ne detegantur, & tenebris obuoluãtur, ne propterea deprimatur, ac deſpiciatur. B

19 *Arrogantia.*] תִּפְלַצְתְּךָ Tiplecetha à verbo פָּלַץ palaç, quod eſt terreri, formidare, aut tremere, *Nominis Hebraici vera ſignificatio.* ſignificat terrorem, ſeu tremorem, ſeu ſuperbiam, aut arrogãtiã, quã concipiebat ex terrore quẽ iniiciebat gẽtibus finitimis ob potentiã ſuam, ex ſitu confictã: & ita Vatab. cũ Chald. vertit, terror, vel timor tui: vt etiã Dauid kimhi, qui ſicut Vulgatus vertit quoque arrogãtia, vel ſuperbia tua decepit te, quæ eſt effectus ex terrore productus. Alij vt idem Dauid kimhi in comment. Vatab. & Pagnin. vertunt, idolum, vel ſimulacrum tuũ, aut ſu*3 Reg. 15. 13.* perſtitio decepit te: & Septuaginta, illuſio tua. & *2 Paral. 15. 16.* 3. Reg. 15. 13 idem fere nomen Vulgatus ſic vertit, Et confregit ſimulacrum turpiſſimum. & 2. Para. 15. 16. eo quod feciſſet ſimulacrum Priapi: ita dictum idolum per ſubſannationem, quod terrorem ſuis incutiat cultoribus: exponit C autem Theodoretus idolatriam, quæ decepit Idumæos, cauſam fuiſſe ſui excidij. Vel quod dum in idolo ſuo cõfiderent, ita ſuperbiebãt, vt flocci pẽderent Chaldæos, vt alias gentes. Verbum autem *Superbia deceptio quædam eſt.* idem quod in Abdia verſum eſt, extulit te, hoc loco vertitur, decepit te: nam elatio excæcatio quædam eſt, error, & deceptio, dum quis pluris ſe effert, quam in ſe ſit: & ideo Chaldæus ſuperbiã vocauit inſipientiam, dũ tranſtulit, inſipientia tua ſeduxit te: & non incongrue dictũ eſt: ſimulacrum tuum decepit te, phantaſmate, & conceptu imaginario, quẽ de ſe fingit ſuperbus, qui multũ excedit rẽ ipſã: nã nõ diſſimiliter accidit ſuperbo & arrogãti, in cogitatione, & opinione ſui ac accidit *Dan. 3. 1* Nabuchodonoſori Dan. 3. dũ ſtatuam ſui, aureã propoſuit omnibus adorandam: nam quemadmodũ paruus homo cum in re eſſet, quinque aut D ſex cubitorũ: ſtatuã aureã, & ſimulacrũ ſui in publicum edidit, & ſtatuit in campo Dura, quinquaginta, & plures cubitos ſuperans ſtaturam veram hominis. Nam erat alta ſtatua cubitis ſexaginta, & lata ſex: ita ſuperbus ipſe idæam excellẽtiæ ſuæ & ſimulacrũ in corde ſuo erexerat adeo à veritate aberrans: adeo, eius merita ſuperans, vt ſtatua aurea naturalẽ Nabuchodonoſoris ſtaturam ſuperabat: ita miſer illuditur dũ ſe exiſtimat eſſe quod non eſt. quod Idumæis maxime cõueniebat quia *Idumæi cur ſuperbierent.* eo ſolũ ſuperbiebãt, quod in editiſſimis collibus degerent, inacceſſis, & inexpugnabilibus, hoc eſt enim, qui habitas in cauernis petræ, ſeu in ſciſſuris petræ, nam idem nomẽ Hebræum Vulgatus ita vertit, hoc loco, & in Abdia, vel in foraminibus pe*Cant. 2. 14* træ, vt Cant. 2. 14. & cũ ſignificet etiam locũ editum, Chaldæus vertit, in ſcopulis petrarum, alij in vertice, ſeu cacuminibus petrarum. Pagninus clarius, in turribus ædificatis ſuper petra: & apprehendere niteris, hoc eſt, & tenes ſeu occupas A altitudinem collis, ſeu montis Seir, nõ mõtis Sion vt putauit Rabanus, quaſi Idumæa ſit illi ſimilis aquilæ, quæ apud Ezech. 17. venit ad Libanum, & *Ezech. 17. 3.* tulit medullam cedri, hoc eſt, Nabuchodonoſori qui venit Ieruſalem: & captiuos duxit regem, & principes eius, nam propheta increpat Idumæam quod amet inhabitare loca excelſa, & montoſa, vt aquila altas rupes: cuius metaphora ſtatim proſequitur, vt Abdias.

20 *Leo.*] Per leonem aſcendentem de ſuperbia *Leo Nabuchodonoſor.* Iordanis ad pulcritudinẽ, vel ad habitacula fortia, omnes intelligunt Nabuchodonoſorem venientem contra Idumæam de Iudæa, quam influit tumidus Iordanis, nã exceptis aquis trium maximorum fluminorum Iabok, qui diuidit Rubenitas à Gaditis, & Arnon, qui diuidit à Moabi- B tis Rubenitas, & alius, qui tranſit per Iazer, cũ rigat Iudæam tumidior, ac turgidior fit, ſic intelligunt nomine Iordanis Iudæã Rabanus, Hugo, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus. Theodoretus Id dictum putat, quod Nabuchodonoſor, Iordane traiecto aſcenderit de Iudæa in Idumæam. Chaldæus, Hugo, & Lyra aliam ſimilitudinis rationem adducunt. Quemadmodum leo ſolet pinguior aſcendere de paſcuis Iordanis eo loci vberioribus, quo Iordanis magis intumeſcit: ſic Nabuchodonoſor aſcendet cũ copioſiori exercitu, ex Iudæis, aliiſque nationibus aucto, ad Idumæam fortem, pulcramque munitionibus.

21 *Subito.*] In Hebræo duæ ſunt dictiones, quæ diuerſum legendi modum à vulgaro nobis tradũt, prior eſt אַרְגִּיעָה arghiah, que vel eſt prima *Varia ſignificatio.* perſona futuri coniugationis hiphil, verbi C רָגַע ragah, quod ſignificat vel quieſcere vel ſcindere, & ita Dauid Kimhi, Pagninus, & Iſidorus transferunt, quia quieſcere faciam: vt Iſa. *Iſa. 51. 4* 51. 4. Vulgatus vertit, & iudicium meum in lucẽ populorum requieſcet, vel requieſcere faciam, & Ierem. 31. 2. Vadet ad requiem ſuam Iſrael, vel *Ier. 31. 2* requieſcere faciet ipſum Iſrael. Vertunt etiam iuxta aliam verbi ſignificationem, diuidere faciã, vel ſuccidere faciam. Solet etiam aduerbiaſcere, & poni pro רֶגַע regah momento, vt Prou. 12. 19. *Prou. 12. 19.* qui autem teſtis eſt repentinus, vel ad momentũ concinnat linguam mendacij: & hoc modo acceperunt Septuaginta, Chaldæus Vulgatus, R. Ionah, & Tigurina, vertentes, ſubito, aut in momẽto, vel in tẽpore breui currere faciã, aut tranſmigrare faciam eum. Altera dictio notanda eſt præpoſitio מִן min, quæ idem valet, quod latina, à, D vel ab, vel de, & ita Septuaginta, & Hebræi, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus accipiũt, dum transferunt, Et currere faciam eum ab ea, vel expellam eum ab ea: vel ſcindere faciam: aut migrare faciã eum ab ea. Solet etiã accipi pro, propter, vel, ad: vt Pſ. 12. 6. à vaſtatione oppreſſorum, & à gemi- *Pſal. 12. 6.* tu pauperũ, id eſt, vt vertit Vulgatus, propter miſeriam inopum, & gemitũ pauperum, nunc exurgam dicit Dominus. Pſal. 67. 30. A templo tuo, pro ad templum tuom, in Ieruſalem adducent re- *Pſal. 67. 30.* ges munera. & hac ratione acceperunt Vulgatus Chald. Tigur. currere faciã eũ ſuper eã, vel ad eã vel propter eã, aut aduerſus eã. Erit igitur triplex huius loci lectio. Prima: Quia requieſcere faciam, vel requiem dabo, & currere faciam eum ab ea. & eſt ſenſus Dauid Kimhi, Pagnini, Vatab. & Iſidori: Tum cũ vaſtauerit Nabuchodonoſor, Idu- *Lectio triplex.* mæam, dabo requiẽ populo meo Iſraeli qui apud Idumæos morabantur, & faciam vt diſcedant, & tranſmigrent ab Idumæa. Hoc factum putant, cũ deuaſtata Idumæa, fugerent liberi, quemadmo-

dum cap.46.de Ægypto deuicta, dixit euaſuros aliquos,& in Iudæam redituros. Eundem ſenſum *Ier. 49. 26. 27.* reddũt verba hæc ſi legas: Quia ſuccidam, vel diuidam,& currere faciam eum ab ea, hoc eſt, diuidã Iſraelẽ ab Idumæis, ab eisque ſeparabo, & faciã ve redeãt in patriam ſuam. Aut quia ſubito currere faciam eum ab ea. Secunda lectio eſt: Quia ſubito, vel breui tempore currere faciam eum ad eam, vel adoerſus eam. Et eſt communis ſenſus Chaldæi, Rahani, Hugonis, Lyræ, Tigurinæ, & Dionyſij, de Nabuchodonoſore: efficiam vt celeriter currat è Iudæa in Idumæam, vt expugnet eam. Quod dixit Chaldæus: Quia in tempore adducam eos ſuper eam.& Tigurina, ſic impellam, & ad currendum incitabo illum aduerſus eam: & eſt ſenſus verior,& ei, quod pręceſſit accõmodatior: quia ſicut pronomen, eã, refert Boſrã, ita pronomen eum., refert leonem Nabuchodonoſorẽ: valde vero remotum eſt velle referre Iſraelem, de quo nulla mentio in toto capite. Tertia lectio eſt Septuaginta: Quia cito perſequar, vel expellã eos ab ea. Hoc eſt, quambreuiſſimè conficient Babylonij cladem Idumeæ, aut Boſræ, & faciant, vt recedant ab ea, iam victores, & abeant. B

22 *Et quis.*] Hæc clauſula ad verbum ſic habet ex Hebræo: Et quis electus ad eam præficiam, quia quis ſicut ego, & quis conſtituet tempus mihi. Quis iſte paſtor, qui conſiſtet conſpectui meo? Et eſt duplex eius ſẽſus: vnus eſt: Quis eſt electus vir, quem eligam ducem aduerſus Idumæam, niſi Nabuchodonoſor? cui cum ego eum mittam, nemo reſiſtet, ſicut nec mihi, cui nemo comparari poteſt in fortitudine, neque in temporis, determinatione; nam quando mihi placuerit, faciam: nec in dignitate, quia nullus eſt rex, qui corã me poſſit conſiſtere. Hunc ſenſũ indicant Chaldæus, Theodoretus, Hugo, Vatablus, & Iſidotus, niſi quod prima verba, quis electus, quem præficiam ad eam, Septuaginta, Theodoretus, & Iſidorus, de ſtrenuis militibus intelligunt, quencunque inuenero iuuenem electum & ſtrenuum recenſebo aduerſus eam. & illud, Quis conſtituet mihi tempus pugnæ, vel quis mecum certet, aut quis occurret, vel reſiſtet mihi? vt Lxx. & Chaldæus vertunt: quod vulgatus dixit, quis ſuſtinebit me, eundem habet ſenſum: Quis eſt qui laceſſat ad pugnam, tempus mihi deffiniens, *ſeña lando dia para el combate?* & me ſuſtinere, aut detinere audeat, mihi ſeſe opponẽs? nemo ſane, nec ipſe rex Idumęorũ. Alter ſenſus eſt Lyræ, & Dionyſij: Quis elect⁹ inuenietur, quẽ præficiã Idumeæ vt eã propugnet, qui reſiſtere poſſit Babyloni? nullus erit: quia nullus eſt mihi ſimilis qui Nabuchodonoſorem mitto: nullus qui me pugnãtem poſſit ſuſtinere: nullus rex Idumęorũ quamtumuis ferox, qui audeat corã me conſiſtere. Non eſt ergo in quo confidere poſsint Idumęi, vt reſiſtere poſsint Nabuchodonoſori: ſicut enim nullus eo eſt imbecillior, qui Deo caret protectore, quamtumuis *Sine Deo nihil ſumus.* de ſuis viribus confidat: ita nullus eo fortior, quẽ Deus eligit ad aliquid conficiendum, ſiue homo ſit ethnicus, vt Nabuchodonoſor, qui fuit flagellũ Dei, ſeu Dæmõ etiã ipſe diuinæ iuſtitiæ miniſter.

23 *Si non.*] Formã iurãdi implicat particula, ſi, ſupplẽdũ eſt enim, Diſpereã, aut non credatur mihi, aut non habear Deus, aut quid ſimile; ſi debiliores exercitus Chaldæorũ nõ raptauerint cadauera Idumæorum, & deſtruxerint omnes domus eorum: ſic Chaldæus, Hugo, Lyra, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus. Conſueuit autem ſcriptura ea particula ad iurandum vti, quæ negat, ſi non adiũgatur ei, non: vt Pſal. 88. 36. Semel iuraui in ſancto meo ſi Dauid mentiar; pro, nõ enim mentiar. *Si, iurãdi particula.* & Pſal. 94.11. Si introibunt in requiem meam: pro *Pſalm. 88.36.* nõ introibunt. At ſi iungatur, nõ, affirmat: vt hoc *Pſalm. 94. 11.* loco, ſi nõ raptauerint eos paruuli gregis, hoc eſt vere raptabunt: alioqui non credatur mihi.

24 *Rubro.*] Meminit maris rubri, quod Idumęa proximius habeat mare rubrũ quam vllum aliud. Nã Hieronymus ſuper Abdiam dicit poſſeſſionem C Eſau, ſeu regionem Idumæorum ab Eleutheropoli vſque Petram, & Ailar dilatari: & Ailat, inquit, in libro de locis Hebraicis, in extremis finibus Palæſtinæ iuncta eſt meridianæ ſolitudini & mari rubro. Sedet autem ibi legio Romana cognomento decima.

Ex hoc capite conſtat poſt dirutam Iudæam aſcendiſſe Nabuchodonoſorem ad Idumæam: Nã Chaldæis, vt ait Hieron. in 2. Sophoniæ, Iudæorũ vrbibus ſubtutis ceteras gentes oppreſſerunt, ſiquidem culpam, propter quam vaſtata eſt Idumęa, ſatis explicat Abdias, quod gaudebãt de ſubuerſione Ieroſolymæ, ac inſultabant dicẽtes: Exinanite vſque ad fundamẽtum in ea. Putatur autẽ *Pſalm. 13 .7* reſtituta poſt exciſum imperium Babylouicum, vt ſupra de reſtitutione aliarũ gentiũ probauim⁹.

PARAPHRASIS.

Sub Sedekia anno 2.

COontra [25] Damaſcum ſic eſt Domini⁹ locut⁹: Pudore afficiẽtur [26] Emath, & [27] Arphad, cum rumorem timẽdum exaudient aduentantis Nabuchodonoſoru, diſſoluentur quidem metu, & [28] ſicut qui in mari naufragantur nequaquam quieſcunt, ita ciues earum vrbium de malo imminente ſolliciti, quieſcere minime poterunt. Exanimabitur Damaſcus, & tremore obruta vertet ſe in fugam, tam grauis anguſtia, tam ingentes eam occupabunt dolores, quem parturientem [29] Quare nõ ea tanget hoſtes commiſeratio, vt vrbem celeberrimam, vrbem iocundiſſimam intactam relinquant? imo propterea iuuenes eius, qui de ea gloriabantur, in plateis eius concident interfecti, & omnes viri eius bello ſtrenui de medio tollẽtur in die illo, & faciam ſuccendi igni murum Damaſci, & abſumi palatia Benadad.

CAP. QVADRAGESIMVMNONVM.

à Verſu 23.

AD [25] Damaſcum confuſa eſt 25
[26] Emath, & [27] Arphad: quia au-
ditum peſſimum audierunt,
turbati ſunt in mari: præ ſolli-
citudine [28] quieſcere non po-
tuit. | Diſſoluta eſt Damaſcus, verſa eſt in 34
fugam, temor apprehendit eam: anguſtia
& dolores tenuerunt eam quaſi parturiẽ-
tem. | [29] Quomodo dereliquerunt ciuitatẽ 25
laudabilem, vrbem lætitiæ? | Ideo cadent 26
iuuenes eius in plateis eius, & omnes viri
prælij conticeſcent in die illa, ait dominus
exercituum. | Et ſuccendam ignem in mu- 27
ro Damaſci, & deuorabit mœnia [1] Benadad. | Ad [1] Cedar, & ad regna [1] Aſor quæ 28
[1] percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis:

Hæc

Hæc dicit dominus: Surgite, & aſcendite
29 ad Cedar,& vaſtate filios [13] Orientis. | Ta-
bernacula eorum,&greges eorum capient,
pelles eorum,& omnia vaſa eorum, & ca-
melos eorum tollent ſibi: & vocabūt ſuper
30 eos formidinem in circuitu. ' Fugite,abi-
te vehementer, in voraginibus, ſedete
qui habitatis Aſor, ait dominus: iniit enim
contra vos Nabuchodonoſor rex Babylo-
nis concilium, & cogitauit aduerſum vos
31 cogitationes. | Conſurgite, & aſcendite ad
gentem quietam,& habitantem confiden-
ter,ait dominus,nō oſtia,nec vectes eis,ſoli
32 habitant | Et erunt cameli eorum in direp-
tionem,& multitudo iumentorum in prę-
dam,& diſpergam eos in omnem ventum,
qui ſunt attonſi in comam, & ex omni
confinio eorum adducam interitum ſuper
33 eos,ait dominus.| Et erit Aſor in habitacu-
lum draconum, deſerta vſque in æternum:
non manebit ibi vir nec incolet eam filius
34 hominis. | Quod factum eſt verbum
domini ad Ieremiam prophetam aduer-
ſus ælam in principio regni Sedeciæ
35 regis Iuda,dicēs:|Hæc dicit dominus exer-
cituum:Ecce ego confringam [18] arcū ælā:
36 & ſummam fortitudinem eorum. | Et indu-
cam ſuper Ælam quatuor ventos à qua-
tuor plagis cæli: & ventilabo eos in omnes
ventos iſtos: & non erit gens, ad quam non
37 perueniant profugi ælam. | Et pauere faciā
Ælam coram inimicis ſuis, & in conſpectu
quærentium animam eorum: & adducam
ſuper eos malū, iram furoris mei, dicit do-
minus: & mittam poſt eos gladium donec
38 cōſumam eos. | Et ponam ſolium meum
in ælā, & perdā inde reges, & principes, ait
39 dominus. | In nouiſſimis autē diebus [41] re-
uerti faciā captiuos Ælam, dicit dominus.

Contra [17] Cedarenos, & contra regna [12] Aſor, quæ [11] percutienda à Nabuchodonoſore rege Babylonis: ſic dixit dominus. Surgite Chaldæi & aſcendite ad Cedar, vaſtate eos qui morantur [13] ad Orientem, tabernacula eorum, & pecora eorum capite: cortinas, & ſupellectilia eorum, vna cum camelis, tollite vobis: & conuocate milites vndique qui eis pauorem incutiant. Vos vero habitatores Aſor, fugite, longeque recedite, ad loca demiſſiora vos demergite, vt in eis tuti conſideatis, quia Nabuchodonoſor decreuit vos expugnare, & malum in vos machinatus eſt. Surgite ergo, & conſurgite, ad gentem pacificam, nihilque timentem, quæ nullas habent vrbes, ædes nullas, ſed ſoli degunt in caſis. Qui tamē nihilominus non effugient calamitatem, nam & camelos eorum diripient hoſtes, & copioſum numerum iumentorum deprædabuntur: & diſpergentur in omnem ventum, vſq; ad [16] extremas terræ regiones, quas incolunt attonſi coma, & vndiquaque conſurgent qui adducant perniciem illis, ait dominus, & Aſor fiet habitatio draconū, quæ erit deſerta perpetuo: nemo ibi habitabit, nullus hominum abiectiſſimus licet, incolet eā.

Hunc ſermonem fecit dominus Ieremiæ prophetæ contra [1] Elamitas, in principio regni [18] Sedeciæ regis Iuda. Sic dixit dominus exercituum. Ecce ego cōfringam [1] arcum Ælamitarum, hoc eſt ſummam illorum fortitudinem, & inducam ſuper eos, quatuor militū phalangas ventorum inſtar, ex quatuor cæli plagis, & ventilabo eos in omnes ventos iſtos, & nulla erit gens ad quam non perueniant aliqui, ex profugis Ælamitarum efficiam vt paueant coram hoſtibus ſuis, qui vitam illis eripere optabunt, denique adducam ſuper eos malum quod iuxta iram furoris mei, eos ferre decreui, & ſi ſe fuga voluerint liberare, mittam poſt eos hoſtem armatum gladio, qui conſumat eos: & Imperator Nabuchodonoſor, quem ego mittam in Ælam, collocabit ibi ſolium ſuum & nullum relinquet regem, aut principē Ælamitarum. Sed tandem tempore à me conſtituto [41] aſſeram Ælamitas in libertatem ſuam, dicit dominus.

ARGVMENTVM.

Minatur excidium Damaſcenorum, Cedarenorum, Aſoritarum, & Ælamitarum per Nabuchodonoſorem futurum.

COMMENTARIVS.

Damaſci deſcriptio / *Ioſeph.* / *Strabo* 25 DAMASCVM.] דמשק Dammaſek Hebraicè, Græcè, Latinèque Damaſcus, vrbs fuit regalis totius Syriæ caput, media inter Palæſtinā, & Cæleſiriam, vt ait Ioſephus libro primo Antiq. cap. 7. quæ nomen dedit regioni dictæ Aram Damaſci, hoc eſt Siria Damaſci, ſeu Lybanica, quæ eam partem complectitur Syriæ, quæ adiacet Libano monti ad Aquilonem ſito: ad Occidentē terminatur Aram coua Latinè Cauaſiria, Gręcè Cęleſiria, ob demiſſā à decliuitate montiū planitiem; quę auctore Strabone lib. Geographię 16. ea proprie appellatur, quę mediam vallem occupat Libano, & Antilibano concluſam: ad Auſtrum habet Palæſtinam, ad Orientem montibus Arabiæ, ac Traconitide finitur. Diſſita eſt ab Ieruſalem 179. milliaribus, vt in Actis populi Romani compilauit Antoninus: quæ faciunt 56. leucas. *Anton.* Fuit autem ager Damaſcenus viuibus fertilis, vinoque copioſus, vt oſtendit Ezechiel cap. 27. 18. loquens de Tyro, cum inquit, Damaſcenus negociator tuus in vino pingui: vnde nomē vrbi inditū exiſtimatur. דם Dā Hebręis ſanguis eſt, שק Sac vero Sacc, quaſi ſaccus sāguinis, aut vini rubri, vel ſanguis ſacci, quomodo & Græci nominauerūt nominibus idē ſignificātibus αἷμα ſanguis, & σάκκος ſaccus. Sin autem, ait eo loco Hieronymus, Damaſ- *Ezech. 27. 18.* *Etymologia.*

cus intet pretatur ſanguinem bibens,& Hebræorum vera eſt traditio, cāpum, in quo interfectus eſt Abel à parricida Caim fuiſſe in Damaſco, locus hoc inſignitus vocabulo eſt. Veroſimilior

Adā vbi conditus. *Broccardus.* *Honorius.*

hæc fuiſſet traditio ſi intelligeret de campo Damaſceno rubra rerta conferto iuxta Hehron, vbi conditus putatur Adam: cuius meminit Broccardus in deſcriptione Terræ ſanctæ, & Honorius Chronographus,& Abulenſis q.138.in Geneſ. 13. Fortaſſe verius ab auctore, ac cōditore ſuo id nomen accepit: quem, licet Ioſephus dicto loco, & eum ſecutus Hierony. in traditionibus Hebraicis in Geneſ. dicant fuiſſe Hus filium Aram, nepotem Sem: at idem Hieron. eo li. ſuper 15. Geneſis affirmat fuiſſe Damaſcum Eliezer ſeruum Abrahæ: quæ alij non contemnendi autores ſequuntur. Contra hanc igitur inſignem vrbem, & totā illi ſubiectam regionem ſolus Ieremias locutus eſt, prædicēs deuaſtādā fore à Nabuchodonoſore.

Amos. 1. 1. Iſa. 17. 1. 4. Reg. 16. 9.

Nam licet Amos cap. 1. & Iſaias cap. 17 ſubuerſionem fuerint comminati Damaſco; non hanc tamen quam fecit Nabuchodonoſor, ſed quam fecit Teglathphalaſar, qui vt dicitur 4.Reg.16. 9. aſcendit in Damaſcum,& vaſtauit eam, & tranſtulit habitatores eius Cyrenem, Raſin autem interfecit.

Emath ſitus. *Zachar. 9. 2.*

26 *Emath.*] חֲמָת Hemath, ſeu Æmath fuiſſe Damaſci municipium ex hoc loco ſatis colligitur,& ex cap.9. Zachariæ 2. vbi dicitur: Emath quoque in terminis eius: & ita affirmat Hieron. in 10. cap. Iſaiæ: Emath Damaſci eſt ciuitas, quam oppugnauit rex Aſſyriorum, eaque eſt cuius dicitur eſſe Labo Emath, hoc eſt introitus Emath terminus terræ promiſſionis ad Septentrionem, ad medium illiusotæ iuxta Libanum, & Damaſcum: nam Numer. 34. 7. plaga ſeptentrionalis incipit à mari magno ad montem altiſſimū, à quo venient in Emath, vſque ad terminos Sedada, ibuntque confinia vſque ad Zephrona, & villā Enam. At Ioſue 13. 5. eadem, hoc eſt Libani regio ab Oriente inchoatur à Baalgad ſub monte Hermon, donec ingrediaris Emath, & inde per libanū vſq; ad aquas Maſerephoth, & ad Sidonē. Exech. quoq; 47. 15. dicitur: Hic eſt autem terminus terræ ad plagam ſeptentrionalem, à mari magno, Emath Sebarim, quæ eſt inter terminum Damaſci, & confinium Emath. & verſ. 17. ab aquilone ad aquilonem, termin⁹ Emath, plaga ſeptentrionalis. Longitudo ergo terræ promiſſionis erat à Sihor, vel torrente Ægypti ad Auſtrum, vſque ad introitum Emath ad Septētrionem, vt dicitur. 1. Par. 13. 5. 2. Paral. 7. 8. &. 4. Reg. 14. 25. ad centum ſexaginta millia, vt colligitur ex Hieron. in epiſtol. 129. ad Dardanū. Erat nihilominus præcipua ciuitas, quæ regioni nomen impoſuit, & regem habebat, vt patet. 1. Par. 18. 3. eo Tēpore percuſſit Dauid etiam Adarexer regem Suba regionis Emath, quando perrexit vt dilataret imperium ſuum vſque ad Euphratē. & verſ. 9. Quod cum audiſſet Thou rex Emath, miſit filium ſuum ad Dauid, vt poſtularet ab eo pacem. & 2. Par. 8. 3. dicitur: Abijt quoque Salomon in Emath Suba, & obtinuit eam, & alias ciuitates munitiſſimas ædificauit in Emath; vna erat Reblata, ad quam ductus eſt Sedecias ad Nabuchodonoſorem, vt patet 4. Reg. 25. 6. Ierem. 39. 5. Conditor eius fuit Amath filius Chanaā, vt ait Ioſephus lib. 1. Antiq. cap. 7. & poſtea ab Anthiocho Epiphane dicta eſt Epiphania, eodem auctore, Hieronimo multis in locis, vt in libro de quæſtio Hebraicis in Geneſ. in capite 10. libro de locis Hebraicis. & in 10. Iſaiæ, in 6. Amos, & in 9. Zachariæ: & in epiſtola ſupradicta, quanuis in procœmio lib. 3. in Amos, geminam Emath agnoſcat, magnā vocatā Antiochiā, Hebraicè Reblatha, vt idē ait ſuper Exech. & modo putatur eſſe Aleppo; & hanc minorem Epiphaniam quam alij volunt fuiſſe Ithuræam. Forte eadem & Antiochia & Epiphania dicebatur: nā vt tradit Strabo l. 16. Geographiæ, Antiochia Tetrapolis fuit, ex quatuor partibus conſtituta, primam partem Antigonus filius Philippi propè conſtruxerat: ſecunda fuit multitudinis habitatorū, tertia Seleuci Callinici: quarta Antiochi Epiphanis, quæ quidē metropolis Syriæ eſt, & in ea regiā habent qui regioni imperant: dicebatur ergo Antiochia ab Epiphane Epiphania: & eam fore deuaſtandā à Nabuchodonoſore vna cum Damaſco denunciat propheta.

1. Paral. 13. 5. 2. Paral. 7. 8. *4. Reg. 14. 25.* *Hieron.* *1. Paral. 18. 3.* *2. Paral. 8. 3.* *4. Reg. 25. 6. Ier. 39. 5.* *Ioſeph⁹* *Epiphania.* *Strabo.*

Arphad qua vrbs.

27 *Arphad.*] Vrbs eſt Damaſci, quam expugnauit rex Aſſyriorum, vt in Iſaia capite 10. 9. 36. 19. 37. 13. & in libris regnorum. 4. Reg. 18. 34. & 19. 13. ſcribitur: ſic Hieronymus libro de locis Hebraicis, & Rabanus hoc loco eum ſecutus. Quod ſi Damaſci vrbs eſt iuxta Libanum ſita, diuerſa profecto eſt ab Arphad cōſtituta in campo Sennaar prope Babylonem in Chaldæa, de qua loca prædicta loqui videntur, vt intelligit Hieronymum ſuper 10. Iſaiæ, aut potius quoniam cum Emath cōiungitur Arphad: & Emath Damaſci vrbs fuit Arphad, altera Damaſci vrbs eſt accipienda: de qua hoc loco Ieremiæ ſermo eſt. Qui enim fieri potuit vt rex Chaldeæ celeberrimam vrbem Arphad rebellem, aut non ſubditam iuxta vrbem regiam Babylonem relinqueret: & ad alienas, longeque diſſitas prouincias ſubiugandas pergeret? eā vero putat Theoderetus eſſe, quæ à quibuſdam nominatur Rephanee. Forte eſt Apamia Phæniciæ vrbs ad Orontem fluuium ſita, de qua Euſtathius. Vel Apamia in Tetrapoli Syriæ à Seleuco Nicanore cōdita, & à nomine vxoris ita appellata, Strabone auctore lib. 16. de qua ſupra locuti ſumus.

28 *Quieſcere.*] Verbum, turbati, cum, in mari, cōiungūt Vulgatus, Theodoretus, & Pagninus, turbati ſunt in mari, ex Hebræo Tigurina, Vatab. & Iſidorus, cum Lyra ſeorſum collocāt turbati ſunt in mari, præ ſollicitudine quieſcere non potuit: aut ad verbum, in mari ſollicitudinis, aut pauoris quieſcere non potuit. & quidem Hugo, Lyra, & Dionyſius exponunt, Sitios habitantes in maris inſulis, ſollicitos non potuiſſe quieſcere præ pauore, audiētes Damaſcū ſuam metropolim vaſtari à Chaldæis. Sed melius Chaldæus, Lyra, Vatablus, Pagninus, & Iſidorus, ſimilitudinē eſſe dicūt & ſimilitudinis particulam addunt, vt ſæpe in ſcriptura ſuppletur, ſicut qui in mari pauoris, hoc eſt pauido, & concitato, quieſcere non poteſt, ſic nec habitatores Emath, & Arphad audito belli rumore turbati quieſcere non poterunt. Longe enim erat mare à Damaſco, & inſulas illi vrbi ſubiectas non nouimus: quare prædictus ſenſus verior eſt, ac ſimplicior.

29 *Quomodo.*] Ex Hebræo Septuaginta, Chaldæus, Tygurina, Lyra, Pagni. Vatablus, & Iſidorus, cum negatione legunt: Quomodo non eſt dimiſſa

ciuitas

ciuitas laudis, vrbs lætitiæ: hoc eſt, quæ immanitas compulit hoſtes deſtruere ciuitatem laude dignam, & adeò iocundam? aut quæ cauſa eos induxit non dimittere intactam, tam glorioſam ciuitatem? & reſpondet, imò ea eſt cauſa, gloriatio vana, qua gloriabantur de ea ciues eius: & ideo in medio eius cadent occiſi. Lyra legit, quomodo non eſt munita ciuitas: & putat Vatablus eſſe verba regis Damaſci ſuam ciuitatem deplorantis: aut certè videntis eam deſtructam, & commiſerantis, & admirantis. Solus Vulgatus legit affirmanter, quomodo dereliquerunt, nempè, ciues eius, & habitatores, ciuitatem, ſibi glorioſam, & periocundam, ſed omnes fugerunt, imò quia gloriabantur, & lætabantur de ea occiſi ſunt. Poteſt per interrogationem priorem ſenſum capere hæc lectio. Quomodo hoſtes ſic deſtructam dimiſerunt tam celebrem, ac iocundam ciuitatem propterea quod ocioſi eius gloria, ac iocunditate gaudebant.

Amos 1. 4. 38. *Benadad.*] Cum propheta vſurpet verba Amos cap. 1. 4. dicentis: Mittam ignem in domũ Azael, & deuorabit domos Benadad: de ædibus, ſeu palatiis eiuſdem Benadad loqui putandum eſt. *Benadad quot.* Geminus autem cum fuerit Benadad, vnus pater Azaelis, filiuſque Tabremon filij Hezion, qui vocatus ab Aſa contra Ieroboam, vt dicitur 3. Reg. *3. Reg. 15. 18.* 15. 18. percuſſit omnem terram Nephtali. Deinde *3. Reg. 20. 1. 26.* cap. 20. 1. venit contra Achab, ſed fugatus redije in Siriam. Et v. 26. venit iterum anno ſequenti, & *3. Reg. 22. 1.* anno 3. vt refertur cap. 22. v. 1. Ioſaphat cũ Achab, aggreſſus Benadad, victus eſt ab eo, & Achab interfectus. Alter Benadad filius Azaelis, & nepos prioris Benadad, de quo dicitur 4. Reg. 13. 3. re- *4. Reg. 13. 3. 24.* gnante Ioachaz iratus eſt furor domini contra Iſrael, & tradidit eos in manu Azael regis Siriæ, & in manu Benadad filij Azael cunctis diebus, & attriuit eos rex Siriæ. & v. 24. mortuo Azaele, dicitur, regnauit Benadad filius eius, quem Ioas percuſſit ter, & recuperauit ciuitates Iſrael. Dicebantur autem omnes Benadad filij Adad, qui huius nominis primus cum Dauide ad Euphratem *2. Reg. 8. 3.* confligens victus eſt, vt dicitur 2. Reg 8. à quo ceteri vocabantur, vt apud Ægyptios Pharaones, & poſtea Ptolomæi, vſque ad decimam generationem, quorum potentiſſimus, ordine tertius fuit, qui cum Achabo pugnauit, & Samariam vaſtauit, *Damaſ. Ioſeph.* vt refert Nicolaus Damaſcenus in 4. ſuarum hiſtoriarum libro apud Ioſephum lib. 7. Antiq. c. 6. Dubium eſt de quo Benadad loquatur & Amos, & Ieremias: num de tertio hoc potentiſſimo patre Azaelis: an potius de filio eiuſdem Azaelis, qui fuit quintus à primo Adad, Benadad? Hieronymo ſuper verba Amos viſum eſt prophetas loqui de quinto illo Benadad Azaelis filio: nam ordo dicendi Amos is eſt, vt prius nominet Azaelem, deinde Benadad filium eius, non patrem. Lyræ tamen, aliiſque videtur verius fuiſſe tertium illũ *Ioſeph.* patrem Azaelis, propter Ioſephi teſtimoniũ, qui lib. 9. Antiq. cap. 2. ſic ait: Quo factum eſt, vt vſq; in præſens tam Adadus, quam Azael eius ſucceſſor, diuinis apud Siros colantur honoribus, tum propter aliam beneficentiam, tum quia magnificè templis extructis Damaſcenorum vrbem ornatiorem reddiderint: eorum enim effigies quotidianis pompis honorant. Quod ſi obiicias, palatia ab hoc Benadad extructa fuiſſe ſubiecto igni ſubruta à Teglathphalaſſare rege Aſſyriorum, iuxta prophetiam Amos: non ergo manſerunt integra, vt comburi poſſent iterum à Nabuchodonoſore, & Chaldæis. Dicendum eſt illam comminationem tam repetitam, Amos prophetæ: Mittam ignem in domum Azael, & deuorabit ædes Benadad, non propriè, ſed metaphoricè accipiendam; vt verba illa cap. 48. ex libro Numerorum *Ier. 48. 45.* deſumpta: Quia ignis egreſſus eſt de Heſebon, & flamma de medio Seon, & deuorabit partem Moab, quod capienda eſſet Damaſcus, & ſubiuganda à Teglathphalaſſar: ſicut Ieremias dicit de Nabuchodonoſore. Tum quia non eſt credibile Damaſcum, & vrbes Philiſtinorum, Edom, Ammon, Moab, & Iſraelem, igni conſumptas à Teglathphalaſſar. Tum quia 4. Reg. 16. 9. cum com- *4. Reg. 16. 9.* pletam diximus prophetiam Amos in Damaſco, non dicitur eam combuſtam, ſed vaſtatam, tranſlatis habitatoribus in Cyrenem, & interfecto Raſin rege: pro quibus rex Aſſyriorum tranſtulit Kirios de Cyrene, vt dicitur Amos 9. 8. & conſti- *Amos 9. 8.* tuit in ciuitate Damaſcena, vt aſſerit Ioſephus *Ioſeph.* lib. 9. Antiq. cap. 13. vnde vrbis ædificia integra permanſerũt, vt rectè poſſint deſtrui à Nabuchodonoſore, vel potius ſubiugari, vrbs tam glorioſa, propter tam magnifica ædificia.

Quod autem memoret celſitudinem Damaſci, celebritatem, & gloriam, iocunditatem, & ædificia Benadad tam inſignia, idcirco fit, ne putent *1. Mac. 1. 19.* Damaſceni hæc retardatura Nabuchodonoſorem à vaſtitate: cum non propter locum gentem, *Omnis vaſtitas quantum nis magnifica Deũ iratum non placabũt honores, diuitiæ, &c.* ſed è conuerſo, propter gentem locum elegerit Deus, ac propterea ſi gens in gloria ſit, rebellis, & Deo inuiſa, & ipſa punietur, & locus quantumuis glorioſus ſubuertetur. Nec enim irato Deo propter ſcelera noſtra, obiicere licebit, nobilitatem, generis antiquitatem, corporis ætatem floridam, & pulcritudinem, ac fortitudinem, non ingenium perſpicax, & acutum, iudicium maturum, gubernandi peritiam, facundiam linguæ, aut etiam ſupernaturalia cariſmata: multoſque Deo acquiſiſſe: & ſimilia alia, ſi quidem hæc ſine Dei gratia nihil ſunt apud Deum, quid enim profuit *Ier. 7. 4. Mat. 3. 9.* Iudæis loci ſanctitas, & identidem replicare, templum domini, templum domini, aut patrem habemus Abraham, quid ſapientia Salomoni? quid fuiſſe Apoſtolum Iudæ? nunquid hæc Deum iratum continuerunt, aut mitiorem reddiderunt? ſola ergo gratia cum Deo inita conſeruat cetera omnia, & illa abſente, nihil ſunt cetera omnia: Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur, aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? eſt ne bonum aliquod, quod commutari poſſit anima, aut tam precioſum, vt poſſit emi pro eo, quæ empta eſt, vel redempta precioſo Chriſti ſanguine?

28. *Cedar.*] Kedar, vel Cedar fuit ſecundus Iſmaëlis filius, vt habetur Geneſ. 25. 13. & 1. Paralip. 1. 29. *Cedareni qui. Gen. 25. 13. 1. Paral. 1. 29.* inter ceteros fratres habitans, qui quicquid terrarum eſt Euphratem inter, & rubrum mare habitarunt, Nabateę nomine regioni indito, vt auctor *Ioſeph.* eſt Ioſephus lib. 1. Antiq. cap. 13. Cum autem Siriæ *Plinius.* confines ſint Arabes, illis ab Oriente iunguntur *Strabo.* Canchlæi, auctore Plinio lib. 5. cap. 11. à meridie Cedrei, qui deinde ambo Nabatæis. Cedræi ergo, ſeu Cedareni Arabes ſunt, quos Scenitas vocat Strabo lib. 16. Quæ poſt Meſopotamiam ſunt, in-

quiens, vſque in Cæleſiriam flumini proxima, & A Meſopotamiæ Arabes Scenitæ obtinent, per paruas quaſdam potentias in ſterilibus locis propter aquarum inopiam partiti: agriculturam, aut parum, aut nihil exercent: paſcua omnis generis pecorum, præſertim camelorum, optima habent, vltra hos deſerta ſunt haud exigua: quæ vero his iam auſtraliora ſunt, ab ijs tenentur, qui felicem Arabiam incolunt. Et inferius ex Eratoſtenis ſen- *Eratoſthenes.* tentia. Dicit enim de parte Septentrionali ad deſerta, quæ inter felicem Arabiam, & Cœloſyrios, & Iudæos eſt, vſque ad Arabici ſinus receſſum, Nabathæam petram verſus vſque Babylonem ſtadia ſunt quinque millia, & ſexcenta. Ac tota quidem ad æſtiuales ortus eſt per adiacentes Arabum gentes, Nabathæos ſcilicet, Chaulathæos, & Agræos. Incolũt eam primi poſt Siros, & Iudæos, B homines agricultores. Poſt hos regio eſt arenoſa, & ſterilis: eam Arabes Scenitæ camelorum paſtores habitant. Hieronymus explicans poſtrema verba cap. 21. Iſaiæ; hanc Ieremiæ prophetiam refert ad oſtendendum quæ gens proprie dicatur Cedar, nempe Iſmaelitarum, hoc eſt Sarracenorum, quæ habitat in tentoriis, & quas nox compulerit ſedes tenent, quibus armenta ſunt, & pecora, camelorumque greges, qui non habẽt oſtia, nec vectes, non enim verſantur in vrbibus, ſed in ſolitudine habitant. Ad hos Arabas etiam Nabuchodonoſor prænunciatur venturus, vel quod Iudæis infenſi eſſent, vel quod ad ſe fugientes, repulerint inhumaniter.

Aſor. 32. *Aſor.*] Graue dubium eſt, de qua Aſore fiat hoc loco ſermo: nam cum quatuor vrbes inne- C niamus, חצור Haſor, ſeu Aſor vocatas, meritò in- *De qua Aſor ſit ſermo.* quiritur de qua harum loquatur Ieremias? Numeratur autem in tribu Iuda triplex ciuitas dicta Aſot Ioſue cap. 15. nam verſ. 21. dicitur: *Ioſue 15. 21. 25.* Erantque ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda, iuxta terminos Edom à meridie Cabſeel, & Cades, & Aſot. Deinde verſu 25. aſſignatur altera Aſor *Aſor multiplex.* hadatta, hoc eſt noua, & Carioth, de qua Hieron. in libro de locis Hebraicis dicit ſitam in finibus Aſcalonis contra Orientem eius, quæ cecidit in ſortem tribus Iudę. Rurſus eodem verſu ponitur, Heſron, hæc eſt Aſot: quam videtur Hieronymus in illo libro, iuxta eremum in tribu Iuda ſtatuere. Nullam autem harum trium ciuitarum eſſe, contra quam loquatur Ieremias, inde conſtat, quod eſſent de tribu Iuda, & priuatæ, at Ieremias loquitur contra gentes, & contra regna Aſor. Duæ D ergo aliæ ſtatuuntur, de quibus ſolis dubium eſt. Vna in Arabia deſerta, quæ metropolis erat Cedarenorum, ſeu Saracenorum: fortaſſe ea eſt, quã vltimam ſignauimus dictam Heſron, iuxta eremum, videlicet Pharan, ab oppido Pharan trans Arabiam iunctũ Saracenis, qui in ſolitudine vagi errant, contra Auſtralem plagam, & diſtat ab aula contra Orientem itinere trium dierum: nam in deſerto Pharan habitauit Iſmael, vnde Iſmaelitæ, qui nunc Saraceni: ſic Hieron. libro illo de locis *Ioſ. 11. 1.* Hebraicis. Altera Aſot memoratur Ioſue 11. cap. cuius rex Iabin conuocauit reges omnes finitimos, & ſibi ſubiectos, vt contra Ioſue dimicarent ad aquas Morom, & omnes percuſsi ſunt, & ſolam Aſor munitiſsimam flamma conſumpſit: quã reſtauratam, vna cum vicina Cedes, & vniuerſa *4. Reg. 15. 29.* Neptali Teglathphalaſſar cepit 4. Reg. 15. 29. & tranſtulit in Aſſyrios: & poſtea Ionathas Machabęus 1. Machab. 11. 67. & caſtra eius applicuerunt *1. Mac. 11. 67.* ad aquam Geneſar, & ante lucem vigilauerunt in campo Aſor, vbi copias Demetrij mira virtute fudit. Erat autem ſita circiter triginta millibus paſſuum à Tyro Orientem verſus. Ad Septentrionem habens Cæſaream Philipphi, ad Orientem campum magnum vſque ad aquas Moron, quas cogit Iordanis, ad Auſtrum ciuitatem Neptaliu.

Quæritur ergo num Ieremias comminetur excidium huic Aſor, an illi, quæ eſt in ſolitudine? Hieronymus ſuper 21. Iſaiæ, ad finem, referens noſtri Ieremiæ prophetiam, aſſerit loqui eum de Aſor metropoli Saracenorum in eremo: eius ſententiam ſequuntur Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius. Et probatur, quia dum ſimul iungit Cedar, & regna Aſor, oſtendit Aſor ad Cedarenos pertinere. Deinde, quia per regna Aſor intelligit, vt vult Vatab. diœceſes, vulgò dictas *Señorias*, nouimus autem ex Strabone, dum quæ gens eſſet Cedar explicaremus, Arabes Scenitas per paruas quaſdam potentias inter ſe partitos: quæ merito regna vocat Propheta.

Verumtamen magis accedit ad veritatem, & *Vera ſententia.* ad ſcripturam ſacram explicare Ieremiam de altera Aſor terræ Chanaan. Nam vel ipſe modus dicendi: ad regna Aſor, id ſatis manifeſtat: cum Ioſue 11. Iabin rex Aſor, quaſi princeps omnium *Ioſ. 11. 1.* regum, ac regnorum Chananeę, omnes illos conuocarit ad pugnandum contra Ioſue, dicitur autem verſu 10. Aſor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat: & Iudicum 4. 2. *Iud. 4. 2.* Et tradidit illos dominus in manus Iabin regis Chanaan, qui regnauit in Aſot, habuitq; ducem exercitus ſui Siſaram. Hieronymus quoque in li- *Hieron.* bro de locis Hebraicis, Aſor, ait, ciuitas regni Iabin metropolis erat omnium regnorũ Philiſtiim. Deinde regionis Decapolitanæ vrbs præcipua *Mat. 4. 25.* conſtituitur Aſot, cuius in Euangelio non ſemel fit mentio: nam licet alij alias enumerent vt Pli- *Marc. 5. 20.* nius lib. 5. cap. 18. ciuitates, & in alio ſitu conſti- *Marc. 7. 31.* tuant, vt Hieronymus in lib. de locis, trans Iordanem, alij circum Iordanem, tam cis Iordanem *Plinius.* quam vltra: Broccardus tamen in deſcriptione *Hieron.* terræ ſanctæ cap. 6. ex ſententia Iacobi Patriarchę *Iacobus.* Ieroſolymitani, ſic refert: Regionis Decapoleos *Decapolis.* fines ſunt, mare Galilææ ab Oriente, & Sidon magna ab Occidente, & hæc eſt latitudo eius: in longitudine vero incipit à ciuitate Tiberiadis, & vergit per littus maris Aquilonaris vſque in Damaſcum. Dicitur autem Decapolis à decem principalibus eius ciuitatibus, quarum nomina ſunt hæc. Tyberias, Sepheth, Cedes, Neptalim, Aſot, Cæſaræa Philippi, Capharnaum, Ionitera, Bethſaida, Corozaim, & Bethſan, quæ etiam Scytopolis eſt appellata. Has ergo vrbes non immerito vocaſſet Ieremias, regna Aſor. Præterea Septuaginta, quod Vulgatus vertit, Ad Cedar, & ad re- *Aulonitica regio.* gna Aſot, ipſi tranſtulerunt, ipſi Cedar, & Reginę Aulæ, volentes, ſi ad rem locuti ſunt, ſignificare, Aſor, quæ fuit princeps, ac regina Auloniticæ regionis: de qua ſic ait Hier. lib. de locis Hebraicis. *Hieron.* Aulon Hebræum vocabulum eſt: appellatur autem vallis grãdis, atque campeſtris in immenſam longitudinem ſe extendens, quæ circundatur ex vtraque parte montibus, ſibi inuicem ſuccedentibus, & coherentibus, qui incipientes à Libano, & vltra vſque ad deſertum Pharan perueniunt.

Suntque

Suntque in ipſo Aulone, id eſt, valle campeſtri vrbes nobiles, Scythopolis, Tyberias, ſtagnumq; propter eam, ſed & Hiericho, mare mortuum, & regiones in circuitu, per quas medius Iordanis fluit oriens de fontibus Paneadis, & in mare mortuum introiens. Hanc Hieronymus loquens de deſerto Pharan vocat Aulam, dicens: diſtat ab Aula contra Orientem itinere trium dierum. In cap. vero 11. Ioſue, dicitur regem Aſor vocaſſe ad dimicandum cum Ioſue regem Madon, & Semeron, & Aſchaph, reges quoque qui habitabant in montanis ad Aquilonē, & in planicie contra meridiem Ceneroth, in campeſtribus quoque, quæ nihil ſunt aliud quam vallis Aulæ: cuius Aſor metropolis erat, ac regina. Demum quia manifeſtè propheta, vt Hieronymus adnotauit, deſcribit Cedarenos, ſeu Saracenos in ſolitudine vagantes ſine ædibus, ac vrbibus, quomodo ergo regna haberent? aut quid prodeſſet illis vna ciuitas Aſor, ſi alias non habebant? hoc igitur vt certius habeatur. Quod vero coniunxerit Ieremias cum Cedar regna Aſor tam longè diſſita, non eſt mirandum, cum præſertim vellet Aſoritis inſultare, mittendo eos ad ſolitudinem, deſertis ciuitatibus, vt cum eis habitarent ſub tabernaculis, ſi ibi eis liceret vitam quietam agere.

Ioſ. 11. 1.

33. *Percuſſit.*] Præteritum, percuſſit Nabuchodonoſor, pro futuro, percuſſurus eſt, poſuit, conſuetudine ſcripturæ, vt notauit Dionyſius. Siquidem ſtatim ſubdit Propheta, inijt iſte conſilium Chaldæum contra Aſor: & poſtea, & erit Aſor in habitaculum draconum deſerta: prænuncians futura mala Aſori, & regnis ei ſubiectis. Niſi forte placeat, hanc prophetiam prænunciatam quidem fuiſſe ſuo tempore: at poſt vaſtationem ſcriptam, & ita ſcriptorem dixiſſe, quæ percuſſit, hoc eſt, quæ videmus percuſſa: ſed prius eſt ſolidius.

Præteritum pro futuro.

34. *Orientis.*] Geneſis 25. 15. inter filios Iſmaelis, poſtremus ſtatuitur, Cedma, cuius hoc loco mētionem fieri affirmant Theodoretus, Pagninus, Vatab. & Iſidorus, cū dicitur: Vaſtate filios קדם Kedem. Qui cum eſſent permixti cum fratribus ſuis Cedarenis, conſueta repetitione eoſdem voluit propheta ſignificare. Septuaginta vero, Vulgatus, Chaldæus, & Tigurina, filios Orientis interpretantur, quod Cedmæis, in plaga illa auſtrali, quam occupant Iſmaelitæ, orientalis regio contigerit.

Cedmæi Gen. 25. 15.

35. *Fugite.*] In Hebræo ſic dicitur ad verbum. Fugite, elongate vos, profundauerūt ad habitandum habitatores Aſor: hoc eſt profundate ad habitandum: quæ verba ſuperius in prophetia contra Idumæam. num. 30. explicuimus. Hoc vero loco, vt ea ſequentibus licet colligere, per quandā irriſionem inuitat Aſoritas habitantes in vrbe munitiſſima, vt longè demigrent ad Cedarenos, vt cum eis tutius degant, qui confidentius viuunt in tabernaculis, quaſi ad eos non ſit ventura calamitas, cum tamen eos etiam ſit comprehenſura. Quamuis autem quidam ea interpretibus putent hæc verba eſſe Nabuchodonoſoris ſuos milites exhortantis, vt animosè irruant in Cedarenos, quos eoſdem arbitrantur Aſoreos, quia facilè poterunt capi, cum nihil ſibi timeant, in caſuliſque habitent, & ſoli, vt Lyra, & Dionyſius. Alij verba eſſe prophetæ ironicè inuitantis eoſdem Cedarenos, vel Aſoreos, vt fugiant, & tutiora loca quærant apud Nomades, vt Hugo, & Vatablus. Verius tamen eſt, iuxta ea, quæ ſupra definiuimus, vt dicamus, prophetam ironicè hortari Aſoritas, vt relictis vrbibus, abeant ad Cedarenos abſque vrbibus, & domibus nihil ſibi metuentes: deſcribit enim proculdubio eorum viuēdi rationem: quos nihilominus, dicit, & ipſos fore capiendos, quo oſtendat nuſquam gentium locum eis tutum futurum.

36. *In comam.*] Hebraicè, extremificatos orbis, vel angulatos anguli: diximus de hac phraſi ſuper caput nonum num. 19. & ſignificat Cedarenos, quibus mos eſt, tondere comam in orbem, diſpergendos eſſe in omnem mundi plagam: vel potius in extremos mundi angulos, in plagas extremos, vel, vt ait Theodoretus ad omnia climata fugandos à Chaldæis, & diſſipandos: nam vt ait Hieronymus Iſaiæ 21. Dromedarijs camelis, centum & amplius millia vno die per vaſtam ſolitudinem fugere ſolent.

Ier. 9. 19.

Si quis autem Aſoritarum contempletur virtutem, munitiones, & in alia regna principatum, & exercitum ex multis regulis, regniſque coactum, primum à Ioſue percuſſum, deinde à femina Iahel occiſo duce Siſara fuſum, & à Teglaphalaſſar diſsipatum, & tandem à Nabuchodonoſore penitus deſtructum: inueniet in eis depingi principum ſeculi virtutem, & poteſtatem, ac exercitum coactum, & aperte pergentem aduerſus Ieſum ſummū imperatorem, qui vicit mundum, & omnes eius vires debilitauit, & ſanguine multo fuſo coëmit: cum tamen illi poſt tam inſignem victoriam, reſumentes vires iterum pugnent aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius: & modo à fœmina, hoc eſt à Venere illecebroſa deijciuntur, modo ab Aſſyrio mundo hac, illacque, per varios affectus diſſipantur, donec tandem à Chaldęo, nempe à dęmone, in carcerem perpetuo cruciandi detrudantur. Sed hoc dat eis conſilium propheta, ſi ſuæ saluti proſpicere volunt, vt relictis vrbibus, domibus, facultatibus, delicijs, amicis, & cognatis, quibus deuincti, hoſtes ipſos incitant ad pugnam, longe recedant ad Eremitas, qui ſoli habitant, ſine oſtiis, & vectibus, vitam agentes pacificam, & confidentem, vt apud eos ſe tueantur: & cum nihil habeant facile mutant ſolum, & in cælum demigrant: eiuſmodi enim eſt religioſum effugium, aut refugiū erinaceis, vita religioſa, velut arca Noë, in qua liberandi ſeruentur ab aquis diluuij. Quod ſi ij, qui extra vrbes degunt, & oſtia, aut vectes non habēt: ſpiritualibus vectibus, aut oſtiis cor ſuum non occludunt, ſed ſoli habitant, non habentes ſubleuantem ſe, nimirum ſi lumen quod habent conuertatur in tenebras, & ex eremitis fiāt Cedareni obſcuri, & tenebroſi: Pone domine, dixit Dauid Pſal. 140. cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labiis meis. Et Pſ. 147. Conforta ſeras portarum mearum, quia ſicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu, ſic vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum: vt Prou. 25. dicitur: Quod hoſtium pateat incurſibus: venerunt in Lais. Iud. 18. Ad populum quieſcentem, & ſecurum, & percuſſerunt eos in ore gladij, vrbem incendio tradiderunt, nullo penitus ferente auxilium. Vnde ad huiuſmodi gentem agrediendam inuitant ſe Chaldæi, hoc eſt dæmones, habitantem cōfidenter, & nihil ſibi timentem, cū beatus ille prædicetur, qui ſemper eſt pauidus.

Documentum ad mores. *Pſ. 2. 2.* *Pſ. 103. 18.* *Gen. 7.* *Eccle. 4. 10.* *Mat. 6. 23.* *Pſ. 140. 3.* *Pſ. 147. 2.* *Prou. 25. 28.* *Iud. 18. 27.* *Pro. 28. 14.*

37. *Elam.*] Elam, ſeu Ælam filius primus Sem filij Noe, Ælimos, ſeu Ælimæos, aut Ælamitas poſteros habuit, à quibus Perſæ originem traxerũt; vt auctor eſt Ioſephus lib. 1. Antiq. cap. 7. & ex eo Hieron. in traditio. in 10. cap. Geneſis. Fuit autem Ælam ciuitas, quæ regioni Ælamitatum nomen dedit, vt ait Hieroo. in 8. Danielis: vbi Daniel dicit Suſan fuiſſe in regione Ælam, & omnes fere Geographi Suſan in Perſide collocant. Plinius tamen lib. 6. cap. 27. Suſianam regionem Perſidis, & Ælamiticam in duas prouincias diſtinguit, dicens: Suſianen ab Ælimaide diſterminat amnis Eulæus ortus in Medis; vnde partem Perſidis videntur obtinuiſſe Ælamitæ, trans Babylonem. Atque omnes interpretes exiſtimant contra hos inuehi Ieremiam: ſolus Theodoretus dicit eſſe ſermonem de Ælam vrbe ſita in ore maris rubri: quæ olim erat emporium inſigne, in quam irruit Nabuchodonoſor cum rediit victor ex Ægypto. Sed non eſt opus de hac vrbe intelligere, ſi talis fuit, ſed de Ælam Perſidis, nec hanc vaſtitatem oportet reducere, vel ad Cyrum, vel ad Macedones, vt Hugo, Vatablus, & Iſidorus faciunt: cum vera facta fuerit per Chaldæos, vt aſſerunt Theodoretus, & Dionyſius, & Ieremias ſatis oſtendit, qui cap. 25. Propinans calicem furoris domini; verſ. 25. Inter alias gentes annumerat, & cunctis regibus Ælam, & cunctis regibus Medorum: & rex Seſac bibet poſt eos: vnde conſtat per Chaldæos calicem illum propinandum, etiam Perſis, & Medis antequam ipſum Chaldæorum periret imperium.

Elamitarũ gẽs. Gen. 10. 22. Ioſeph. Hieron. Plinius. Iere. 25. 25.

38. *Sedeciæ.*] Falſo Vatablus in dubium reuocat tempus, exiſtimans pro Ioakim irrepſiſſe nomen Sedeciæ: cum omnes interpretes Græci, & Latini, antiqui, & recentiores, Septuaginta etiam, Vulgatus, & Chaldæus, & Hebraica exemplaria, Sedeciæ habeant: vnde perſuaſum habeo, has omnes prophetias hoc ipſo tempore fuiſſe editas.

Tempus prophetiæ.

39. *Arcum.*] Ælamitæ erant in arcu peritiſsimi: vnde in eo erat ſumma, principium, aut caput roboris ipſorum. Hoc eſt enim quod Hebraicè dicitur, & ſummam, ſeu principium, ſeu robur fortitudinis eorum. LXX. legunt dominationis eorũ, quia per arcum & ſua conſeruabant, & aliena ſibi conquirebant, ſuum principatum ampliorem reddentes.

Arcu periti Elam.

40 *Solium.*] Solium ſuum vocat Deus ſolium Imperatoris à ſe conſtituti, ac miſsi, quem Hugo putat fuiſſe Alexandrum regem Macedonum, qui imperium Perſarum deſtruxit. Iſidorus intelligit Cyrum, qui primus imperauit Perſis. Sed Theodoretus, & Dionyſius melius intelligunt Nabuchodonoſorem, cui tradidit dominus omnia regna mundi, ipſos etiam Ælamitas, vt notauimus ex 25. cap. Ieremiæ.

41. *Reuerti.*] Hanc libertatem conſecutos fuiſſe Ælamitas per Chriſti, & fidei eius ſuſceptionem volunt Rabanus, Vatab. & Iſidorus: ſed Lyra, & Dionyſius de temporali poſt dirutum Chaldæorum imperiũ per Cyrum liberatione intelligunt: tunc enim cum Cyrus Monarcha fieret, & apud Perſas eſſet imperium, vndiquaque Ælamitæ, ad Ælimaidem, vel Perſiam redierunt: quo eorundẽ liberatio de poteſtate diaboli per Chriſtum imperatorem prænunciatur. Recte nimirum Theodoretus, exiſtimo, ait, bonum dominum per hãc, & alias prophetias, quibus promiſit reuocationẽ, non modo polliceri liberationem à captiuitate corporis, ſed etiam à captiuitate mentis, vt pote qui maiorem animarum curam habeat: ea enim de cauſa caſtigationes infligit corporibus. Prædicit ergo deſtructionem diaboli, ceſſationem ab impietate, & liberationem hominum à peccato in captiuitatem redactorum per Chriſtum.

Elamitarũ liberatio.

PARAPHRASIS.

Sedeciæ anno 4.

HVNC ſermonem locutus eſt dominus per Ieremiam Prophetam contra Babylonem, & Chaldæam vniuerſam. Annunciate gentibus mei Prophetæ, omniumque auribus inſonate, vexillum erigite victoriæ ſignum, nuncium hoc lætiſsimum prædicate, ne celetis, dicite contenta voce, capta eſt Babylon, pudore affectus eſt Bel, qui nullam potuit ſuis opem ferre cultoribus, confractum eſt regnum Merodach: pudore, inquam, affecta ſunt ſculptilia eius, fracta ſunt idola eius Quoniam certiſſime aſcendet gens Medorum, atque Perſarum è plaga Aquilonari, quæ Chaldæam rediget in ſolitudinem talem, vt nemo ſuperſit eius habitator, tam ex hominibus, quam ex iumentis: omnes enim inde moti, recedent Tunc temporis ait dominus, Iſraelitæ, & Iudæi venient ſimul, per viam flentes præ lætitia redibunt, vt dominum ſuum quærant: interrogabunt viam ducentem in Sion, in eam facies ſuas conuertent, dicentque ſibi inuicem, venite, & iungamus nos domino fœdere ſempiterno, quod nulla iam obli-

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

VERBVM, quod locutus eſt 1
dominus de Babylone, & de
terra Chaldæorum in manu
Ieremiæ Prophetæ. | Annũ- 2
ciate in gentibus, & auditum
facite: Leuate ſignum, prædicate, & nolite
celare, dicite: Capta eſt Babylon, confuſus
eſt Bel, victus eſt Merodach, confuſa ſunt
ſculptilia eius, ſuperata ſunt idola eorum.
| Quoniam aſcendit contra eam gens ab 3
Aquilone, quę ponet terram eius in ſolitu-
dinem: & non erit qui habitet in ea ab ho-
mine vſque ad pecus: & moti ſunt, & abie-
runt. | In diebus illis, & in tempore illo, ait 4
dominus: Venient filij Iſrael, ipſi & filij Iu-
da ſimul: ambulantes, & flentes propera-
bunt, & dominum Deum ſuum quærent.
| In Sion interrogabunt viam, huc facies 5
eorum, venient, & apponentur ad do-
minum fœdere ſempiterno, quod nulla
obliuione delebitur. Grex perditus factus 6
eſt

eſt populus meus: paſtores eorum ſeduxe-
runt eos, feceruntque vagari in montibus:
de monte in collem tranſierunt, obliti ſunt
cubilis ſui. ‖ Omnes, qui inuenerunt, co-
7 mederunt eos: & hoſtes eorum dixerunt:
Non peccauimus, pro eo quòd peccaue-
rũt domino decori iuſtitiæ, & expectationi
8 patrum eorum domino. ‖ Recedite de me-
dio Babylonis, & de terra Chaldæorum
egredimini: & eſtote quaſi [8] hædi ante gre-
9 gem. ‖ Quoniam ecce ego ſuſcito, & addu-
cam in Babylonem congregationem gen-
tium magnarum de terra Aquilonis: &
præparabuntur aduerſus eam, [9] & inde ca-
pietur: ſagitta eius quaſi viri fortis [10] inter-
10 fectoris, non reuertetur vacua. ‖ Et erit
Chaldæa in prædam: omnes vaſtantes eam
11 replebũtur, ait dominus. ‖ Quoniam exul-
ratis, & magna loquimini, diripientes hæ-
reditatem meam: quoniam [11] effuſi eſtis ſi-
cut vituli ſuper herbam, & mugiſtis ſicur
12 tauri. ‖ Confuſa eſt mater veſtra nimis, &
adæquata pulueri, quę genuit vos: ecce no-
uiſſima erit in gentibus, deſerta, inuia, &
13 arens. ‖ Ab ira domini non habitabitur, ſed
redigetur tota in ſolitudinem: omnis, qui
tranſibit per Babylonem, ſtupebit, & ſibi-
14 labit ſuper vniuerſis plagis eius. ‖ Præpara-
mini contra Babylonem per circuitũ om-
nes qui tenditis arcum: debellate eam, non
parcatis iaculis, quia domino peccauit.
15 ‖ Clamate aduerſus eam, vbique [12] dedit
manum, ceciderunt fundamenta eius, de-
ſtructi ſunt muri eius, quoniam vltio do-
mini eſt: vltionē accipite de ea, ſicut fecit,
16 facite ei. ‖ Diſperdite ſatorem de Babylo-
ne, & tenentem falcem in tempore meſſis:
[13] à facie gladij columbæ vnuſquiſque ad
populum ſuum conuertetur, & ſinguli ad
17 terram ſuam fugient. ‖ Grex diſperſus [14] Iſ-
raël, leones eiecerunt eum: primus co-
medit eum rex Aſſur: iſte nouiſſimus exoſ-
ſauit eum Nabuchodonoſor rex Babylo-
18 nis. ‖ Propterea hæc dicit dominus exerci-
tuum Deus Iſrael: Ecce ego viſitabo regem
Babylonis, & terram eius, ſicut viſitaui re-
19 gem Aſſur: ‖ & reducam Iſrael ad habita-
culum ſuum: & paſcetur Carmelum, & Ba-
ſan, & in monte Ephraim, & Galaad ſatura-
20 bitur anima eius. ‖ [15] In diebus illis, & in
tempore illo, ait dominus: quæretur ini-
quitas Iſrael, & non erit: & peccatum Iuda,
& non inuenietur: quoniam propitius ero
21 eis, quos reliquero. ‖ Super terram domi-
nantium aſcende, & ſuper habitatores eius
[16] viſita, diſſipa, & interfice quæ poſt eos
ſunt, ait dominus: & fac iuxta omnia quæ
22 præcepi tibi. ‖ Vox belli in terra, & contri-

uione delectatur. Erruuerat per montes inſtar ouium, populus meus, quia reges eorum ſeduxerunt eos, dum fecerunt in montibus vagari, ad ſua idola colenda, de monte in collem abierunt, obliuioni tradentes templum domini, in quo ſolebant requieſcere: quicunque incidebant in eos, deuorabant, & hoſtes eorum dicebant, non peccamus, dum affligimus eos, quia ipſi contra dominum peccauerunt, dominum ſane iuſtitiæ eorum patronum, & in quem expectabant patres eorum, qui ſi non fuiſſet infenſus illis, non permitteret impunè affligi à nobis. Hoc tamen non obſtante educam eos è Chaldæa in patriam ſuam, dicens eis, recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini, pergite ſecuri abſque vllo metu, vt ſolent [8] hirci exilire ante gregem ſuum. Quoniam ecce ego excitabo gentes Aquilonares, & cogam ex eis exercitum copioſiſſimum, & adducam eum in Babylonē, & inſtruent acies ſuas contra eam: primoque conflictu capietur. Gentis illius ſagitta, quaſi [10] robuſti viri manu preiecta, nunquā inanis abibit. Chaldæa præda illis erit, quiſquis in eius vaſtatione repertus fuerit, aucs euadet ex ea. Læti exultauerũt cum diriperent hæreditatem meam: auxerũt ex ea pinguedinē, vt vitula pingueſcere ſolet ex paſcuis herbiferis, & vt tauri parta victoria mugire ſolent, illi exilierunt triumphũ agentes de populo meo. Idcirco mater eorum Babylon, nimio pudore afficietur, abijcietur in terram ſuffuſa pudore, quæ genuit illos, abiectiſsima omnium gentium erit, deſerta, arida, & redacta in ſolitudinē. Propter iram domini non habitabitur, tota erit ſolitudo: quicunque ex tranſeuntibus, eam fuerit contuitus ſtupebit, & ſibilo emiſſo admirabitur tam ingentem vrbis celeberrimæ calamitatem. Quicunq; ergo artem iaciendi ſagittas calletis, præparate aciem circumquaque contra Babylonem: Iacite, ne parcatis iaculis, quia peccauit in dominum, quantumuis ſe iactet innocentem. Vociferamini [12] per circuitum eam oppugnantes: dicite, dedit manus, ceciderunt iam fundamenta eius, ſubuerſi ſunt muri eius. Dominus ſumit vltionem de ea, vlciſcimini quoque vos de ea: & quemadmodum ſe geſſit cum alijs ciuitatibus, quando eas debellabat, & vos agite cum illa, excindite omnes Babylonios, ad ſatorem vſque, & meſſorem. Quiſquis ex militibus conductitijs audiens rumorem [13] hoſtium aduentantium, metuens ſtragem imminentem ad populum ſuum reuertetur, fugiet ad terram ſuam.

[14] Iſrael, veluti grex, diſperſus eſt: reges leonum feritatem imitati, eum expulerunt à terra ſua, qui primus deuorauit eum fuit rex Aſſyriorum Teglathphalaſſar, & poſtremus, qui oſſa eius perfregit fuit hic Nabuchodonoſor rex Babylonis. Propterea ſic dicit dominus exercituum Deus Iſrael. Ecce ego puniā regem Babylonis, & deſtrui faciam terram eius, ſicut punini regem Aſſyrium, & reducam Iſraelem in ſterram ſuam, & paſcetur in paſcuis Carmeli, & Baſan, & in monte Ephraim, & Galaad pro voto ſuo ſaturabitur. [15] Tunc temporis ſi quis requirat iniquitatem, ob quam ducti ſunt captiui Iſraelitæ, aut

peccatum ob quod ducti ſunt Iudæi, nuſquam inuenietur, quia dominus condonabit ijs, quos liberauerit.

Contra tyrannorum rebellium terram Babylonem aſcende, ò Dari, contra ciues vrbis '' Pekod, inſequere eos diſſipando, & interficiendo, & deduc ad exitum, quæ præcepi tibi. Audiatur ſonitus belli in terra Chaldæorum, & contritio magna ex conflictu. Tunc hæc vox inſonabit: Qui potuit fieri, vt rex Babylonis vinceretur, frangeretur, ac contereretur ille, cui ſicut malleo ferrum, gentes cedebant vniuerſæ? Quomodo Babylon eam inter gentes celebris redacta eſt in ſolitudinem. ' Subito illaqueata eſt, & capta, antequam deprehenderet laqueum, à quo ſeſe eriperet, inuenta eſt, ac comprehenſa, quoniam dominum offendit. Depromet dominus ex '' armario ſuo inſtrumenta, quæ emittere ſolet, quando eſt in aliquem iratus, quæ ſunt domino opus ad ſubuertendam terram Chaldæorum? Veniant vndiquaque aduerſus eam, & reſiſtentes conculcent, & occiſorum multitudinem, quaſi lapides redigant in aceruos, pereant, nec quiſquam ex ea ſuperſit: interficiantur vniuerſi '' principes eius, & quaſi vituli ſaginati ducantur ad mactationem. Væ illis, quia prope eſt dies extremus eorum, tempus, quo deſtruendi ſunt. Qui de Iudæis fugerint, ac euaſerint de Babylone, annunciabunt in Sion vltionem, quam ſumpſerit dominus de Chaldæis propter euerſum templum. Duces accerſant iaculatores, & peritos in arcu, & indicent eis, vt caſtrametentur aduerſus eam per circuitum, ne vllus poſſit euadere: reddant ei iuxta id quod meretur, & vt ipſa fecit cum alijs gentibus, faciant cum illa. quia contra dominum ſuperbe ſeſe erexit, aduerſus ſanctũ Deum Iſraelis. Hæc enim cauſa eſt, propter quam iuuenes eius occiſi concident in illius plateis, & omnes viri ad bellum ſtrenui de medio tollentur. Ecce ego ſententiam profero contra Chaldæum ſuperbum, ait dominus Deus exercituum, iam accedit dies eius interitus, tempus, in quo puniendus eſt: & cadet ſuperbus, ac corruet, & nullus erit, qui eum erigat, ſubijciã vrbibus eius ignem, & conſumet omnes, quæ in illius circuitu ſunt.

Sic dixit dominus exercituum: Opprimuntur tam filij Iſrael, quam filij Iuda, ab ijs, à quibus ducti ſunt captiui, & ita retinent eos, vt nolint dimittere. Sed fortiſſimus redemptor eorum, cui nomen eſt dominus exercituum, aſſumet cauſam eorum aduerſus Chaldæos, eoſque tuebitur, & deterrebit terram Chaldæorum, & mouebit aliò ciues Babylonis. Nam gladius Perſicus veniet ad deuaſtandos Chaldæos, & ciues ipſius Babylonis, ad principes, ac ſapientes occidendos, ad diuinos quoque, qui ſtulteſcent, ad fortes viros, qui metu frangentur. Denique cladi huic, & equi ſubijcientur, & currus, & omne vulgus promiſcuũ, quod in ea repertum fuerit, nam fœminis imbecillibus ſimiles manus dabunt theſauri etiam ipſi, qui diripientur. Aquis eius '' ſiccitas continget, & areſcent, quia terra ſculptilium eſt, & in '' ſimulacris gloriantur: & propterea ſola relinquetur, in qua habitent '' beſtiæ ſylueſtres cum vlulis, & pulli ſtruthionum,

tio magna. | Quomodo confractus eſt, & 23
contritus malleus vniuerſæ terræ? quomodo
do verſa eſt in deſertum Babylon in gentibus
bus? | Illaqueaui te, & capta es Babylon, 24
& neſciebas, inuenta es, & apprehenſa: quoniam
niam dominum prouocaſti. | Aperuit do- 25
minus '' theſaurum ſuum, & protulit vaſa
iræ ſuæ: quoniam opus eſt domino Deo
exercituum in terra Chaldæorum. | '' Ve- 26
nite ad eam ab extremis finibus, aperite
vt exeant qui conculcent eam: tollite de
via lapides, & redigite in aceruos, & interficite
ficite eam: nec ſit quidquam reliquum.
| Diſſipate vniuerſos '' fortes eius, deſcen- 27
dant in occiſionem: væ eis, quia venit dies
eorum, tempus viſitationis eorum. | Vox 28
fugientium, & eorum, qui euaſerunt de
terra Babylonis, vt annuncient in Sion vl-
tionem domini Dei noſtri, vltionem tẽpli
eius. | Annunciate in Babylonem plurimis 29
omnibus, qui tendunt arcum: conſiſtite ad-
uerſus eam per gyrum, & nullus euadat:
reddite ei ſecundum opus ſuum: iuxta om-
nia, quæ fecit, facite illi: quia contra domi-
num erecta eſt, aduerſum ſanctum Iſrael.
| Idcirco cadẽt iuuenes eius in plateis eius: 30
& omnes viri bellatores eius conticeſcent
in die illa, ait dominus. | Ecce ego ad te ſu- 31
perbe, dicit dominus Deus exercituum:
quia venit dies tuus, tempus viſitationis
tuæ. | Et cadet ſuperbus, & corruet, & nõ 32
eſt qui ſuſcitet eum: & ſuccendam ignem
in vrbibus eius, & deuorabit omnia in cir-
cuitu eius. | Hæc dicit dominus exercituũ: 33
calumniam ſuſtinent filij Iſrael, & filij Iuda
ſimul: omnes, qui ceperunt eos, tenent, no-
lunt dimittere eos. | Redemptor eorum 34
fortis dominus exercituum nomen eius,
iudicio defendet cauſam eorum, vt exter-
reat terram, & commoueat habitatores
Babylonis. | Gladius ad Chaldæos, ait do- 35
minus, & ad habitatores Babylonis, & ad
principes, & ad ſapientes eius. | Gladius ad 36
diuinos eius, qui ſtulti erunt: gladius ad
fortes illius, qui timebunt. | Gladius ad 37
equos eius, & ad currus eius, & ad omne
vulgus, quod eſt in medio eius: & erunt
quaſi mulieres: gladius ad theſauros eius,
qui diripientur. | '' Siccitas ſuper aquas 38
eius erit, & areſcent: quia terra ſculpti-
lium eſt, & in '' portentis gloriantur.
| Propterea habitabunt '' dracones cum 39
faunis ſicariis, & habitabunt in ea ſtruthio-
nes: & non inhabitabunt vltra vſque in
ſempiternum: nec extruetur vſque ad ge-
nerationem, & generationem. | Sicut ſub- 40
uertit dominus Sodomam, & Gomorrhã,
& vicinas eius, ait dominus: non habitabit
ibi

ibi vir, & non incolet eam filius hominis.
41 ‖ Ecce populus venit ab Aquilone, & gens
magna, & [14] reges multi conſurgent à fini-
42 bus terræ. ‖ Arcum, & ſcutum apprehen-
dent: crudeles ſunt, & miſericordes: vox
eorum quaſi mare ſonabit, & ſuper equos
aſcendent, ſicut vir paratus ad prælium
43 contra te filia Babylon. ‖ Audiuit rex Ba-
bylonis famam eorum, & diſſolutæ ſunt
manus eius: anguſtia apprehendit eum,
44 dolor quaſi parturientem. ‖ Ecce [25] quaſi
leo aſcendet de ſuperbia Iordanis ad pul-
chritudinem robuſtam: quia ſubito curre-
re faciam eum ad illam: & quis erit electus,
quem præponam ei? quis eſt enim ſimilis
mei? & quis ſuſtinebit me? & quis eſt iſte
45 paſtor, qui reſiſtat vultui meo? ‖ Propterea
audite conſilium domini, quod mente
concepit aduerſum Babylonem: & cogita-
tiones eius, quas cogitauit ſuper terram
Chaldæorum. Niſi detraxerint eos paruuli
gregum, niſi diſſipatum fuerit cum ipſis
46 habitaculum eorum. ‖ A voce captiuitatis
Babylonis cõmota eſt terra, & clamor inter
gentes auditus eſt.

& nunquam iam habitabitur ab homine, neque extruetur vltra per multas generationes: & quemadmodum cum ſubuertit dominus Sodomam, & Gomorrham, cum earum vicinis, nullus vlterius in eis habitauit, ſic nullus vir habitabit Babylonem, nec vllus, vel abiectiſſimus homo incolet eam. Ecce iam propediem veniet populus ab Aquilone, & copioſus gentium exercitus, & ex omnibus terræ plagis multi conſurgent [14] reges, arcum capient, & ſcutum induent, ſæui erunt, & commiſeratione non mouebuntur: ſtrepitus eorum quaſi tumultuans mare ſonabit, equis inſtructi venient, vt vir qui deſcenſurus eſt ad ſingulare certamen, contra te, ô miſera Babylon. Cum audierit Balthaſar rex rumorem aduentus equorum, manus eius præ metu diſſoluentur, anguſtia apprehendet eum, & dolor, ſicut ſolet parturientem. [25] Sicut leo ſolet aſcendere de paſcuis turgidi Iordanis, ſic veniet Perſa contra Babylonem pulchram, ac inuictam vrbem, quamprimum venire faciam eum ad eam deuaſtandam. Quem autem elegero, vt huic rei conficiendæ præponam niſi Cyrum? Quis vero tam potens eſt ad hæc perficienda vt ego? aut quis Chaldæorum mihi ſeſe opponet? aut ex regibus quis audebit mihi reſiſtere? Audiant igitur omnes conſilium, quod cepit dominus contra Babylonem, & cogitationes, quas cogitauit contra Chaldæam: ſi non rapuerint eos Perſarum viliſſimi, & niſi cum eis deſtruxerint Babylonem, non habeatur mihi fides. Cum capietur Babylon, tantus ſtrepitus edetur in eius expugnatione, vt audiendus ſit inter omnes gentes.

ARGVMENTVM.

PRÆNVNCIAT Ieremias Babylonem cum Chaldæa vniuerſa deuaſtandam per Cyrum, & Darium, quod arroganter ſe geſſerit in gentibus alijs ſubuertendis, & præcipuè quod templum Dei incenderit, & vrbem Ieroſolymam ſolo æquauerit, & Dei populum captiuum tenuerit; cui libertatem pollicetur vltione ſumpta de communi hoſte. Quod argumentum illuſtriori ſermone proſequitur in hoc capite; in ſequenti obſcuriori ſub varijs tropis, & ſimilitudinibus.

COMMENTARIVS.

Babylonis regnũ cur erectum. 1. BABYLONE.] Monarchiam Babylonicam erexit Deus, vt eius poteſtate, ac virtute quaſi baculo percuteret omnes gentes: & præſertim populum ſuum, rebellem ſeruum, at poſtquam ſuo muneri ſatisfecit ipſum fregit, & in *Iere. 25. 25.* ignem immiſit per Cyrum, & Darium, ſuo populo volens in hoc gratificari: vnde ſicut cap. 25. propinari fecit calicem iræ ſuæ omnibus gentibus, & poſt eas Babylon bibit ex eo, ita poſtquam exitium aliarum gentium denunciauit, latiſſimè extremam vaſtitatem denunciat modo Chaldæis, vt conſoletur populum ſuum, & in ſpem libertatis erigat. Quod ipſum multis ante annis fe- *Ier. 13. 14. 21.* cit Iſaias cap. 13. & 14. cap. 21. nominato Perſa, & Medo, qui vaſtaturi erant Chaldæã. 43. 47. & 48. adumbrans Chriſtum, qui de poteſtate dæmonum, in libertatem ſpiritualem eſſet captiuos aſſerturus. [illegible] detur autem ex fine cap. ſequentis colligi [illegible] ophetiam editam in principio re- *Prophetia huius tempus.* gni Sed [illegible], vt præcedentes, ſcriptam vero, ac miſſam [illegible] byloнem anno eiuſdem quarto, vt ibi dicitur

2. *Annunciate.*] Vatablus hoc dicit iuberi prophetis: Dionyſius, ijs qui noua ſemper appetunt, & facile ferunt. Erat hoc lætiſſimum gentibus nuncium, quas Chaldæi ob ſuam feritatem, ac ſæuitiem infenſas habebant, propterea facile rumor Babylonis dirutæ, & Chaldæi imperij deſtructi de gente ſerpebat in gentem. Cumque hoc iocundum nuncium iubeat Deus gentibus euulgari: populo ſuo id dicere nequaquam indicit, ſed ſibi hoc officium aſſumit prænunciandi Chaldæi exitium, & reditum celerem in patriam.

3. *Bel.*] Bel, & Merodach duo fuiſſe idola Babylo-

[Belus Babyloniorum Deus.] niorum præcipua exiſtimarunt R.Salomon, Rabanus, Dionyſius, Vatablus, & Iſidorus, nec diſſentit hoc loco Lyra, & propterea ſubdit: confuſa ſunt ſculptilia eius, ſuperata ſunt idola eorum. Aliis non abſque ratione viſum eſt metonimicos conditores, auctoreſque imperij poſitos pro imperio Chaldæorum, quod idem tunc erat Aſſyriorum: nam Belus Nini pater rex Aſſyriorum, primus addidit regnum Babylonicum imperio Aſſyriorum, vt referunt Alphæus apud Euſebium lib.9. de Præpar. Euangelica cap. 9. Q. Curtius lib.5. & Auguſtinus lib. 16. de ciuit. Dei, cap. 17. Merodach autem filius Baladan primus imperauit Babylonijs, qui Aſſyriorum diſſoluerunt principatum, auctore Ioſepho lib. 10. Antiq. cap.6. & Theodoretus hîc. Qui addit, id quod Hugoni, Lyræ, & Dionyſio quoque videtur, abſque tropo vocari Merodach Baltaſſarem extremum regem Babyloniorum, qui à Medis, & Perſis victus eſt, & occiſus. Illud magis probatur Theodoreto, & Hugoni, Merodach eſſe regis nomen, non idoli, quia eius nuſquam aliàs mentio fit, rex autem Merodach memoratur 4. Regum 20. & Iſaiæ 39. Belum autem eſſe præcipuum Babyloniorum idolum omnes affirmãt: & Hieron. ſuper 2. Oſeæ: Ninum ait, Beli filium in tantam gloriam perueniſſe, vt patrem ſuum Belum referret in Deum, qui Hebraicè dicitur Bel, quem Tyrij, & Sidonij cognationis nomine adorauerunt, & coluerunt, vt notat Ioſephus lib. 9. Antiq. cap. 6. & Hieron. in 33. Ieremiæ, vnde Poëta 1. Æneidos.

[Alphæus. Euſeb. Curtius. Auguſt. — Ioſephus — Merodach regis nomẽ. 4.Reg. 20.12. Iſa.39.1. — Ioſephus. Vergil.]

At regina grauem gemmis, auroque popoſcit,
Impleuitque mero pateram, qua Belus & omnes
A Belo ſoliti. &c.

[Saturnus Belus. Alex. Euſeb. Theod.] Belum autem hunc vocatum fuiſſe Saturnum aſſerunt Alexander Polihiſtor apud Euſebium lib.9. de Præpar. Euang. cap. vltimo: & Euſebius ipſe præfac. in Chronicon ad finem, & hoc loco Theodoretus.

[Medus, Cyrus debellauit Babylonem. Iere. 51. 11. 28. Quæſtio de ſitu Mediæ. — Ptolem.] 4. *Gens.*] Medos, & Perſas omnes interpretes intelligunt: & ipſe Ieremias cap. 51. 11. id expreſſit, cum dicit: Suſcitauit dominus ſpiritum regum Medorum, & contra Babylonem mens eius eſt, vt perdat eam. Et verſu 28. Sanctificate contra eam gentes reges Mediæ, duces eius, & vniuerſos magiſtratus eius. At qua ratione dicit: Aſcendit contra eam gens ab Aquilone: nam vel ab Aquilone dicit Ieruſalem, quod Perſia, & Media tribus, aut quatuor gradibus Septentrionaliores ſint quam Ieruſalem, & hæc auctore Ptolomæo lib. 5. cap. 16. diſtet à linea meridiana 31. gradus, & 40. minuta. Ecbatanis autem Mediæ primaria ciuitas, quæ modo Tauris vocatur, ſedes Sophi, 37. & minuta 45. eodem auctore lib.6. cap.2. Suſa autem, nunc Baldach, vbi reſidet Caliphe, 34. & 15. vt idem ait cap. 3. & Perſepolis ex eodem cap. 4. gradus 33. & 20. minuta. Et exiſtimo propter tam modicam diſtantiam, & apud aliquas partes Suſianæ, ac Perſicæ prouinciæ, quæ 30. aut 31. gradus habent, ob æqualem diſtantiam, non debere vocari Mediam, & Perſiam Septentrionales Iudeæ, ſed potius Orientales, & quæ magis vergunt ad meridiem. Si vero Ieremias locutus eſt reſpectu habito ad Babylonem, vt verè locutus eſt, Perſia, & Suſiana prouinciæ ei Orientales ſunt, ad Meridiem magis vergentes, ſiquidem Suſa 34. gradus habet latitudinis, Perſepolis autem 33. at Babylon 35. Media verò Orientalis etiam eſt, ſiquidem

[A] Perſiam habet confinem ad meridiem, vergit tamen aliquantulum ad Septentrionem, cum habeat 37. gradus latitudinis, vt ex Ptolomæo, cæteriſque Geographis conſtat, ob hanc autem tam modicam in latitudine diſtantiam, non eſt dicendum Perſas, & Medos aſcenſuros ab Aquilone contra Babylonem. Præſertim cum in ſpectro oſtenſo Zachariæ cap. 6. 6. quadriga ſecunda, in qua erant equi nigri, egreſſura videatur in terram Aquilonis. Communis autem intelligentia interpretum per equos nigros Medos, & Perſas accipit, quaſi Medi, & Perſæ ex Auſtro profecti perrexerint in Chaldæam Aquilonarem. Hoc *[Solutio.]* igitur ſolidum erit reſponſum, exercitum per Medos, & Perſas coactum ex gentibus Aquilonaribus, ſiquidem, vt ſequenti capite dicemus, [B] reges Armeniorum, Hyrcanorum, Sacarum, Caduſiorum, & multi alij Aquilonares coierunt in vnum, vt Chaldæum communem tyrannum de medio tollerent, & vrbem omnium dominam non tantum ſubiugarent, ſed ſolo æquarent, & purpuratam meretricem antiquo decore priuarent. Idque à Perſis, & Medis volentes euocati, qui primas tenebant in omnibus.

[Quæſtio num redierit Iſrael.] 5. *Iſrael.*] De reditu Iudæorum, & Iſraelitarum in Ieruſalem: hoc eſt duarum, ac decem tribuum dubitatum eſt aliàs, & nunc demum dubitare nos cogit hic locus: in quo apertè dicitur decem cum duabus ſimul redituras, num ita ſit, vt verba præſeferunt, accipiendum? Nam Iſidorus hinc colligit futilem eſſe Hebræorum opinionem de decem tribubus in Aſſyria recluſis. Verum nec falſam eſſe, nec futilem illam ſententiam oſtendit quod [C] Ioſephus lib. 11. Antiq. cap.5. eam tenet, & Hieronymus ſuper illa verba cap.37. Ezechielis: Et factus eſt ſermo domini: & ceteri qui hos ſequuntur, Rabanus, Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus, & Eſdras ſatis id nos docet, dum è tribu Iuda, & Beniamin enumeret multitudinem eorum, qui rediere. Nihilominus, quod hîc ait Ieremias redituros filios Iſrael, ipſos & filios Iuda ſimul, ita eſt intelligẽdum, filios Iuda, hoc eſt populum Iudæorum, Cyri, hoc eſt, Dei proprius munere rediiſſe, ſimul autem rediiſſe nõ populum decem tribuum, ſed qui diſperſi erant, & ſe coniungere voluere Iudæis. Hoc vero his verbis tradit nobis Ioſephus eo loco. Aduocata Iudæorum concione, qui apud Babylonem degebant, & perlecta Xerxis epiſtola, ipſam quidem Eſdras retinuit, exemplar vero eius in Mediam ad omnes ſuæ [D] gentis homines tranſmiſit. Qui cognita regis erga Deum pietate, & erga Eſdram beneuolentia, omnes vehementer ſunt lætati: multi vero ex eis aſſumptis ſuis facultatibus Babylonem venerunt, cupientes reuerti Ieroſolyma; reliqua Iſraelitarum multitudo aſſuetum iam domicilium noluit relinquere. Quapropter duæ tantum tribus per Aſiam, & Europam ſub Romano degunt imperio: decem autem tribus nunc quoque vltra Euphratem ſunt, infinita hominum millia, quæ vix eſt numero comprehendere. Hucuſq; Ioſephus: ex quo conſtat facultatem datam à regibus Perſarum redeundi in Iudæam communem fuiſſe, & duabus tribubus, & decem: ſed illæ integræ redierunt: ex ijs autem non omnes, ſed multi vna cum tribu Iuda profecti ſunt ſub vno capite, & ſub eãdem formam Reipublicæ: non enim deinceps vixere diuiſi, vt prius: & hoc eſt quod noſter

[Ioſephus. Hieron. — Eſdras. — Ioſephus]

propheta

Tob. 14. 6. propheta prædicit: & multo ante Tobias cap. 14. A 6. cum dixit: Fratres noſtri, qui diſperſi ſunt à terra Iſrael reuertentur ad eam: erat autem ipſe de de tribu Neptali: & ita intelligunt hanc prophetiam expoſitores iam citati. Non omnes igitur rediere, etiam ſi fuerint ad reditum, & ad libertatem inuitati, aſſueto domicilio affecti: ſed pauci cum filijs Iuda: ſic enim contigit nobis, ſiquidem à Redemptore vniuerſorum Chriſto, homines vniuerſi inuitati, vt pergant Ieroſolymam cæleſtem, infinita multitudo ſuis nolens renunciare, redire nequit, cũ quib⁹ quã multis annis in captiuitate vixerit. Perpauci ſolum cum tribu Ioda, hoc eſt, cum Apoſtolis, diuenditis omnibus, terrã ſuæ captiuitatis relinquunt, & ad cæleſtem patriam iter arripiunt, ſub vno capite Chriſto Ieſu duce ſimul, ac Pontifice.

Nō omnes, inuitati ſeruitutem euadunt in cælū.

6. *Venient.*] Verbum Hebræum נלוו Nilvu, præteritum eſt Niphal, ſociauimus nos, adhæſimus, B vel coniuncti ſumus, & quidam accipiunt pro imperatiuo, adhæreamus, vel ſociemus nos domino, vt Tigurina: quidam pro ſeconda perſona eiuſdem temporis, coniungimini, vel copulate vos domino, vt Pagninus, & Vatablus: alij pro futuro, vt Septuaginta, Vulgatus, & Chaldæus, apponemus nos domino, vel apponentur ad dominum. Quocumque legas modo, eondem ſenſum colliges. Omnes enim ſe inuicem mutuo erant inuitaturi ad reditum, vt in Sion coniungerent ſe domino fœdere ſempiterno, denuo inito, quod iam nunquam deinceps delendũ ſit. Septuaginta legunt, teſtamentum enim ſempiternum non obliuioni dabitur: quibus verbis, vt explicat Theodoretus, redditur ratio, qua ſe excitabant Iudæi, vt viam in Sion proſequerentur. Fieri enim non poteſt vt obliuioni tradatur fœdus æternum, C quod inijt dominus cum patribus de reducendis nos ad ſe.

7. *Grex perditus.*] Oſtendit ſtatum in quo populus erat, quãdo captiuus eſt, ductus, & quæ fuerit cauſa, quæ tantam illi calamitatem adduxerit. Ait ergo: Ad ſummam morum perniciem deuenerat populus meus, ſeductus à paſtoribus ſuis regibus, & ſacerdotibus, qui verbo, & exẽplo eum inducebant, vt ad excelſa curreret, & ad montes aſcenderet, in quibus gentium finitimarum coleret idola: nec vno, aut altero contentus, de monte in collem diuerſa obibat delubra, nulla habita ratione templi domini, qui ei inſtar erat caulæ, in qua ſolebant accubare: ſic Theodoretus, & Rabanus exponunt. At Hugo, Lyra, & Dionyſius prima illa verba [*Grex perditus factus eſt populus meus*] de captiuitate declarant. Idcirco, inquit, D populus meus errat perditus, & afflictus captiuitate: ideo in captiuitatem venit, quia ſeductos à principibus, & ſacerdotibos ſecutus eſt idololatriam. Chaldęus, & Vatablus, clauſulam integram de pœna captiuitatis intelligunt, populus meus idcirco diſperſos eſt: & errat per montes inſtar ouium errantium, quia malè eſt inſtitutus à regibus ſuis: hi enim fuere in cauſa cur vagaretur per montes, cum duceretur captiuus, & de monte in montem tranſiret in Chaldæam, nec haberet vbi requieſceret: aut vt Chaldæus, oblitus domus confidentiæ ſuæ, nempe templi.

Calamitatis Iudæorum cauſa.

8. *Hædi.*] Nomen עתודים Athudim hircos maiores ſignificat, vt notat Kimhi, quibus grex totus incũbit: & ita ſolet transferre Vulgatus, vt Num. 7. 17. Hircos quinque. Deuteron. 32. 14. & Hircos cum medula tritici. Ezec. 34. 17. Ecce ego iudico inter pecus, & pecus arietum, & hircorum. Solet autem per metaphoram transferri ad ſignificandum principes, duces, & gubernatores populi: vt Iſaiæ 14. 9. omnes Hirci, hoc eſt, principes terræ ſurrexerunt de ſolijs ſuis. Et Zachar. 10. 3. Et ſuper hircos viſitabo. Hoc eſt ſuper gubernatores. Hircos ſimiliter tranſtulere Sirus, Tigurina, Pagnin. Vatab. & Iſidorus. Septuaginta dracones, Theodoretus tamen legit ἐρίφους, hædos, vt Vulgatus, & Chaldæus quidem ad maiores captiuorum videtur ſermonem dirigere. Eſtote, ait, quaſi principes in capite populi: vel potius ad omnes cum Chaldæis ipſis comparatos, vt exponit Theodoretus. Eſtote ſicut hirci qui ſunt robuſtiores ouibus, potentiores Babylonijs, & patriam veſtram occupate: hortatur ergo omnes Iudæos, vt fugiãt è Babylone, præuenientes gregem hoſtium, qui eam ſunt vaſtaturi, vt hirci robuſti ſolent gregem præcedere.

Num. 7. 17. Deuter. 32. 14. Ezech. 34. 17. Hirci pro principe. Iſ. 14. 9. Zachar. 10. 3.

9. *Et inde.*] משם Miſſam, idem eſt quod de inde, aut de illic capietur: hoc eſt, ex eo loco, in quẽ primum caſtra poſuerint non recedent, antequã vrbem capiant, quod eſt primo conflictu, aut prima oppugnatione capietur, vt rectè Vatablus: nõ ergo rectè legitur, in die capietur, vt legunt Hugo, Dionyſius, & alij, cum potius noctu capta ſit, ſed inde, vt legunt Septuaginta, Vulgatus, & omnes alij interpretes. Ita enim debilitauerant peccata Babylonem, ac fregerant, vt primo conflictu ſit capta, & dirupta.

10. *Interfectoris.*] מַשְׂכִּיל Maſchil participium Hebræum ſignificat orbantem, quomodo hoc loco acceperunt Kimhi, Pagn. & Vata. quaſi viri fortis orbãtis: nempe matrem filijs: periphraſis eſt eius, quod explicuit Vulg. interfectoris, ſeu occidẽtis: nulla enim iaculabitur ſagitta, quæ non conficiat inimicum Chaldæum: ita dixit de Ionatha Dauid. 2. Reg. 1. 22. Sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorſum, & gladius Saul non eſt reuerſus inanis, Lxx. & Tigurina acceperũt idem participiũ cum ש in cornu ſiniſtro, quod ſignificat circumſpectu prudentem, aut intelligentẽ eſſe, vnde & vertunt, quaſi iaculum pugnatoris prudentis, aut viri ſagittandi periti, non reuertetur vacuũ: prudens autem, aut intelligens ſagittæ iaculator, quis eſt, niſi, qui ita peritus eſt ſagittandi, vt iaculetur ad cor, cor penetret, vt ſagittæ potentis acutæ in corda inimicorum regis penetrant. Pſ. 99. Eiuſmodi eſt iaculator verbi Dei, quo corda penetrat audientum, donec eos Chriſto interficiat.

2. Reg. 1. 22. Pſal. 99. Prædicatoris cōditio.

11. *Effuſi.*] Similitudine gemina docet exultationem Chaldæorum, quam ceperunt ex direptione Iudæorum: prior eſt, quoniam effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbã. Hebraicè, quia multiplicati eſtis, pinguefacti, aut excreuiſtis, aut laſciuiſtis ſicut vitula herbaria, vel germine, aut herba paſta: ſic enim exponunt verbum דשא Daſa Septuaginta, Vulgatus, Chaldæus, Pagn. & Vatab. Dauid tamẽ Kimhi, quem ſequitur Tigurina, & Vatablus legunt דשה Daſah, ponentes, ה pro א, aut accipientes א pro ה, qua ratione ſignificat, triturans: ſicut vitula triturans, quæ tota die veſcitur, ad diſtinctionẽ arãtis, quæ macra eſt: qualis erat Ephraim, de quo Oſeæ 10. 11. Ephraim vt vitula aſſueta diligere trituram. Eſtque duplex huius ſimilitudinis ſenſus, vel ſecũdum Theodoretum, & Vatablum,

Hoſea 10. 11.

Quoniam vos impinguaſtis direptionibus populi mei: & laſciuiſtis præda eius, ſicut pingueſcit vitula paſta herba, & laſciuiſtis in deuoratione populi, vt vituli cum deuotant berbam, vt Rabanus, & Hugo eaponunt: vel ſecundum Lytam, & Dionyſium, quoniam ea auiditate irruiſtis in populum meum, qua vitula in herbam progerminãtem. Ea erat Chaldæorum auiditas Dei populum denorandi. Ea quoque dæmonnm irruendi in teneram virtutem incipientium ſeruire Deo: pullulare nõ ſinunt, quã auctã euellere nõ valebũt. Poſterior ſimilitudo eſt, & mugiſtis ſicut tauri. אבירים Abirim robuſtos, aut fortes ſignificat, & ideo tauros, quod prꝗſtẽt fortitudine, vt Pſ. 49. 13. Nunquid mãducabo carnes taurorum. Iſ. 34. 7 & deſcendent vnicornes cũ eis, iuuenci cũ tauris.

Auiditas Chaldæorũ, et dæmonũ. *Pſ. 49. 13* *Iſ. 34. 7.*

12. *Dedis manum.*] Aduerbium illud, vbiq; quidam coniungunt cum ſequenti verbo, dedit, & legũt, vbique dedit manum: hoc eſt, vt eaplicant Rabanus, Hugo, & Dionyſius, ad omnia regna deuaſtanda extendir manum, ideo nunc ipſa deuaſtabitur: vel vt Lyra, & Dionyſius etiam, extendit manum, ideo nunc ipſa deuaſtabitur: vel vt Lyra, & Dionyſios etiam, extendit manum poſtulans auxilium à multis gentibus, iuxta illud Threnot. 5. Ægypto dedimus manus. Subiecimus nos Ægyptijs, iniicimus gratiam, vt nobis opem ferrent. Melius autem ceteri interpretes ad ſuperiora referunt. Clamate aduerſus eam vbique, vel per circuitum, hunc edentes clamorem, dedit manum, hoc eſt, ſe victam faſſa eſt: quem ſenſum innuunt Septuaginta dicentes, diſſolutæ ſunt manus eius; & Chaldæus, tradita eſt in manus eorum? Vatabl. & Iſidorus: & ſatis comprobat quod ſequitur, ceciderunt fundamẽta eius, deſtructi ſunt muri eius.

Threno. 5. 6.

13. *A facie.*] Verba illa, à facie gladij columbæ; Chaldæus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, cum ſuperioribus connectunt: Diſperdite ſatorẽ de Babylone, & tenentem falcem in tempore meſſis, à facie gladij columbæ: hoc eſt, quanuis in vaſtatione prouinciarum, & vrbium, ſoleat agricolis parci, quibus agrorum demandatur cultura, vt factũ eſt in deuaſtatione Ieruſalem: at in euerſione Babylonis nec hoc concedetur, nam & ipſi agricolæ ſunt interficiendi ne ager Babylonicus excolatur, ſed incultus omnino remaneat, propter ſummam Nabuchodonoſoris ſæuitiam, & crudelitatem, quam in omnes gentes exercuit. Chaldæus metaphoricè ſatorem intelligit regem Babylonis: meſſorem vero, qui gladio metebat gentes. Septuaginta vero, Vulgatus, Tigurina, Pagninus, & Vatablus, ac Iſidorus, referũt ad ea, quæ ſequuntur: à facie gladij columbæ vnuſquiſq; ad populum ſuum conuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient: & eſt ſenſus: Quicunque præſidiarij milites, & diuerſarum gentium turmæ, quibus prius ciuitas defenſabatur, ad ſuas prouincias reuertentur propter conceptũ de hoſte aduentante, vel vrbem ingrediente metum, ſic Hieronymus, in eadem verba Iſaiæ 13. v. 11. Theodoretus, Rabanus, Hugo, & ceteri, præter Iſidorum, qui de captiuis dimittendis explicat per Cyrum. Quod vero dicit, à facie gladij columbæ, Septuaginta dixerunt, à facie gladij Græci, quaſi gladium Ioniũ, intelleaerint. Ionah, Chaldæus, Tigurina, Paguinus, Vatablus, & Iſidorus, à facie gladij opprimentis, ſeu vaſtantis, nempe Perſarum, & Medorum, qua de re latius diximus ſuper caput 25.

Babylonius deſeritur ab omnibus. *Iſ. 13. 11.*

14. *Iſrael.*] Omnes ſic hunc locum interpretãtur. Nã totus Iſraël, hoc eſt, duodecim tribus è patria ſua ſunt pulſæ, decem quidem à Teglathphalaſſar primum, & tandem à Salmanaſſar, qui carnes eius comederunt vſq; ad oſſa: quæ reliquerũt confringẽda à Nabuchodonoſore: vocat oſſa tribũ Iuda, & Beniamin, ob fortitudinẽ, & quia apud has tribus erat templum, & regnũ. Comminatur tamen ſe puniturum regem Babylonis, transferendo imperium Babylonicum ad Perſas per Dariũ, & Cyrum, ſicut puniuit regẽ Aſſur, & vrbem primariã Niniue, & tranſtulit imperiũ Aſſyriorũ ad Chaldæos. Hæc nota ſunt ea hiſtoria regum Iſrael, & Iuda. Promittit deinde reditum in terram ſuã Iſraelitis, vbi perfruentur vbertate Carmeli, Baſan, & Ephraim, & Galaad. De Carmelo ſermo eſt, qui ad ſortem pertinebat tribus Aſer, Ioſue 19. 24. in mare procurrens de quo diximus c. 48. Baſan autẽ totã illam terrã ſignificat, quã Og rex poſſidebat, vberrimã ſolo, & paſcuis lætam. Ideo Deuter. 32. 14. dicitur, Cum adipe agnorũ, & arietũ filiorum Baſan: quã propterea ſibi petierũt Ruben, Gad, & dimidia tribus Manaſſe; & tradita eſt Gaditis, & Manaſſitis, Ioſ. 13. 12. Cõtinebatur autẽ his terminis, nam ad Auſtrum fluuio Iabok terminabatur, qui ab oriente in occidentẽ procurrit: ad ſeptentrionẽ mõte Hermon, qui eſt illa pars Libani, quę inchoat à Cæſarea, ſeu Iordanis fontibus, verſus orientẽ. Occidenti obijcitur Iordanis, orienti deniq; mons Galaad, & procurrentis mõtis Hermonis iuga. Montis Ephraim frequens fit mentio in ſcriptura ſacra, præſertim in libris Ioſue, & Iudicũ: fuit enim tota poſſeſſio trib⁹ Ephraim, ſeu Ioſeph, cui dixit Ioſ. c. 17. 15. Populus multus es, aſcẽde in ſyluam, & ſuccide tibi ſpacia in terra Pherezæi, & Raphaim, quia anguſta eſt tibi poſſeſſio mõtis Ephraim: in mõte vero Ephraim erat mõs Semerõ, vt dicitur 2. Paral. 13. 14. Stetit Abia ſuper montẽ Semerõ, qui eſt in Ephraim. Hic vero nomen dedit Samariæ: ideo Iſ. 7. 9. dictum eſt, caput Ephraim Samaria. Terrę autẽ huius fertilitas colligi poteſt ea verbis Iſ. 28. 1. Væ coronæ ſuperbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidẽti, gloriæ exultationis eius, qui erãt in vertice vallis pinguiſſimæ, errãtes à vino. Et Hoſeæ 10. 11. Ephraim vitula docta diligere trituram, & ego tranſiui ſuper pulcritudinẽ colli eius. Galaad mons eſt, qui ſurſum ad Libanũ vſq; porrigitur, cuius eſt velnti appẽdix, aut initiũ potius, ſeu caput, vt vocat Iere. c. 22. Feraciſſimus ſtyracis, in eoq; eſt vrbs Galaad. Ab hoc mõte lęta paret, & amæna regio vſque ad Iordanẽ, dicta Galaaditis auctore Ioſ. lib. 1. Ant. c. 21. Diximus de eo latius ſuper c. 22. num. 2. Cõprehendi voluit Deus quatuor his locis vniuerſã terrã Iſraelis: nam eius longitudo ab oriẽte in occidens deſignatur mõte Galaad ad orientẽ trãs Iordanẽ, & mõte Carmelo cis Iordanẽ ad occidentem: & mõte Ephraim cis Iordanẽ, vt terra Baſan trãs Iordanẽ: ſolet autem ſcriptura fere hæc loca nominare à redeuntibus poſſidẽda, & ea colẽda: ne metuãt vel difficultatẽ, vel hoſtiũ poteſtatẽ. Sic Abd. 19. Et hæreditabunt hi, qui ad auſtrũ ſunt montẽ Eſau, & qui in cãpeſtribus Philiſtum, & poſſidebũt regionẽ Ephraim & regionẽ Samariæ, & Beniamin poſſidebit Galaad, & Michæas cap. 7. 14. Paſce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos, in ſaltu, in medio Carmeli, paſcentur Baſan, & Galaad iuxta dies antiquos.

Oſſa vocat duas tribus. *Babylonicũ imperium ad Perſas tranſlatum.* *Aſſyriorum imperium ad Chaldæos tranſlatum.* *Carmelus.* *Ioſ. 19. 24.* *Baſan.* *Deuter. 32. 14.* *Ioſ. 13. 12.* *Ephraim mons.* *Ioſ. 17. 15.* *2. Paral. 13. 14.* *Iſ. 7. 9.* *Samaria.* *Iſ. 28. 1.* *Hoſea 10. 11.* *Galaad mons.* *Abd. 19.* *Michææ 7. 14.*

Peccatũ idololatriæ deletum.

15. *In diebus.*] Illa verba, in diebus illis quæretur iniquitas Iſraël, & non erit, & peccatum Iuda, & non inuenietur, quia propitius ero: Theodoretus, Hugo, Lyra, & Dionyſius de tempore reditus è Babylone explicant, quando peccatum idololatriæ propter quod decem tribus ductæ ſunt captiuæ primum, deinde duæ, nuſquam repertum eſt inter Iudæos: nam deinceps nunquam idola coluerunt: nihilominus Vatab. & Iſidorus de tempore Chriſti hæc explicant, quo verè condonata ſunt peccata per Chriſtum: & quidem perfectè id impletum eſt Chriſti tempore, vt notat Dionyſius: quamuis in typo acciderit ea felicitas filiis Iſrael, & Iuda è Babylone redeuntibus.

Babylon Pekod dicta cur.

16. *Viſita.*] In Hebræo legimus: Contra terram rebellium aſcende, Mede, aut Perſa, contra habitatores פקוד Pekod. Hebræi, quos ſequitur Vatablus exiſtimant hoc nomine vocari Babylonem, quod iam iam eſſet viſitanda, & punienda, nam Pekod, vel perſona 2ª imperatiuis eſt, viſita, vel vlciſcere, qua ratione acceperunt Septuaginta, & Vulgatus: vel Gerundium, viſitando, vt vertit Pagninus: eſt ergo verbum poſitum loco nominis per onomatopœiam efficti ad ſignificandam Babylonem ſubiectam, & obnoxiam viſitationi, & punitioni, quod quamprimum eſſet à Medis, & Perſis ſubuertenda. Vnde & Chaldæus nomen Hebræum integrum reliquit, innuens nomen proprium vrbis eſſe in Chaldæa, & modus loquendi id oſtendit, cum dicitur, contra habitatores Pekod, Viſita. Sicut Iſaias cap. 8. 3. filio ex prophetiſſa accepto nomen indicit, Maher Salal Has Baz, hoc eſt, accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari: quo ſignificata eſt celeris decem tribuum abiectio, & in captiuitatem adductio. Similiter accepit Chaldæus Ezech. 23. 23. cum illa verba: Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, filios Babylonis, & vniuerſos Chaldæos, nobiles, tyrannoſque, & principes, Hebraicè, Pekod, & Soah, & Koah, ſic vertit, quaſi nomina gentilitia, Pekudaitas, Sohitas, Kobitas. Conſtituit enim Deus, vt improbus, vel in nomine præferat exitium ſuum, vt quoties nominatus fuerit, meminerit pœnæ, cui ſubijciendus eſt, & caueat culpam: Quemadmodum Adam nominatus eſt à terra rubra, ne ſe extolleret, ſed memineret ſe è vili conditum materia: & Chriſtus vocatus eſt princeps pacis, pater futuri ſeculi, & Ieſus, quo ſui officij recordatus, vehementiori mente, mortem oppeteret pro homine liberando.

Iſa. 8. 3. *Ezech. 23. 23.* *Improbus nomine præfert ſupplicium ſuũ.* *Iſa. 9. 6.* *Matth. 1. 21.*

Babylonis occupatio.

17. *Illaqueaui.*] Prænunciat ſubitam Medorum, Perſarumque in vrbem irruptionem, neque cogitantem. Nam Cyrus, quoniam audiſſet eiuſmodi feſtum eſſe Babylone, in quo Babylonij omnes vniuerſam noctem bibunt, & laſciuis carminibus, ſaltationibuſque indulgent, multis hominibus acceptis, aperuit foſſas, quæ tendebant ad flumen, vt refert Xenophon lib. 7. Cyripediæ, per quas flumen exhauſtum, facile viam præbuit militibus, qui ingreſſi rectà ſe ad ædes regias contulerunt, & in vigiles ad multam lucem bibentes irruunt, & regem ſtantem diſtricto acinace, è medio ſuſtulerunt, ijs etiam interfectis, qui cum eo erant, vt idem refert, & Zonaras ex ipſo 2. Annalium. Tanta autem erat vrbis magnitudo, ait Herodotus libro primo, tamque abſorti erant oblectationibus Babylonij, vt cum capti eſſent, qui media vrbis incolebant, non ſentirentur ab his, qui extrema habitabant. Igitur in ea nocte, in qua operam dabat compotationibus in conuiuio, de quo Daniel cap. 5. & Iſaias capite 21. verſ. 5. nihil tale cogitans illaqueatus eſt, & deprehenſus Balthaſar cum vrbe ſua Babylone. Vt enim dixit Eccleſiaſtes capite 9. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo. Et Paulus 1. ad Teſſalon. 5. rectè monuit, Cũ dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus.

Xenop. *Zonaras.* *Herod.* *Dan. 5. 1.* *Iſa. 21. 5.* *Eccl. 9. 12.* *1. ad Theſſ. 5. 2.*

18. *Theſaurum.*] Nomine theſauri videtur accipere armarium, in quo varia armorũ genera ſunt repoſita, vt illis armentur milites, cum opus fuerit. Hoc autem armarium, licet putet Vatablus eſſe Mediam, & Perſidem, vnde exercitus eſt excitatus aduerſus Babylonem: melius tamẽ Theodoretus, Hugo, Lyra, & Dionyſius intelligunt vltricem, ac definitam Dei ſententiam contra Babylonem à Deo latam: qua definiuit punire Chaldæam, vaſis, hoc eſt, inſtrumentis, vt ſunt, gladius, haſta, romphęa, quibus ſeſe vlciſcitur de hoſtibus ſuis. Nam vaſa iræ Dei duplicia notantur in ſcriptura, quædam dicuntur, quæ replentur ira Dei, & in quæ iratus Deus ſuam exerit iram, permittendo ſubijci peccatis, quibus æterno deputentur ſupplicio, & de his loquitur Paulus ad Roma. 9. 21. cum ait in poteſtate figuli eſſe ex eadem maſſa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam. Quodque Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Sunt alia vaſa portantia iram domini, & executioni mandantia vltionem diuinam, quod eſt propinare calicem iræ domini, cuiuſmodi fuit Nabuchodonoſor vt dictum eſt cap. 25. & hoc loco vocantur Darius, & Cyrus, & Medi, & Perſæ, quibus Deus ſeſe vltus eſt de Chaldæis, vt etiam dixit Iſ. cap. 13. 5. Dominus præcepit militiæ belli venientibus de terra procul, dominus, & vaſa furoris eius, vt diſperdat omnem terram: nam duce domino milites Medi, & Perſæ vt inſtrumenta indignationis, & iuſtitiæ eius, venerunt aduerſus Babylonem, quo doceamur non odia ſemper, aut auaritiam, ſuperbiamve nationum, præcipuam eſſe cauſam vaſtationum regnorum: ſed hoſtes eſſe vaſa indignationis diuinæ, quam peccatis noſtris prouocauimus. Sicut certe habet Deus vaſa ſuæ miſericordiæ, per quæ ſcilicet ſuam gratiam, ſua beneficia, ſuamque miſericordiam exerit, & alijs impartitur, quale vas fuit Paulus Actuum 9. 15. ad portandum nomen Chriſti in gentes; & Apoſtoli, virique Apoſtolici, qui miniſtri fuerunt verbi, & inſtrumenta ſalutis. Nomine vero vaſis non tantum ſcriptura ſacra, ſed & priſci auctores Latini vniuerſa quæque inſtrumenta ſignificabant.

Vaſa iræ Dei duplicia. *Ad Ro. 9. 21.* *Iere. 25.* *Iſ. 13. 5.* *Vaſa miſericordiæ.* *Act. 9. 15.*

Lectio varia.

19. *Venite.*] Hæc periodus eſt difficilis, & ex Hebræo ſic ad verbum transfertur. Venite ei à fine, aperite apothecas eius, calcate eam ſicut aceruos, & perdite eam, non reſiduum ei. Hanc lectionem ferè ſequuntur Septuaginta, Chaldæus, Tigurina, Lyra, Pagninus, Vatablus, & Iſidorus. Et eſt ſenſus: Venite, ô Dari, & Cyre, cum veſtro exercitu, à fine, vel ab extremo; aut à latere terræ Chaldeæ, nempe, ex Media, & Perſia, vel è remo-

tis regionibus, vnde exercitus erat cogendus, vt notant Hugo, Lyra, & Dionyſius: vel à fine inſtante, hoc eſt in fine eius, quia venit finis imperij eius, vt dixerunt Pagninus, & Vatablus: quem ſenſum expreſſerunt Septuaginta, cum dixerunt, quoniam venerunt tempora eius. Venite ergo, ait, aduerſus Chaldæam, quia iam inſtat finis imperij eius. Aperite apothecas, vel horrea, vel gra-

Iſ. 39. 2.
4 Reg. 20. 13.

natia, vel pœnora eius. Hoc eſt, omnia ſcrutamini horrea, & diripite vniuerſa, vt exponit Theodoretus: Quemadmodum fecerant ipſi Babylonij in Iudæa, vt Iſaias comminatus eſt, cap. 39. & 4. Reg. 20. quod Ezechias oſtendiſſet eis omnes apothecas ſuppellectilis ſuæ, & vniuerſa, quæ inuenta ſunt in theſauris ſuis. Calcate eam ſicut aceruos, ſcilicet, manipulorum tritici in area: vt habent omnes prædicti. R. Ioſeph verbum Hebræum accipit, pro, eleuate cumulos cumulos, hoc eſt, facite multos cumulos de ſpolijs, accumulate ſpolia eius, atque ita penitus diſperdite, vt nihil remaneat in ea. Vulgatus interpretes duorum, aut trium verborum ſignificata aliter accepit. In primis nomen מַאֲבֻסִים maabuſim deductum à verbo אבס abas, ſignificat præſepia, aut horrea, vt omnes ſupradicti interpretes acceperunt. Deriuatum vero à בוס bus conculcare, ſeu prædari, ſignificat conculcantes, aut prædantes: & tunc duæ primæ literæ erunt adiectitiæ, & ſic accepit Vulgatus, cum dixit: aperite conculcantibus eam: hoc eſt, ô Medi, & Perſæ, aperite veſtras vrbes, vt ex illis egrediantur, qui conculcaturi ſunt Babylonem, vel date eis facultatem, & permittite vt veniant aduerſus Babylonem: ſic exponunt Hugo, & Dionyſius. Verbum præterea סַלּוּ Salu, quod omnes alij interpretes verterunt, calcate. Vulgatus accepit, pro tollite, aut remouete, nempe de via lapides, vt etiam Dauid Kimhi ſu-

Iſ. 62. 10

per 62. cap. Iſaiæ 10. & in libro radicum expoſuit, & Hieronymus vertit, planum facite iter, quod eſt offendentes lapides remouere, aut tollere: vt ſit ſenſus remouete de via lapides, & in aceruos redigite, ne qui venturi ſunt impediantur, ad diſperdendam Babylonem: qua forma loquendi, potentia, certitudo, & celeritas hoſtium venturorum ſignificatur, nulla enim poteſtas erit, quæ exercitui Medorum, & Perſarum poſſit reſiſtere, venienti contra Babylonem. Itaque ſenſus, quem ſua verſione, tradit nobis Vulgatus non eſt à verbis alienus, aut ab argumento remotus: nec plane ſine exemplo: ſiquidem incũbit ijs, qui duces ſunt

Ducum munus.

in ſpirituali militia, & in bello contra Babylonem ſuſcepto, animum addere militibus, & vt apothecas illis aperiant, hoc eſt, ſpolia concedant, præmiaque proponant, & lapides è medio tollant, ſeu offendicula è via remoueant, ne timore correpti ſegniores fiant.

20. *Fortes.*] Nomen פָּרִים Parim plurale iuuencos ſignificat, & ita hoc loco vertunt Tigurina, Pagninus, & Vatablus, ſeu vitulos à verbo Parah fructificare, quod iam fructificent, vnde & Septuaginta quaſi nomen eſſet Peri fructus, verterunt, exſiccate fructus eius. At quia iuuencorum

Vituli fortes.

nomine, ſeu vitulorum, metaphoricè ſignificantur fortes duces, ideo Vulgatus, & Chaldæus trãſtulerũt, diſſipate, ſeu diſperdite omnes fortes ei⁹. Hoc eſt, interficite omnes principes eius, qui ex

Victima Deo grata.

aliorum ſaginati ſunt laboribus, & apti facti mactationi. Victimam enim Deo mactat ſuauem, qui fortes Deo, ſuęque legi reſiſtentes debilitat, mortificat, & morigeros reddit rationi.

21. *Siccitas.*] Theodoretus, Hugo, Lyra, cum cæteris interpretibus hæc exponunt de Euphrate, qui cum prius vrbem mediam diuideret, vt vult Theodoretus, poſtea cõuerſus ad aliam viã minimo alueo per rupes fluit, vel potius quia Cyrus in

Xenop.

oppugnatione, vt ſupra ex Xenophonte diximus, diuiſit illũ in multos alueos, qui facile traijci poſſent, quo ſtratagemate reddidit vrbem expugnabilem, quæ alioqui vix expugnari poſſet: & quidem vt ille qui in rem vnam incumbit, eiq; eſt intentus, proficit, & fortior fit, & inexpugnabilis, ſi vero pluribus intẽdat, per multaq; ſeſe diffundat, minor fit ad ſingula, & facile expugnatur, & vin-

Vir ſapiens vni intentus redditur inexpugnabilis

citur: ita qui viri virtuti incũbit, in eãq; cuſtodiẽdam omnẽ ſuã curã adhibet, inexpugnabilis euadet: at ſi aquas curarũ diuidat in alueos, vt procurãt dæmones, præbet faciles hoſtibus aditus, & ita debilis redditus, facile expugnatur, & vincitur, & omnia quæ intra vrbẽ animi ſunt deuaſtantur, & gladius in omnes irruit diuinos, fortes, & vulgus promiſcuum, & redduntur ſimiles mulieribus, & pro eis ſuccedent beſtiæ horrendæ, ac veneficæ.

22. *Portentis.*] Hebraicè, & in אֵימִים emim, inſaniũt,

Emim qui.

aut gloriantur, & quidẽ nomẽ hoc propriè ſignificat terrores, vt Iob. 20. 25. veniẽt ſuper eũ terrores, ſeu horribiles. Et Pſ. 87. 17. & terrores tui conturbauerũt me. Solet autẽ ſcriptura ſacra hoc nomine vocare homines terrificos, & formidabiles,

Iob. 20. 25.
Pſ. 87. 17.

vt homines quidam truces, & inhumani, & omnia vaſtantes, dicti ſunt, orbis terrores, aut flagellum Dei, vt Nabuchodooſor, Attila, Cyſca, Turca Bajacetus. Quales habiti ſunt gigantes de ſtyrpe

Terrores mũdi qui.

Enacim, & corporis magnitudine, roboriſq; formidabiles, & horribiles, de quibus Deuter. 2. 10. Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus, & validus, & tam excelſus, vt de Enacim ſtyrpe quaſi gigantes crederentur, & eſſent ſimiles filiorum Enacim. Denique Moabitæ appellãt eos Emim: idcirco hoc loco nomen Hebræũ reliquit Tigurina, dicens: & in Emim gloriãtur: quaſi diceret, & in viris robuſtis, & terribilibus, qui omnibus terrorem incutiunt vt gigantes. Deinde

Deuter. 2. 10.

etiam idola, ſeu ſimulacra, quod terrori ſint ſuis cultoribus, hoc nomine ſolẽt nominari: & ita R. Salomon, quẽ refert Lyra, dicit hoc loco ſignificare gigantũ idola: & Pagninus, & Vatab. vertũt, & in ſimulacris gloriantur: & videtur hæc acceptio huic loco conuenire, quod dictũ ſit, quia terra ſculptilium eſt. Et Chaldæus ſimiliter accepit cum dixit, quia terra ſimulacrorum eſt, & in idolis laudantur.

Idola terrifica

Vulgatus vertit, & in portentis gloriantur, hoc eſt, vt exponunt Rabanus, Hugo, & Lyra, in falſis idolorum figmentis, & monſtris ex varijs animalium figuris conflatis iuxta ſignificatum præcedens. Dionyſius vult hoc nomine intelligi ſigna mendacia, figmenta, diuinationes, & auguria, de quibus Iſaias capite quadrageſimo ſeptimo verſ. duodecimo ad Babylonem ſermonem faciens, Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficorum tuorum, in quibus laboraſti ab adoleſcentia tua, ſi forte quid proſit tibi, aut ſi poſſis fieri fortior: Erant autem Chaldæi aſtris deditiſſimi, & portentis, quæ populum terrerent.

Iſa. 47. 12.

Eiuſ-

Dei ornatura. Eiuſmodi fuere gentium Dij terribiles, ac formi- A
dabiles: Deus autem noſter non ſic, ſed ſuauis,
Ad Ro. 8. 32. amantiſſimus, qui filio ſuo non pepercit, ſed pro
nobis omnibus tradidit illum, qui non terrore
ſolo, vt illi nihil boni impertientes, ſed muneri-
bus, ac beneficiis allicit cultores ſuos.

23. *Dracones.*] Tria hîc occurrunt nomina ambi-
guæ ſignificationis, צִיִּים tſiim, אִיִּים iim, & יַעֲנָה
Iſa. 13. 21. 22. iaanah: quæ etiam Iſaiæ 13. 21. 22. contra Babylo-
nem ponuntur. Nomen primum tſiim videtur
Ferarũ nomen. deduci à nomine צִיָּה tſiiah, quod ſignificat aridi-
tatem, aut locum, ſeu terram aridam, vt deſertũ:
Ier. 50. 12. ſic hoc capite verſ. 12. deſerta, inuia, & arens. Pſal.
Pſ. 62. 2. 62. 2. In terra arida, ſeu deſerta, inuia, & inaquoſa.
Vnde nomen illud videtur eſſe generale ferarum,
ſeu beſtiarum, ſolitudinem, & arenoſam terram
incolentium: quales ſunt in Arabia deſerta, & B
prope mare rubrum: quare omnes fere transfe-
runt hîc, beſtiæ, ſeu feræ ſylueſtres, & Vulgatus
Iſ. 13. 22 dracones, quamuis Iſa. 13. 22. beſtias verterit: cum
auibus enim feralibus coniunguntur. Aſſumitur
tamen hoc nomen ad ſignificandas gentes barba-
ras, & beſtiarum more viuentes, tum etiam dæ-
Luc 11. 24. mones, quod, vt dixit Chriſtus Lucæ 11. Ambulẽt
loca arida: vt Pſ. 71. 9. Coram illo procident Ætio-
Pſ. 71. 9 pes: & 73. 14. Dediſti eum eſcam populis Æthiopũ.
Pſ 73. 14. Iſa. 34. 14. Et occurrent dæmonia. Alterum no-
Iſ 34. 14 men, iim, ſignificat beſtias, deſerta aut inſulas in-
Iim quidnã colentes, Paraphraſtes vocat feles, ideſt cattos
ſylueſtres, Vulgatus Iſ. 34. 14. Onocentauros, ſu-
Iſ. 34. 14. periore parte homines, inferiori aſinos: alij volũt
eſſe aues ferales, à triſti, & gemebunda acclama-
tione, qua ſibi inuicem reſpondant: aut quia in C
locis ſiccis maris, aut fluminum, nempe in inſulis,
morentur. Picas vocat Dauid Kimhi, Vulgatus
Iſ. 13. 22. Iſaiæ 13. 22. vlulas, vt etiam Pagninus, & Vatablus.
Fauni ficarij. Vulgatus hoc loco vocauit Faunos ficarios: Fau-
ni dicti à fando, auctore Donato in Eunucho Te-
rentij, quod inepta loquantur. Sicarij autem, ſeu
Sycarij dicuntur à nomine Græco Sycos, vel fi-
carij à latino ficus, quod caprifico ſuſtententur:
prodigioſa animalia ſunt, homines referentia,
Iaanah quæ in deſertis habitant. Tertium nomen quan-
uis plures vlulas putent ſignificare, & Septuagin-
ta vertant Syrenas, ſed Vulgatus ſemper vertit
ſtruthionem, vt Tigurina, Pagninus, & Vatablus:
& in ſingulari ſemper habet adiunctum nomen
filia, aut filiæ ſtruthionis: forte ob id quod ſemper
filia eſſe videatur, non mater, quæ nunquam fo-
uet, excluditve oua: de hoc autem dicemus iterũ D
ſuper Threnorum caput 4. Voluit autẽ propheta
his animalium generibus, quæcunque illa ſint
(ex Iſaia cap. 13. vniuerſa hæc ſententia deſumpta)
Babylonis ſolitudo. oſtendere ita Babylonem deuaſtandam, vt nemo
hominum in ea habitaturus ſit, imò omnes aues
ferales, & animalia, quę gaudent ſolitudinibus, ad
Babylonis ruinas concurſura, quo magis explicet
perpetuam illius inclitæ ciuitatis deſolationem:
nam perpetuam reipſa fuiſſe docet Hieronymus,
& Theodoretus, ſuo tempore à paucis Iudæis in-
cultam dicit ſuper 4. Baruch. Et pro Babylone
Seleuciam, & Cteſiphontem vrbes Perſarum
fuiſſe conſtructas: & venationes regis Perſarum
eſſe in Babylone, cuius tantum ambitu murorũ,
omnis generis beſtias coerceri. Sic Hieronymus
ſuper 13. Iſaiæ in lib. 5. commentariorum illius.
Ap. 18. 2 Hæc vero Ioannes in 18. cap. Apocalypſis de dẽ-
molitione interpretatus eſt regni Sathanæ tene-
broſi, & confuſi, quo oſtendat in hoc improborũ Sathanæ regni deſtructio.
regno, quam nullæ deliciæ ſint, nullus ſplendor,
ſed omnia ſint immundorum dæmonum domi-
cilia. Cecidit, inquit, cecidit Babylon magna, &
facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia om-
nis ſpiritus immundi, & odibilis, & cetera. Qui-
bus voluit hanc Babylonis deſolationem expri-
mere, & ſpirituali accommodare.

24. *Reges.*] Iſaias cap. 13. 2. Hunc exercitum deſ- Iſ. 13. 2.
cribit ex multis gentibus, regibuſque coactum:
vox, inquit, ſonitus regum, gentium congregata-
rum. Et Ieremias cap. ſequenti verſu 11. & 28. & Ier. 51. 11. 28.
Xenophon ita accidiſſe refert libro 5. Cyripediæ, Xenop.
nam multos reges ſecum adduxit Cyrus vel vi- Cyrus exercitũ cogit à multis regibus.
ctos, vel ſponte deditos, Embam Armeniorum,
Aurucham Hircaniorum, Thabradam Sacarum,
Damatam Caduſiorum, Tigranem, Gadatam, &
Gobriam Aſſyrio ſubiectos, Cræſum quoque Ly-
dorum, auctore Herodoto lib. 1. & Xenophonte Herod.
lib. 7. de Cyripedia: nam vt ait etiam ſuper hoc ca-
put Theodoretus, Cyrus ante deſtruxit Lydos
quam Babylonem, ſubiugauit etiam Iones, &
Æoles, qui migrantes è Græcia habitauerunt in
Aſia.

25. *Quaſi leo.*] Hanc eãdem ſimilitudinem poſuit Ier. 49. 19.
cap. 49. & nos explicuimus de Nabuchodonoſo-
re aſcendente de Iudæa contra Idumæam. Raba-
nus, Hugo, & Lyra de eodem exponunt hoc lo-
co, aſcendente de eadem Iudæa, triumphatore ad
vrbem ſuam pulcram, & fortem Babylonem: ce-
tera de Cyro, quem elegit dominus ad illam de-
ſtruendam. Vatablus non vult quod aſcenderit
Darius de ſuperbia Iordanis, hoc eſt de Iudæa, ſed
præpoſitionem, de, accipit pro, ob, dicens: Ecce
Darius quaſi leo aſcẽdet ob ſuperbiam Iordanis:
hoc eſt ob Iudeæ gloriam, & magnificentiam
contemptam, & profligatam à Chaldæo, contra
Babylonem vrbem inuictam, & cum quietem
dederit, aut victoriam Medis, & Perſis, reducen-
tur Iudæi è Babylone. Simplicius, ac verius expli- Similitudo explicatur
cabitur, vt ſupra explicuimus, vt ſimilitudo con-
ueniat eo loco Nabuchodonoſori, hoc vero Da-
rio, vel Cyro: ſicut leo ſolet de ripis Iordanis fer-
tiliſſimis aſcendere, ad pulchram vallem, אֵיתָן
Ethan, ita dictam, vt quidam volunt, nam Pſ. 74. Pſ. 74. 5.
5. dicitur: Tu dirupiſti fontes, & torrentes, tu ſic-
caſti fluuios אֵיתָן Ethan; vel quia non inuenitur
eiuſmodi proprium eſſe nomen, nam Gen. 49. 24. Gen. 49. 24.
dicitur: ſedit in Ethan forti arcus eius. Et Deute- Deuter. 21. 4.
ronom. 21. 4. Et ducent eam ad vallem Ethan aſ-
peram, atque ſaxoſam, quaſi loci dicat conditio-
nem, non locum proprium deſignet: hîc ſignifi-
cet habitaculum robuſtum, & forte. Sic inquit
Darius, vel Cyrus aſcendet cum ſuo exercitu, tu-
midus, & quaſi iam triumphans ad inuictam, &
fortem Babylonem, vt eam expugnet, & diruat:
& quam celerrimè conficiet negotium hoc: nam
hunc ego elegi, ait dominus, qui rem hanc ad exi-
tũ deducat: & nemo erit, qui mihi poſſit reſiſtere:
vt quidem nemo vnquam reſtitit: & in oppu-
gnatione Babylonis Darius Medus cum Cyro
Perſa ingreſſus vrbem, diripuit, & regem Balthaſ-
ſarem occidit, Gadata, & Gobria ducibus: imò
Cyro hanc prouinciam impoſuit Deus, cum Iſa.
45. prænunciatum eſt: Hæc dicit dominus Chri- Iſ. 45. 1.
ſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt
ſubijciam ante faciem eius gentes, & dorſa regum
vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non

claudentur. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam: & dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum, vt ſcias, quia ego dominus qui voco nomen tuum, Deus Iſrael. Propter ſeruum meum Iacob, & Iſrael electum meũ.

Tantam ergo virtutem, & poteſtatem idcirco Cyro largitus eſt Deus, vt populum ſuũ eriperet è captiuitate, & in patriam ſuam reduceret: ita impiorum opera vtitur Deus ad ſuorum ſeruorum cuſtodiam, & vtilitatem.

PARAPHRASIS.

Sedecia anno 4.

SIc dicit dominus de Babylone. Suſcitaturus ego ſum contra Babylonem, & contra habitatores eius, qui mihi [1] corde repugnarunt, Medorum, & Perſarum exercitum, quaſi quẽdam ventum peſtilentem, & mittam eos, quaſi ventilatores, vt ventilent eam in alias regiones, & vacuã incolis reddant, & inuadent eam omni ex parte, in die illo, quo dico fore affligendam. [2] Ne, ô Medi, permittatis, vt Babyloniorum ſagittarij tendant arcum ad ſagittas iaculandas, nec vt loricati inſoleſcant, ne parcatis ſtrenuis iuuenibus eius, ſed excindite funditus omnem illius exercitum: cadant in terra interfecti Chaldei, & gladio confoſſi in vijs publicis. Non enim Iſrael, & Iuda, adeo deſertus eſt à Deo ſuo domino exercituum, quemadmodum à viro vidua ſuo, vt obliuioni tradiderit plurima delicta, quæ [3] Chaldei perpetrarunt in ſuum Iſraelem, in terra ipſorum indigniſſimè afflictum. Fugite ergo, ô Iudæi mei, de Babylone, & vnuſquiſque veſtrum vitam ſuam ſeruet, [4] ne velitis manere, ne excindamini cum ipſis, propter ſuam iniquitatem diſperdendis: tempus enim adeſt iam, quo vltionem de ea ſumpturus ſum, & pro meritis ſupplicium inflicturus ei. Fuit hucuſque Babylon, quaſi [5] calix vini puri, inſtar auri, in manu domini, vt ex ea propinaret ſupplicia, & calamitates debitas vniuerſæ terræ, vinum duriſſimæ afflictionis eius expertæ gentes, præ ebrietate inſanient. Sed poſtquam omnes ſuæ ſubiecerit tyrannidi, & ipſa ſubito concidet Babylon, & conteretur. Tunc vero, ſi quicquam præſliterit, vlulate [6] gentes ob ruinam eius, & reſinam vulneri eius adhibete, fortaſſe veſtris auxilijs ad priſtinum ipſam ſtatum reducetis: quod ſi non obtinueritis, recedetis, dicentes, dedimus iam operam, vt Babylonem reſtitueremus in antiquam incolumitatem, & nequiuimus: derelinquamus ergo eam, & vnuſquiſque noſtrum abeat in terram ſuam, quia ſupplicium inflictum ei ſummum eſt, & ad nubes cæloſque ipſos eius ſonus peruenit. Vos autem, Iudæi, tunc vobis inuicem gratulantes dicetis: manifeſtum fecit dominus [7] patrocinium ſuum erga nos, iuſtiſſima pœna afficiens Babylonios, ob afflictionem, qua oppreſſerunt nos: eamus igitur, & narremus in Sion tantam erga nos Dei noſtri exercitam benignitatem. [8] Exacuantur ergo ſagittæ, & ex illis pharetræ impleantur, quia excitaturus eſt dominus regum Medorum ſpiritus, cogitans perdere Babylonem, vt ſeſe de ea vlciſcatur, ob templum ſuum tam irreuerenter violatum. Eia igitur Babylonij, explicate vexilla, & ſuper muros collocate, augete excubias, cuſtodes conſtituite, ſtruite inſidias vt vos tueamini ſi valebitis. Nã veſtris præſidiis nihil obſtãtib' quæcunq; dñs cogitauit, & prædixit ſe facturum cõtra Babylonẽ, abſ-

CAPVT LI.

HÆc dicit dominus: Ecce ego
ſuſcitabo ſuper Babylonem,
& ſuper habitatores eius, qui 1
[1] cor ſuum leuauerunt contra
me, quaſi vẽtum peſtilentem.
| Et mittam in Babylonem ventilatores, & 2
ventilabunt eam, & demolientur terram
eius: quoniam venerunt ſuper eam vndiq;
in die afflictionis eius. | [2] Non tendat qui 3
tendet arcum ſuum, & non aſcendat loricatus,
nolite parcere iuuenibus eius, inter-
ficite omnem militiam eius. | Et cadent in- 4
terfecti in terra Chaldæorum, & vulnerati
in regionibus eius. | Quoniam non fuit vi- 5
duatus Iſrael, & Iuda à Deo ſuo domino
exercituum: terra autem eorum repleta eſt
[3] delicto à ſancto Iſrael. | Fugite de medio 6
Babylonis, & ſaluet vnuſquiſque animam
ſuam: [4] nolite tacere ſuper iniquitatẽ eius:
quoniam tempus vltionis eſt à domino, vi-
ciſſitudinem ipſe retribuet ei. | [5] Calix au- 7
reus Babylon in manu domini, inebrians
omnem terram: de vino eius biberunt gen-
tes, & ideo commotę ſunt. | Subito cecidit 8
Babylon, & contrita eſt: [6] vlulate ſuper eam,
tollite reſinam ad dolorem eius, ſi fortè ſa-
netur. | Curauimus Babylonem, & non eſt 9
ſanata: derelinquamus eam, & eamus vnuſ-
quiſque in terram ſuam: quoniam peruenit
vſque ad cœlos iudicium eius, & eleuatum
eſt vſque ad nubes. | Protulit dominus [7] iu- 10
ſtitias noſtras: venite, & narremus in Sion
opus domini Dei noſtri. | Acuite [8] ſagittas, 11
implete pharetras: ſuſcitauit dominus ſpi-
ritum regum Medorum: & contra Babylo-
nem mens eius eſt vt perdat eam, quo-
niam vltio domini eſt, vltio templi ſui.
| Super muros Babylonis leuate ſignum, 12
augete cuſtodiam: leuate cuſtodes, præ-
parate inſidias: quia cogitauit dominus,
& fecit quæcumque locutus eſt contra
habitatores Babylonis. | Quæ habitas ſu- 13
per aquas multas, locuples in theſauris:
venit finis tuus [9] pedalis præciſionis tuæ.
| Iurauit dominus exercituum per ani- 14
mam ſuam: Quoniam replebo te homini-
bus quaſi brucho, & ſuper te [1] celeuma
cantabitur: | Qui fecit terram in fortitu- 15
dine ſua, præparauit orbem in ſapiẽtia ſua,
& prudentia ſua extendit cœlos. | Dante eo 16
vocem, multiplicantur aquæ in cœlo · qui
leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in
pluuiam

pluuiam fecit: & produxit ventum de the-
17 ſauris ſuis. | Stultus factus eſt omnis homo
à ſcientia: confuſus eſt omnis conflator in
ſculptili, quia mendax eſt conflatio eorum,
18 nec eſt ſpiritus in eis. | Vana ſunt opera &
riſu digna, in tempore viſitationis ſuæ peri-
19 bunt. | Non ſicut hæc pars Iacob: quia qui
fecit omnia ipſe eſt, & Iſrael ſceptrum hære-
ditatis eius: dominus exercituum nomen
20 eius. | Collidis tu mihi vaſa belli, & ego col-
lidam in te gentes, & diſperdam in te regna:
21 | & collidam in te equum, & equitem eius:
& collidam in te currum, & aſcenſorem
22 eius: | & collidam in te virum & mulierẽ: &
collidam in te ſenem & puerum: & collidã
23 in te iuuenem & virginem: | & collidam in te
paſtorem & gregem eius: & collidam in te
agricolam & iugales eius: & collidam in te
24 duces & magiſtratus. | Et reddam Babylo-
ni, & cunctis habitatorib' Chaldææ omne
malum ſuum, quod fecerũt in Sion, in ocu-
25 lis veſtris, ait dominus. | Ecce ego ad te
[12] mõs peſtifer, ait dominus, qui corrumpis
vniuerſam terram: & extendam manũ meã
ſuper te, & euoluam te de petris, & dabo te
26 in montem combuſtionis. | Et non tollent
de te lapidem in angulum, & lapidẽ in fun-
damenta, ſed perditus in æternum eris, ait
27 dominus. | Leuate ſignum in terra: clan-
gite buccina in Gentibus, ſanctificate ſuper
eam Gentes: annunciate contra illam regi-
bus [13] Ararat, Menni, & Aſcenez: numera-
te contra eam [14] Taphſar, adducite equum
28 quaſi bruchum aculeatum. | Sãctificate cõ-
tra eam Gentes, reges Mediæ, duces eius, &
vniuerſos magiſtratus eius, cunctamque
29 terram poteſtates eius. | Et commouebitur
terra, & conturbabitur: quia euigilabit cõ-
tra Babylonem cogitatio domini vt ponat
terram Babyloni deſertam & inhabitabilẽ.
30 | Ceſſauerunt fortes Babylonis à prælio, ha-
bitauerunt in præſidiis: deuoratũ eſt robur
eorũ, & facti ſunt quaſi mulieres: incenſa
ſunt tabernacula eius contriti ſunt ve-
31 ctes eius. | [15] Currens obuiam curren-
ti veniet, et nuncius obuius nuncianti,
vt annunciet regi Babylonis quia capta eſt
ciuitas eius à ſummo vſque ad ſummum:
32 | & vada præoccupata ſunt, & paludes incẽ-
ſæ ſunt igni, & viri bellatores conturbati
33 ſũt. | Quia hæc dicit dominus exercituum,

q; dubio perficiet, & quæ ad amnẽ celeberrimum Euphratem ſita eſt, & theſaurorum diuitem ſe eſſe gloriatur, celerrime finem videbit ſuum, pro ratione oppreſsionis, qua alios oppreſsit. Iurauit enim dñs exercituum per vitam ſuã, quod repleturus ſit eã militibus veluti bruchis, qui cohortaturi ſint ſe mutuo, vt eam conculcent, ac perdant, vt ſolent tempore vindemiæ vuarum calcatores, ſe [10] celeuſmate cohortari ad vuas exprimendas. Dominus inquam, ille qui potentia ſua terram fecit, & ſapientia ſua orbem diſpoſuit, & cælos extendit ſua prudentia: Ad cuius imperium copioſæ aquæ generantur in aere: qui educit nubes ab extremis terræ, & fulgura iaciẽtes in pluuiã vertit: qui vẽtos educit de receptaculis ſuis. Scientia ſua ſtultus fact' eſt omnis homo, pudore affectus omnis artifex propter ſculptile, quia quod conflauit falſum eſt, cum in eo nullus vigeat ſpiritus. Vana ergo ſunt eiuſmodi opera, & riſu digna: quo tempore inferetur ſupplicium ipſorum cultoribus, ipſa quoque diſperibunt. Non talis eſt Deus Iacob, ipſe enim eſt cõditor omnium, ipſe qui regnat in Iſraele, nomen ei eſt Dominus exercituum. [11] Pro malleo colliſore gẽtium, aſſumpſi te, ô Babylon, ait Dominus, pro bellico inſtrumento, quo gentes conteram regnaque cõtundam, quo equum cum equite collidam, currum cum vectore eius, virum & mulierem, ſenem cum puero, iuuenem ac virginem, cum grege paſtorem, agricolam, & par boum eius, denique duces, ac tyrannos; Sed rependam tandem Babyloni, & vniuerſis habitatoribus Chaldææ, omne malum, quo affecerunt Sionem, Iudæis inſpicientibus. Idcirco ecce ego mittam ad te Darium, & Cyrum, [12] vrbs peſtifera, quæ peſte tua corrupiſti terram vniuerſam & ego extendam manum meam ſuper te, vt te puniam, & deturbabo te de petris, ſuper quibus es extructa, & redigam te in montem combuſtum, ex quo nullus ſuperſit lapis, ad conficiendum aptus angulum, aut ad ſubſtruenda fundamenta, ſed in perpetuum manebis deſolata. Eia igitur duces, erigite vexilla per terram vniuerſam, clangite buccina inter gentes, præparate illas in Babylonem. Acerſite cõtra eam regna [13] Armeniæ, Mennæorum, & Aſchenezeorum, præficite [14] ducem, qui eam expugnet: adducite equos, tanquam bruchos, pilos habentes horridos: apparate contra eam gentes, reges nempe Mediæ duces eius, & principes vniuerſos, vniuerſamq; terram eius imperio ſubiectam. Contremiſcet terra Babylonis & turbabitur præ dolore: cum eueniet ei, quod dominus ſtatuit facere cõtra eam: nempe cum rediget eam in ſolitudinem, à nullo vnquam habitãdam. Deſerẽt pugnam fortes Babylonij, continebunt ſe in munitionibus, robur eorum elanguebit, & reddentur ſimiles mulieri: [9] incẽdentur vrbis ædes, & vectes portarũ ei cõterẽtur. Tãta celeritate [15] curſores mittẽtur, & nũcij ad regem Balthaſſar: vt nuncient ei vrbẽ penitus captã, vt poſterior priorem curſorẽ, & nũti[9] præcedẽs inſequẽte aſſequatur. Euphratis quoq; trãſit[9] ad vrbẽ occupatos, & paludũ arbores cõbuſtas, & demum omnes milites cõterritos ſic enim dixit dñs exercituũ De' Iſrael: ſimilis eſt area Babylõ meſſe copioſæ, veniet paulo poſt tẽp' metẽdi eã & ſuis omnib' opib' ſpoliabitur. Comedit me, ac deuorauit me, Nabuchodonoſor rex Babyl. dicet Siõ, euacuauit me quaſi vas, abſorbuit me ſicut draco, repleuit vẽtrẽ ſuũ delicijs meis, & expulit me de terra mea. Iniquitas quã in opibus mihi, eripiendis exercuit, & cædes filiorũ meorũ, vltionẽ poſtulant de Babel, dicet Siõ, & ſanguis ciuiũ meorũ exigetur à Chaldæis, dicet Ieruſalẽ. Audi quid dicat dñs vt te clamantem cõſoletur: Ego

tuebor cauſam tuam, & vlciſcar te de illis, ego exhauriam[11] immenſas, veluti mare, diuitias eius, venam quoque theſaurorum eius, & redigetur Babylon in lapidum aceruos, in quibus morentur dracones, & ſtupebūt ac præ admiratione ſibilabūt videntes quod nullū habeāt habitatorem.[1] Simul, vt leones rugiēt præ ſummo dolore, vt leonum, catuli comas excutient: efficiam vt in compotationibus ſuis vino incaleſcant, & inebrientur, & hilareſcant, & conſopiātur ſomno ſempiterno, ex quo expergiſcant nunquā: deducam eos quaſi agnos ad mactationem, & ſicut arietes cum hædis ad occiſionem. Tunc dicent. Quomodo capta eſt Seſac, comprehenſa eſt gloria vniuerſæ terræ? Quomodo ſtupore affecit Babylon ſua ruina omnes gentes? reſpondebuntque. Irruit in eā immenſus, quaſi aqua maris, Medorum[11] exercitus, multitudine fluctuum eius obruta eſt. Ad ſtuporem venient gentes videntes vaſtitatem vrbium eius, relinquetur enim inculta, deſerta, & abſque habitatore, & per quam nullus pertranſeat. Belum quoque Deum Babylonis viſitabo, & quæcumque deglutiuit donaria, eripiam de ore illius: non confluent ad eū vlterius gentes, cum & ipſa ciuitas ſolo æquanda ſit, muris dirutis. Egredimini igitur de ea, popule mi, & quiſque veſtrum in id incumbat, vt ſeruet vitam ſuam, ne ſupplicio irati Domini inuoluamini cū Babylonius, & ne permittatis molleſcere cor veſtrum, & paueatis ad quencunque belli rumorem per Chaldæam diſſipandum. Nam[21] in vno anno belli rumor ſpargetur, in altero anno audietur fama Medorum, ac Perſarum iam aduentantium: in alio denique opprimetur Chaldæa: & Dario dominatori Cyrus dominator ſuccedet. Tunc temporis viſitabo ſculptilia Babylonis, & vniuerſa Chaldæa pudore ſuffundetur, & interfecti illius in medio eius iacebunt inhumati: & prouincia Babylonis cæli ipſi, ac terra, & quicquid eorum ambitu continetur laudes mihi concinent cum ab Aquilone venturi ſunt, qui eam ſunt deprædaturi, & quemadmodum Babylon fecit vt Iſraelitæ iacerent interfecti: ſic ciues eius decisi iacebūt per Chaldæam vniuerſam Quicunque[21] euaſeritis Iudæi ex hac Chaldæorum ruina, venite, & ne ſteteritis, memores interim vel de longinquo, domini: veniatque vobis in mentem Ieruſalem, dicite: pudet nos opprobrij, quo affectos audim⁹ maiores noſtros: & cōtumeliæ, quam barbari intulerunt templo domini. Hoc interim vos conſoletur, quod dies veniēt, in quibus ſculptilia Babylonis viſitaturus ſum quando eius occiſi gement efflando animam. Tunc ſi Babylon eripere ſe voluerit aſcendendo in cælos, & voluerit ſe munire altiſſimis, ac validiſſimis muris, non valebit, quia nihilominus vaſtanda eſt ab his vaſtatoribus quos ego mittam in eam, ait dominus. Erumpet tunc ex Babylone ingens clamor, qui ad alias gentes deferat magnam eius contritionem, quæ à Domino vaſtāda eſt, & perdenda eſt turba, quæ valde nunc tumultuatur: ſonabunt enim turmæ inſtar aquarum copioſarum, intentiſſime vociferantes i. Cum veniet

Deus Iſrael : filia Babylonis quaſi [a] area,
tempus trituræ eius : adhuc modicum, &
veniet tempus meſſionis eius. | Comedit 34
me, deuorauit me Nabuchodonoſor rex
Babylonis ; reddidit me quaſi vas inane,
[b] abſorbuit me quaſi draco, repleuit
ventrem ſuum teneritudine mea, & eie-
cit me. | Iniquitas aduerſum me, & caro 35
mea ſuper Babylonem, dicit habitatio Siō:
& ſāguis meus ſuper habitatores Chaldææ,
dicit Ieruſalem. | Propterea hæc dicit do- 36
minus : Ecce ego iudicabo cauſam tuam, &
vlciſcar vltionem tuam, & deſertum faciam
[19] mare eius, & ſiccabo venam eius | Et erit 37
Babylon in tumulos, habitatio draconum,
ſtupor, & ſibilus, eo quod nō ſit habitator.
| Simul vt leones rugient, excutient co- 38
mas veluti catuli leonum. | In calore eorū 39
ponam potus eorum, & inebriabo eos, vt
ſopiantur, & dormiant ſomnum ſempiter-
num, & non conſurgant, dicit dominus.
| Deducam eos quaſi agnos ad victimam 40
& quaſi arietes cū hædis. | Quomodo capta 41
eſt Seſach, & comprehenſa eſt inclyta vni-
uerſæ terræ? quomodo facta eſt in ſtuporē
Babylon inter gentes? | Aſcendit ſuper 42
Babylonem [b] mare, multitudine fluctuum
eius operta eſt | Factæ ſunt ciuitates eius in 43
ſtuporem, terra inhabitabilis & deſerta, ter-
ra in qua nullus habitet, nec tranſeat per eā
filius hominis. | Et viſitabo ſuper [21] Bel in 44
Babylone, & eiiciā quod abſorbuerat de ore
eius, & non confluent ad eum vltra gen-
tes, ſi quidem & murus Babylonis corruet.
| Egredimini de medio eius populus meus, 45
vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam ab ira
furoris domini. | Et ne forte molleſcat cor
veſtrum, & timeatis auditum, qui auditur 46
in terra: & veniet [21] in anno auditio, & poſt
hunc annum auditio: & iniquitas in terra,
& dominator ſuper dominatorem. | Prop- 47
terea ecce dies veniunt, & viſitabo ſuper
ſculptilia Babylonis, & omnis terra eius cō-
fundetur, & vniuerſi interfecti eius cadent
in medio eius | Et laudabunt ſuper Babylo- 48
nem cæli & terra, & omnia quæ in eis ſunt:
quia ab Aquilone venient ei prædones, ait
dominus. | Et quomodo fecit Babylon vt 49
caderent occiſi in Iſrael : ſic de Babylone
cadent occiſi in vniuerſa terra. | Qui [21] fu- 50
giſtis gladium, venite, nolite ſtare: recor-
damini procul domini, & Ieruſalem aſcen-
dat ſuper cor veſtrum. | Confuſi ſumus, 51
quoniam audiuimus opprobrium: operuit
ignominia facies noſtras : quia venerunt
alieni ſuper ſanctificationem domus do-
mini. | Propterea ecce dies veniunt ait do- 52
minus

minus : & viſitabo ſuper ſculptilia eius,
& in omni terra eius mugiet vulneratus.
53 | Si aſcenderit Babylon in cœlum, & fir-
mauerit in excelſo robur ſuum : à me
venient vaſtatores eius, ait dominus :
54 | Vox clamoris de Babylone, & contri-
55 tio magna de terra Chaldæorum: | Quo-
niam vaſtauit dominus Babylonem, &
perdidit ex ea vocem magnam : & ſona-
bunt fluctus eorum quaſi aquæ multæ:
56 dedit ſonitum vox eorum. | Quia venit
ſuper eam, ideſt ſuper Babylonem præ-
do, & apprehenſi ſunt fortes eius, &
emarcuit arcus eorum, quia fortis vltor
57 dominus reddens retribuet. | Et inebria-
bo principes eius, & ſapientes eius, &
duces eius, & magiſtratus eius, & fortes
eius, & dormient ſomnum ſempiternum,
& non expergiſcentur, ait rex dominus
58 exercituum nomen eius. | Hæc dicit do-
minus exercituum: Murus Babylonis ille
latiſſimus ſuffoſſione ſuffodietur, & por-
tæ eius excelſæ igni comburentur, & la-
bores [24] populorum ad nihilum, & gen-
tium in ignem erunt, & diſperibunt.
59 | Verbum, quod præcepit Ieremias pro-
pheta, Saraiæ filio Neriæ filij Maaſiæ cum
pergeret [25] cum Sedecia rege, in Babylo-
nem, in anno quarto regni eius : Saraias
60 autem erat [26] princeps propheriæ. | Et ſcri-
pſit Ieremias omne malum, quod ventu-
rum erat ſuper Babylonem in libro vno:
omnia verba hæc, quæ ſcripta ſunt con-
61 tra Babylonem. | Et dixit Ieremias ad Sa-
raiam : Cum veneris in Babylonem, &
[27] videris, & legeris omnia verba hæc,
62 | dices : Domine tu locutus es contra lo-
cum iſtum vt diſperderes eum : ne ſit qui in eo habitet ab homine vſque ad pecus,
63 & vt ſit perpetua ſolitudo. | Cumque compleueris legere librum iſtum, liga-
64 bis ad eum lapidem, & proijcies illum in medium Euphraten: | & dices : Sic ſub-
mergetur Babylon, & non conſurget à facie afflictionis, quam ego adduco ſu-
per eam, & diſſoluetur. [28] Hucuſque verba Ieremiæ.

contra Babylonem vaſtator, & prehendet fortes eius, & eorum arcus confringet. Nam ſic retribuet illi Deus, cuius eſt tribuere vnicuique iuxta meritum ſuum, inebriare faciens calice iræ ſuæ principes eius, ſapientes, duces, & magiſtratus, ac fortes, & dormient ſomnum mortis ſempiternum, nec amplius expergiſcentur, ait rex cui nomen eſt Dominus exercituum. Denique murus is latiſſimus Babylonis, quem conſpicitis, diruetur penitus, & portæ illius excelſæ comburentur, & fruſtra [24] populi laborabunt in extinguendo ignem, & gentes fruſtra defatigabuntur ſtruendo impedimenta combuſtioni, nam & ipſa comburentur, & lapſi concident nihil efficientes.

Hanc curam impoſuit Ieremias propheta Saraiæ filio Neriæ filij Maaſiæ cum proficiſceretur [25] cum Sedekia rege Iuda Babylonem, quarto anno regni eius, nempe vt deferret ſecum librum de excidio Babylonico. Erat autem Saraias [26] præfectus Melodiæ, vel recreationi, eo enim vtebatur rex ad remittendum quandoque animum. Scripſerat autem Ieremias omnem calamitatem Babyloni futuram, in vno libro, omnes ſcilicet ſermones hos, quos hucuſque in vnum redegerat contra Babylonem. Et dixit Saraiæ. cum perueneris Babylonem, mox vt eam [27] videris, leges omnes hos ſermones, & poſtquam legeris, dices : domine tu locutus es contra locum iſtum, quod ſic ſit excindendus, vt non ſit habitator eius, neque homo, neque beſtia, ſed quod futurus ſit perpetua ſolitudo. Cum tandem vero compleueris legere hunc librum, alligabis ei lapidem, & proiicies in medium Euphratem, diceſque, ſic ſubmergetur Babylon, & ita ſuccumbet afflictioni, quam ego ſum adducturus contra eam, & diſſoluetur laſſitudine, illi reſiſtere non potens: [28] Hactenus vaticinatus eſt Ieremias de euerſione Babylonis.

ARGVMENTVM.

MVltiplici verborum varietate, multiſque ſimilitudinibus, & amplificationibus excidium Babylonicum totiuſque ſtragem Chaldeæ comminatur, quod tyrannicè omnibus gentibus dominata ſit, & præcipuè ſuum populum vaſtauerit. Quod ipſum tandem oſtendit ſigno libri ſummerſi in Euphatem.

COMMENTARIVS.

1 COR.] Hebræa ſic habẽt ad verbum: Et ſuper habitatores cordis inſurgẽtium in me: vel, ſuper habitantes cor inſurgentium mihi: vel inſurgentes in me. & Septuaginta quidem, Vulgatus, Tigurina, Pagninus, & recentiores omnes habitatores Chaldeæ intelligunt, ita vt in verbis ſupradictis inueniant Hiſteron proteron, & ſic eſſe coordinãda putent: Et ſuper cor habitatorum Chaldeæ inſurgentium in me, hoc eſt, qui mihi repugnant, aut reſiſtunt, quod dicunt alij, hoſtium, ſeu inimicorum meorum, & Vulgatus recte, & ſuper habitatores eius qui cor ſuum leuauerũt, id eſt, qui corde inſurrexerunt contra me. Poſſunt & ſine Hiſterologia verba prædicta intelligi, ſi legamus, & ſuper habitatores cordis, ſeu B ſuper habitãtes cor eius inſurgẽtes in me: hoc eſt ſuper habitantes in medio eius, ſeu intra ipſam, qui reſiſtũt mihi. Si quidem cor in ſcriptura pro medio rei, ſeu pro interioribus ſolet accipi, vt Pſ. 45.3. Et tranferentur mõtes in cor maris, id eſt, in mare, vel in medium maris. & Tyrus Ezech. 27. 4. dicit de ſe, quod ſit in corde maris ſita. & Chriſtus Mat. 12. ita erit filius hominis in corde terræ, hoc eſt intra terrã. Vt ergo dicitur inferi⁹, fugite de medio Babylonis, ſic modo deſtructur⁹ dicitur De⁹ habitãtes in medio ei⁹, qui propterea rebelles sũt illi. Chald. expoſuit de Medis, & Perſis: Ego adducã ſuper habitatores Chaldęorum, populos interfectores, quorũ cor eleuatũ eſt: ſed ſimplicior, ac verior eſt ſenſus prior.

Cor medium rei. Pſ. 45.3. Ezech. 27.4. Math. 12. 40.

2 Non.] Dictionem Hebræam אֶל el cum çegol ſubſcripto legũt Lyra, Tigurina, Pagnin. Vatab. C & Iſidorus, quomodo eſt idem quod, ad, & ſic trãſferunt: Ad eũ qui tedẽdo tendit arcum ſuũ, & ad extollẽtem ſe in lorica ſua, dicã, vel dicit dñs, ne parcatis iuuenibus eius &c. & eſt ſermo ad ſagittarios, & loricatos exercitus Darij, & Cyri, ne parcant militibus Babyloniorum. & hunc ſenſum indicant ſua verſione Septuaginta, qua dicunt, vt habetur in editione Complutenſi: ſuper eam extendat extendens arcum ſuum, & circumponat cui ſunt arma ſua, vel vt legitur in Vaticana: Tendat, qui tendit arcum ſuum, & circumponat cui ſunt arma ſua. Eſt enim ſermo ad milites exercitus Darij, & Cyri. Sed eandem illam dictionem Chaldæus paraphaſtes, & Vulgatus legerũt cum patha אַל al, qua ratione eſt particula negãs, ne, vel, nõ, tendat qui tendit arcũ ſuũ, & non ſe extollat loricatus, ne parcatis iuuenibus eius. Et eſt ſermo ſecũdum Hugonem, Lyram, & Dionyſium ad exercitum Darij & Cyri, ne permittãt vt Babylonij audeant iacere ſagittas, aut lorica ſe munire, nec vt iuuenes ſtrenui ſuam virtutẽ oſtẽtent, ſed omnes opprimant, & retundant. Quis enim ita ſe munire poterit vel arcu, quo eminus feriat, vel lorica, qua iacula repellat, etiam ſi iuuenili præſtet virtute, qui ſeſe eripiat è manibus carnificum, quos Deus vindices mittit, & vltores.

El vel al, varia ſignificatio.

3 Delicto.] Quia non viduatus, inquit, Iſrael & Iuda à Deo ſuo, à Iehouah exercituũ, quia terra eorũ repleta eſt delicto à ſancto Iſrael. Ducta à vidua ſimilitudine, quæ viro mortuo, in perpetuo iacet luctu, ſemper derelicta, docet non ſic accidiſſe populo ſuo, quia Deus dominus exercituũ vir ſuus, ac ſponſus viuit & viuet in perpetuum, Dominus omnipotens, vt eum vindicet, & reſtituat in dignitatem priorem. At dubitatur quos referat pronomẽ, eorum, cum dicitur, quia terra, eorum repleta eſt delicto. Theodoretus, Hugo, Dionyſius, & Iſidorus volunt pronomen illud referre Iſraelem, & Iudam: & particulam illam rationalem, quia, accipiunt pro, quanuis terra eorum repleta fuerit delicto, à ſancto Iſrael, hoc eſt, propter ſanctum Iſrael offenſum, & multis affectum contumelijs. Deus enim licet multis ſit ſceleribus prouocatus idololatriæ populi ſui cõtra ſe, qui ſe illis tradiderat Deum, & ſponſum, & virum non tamen ita deſeruit eũ, vt in perpetuo exilio permanere deſinerit vnde ſubiicit, fugite de medio Babylonis. Sed Hugo etiam, & Vatablus, & indicat id Lyra, videntur intelligere Chaldæos, quorũ terra repleta fuit delicto, à ſancto Iſrael, accipitur autem propoſitio, à, pro propter, vt Pſ. 4. 8. à fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt. Id eſt, propter fructum. & Pſal. 38. 9. rugiebam à gemitu, id eſt propter gemitum cordis mei. & 108. 24. genua mea infirmata ſunt à ieiunio, hoc eſt propter ieiunium. Sic modo dicit terram Chaldæorum multis repletam iniquitatibus, propter multas iniurias & contumelias illatas in ſanctum Iſrael, vel populum Iſraelẽ Deo ſanctificatum, & dedicatum, vel Deum, qui eſt ſanctus, & ſanctitas Iſraelis, qui offenſo populo ſuo, ſe offenſum reputabat: & pœnas ſe pollicetur ſumpturum de Chaldæis affligentibus populũ ſuũ, ac ſi ſe ipsũ afflixiſſent, quemadmodũ Chriſtus dixit Paulo Actuum. 9. Saule, Saule quid me perſequeris,

Similitudo à vidua.

à, pro propter. Pſa. 4. 8. Pſ. 12. 9. Pſalm. 108 4.

perſequeris?cum ſuos fideles perſequererur. Po- A teſt de Chaldæis locus hic bene intelligi, præpoſitione illa in ſua vi permanēte: ſi delictum, ſeu iniquitas metonimicos aceipiatur pro pœna iniquitatis, vt nō infrequenter ſolet accipi. Ita nō pauci intelligũt illud dictum Caim, Gen.4.13. maior eſt iniquitas mea quam vt veniā merear: pro maior eſt pœna inflicta mibi quā vt valeā portare. & illud eidem dictum eodem capite: Nonne ſi bene egeris recipies (ſupple præmium) ſi aotem male ſtatim in foribus peccatum aderit? id eſt pæna merita peccato. & Zachar. 14. Hoc erir peccatum, id eſt punitio peccati Ægypti, & peccatum id eſt ſupplicium omnium gentium. Ait igitur, Deū adhuc curare tanquam virum populum ſuum, ſiquidem terra Chaldæorum, qui eos affligebant, & opprimebant repleta eſt à Deo ſancto Iſrael B calamitatibos, & ſtragibus propter delicta ſua, & iniurias illatas populo ſuo: ne ſe impune pios affligere exiſtiment improbi, quibus miniſtris ſuos arguit, & caſtigat: & quaſi deterret vt ad ſe redeant.

Peccatū pro pœna peccati. *Gen.4.13.* *Zachar.14.19.*

4 *Nolite.*] Verba illa, Nolite tacere ſoper iniqoitatem eius. Ex Hebræo ſic habent, Ne diſperdamini, aut excindamini in peccato, aut iniquitate ei*: & ad hunc fere modum transferunt Septuaginta, Chaldæus, cæterique omnes interpretes. Monet enim Iudæos Babyloue exulantes, vt recedant inde, ne inuoluantur peccatis eorum, & pereant cū ipſis, & eodem afficiantur ſopplicio: quemadmodum & in præcedēnti capite idem eſt factū. Quod vero Vulgatus dixit, nolite tacere, ſuam rationem habuit, quia verbū דמם Damam, quo hîc vſus eſt C eſt propheta, & cuius futurū hîc ponitur tidāmu, tacere, expectare ſeu quieſcere primario ſignificat, vt pro illo Pſalmi 36.7. Sobdit* eſto domino, & ora eum; alij omnes vertunt, Sile domino, vel expecta Dominum: vt verum conſtet illud Iſaiæ 30. In ſilentio, & ſpe erit fortitudo veſtra. ſic Ier. cap.49.26. & c.50.30. dictum eſt, Et omnes viri belli cōticeſcent. id eſt, ceſſabunt, deſinent eſſe, peribunt. Ita modo dixit Vulgatus: fugite de medio Babylonis, & ſaluet vnusquiſque animam ſuam, ne taceatis in iniqoitate eius, hoc eſt ad ſenſum prædictum, ne in iniquitate Chaldæorum, & ſupplicüs requieſcatis, aut taceatis, vita vobis adempta, ne eſſe deſinatis propter eius iniquitatē. Quare expoſitio Rabani, Hugonis, & Dionyſij, Nolite, ô Prophetæ, tegere ſuam iniquitatem Babyloni, ſed de ea increpate illam, ne ſe queratur D iniuſte poniri; aut vobis ipſis referte iniquitates eius ad Dei gloriam, qui eam ſic punierit: vocibus magis quadrar, quam textui ex Hebræo prodocto. Num vero hortetur propheta Iſraelitas exiſtentes Babylone, vt fugiant ante aduentum hoſtium, an parta victoria, dubium eſt. Nam ſi ante aduentum hoſtium ne inuoluerentur peccatis Chaldæorum, & cum illis punirentur: quo erant fugituri captiui, qui & Chaldæos aduerſarios habituri erant, & Medos cum Perſis? Si parta victoria, & per Cyrum conceſſa libertate redeundi in Iudæam: quid opus erat fugere, ne cum Chaldæis perirent? ſi quidem iam prierant, qui erant perituri bello abſoluto. Dicendum videtur, hortari prophetam Iodæos morantes Babyone, vt ex vrbe ipſa recederent, fugaque ſeſe eriperent, & in loca, oppidave remota ſeſe abderent, ne cum Babylonus ipſis affligerentur, & perirent: douec pa- A ce reddita, per Cyrum ipſum dimitterenrur liberi: quam intelligentiam ipſa verba prophetæ eum adiuncta ratione, ſatis oſtendunr veram, & res ipſa, quia non legimus ante libertatem à Cyro datam, aliquos ex Iudæis fuga ſe ſe eripuiſſe, & rediiſſe Ieroſolymā. Nec tamen videtur loqui Ieremias de alacri fuga, qua hilares, hædorum inſtar in patriam redibant, à Cyro dimiſſi: quia hoc non eſt fugere: nec vitam eruere, ne excindatur, tempore vltionis domini: tempus enim vltionis domini iam prærierierat, qoando libertas data eſt Iodæis. Vnde ſi ſalui eſſe vellent, ante excidium oportebat relinquere ciuitatem, & ad ſolitudinem, vel ad villas, aut oppida fugere: quemadmodum olim Abrahā, duce & hortante Deo, exiit de via Chaldæorum. & Angeli Gen.19. B ſuadebant Lot, & cogebant dicentes: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelete ciuitatis, nec ſtes in omni circa regionem, ſed in mōte ſaluum te fac: & Moſes ex Ægypto fugit in ſolitudinem, vbi in monte Sina dominum vidit, nec enim Babyloue ſalus eſſe cuiquam poteſt, ſicot nec Sodomis, aut in Ægypto. Exire ergo oportet, imo & fugere, vt vita Deo ſeruetur, & recedere in ſolitudinem, vel in montem, vel in paruam ciuitatem Segor, vbi Deus ſeſe demonſtrat: quo auctore liber quiſquis redibit io Ieruſalem, in ciuitatem pacis, cuius ciuis eſſe non poteſt vel Babylonius, vel Sodomita, vel Ægyptins, niſi exitu, & receſſu ex his ciuitatibus, deſciuetis earum improbos mores.

Dubium. *Solutio.* *Gen.12.1.* *Gen.19.15.* *Exod.2.15.* *Exire oportet à Babylone.*

5 *Calix.*] Hebræi, quos ſequotur Pagninus, Vatablos, & Iſidorus, nomine poculi, aut calicis aurei, C per metonimiam accipiūt vinum contentum in calice purum, & flauum inſtar auri, de quo illud prouerbium ca. 23.31. Ne intuearis vinum quando flaueſcit, cū ſplēduerit in vitro color eius, ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffunder. Sed verius Chaldæos, Origenes Hom.2. in Ieremiam, Theodoretus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius vas ipſum aureum accipiunr: nam ſubdit: de vino, eius, nempe calicis, aut Babylonis, qoæ eſt inſtar calicis, biberunt gentes. & Ioan. in c.17.4. hunc locū alludens, dixit de muliere purpurata Babylone, quod eſſet circundata aoro, & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua, plenū abominatione, & immunditia. Si ergo plenum erat, non ipſum vinum, ſed vas debet accipi. Tum demum quod metaphora, qua ſæpe vſus eſt pro- D pheta, ex vaſe melius ſumitur, nam quemadmodum qui volt vioum propinare inuitatis, accipit vas mundum vino plenum, & ſingulos inuitat ad bibeudum ex vaſe, & ſi haber aureum vas illo vtitur: ita dominus voluit gentibus propinare vinum iræ ſuæ, eaſque punire, & vaſtare, elegitque ex abaco ſua, vas aureum, nempe Babylonis regnum aureum, gloria, & potentia ſplendidum, quod Daniel ca.2. ſtatuæ præfixit aureum caput, vt notarunt hîc Theodoretus & Hugo, ex quo propinaret vinum calamitatis, & ſtragis omnibus gentibus vſque ad temulentiam, & inſaniam. Nā ſupplicium nōmious quam vinum, & vires hominibus aufert, & mentis harmoniam diſſoluit, & à via facit aberrare, vt recte notant Baſilius, & Theodoretus in verſum illum Pſ.74. Quia calix in manu Domini vioi meri plenus miſto. Et ſane vt recte Hom. illa philoſophatur ad mores Ori-

Psalm.36.7. *Iſa.30.15.* *Ierem.49.26.* *Ierem.50.30.* *Calix aureus* *Prou.23.31.* *Apoc.17.4.* *Dan.2.32.* *Baſilius* *Origenes.*

genes, Nahuchodonoſor volens decipere homines per calicem Babylonis doloſum, non miſcuit in vaſe fictili quod parabat potari, ſed neque in paulo meliore ęreo vaſe, vel ſtanneo, & quod hęc præcellit, argenteo, verum eligens vas aureum in eo poculum temperauit, vt quis videns decorem auri, dum radiantis metalli pulcritudine delectatur, & totus oculis hæret in ſpecie, non conſideret quid intrinſecus latitet, & accipiens calicem bibat neſciens calicem Nabuchodonoſoris. *Vas aureũ quos notet.* Nec minus decipiunt qui ſub rethorico lenocinio, & ſub eloquentię ſplendore noua dogmata inducunt, nouas leges, moreſque ſuadent, venenum in aureo calice propinantes: non ita Chriſtus dominus, ſed in vaſis fictilibus theſaurum ſuæ doctrinæ propinat: non ſic Apoſtolus, qui non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, vt non euacuetur crux Chriſti, annunciauit teſtimonium Chriſti. *2.Cor. 4.7. 1.Cor. 2.4.* Ne autem, & hoc taceamus, Chaldæus paraphraſtes videtur in his verbis ſenſum alium indicaſſe: *Senſus alius.* nempe Babylonem ſimilem eſſe vaſi aureo deſiderabili, ex quo omnes gentes bibere deſiderarent donec inebrientur ex eo. Hoc eſt, omnes gentes deſiderio exhauriendi vinum eius, & imminuendi gloriam, & ſplendorem eius, & opes venturas, vt eám expilarent: & eius ſpolijs diteſcerent, & eius ornamentis ſeſe ornarent: atque ita eam nudam relinquerent, & omni bono deſtitutam, & vt auem implumem, quæ omnium plumis ſeſe ornauerat, & locupletauerat, iuxta ſimilitudinem Ierem. cap. 12. explicatam. *Ier 12.9* Verum communior eſt prima expoſitio, ſimplicior, & verior.

6. *Vlulate.*] Contrito calice Babylonis aureo, in terramque conuerſo, per quandam ironiam gentes illi ſubditas hortatur, vt ſuis vlulatibus, & adhibitis medicaminibus remedium eius ruinæ applicent: quod ſi præſtare non poſſint, ſecedant in patriam ſuam. Eſt ergo ſermo ad gentes ſubditas Babyloni, quæ illi venerant in ſubſidium contra hoſtes, his iubet de eius ſalute deſperantes, recedere, dicentes: Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: vt rectè exponunt Theodoretus, Hugo, Vatablus, & Iſidorus, & probat id quod ſubijciũt, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam. *Origenes.* Origenes tamen in illa homilia, Rabanus eum ſecutus, Lyra, & Dionyſius, volunt fieri ſermonem ad Angelos, quibus Babylonis demãdata eſt cuſtodia, qui, quod nihil proficerent, eam fuiſſent deſerturi: *Ioſephus* quemadmodum Ioſephus refert lib. 7. de bello Iudaico cap. 12. feſto die Pentecoſtes in templo ſubitam vocem auditam, quæ diceret, migremus hinc: quaſi eſſet angelorum vrbem deſerentium. Non enim mirum ſi medicus nihil proficiens, ægrotantem deſerat: ſed videtur huic ſenſui aduerſari, quod eoſdem ad vlulatum excitat, quos ad medendum, non eſt autem angelorum vlulare, ſicut nec mederi temporali auxilio contra Medorum imperium, de quo hîc eſt ſermo, non de ſpiritnali peccatorum medicamine.

7. *Iuſtitias.*] Cum ait, protulit dominus iuſtitias noſtras: per iuſtitias Hugo, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus intelligunt iuſtas actiones, id quod facere debuimus: niſi quod Hugo, verba eſſe putat gentium auxilium ferentium Chaldęis, vel dicentium ſe iuſte vindicatas, quaſi dixiſſent: palam factũ eſt nos feciſſe quod erat in nobis, auxilium ferendo Babyloni: ſed eam non potuimus liberare: vel palam fecit dominus Babylonem dſtruendo nos iuſtam cauſam tuitos, & iuſtè vindictam ſumptam propter nos de Babylone. Alij autem, & ipſe Hugo exiſtimant eſſe verba proborum Iudæorum, vt Ezechielis, Danielis, & ſimilium: qui ſuis actionibus, & precibus obtinuerunt à Deo vltionem de Babylone, & ſuorum libertatem: vnde & dicunt: Oſtendit dominus iuſtas fuiſſe noſtras actiones, & obtinuiſſe preces noſtras quod poſtulabamus. Quia tamen nomen, iuſtitiæ, ſolet ſignificare bonorum, & innocentium in iudicio abſolutionem, & iuſtificationem, ſicut & iudicium nocentum condemnationem: quæ eſt vtraque pars officij iudicis. *Senſus verus. Iuſtitia iuſtificationẽ innocẽtũ notat quãdoque.* Videtur propheta ſignificare Deum iuſtiſſimum iudicem tuitum fuiſſe iuſtam cauſam populi ſui, & iniuſtam Babylonis, eam deſtruendo, damnauiſſe: vnde aiunt, palam fecit dominus excindẽdo Babylonem tanquam impiam, & crudelem, nos iniuſtè ab illis opprimi, & iuſtas eſſe noſtras querellas coram Deo: & quidem licet iuſte, ſi ad ſcelera populi reſpiciamus in Deum commiſſa, in exilium miſſos, & à Chaldæis oppreſſos aſſeramus, ſicut quiſque debet patienter ferre quæ ab aliis patitur, merito ſuo ea tribuens, at iniuſtè quod attinet ad ipſos Babylonios oppreſſores Iudæorum: non enim licebat illis opprimere, & expilare Iudæos: quare Deus iuſte, ac merito puniuit eos, & iuſte liberauit ſuos: & hoc eſt, palam fecit dominus nos iniuſtè oppreſſos, & modo iuſtè ex illorum manibus ereptos, atque ita cauſam iuſtam noſtram egit, & patroni, ac iudicis munere fũctus eſt erga nos. Quod Septuaginta vno verbo dixerunt, protulit dominus iudicium ſuum, id eſt, ſuam in hac cauſa protulit ſententiam pro nobis, contra Chaldæos.

8. *Sagittas.*] Vel pęnæ ſagittis adijciantur: & quod dicitur, implete pharetras, Hebraicè eſt, שלטים Selatim, ſcuta, peltas, aut clypeos, vt vertunt Tigurina, Pagninus, & Vatablus, & Vulgatus 2.Par. 23. 9. peltas. *2. Parah. 23.9.* Solet autem Vulgatus nunc arma vertere, vt 2.Reg. 8.7. & tulit Dauid arma aurea. *2.Reg. 8.7.* Cantic. 4.4. Omnis armatura fortium, nunc pharetras, vt 2.Par. 18.7. *Cant. 4.4.* Tulit quoque Dauid pharetras aureas, quas 2.Reg. 8. vocauit arma. *2. Para. 18.7.* Ezech. 27. 11. Pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per girum. *Ezech. 27. 11* Et hoc loco ſecutus Septuaginta, nam & Chaldæus ita vertit, Nomen ergo generale videtur ad arma præſidum, & principum, (vnde nomen Sultan apud Turcas) *Sultan* in quibus pharetra vnũ erat: atque ita hortatur, implete clypæos, hoc eſt per enallagen implete vos clypeis, induite, aut tegite: vel implete pharetras ſagittis ad iaciendum in Babylonios. Eſt enim ſermo ad Medos, & Perſas, vt rectè notarunt Hugo, Lyra, & Dionyſius. Sicut ſequeoria verba, ſuper muros Babylonis leuate ſignum, fiunt ad Chaldæos ipſos, vt animaduertunt Theodoretus, Hugo, Lyra, & Dionyſius: quanuis Rabanus, & Vatablus ad eoſdem Medos, & Perſas omnia referant. Cum ſanè ironica ſit locutio, qua vocantur Chaldęi ad ſe defendendum, ſi valeant.

9. *Pedalis.*] Nomen אמה Amah, quod Vulgatus vertit, pedalis, propriè cubitum ſignificat, vt vertit Vulgatus Gen. 6.15. 16. & ſæpè aliàs. *Gen. 6. 15. 16.* Et ſpecie ſumpta pro genere accipitur pro menſura, modo, & complemento, eo modo dicendi ſcripturæ, quo dici ſolet completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum,

rum. Deinde nomen בֶּצַע betſah ſignificat cupiditatem, auaritiam, quæſtū aut lucrū, & in fruſta cōſciſionē, & oppreſſionē, & ita vertunt aliqui, menſura, terminus, cōpletio cupiditatis, auaritiæ, vel rapinæ tuæ: nam cum ad ſummum, vel ad cumulū venerint opes, quas concupiſcebas, tunc aderit finis tuus, & peribis. & conuenit hic ſenſus cum ſupra dicto, locuples in theſauris. Alij vt Chald. Pag. & Vat. vertunt, finis oppreſſionis tuæ, qua opprimebas alios, vel qua opprimeris à Medis, quod dixit Chald. tempus viſitationis malitiæ tuæ. & ad hunc modum Vulgatus vertit pedalis præciſionis tuæ, non vt explicant Hugo, Lyra, & Dion. quod accederet tempus præcidendi Babylonem ad pedem, ideſt, radicitus, vt ſolet arbor præcidi, vulgo dicitur *cortalla por el pie*. Sed quod iam aduenisſet

B

Finis Babylonis quando venit. terminus opprimendi gentes; quo & ipſa Babylō erat præcidenda, pedalem autem dixit pro menſura, vt alij cubitum acceperunt, iam enim ad mēſuram completam venerat Babylon, & ſuæ cupiditati fecerat ſatis, oportebat ergo vt ex ea, tanquā ex bellua ſaginata comederent gentes, & tanquā ex aureo poculo vini pleno biberent. Lxx. videntur accepiſſe Amah pro Amen, & concupiſcentiā vocaſſe viſcera, aiunt enim: Venit finis tuus, vere in viſcera tua, hoc eſt, vt diſcerpant viſcera tua.

50 *Celeuma.*] Diximus de hoc cohortationis genere ſup. c. 25. verba quoque illa à verſ. 15. [Qui fecit terram, vſque ad 19. Dominus exercituum nomen eius] eadem repetita ſunt c. 10. à verſ. 12. vſq. ad 16. incluſū, quare in eis explicandis non opus erit hīc immorari: cū eo in loco ſint expoſita, ꝓ dignitate.

51 *Collidis.*] Nomen מַפֵּץ mapeth inſtrumentum ſignificat, quo aliquid conteritur, aut colliditur cū diſperſione partium contritarū, malleum eſſe dicunt Tigur. Pag. Vat. & Iſid. Vulg. Ezec. 9. 2. in-

C

Ezec. 9. 2. teritum transfert. cū ait: vniuſcuiuſq. vas interitus in manu ſua, hoc eſt quiſque portat malleum in manu ſua. Vnde ad verbū ſic ait hoc loco domin⁹, Malleus tu mihi, vaſa bellica, & contundam in te gentes. Lxx. & Vulg. vt verbum acceperunt transferentes, diſpergis, vel collidis tu mihi vaſa belli. Et erit ſenſus iuxta Rab. Hug. Lyram, & Dionyſ. Tu, ô Babylon, qua vtor vt malleo, collidis omnia inſtrumenta bellica, quibus ſe muniunt gētes. Sed ego collidam omnia tua, & quæ ad te pertinent gentes, regna, equos, & equites tuos. Denique dabis pœnas de omni malo, quod intuliſti Sioni. Vel ſecundum Theod. Tu quidem diſpergis mihi, id

D

eſt, in populū meum, omnia tua inſtrumenta bellica: tu vſus es armis tuis in populum, & tela, haſtaſque iaculatus es in eos: ego quoque cōteram in te gentes quæ tibi venerunt auxilio, regna tibi ſubiecta, & cetera quæ in te ſunt, & de quibus gloriaris, deniq; rependam tibi, in conſpectu Iudæorum, qui in te ſunt captiui, quidquid mali cōmiſiſti in Sionem. Videtur autem hunc ſenſum tanquā verum concludere, id quod ſubditur. Et reddam Babyloni, & cunctis habitatorib. Chaldææ omne malum ſuum, quod fecerunt in Sion. Verū Chald.

Babylon malleus Domini Pag. Vat. Iſid. cū Tig. intelligunt Deum accepiſſe Babylonē tanquā malleū, & vt bellicū inſtrumentum ad omnes gentes, & quæ apud illas erant cōterendas, & collidendas, & demū poſt eas omnes, malleū ipſum contriturū, ac tunc poſt propinatū calicem iræ domini omnibus gentibus: propinandum ipſi Babyloni: præpoſitionem ergo in, vel capiunt pro, per, per te, vel ſuperfluit, vt maneat

A

caſus inſtrumenti, collidam te regna, &c. Probat autem hūc ſenſum verum id quod ait, vt ego collidam in te gentes, & diſperdam in te regna: non enim contrita ſunt cum Babylone regna, quę nulla illi erant amica: imo vt conſtat ex Xenophonte, *Xenop.* reges illi ſubiecti rebellauerunt, & tradiderunt Cyro vrbem cum rege Balthaſſare. Poteſt autem non incōgruè in hunc ſenſum Vulg. hoc modo intelligi: Collidis tu mihi, tu es colliſor gētiū, tu deſeruis mihi ad gētes collidēdas: tu es mihi vas bellicum, tu mihi deſeruis pro bellico inſtrumēto ad gentes conterendas, quod poſtquam obtinuero tu tandem pœnas dabis pro Sione deuaſtata. Hāc autem vltionē dicit ſe facturum in oculis Iudæorum, qui erant Babylone, quando capta eſt à Cyro, vt notant Hugo, Lyra, & Dionyſius. Quod autem malorum tantum Sionis meminerit, & non aliarum gentium, ideo eſt, quod omnes alias gentes, idcirco punierit Deus per reges Babylonis, quod populo ſuo contumelioſi fuiſſent: illis enim vſus eſt tanquam flagello & malleo ad eas omnes puniendas: & quia omnium grauiſſimè Chaldæi Ieroſolymam, & templum vaſtauerunt: propterea ob hanc ſolam culpam minatur extremum ſupplicium Babyloni: fit autem hinc manifeſtum quanta cura Deus proſpiciat ſuis, quanti ſuos faciat cultores. Vt neminem eos attingere patiatur *Cura Dei erga ſuos.* impunè etiāſi ipſi mereantur puniri. Quis verò nō miretur poteſtatem beſtiæ, quæ irruit in omnes homines, conterere admittens in eis quidquid robuſtum eſt, quidquid pulchrū, & viſu dignum, quicquid vtile eſt illis, & ſuaue, nihil relinquens intactum quod non corrodat, & adurat anhelitu ſuo? deniq; omnia regna mūdi, omnes gētes, & ipſum Dei populū ſuæ ſubdidit poteſtati: verū non impunè abibit, nā decidet tandē in foueam tartari, vbi meritas dabit pænas pro malis, quæ iuſtis inferre conata eſt, vna cū ſatellitib. ſuis aliis dæmonib.

52 *Mons.*] Babylonem alloquitur, & propter ædificiorum molem, montem vocat, vt omnes penè *Babylon cur mōs dicatur.* affirmant, corrumpentē vero ſeu perdentē, quod gentes omnes in ſuā poteſtatē, & impietatē, erat adductura. Alioqui autē ſita erat in loco humili, in *Babylonis ſitus.* campo Sennaar, vt conſtat ex 10. Gen. & ita aſſe- *Gen. 10 10.* runt Geographi, vt Stra. li. 1. In campo, ait, iacet. *Strabo.* Et Herodot. libr. primo, in Clio: Babylon vrbs in *Herodo.* ingenti, inquit, planitie ſita, forma quadrata, magnitudine quoquo verſus centenū vicenum ſtadiorum, in ſumma quadringentorū octoginta in circuitu quatuor laterū vrbis. Tanta eſt Babylonici oppidi magnitudo, quod ita exornatum eſt, vt aliud nullū eorum, quæ nos nouimus. Et Oroſius *Oroſius* li. 2. c. 6. de Babylone loquens, hæc ait: Campi planitie vndique conſpicua, natura loci lætiſſima, caſtrorum facie mœnibus paribus per quadrū diſpoſita, murorū eius vix credibilis relatu firmitas, & magnitudo, id eſt, latitudo cubitorum quinquaginta, altitudo quater tanta: Ceterū ambitus eius quatercētū octuaginta ſtadiis circūuenitur. Mur⁹ coctili latere, atque interfuſo bitumine cōpactus, foſſa extrinſecus late patens vice amnis circūfluit, à frōte murorū centū portæ ęreæ. Ipſa autē latitudo in cōſummatione pinnarū vtroq; latere habitaculis defenſorū æquè diſpoſitis media intercapedine vicenas quadrigas capit, dom⁹ intrinſecus quatergeminæ habitationes minaci proceritate mirabiles, & tamen magna illa Babylō, illa prima poſt reparationem humani generis condita, nunc

pene etiam minima mora victa, capta ac ſubuerſa eſt. hactenus ille. Ob hanc ergo tantam molem, & magnitudinem, ac fortitudinem vocat eã montẽ, vt volunt Vat. & Iſidor. vel propter excellentiam imperij, atque ſuperbiam, vt Theod. Lyra, & Dio. vel propter omnia. Quod autem ait, Euoluam te de petris, & ſequentia, Lyra, Dion. & Iſid. de ſubuerſione turrium, murorum, & ædificiorum, quæ in ruinam venerunt, & combuſta ſunt à Medis, & Perſis, & inſtar montis in aceruum redacta, manſerunt, intelligũt: & proprius. Chald. vero, Theo. Hug. & Vat. volunt intelligi per lapidem in angulum & in fundamenta regem, vel principes, quia adeo deleta eſt Babylon, vt nullus ex illa rex, null⁹ princeps deinceps prodierit. Sic enim punit Deus montẽ corrumpentem alios, & ad impietatem ex monte pietatem deturbantẽ, vt nulla eius maneat memoria: ſed æternis afficiatur cruciatibus, & ſic fiat mons combuſtionis.

Mons corrũpẽs fit mons combuſtionis.

13 *Ararat.*] Trium gentium iubet reges concitari cõtra Babylonios, quæ feræ ignotæ ſunt interpretibus præter Ararat, quam omnes Armeniam ſunt interpretati, Vulgatus Gen. 8. 4. Ioſephus li. 1. Antiq. c. 4. Chaldęos, 3. Reg. 17. & hîc, & Theod. Sic autem, ait Hieron. ſuper ca. 37. Iſa. ad finem: Ararat regio in Armenia campeſtris eſt, per quã Araxes fluit incredibilis vbertatis ad radices Tauri montis, qui vſque illuc extenditur: Ergo & arca, in qua liberatus eſt Noë cum liberis ſuis ceſſante diluuio, non ad montes generaliter Armeniæ delata eſt, quæ appellatur Ararat, ſed ad montes Tauri altiſſimos, qui Ararat imminent cãpis. Beroſus apud Ioſephum ſic nominat eam regionem. Fertur & nauigij huius pars in Armenia apud montẽ Cordiæorum ſupereſſe. Eundem Armeniæ montem Barim vocat Nicolaus Damaſcenus. Eſt ergo Ararat iuxta communem interpretationem Armenia inferior, non ſuperior, & montoſa, vt putat hoc loco Vatablus.

Armenia Ararat. Gen 8. 4 Ioſeph. Chald. Hieron. Beroſus. Damaſ.

Menni, ſeu Mennæorum populorum nuſquam alias in ſcriptura mentio fit. Chaldæus hîc transfert Armeniã, cum Ararat vocauerit Cardu, quaſi Cordiæos montes voluiſſet intelligere ſuperiorẽ Armeniam, vt explicuit Vatablus. Sunt qui putẽt à ſimilitudine vocis Menni eſſe Minæorum gentem magnam in Arabia felici verſus mare rubrũ; quorum meminit Ptolomæus li. 6. Geophraphiæ cap. 7. & Strabo lib. 16. Vltima, inquit, regio à quatuor maximis nationibus inhabitatur à Minæis, qui in parte ſunt Rubrum verſus maxima eorum ciuitas Carna ſiue Carana. Nam & Scenitæ, qui putantur Aſcænei populi ſunt felicis Arabiæ, qui merito Minæis adiunguntur. Sed quia numerãtur cum Ararat, quæ ab omnibus exiſtimatur Armenia: mihi videtur eſſe regio in Armenia ſic vocata. ducor teſtimonio Nicolai Damaſceni li. 96. quẽ refert eo loco Ioſephus, qui ſic ait: Eſt ſuper regionem Minyarum magnus mons in Armenia nomine Baris, in quo multos profugos diluuij tempore ſeruatos ferunt, & quendã arca vectũ in hui⁹ vertice hæſiſſe. Meminit Minyarum Strabo lib. 8. qui accolæ ſuper acceſſerunt ad Triphylia condenda. Minyarum ergo gentem Menni vocat. Fortaſſe ex Aram compoſitam nomine dicti ſunt Aramenni, & per ſyncopem Armeni, & Armenia, vt ſit pars quædam Syriæ ad Armeniam ſpectans.

Mennæi qui. Ptolom. Strabo. Nicol. Dam. Strabo.

Aſcenez primogenitus fuit Gomer filij Iaphet filij Noë, vt legimus 10. Gen. 3. Vnde Aſcenæos putat Ioſep. Anti. 1. c. 7. eſſe eos quos Græci Rheginos vocant, à Rhegio extremo agri Brutij oppido, quo Sicilia ab Italia creditur auulſa. Vat. totam regionẽ Gothicam vult intelligi: Iudæi ſecuti Chaldæum Germaniam interpretantur. Verum ex hoc loco Ieremiæ videntur eſſe populi Aſiatici qui parati eſſe deberent ad ferendũ auxiliũ Medis quibus patebant. Sunt qui ex vocis ſimilitudine putent eſſe Scenitas Arabas vagos populos qui in ſcenis habitẽt, vt referũt Geographi, poſt dicti Saraceni. Verũ propius vero loquitur Theo. eſſe gẽtẽ Armenis vicinã, & Minyis, quibus denunciari iubet vt ſe parent ad bellũ, quãuis nomen gentis vel Græcũ, vel Latinũ ignoremus: nouimus autẽ ex Xenophonte Armeniorũ gentẽ, cum Cyro profectã contra Babylonem. Diuerſa autem eſt Aſcenæorum Hebręi nominis & Græci Scenitarũ etymologia, quare vni genti conuenire non poteſt.

Aſcenez qui. Gẽ. 10. 3 Ioſeph Xenon.

14 *Taphſar.*] Nomen טִפְסָר tiphſar peregrina dictio eſt, cuius certum ignoratur ſignificatum atq; hîc, & Nahum 3. 17. tantum inuenitur, & LXX. bellicas machinas tranſtulerũt, Chaldæus bellatores, Tigur. nobilitatem. Vulgatus cum hîc intactum hoc nomen reliquerit, Nahum 3. trãſtulit, paruuli dicens: Et paruuli tui ſicut locuſtæ locuſtarum: nã putatur nomen compoſitum à טַף taph paruus, & סר pro שַׂר Sar princeps, quaſi, ſit paruus princeps aut dux. Ideo Pagn. Vat. & Iſidorus, reliquiq; interpretes recentiores vertunt hoc nomen, principem, vel ducem; iubet enim præfici ducem, aut principem paruum, hoc eſt, eligi duces, qui præſint certo militum numero, quos vocauit paruulos, nempe principes, Nahum. Exercitũ explicãt Lyra, & Dionyſius, Hug. Mariſcallum, ſeu Stabularium equorum, ſed hoc magis probatur, ſignificare communes duces exercitus, qui recenſeri, ac numerari iubentur, *Aliſtar* vulgo dicitur, ad expugnandum Babylonem. non ergo eſt nomen proprium. Idcirco autẽ tam numeroſum iubet exercitum parari, tot gentes conuocari, tot reges, & duces numerari, & reliquum apparatum tam longe ante annunciari: quo moneat Babylonem, ſe vt nouerit excindendam, niſi reſipiſcat, & ad meliorem frugem ſe conuertat: ſic enim ſolet Deus futurorum malorum prædictione, dare impiis, necdum timentibus ſe, ſignificationem, vt fugiant à facie arcus, armorum enim ſtrepitus, equorum hinnitus, buccinarum clangor, ducum creatio, & numeratio, & aliorum, quæ neceſſaria ſunt præparatio, quoddam bellãdi tutũ genus eſt, abſque ſanguinis effuſione, quo pax ante manuum conſertionem, vel ex timore obtinetur.

Nahum 3. 17. Prænunciat mala futura vt caueant. Pſalm. 59. 7. Bellãdi tutum genus.

15 *Currens.*] Hæc clauſula ſic habet ex Hebræo ad verbũ. Curſor in occurſum curſoris curret, & nũcius in occurſũ nuncij ad nunciandũ regi Babel, quia capta eſt ciuitas eius à fine, & vada præoccupata ſunt, & arũdines cõbuſtæ ſunt igni. Quod eſt dicere ſecundũ Rab. Hug. Lyr. & Dion. tantã fuiſſe curſorũ, nunciorũq. frequentiã vndiq; confluẽtiũ ad ædes regias, & ex omnib. vrbis portis, vt ſibi inuicẽ in viis occurrerent, & in domo regia, vt nũciarent regi, omni ex parte hoſtes ingreſſos, & vrbẽ per omnia occupatã, ab vna ſcilicet porta vſque ad aliam: nã propterea præmiſit vectes contritos, portarum ſine dubio, per quas ingens copia militum ingreſſa eſt in vrbem; cuius tanta erat magnitudo, ait Herodotus libro primo, tanque abſorti erant oblectationib. Babylonij, vt cũ capti

Babylonis magnitudo. Herodot.

capti eſſent, qui media vrbis incolebāt, non ſen-
Ariſtot. tiretur ab his, qui extrema habitabāt. & Ariſt. li. 3.
Politicorū c. 2. Babylon capta cū eſſet ab hoſtib.
fertur partē aliquā eius ciuitatis tertia die nondū
aliquid ſenſiſſe, & iuxta hanc expoſitionem illud,
à fine, eſt idē quod à ſommo vſque ad ſummū, ab
vno vrbis extremo vſque ad aliud, vel vndiq. quā-
uis ſecundū Pagn. prædicto ſenſui, nō incōmodet,
qui vertit. cū venit finis, vel quia venit finis ei. He-
bræi, quos ſequuntur Tigur. Pagn. & Vat. explicāt
de frequentia curſorū, & celeri illorū occurſu ex-
euntium ex vno vrbis angulo qua Euphrates vr-
bem influebat, & ſe inuicē inſequētiū ad cōmo-
nefaciendum de omnibus, & ſingulis quibuſq. ac-
cedētib. regē, & eadē celeritate redeuntiū. Quę au
tem deferebant nuncia hæc erant, capta eſt ciuitas
מִקָּצֶה Mikatheh ab extremo, vel à termino, vel
ab angulo, nēpe illo qui pertinet ad Euphratē, nam
per Euphratis alueū capta eſt Babylon, idq. ex iis
quę ſubiiciuntur conſtat. quod autē dixit Vulgat.
à ſummo vſq. ad ſummū, ita poteſt accipi, vt ſit à
ſummo extremo, vel termino introitus Euphratis
in vrbē vſq. ad aliod vrbis extremū, in quo erat re-
gia. Alterū nūtiū erat, Vada præoccupata ſūt. Lxx.
Cyrus Euphratem alio deriuat. Herodo. verrunt, trāſitus, vt etiā Vat. nēpe Euphratis in vr-
bem, quos alio deriuauit Perſa exuſtis carectis ex
alueis, vt expeditior eſſet via, quod ſic refert He-
rodot. li. 1. Inſtructis vniuerſis copiis, partim qua
fluuius vrbē ingreditur, partim à tergo qua egre-
ditur, præcipit Cyrus, vt dum cernerent alueum
poſſe tranſiri, illac vrbem inuaderēt, ita inſtructis
atq. monitis ſuis cū inutiliori exercitus parte abiit
ad ſtagnū. Eo vbi peruenit, quæ Babyloniorū re-
gina fecerat apud flumē, & apud ſtagnū, quod erat
palus, eadē ipſe fecit. Nā reuocato flumine, alueū
ei᷒ priſtinū vado trāſibilē reddidit. Id tale vbi actū
eſt, Perſæ qui ad hoc ipſū inſtructi erant per alueū
vnde fluuius Euphrates abſceſſerat, mediorū fere
fęmorū tenus grauiter Babylonē irruerūt. Aliud
his ſimile ferebatur nunciū: Arundines combuſtę
ſunt igni, nomen אֲגַמִּים Agamim primario palu-
des, aut ſtagna ſignificat, vt vert. Lxx. & Vul. & R.
Ionah, Hug. Lyr. & Dio. exponūt munitiones, ſeu
turres in eis ſitas. ſed Kimhi, Tigur. Pagni. & Vat.
volunt hoc loco accipi id nomen pro carectis pa-
luſtrib. iūcis, ſeu arundinib. quæ in alueo Euphra-
Qua via capta Babylon. tis, ſicut & Nili inſtar arborū naſcūtur. Eadē ergo
via, qua Babylō rigabatur & fertilis, ac nitida red-
debatur & inexpugnabilis, expugnata eſt, & de-
ſtructa, & rex Balthaſar, qui in eius fortitudine, ac
ciuiū multitudine cōfidebat, miſerè periit.
Simile ex area. 16 *Area.*] Similitudo ex area ſumpta iuxta Ra-
banum, & Hugon. ſic habet. Babylon huc uſque
erat tanquā Area, in quam conuehebantur omnes
gentes, vt in ea contererentur: ſua enim potentia
gētes triturabat, at modo adeſt iam tēpus, quo ip-
ſa tanquam meſſis in area terenda eſt, Theodo. ta-
men Lyra, Dionyſius, & Vatablus ita applicant
ſimilitudinem. Hactenus Babylon fuit quaſi area
frugibus plena domibus, ciuibus, & opibus vndi-
quaque connectis copioſa, & iam matura vt tera-
tur: poſt paululum veniet tempus quo ſpolianda
eſt omnibus, & deſtruenda: Vel accipe metoni-
micῶs aream pro ſegete vberi, & apta ad aream.
Eſt enim Babylon quaſi ſeges conuehenda in areā,
aptiſſima ad trituram: prope eſt tempus deme-
tendi eam: cum deſtruetur à meſſoribus Perſis, &
Medis. Sinit autem Deus ſegetes creſcere vſque

A ad meſſem, & tunc conducit meſſores, qui metāt,
& comportent in aream, ac terant, & à palea tri-
ticum ſeparent nempe cultores ſuos à Chaldæis,
& aliis gentibus quarum Babylon aucta fuerat di-
uitiis, vt ſtatim conqueritur Ieruſalem.
17 *Abſorbuit.*] Inducitur Ieruſalem, vel plebs Iu-
daica grauiter conquerens de Nabuchodonoſor
quem belluæ fame preſſæ comparat, quæ eam co-
mederit ac deuorauerit; & vrbem populo plenā,
educto in captiuitatem, tanquam vas inane vacuā
reliquerit. Deinde draconi ſitienti ſanguinem *Dracones.*
elephantis, quem quia frigidiſſimus, æſtu torren-
te ſummè expetit: ſoletque cum tantus ſit magni-
tudine totum ſanguinē bibere, & abſorbere. Vn-
de fit elephantos ab his ebibi, ſiccatoſque conci-
dere, & dracones inebriatos opprimi, commoti-
B queque magnis vocibus, & lugubribus emiſſis: vt re-
ferunt rerum naturalium hiſtoriographi Solinus *Solinus.*
in Polihiſtor. c. 28. Plin. li. 8. c. 11. & 12. & Ælianus *Plinius.*
li. 9. c. 20. Idcirco dixit Michæas c. 1. 8. Faciā plan- *Ælian.*
ctum velut draconum. Addit, repleuit ventrem *Mich. 1. 8.*
ſuum teneritudine mea. Ex Hebræo, Septuaginta,
& alij Interpretes recētiores vertūt, deliciis meis,
hoc eſt, adoleſcentibus meis nobilibus, ait Hugo,
quos tulit ſecum, pauperibus relictis ad terrā co-
lendam: vel me tenere in Dei cultu enutrita, vt
Dionyſius. vel ſecundum Chaldæum, & Theodo-
retum, & Lyram, ſpoliauit me bonis omnibus, va-
ſis etiam aureis, & argēteis templi, quæ tenere di-
ligebam, & impleuit illis domum theſauri ſui.
omne bonū, quo gaudebat in terra ſua, dum pace
frueretur ſignificare videtur nomine Eden, quod
iungi ſolet horto, aut paradiſo deliciarū, aut volu-
C ptatis. Inſtar rapacis bellucę fuit populo Dei Nabu- *Dæmon voraciſſimus.*
chodonoſor, & nunc in eo deſignatus diabolus,
qui non contentus comedere carnes bonarum
mentium, eas quoq. deuorat, imo inſtar draconis
abſorbet, & implet ventrem ſuum iuuenibus, &
puellis eccleſiæ, teneris, & florentibus virtutibus *Abac. 1. nūratum 16.*
quia cibus eius eius electus eſt, Abacuc 1. Et ſpiri-
tum relinquit tāquā vas inane, abſque vlla ſuper-
na cogitatione, abſque vllo ad virtutem affectu:
abſque ſanguine viuifico, ex quo nutriebatur ad
vitam ſpiritualem, & diuinam.
18 *Mare.*] Pro iniuria illata Sioni, quam vocat ini- *Mare Babylonis quid ſignet.*
quitatem, pro ciuibus occiſis, & ſanguine eorum
effuſo, promittit dominus ſe vltionem ſumptu-
rum de Babylone, & mare eius in deſertum reda-
cturum. maris nomine Hebręi intelligunt affluen-
tiam opum immenſam, venæ autem ſeu ſcaturigi-
D nis, ſubiectionem gentium, quæ tributa Babyloni
ſoluebant, & omnes ſuas opes in eam conuehebāt
vel dominatum Babylonis, quo exhauriebat om-
nium gentium diuitias. Sic Vat. & Iſidor. Theod.
Rabanus, & Hugo volunt maris nomine ſignifi-
cari multitudinem ſubditorum, & ciuium Baby-
lonis copiam, quæ videbatur non poſſe exhauriri.
quamuis Theod. venam putet eſſe dominationem
in omnes, Lyra, & Dion. mare exiſtimant eſſe Eu-
phratē: venam, alueum fluxus eius, quem diximus
interceptum à Cyro: Sed verius videtur mare per
metaphoram vocari diuitiarum, aquarum inſtar,
congregationē, & copiam quæ exhaurienda erat.
19 *Simul.*] In Hebræo dicitur: Simul vt leo-
nes rugient, rugient, aut excutient ſe vt catuli
leonum. In calore eorum ponam conuiuia
eorum, & inebriare faciam eos, vt exultent, &
dormiant ſomnum ſempiternum, & non euigi-

lent, duxit Iehouah. Verbom נָעֲרוּ Naarũ, quod A
Vulgatus vertit excutient, quod eſt verbi primũ,
ac communius ſignificatum: DaoidKimbi, & eum
ſecuti Pagninus, & Iſidorus, exponnnt, rugie-
runt, aut vociferati ſunt, vt legit Tigurina: alij
etiam rudent, exponunt, quod catuli leonun præ
imbecillitate rudere potius videantur, & ad rugi-
tum perfectum non perueniant, qui recte dicun-
tur excutere ſeſe, ſeu comas, quod toto corpore
aliquo doloris affectu permoti incipiãt tumultua-
ri, & comas erigere, & vocẽ qoalemcunq; edere. &
licet ſint qui hæc verba ad Medos referant & Per-
ſas, ſuam alacritatem vocib. in obſidẽda Babylone
ſignificantes. Verius tameo Hugo, Lyra, & Dio-
nyſius de Chaldæis exponunt, qui præ ſæuitia &
dolore cum hoſtes audirent ingreſſos, irrugiebãt, B
& conclamabant ſimol, nihil inuenientes conſi-
lij, aut potius ſæuiebant, & irrugiebant omnes, vt
leones, & comminabantur, moltaque iactabãt in
hoſtes vrbem obſidentes, deſpicientes ipſorũ co-
natum. Deus autẽ facili negotio eos ſumno preſ-
ſit, quo factũ eſt, vt facile caperentur, & interime-
Conni- uiũ vini. rentur. Vnde ſubdit: in calore eorum ponam con-
uiuia eorum. nomen מִשְׁתֵּה miſteh ſignificat potũ;
Dan. 1. 8 vt Dan. 1. 8. qui conſtitnit vobis cibum, & potom.
at cõmunius notat συμπόσιον compotationẽ, ſeu
conuiuium vini, in quo vinum abundat, vt 1. Reg.
1. Reg. 25. 36. 25. 36. & ecce erat ei conuiuiũ in domo eius, quaſi
conuiuiũ regis, Iſaiæ 5. 12. & vinũ in conuiuiis ve-
Iſ. 5. 12. ſtris. ideo Eſter 5. 6. dicitur, Dixitque rex ad Eſter
Eſter. 5. 6. in conuiuio vini, & ca. 7. 8. Rex autem ſurrexit in
Eſter 7. 8 furore ſuo de conuiuio vini: vt noueris eſſe con-
uiuium vioi, in qoo potatioo ib. vini potiſſimum C
indulgetur. Et huiuſmodi fuit conuiuium Baltha-
ſaris ea nocte celebratum, qua captus eſt, & oc-
Dan. 5. 2. ciſus, vt refertur Danielis 5. Vbi tantum potatio-
nis vini fit mentio, quod propinabatur in vaſis ao-
reis, & argenteis, quæ in templo Ieruſalem fuerãt
aſportata. Eſt autem in verbis hypallage, ſeo in-
uerſio, nam qood dicitur. Io calore eorum ponam
potus, aut conuiuia eorum, recto ordine legendũ;
in potibus, aut conuiuiis eorum ponam calorem
eorum: boc eſt, faciam vt incaleſcant, & inebriẽ-
tur, & hilares conſopiantur, & occidãtur. Loqui-
tur autẽ non tantũ de conuiuio Balthaſaris, quod
fecit optimatibus ſuis mille, ſed de conuiuiis alio-
Babylon quando capta. Herodo. rum principum, ac ciuium Babylonis, propterea
in plurali dixit cõuiuia. Nam tota ciuitas in com-
potatione erat propter Beli ſolemne omnibus fe-
ſtum. Sic enim ait Herodotus lib. 1. Babylonij ob-
ſidionem Cyri ooll ius momenti faciebant. Nunc D
Beli feſtum. ex inopinato eis Perſæ aſtiterunt: ſed forte qnoniã
dies feſtus eis eſſet, exercendis choreis, atqoe ob-
lectationibus opera dabatur, donec plane rẽ ani-
maduerterunt. Atque ita primum capta eſt Baby-
Xenoph. lon. & Xenopbon lib. 7. Cyripediæ, ante primam
Cyri orationem. Qui vero, inquit, boſtes erant in
muro, deridebant obſidionẽ, vt qui res neceſſarias
haberent pluſquã viginti annorũ. At Cyrus quo-
niam audiſſet eiuſmodi feſtum eſſe Babylone, in
quo Babylonij omnes in vniuerſam ooctẽ bibũt,
& laſciuius carminibus, ſaltationibusqoe indulgẽt;
cum primum hac nocte tenebræ factæ ſunt, acce-
ptis multis hominib. aperuit foſſas quæ tendebãt
Iſ. 21. 5. ad flumen. hæc illi: & Iſa. c. 21. 5. ſocordiã regis, ac
principium nimiam ſecuritatem taxans, & ridens:
Pone menſam, inquit, contẽplare in ſpecula, co-
medeotes, & bibentes, ſurgite principes, arripite

clypeũ. Sic igitur Balthaſar cum præcipuis aulicis
interfectus eſt, vt refert Dan. c. 5. & Xenophon in
eo loco. Hic cõpotationum finis, hic menſarum *Compo-*
finis ſanguine cruentarũ: non eſt abſq; ſanguine, *tationus*
& crudelitate impiorum conuiuium, adhuc eſcæ *exitus.*
eorum erãt in ore ipſorum, & ira Dei aſceodit ſu-
per eos. Pſa. 77. Iahel Siſarã lacte potatũ, ſic clauo *Pſ. 77. 30*
confodit vt ſoporẽ morti conſociaret, vt dicitur
Iudic. 4. 19. In iis enim, ad quæ quis in vita magis *Iudic 4.*
affectus eſt, ſolet animã quidẽ frequẽtius exalare, *19.*
ea merito vocanda ſepulcra concupiſcentiæ: non-
ne deliciis conſũpti intereũt effœminati? & iracũ-
di gladio cõfoſſi: & potatores, ac cõpotatores, qua
les Chal. fuerãt, præfocati, & inter mẽſas interẽpti?
20 *Mare.*] Maris nomine irruẽtis, & ſummergẽ-
tis Babylonẽ, quã vocauit Seſak ratione à nobis al-
lata ſupra c. 25. nu. 54. exercitũ Medorũ, & Perſarũ *Iere. 25.*
ſignificari, nemo eſt qui nõ intelligat: inſtar enim
aquarũ eſt totũ orbẽ eluentiũ, & ſummergenoũ,
terramq; ipsã emundantiũ, atq; vt oouos fructus *Mare*
edant, vberem reddentium: & quidem mari mare *mari op-*
opponit. Nã Babylonẽ mare vocauerat, cũ ſupra *ponit.*
dixerat, deſertũ faciam mare eius, nam deliciis, &
opolẽtia affluens, induebatur purpora, & byſſo, &
veſcebatur opolente, & quicquid precioſum vel
ad victum, vel ad veſtitum, vel ad voluptatem ao-
gendam condocebat, omni ex parte conuehe-
bat. Sed confluente in illod mari altero boſti-
lis exercitus violẽtiori, & auctiori, in deſertũ reda-
ctum eſt, & piſces eius interẽpti, theſaori recondi-
ti in lucẽ editi, opes exhaoſtæ, denique magnificæ
ædes, & ampliſſima palatia, ac deorũ tẽpla, ita di-
ruta, vt nunquã ſint inſtaorata: & omnes Chaldæi
qui ſimul irrugiebant in boſtes, ſepulti ſunt in in-
ferno, vt ille diues epolo, apud Lucã 16. capite. *Luc. 16.*
21 *Bel.*] Babylonij omniũ Deorũ ſacratiſſimum & *19.*
antiquiſſimom venerabantor Bel: cuius tẽplum ad
hunc modum à Semiramide conſtructũ deſcribit
Herod. li. 1. In vtrioſq; ciuitatis plagæ medio mo- *Herodo.*
rus erectos, quorũ hic regiam cõprehẽdit ambitu *Beli tem*
prægrandi, atq; valido. In altero Iouis Beli tẽplom *plum.*
æreis portis, doorũ vndecunq; ſtadiorũ amplitu-
dine, figora quadrata. In ſacri medio turris ſolida,
craſſitudine ſimul & altitudine ſtadij, cui alia rur-
ſus ſuperimpoſita turris, & huic ſubinde alia ad
octauam vſq, in poſtrema turri ſacellũ eſt aliod, in
qoo lectus eſt ſplendide ſtratus, & appoſita mẽſa
aurea. Statua tameo in hoc ſacello nulla eſt. Porro
aliud eſt ſacellũ inferius, quod Iouis magnã habet
ſtatuã, eãq; aureã, pone menſã, & ipsã aureã, ſimul
& ſuſtentaculũ cum ſella, omniaq; aurea, adeo vt
Chaldæi octingentorũ talentorum aori opus æſti-
ment. extra tẽplũ altare eſt, & ipſum aureũ: atquo
præter boc aliud altare ingens, in quo ſolẽnes ho-
ſtiæ immolantur, quandoquidẽ aoreũ illud non li-
cet hoſtiarũ ſãguine polluere, præterquã lactẽtiũ.
Inſuper in hoc maiuſculo altari Chaldæi quotãnis
centũ millia talentorũ libanoti adolent, quando
huic ſuo Deo ſacra faciũt. Eratq; in hoc tẽplo ſta-
tua 12. cubitorũ è ſolido auro. Atque illud tẽplum
hoc pacto cõſtructũ fuit ornamẽtis, etiãſi alia ſint
peculiaria pleraq; eioſdẽ donaria. Hacten' Herod.
ante quẽ centũ annis, ſcripſit Dan. c. 14. Erat ido- *Dan.*
lũ apod Babylonios nomine Bel, & impendebãtur *14. 2.*
in eo per dies ſingulos ſimilæ artabæ doodecim, &
oues quadraginta, viniq; amphoræ ſex. Erant au-
tẽ ſacerdotes Bel ſeptuaginta exceptis vxorib. &
paruulis, & filus, qoi cõſumebãt quæ erant ſuper
men-

menſam. occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in poteſtatem Danielis, qui ſubuertit eum, & templũ eius. Ieremias igitur comminatur hoc idolum Bel conterendum, iocunda hac paronomaſia: Viſitabo quoque ipſum Bel in Babel, & eijciam Bilho de ore eius, etiã muri Babel corruent. בלע Bala abſorptionẽ, ſeu deglutionem ſignificat, hoc eſt, quod deglutiuit, deuorauitque: & quidem Chaldæus, Lyra, & Dionyſius videntur metonymicῶς per Bel intelligere cultores eius Babylonios: nam per abſorptionem exponunt diuitias, quas gentibus eripuerant, & deglutierant. Hugo vult intelligi populum Iſraëliticum, quem deuorauerat, & intra ſuum ventrem concluſerat, quem tamen pollicetur Deus educturum, & liberũ reducturũ, dum compulſus fuerit per Cyrum illum euomere Bel. Theodoretus, Vatablus, & Iſidorus verius exponunt de ipſo idolo, & de cibis, qui illi quotidie miniſtrabantur, vt retulimus ex Daniele, & de anathematis, & donariis, quæ illi vndique donabantur. omnes enim gentes vel ſponte, vel vi, crebra illi afferebãt dona, quæ merito dicitur deglutiſſe, & abſorbuiſſe, ſiquidem vaſa aurea, & argentea, quæ è templo Ieroſolymitano ſuſtulit Nabuchodonoſor, & intulit in domum Dei ſui, vt dicitur Danielis 1. omnia dicit compellendum eſſe vt euomat: & manſurum vacuum, & imminutũ, nullis gentibus ad eum venturis, cum ipſa Babylon deſtruenda ſit, & muri eius diruendi. Sic tandem auari diuites euoment quas deglutierãt opes. Nam vt ait Sophar Iob. 20. 15. Diuitias, quas deuorauit (homo impius) euomet, & de vẽtre illius extrahet eas Deus. Sic etiam quæcumque deuorauit carnis concupiſcentia, quæ numquã dicit ſatis eſt, cogetur euomere. & infernus ipſe, & qui illi dominatur dæmon cõpelletur emittere quos deuorauerat, & captiuos tenebat de populo Dei, cũ Cyrus, id eſt Chriſtus, vectes eius confregit, muros diruit, & populum in ventre eius concluſum, ſuperna vi extraxit, & dominatum abſtulit Bel, & prohibuit ne vltra ad illud colendũ, ſe conferrent.

Beli euerſio. *Dan. 1. 2.* *Auari euomẽt diuitias Iob. 20. 15.*

22. *In anno.*] Hebræa ſic habent. & veniet in anno auditio, & poſt eum in anno auditio, & rapina in terra, & dominator ſuper dominatorem. Theodoretus, quoniam, inquit, vno aut duobus annis ante denunciatum aduentũ hoſtium, more ſuo perſeuerabant in iniuſtitia, & iniquitate. propterea minatur interitum, tam ſculptilibus, quam iis, qui adorant ea. quibus verbis oſtẽdit, iniquitatem, & dominatorem ſuper dominatorem debere intelligi de iniquitate, & tyrannide, quam ipſi Babylonij inter ſeſe exercebant, propter quæ cõminatur ſubuerſionem ſculptilium, & cultorum eorum. R. Salomon, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus volunt duos annos à propheta deſignari, in priori, qui erat tertius regis Balthaſaris rumor dicitur ſpargẽdus de vaſtatione Babylonis, & regis interitu: in poſteriori audiẽda erat promulgatio libertatis Iudæorum, & iniquitas exercita in Chaldæa per Medos, & Perſas, & ſucceſſio Cyri, qua ſucceſſit Dario. Vatablus, & Iſidorus tres annos diſtinguũt, primũ, in quo rumor belli ſparſus eſt, alterum in quo fama erat exercitum aduentare; tertium in quo Chaldæa eſt ſubiugata, & dominator Cyrus ſuccedit dominatori Dario. aut vt volunt alij, quo Darius venit contra regem Balthaſarẽ. At ſi quæ præcedunt conſideremus, inueniemus noluiſſe Ieremiam duos illos, aut tres annos definire, ſed animos Iudæorum ſecuros reddere, & ante aduentum malorum præparare, ne timore correpti, audientes rumorem hoſtium contra Babylonem, & vniuerſam Chaldæam aduentantium, & frequẽtes rapinas, & tumultus motos, & tyrannorum in ſe inuicem rapacitatem, & inſidias, molleſcerent, & deſponderent animum, ac ſpem abijcerent de ſua libertate, cũ tunc potius illorum res ageretur: ſiquidem ex illius imperij diſſolutione, & Babylonis deſtructione, totius populi ſalus pendebat, quæ numquam obtenta fuiſſet, ſi Babylon in ſua gloria, & virtute permanſiſſet. Ait ergo propheta vos monitos eſſe volo, vt fuga veſtrę ſaluti conſulatis, & ne molliores effecti metuatis rumores de hoſtium apparatu, & aduentu in Chaldæam: audietis quidem non ſemel, ſed iterum, non vno, aut altero anno, ſed nonnullis, rumores varios de vaſtatione Chaldæę, & imperij Babylonici mutatione, videbitis etiam in terra Chaldæorum, in qua degitis, rapinas, & manifeſtas iniuſtitias, varias etiam tyrãnides, dum inter rumorum tumultus bellorum concitatorum, potentiores dominentur imbecillioribus, & ipſi potentes, & finitimarum vrbium domini, & adminiſtratores, in ſe inuicem irruent, aliis imperatorem ſuum defendentibus, aliis pro Medis, & Perſis pugnantibus, & priſtinas inimicitias, & odia à multis annis retenta manifeſtantibus: inter tam turbulenta tempora, eſſe ſe bono animo, quia prope eſt libertas veſtra. Quem ſenſum viſus eſt ſignificare Theodoretus ſua expoſitione, & Hugo. Atque hac ratione Chriſtus Ioan. 16. multis ſuos diſcipulos præmonuit de odio, inſidiis, & afflictionibus futuris, ne cum acciderent, timerent, & ſcandalizarẽtur, ſed eo ipſo quo Chriſtus eis ea mala prædixiſſet, antequam fierent, pacato eſſent animo, & minus ferirentur. Sed accommodatius eſt exẽplum Chriſti Mat. 24. & Luc. 21. de mundi conſummatione. Videte ne ſeducamini, multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego ſum. Cum autem audieritis prælia, & ſeditiones nolite terreri, oportet primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis: ſurget gens contra gẽtem, & regnum aduerſus regnum, &c. His autem fieri incipientibus reſpicite, & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas, ita & vos cum videritis hæc fieri, ſcitote, quoniam prope eſt regnum Dei. Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos repentina dies illa. Hoc eſt illud, egredimini de medio Babylonis, ne molleſcat cor veſtrum.

Variæ interpretationes annorũ ante captam Babylonem. *Verior expoſitio.* *Salus Iudæorũ ex Babylonis euerſione pendebat.* *Ioan. 16. 1.* *Mat. 24. 4.* *Luca 21. 9.*

23. *Fugiſtis.*] Ad Iudæos loquitur, non eos qui euaſerant ex Ieroſolymitano excidio, quaſi moneat eos, vt procul, vel à longe, hoc eſt poſt ſeptuaginta annos captiuitatis, meminerint Domini, & templi eius ædificandi, vt vult Vatablus. Sed eos alloquitur Iudæos, qui euaſerant, ex vaſtitate Babylonica facta per Cyrum. Vt recte Theodoretus, Rabanus, Hugo, Lyra, & Dionyſius: Iubet ergo vt memoria repetentes Deum Iehovam, & templum eius dirutum, & vel de lõge, id eſt, ex quacumque regione, ad quam à Babylone fugiſſent, concipientes animũ Ieruſalem & templum reædificandi, mox vt data fuerit per Cyrum libertas, redeant, & nihil morẽtur, exper-

ti opprobriũ, quo afficiũtur à gentib. & ignominiá A deflétes, quã illucuſq; paſſi ſunt, propter barbaruſiũ Chaldæorum iniuriam templo quondã illatã.

24 *Populorum.*] Verba illa ex Hebræo, & fatigabuntur gentes inaniter, & nationes in igne, & laſſabuntor; Chaldæus Paraphraſtes, Lyra, & Dionyſius, exponunt de ſummis ædificiis io vrbe Babylone, opera, & ſumpto gentium, & nationum extructis: quæ in nihilum ſunt redigenda, & igne comburenda, & inanes ſic erunt labores earum: & hic ſenſus videtur vulgatæ lectioni magis conuenire, & illum ſua tradit Pagninus, cum dicit: & laborabunt populi inaniter, & ea, in quibus laborauerint populi, igni comburentur, & laſſabuntur. Solus Vatablus ſic exponit: Fruſtra gentes fatigabontur, & nationes in igne, quo Babylon eſt comburenda, extinguendo, nam prius laſſabuntor quam vt illum poſſint extinguere. Prior ſenſus accommodatior eſt. Ita enim accidit Babyloni, vt accidet vniuerſo in extrema coocrematione.

Omnia in fine conſumenda.

Nam magnificæ ædes, & ſumptuoſa regũ palatia: horti bene culti, & arbores ordine conſitæ, vaſa aurea, & argentea affabrè elaborata, ceteráq; omnia, in quibus ſumptus, & labores ſuos homines inſumpſerunt, vno die coonſumanda ſunt.

Sedecias profectus Babylone.

25 *Cum.*] Hebræam particulã אֶת &, quæ præponitur nomini Sedeciæ, Septuaginta acceperunt pro præpoſitione מִן min, ει, à, vel ab, vertentes, Cũ ibat à Sedecia rege Ioda in Babylonem. Atq; ſignificant Sedeciam non fuiſſe profectum, ſed Saraiam ab eo miſſum, vt exponit Theodoretus: & confirmat hunc ſenſum Chaldæus, qui de Saraia dicit, quãdo pergebat in legatione Sedeciæ: Quaſi tantum miſſus fuerit legatus à rege, nõ ipſe perrexerit. C Verum licet ille ſit quandoque particulæ, & ſignificatus frequentius accipitur pro, cum, vt 2. Reg. 15. 11. & cum Abſalon ierunt ducenti viri. & Iſa. 23. 17. & fornicabitur cum vniuerſis regnis, & ita acceperũt Vulgatus, Tigurina, Pagninus, ceterique interpretes: anno igitur quarto regni ſui profectus eſt Sedecias Babylonem, vt Nabuchodunoſorem, qui regem illum conſtituerat, ſalutaret, & xenijs oblatis promereretor, & captiuis redderet mitiorem.

2 Reg. 15. 11. Iſa. 23. 17.

26. *Princeps.*] Hebræum nomen eſt שַׂר מְנוּחָה Sar Menuhah princeps Menuhhah requiei, ſeu quietis, vt vertunt Tigorina, Pagnious, & Vata. & Iſidorus: quam lectionem ſequitur Daoid Kimhi hoc loco; deriuatur enim hoc nomen à verbo נוּחַ nuahh, qood requieſcere eſt, ſeu conſidere: ſic cap. 45. 3. dixit Baruch, & requiem non inueni, D eodem vſus nomine; quod Vulgatus ſæpeſæpius requiem vertit.

Ier. 45. 3

Erat aotem hoc Saraiæ munus, vel curare publicam quietem, & pacem: vt quidam volunt; vel cuſtodire cubiculum, aut lectum regis, cum ſomnũ caperet, aut à negotijs requieſceret, ne quis eum interturbaret. Aut quod eo vteretur rex ad remittendum animum à ſerijs rebus, & paululum recreandum, quoties volebat, erat enim homo placidus, & cum lepore ſermonem conferebat, vt videtor Dauidi Kimhi, Pagnino, Vatablo, & Iſidoro. Aut certe, quia cantor erat egregius, & poëta; qui hymnos, pſalmoſque cõponeret, & compoſitos ritè, & acutè interpretaretur. quamobrem vulgatus illum vocauit principem prophetiæ, hoc eſt, primum hymnographum: nam prophetas nõ ſolum futurorum prænunciatores, ſed laudum cantores, & ſcriptoræ interpretes vocare ſolet ſcriptura: quo genere recreationis oblectabatur Sedecias, & propterea eum ſecum deferebat Babylonem.

Saraia munus.

A Septuaginta autem, Chaldæus, & Lyra, videntur legiſſe מִנְחָה minhhah muneris doni, aut xenij, deducentes à verbo מנח manahh ſignificat enim vel munus oblatum Deo, vel etiam donum quoduis profanum, quod homini cum pompa affertur. Atque ita Saraias ille erat princeps donorum, munerum, aut xenij, vel oblationis; vel quia qoæ qois vellet regi munera offerre, ille eacipiebat, & regi offerebat. Vel quia ille curam habebat munerum mittendorum, ad quos oportebat mittere. Vnde propterea putant Lyra, Dionyſius, & Iſidor. profectum cum Sedecia, quod Babylonem ea de cauſa pergeret, vt Nabuchodonoſorem, à quo fuerat B conſtitutus rex, ſalutaret, illique munera offerret, & xenia. Prior nihilominus intelligentia hebrææ literæ magis coogruit; ex quo deducitur, quoſnam eligere debeant principes, & reges in familiares, quorum colloquijs à ſerijs remittant animum: eos videlicet, qui regium animũ quietum reddant in ſubditos, pacatum, & tranquillum. & in Deum deootum, vel cantu iocundo, vel diuina poëſi, vel numinis encomijs, vel carminum diuinorum interpretatione: non dicaces, obtrectatores, contumelioſos, qui principem ad aliorum odium, vel contemptum deducant.

Familiares regũ qui.

27. *Videris.*] Ea quæ ſunt ſcripta in libro hoc, vt fere omnes interpretantur, & poſtquam perlegeris coram Iudæis, qoi cum Iechonia tenentur Babylone captiui, peruenies ad flumen Euphratem, qui mediam interfluit vrbem, & facta C hac imprecatione, Tu Iehovah comminatus es Babyloni, quod ſit penitus excindenda, & ita relinquenda vt nec homo, nec beſtia vlla habitet in ea, alligato libro huic lapidi, proijcies illum in medium Eophratem, dicens: Sic ſummergetur Babylon, & non poterit reſiſtere virtuti ſuorum aduerſariorum, quos ego ſum miſſurus aduerſus eam. hoc ergo ordine contexenda eſt litera.

Libri ſummerſione excidium Babylonis præſignatur.

Hoc autem ideo fieri præceptum eſt annis ſeptuaginta ſeptem antequam executioni mandaretur, vt Babylonij tantum ſpacij haberent ad reſipiſcẽdum, quo minus eis eſſet quo ſe excuſarent, & vt admoniti mitius, & humanius Dei populum tractarent. & vt Iſraëliti captiui conſolationem acciperent, vt intelligentes & vrbis illius diruptionem, & ſuam liberationem, ſpem bonorum conciperent, & mala captiuitatis æquo animo ferrẽt.

Quorſum id ſignificandum.

D Ad hunc locum alluſiſſe videtur Ioannes Apocal. 14. 8. & 18. 2. inducens angelum de ciuitate improborum, quam vere Babylon de qua Ieremias expreſſit, ſic loqoentem: Cecidit, cecidit Babylon magna; & facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi &c. & infra. Et ſuſtinuit vnus angelus fortis lapidẽ quaſi molarem magnum, & miſit in mare dicens: Hoc impetu mittetur Babyloo ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur, & vox citharædorum, & muſicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, &c. eſt enim in mare inferni cum magno impetu ſummergenda Babylon, vbi nulla amplius erit oblectatio, nullios vſus artis ad cupiditati ſatisfaciendum: nullæ opes ad voluptatem augendam, ſed dolore omnia plena, & miſeria, & æterna calamitate.

Apoc. 14. 8. & 18. 2. Babylonis ſpiritualis exordiũ.

28 Hæ

28. *Haſtenus.*] Hæc verba epilogi loco ad hanc de Babylonis euerſione prophetiam adiecta eſſe, aſſerunt nonnulli cum Vatablo. & quidem non improbabiliter: Nam vel his verbis tantum comprehenduntur, quæ prophetauit Ieremias hucuſque, hoc eſt, ante quartum annum Sedeciæ, quo hæc prophetia contra Babylonem extrema edita eſt: & cum multa prophetauerit poſt hunc annum, quæ ſcripta ſunt in hoc libro falſo dictum fuiſſet, hucuſque verba Ieremiæ cum vlterius progrediatur. Vel hæc verba addita ſunt ad diſtinguendam prophetiam ab hiſtoria, quæ ſequenti capite continetur; vt putant Hugo, Lyra, Dionyſius: & Iſidorus, nam hiſtoria ſequentis capitis adiecta videtur ad ſternendam viam ad lamentationes, & hoc non, quia in multis præcedẽtibus capitibus multa ad eãdem hiſtoriam pertinentia legimus. vt cap. 39. Nihilominus vt videtur Theodoreto, & ceteris interpretibus totius A prophetiæ in toto opere Ieremiæ contentæ epilogum continẽt hæc verba: quæ in Hebræo reperimus, & in Septuaginta, & in Chaldæo, quaſi illis liber Ieremiæ concludatur, & omnes eius partes quocunque tempore conſcriptæ ſint: ſiquidem ſequens caput 52. ex 4. Regũ deſumptum eſt, vt diximus, ad viam lamentationibus parandam, vt in earum explanatione dicemus, certum autem eſt, in fine libri miſſi Babylonem, hæc verba non fuiſſe ſcripta: quãuis poſſent poſtea huic loco ab ſcriptore ſubiici: vnde non adeo opus erat ſubſcribere huic de Babylone prophetiæ verba hæc, magis quam Prophetiæ contra Ægyptum, Idumæam, aut gentem aliam: exiſtimant autem Hugo, & alij nonnulli à Baruch fuiſſe hæc verba adiecta, nec ideo minus ſunt de textu, atque alia: ſiquidem in Hebræo, & in omnibus interpretibus inueniuntur. *epilogus prophetiæ.*

CAPVT QVINQVAGESIMVM-SECVNDVM.

1 FILIVS viginti & vnius anni
erat Sedecias cum regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem, & nomen
matris eius Amital filia Ieremiæ de Lob-
2 na. | Et fecit malum in oculis Domini, iux-
3 ta omnia quæ fecerat Ioakim. | Quoniam
furor Domini erat in Ieruſalem & in Iuda
vſqueque proiiceret eos à facie ſua: & re-
4 ceſſit Sedecias à rege Babylonis. | Factum
eſt autem in anno nono regni eius, in menſe decimo, decima menſis: Venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius aduerſus Ieruſalem, & obſederunt eam, & ædificauerunt contra eam
5 munitiones in circuitu. | Et fuit ciuitas
obſeſſa vſque ad vndecimum annum regis
6 Sedeciæ. | Menſe autem quarto, nona men-
ſis obtinuit fames ciuitatem: & non erant
7 alimenta populo terræ. | Et dirupta eſt ciui-
tas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ, quæ eſt inter duos muros, & ducit ad hortum regis (Chaldæis obſedentibus vrbem in gyro) & abierunt per viam, quæ
8 ducit in eremum. | Perſecutus eſt autem
Chaldæorum exercitus regem: & apprehenderunt Sedeciam in diſerto, quod eſt iuxta Iericho: & omnis comitatus eius dif-
9 fugit ab eo. | Cumque comprehendiſſent
regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ eſt in terra Emach:
10 & locutus eſt ad eum iudicia. | Et iugulauit
rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius: ſed & omnes principes Iuda occidit in Re-
11 blatha. | Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit

PARAPHRASIS.

VNO ſupra viginti annos erat natus Sedecias cum cœpit regnare, & vndecim Ieroſolymis regnauit. matrem habuit Amital filiam Ieremiæ ex Lobna. Malum fecit in conſpectu domini, quale fecerat Ioachim prædeceſſor eius. Iraſcebatur enim indies magis, ac magis Dominus contra Ieruſalem, & Iudam vniuerſum, donec eos ab ſe omnino abiiceret. Rebellauit autem Sedecias contra regem Babylonis. Qui idcirco nono anno regni eius, Decembri menſe, decima die menſis venit cum omni ſuo exercitu, aduerſus Ieruſalem, & caſtrametatus eſt contra eam, extructis vndique turribus ligneis in munitiones: durauitque vrbis obſeſſio vſque ad vndecimum annum Sedeciæ. Menſe vero quarto illius anni, nona die cœpit fames inualeſcere in vrbe, ita vt nemini panis ſuppeteret. & diruta eſt ab hoſtibus ciuitas, & omnes ſtrenui milites fugerunt, nocte exeuntes per viã portæ, quæ erat aperta inter duos muros, ducebatque ad hortum regis, (Chaldæis vrbem obſidentibus vndiquaque) abierunt autem verſus deſertum: exercitus autem Chaldæorum inſecutus Sedeciam, eum comprehendit in deſertis Iericho, cum illi, qui eum comitabantur, diffugiſſent ab eo. Comprehenſum ergo adduxerunt in Antiochiam vrbem Emath ad Nabuchodonoſorem regem Babylonis. quem cum acriter increpaſſet, fecit vt coram ipſo filij eius occiderentur, cum omnibus principibus Iuda: eruitque oculos Sedeciæ, & vinctum compedibus iuſſit adduci Babylonem, & in carcerem detrudi, in quo fuit vſque ad diem, quo mortuus eſt. Menſe præterea quinto, die decima in ipſo anno decimo nono Nabuchodonoſoris, venit Nabuzardam princeps militiæ, qui adſtare ſolebat regi, Ieroſolymam, & incendit ſacram Domini ædem, & regiam, & omnes alias, etiam magnificè extructas. iuſſitque vniuerſo exercitui ſuo, *Sedecia ab. 11. ad 16.*

vt dirueret omnem murum Ieruſalem per circuitum. & quoſdam quidem de pauperibus populi, tam qui in vrbe remanſerant, quam qui profugerant ad regem Babylonis, demique vulgus promiſcuum transmigrare fecit Babylonem: Quoſdam vero alios terræ ipſius incolas fecit remanere, vt vineas, & agros colerent. Columnas quoque æreas, quæ fuerant in templo, baſes cum mari æneo comminuerunt Chaldæi, & omne æs ex illis collectum tulerunt Babylonem, omnia ſimiliter vaſa æres, quibus miniſtrabatur, vt lebetes, ſcopas, pſalteria, phialas, & cochlearia, hydrias etiam, thuribula, vrceos, & pelues, candelabra, mortariola, & cyathos, tam ex auro, quam ex argento. Columnæ vero, quas cepit Nabuzardan, duæ erant, mare vnum, & vituli duodecim ærei, qui erant ſub baſibus, quas Salomon fecerat in templo, quorum omnium pondus æris, rationum ſubductionem ſuperabat: [a] altitudo enim vniuſcuiuſque columnæ, erat decem & octo cubitorum, funiculus autem, qui ambiebat eas, duodecim cubitorũ, groſſities vero, quæ erat quatuor digitorũ, erat cõcaua: habebat æreum capitellum ſuperpoſitũ, quinque cubitis altum, per cuius circuitu erat quaſi corona quædam ærea ex retiaculis, & malogranatis confecta. eadem erat forma alterius columnæ cum ſuis malogranatis; erant autem malogranata, quæ per latus vnum conſpicientibus ſeſe videnda præbebant, tantum nonagintaſex, quamuis quæ in retiaculis per circuitum viſebantur fabrefacta centum erant. Tulit præter ſupradictus Nabuzardan Saraiam ſummum Sacerdotem, & eius vicarium Sophoniam, & tres cuſtodes veſtibuli templi: & de ciuitate eunuchum conſtitutum ſuper ſtrenuos milites & ſeptem alios viros ex aſſiduis apud Regem, qui ſoli reperti ſunt in vrbe, & [b] ſcribam præpoſitum militibus, qui experiebatur, ac conſcribebat militaturos, cum ſexaginta viris ex plebe, qui ſoli ſunt inuenti in ciuitate. Quos omnes duxit ad Regem Babylonis Anthiochiam Emath, qui eos iuſſit interfici. Itaque abductus eſt Iuda de terra ſua iuxta Dei comminationes. Hic eſt populus, quem fecit transferri Babylonem Rex Nabuchodonoſor. Anno ſui regni [c] ſeptimo, qui erat Ioachin vndecimus tranſtulit Iudæorum tria millia, & viginti tres. Anno [d] octauodecimo cõpleto, qui erat Sedeciæ vndecimus, octingentos, ac triginta & duos homines. Anno denique eiuſdem [e] vigeſimo tertio tranſtulit Nabuzardan ſeptingentos, ac quadraginta quinque. Sunt itaque [f] omnes, ſi ad ſummam redigantur, quatuor millia, & ſexcenti. Accidit autem, vt trigeſimo ſeptimo anno à tranſmigrato Ioachin Rege Iuda, menſe duodecimo, die [g] vigeſima quinta, Euilmerodach Rex Babylonis, in ipſo anno primo, quo cœpit regnare, ipſum priſtinæ dignitati reſtituerit, educens eum de carcere, amiceque eum affatus, thronum illi conſtituit in loco eminentiore, quam eſſet thronus regum aliorum, qui cum eo captiui tenebantur Babylone. & veſtes, quibus in carcere in-

cum compedibus, & adduxit eum rex Ba-
bylonis in Babylonem, & poſuit eũ in do-
mo carceris vſque ad diem mortis eius. ‖ In 12
menſe autem quinto, decima menſis, ipſe
eſt annus nonusdecimus Nabuchodono-
ſor regis Babylonis: venit [h] Nabuzardã prin-
ceps militiæ, qui ſtabat coram rege Baby-
lonis in Ieruſalem. ‖ Et incendit domum 13
Domini, & domum regis, & omnes domos
Ieruſalem, & omnem domum magnã, igni
conbuſſit. ‖ Et totum murum Ieruſalem per 14
circuitũ deſtruxit, cunctus exercitus Chal-
dæorũ, qui erat cum magiſtro militiæ. ‖ De 15
pauperibus autẽ populi, & de reliquo vul-
go, quod remanſerat in ciuitate, & de pro-
fugis, qui transfugerant ad regem Babylo-
nis, & cæteros de multitudine, tranſtulit
Nabuzardan princeps militiæ. ‖ De paupe- 16
ribus vero terræ reliquit Nabuzardan prin-
ceps militiæ vinitores, & agricolas. ‖ Colũ- 17
nas quoque æreas, quæ erant in domo Do-
mini, & baſes, & mare æneum, quod erat
in domo Domini, confregerunt Chaldæi,
& tulerunt omne æs eorum in Babylonem.
‖ Et lebetes, & creagras, & pſalteria, & phia- 18
las, & mortariola, & omnia vaſa ærea, quæ
in miniſterio fuerant, tulerunt: ‖ & hydrias, 19
& thymia materia, & vrceos, & pelues, &
candelabra, & mortaria, & cyathos: quot-
quot aurea, aurea: & quotquot argentea,
argentea tulit magiſter militiæ: ‖ Et colum- 20
nas duas, & mare vnum, & vitulos duode-
cim æreos, qui erant ſub baſibus, quas fece-
rat rex Salomon in domo Domini: non e-
rat pondus æris omnium horum baſorum.
‖ De columnis autem, decem & octo cubi- 21
ti altitudinis erant in columna vna, & fu-
niculus duodecim cubitorum circuibat eã:
porro groſſitudo eius quatuor digitorum,
& intrinſecus caua erat. ‖ Et capitella ſuper 22
vtrãque ærea: altitudo capitelli vnius quin-
que cubitorum: & retiacula, & malogra-
nata ſuper coronam in circuitu, omnia æ-
rea. Similiter columnæ ſecundæ, & malo-
granata. ‖ Et fuerunt malogranata nona- 23
gintaſex dependentia: & omnia malogra-
nata centum, retiaculis circumdabãtur. ‖ Et 24
tulit magiſter militiæ Saraiam ſacerdotem
primum, & Sophoniam ſacerdotem ſecũ-
dum: & tres cuſtodes veſtibuli. ‖ Et de ciui- 25
tate tulit eunuchum vnum, qui erat præ-
poſitus ſuper viros bellatores: & ſeptem
viros de his, qui videbant faciem regis, qui
inuenti ſunt in ciuitate: & [i] ſcribam princi-
pem militum, qui probabat tyrones: & ſe-
xaginta viros de populo terræ, qui inuenti
ſunt in medio ciuitatis. ‖ Tulit autem eos 26
Nabuzardan magiſter militiæ, & duxit eos

ad regem

27 ad Regem Babylonis in Reblata. | Et per-
cuſſit eos Rex Babylonis, & interfecit eos
in Reblatha in terra Emath: & translatus
28 eſt Iuda de terra ſua. | Iſte eſt populus, quẽ

ductus fuerat permutauit cum alijs Rege dignis, cibaq; veſcebatur cum eo quoad vixit in aula regia: victus itaque perpetuus dabatur ei à Rege Babylonis per dies ſingulos vſque ad diem mortis ſuæ.

29 tranſtulit Nabuchodonoſor: In anno ⁴ ſeptimo Iudæos tria millia & viginti tres: | In an-
30 no ⁵ octauo decimo Nabuchodonoſor de Ieruſalem animas octagintas triginta duas: | In
anno ⁶ vigeſimo tertio Nabuchodonoſor, tranſtulit Nabuzardã magiſter militiæ animas
Iudæorum ſeptingentas quadraginta quinque. ⁷ Omnes ergo animæ, quatuor millia ſex-
31 centæ. | Et factum eſt in trigeſimo ſeptimo anno tranſmigrationis Ioachin Regis Iuda,
duodecimo menſe, ¹ vigeſima quinta menſis, eleuauit Euilmerodach Rex Babylonis
32 ipſo anno regni ſui, caput Ioachin Regis Iuda, & eduxit eum de domo carceris. | Et lo-
cutus eſt cum eo bona, & poſuit thronum eius ſuper thronos regum, qui erant poſt ſe
33 in Babylone. | Et mutauit veſtimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo ſem-
34 per cunctis diebus vitæ ſuæ: | & cibaria eius, cibaria perpetua dabantur ei à Rege Baby-
lonis ſtatuta per ſingulos dies, vſque ad diem mortis ſuæ cunctis diebus vitæ eius.

ARGVMENTVM.

Hiſtoriam continet hoc caput regni Sedekiæ, & extremæ cladis Ieruſalem; & omnimodam Iudæorum captiuitatem, & liberationem Ioacin, quo oſtendatur re completa quæcunq; hactenus prophetauit Ieremias, & proſperius actum cum Ioacin, qui de conſilio Ieremiæ ſe dedidit, quam cum Sedekia, qui ei parere recuſauit.

COMMENTARIVS.

Quæſtio quis auctor capitis. Prior ſententia.

QVÆRITVR meritò hoc loco vtrum hoc caput ſit Ieremiæ, & ad eius librum pertineat, an ab alio quopiam hic adſcriptũ aliqua alia ratione? Theodoretus, Rabanus, Hugo, Lyra & Dionyſius tanquam proprium fœtum Ieremiæ caput hoc interpretantur, niſi quod in præcedentibus capitibus prophetam egerit, in hoc hiſtoricum: nec dubitari debet eſſe conſcripta, quæ in hoc capite continentur ab Ieremia, cum ſumpta ſint omnia fere ad verbum, ex lib. 4. Regum cap. 24. à verſic. 26. & cap. 25. toto, excepta hiſtoria de Godolia à verſic. 22. vſque ad 26. Certior autem ſententia eſt Procopij Gazenſis, Moſis Kimhi, & Iſidori, quos refert Senenſis lib. 1. Bibliothecæ ſanctæ; duos libros regũ, tertiũ videlicet, & quartum ab Ieremia in vnum volumen collectos: in qua ſententia fuit quoque Abulenſis q. 4. ſuper cap. 17. Iudicũ. Præterea, quia Septuaginta, Vulgatus, & Chaldæus tanquam ad ſcriptum Ieremiæ ſpectans, illi ſubſcribunt.

4. Reg. 24. 18. & c. 25. *Procopius. Iſidorus.*

Poſterior ſententia.

Paulus Burgenſis, Hugo etiam, & Iſidorus, & nonnulli alij exiſtimant caput hoc ſeorſim poſitum, & huc adiectum à Baruch ex libris Regum, vt Lamentationes Ieremiæ aptius collocarentur, ſubſtrata prius hiſtoria, quæ lamentandi præberent argumentum. nec enim credendum eſt Ieremiam hiſtoriam, quam ipſe ſcripſerat latius in 4. Regũ libro, & breuius ſupra cap. 49. hîc repetiuiſſe integram, niſi quod Baruch voluit viam ſternere Lamentationibus. Certior autem hæc ſententia oſtenditur ex eo quod refertur in hoc capite annus 23. Nabuchodonoſoris, quo iam peremptus erat Ieremias, & rurſus annus 45. qui erat 37. tranſmigrationis, & 25. captiuitatis, quo liberatus eſt Iechonias ab Euilmerodach. quis autem credat multo poſt tempore geſta ab Ieremia ſcriptis mandata, vti hiſtoriam? Quicquid de auctore ſit, illud certum, caput eſſe canonicam ſcripturam, ſicut cetera Ieremiæ ſcripta, vel eò maximè quod in prædictis alijs ſcripturæ locis tota hæc hiſtoria refertur. In qua explicanda non morabimur, tum quod ſupra cap. 39. multa explicata ſunt, tum quod latius in libris Regum elucidantur: difficiliora igitur hîc enodabimus.

Caput eſſe canonicã ſcripturam.

1. *Nabuzardan.*] Quæ hucuſque ſcripta ſunt, expoſuimus ſuper cap. 39. vbi huius principis officium explicuimus, cui & hic additur, fuiſſe Comitem-ſtabilem Nabuchodonoſoris: hoc eſt enim quod dicitur verſic. 12. qui ſtabat coram Rege Babylonis. Et quidem ſicut Rex Babylonis ſuperbæ, ac confuſæ per Nabuzardan principem coquorum templum ſubuertit, ac incendit, & vrbem Ieruſalem, ita ſuperbiam per gulam, igne iacto luxuriæ templum Domini, & vrbem illius combuſſit, & ſubuertit, & muros, quibus cuſtoditur, diruit: & vaſa omnia, quibus Deo in eius templo miniſtrabatur ſubfuratur, hoc eſt, omnes hominis facultates ſibi facit deſeruire.

Nabuzardan comes-ſtabilis quemrecſorat.

2. *Altitudinis.*] Structura harum duarum columnarum Ioachin, & Booz deſcribitur. 3. Reg. 7. 15. & 2. Paralipom. 3. 15. Duo vero inuenimus ſibi aduerſari, vnum eſt, quod quæuis columna hoc loco & in libris regum dicitur alta cubitis decem & octo, at in libro Paralipo. legimus triginta quinq; cubitos habuiſſe altitudinis: quod ſi de vtriuſque loquatur altitudine, vtraque profecto triginta ſex cubitos alta erat, quia hunc numerum faciunt decem & octo repetiti. Alterum eſt quod hoc loco malogranata dicuntur fuiſſe in qualibet columna nonaginta ſex dependentia, at 3. Reg. 7. 20.

3. Reg. 7. 15. 2. Paral. 3. 15. *Dubiũ de columnarum altitudine.* *Dubiũ alterum de numero malogra-*

nate ũ. *3. Reg. 7. 20.* *Prioris dubij ſolutio.*

dicitut malogtanatotum antem ducenti otdines A erant in circuitu capitelli ſecundi. Ad prius dubium reſpondetur in libro Paralipom. deſigoari vtriuſqoe columnæ altitudinem, quæ eſt triginta ſex cubitorum, vno minus, qui latebat ſub capitello, & ita ſingulæ columnæ habebant octodecim, ſed dimidium cubiti abſcondebatur. Ad poſterios dicimus cũ Lyra, & Vatablo, doos ordines fuiſſe malogtanatorum, centum erant in vno, & centum in altero, ſed quæ apparebãt oculis etant nonaginta ſex, de quibus modo eſt ſermo, nam dicitut, Et fuerunt malogranata nonaginta ſex dependentia, & omnia malogranata centum retiaculis circumdabantur.

Poſterioris etiam.

4. Reg. 25. 19. *Scribæ munus.*

3. *Scribam.*] Tanquam nomen propriom ponitur. 4. Reg. 25. 19. & Sopher principem exercitus, qui B probabat tyrones. in Hebræo verbum idem eſt cũ nomine, nam dicitur, & ſcribam principem הַעֲבָא Hatſabah, militiæ vel exercitos הַצָּבָא hamahiht conſcribentem ad militiam, vel colligentem populum, vel ex populo terræ. ita Septuagiota, Chaldæus, & ceteri interpretes. poteſt & verbom ſignificare, experiri militaturos, quomodo dixit Vulgatus, qui probabat tyrones, quinam apti eſſent ad militiam, & eos conſcribebat. Omnes igitur qui vel pietatẽ promouere ex officio deberent, vel inſtruete ad militiam ſpiritualem, & Deo militantes cooſcribere, abſtulit Nabuzardan, & interfecit Nabuchodonoſor, & ſancta ciuitas Ieroſalem qoæ & pietate io Deum & diuinarum legum adminiſtratione gubernabatur, & Deo ipſi cutæ erat, deſtituta Deo cetera omnia ſimul amiſit.

Nabuzardan quos abſtulerit.

4. *Septimo.*] Quæritur qua ratione cooſtare oobis C poſſit anno. 7. Nabuchodonoſoris tria millia, & viginti tres ex Iodæis tranſlatos eſſe Babylonem? ex hiſtoria enim ſacra nõ videtur is numerus poſſe colligi. Hugo, R. Salomon, Lyra, Dionyſius, Vatab. & Iſidorus exiſtimãt ſermonẽ fieri de Ioachin, qoando ſe dedidit Nabuchodonoſori cum matre ſua, & ceteris, vt refertur 4. Reg. 24. 12. Quod ſi obijcias tranſmigrationem illam factam fuiſſe annn octauo regni Nabochodonoſoris: Reſpondent Lyra, Dionyſius, & Iſido. verum annum ſeptimum Nabuchodonoſor numerati hîc ab eo anno, quo ſibi ſubiecit Ioakim, qui erat ſecundus, alioqui ab initio regoi erat octauus. Vel vt alij volont, hîc eſt ſermo de anno ſeptimo finito, in libro 4. Regum de anno octauo inchoato. Si obijcias ſecundo, hîc nomerari tria millia captiuorum, ibi D aotem decem, & octo millia. Reſpoodent hic tria millia de nobilioribus, aot ex tribo Ioda nomerari, ibi etiam infimos, & ex omni tribo, qoi multo plures fuere.

Quæſtio De numero captiuorũ anno 7. Nabuchodonoſoris. *4. Reg. 24. 12.*

Rabanus putauit in hoc loco eſſe ſermonem de eo aooo, quo Ioakim vinctus catenis ductus eſt Babylonem, cum vaſis, qoæ poſuit Nabuchodonoſor in templo Dei ſui. At hoc eſt manifeſte falſum, quia Ioakim anno 3. completo regni ſui, captiuus ductus eſt cum paucis alijs, vt dicitur Dani. 1. & ille annus primus erat Nabuchodonoſoris, non ſeptimus. vt oſtendimus ſupra cap. 22. numero octauo.

Daniel. 1. 1.

Dicendom igitur eſt hoc loco fieri mentionem captiuitatis, quæ alias in ſcriptura nuſquam refertur, cuius tamen meminit Ioſephus lib. 10. Antiqui. cap. 8. nempe de ea, quæ facta eſt anno vndecimo Ioakim, quo Ieroſolymis ioterfectus eſt eo, modo, qoo cap. 22. retulimus & extra mænia ciuitatis proiectus. eorum veto, ait Ioſephus, qui in aliqua dignitate fueruot in captiuitatem abdoxit Babylonem tria millia, in qoibus fuit etiam tum poer Ezechiel. Hanc eſſe veram ſenteotiam, probatur, quia de anno conſtat, & de numero captiuorum, quod in alijs ſententijs deſideratur. & de anno quidem conſtat ex Chronologia regni Ioakim. Nam primus annus Nabuchodonoſoris incidit in annum tertium completum Ioakim, vt dicitur Dan. 1. & annum quartum incipientem, vt legimus Ierem. 25. & annus quartus Nabuchodonoſoris eſt octauus Ioakim, ergo annus ſeptimos, de quo hîc loquimur, vodecimos, ac vltimus eſt regis Ioakim. De oumero vero captiuorum nos cettos facit Ioſephus, qui minorem illum numerum viginti trium ſupra tria millia, non recenſuit, quod ſub maiori contineretur, aut qood non curauit de minimo, & cerriores nos reddit ſcriptura ſacra, quæ hunc certum nometum captiuorum nobis tradidit. Nam illa diſtinctio nobilium, aut ex tribu Iuda trium millium, præciſa à numero decem millium, noo haber locum, cum in cap. illo 24. lib. 4. Regum dicatur, tranſlatam omnem Ierufalem, hoc eſt omnes ciues Ieruſalem, qui neceſſario erant de tribu Ioda, aot ſaltem Beniamin. Deinde cum per partes diſtribuit, dicit, tranſtuliſſe Chaldæum ſeptem millia virorum robuſtorum, & mille artifices, & vſque ad decem; noo tria millia; ſed tantum duo millia reſtabant ad comprehendendos oobiles. Hoc igitur certios habeatur.

Solutio vera. *Ioſeph.*

5. *Octauo decimo.*] Rabanus, & Hugo volont hîc ſermonem eſſe de tranſlatione Ioakim, ſeu Ieconiæ cum matre ſupra dicta, de qua 4. Reg. 24. 12. & hoc loco potant legendom pro decimo octaoo, tantum octauo, vt in eo capite dicitor. Sed plane decipiuntur, & io numero anni, qui vete eſt decimus octauus, & in nomero captioorum, qoi ibi numerantur decem millia, hoc tamen loco, octingenti triginta duo. Verius igitor reliqoi interpretes Lyra, & Dionyſios de extrema Sedekiæ captiuitate intelligunt, qoæ accidit octauo decimo anno Nabuchodonoſoris, complero videlicet, vt nomerat quoque Ioſephus lib. 10. Antiq. cap. 11. & anno decimo nooo incepto, vt dicitur 4. Reg. 25. 8. eo enim anoo cum Sedekia tranſtulit Nabuzardan Babylonem reliquã partem, quæ remanſerat in ciuitate, & profugos, & reliquom vulgus, vt refertur eo loco verſo 11. & Ierem. 39. 9. qoorum certus numerus in hoc cap. 52. tantum recenſetur, tranſlati enim tunc fuere octingenti triginta tres.

De qua captiuitate ſit ſermo. *4. Reg. 24. 12.* *Solutio vera.* *Ioſeph.* *4. Reg. 25. 8.*

6. *Vigeſimo tertio.*] Rabanus, & Hugo ſimiliter in hoc numero decepti ſunt, ac in præcedenti: nam putant ſermonem eſſe de captiuitate facta vndecimo anno Sedekiæ, & decimo nono Nabochodonoſoris, atque pro hoc numero, ſcriptorum errore poſitum viceſimo tertio. Non debet ergo vocari in dubiom ſermonem hîc eſſe de anno viceſimo tertio Nabochodonoſoris. de qoo ſic dixit Ioſephus lib. 10. Antiqui. cap. 11. Qointo poſt excidium Ieroſolymitanum anno, qui fuit regni ipſius Nabuchodonoſoris viceſimus tertius, cum magnis copijs inuaſit Cæleſiriam, qua ſubacta bellum geſſit contra Ammonitas, & Moabitas, & his quoque perdomitis Ægyptum eſt hoſtiliter ingreſſus: occiſoque qui tunc regnabat, & alio Rege conſtituto, repertos ibi Iudæos rutſum capti-

De captiuitate anno 23. Nabuchodonoſoris. *Ierem. 39. 9.* *Ioſeph.*

uos

uos Babylonem abduxit. Quamuis autem Lyra, Dionyſius,& Iſidorus numerū huius capitis compleant ex profugis Iudæis repertis apud vicinas gentes: & alij de reliquis in ipſa Iudæa: verius tamen eſt de Iudæis apud Ægyptum profugis eſſe accipiendum: qui vere ducti ſunt Babylonem, vt illis prænunciauerat Ieremias: qui hîc ſub certo numero ſeptingentorum quadraginta quinque comprehenduntur.

Cur alios captiuos tacuerit.

7. *Omnes.*] Subducta ratione trium captiuitatum hîc numeratarum, omnes captiui ſunt quatuor millia ſexcenti: At cur non retulit in numerum plures alias captiuitates,& plures captiuos? Nam ſi captiui ducti per Nabuchodonoſorem numerantur, anno ſuo primo duxit Ioakim, & alios ex Iſrael,& Danielem cum ſocijs,vt refertur Daniel. 1.& anno octauo tranſtulit Ioachin cum millibus decem & octo, vt dicitur. 4. Reg.25. 12. Si ratio tantum habetur regni Sedekiæ, octingenti triginta tres ſoli cum eo ſunt ducti Babylonem. Hugo, Lyra, & Dionyſius exiſtimant à noſtro propheta nobiliores tantum fuiſſe numeratos. Simplicius eſt, ac verius aſſerere hoc loco tantū fuiſſe factum ſermonem de tribus veris captiuitatibus populi Iudaici, factis per Nabuchodonoſorem: Nam prima illa Ioakimi non fuit perfecta, ſiquidem mox redijt ſub conditionibus,& regnauit vſque ad vndecimum annum. altera Ioachin tranſmigratio fuit, non captiuitas, ſiquidem Rex ipſe de conſilio Ieremiæ ſe dedidit. Niſi velis dicere cum alijs, ſermonem hîc eſſe de tempore Sedekiæ, cuius annus primus fuit Septimus completus Nabuchodonoſoris,& octauus inceptus. Vel hîc numerentur illi, qui alias aut in libris Regum, aut Paralipomenon numerari non ſunt. Ex tam ingenti vero Iudæorum multitudine, reliquis occiſis, & alijs alio fugatis, tam paruus numerus captiuitati ſeruatus eſt; Deo vltore, vt quod Dei voluntati parere noluere in pace viuentes, omnes vel occiderentur, vel diſpergerentur, vel Babylonem tanquā mancipia ducerentur,& ciuitas tam populoſa remaneret ſola, quam merito Ieremias lamentaretur.

Daniel 1.1. *4. Reg. 25.12* *Solutio vera.* *Gentis Iudaicæ quanta vaſtatio.*

4. Reg. 25.27.

8. *Vigeſima quinta.*] Hanc ipſam hiſtoriam refert 4. liber Regum cap.25.27. eſt tamen differentia in eo, quod Ioachin, ſeu Iechonias triceſimo ſeptimo anno poſtquam ſe dedidit, & tranſlatus eſt Babylonem, iam ſenex quinquaginta quinque annorum, mēſe duodecimo, viceſima ſeptima die menſis dicitur 4. Regum euectus ad Regiam dignitatem: hoc vero loco viceſima quinta. Reſpōdent Hebræi, quos refert Vatablus, ipſo die, quo deceſſit Nabuchodonoſor definiiſſe filium eius educere de carcere Ioachin, qui erat viceſimus quintus: at viceſimo ſeptimo, quo humatus eſt reipſa executioni mandaſſe quod propoſuerat. aut. 25. de ea re verba fecit, at. 27. perfecit inquit Vatablus. Aut vt alij, die viceſima quinta eduxit de carcere, vt patris adeſſet ſolemnijs,& 27. conſtituit ei thronum, vt ſe clementem oſtenderet. intra tres ergo dies de carcere eductus ſupra thronum regium collocatus eſt. Nabuchodonoſor enim bellua immanis fidem non ſeruauit Iechoniæ, qui ſe cum vxore,& liberis ſponte tradiderat, pro patriæ incolumitatē, vt refert Ioſephus lib.10. Antiq.c.12. eumque totos 37. annos in carcere detinuit. At filius eius in Iudæos benignior, Regem, qui cum conuinctus fuerat amicitia, eduxit è carcere,& eminentiorem thronum illi conſtituit in domo Regia ſupra omnes Reges, & de annona, ac regijs veſtibus illi prouidit. non enim decidit verbum Domini, nec impleri deſinit, & ſi aliquando ſerius ad exercendam hominis longanimitatem. Ecce tibi quā fuerit diſpar exitus inobedientis Regis Sedeciæ, & obedientis Iechoniæ. ille erutis oculis,& contumelioſe tractatus, filios quos habuerat vidit occidi,& Babylone in carcere miſerè perijt: Hic vero ſponte ductus Babylonem, lōganimiter ſperauit complendam ſecum Dei promiſſionem; & ita factum eſt: ſiquidem & filijs auctus, & veſtibus Regijs indutus, ſupra Reges omnes euectus eſt,& regaliter tractatus, honorificè, quod vitæ reliquum fuerat, vixit. Quod ijs omnibus contingit qui Deo confiſi, labores longanimiter pro Chriſto ſuſtinent: Hi enim in regium thronum, in Dei ſummi domo Regia, euehentur, per Deum ipſum bonorum omnium remuneratorem, cui eſt gloria, & imperium per ſempiterna ſecula. Amen.

De diei diuerſitate electionis Iechoniæ. *Ioſeph.* *Exitus diſpar Sedeciæ inobedientis & Iechoniæ obedientis.*

COMMENTARIORVM IN LAMENTATIONES IEREMIÆ, LIBER V.

JSAGOGE AD LAMENTATIONES Ieremiæ Prophetæ.

Tria expendenda in initio libri cuiuſque.

E Trebvs quæ in cuiuſque libri principio docuerunt nos expendere veteres ſcripturarum interpretes, vt in cap. 1. Ieremiæ adnotauimus, nempe quæ fuerit perſona ſcriptoris, aut eorum de quibus ſcribitur; tempus, quo ſcriptus eſt, & demum ſcripturæ materia, ſeu ſermonis argumentum, de auctore quidem harum lamentationum, quoniam in principio prophetiæ Ieremiæ dictum à nobis eſt, agere modo ſuperſedebimus: de duobus alijs pauca adijciemus, quo faciliùs opus hoc explanare poſſimus. Sed quia in titulo huic operi præfixo, hæc tria breuiter continentur, de eo nobis diſſerendum eſt, vt noſtro muneri ſatisfaciamus.

Ierem. 1.

Num titulus lamentationum pertineat ad Scripturam ſacram.

Capvt primvm.

MEritò dubitandum eſt, num titulus ille, qui præfigitur Lamentationibus, ad ſacram & canonicam ſcripturam pertineat? Eſt autem huiuſmodi titulus, vt quidem habetur in Græco: [Et factum eſt, poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias propheta flens, & lamentatus eſt lamẽtationem hanc ſuper Ieruſalem, & dixit. In Latina vulgata, adiectum inuenitur: & amaro animo ſuſpirans, & eiulans dixit.] Igitur Hebræi eiuſmodi epigraphim non agnoſcũt, tum quia in Hæbræo non eſt, quamobrem nec Tigurina, nec Pagninus, nec Iſidorus, nec recentiores alij, qui ex Hebræo tranſtulerunt, hunc habent titulum: tum quia exiſtimant, Lamentationes has compoſitas fuiſſe ab Ieremia ante vrbis excidium, non poſt, quod hic titulus præſefert, vt mox dicemus. Vnde colligitur, hũc titulum ab Eſdra, qui Hebraicè ſcripſit, non fuiſſe præfixum huic operi, ſicut S. Thomas aſſeruit ſuper Pſalm. 6. Pſalmorum titulos ab eo eſſe confectos.

Titulus Lamentationũ.

Hebræorum ſententia.

Quidam ex Interpretibus, videlicet Hugo, Lyra, & Dionyſius, exiſtimant à Græco aliquo, & à Latino poſtea expoſitore fuiſſe hunc titulum adiectum, & propterea nullã eius mentionem feciſſe nec ex Græcis Theodoretum, Euſebium, Olympiodorũ, qui LXX. interpretationem commentãtur: nec ex Latinis Hieronymum, Paſchaſium, Rabanum, Rupertum, & alios: nec in libris correctioribus inueniri vt Lyra notauit.

Aliorum ſententia.

Nihilominus Doctioribus videtur, hunc titulum adiectum fuiſſe à 70. interpretibus, qui, vt has Lamentationes connecterent, ac ſubijcerent extremo capiti Ieremiæ, in quo per compendium refertur vrbis excidium, & populi captiuitas, hãc præfationem præfixerunt lamentationibus: præter illa pauca verba, quæ iam notauimus, à Latino aliquo expoſitore intermixta. probat autem hanc ſententiam eſſe veriorem, quod hic titulus ſemper apud interpretationem 70. reperiatur, vt conſtat in noua, & correcta 70. editione facta iuſſu Sixti Quinti, & in Complutenſi, & Regia: atque id ita eſſe confitetur S. Thomas. Quin & Origenes in lamentationum commentario, huius tanquam proœmij threnorum meminit, & exponit.

Verior ſententia.

Atque ea propter aſſerendum eſt, hunc titulum non pertinere ad ipſam Scripturæ veritatem; quod planè aſſeruerunt Bonauentura & Lyra: tum quia 70. interpretum munere functi ſunt, non ſacrorum ſcriptorum, at hunc titulum non ex Hebræo tranſtulerũt, ſed ipſi potius loco proœmij præfixerunt, ſicut alijs libris, ac capitibus præfigunt; tum quia ſi eſſet Scriptura ſacra, non eſſet locus dubitandi de tempore, quo hæ lamentationes confectæ ſunt ab Ieremia, nec de earum argumẽto, cum ſatis in hoc proœmio ſit explicatum. atqui in his definiendis variè ſentiunt interpretes; non ergo ſacram ad Scripturam videtur pertinere.

Titulus non eſt ſcriptura ſacra.

Vtrum liber Lamentationum ſit vnus cum libro Prophetiæ Ieremiæ.

Capvt II.

HVnc librum Lamentationum eundem eſſe cum prophetia Ieremiæ ſententia fuit veterum Hebræorum, Ioſephi lib. 1. aduerſus Apionem, &

Sententia prior Ioſeph.

nem, & Philonis, qui iuxta numerum literarum Hebraïcarum in 22. libros veterē diuiſerunt Scripturam. atq; ita Græcè ſenſeront Origenes, Gregor. Naz. in carmine, Epiphan. lib. de partibus diuinæ Scripturæ. Damaſc. lib. 4. fidei, c. 18. & Hieronym. in præfat. libri Regum, Ruffinus, & Iſidor. lib. 6. Ethimolo. c. 1. vnde Hugo Cardinalis, Rabanus, & Bonau. dixere, has Lamentationes ſubijci prophetiæ, & hiſtoriæ Ieremiæ, tanquam ad eam pertinentes: imo hæc fertur eſſe cauſa, propter quam Baruch ex 4. libro Regum deſumpſit extremum caput Ieremiæ, vt viam ſterneret ad Lamentationes. Lxx. verò ad connectēdum eas cum præcedente adieciſſe procœmium ſupra adductū: quod à Lyra, & Dionyſio ponitur in fine capitis extremi Ieremiæ: ab Hugone tamē, & S. Thoma, tanquam procœmium, in principio Threnorom.

Origenes. Nazianzenus. Epiphanius. Damaſcenus. Hieronymus. Ruffinus & Iſidorus.

Veruntamen quanuis probabilis ſit hæc ſententia: priſci tamen Latini, vt aſſerit Hierony. in præfatione libri Regum, & Danielis, & recentiores Hebræi Abenezra, & Dauid Kimhi, diuerſum librū conſtituunt: id quod & Rabano placet, & modo magis in vſu eſt: ſiquidem tanquam diſtinctum opus in propria capita diſtribuitur, nec ſequitur enumerationem præcedentium. Vnde Lxx. & Græci nomen ei libro impoſuerunt τῶς θρήνους, Threnos, & Latini Lamentationes: cum ab Hebræis nomen habeat à prima dictione, אֵיכָה Ecā ſicut librum Geneſ. vocant Bereſith, in principio, ad modum quo nos leges, aut Pontificum decreta ſolemus à prima dictione referre.

Sententia poſterior.

Quo tempore has Lamentationes compoſuerit Ieremias.

Caput III.

NOn parum conducere videtur ad explanandas has Lamentationes, earumq; argumentum eruendum, noſſe tempus, in quo editæ ſunt, ex quo argumenti magna ex parte cognitio pendet. Igitur Hebræi quidam, vt R. Selomoh, quem referunt, ac ſequuntur Lyra in c. 3. Threnorum, Vat. Iſidorus, & Sixtus lib. 2. Bibliothecæ ſacræ, exiſtimant hunc librum eſſe illum, quem 4. anno regni ſui Ioakim Rex Iuda lectum per Baruch combuſſit, vt habetur cap. 36. prophetiæ Ieremiæ: qui poſteà ſcripſit, iuſſu Dei, alium, habentem multo plora. putant enim in priori illo libro combuſto tria tantum alphabeta fuiſſe contenta, primum, ſecundum, & quartum: in poſteriori verò additum 3. nempe tria illa, & inſuper quod incipit, Ego vir videns paupertatem meam. cap. 3. contentum, & hoc exiſtimant eſſe volumen, de qoo Ierem. 36. 32. dicitur. Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illod Baruch filio Neriæ ſcribæ, qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri, quem combuſſerat Ioakim Rex Iuda igni, & inſuper additi ſunt ſermones multò plures, quàm antea fuerant. Ex quo colligitur, hūc librum fuiſſe ſcriptum anno 5. Ioakim, & à Baruch lectū corā populo ſeptēdecim annis ante vrbis, tēpliq; extremā vaſtitatē. Sed falsā eſſe horū ſententiā, facile probari poteſt, & ex libri magnitudine, & ex materia. Ex magnitudine quidem, quia vnū illud alphabetum, quod additum arbitrantur. non plures continet ſermones, vel res ſermonibus contētas à tribus reliquis, ſiquidem in eadem calamitate deflenda verſatur: cum tamen in Ieremiæ 36. cap. dicatur multò plures ſermones additos, quàm antea fuerant. Ex materia autem, quia materia poſterioris libri eadem erat, qoæ prioris, vt conſtat ex illis cap. 36. verbis. v. 32. Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch ſcribæ, & qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri, quem combuſſerat Ioakim Rex Iuda igni, & in ſuper additi ſunt ſermones multò plures. Sed in priori libro continebātur omnia oracula edita ad Ieremiā aduerſus Iſraelem, & Iudam, & omnes gentes, quibus Deus minabatur feſtinum aduentum Nabuchodonoſoris, vt patet ex verbis illis in principio cap. 36. dictis Ieremiæ, Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba, qoæ loquutus ſum tibi aduerſum Iſrael, & Iuda, & aduerſum omnes gentes, à die, qua loquutus ſum ad te ex diebus Ioſiæ, vſque ad diem hanc: At in his Lamentationibus nulla talia oracula reperiontur, ſed comploratio potius vaſtitatis Iudæorum: Non ergo hic liber poteſt eſſe ille, quem compoſuit Ieremias tempore Ioakim, vt falsò exiſtimarunt Hebræi.

Hebræorum ſententia. Ierem. 36. 32. Confutatio. Iere. 36. 32.

Alij prætereà ex Hebræis exiſtimarunt, has Lamentationes eſſe illas, quas Ieremias compoſuit propter necem Ioſiæ Regis optimi, vt dicitur 2. Paralip. 35. 24. illis verbis. Mortuus eſt Rex Ioſias, & ſepultus eſt in Mauſoleo patrum ſuorum, & vniuerſus Iuda, & Ieruſalem luxerunt eum, Ieremias maximè, cuius omnes cantores, atque cantatrices vſque in præſentem diem Lamentationes ſuper Ioſiam replicant: & quaſi lex obtinuit in Iſrael ecce ſcriptū eſt in Lamentationibus. Ita etiam aſſerit Hierony. ſuper 12. cap. Zachariæ. & putatur occaſione necis Ioſiæ præuidiſſe filiorum eius impietatem, & quod in ipſis finem habiturum eſſet regnum, & Ieruſalem foret ſubuertenda. & videtur ſententia Ioſephi lib. 10. Antiq. cap. 6. qui ait, Ieremias etiam epicediom ei ſcripſit lugubri carmine, quod nunc quoque extare videmus. ita, qooqoe Raban. in procœmio, & Chaldæus v. 18. primi capitis de Ioſia explicāt. Et confirmant hanc ſententiam, quia verba illa 4. alphabeti, [Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus, captus eſt in peccatis noſtris,] non de alio, quàm de Ioſia intelliguntur, vt Chaldæus intellexit, & Hierony. in 12. Zachariæ. Qoarè certum efficitur, compoſitas fuiſſe has Lamentationes à Ieremia, poſt necem Ioſiæ in principio filij eius Ioachas, qui tres tantùm menſes regnauit, aut Regis Ioakim. 22. annis ante vrbis excidium. Sed & hanc ſententiam falſam eſſe conuincetur facile ex his, quæ deflentur in ſingulis alphabetis: nam cum Ioſias necatus eſt, Pharao Necao rex Ægypti, nihil aliud incommodi intulit Iudæis, vt refertur. 2. Par. 36. 3. quàm amouere Ioachas ſucceſſorem Ioſiæ, & fratrem eius Ioakim regem conſtituere, & centom talentis argenti, & talento auri terram damnare. tunc ergo neque migraoit Iudas propter afflictionem, neque manom ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia Ieruſalem: neqoe Ieruſalem vidit gentes ingreſſas in ſanctuarium ſuum: neq; Iudæi tāta fame præſſi ſunt, vt omnis populus gemeret, & quæreret panē, daretq; precioſa quæq; pro cibo ad refocillandā animam: neque torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda: neque virgines eius, & iuuenes abierunt in captiuitatem. Quæ omnia in primo alphabeto cōplorantur. Ruſus quæ in ſecundo continentur multo minus ad illud tempus pertinent, in qoo mænium vaſtitas, & munitionum, vrbis, templiq; deſtructio famiſq; calamitas deploratur: qootū nihil accidit, cum Ioſias necatus eſt. Quomodo autem ſit locus ille 4. alphabeti intelligendus, cum ad eum explicandum peruenerimus, oſtendemus.

Hebræorū alia ſententia. 2. Paral. 35. 24. Hieronymus. Ioſeph. Thren. 4. 20. Confutatio. 2. Paralip. 36. 3.

Nn

Sententia vera. Tertia igitur, veriorq; ſententia eſt, has Lamentationes editas ab Ieremia poſt vrbis ſuæ extremũ excidium, templiq; concremationem. Sic aſſerunt in primis LXX. ſuoillo proœmio, cum dicũt. [Et factum eſt poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſrael, & Ieruſalẽ deſerta eſt, ſedit Ieremias propheta flens.] *Origenes.* & Origenes in cõmentario, Ieremias, ait, cum captiuus populus in Babylone teneretur, luget regionẽ, & vrbis, ac populi caſum. *Euſebius.* Euſebius in ſcriptis de propheticorũ librorũ appellationibus quærit: Quare Lamentationes librum inſcribit? Quia verbis iſtis Ieroſolymorũ, & populi qui captiuus erat, miſerias lamentatus eſt. Similiter loquitur Athanaſius in Synopſi, in Ieremia, *Athanaſius. Chryſoſtomus. Hieronymus. Procopius. Proſper.* Chryſoſtomus quoq;, Hiero. Procopius, Theodoretus, Proſper quoque Aqnitanicus lib. de Promiſ. 2. P. c. 31. Rabanus, Rupert. Hugo, S. Thomas, Lyra & Dionyſius, aliiq; recentiores huius libri commẽtatores. atq; ita lamentatur hiſtoriam, non prædicit futurã vaſtitatem. Editæ ergo ſunt hæ Lamẽtationes ipſo anno 11. Sedeciæ, & 19. Nabuchodonoſoris. Veritas autẽ huius ſententiæ, & ex textu ipſarũ Lamentationũ cõſtat, & ex refutatione ſupradictarũ: ſi enim non ſunt editæ cũ occiſus eſt Ioſias, nec tẽpore Ioakim, vt iã ſatis oſtendimus: cùm modus alius nõ ſuperſit: ſequitur, cõfectas poſt populũ, regẽq; Sedeciam captũ, & vrbẽ cum tẽplo deſtructã.

Quod ſit huius libri argumentum.

CAPVT IIII.

IAm ex dictis facilè eſſet huius libri argumẽtũ, & materiã eruere, quãuis non deſit inter interpretes concertatio aliqua. *Euſebius.* Euſebius Cæſarienſis, quanuis cum pluribus, quos referemus, conueniat in argumento trium alphabetorũ extremorũ. primum autem exiſtimat continere primam illius populi *Sententia diuerſa de argumento Threnorum.* tranſmigrationẽ, cum ſimul cũ Rege Ioakim primoribus abductis, qui remanſerant in Ieruſalẽ, tributarij facti ſunt: ideo, inquit, dicit, princeps in regionibus facta eſt in tributũ. Hugo Cardinalis in Prologo, nec diſplicet Dionyſio eius ſentẽtia, materiã hiſtoricã huius libri ait eſſe mortẽ Ioſiæ, & euerſionẽ factã per Chaldæos, quã ſuis oculis viderat Ieremias, & futuram per Romanos, quã eiſdem verbis prophetauit. Rabanus, S. Thomas & Bonauentura exiſtimant hîc deplorari Ioſiæ necem, & vrbis Ieruſalem vaſtitatem populique captiuitatẽ factã per Chaldæos. tum quod putant has eſſe illas Lamentationes, quarum fit mentio 2. Par. 35. vt ſupra notauimus, tum quia cum quibuſdã Hebræis alphabetũ quartũ, propter illa verba, [Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris,] de Ioſiæ nece explicant. *Rupertus.* Rupertus ſolus lib. 2. de Trinit. & operibus eius cap. 12. quadruplicẽ, ait, huic ſancto prophetæ fuiſſe lamentãdi materiã, & cauſam: primã, vniuerſalem captiuitatem humani generis, de qua in primo agitur alphabeto: ſecundã populi Dei captiuitatẽ babylonicã, quam oculis ſuis vidit Ieremias, de qua exponit 2. alphabetũ: tertiã propriæ cõſcientiæ humilitatem, proprij ſtatus exilium agnoſcẽtis: quartã captiuitatem tetertimã, qua Iudæos, vt nunc videmus, præuidebat ad omnes gentes miſerè captiuos ducẽdos, de quibus exponit tertium & quartum alphabetum.

Sententia vera. Nihiluminus certum harum Lamentationum omnium argumentum eſt, euerſio Ieruſalem per Chaldæos facta, & populi captiuitas. *Septuaginta. Origenes.* ſic imprimis dixerunt LXX. illo ſuo proœmio: quos ſequuti ſunt omnes Græci, Origenes in fragmentis ſuper has Lamẽtationes, Gregorius Nazian. oratio. 4. de pace: *Nazianzenus.* Deflet, inquit Ieremias priores illius populi clades, & captiuitatem Babylonicam dolet. *Chryſoſtomus.* Chryſoſtomus lib. 3. de prouidentia. Quid autem, ait, quando capta vrbe prouidentia, & honore à barbaris dignatus eſt, tunc maximè amara illa lamenta conſcripſit, mortuos. & abeuntes lugẽs. *Theodoretus. Olympiodorus. Procopius. Euſebius.* Theodoretus, Olympiodorus, & Procopius Gazæus, ſeu potius Euſebius, de appellationibus librorũ propheticorum. & Latini, *Hieronymus.* Hieron. præfatione in Ieremiam, quæ habetur .3. tomo operum eius epiſto. 18. *Proſper. Paſchaſius.* Proſper ſupra allatus, Paſchaſius, Lyra, Dionyſius, Vatab. Sixtus. & alij. quanuis nõnulli, vt Origenes, & Olimpiodorus ad euerſionem Ieruſalem per Romanos factã, Ieremiæ verba extendant. nec mirum ſi ſimili vaſtitati ſimilia verba poſſint accommodari. *Rupertus.* Rupertus autẽ myſticè potiùs quàm hiſtoricè argumenta ſingulorum propoſuit alphabetorum: quod verò de Ioſiæ nece hîc non agatur diximus iam præcedẽti capite, & in expoſitione 4. alphabiti, vnde ſumpta eſt occaſio ſic ſentiendi, latius, dicem⁹. de ſingulorũ verò alphabetorũ argumentis, cum ad ea peruenerimus, loquemur. *Myſticus Threnorũ ſenſus.* Myſticè verò hæc omnia referuntur ad animam à virtutis domicilio extorrẽ factã, & ad vitiorũ varias formas deportatã, & ob eam cauſam in confuſione poſitã (Babylon enim cõfuſio interpretatur) & à ſpiritualibus hoſtibus in captiuitatem abductam.

Argumentum. Cõcinit ergo Ieremias breui hoc carmine lugubri hiſtoriã eorũ omniũ, quæ per vniuerſam ſuam prophetiam variis & ſermonibus, & ſignis, fuerat cõminatus futura. Nã & Lamentationes has decãtandas ſuper Ieruſalẽ cap. 9. prædixit, à ſe ipſo primũ. illis verbis. v. 10. Super montes aſſumã fletũ, ac lamentũ, & ſuper ſpecioſa deſerti planctũ, quoniã incenſa ſunt. & v. 17. de aliis: *Ieremiæ 9. 10. 17.* Vocate Lamẽtatrices vt veniant, & ad eas, quæ ſapientes ſunt, mittite, & properẽt, & feſtinẽt, & aſſumãt ſuper nos lamentũ: deducãt oculi noſtri lacrymas, & palpebræ noſtræ defluãt aquis, quia vox Lamẽtationis audita eſt de Sion. Quomodo vaſtati ſumus, & confuſi vehemẽter! Audite ergo mulieres verbũ Domini, docete filias veſtras lamentũ, & vnaquæq; proximã ſuam planctum, quia aſcẽdit mors per feneſtras noſtras, diſperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis.

Quo ſermonis genere ſint hæ Lamentationes à Ieremia compoſitæ.

CAP. V.

Genus ſermonis. Hieronymus. DE ſermonis genere, quo vſus eſt Ieremias in his canticis cõponendis, quod attinet ad ornatũ, ſic ait Hieronymus præfatione in Ieremiam tomo. 3. epiſt. 118. Ieremias propheta ſermone quidẽ apud Hebræos Iſaiæ, & Hoſeæ, & quibuſdã alijs prophetis videtur eſſe ruſticior, ſed ſẽſibus par eſt, quippe qui eodẽ ſpiritu prophetauerit. Porro ſimplicitas eloquij à loco ei, in quo natus eſt, accidit: fuit Anathothites, qui eſt vſq; hodie viculus tribus ab Ieroſolymis diſtãs millibus. *Genus compoſitionis.* Quod verò, attinet ad genus cõpoſitionis, metro carmine eſt liber cõpoſitus, & achroſtico ille quidem, dum quatuor alphabetis inchoantur quatuor hæc cantica, vt his verbis tradidit nobis idem Hieronymus epiſt. 115. ad Paulã Vrbicã. *Hieronymus.* Habes & in Lamẽtationibus Ieremiæ quatuor alphabeta, è quibus duo prima, quaſi ſapphico metro ſcripta ſunt, quia tres verſiculos, qui ſibi cõnexi ſunt, & ab vna tantũ litera incipiũt, heroici comma concludit: Tertium, verò alphabetum trimetro ſcriptum eſt, & à ternis literis: ſed eiſdem terni verſus incipiunt: Quartum alphabetum ſimile eſt primo, & ſecundo. Quod ſi qui videtur incredulum, ait idem præfat. in Iob,

metra ſcilicet eſſe apud Hebræos, & in morem noſtri Flacci, Græciq; Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel pſalterium, vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia ferme Scripturarum carmina cōprehendi, legat Philonē Ioſephū, Origenē, Cæſarienſem Euſebiū, & eorū teſtimonio me verū dicere cōprobabit. Verum Apoſtata Iulianus, quem refert Cyrillus Alex. lib. 7. aduerſus ipſum: accuſabat Euſebium, quod multas carminum ſpecies in Scripturis ſacris dixerit reperiri. Quo magis ipſe deceptus eſt: cum neque Euſebius, neque Hieronymus voluerint verſus Hebraicos perſimiles fuiſſe per omnia Latinis, Græciſque carminibus. Sed in hoc ſolum, quod peruetuſta Hebræorum poëſis perinde ac noſtra, habeat, non ſolum multos pedes noſtris conſimiles, conficiendis carminibus aptos, vt dactilos, ſpondæos, iambos, & eiuſmodi: verùm plura carminum genera exametra, trimetra, tetrametra, & ſimilia, quæ pari pedum numero cum noſtris eiuſdem nominis incedunt. Sed differunt à noſtris varia pedum qualitate, ſitu, & ordine: ſiquidem alios pedes recipiunt, & alio ſubordine ob linguæ proprietatem, non quidem earundem ſyllabarum cum noſtris, ſed eorundem temporum. Interponunt etiam Hebræi contra noſtrorum poëtarum conſuetudinem, in ſuis carminibus rithmos quoſdam, quos ſimplex Lector, vt ait Hieronymus præfatione in Iob, intelligere non poteſt. Nam interdum rithmos ipſe dulcis, & tinnulus fertur numeris lege ſolutis, inquit idem, vt de Pindaro dixit Horatius. Quemadmodū enim apud Hiſpanos, & Italos ſingula rithmor genera non eundem ſyllabarum numerū, ac eoſdem carminum fines retinent: ſed alij vndecim ſyllabis conſtant, decantandis heroicis accommodati: alij ſeptē ſyllabis, modulandis ad Lyrā Odis aptiſſimi, ac iocūdiſſimi: alij duodecim, in dactilum ſemper terminātes, citati, ac lubrici ſcenæ mirabiliter deſeruientes. Et ex his omnibus rithmis, alij ſemper rithmi legē ſeruāt, finalium ſyllabarū ſimilitudine cōcluſi: alij verò ea lege ſoluti, vt neglecta finaliū ſyllabarū ſimilitudine, moueantur: vnde & rithmi ſoluti dicuntur. Non diſſimiliter in verſibus Hebraicis, rithmiſq; cōtingit, quāuis genus cōponēdi nobis abſcōditū ſit, & ignotū. Nec dubitandū hæc quatuor alphabeta metrico carmine, & quandoq; rithmico compoſita eſſe ab inſigni poëta Ieremia.

Iuliani inuectio Cyrillus Alex.

Poëſis Hebræa ſeratio.

Rithmi Hebræorum. Hieronimus.

Horatius.

Quæ cauſa fuerit Ieremiæ has Lamentationes componēdi.

Capvt VI.

Cauſa componendi Lamentationes

CAuſa verò, quamotus fuerit ad has Lamentationes cum modulatione componendas, ea aſſignari poteſt, quæ communis eſt omnibus dolentibus, & fuit Hæbræis cum aliis gentibus: videlicet, vt ſuum, cōciuiumque ſuorum grauiſſimum dolorē mitigaret, cōſolaretur;: fit enim neſcio qua naturali vi, vt dolor, ac triſtitia intra pectus incluſa, à menteque intentius conſiderata, grauius crucient, ęgritudiniſque, & quandoque interitus, cauſa ſint: quæ ſi in voces, gemitus, & lacrimas erumpant, leniora fiant. Tum vero maximè, cum ligata oratione, compreſſus dolor prodeat, & amici inuitentur ad commiſerationem. Habet enim commiſeratio amicorum, & aliorum quorumcunque tantam ad conſolandum vim, vt nihil ſit quod ita leuare ſoleat dolorem vix omnino conſolabilem, propter amorem, quem ſentit quis in his, qui miſerentur, & dolent: tum ex verbis quibus conſolantur, tum ex gemitibus, quibus cōceptam corde exprimunt commiſerationem: amari autem per-

Commiſerationis vis ad conſolandū.

A iocundum eſt, & voluptate plenum, hoc verò quicunque dolor leuatur. Auget autem hanc voluptatem oratio modulata, dum & qui dolore premitur, ea ſe conſolatur, & in aliis maiorem commouet dolorem, & commiſerationem. Muſica enim auctore Philoſopho lib. 8. Politic. cap. 5. ex iucundiſſimis eſt, quæ ſunt ſecundum naturam, ſiue nuda ſit, ſiue cum modulatione, inquit enim Muſæus, carmen dulciſſimam rem eſſe mortalibus. rationem adducit idem Ariſtoteles in Problomatis ſectio. 19. problem. 38. quod motibus naturalibus oblectari datum ſit omnibus à natura, & propterea pueri nuper nati his moueantur, & oblectantur modis. Atqui, ait, inter motus ille eſt naturæ familiarior qui ordinatus eſt, inordinatus enim corrumpit naturam, ille verò conſeruat, & auget: ordinis autem conſonantia ideo poteſt demulcere, quod miſtio ſit contrariorum proportionem B inuicem cuſtodiētium, quæ proportio amborum extremorum potentiam æquè in conſonantia tenet, quæ voluptatem affert certum dolorum leuamen. Vlterius, quia motus hic ordinatus modulationis iuxta ſui varietatem permouet ſummopere humores, diuerſorum affectuum ſedes, quia ſecum affert modulationis ſimilitudinem, hinc fit, vt iuxta diuerſam harmoniæ compoſitionem, varios inducat mores, iræ, manſuetudinis, triſtitiæ, voluptatis, commiſerationis, deuotionis, & ſimilium aliorum. imo eodem Philoſopho auctore, idcirco carmen: quod auribus percipimus inter omnia, quæ ſenſibus ſentimus, ſolum mores obtinet, & non color, non odor, non ſapor, quod ſola ipſa modulatio motum obtineat, qui ſenſationem ipſam cōnſequitur, cum color, odor, & ſapor vltra C ſenſationem ex miſtione prouenientem, nullum excitent motum. Idcirco carminum illa modulatio, præſertim quam Græci vocabant Ionicā, quæ apud Eccleſiaſticos noſtros reſpondet tono ſeptimo, valet plurimum ad diſciplinā, & eruditionem, quòd oblectationem gignat quàm maximam, quę homini per ſe ipſum diſcendi auidum, excitat auiditatem, augetque. Hinc commune fuit legum latorum documētum, vt leges variis carminum generibus confectas cantare pueri docerentur, quæ propterea cantilenæ dicebātur, vt vocat leges Ariſtoteles, quod iocūdiùs diſcerētur, & memoria faciliùs teneretur. Sic Plato Græcos docuit lib. 2. de legibus, quem refert Euſebius libro 12. de præpar. Euang. cap. 14. Sic apud Cretenſes pueri inſtituebantur, vt refert Ælianus libro 2. de varia hiſtor. & Athenæus lib. 14. Diphneſoph cap. 11. Sic apud Arcades eodē auctore, ſic apud Hebræos in vſu fuiſſe, D affirmat Euſebius lib. 11. de præpar. cap. 3. quinimo Iordetani, auctore Strabo lib. 3. Georg. pag. 131. qui inter Hiſpaniæ populos ſapientia videbantur excellere, & literarū ſtudiis vtebantur, & memorandæ vetuſtatis volumina, poëmate habebant conſcripta, leges quoque verſibus continebant, & conſeruabant. vnde merito diuinus Poëta dixit pſ. 118. 54. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Valet etiam quamplurimum ad cultum Dei, ſi modulatio phrygia ſit eadē cum tono tertio ex noſtris: vnde ortum, vt Deus cantu, hymniſque affici ſit exiſtimatus à gentibus. Carmine Dij ſuperi placantur, carmine manes, dixit Flaccus lib. 2. Epiſtol. 1. ad Auguſtum. & Ouidius libro 1. de Triſtibus: Exorāt magnos carmine ſæpe Deos: quod enthuſiaſmum generent, impetum nempe quendam diuinum, quem vulgus vo-

Modulatæ orationis ad conſolādum vis Ariſtoteles.

Muſæus

Ariſtoteles.

Ordinatus motus mouet affectus.

Carmen cur mores obtineat.

Ionica modulationis vis.

Leges carmine pueri edocti tur. Ariſtoteles. Plato. Euſeb.

Ælianus. Athenæus. Euſeb. Strabo.

Iurdetani leges, & hiſtorias verſibus conſeruabant.

Pſalmo 118. 54.

Phrigya modulationis vis.

Flaccus. Ouid.

cat deuotionem, & varios ex virtute affectus, quibus placatur, ac gaudet Deus.

Lugubris carminis vis.

Nec minorem habet vim, & efficacitatem carmen ſi lugubre ſit, & elegiacum, ad inducendum quoſlibet ad commiſerationem, & dolorem, ipſis etiam hoſtibus ingerendum, non tantum propter materiam miſerabilem, & triſtem, ſed propter genus compoſitionis maximè, quem ad hoc vetuſtus adinuenit Linus, à quo nomen Threnorum cantiones ſumpſerunt. Eam obrem in inſignium virorum interitu, in vrbium, regnorumque vaſtatione, in caſu quouis miſerando hoc genus carminis frequens fuit, & Gentibus, & Hebræis; apud quos ad hoc munus obeundum non pauci inueniebantur cantores, & cantatrices, qui caſus hominum adeo frequentes miſerabili voce lamentarentur, quo ſimul ceteros commonefaciebant quàm miſeræ eſſent res mūdi, quàm breues, quàm caducæ. Ideo Ægyptij, vt refert Herodotus lib. 2. in conuiuijs lugubrem cātionē, quam Linum vocant, decantare conſueuerunt, vt etiam Græci, vt ſcilicet vel inter pocula mortalis conditionis ſubinde memoriam refricarent.

Herodotus.

Poetarum diuinorū varia elegia.

His ergo de cauſis diuini poëtæ Spiritu ſancto acti, vt intereuntibus iuſta ſoluerent, viuentes verò conſolarentur, ac monerent, multa huiuſmodi lamenta confecère: ſic cæleſtis vates, egregius pſaltes Iſrael, Saulis, & Ionathæ defleuit interitum 2. Reg. 1. 18. dicens: Conſidera Iſrael pro his, qui mortui ſunt: ſuper excelſa tua vulnerati: Quomodo ceciderunt fortes, Saül, & Ionathas amabiles, & decori in vita ſua, in morte quoque non ſunt diuiſi. Sic Amos cap. 5. 1. huiuſmodi lamentum præmittit, quod ſuper Iſraelē erat decantandum. Domus Iſrael cecidit, & non adijciet vt reſurgat, virga Iſrael proiecta eſt in terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam. Et Michæas cap. 1. 14. in illa die, ait, ſumetur ſuper vos parabola, & cantabitur canticum lugubre cum ſuauitate, aut cum vocis inflexionibus. Depopulatione vaſtati ſumus, pars populi mei commutata eſt. Ezechiel cap. 26. 17. prædicit huiuſmodi lamentum aſſumendum ſuper Tyrum. Quomodo perijſti quæ habitas in mari, vrbs inclyta. & cap. 32. 2. ſuper Pharaonem Regem Ægypti. Leoni gentium aſſimilatus es, & draconi, qui es in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina eorum. Expandam ſuper te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in ſagena mea. Iuxta hanc Hebræorum conſuetudinem, ſanctiſſimus Ieremias præcentor, ac threnodus ſapientiſſimus, ſicut ſuper morte Ioſiæ. 2. Paral. 35. 36. lamentationes illas præcinuit, quas præfici, præficęque per ſingulos annos replicabant. Sic poſt regni Iſraelitici vaſtitatem, Ieroſolymæ vrbis excidium, & templi conflagrationem, has lamentationes compoſuit, ac vt futurum prædixerat cap. 9. ipſe etiam decantauit, & lamentatricibus decantandas tradidit. Meritò licet in Hebræo nomen non ſortiātur, ab Hebræis per antonomaſiam dictas קינות Kinoth à Græcis cū LXX. τῦς θρήνους, & à Latinis lamentationes; quod quemadmodū epithalamium Salomonis, vt notauit Origenes ſuper Cantica, per excellentiam quandam canticum dictum eſt canticorum, quod omnium ſit excellentiſſimum, quia quod alia per partes, illud vnum iucundiſſimè comprehendit, ſic hæ lamentationes nuncupentur, quod quæ aliæ per partes lamentari ſoleant, miſera, & infelicia, in his integra, & pleniſſima defleantur. nec enim in his ſolum, aut regis alicuius defletur interitus, aut vrbis nobiliſſimæ excidium, aut parentum, aut filiorum mortes non famis, aut ſitis communis, non hoſtium gladius quoduis regnum deuaſtantium, ſed hæc omnia ſimul complorantur, vrbis interitus totius Orientis præſtantiſſimæ, ac ditiſſimæ, regum, ac principum caſus, orbitas filiorum, ac parentum, fame, gladioque pereuntium, regni florentiſſimi conſumptio, templi etiam vna cum vera religione, toto orbe celeberrimi, in eo populo, finis. denique quod eſt maximè dolēdū, Dei repulſa & Chriſti Domini pro peccatis noſtris cōprehenſio, ac enecatio: Spiritus oris noſtri, inquit, Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris; cui diximus, in vmbra tua viuemus in gentibus.

2. Reg. 1. 18. *Amos. 5. 1.* *Michaæ 1. 14.* *Ezechiel 26. 17.* *Ezechiel 32. 2.* *Ieremias Threnodus.* *2. Paral. 35. 36.* *Origenes.* *Lamentationes Antonomaſiam dicta.*

De artificio, quod ſeruat Ieremias.

Capvt VII.

Artificiū lamentationū ſecundū affectum.

Artificium in his Lamentationibus Ieremiæ non eſt ſecundum rationem artis, vt rectè notat Lyra, ſed ſecundum affectum, omnia enim affectibus conſtant. & quemadmodum qui amore ducitur, cum celebri mutatione affectus in perſonam amatam, & in benefacientes, aut malefacientes illi, mutat & ſermonem, iam laudans quicquid in re illa intimè cognoſcit; iam conquerens de his, qui male ei fecerunt: indignatione, & odio proſequens: iam gratias agens benefacientibus, inuitans omnes, vt eam videant, ament, laudentque, vt ſatis patet in epithalamio Salomonis, in ſponſi cum ſponſa colloquio. Sic etiam qui dolet de malo rei, quam amat pro ratione amoris, omnia bona illius, quæ perierant, ſigillatim non ſemel recenſet: excandeſcit in mali auctores, & in amicos deſertores, indignatur, conqueritur: denique tot mutat perſonas, quot affectus, vt experimur in matre vnicum filium lamentante, & in Dauid deflente Ionatham, & filium Abſalom. 3. Regum 1. verſic. 18. Acroſticho autem carmine, aut ei perſimili Lamentatur Ieremias, ſingulos verſus incipiens ab elementis alphabeti, ſuo ordine ſeruato: imitatus in hoc Dauidem, qui 7. Pſalmos hoc genere carminis compoſuit, præmiſſis dictionibus ordine alphabeti, vel ſingulis hemiſtichijs, vt pſ. 24. 110. 111. vel ſingulis verſibus, vt pſ. 33. 36. 144. quomodo componitur Mitropædia Samuelis, Prouerb. 31. ab illis verbis. mulierem fortem. Vel ſingulis Octonarijs, vt pſ. 118. & Salomonem, qui Prouerb. 31. caput ita concinnauit, vt ſuum Hymnum Sedulius de Natiuitate Chriſti. A ſolis ortus cardine, Beatus autor ſeculi. Caſtæ parentis viſcera, Domus pudici pectoris, Enixa eſt puerpera, fæno iacere pertulit, Gaudet chorus cęleſtium. Neque aliud hic latet myſterium, vt rectè notarunt Lyra, Vat. & Iſidorus. tantum enim ad oſtendendum hunc ordinem alphabetarium elementa Hebraica præfiguntur ſingulis verſibus, vt Rabanus, Hugo, Rupertus, & S. Thomas exiſtimarunt latere: quamuis ſua myſteria ſub nominibus harum literarum comprehenſa, relinquimus explicanda Hieronymo epiſtola 115. ad Paulam vrbicam ex quo deſumpſit Rabanus: & Euſebio, & alijs, qui ad legentium vtilitatem ea tractarunt, vt tanquam pueri per alphabetica elementa, vt ait Rupertus, ad ſcientiam Dei addiſcendam inducantur.

3. Reg. 1. 18. *Carmen alphabetariū.* *Alphabeti myſteria.* *Hieronimus. Euſebius*

LAMEN-

LAMENTATIONVM IEREMIÆ PROPHETÆ,

CAPVT PRIMVM.

1 [1]¶ QVOMODO[2] ſedet ſola
Aleph. ciuitas plena populo! facta
eſt quaſi [3] vidua domina gen-
tium: [4] princeps prouincia-
rum facta eſt ſub tributo.
2 ¶ Plorans plorauit [5] in nocte, & lacrymæ
Beth. eius in maxillis eius: non eſt qui conſoletur
eam [6] ex omnibus charis eius: omnes amici
eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei inimici.
3 [7]¶ Migrauit Iudas propter afflictionem, &
Ghimel. multitudinem ſeruitutis: habitauit inter
gentes, nec inuenit requiem: omnes perſe-
cutores eius apprehenderunt eam inter an-
guſtias.
4 [8]¶ Viæ Sion lugent eo quod non ſint qui
Daleth. veniãt ad ſolemnitatem: omnes portæ eius
deſtructæ: Sacerdotes eius gementes: virgi-
nes eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritu-
dine.
5 [9]¶ Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici
He. eius locupletati ſunt: quia Dominus lo-
cutus eſt ſuper eam propter multitudi-
nem iniquitatum eius: paruuli eius ducti
ſunt in captiuitatem ante faciem tribu-
lantis.
6 ¶ Et egreſſus eſt à [10] filia Sion omnis decor
Vau. eius: facti ſunt principes eius velut arietes
non inuenientes paſcua: & abierunt abſque
fortitudine ante faciem ſubſequentis.
7 [11]¶ Recordata eſt Ieruſalem dierum affli-
Zain. ctionis ſuæ, & præuaricationis omnium
[12] deſiderabilium ſuorum, quæ habuerat à
diebus antiquis, cum caderet populus eius
in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator: vi-
derunt eam hoſtes, & [13] deriſerunt Sabbata
eius.
8 [14]¶ Peccatum peccauit Ieruſalem, propte-
Heth. rea inſtabilis facta eſt: omnes qui glorifica-
bant eam, ſpreuerunt illam, quia viderunt
ignominiam eius: ipſa autem gemens con-
uerſa eſt retrorſum.
9 ¶ Sordes [15] in pedibus eius, [16] nec recorda-
Teth. ta eſt finis ſui: [1] depoſita eſt vehementer,
non habens conſolatorem: [1] vide Domine
afflictionem meam, quoniam erectus eſt
inimicus.
10 [1]¶ Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia de-
Iod. ſiderabilia eius: [2] quia vidit gentes ingreſ-
ſas ſanctuarium ſuum, de quibus præcepe-
ras ne intrarent in [3] Eccleſiam tuam.
11 ¶ Omnis populus eius gemens, & [4] quæ-
Caph. rens panem: dederunt pretioſa quæque pro

PARAPHRASIS.

[1] *QVOMODO heu [2] iacet deſerta ciuibus vrbs paulò ante populoſiſſima? Quomodo quaſi vidua in ſummo iacet ſilentio, ad quam copioſa gentium turba, tanquam ad dominam confluebat. Quæ in multas prouincias exercebat principatum, quomodo nunc tributum, pendit, & duris deſeruit operibus?* א

Hæc quotidianis opreſſa laboribus, dum [3] de nocte feriatur, aſſiduè plorat, & lachrymis per maxillas eius defluentibus, intimum teſtatur dolorem; & eò maximè, quòd nec vnus eſt ex omnibus amicis eius, qui conſolationis officio eius dolorem leniat, quin imo, quod magis miſerendum, omnes amici eius deſeruerunt eam, & verſi ſunt in inimicos. ב

Multi Iudæorum vt durum Chaldæorum imperium, & grauem fugerent ſeruitutem transmigrarunt ad gentes finitimas, apud quas habitarunt, neque tamen ibi tuto requieſcere permiſſi ſunt, nam ab inſequentibus Chaldæis, tanquam inter anguſtas macerias comprehẽſi, captique ſunt nullus itaque locus tutus ſuperfuit eis ad habitandum. ג

Iudæis hac ratione in varias regiones diſperſis, viæ ipſæ Sion, olim adeò frequentes, propter infrequentiam venientium ad conſuetas ſolemnitates, penè lugere videntur. portæ eius deſertæ ſunt nullo vel ingrediente vel egrediente per eas: nullo ad eas cœtu confluente; Sacerdotes eius, oblationibus ablatis, in continuis ſuſpirijs ſunt. Virgines eius, quæ choros ducentes, & carmine in Dei laudes compoſito decantabant, nunc mœrore confectæ conticeſcunt. Demum nihil in ea reperias, niſi amaritudinem. ד

Hoſtes eius [4] potiuntur rerum, inimici ſpolijs eius proſperati ſunt; nec temerè, ſed diuino decreto his malis afflicta eſt, ita commerentibus multis iniquitatibus eius. Paruuli eius ante hoſtem ad ambulandum impellentem abiecti ſunt in captiuitatem. ה

Filia Sion [10] Ieruſalem, quæ ornata regio cultu omnibus erat admirationi, ſuis omnibus ornamentis ſpoliata eſt. principes eius exhauſtis viribus præ fame, maceri, laſſique incedunt, vt arietes non habentes vnde paſtum peterent; & nihilominus abire coacti ſunt ante hoſtem inſequentem. ו

[11] Reuocabat in memoriam Ieruſalem in ſua [..]priuitate, & dies, quibus primùm affligi cœpit, & à ſua fœlicitate deturbari, & in quibus pœnas dedit ſuarum præuaricationum, cum videlicet populus eius in manus hoſtium decideret, & nullus eſſet, qui auxilium ferret: tum etiam, [3] ornamenta illa ז

pretioſiſsima, & gloriam priſtinam, quæ olim floruerat. Quam eius pernitiem aſpicientes hoſtes, ſummam eius ſolitudinem, & ab omnibus cessationem deriſerunt.

ח [1] *Si Dei legem cuſtodiſſet Ieruſalem, nunquam de ſuo loco mota fuiſſet: at poſtquam idololatriæ crimine tam ardenter ſe commaculauit, in alienas regiones abducta eſt. Omnes qui olim eius pulchritudinem admirantes eam glorificabant, videntes eius turpitudinem, ſpreuerunt eam. At ipſa præ nimio pudore ſuſpirans, vultum ſpernentiu contra non ſuſtinens intueri, conuerſa retrorſum vultum auertit ſuum.*

ט [1] *Extrema eius, nempe diuinam vltionem ſatis prodiderunt ſordida eius ſcelera, quæ externo ſuo decore abſcondebat prius, cum non eſt præmeditata infœlicem [16] exitum, quem habitura erat. eſt ergo [1] deiecta meritò cum omnium admiratione de ſublimi illo ſtatu ſuo, omni carens conſolatore. [18] Vide Domine quàm grauiter affligar, & quàm hoſtis ſuperbè ſe efferat, quaſi ſua nos virtute ſuperauerit.*

י [19] *Manum ſuam auidè porrexit hoſtis ad eius pretioſa quæque diripienda quod eſt execrabile ſpectaculum. Sed illud execrabilius. quod gentes illæ ingreſſæ ſunt in templum ſanctum tuum, vt deſiderabilia raperent, quibus tua lege interdixeras, ne admitterentur in [21] Eccleſiam tuam.*

כ *De malo autem famis quid dicam? Vniuerſus eius populus [22] præ fame gemebat, & panem quærebat; nec tolerabili pretio oblato, ſed pretioſis quibuſcunque datis pro cibo, vix comparabatur qui ſufficeret ad refocillandam animam, ne periret. Vide Domine, & conſidera in quantam vilitatem deciderim, & miſeriam.*

ל [2] *O qui ad veſtra negotia curanda feſtinatis, ſubſiſtite parumper, attendite oculis ad me, & animo conſiderate, & dicite, vt hac exigua conſolatione, me hoc dolore leuetis, ſi eſt dolor ſimilis dolori meo: quoniam hoſti non fuit ſatis vrbem cepiſſe, & ciues meos occidiſſe, ſed eos qui effugerant manus eius, tanquam latentes racemos iterum [24] vindemiauit: quamuis non ſine Dei iuſſu, quo præcipit me punire in die iræ furoris ſui.*

מ [25] *De excelſo ſolio ſuo iaculatus videtur Deus ignem in turres, & munitiones meas, quibus tãquam oſsibus nitebar, dum hoſtis faces ignis coniecit in eas: qui eas occupauit, ad meam [26] eruditionem: ne verò ignem euaderem, rete [27] expandit pedibus meis, quo prehenderer, vbicunque tandem fugerem, & capta ab hoſtibus, retrorſum irem, quò libuiſſet hoſti. itaque poſuit me deſolatam, ac deſertam, & aſſiduo mœrore confectam.*

cibo ad refocillandam animam. vide Do-
mine, & conſidera quoniam facta ſum vilis.
[3] ‖O vos omnes, qui tranſitis per viam, at- 12
tendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor *Lamed.*
meus: quoniam [2] vindemiauit me vt locu-
tus eſt Dominus in die iræ furoris ſui.
[8] ‖De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, 13
& [10] erudiuit me: [27] expandit rete pedibus *Mem.*
meis, conuertit me retrorſum: poſuit me
deſolatam, tota die mœrore confectam.
‖Vigilauit [28] iugum iniquitatum mearum 14
[29] in manu eius conuolutæ ſunt, & impoſi- *Nun.*
tæ collo meo: infirmata eſt virtus mea: de-
dit me Dominus in manu, de qua non po-
tero ſurgere.
[3] ‖Abſtulit omnes magnificos meos Domi- 15 *Samech*
nus de medio mei: vocauit aduerſum me
tempus, vt contereret electos meos: [31] tor-
cular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.
‖Idcirco ego [12] plorans, & oculus meus 16
deducens aquas: quia longe factus eſt à me *Ain.*
conſolator, conuertens animam meam: fa-
cti ſunt filij mei perditi, quoniam inualuit
inimicus.
[33] ‖Expandit Sion manus ſuas, non eſt qui 17
conſoletur eam: mandauit Dominus aduer- *Phe.*
ſum Iacob in circuitu eius hoſtes eius: facta
eſt Ieruſalem quaſi polluta [14] menſtruis in-
ter eos.
[1] ‖Iuſtus eſt Dominus, quia os eius ad ira- 18
cundiam prouocaui: audite obſecro vni- *Sade.*
uerſi populi & videte dolorem meum:
[3] virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in
captiuitatem.
[37] ‖Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt 19
me: Sacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe *Coph.*
conſumpti ſunt: quia quæſierunt cibum ſi-
bi vt refocillarent animam ſuam.
‖Vide quoniam tribulor, conturbatus eſt 20
venter meus: [39] ſubuerſum eſt cor meum in *Res.*
memetipſa, [40] quoniam amaritudine plena
ſum. [41] foris interficit gladius, & domi mors
ſimilis eſt.
[4] ‖Audierunt quia ingemiſco ego, & non 21
eſt qui conſoletur me: omnes inimici mei *Sin.*
audierunt malum meum, lætati ſunt quo-
niam tu feciſti: [41] adduxiſti diem conſola-
tionis, & fient [44] ſimiles mei.
[45] ‖Ingrediatur omne malum eorum coram 22
te [45] & vindemia eos ſicut vindemiaſti me *Thau.*
propter omnes iniquitates meas: multi
enim gemitus mei, & cor meum mærens.

נ [28] *Iugum, duræ ſeruitutis, quam Chaldæis ſeruio, ob multas meas iniquitates, vigilanter, colligatum in manu ſua tenuit, vt ſuo tempore collo meo imponeret. & nunc iam [29] ſentio ita implexas, & implicatas eſſe meas iniquitates collo meo, vt quaſi funes iugum ſeruitutis nodis inſolubilibus collo meo adſtringat. Cuius pondere virtus mea infirmata eſt: & vt apertè dicam, tradidit me Dominus in eorum manus, de quibus me eruere non potero.*

Proſtrati

ס [10] *Proſtraui fecit dominus, & tolli omnes principes & fortes meos de medio mei. Adeſſe fecit condictum diem, quo conuenirent hoſtes ad conterendos electos iuuenes meos, in ciuitate Iuda, quæ tanquam virgo delicijs affluebat, & ornamentis inſtruebatur, cædem occiſorum cruore exundantem fieri permiſit, non ſecus atque [11] in torculari calcatis vuis vinum exuberat.*

ע *Hæc autem vehementer auget dolorem meum, & cogit me non tantum [12] vt plorem, ſed etiam, vt oculi mei inſtar fontium emittant lachrymas, quod longè abeſt qui me conſoletur, qui animum penè deficientem conſolatione reuocet, ac reficiat. Et quid grauius matri accidere potuit, quam vt videam filios meos exanimatos, & perditos, quia inimicus inualuit, & ſuperior fuit.*

פ *Ex morte filiorum quaſi deficiens [13] expandit manus ſuas mater Sion, nec inuenitur qui eam conſoletur: conuocauit enim dominus hoſtes aduerſus Iacob, vt circumirent, & obſiderent eum, & ipſi ciuitatem Ieruſalem, tanquam mulierem [14] menſtruis laborantem à ſe abegerunt, & eiecerunt.*

צ [15] *Non eſt quod de iudice domino conquerar, quia iuſtus eſt, & iuſtè me his afficit ſupplicijs, quia verbo oris eius, ac legi impudens rebellaui. Sed vos vniuerſi populi obſecro, vt non tam attendatis quam iuſtè patiar, ſed quantus ſit dolor meus: nam [16] virgines meæ, & iuuenes mei electi, quos genui, & alui, abducti ſunt in captiuitatem.*

ק [17] *Vocaui amicos meos vt me in meis rebus aduerſis auxilio ſuo, vel conſilio adiuuarent, aut certè conſolarentur; ipſi verò, & neglexerunt, & fraude ſua me deceperunt. Sacerdotes mei, & ſenes mei, qui vrbẽ ſua ſanctitate, & prudentia tuebantur, languidi præ fame in vrbe perierunt: nam cum cibum quærerent ad animam pene egredientem reuocandam, & recreandam, non inuenerunt.*

ר *Quandoquidem omni amicorũ auxilio deſtituta ſum, ad te conuertor domine, tuumque auxilium imploro; [38] vide quæſo, quàm vehementer affligar. Venter meus cum intimis præcordijs exæſtuat, & quaſi ſingultibus conturbata, in lachrymas effluunt, [39] ſubuerſum eſt, ac conſtrictum præ mœrore cor meum intra me, [40] cùm vndique malis opprimar: nam [41] foris conſumit gladius, & domi fames, quæ non minus crudelis mors eſt.*

ש [42] *Audierunt amici mei me ingemiſcentem, at nullam conſolationem attulerunt: audierunt etiam omnes inimici mei, & lætati ſunt, exiſtimantes quòd tu me deſerueris. ſed quàm falsò, dies ipſa declarabit meæ conſolationis: quam [43] adducturus es, vt promiſiſti per tres prophetas, tunc enim ipſi præ inuidia mærebunt, ac dirumpentur, & erunt [44] ſimiles mei, qualis nunc ſum.*

ת [45] *Deferatur vniuerſum malum illorum, quo tam inhumaniter me affligunt, ad conſpectum tuum, vt iudices, & vicem illis reddas pro ſuis in me malefactis, ſicut reddidiſti mihi pro omnibus iniquitatibus meis. Certe vides quam multi ſint gemitus mei, & quam exedat cor meum intimus mœror.*

ARGVMENTVM.

De huius capitis argumento cùm variæ ſint opiniones, quas ſupra adduximus c.4. Prologomenum, & reiecimus: illa tamen Euſebij Cæſarienſis aliquam videtur habere probabilitatem, quod hoc primum alphabetum lamentationem contineat de prima Iudæorum tranſmigratione, cum ſimul cum Rege Ioachin, primoribus abductis, qui remanſerant in Ieruſalem tributarij facti ſunt: nam in primis conſtat tunc ſeruiiſſe Iſraelem Nabuchodonoſori ſub tributo 4.Reg.24.17. & hoc eſt quod hîc dicitur, princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Deinde verſ. 3. migrauit Iudas, declarat tranſmigrationem Iudæ cum rege, de qua 4. Reg. 24.15. & 2. Paralip.36.10. & Ierem.28.4. & 29.2. Præterea Regis Ioachin, & principũ abductionem, quæ illis in locis refertur, lamentatur 6. verſu, & egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius, facti ſunt principes eius velut arietes. & verſ.15. Abſtulit omnes magnificos meos de medio mei. Demum de vaſorum ſacrorum aſportatione loquitur verſ. 10. Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius. Verùm multa ſunt in hoc cantico, quæ niſi extremæ captiuitati conuenire non poſſunt: neque enim tempore tranſmigrationis ſola ſedit ciuitas, & quaſi vidua abſque rege, creato Sedecia, neque migrauit Iudas fugiens ad finitimas gentes propter afflictioné, neque viæ lugebant, & portæ erant deſolatæ, &c. Cum Reſpublica integra ma-

Euſebij ſentent. de 1. capitis argumẽto.

4. Reg. 24.15. 2. Para. 36.10. Ierem. 28.4. Ierem. 29.2.

Sententia communis verior

netet: neque tanta fuit fames, vt quæterent panem ad refocillandam animam, neque dies ille fuit dies furoris Domini, in quo filia Sion expandit manus, quaſi eſſet in extremis. Denique alia multa ſunt quæ nullo modo conueniunt tempori ttanſmigrationis. Quate communis ſententia tenenda eſt, quod loquatut de extrema captiuitate.

Lamentatur igitur Ieremias miſeram Iudæorum ſeruitutem, in quam, exciſis Ietoſolymis, & templo combuſto pet Chaldæos, coniecti etant, prioris ſtatus bonis cum poſtetioris malis, pet antitheſin collatis.

COMMENTARIVS.

Quomodo, admirantis aduerbium.

1 QVomodo.] Ad augmentum doloris, & commiſerarionis exorditur Ieremias hoc loco, & c.2. & 3. ab hoc aduetbio, quomodo, non quidē inquirentis, ſed admiranris, & inctedibilem oſtendentis tam calamitoſam ſtatuum mutationem quam nec ipſe, qui ſuis oculis inſpexit, credat ſactam, nec modū intelligat, quo fieri potuerit. Propterea enim ab hoc ipſo aduerbio ſolent inchoari Lamentationes, vt 2. Reg. 1.18. Quomodo ceciderunt fottes, Saul & Ionathas amabiles, & decori. Ierem. 9.19. Quomodo vaſtari ſumus, & confuſi vehementer. Ezec. 29.17. de Tyro. Quomodo periiſti, quæ habitas in mari, vrbs inclyta. 1. Mach. 9.21. de Iuda. Quomodo cecidit potens, qui ſaluū faciebar populum Iſrael. In tribus autem, in quibus vrbis Ietoſolymæ maieſtas elucebar, oſtendit factam mutatiooem. In populi frequentia: nam quæ ptius erar frequeotiſſima, vr vocarur ab Iſaia c.22.2. clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans: poſtea ad maximam ſolitudinem eſt redacta: In Regis, & magiſtratuum prudentia, quibos cum pti⁹ floreret, illis poſtea viduata eſt. Et in eo quod aliis ciuitatibus nata ſit imperare, non eis ſubiici, at poſt coacta eſt parere Chaldæis, illiſque tributa pendere. Et hęc in genere dicūtut de mutatione facta à ſumma gloria in ſummam miſetiam.

Mutatio triplex.

Sedere triplex ſenſus.

2 Sedet.] Cum in triplici ſenſu poſſit Ieruſalem dici ſedete, vel tanquam leproſa à commercio ſanctorū ſepatata, ob peccata, vt dicitur Leuit. 13.46. omni tēpore, quo leptoſus eſt, & immundus ſolus habitabir extra caſtra, qua lege Maria ſoror Moyſis habitauit extra caſtra, Num. 12.15. & infra verſ. 17. facta dicitur Ieruſalem quaſi pollura mēſtruis intet hoſtes. Vel tāquam quæ iacet deiecta, & de ſublimi ſtatu deturbata: quomodo dictum eſt Ierem. 13.18. Dic Regi, & dominattici, humiliamini, ſedete, quoniam deſcendit de capire veſtro corona gloriæ veſtræ. Vel tertio, tanquā mœrens: mœrentium enim eſt, vt viduarum, ita iacete humi proſtratos, vt laſſeſcant prę triſtitia, viribus, ac vita ipſa pene deficientibus, & omnino vitent frequentiam; ſic de ſeipſo dixit Ieremias c. 15.17. Solus ſedebam quia amaritudine repleſti me. Et hoc tettio modo præcipuè dicitur Ieruſalem ſedere ſola, ſine ciuium ftequentia, triſtis, & quaſi vidua in luctu.

Vidua triplici ratione.

3 Vidua.] Vidua dicitur facta Ieruſalem vno è tribus modis, vel quia orbata erat Rege Sedecia, & ſacetdote Saraia, quòd rex vir regni dicatur, ſicut ſummus ſacerdos ſponſus eccleſiæ: vt exponunt Hugo, Lyra, & S. Tho. Conſtat autem ex Iere. 52. 11. & Reg. 4. 25.7. Sedeciam Regem erutis oculis vinctū Babylonem deductū: Sariam verò ſummū A ſacerdotē occisū: vel 2o. dicitur Deo viduata, qui ſæpe in ſcriptura vir dicitur, vel maritus illius plebis, vt pater in Hoſea 3.2. & Ierem. 3. 1. & ita accipiunt Rupert. Bonau. & Dion. qua forma loquendi vſus eſt ipſe Ietem. c. 51. 5. illis verbis, Quoniā non fuit viduatus Iſrael, & Iuda à Deo ſuo domino exetcituum: terra autem eorum replera eſt delicto à ſancto Iſrael, hoc eſt, propter ſanctum Iſraelem afflictum. Vel rertio dicitur vidua, hoc eſt, abſentia ciuium: taciturna dictio enim אַלְמָנָה Almanah ab אָלַם alā dicitur, quod eſt tacere, quod quemadmodum vidua marito de mortuo non habēs quocum familiariter loquatur, domi taciturna ſeſe continet: ita ciuitas Ietoſolyma quondam florentiſſima ob frequentiam populi: celeberrima ob ſummum imperium; & potentiſſima ob principatum, ſola & taciturna manet ſuis orbata B ciuibus, ruinoſa, & bellicis incendiis deformara, concionibus, concurſibus populi, ludis, ſaltationibus, tripudiis, cantoribus, & muſicis inſtrumentis omnino priuata: & hic ſenſus videtut textui conformior, nam quemadmodum dictum eſt: Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo; facta oppoſitione inter ciuitatem prius plenam populo, & poſtea ſolam manentem: & præterea ſicut quod dicitur princeps prouinciarum, oppoſitum eſt ei, quod ſubditur, facta eſt ſub tributo: ita viduitas oppoſita eſt dominæ gentium, hoc eſt, plenæ gentibus: nam hîc idem nomen Hebræum eſt quod ſupra, plena populo, vt Lxx. vtrobique trāſtulerunt. Quare Origenes, cum plenam populo expoſuiſſet, ciuibus Iſraelitis, plenam gentibus explicat proſelytis, qui vndique in vrbem con- C fluebant. Cautè autem additum eſt, quaſi, quia non erat prorſus vidua, ſed quaſi vidua: quia Rex Sedecias nondum exceſſerat, ſed in vinculis tenebatur à Nabuchodonoſore, vel quia Deus viuus non in perpetuum eam deſeruerat, ſed ad tēpus 70. annorum vt in fornace captiuitatis purificata, poſt 70. annos iterum Deo viro ſuo reconciliaretur, vt explicāt Bonau. & Dio. aut certe quia ſpes erat iterum ad priſtinum ſtatum redeundi ex Chaldaico exilio, & vrbem Ieruſalē, templumque inſtaurandi poſt 70. annos, vt ipſe Ieremias prædixerat ca. 29. & quod copia gentium, populiq; frequentia ea eſſet replenda: nā in hoc ſenſu accepit viduam Chald. cum dixit, quæ plena fuit cœtib. & populis multis, euacuata eſt illis, ac facta ſimilis viduæ.

Anthitheſis.

Origen.

Quaſi vidua cur dicta.

Ierem. 29.10.

4 Princeps.] Quæ prius tanquam princeps multis dominabatur prouinciis, vt Philiſtæis, Moabitis, Syris, Ammonitis, Amalechitis, & Idumæis, qui Dauidi tributarij fuerunt, vt dicitur. 2. Reg. 8. &

Ieruſalē domina gentiū.

3.V.

10.v.19.& 2.Par.18.& Iſraeli ſeruierũt: ſicut & Sa- A lomoni,3.Reg.9.20. Amorrhæi, Hethæi, Phereſæi, Heuæi,& Iebuſæi,&c.10.24,adijcitur: vniuerſa terra deſiderabat vultum Salomonis, & ſinguli deferebant ei munera: Vaſa argentea, & aurea, veſtes, & arma bellica, aromata quoque, equos, & mulos per annos ſingulos, denique tanta erat argenti copia in Ieruſalem, quanta & lapidum: cedrorum tãta multitudo, quanta ſycomorum, quæ naſcuntur in campeſtribus. Hæc inquit, cui quaſi principi omnes prouinciæ tributa pendebant, & munera deferebãt, facta eſt ſub tributo Chaldæorum. Quo nomine omne genus miſeræ ſeruitutis comprehendit, nam nomen Hebræum מס mas, quod tributum vertitur, ſignificat non ſenſum è facultatibus tantùm, ſed quamcunque perſonalẽ contributionem, qua perſona in ſeruitutem ali- B cuius ſe ſuaque omnia inſumit & liquefacit, ſeque exhaurit ſeruiendo, hoc enim ſignificat verbum Hebræum, vnde nomen illud deriuatur. Hoc ergo eſt aliquem eſſe damnatum ad publica onera, vel facienda, vt ad agros colendos, vel portanda. ſic Gen. 49.15. Iſſachar dicitur aſinus fortis, ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, factuſque eſt tributi ſeruiens, hoc eſt, vt vertũt LXX. Factus eſt homo agricola. Exo.1.11. præpoſuit itaque eis magiſtros operum, Hebr. tributorum, vt affligerent eos oneribus. Iſ.31.8. Et iuuenes eius vectigales erunt. 3.Reg.9.21. Horum filios, qui remanſerant in terra, quos non potuerũt filij Iſrael exterminare, fecit Salomon tributarios vſque in diem hanc, de filiis autem Iſrael non conſtituit Salomõ ſeruire quemquã. Factã autẽ fuiſſe tributis ſeruiẽtem principem prouinciarũ ſatis exprimitur 4. C Reg.25.10.& Iere.52.16. cum dicitur De pauperib. verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores, & agricolas. Ex dictis conſtat quam aptè Vulg. interpres tribus inciſis diſtinxerit, primũ hunc verſiculum hac ratione. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina gentium: princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. quam diſtinctionem ſequitur Origenes, & rectè ea explicata eſt triplex antitheſis: quãuis Hebræi aliter diſtinguant, nempe: Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo facta eſt quaſi vidua: domina gentiũ, princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.

Tributi nomine quid ſignificetur. — *Ieruſalē ſerua facta.* — *Vulgat. punctuatio.*

Quod ſi Ieremias typus Chriſti fleuit ſuper Ieruſalem à barbaris Chaldæis deſtructam, & ſuper populum ductum captiuum: Chriſtus, qui Luc.19. videns ciuitatem fleuit ſuper illam, quanto grauio- D rem prædixit illi ſubuerſionem, & gentis per vniuerſum orbem diſperſionem, eò quòd non cognouerit tempus viſitationis ſuæ. Nam quam illuſtris fuerit Iudæorum Reſpublica, quando Deo obediens erat, quã plena populis, quàm plena gẽtib. vndiq; ad eam confluentib. quàm magnificè dominaretur populis, nemo non nouit, deſcribũt eius amplitudinem, & pulchritudinem ſæpe Dauid, & omnes prophetæ: ſiquidẽ tanta erat, vt per eam ſignificaretur amplitudo eccleſiæ Chriſti, & pulchritudo. At poſtquam deſeruit Chriſtũ factorem ſuum, ſola iacet ſine forma Reipublicæ, abſq; populis, abſque gentibus, diſperſa per vniuerſum orbem, & vidua abſque regib. ſacerdotib. & magiſtratibus, & ciuib. & abſque Deo ipſo, qui ſemper paratus eſt eam ſibi reconciliare. Seruit omnibus omni ſeruitutis genere, onera portans, & tributa pendens.

Chriſti typus Ieremias.

Sed nunquid ſimili fletu lamentanda eſt anima fidelis, quæ magnitudine, ſapientia, cęteriſq; virtutum generibus multiplicia Ieroſolymæ vincit ædificia? Hæc enim anima, quæ cum Dei familiaritate potiebatur, plena erat populo, hoc eſt, probis cogitationibus, & variis affectibus, quibus tãquam nobilib. ciuibus exornabatur: domina erat gentium, hoc eſt, multiplicium vitiorum, quæ tantopere ſubiecerat, quęque princeps erat in prouinciis, hoc eſt, in variis facultatib. potentiarũ externarum, & internarum, quæ illi deſeruiebant: cũ à Deo ſponſo, culpa aliqua defecerit, ſola iacet abſque virtutibus taciturna, abſque ſpirituali mercatura, & negociatione, à ſpiritibus immundis æſtu libidinis, & prauis cogitationibus, & vitioſis affe- B ctibus incenſa: non iam domina, ſed quia viduata viro ſuo Deo, & ratione gubernante, facta mancipium, hoſtibus ſuis tributa pendens, tot ſceptris ſeruiens, quot dedita eſt vitus.

Anima fidelis lamentatione digna.

5 *In nocte.*] De reliquiis Iudæorum, qui relicti erãt Ieroſolymis, tanquam de muliere lugẽte loquitur ſecundum Origenem. Noctis vero nomine Rab. S: Thom. Lyra, & Dion. vehementem calamitatem, & aduerſam populi fortunam accipiunt, vt ſolet accipi in ſcriptura. Iob.34.20. Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & ver. 25. Nouit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem, & conterentur. Pſam.16.30. Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte. Cõtinuum verò luctum, noctu, diuque intelligit Theodor. tanquam ne de nocte quidẽ, cum à moleſtiis quieſcere ſolent homines ipſa ceſſet à fletu. Tertiò Chaldæus intelli- C git de nocte diei noni menſis Ab qui plurimũ reſpõdet noſtro Iulio, qua, vt dicitur 4. Reg.25.4.& Ierem.7. dirupta eſt ciuitas, & omnes bellatores cũ Sedecia fugerunt, qua eadem nocte olim Nu. 14. t. omnis turba filiorum Iſrael audiens, quę nũciabant exploratores, fleuit, & dominus iratus cõminatus eſt ei, non intraturam in terram promiſſam. Hac igitur nocte ciues derelicti Ieroſolymis voce contenta luxerunt vſque adeò, vt lachrymæ fluerent per maxillas. Verùm certior eſt expoſitio Origenis, Paſchaſij, Hugonis, Bonauent. itemque S. Tho. Dionyſij & Iſid. qui de nocte propriè exponunt, non de aliqua particulari, ſed de omni, iuxta Iudæorum conſuetudinem, qui per noctes ſolebant, ſicut & meditationi ſe dare, ita & calamitates deplorare, quòd tempus illud aptius eſſet, quia tranquillius, & ad fletum expeditius, quo nec D pudore videntium, audientiumque, nec laborib. & operis impoſitis à dominis, quibus ſeruiebant, impedirentur, ſed noctis potiùs ſolitudine ac ſilẽtio allicerentur. Sic Dauid Pſ.7.v.7. Lauabo, inquit, per ſingulas noctes lectum meum, & lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Pſal.118.62. Media nocte ſurgebam ad confitendum nomini tuo domine. Pſ.133.1. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta. Iſa.26.9. Anima mea deſiderauit te in nocte. & infra c.19. Conſurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum: Incolæ ergo Ieruſalem vaſtati nocte ſolebant complorare ſuam calamitatem, maximè quòd ſine vlla conſolationis ſpe, eã paterentur ab amicis deſerti.

Noct. nomẽ quid notet. — *Pſ.16.30* — *Ab Iulius.* — *Nox propriè accipitur.*

6 Ex *omnibus.*] Cum duo hîc ſint diuerſa nomina in Hebræo ſignificãtia, charos vel amores, & amicos, quamuis communi conſenſu pro eodem accipiantur, Chaldæus tamen diſtinxit, & choros

Chari & amici qui.

idola, amicos vero, omnes iũctos fœdere expoſuit. Hug. vero per charos intelligit ſacerdotes, & prophetas. Bonau. & Dionyſius angelos cuſtodes, per amicos gentes finitimas, ſed nõ eſt apta expoſitio, quòd Ieruſalem habebat ſacerdotes, & prophetas Ieremiam, & Ezechielem, qui eam cõſolabantur, & cuſtodes angeli nunquam eum deſpiciunt, cuius deputãtur cuſtodiæ, hac dum luce fruitur, nec eum non iuuant, ſed ſalutẽ eius, quoad viuit, procurant. Origenes autem intelligit reliquas illas ciuitates Iudæę, quæ ſuam metropolim cùm priùs amarent, tempore calamitatis non conſolabãtur, & Olympiodurus ipſos ciues Ieruſalẽ qui cũ eadẽ omnes calamitate præmerentur, alter alterum nõ conſolabatur: & non eſt inepta amplificatio, lugebat mater filiorum deiectionem, & afflictionem, & nullũ inueniebat, qui ſe poſſet conſolari, quia omnes egebant ſimili conſolatione: & ſi qua ex amicis ſperabatur, & hæc confugit, verum, vt cæpi dicere communi interpretum conſenſu chari, & amici iidem dicuntur. Igitur Dionyſius vult nomine amicorum intelligi Iudæos perfugas, qui ad Chaldæos transfugerunt, vt refertur Ieremiæ 38. 2. Et hoc non eſt verum, cùm illi nunquã facti ſint Ieroſolymæ inimici. Siquidem ad vitam tantùm tuendam fugerunt: vnde cùm Sedecias diceret Ieremiæ c. illo. v. 19. Sollicitus ſum propter Iudæos qui fugerunt ad Chaldæos, ne forte tradar in manus eorum, & illudant mihi, reſpondit Ieremias, non te tradent. Rab. gentium idola intelligit, quæ colebant Iudæi, & à quibus auxilium, & ſalutem ſperabant, ſpreto vero Deo. atque ita ſolere accipi conſtat ex 2. c. Hoſeæ v. 5. & ex illo Ezech. 23. 37. & cum idolis ſuis fornicatæ ſunt. Ceteri vero Hugo, S. Th. Bonau. Lyra, & Dion. intelligunt gentes finitimas, fœdere cum Ieruſalẽ coniunctas, vt Chaldæos, Aſſyrios, Ægyptios. Qua ratione ſolere accipi ſatis oſtenditur Ezech. 16. v. 26. illis verbis: Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis, vt cum filiis Aſſyriorum, & multiplicaſti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldæis. & v. 33. Tu dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarẽt ad te, &c. 23. v. 5. Et inſaniuit in amatores ſuos, in Aſſyrios propinquãtes. & v. 9. & 22. Ecce ego ſucitabo omnes amatores tuos contra te, & congregabo eos aduerſum te, in circuitu. Hac ratione hîc accipi à Ieremia videtur certiùs: nam Ezechiel de hac ipſa amicorum defectione ſic loquitur c. 16. 37. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus coniuncta es, & omnes quos dilexiſti, cum vniuerſis, quos oderas & congregabo eos ſuper te vndique, & comburẽt domos tuas igni. & cap. 23. 22. Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſatiata eſt anima tua, & congregabo eos aduerſum te in circuitu, filios Babylonis, & vniuerſos Chaldæos, nobiles, tyrannoſque, & principes omnes filios Aſſyriorum, & cætera. Quãuis parum referat hoc, aut illo modo accipere, cũ diis aſcribatur quod faciunt populi cultores eorum, & è conuerſo: & ita vtroq; modo loquitur ſcriptura, quia ex commercio, & amicitia cum gẽte aliqua Iudæi induebantur ad cultum idolorũ illius. Tunc autem huiuſmodi amici ſpreuerunt, & deceperunt Ieruſalem, quando Babylonius coëgit exercitũ ex Chaldæis & gentib. finitimis Iudææ, & Ægyptij, quorum auxilio fidens rebellauit Sedecias contra Nabuchodonoſorẽ, vt dicitur Ier. 52. 3. Fugari à Chaldæis timore perterriti, noluerũt redire ad opẽ ferendã Iudæis obſeſſis Ier. 37. 6. & ſic dicit infr. v. 19 Vocaui amicos meos, & ipſi deceperũt me. Quo in reb. aduerſis nihil luctuoſius, vt Iob conqueritur c. 19. 13. Fratres meos lõgè feci à me, & noti mei quaſi alieni receſſerũt à me, dereliquerũt me propinqui mei, & qui me nouerant obliti ſunt mei.

Verior intelligẽtia.

Myſtice anima ſignatur in infernum detruſa.

Rabanus accommodat hæc verba animę diabolica ſuggeſtione deceptę, quæ in nocte futurę perditionis gemitum emittet perpetuum ſine vlla conſolatione: ipſi enim ſpiritus maligni, qui eam ante ficta amicitia, per illecebras voluptatum in diuerſa trahebant, tandem in tenebris conſtitutã perpetuis cruciatibus punire non ceſſant, ſicut in ergaſtulo Ægyptiorum, illi qui tanto honore pri afficiebant Iudæos, poſtea in inimicos conuerſi, grauiſſimis oneribus affligebant. Hugo tamen explicat de nocte mortis, aut Iudicij, quando anima Dei iudicio expoſita, nec intra ſe, nec extra inueniet conſolatorem, tunc enim plorans plorabit, virtutum ope deſtituta, & æſtu vitiorum ſubuerſa & combuſta: nec vllum habebit conſulatorem ex omnibus charis ſuis: nullũ enim probum affectũ in ſe offendet, nullam probam actionem, qua ſe tueatur, & conſoletur: & omnes amici eius fient inimici, quia quæcunque occaſiones fuerunt peccandi, & Deum deſerendi, eædem ipſæ tunc illi aduerſabũtur: Sic Naum. 3. 7. de Niniue vaſtata, quæ eiuſmodi animã ſignificat, dicitur, Oĩs qui viderit te, reſiliet à te, quia armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ, Sap. 5. 18. quin & probi Angeli, & ſancti nullam afferent conſolationem, & quod grauius eſt manſuetus agnus, Chriſtus Ieſus, homini amiciſſimus, vt patet ex his, quæ pro illo paſſus eſt, tunc tanquam leo frendens, & mulier parturiens, conuertetur in inimicum, dicens Iſa. 42. 14. Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar, diſſipabo, & abſorbebo ſimul. Vbi LXX. Tacui, tacui, nunquid ſemper tacebo? Si enim ad vocẽ agni manſueti Ego ſum. Ioan. 18. 1. corruere Iudæi, & gentiles, qui eum cõprehendere nitebantur, quid tunc cum tanquam leo rugiat, & ſeſe vlciſcatur de peccatore?

Anima in morte deſtituta.

Anima fidelis bonis ſpiritualibus deſtituta & à Deo tacta. Origen. Paſcha.

Verùm Ieruſalẽ exprimitur à Ieremia non ita in extremis conſtituta, vt nulla reliqua ſit ſpes redeundi ad priſtinum ſtatum: ideò, vt ſtet in omnibus ſimilitudo, Origenes, Paſchaſius, & S. Thomas nomine Ieruſalem plorantis intelligunt animam fidelem, quæ quod ſola iaceat ſine probis cogitationibus, & affectibus: & in ſilentio ſine priſtina ſpirituali negociatione, ſine tripudiis cœleſtibus, ſine canticis ſpiritualibus, ſine proximorũ concurſu, quibus ex charitate dominabatur, & fauebat, in ſeruitute, & confuſione conſtituta, ſeruiens vitiis. in quæ ſua culpa deiecta eſt, plorat in ſecreto noctis ſilentio, quia in eam dominus oculos ſuos coniecit, & dixit: Quomodo ſedet ſola; ſicut Luc. 22. reſpexit Petrum, & fleuit amare: & adeo plorat aſſiduè, vt per ſingulas noctes lachrymæ per maxillas defluant vultus conſcientiæ eius, vt à maculis lauetur peccatorum & pulchritudinem recuperet amiſſam. inſtar columbarum, quæ ſunt ſuper riuulos aquarum, & reſident iuxta fluẽta pleniſſima, cant. 5. 12. quæ poſtquam ſe lauerunt exoriente ſole, & coram in eas ſuos radios emittente, pennas pectoris, ore componunt, & ita ſpecioſas reddunt vt aurum, argentum, ceteroſq; colores exprimere videantur, iuxta illud Pſalm. 67. 54. Pennæ columbæ deargentatæ; & poſteriora

dorſi

dorſi eius in pallore auri. Ratio autem cur anima ad eum recurrerit, plorans ſuam calamitatem, ea eſt, qoia non eſt qui conſuletur eam ex omnibus charis ſuis: quia non ſunt, vt dixit Ieremias, ca. 31. 15. & Math. 2. 18. Vox in Rama audita eſt, ploratus, & vlulatus multus Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, qoia non ſunt: Sicut enim Ieruſalem non habebat conſolatorem, vllum ex filiis ſuis, quia ducti fuerant captiui Babylonem, ita anima fidelis non habet ex filiis conſolatorē, quia receſſerunt: oullus enim filius remanſit in ea, nullus affectus probus, propterea dicitur in Hebræo, Non eſt qui conſoletur eam ex omnib. amatorib. ſuis, qui eam, vt filij matrem conſolabantur, nec enim in ſe experitur amorem caſtitatis, patiendi labores pro Christo, ſummittendi ſe omnib. tradendi ſe meditationi, & ſimilibus ſpiritualib. exercitationibos, omnibus his dictis Babylonem, per commiſſam culpam, & inflictā pœnam, & omnes amici, quorum fide, auxilio, & conſilio fidebat, infideles inuenti, conuerſi ſunt in inimicos: nempe ea idola rerum caducarum, quæ colebat, & à quibus aliquam opem, & conſolationem accepturam ſe putabat in re aduerſa, quorumque ſuaſu à vero Deo defecit, nunc deſerunt eam, & non ſine eius commodo: deſerta enim à rebus omnib. cogitur plorans, & eiulans ad virum priorem Deum ſuum recurrere, vt Hoſeæ 2. 7. Quædam facit, & tanquā filius prodigus ad patrem ingredi, bonis omnibus dilapidatis, cùm nihil habeat, cui innitatur, dicēs: Lucæ 15. 14. Pater peccaui in cœlum, & coram te: ita enim fit, vt humanis omnib. fulcimentis corruentibus recurramus vel inuiti ad diuina.

Ierem. 31. 15. Mat. 2. 18. — Luc. 15. 14.

7 *Migrauit.*] Huius verſiculi quadruplex ſenſus exprimitur ab interpretibus: nam primom Chaldæus Paraphraſtes, quem ſequi videntur Dionyſ. Vatablus, & Iſidorus, de populo ducto Babylonē exponit, & de peculiari, propter quam ductus eſt culpa, ſic enim ait: Abiit domus Iuda in captiuitatem, eò qood afflixerit pupillos, & viduas, & propter duram ſeruitutem, qua pręmebāt fratres ſuos filios Iſrael qui venondati fuerant illis, ancillas & ſeruos ſuos, qoi erant de cognatione Iſrael in libertatem non aſſeruerānt, qui propterea non traditi fuerunt in manus populorū. Conſtat enim ex 4. Reg. 24. & 25. & Ierem. 52. Pauperes nō actos fuiſſe in exilium, ſed relictos in terra Iudæ: fit autē ſermo de hoc facinore Ierem. 34. capite, Eodem modo nomine afflictionis, & ſeruitutis, Origenes, Paſchaſios, & Hugo intelligunt multitudinē peccatorum, de ſublimi ſtatu deiecta eſt Iudæa, in humiliatiooem culpæ: nam nomen Hebræum hîc, vt Lxx. tranſtulerunt, humiliationem ſignificat, & propter ſeruitutem, in qua ſe vitiis ſubiiciendo redacta eſt. Hac enim præcipua de cauſa coacta eſt Iudæa abire io captiuitatem.

Expoſitiones diuerſæ. 1. expoſitio. — Ierem. 52. 15.

2. expoſ. Secundò, Rupert. & Lyra præpoſitionem, propter, exponunt de cauſa finali. Migrauit Iudas in captiuitatem, inuitus licet, vt ob ſua delicta Babylone affligeretur, & grauiter duris ſeruiret dominis, & nullam ibi requiem haberet, hoſtes enim eum comprehenſum tenebant inter anguſtias duræ ſeruitutis.

3. expoſ. Tertiò, Bonau. Lyra, Diooyſius, & Iſidorus hunc indicant ſenſum. Migrauit Iudas captiuus ductus Babylonem fame, bellique ſeruitute fatigatos, habitauit inter Chaldæos, abſque vlla requie, quia dura ſeruitute pręmebatur: omoes enim perſecutores eius Chaldæi comprehenderunt eam Ieroſolymis inter anguſtias famis & gladij: vel vt ait R. Salomon, inter anguſtias viarum, per quas fugientes tandem capiebantur, non potentes quoquam diuertere. Verontamen ab his eſſe ſenſum horum verborū, conſtat ex textu ipſo. Iudas enim migraſſe dicitur, id eſt, non vi ductum, ſed timore afflictionis, & ſeruitutis duræ fugiſſe ad gentes, inter quas non inuenit requiem: quia ibi in ſuffugiis comprehenderunt eos Chaldæi.

Quartò, ergo Rabanus, Paſchaſius, Hugo, S. Thomas, Dionyſius, & Iſidorus explicant hunc locum de Iudæis, qui ceteris ductis Babylonem captiuis Ieroſolymis remanſerant, & timore Chaldæorum, & propter multitudinem ſeruitutis, ac laborum quos perpeti neceſſe erat, ſi māſiſſent in Iudæa, in alias regiones proficiſci maluerunt, ad Ammonitas, Moabitas, Idumæos, vel Ægyptios. Qui ſenſus ſatis probatur ex vaticiniis aliorū Prophetarū, & ex ipſo euentu. Iſa. c. 16. 3. ait ad Moab: Abſconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei, Moab eſto latibulum eorum à facie vaſtatoris. & Ierem. cap. 40. 11. ait: Omnes Iudæi, qui erant in Moab, & in finib. Ammon, & in Idumæa, & in vniuerſis regionibus, audito quod dediſſet rex Babylonis reliquias in Iudæa, & qood prępoſuiſſet ſuper eos Godoliam, reuerſi ſunt omnes de vniuerſis locis, ad quæ profugerant, & cap. eodem v. 17. Et abierunt, & ſederūt peregrinantes in Chanaan, vt pergerent, & introirent Ægyptum à facie Chaldæorum: timebant enim eos, quia percuſſerat Iſmael Godoliam, quē præpoſuerat Rex Babylonis in terra Iuda. & cap. 43. 5. Tollens Iohānan, & vniuerſi principes bellatorum vniuerſos reliquiarū Iuda, qui reuerſi fuerant de cunctis gentibus, ad quas fuerant ante diſperſi, vt habitarent in Iuda, viros, mulieres, & paruos, & filias Regis, & Ieremiam, & Baruch, ingreſſi ſunt terram Ægypti. Reliquiæ ergo Iudæorum fugiebant ad gentes finitimas, & tandem in Ægyptum propter afflictionem, vel præ humiliatione, quam timebant, ſi in Iudæa manſiſſent, nam vt minimum in vineis colendis & agris, cum aliis pauperibus terræ exercerentur, niſi ducerētur Babylonem. [Et multitudinem ſeruitutis] nomen Hebræum Abodah, omnia ſeruitutis officia comprehendit; vt patet Exod. 1. 14. Oderant filios Iſrael Ægyptij, & affligebant illudentes, & inuidenteseis, atque ad amaritudinem perducebant vitā eorū in abodah ſeruitute dura, in luto & laterib. & in omni abodah ſeruitute ruris, & in omni genere ſeruitutis, quo ſæuiſſimè eos ſeruire faciebant. Sed peculiari ratione ſignificat agriculturam: ſic Pſalm. 103. 14. Producens fœnum iumentis & herbam abodah ſeruituti hominum, hoc eſt, culturæ hominum. & 23. Exibit homo ad opus ſuum, & ad abodah operationem ſuam, & ad agricolationem ſuam, vſque ad veſperam. Iudæi ergo, vt vitarent huiuſmodi ſeruitutem fugerunt, ad gentes, ſed ibi non inuenerunt requiem, vt comminatus eſt Moſes Deut. 28. 65. In gentibus quoq; illis non quieſces, neque erit requies veſtigio pedis tui. Abdias quoque de Idumæis ſic ait. v. 14. Neque ſtabis in exitibus, vt interficias eos, qui fugerint, & non cōcludes reliquos eius in die tribulationis. Loquitur enim de hac vaſtitate, de qua Ieremias & Sophon. 2. 8. Audiui opprobrium Moab, & blaſphemias filiorum Ammon, quæ exprobrauerunt po-

4. expoſitio verior. — Ierem. 40. 11. — Ierem. 40. 17. — Seruitutis nomine quid deſignetur. — Pſalm. 103. 14. — Quanta Iudæis anguſtia.

pulo meo, & magnificati ſunt ſuper terminos eorum. maximè quod vbicunque erant, Nabuchodonoſorem pertimeſcebant: qui eos tandem cõprehendit, vt Iere. minatus eſt c. 42. 11. Hæc dicit dominus exercituum, Si poſueritis faciem veſtrã, vt ingrediamini Ægyptum, & intraueritis, vt ibi habitetis, gladius quem vos formidatis, ibi comprehendet vos, & fames, pro qua eſtis ſoliciti, adhærebit vobis, & ibi moriemini, nullus effugiet à facie mali, quod ego afferam ſuper eos. & cap. 43. 10. Ecce ego mittam, & aſſumam Nabuchodonoſor Regem Babylonis, & percutiet terram Ægypti, quos in mortem in mortem, quos in captiuitatem in captiuitatem, & quos in gladium in gladium: Hoc eſt illud, omnes perſecutores eius apprehenderunt eum inter anguſtias, vel inter anguſtas macerias: quia cum nullus illis exitus, nullum pateret ſuffragium vna cum gentibus, ad quas fugiebant, comprehendebantur: præſertim in Ægypto, quod iucunda paranomaſia voluit Propheta indicare, nam Metſarim vocat anguſtias, & Ægyptus dicitur Metſraim.

Myſtica expoſit. Et ſanè non diſſimiliter Iudas, hoc eſt, magna eccleſiæ portio, quæ Chriſtum confitebatur, quo vitarent afflictionem, & ſeruitutem obſeruantiæ mandatorum Dei, & eccleſiæ, in varias gentium, & hæreticorum hominum opiniones diſtracta eſt, putans apud eos, libertatem repertura, vt nempe liberius viuerent abſque iugo legis diuinæ: & ecce experimento cum ſuo periculo didicerũt eiuſmodi nullã ibi eſſe requiẽ, ſed omnia perturbata, bellis, & diſſentionibus referta. *De quouis fideli* Quod ſi ita illi deſipuerunt, non deſipiat ſaltẽ anima fidelis, quæ dum degit Ieroſolymis, in ciuitate pacis, vt vitet aliquam afflictionem, & multam ſeruitutem, qua exercetur à Deo non aſſentit conſiliis ſanctorum, monentium eam, vt monuit Ieremias Iudæos. ca. 42. 10. Si quieſcentes manſeritis in terra hac ædificabo vos, & non deſtruam, plantabo, & nõ euellam: iã enim placatus ſum ſuper malo, quod feci vobis. Nolite timere à facie Regis Babylonis quia vobiſcum ſum ego, vt ſaluos faciam vos & eruam de manu eius. Et dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri, & habitare vos faciam in terra veſtra. Si enim ſeruiens Deo patitur: quicunque occurrant aduerſarij habitat in adiutorio altiſſimi, & in protectione Dei cœli commoratur, & ipſe liberat eam de laqueo venantium, & à verbo aſpero, Pſ. 90. 1. *Pſ. 90.* Semper autem melius eſt incidere in manus domini quãtumuis duras, quàm in manus hominum, quia caſtigat vt pater, vt elegit Dauid 2. Reg. 24. 14. Fidelis enim Deus. 1. Cor. 10. 13. *1. Cor. 10. 13.* Qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tẽtatione prouentum: nullus enim eſt, qui pro virtute patiatur in Dei obſequio, qui vel interius, & exterius non proficiat, & creſcat: nullus qui non recipiat de manu domini duplicia Iſa. 40. 2. Sic enim addidit dominus omnia, quæ fuerant Iob duplicia. Iob. 42. 10. Sic Ioſeph poſt 14. annos grauis ſeruitutis, Gen. 41. 40. totius Ægypti pro-rex eſt conſtitutus: ſic ceteris patribus contigit. Ergo ſi talis anima fugiens ſeruitutem agri ſui, hoc eſt, animi ſui colendi, variarum virtutum in ſitione, trãſmigrat ex vrbe pacis relinquens iugum leue Chriſti, in vrbes gentium finitimarum, hoc eſt in varias vitiorum formas in eorum mores ſe transformans, earumque idola colens. Hoſeæ. 6. 8. Ephraim factus eſt in nationibus, quaſi vas immundum, non inuenit requiem, vt quærebat, qui. vt ait Ieremias capite 16. 13. ſeruietis diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Nullus enim in domo Dei reperietur, qui tam dura ſeruitute, & tam grauibus legibus aſtringatur, ac qui vitium aliquod vult tueri, & iuxta illud, quidquid appetit adipiſci, cùm enim quàm multa deſideret, & perpauca conſequatur, perpetuo cruciatu premitur. atque ita à ſuis ipſe prauis conſuetudinibus comprehenditur contra ac cogitabat inter illas anguſtias, quas vitare nitebantur, iuxta illud Ieremiæ 42. 14. *Ierem. 14.* Ad terram Ægypti pergemus, vbi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & famem non ſuſtinebimus. Hæc dicit dominus, ſi poſueritis faciem veſtram, vt ingrediamini Ægyptum, gladius quem formidatis ibi comprehendet vos, & fames, pro qua eſtis ſoliciti adhærebit vobis, & ibi moriemini, ac dicent illud Iob. 13. 24. *Iob. 13. 24.* Antequam comedam ſuſpiro, & tanquam inundantes aquæ ſic rugitus meus. Quia timor, quem timebam euenit mihi, & quod verebar accidit. *Apoſtaſia mali* Idẽ malum accidit religioſo, qui propter labores religionis & agricolationem animæ ſuæ tranſmigrat de pacis domicilio in ſeculum, vbi nõ inuenit requiem, quia cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Iſa. 57. 20. *Iſa 57. 20.* Et comprehenditur inter anguſtias propriæ conſcientiæ cruciantis, à perſecutoribus, mundo, dæmone & carne.

8 *Viæ Sion.*] Hunc verſum Origenes, Hugo, Lyra & Dionyſius de templo explicant, nomine Sionis templum ipſum intelligentes, quod in arce Sion extructum erat. *1. expoſ. de téplo.* Ad quod viæ tendentes propter infrequentiam lugere videbantur; portæ etiã ipſius templi deſtructæ erant, ſacerdotes gemebant, & virgines præ dolore afflictæ. Sed quæ erant hæ virgines eius, nempe Sionis, vel templi? Hæ quæ in templo conſecratæ diuino cultui deſeruiebant, de quibus 2. Machab. 3. 20. dicitur, *Virgines Deo ſacræ.* Sed & virgines, quæ concluſæ erant, percurrebant ad Oniam, de quibus ſumus latè loquuti in hiſtoria Deiparæ capite 3. num. 5. Veruntamen germanior ſenſus eſt ſi cum Chaldæo Theodoreto, Hugone, etiam ſancto Thoma, & Bonauentura de ciuitate Ieruſalem intelligamus, quæ *2. expoſ. verior.* nomine Sionis frequenter ſolet appellari, quod ab ea tanquam ab arce cuſtodiretur & potiſſima pars vrbis fuerit, vnde & Ieruſalem filia Sion vocatur. Sic infra verſ. 17. dicitur. Expandit Sion manus ſuas. & Iſaiæ 1. verſ. 8. Et relinquetur Sion ſicut vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas, quæ vaſtatur: & conſtat ex textu, quia cum relatiuum, eius, referat Sionem, multa dicuntur in hoc verſu, & ſequenti, quæ de templo dici nullo modo poſſunt. Si enim templum iam combuſtum erat, non erat cuius eſſent portæ, ſacerdotes, & Virgines: non erat ipſum oppreſſum amaritudine, ſed plebs reliqua: non ſunt ducti in captiuitatem paruuli eius, templi videlicet, ſed vrbis. *Viæ Sion quæ.* Igitur viæ dicũtur illæ, per quas ſolebant Iudæi ex ſuis ciuitatibus confluere Ieroſolymam in tribus anni temporibus, iuxta præceptum Exod. viceſimo tertio c. ver. 17. in Paſchate, in Pentecoſte, & in feſto tabernaculorum *Exod. 23. 17.*

ad

ad ſtata feſta celebranda, in quæ omnes conueniebant. hæ per proſopopeiam dicuntur lugere, quia luctum excitabaut conſiderantibus veterem frequentiam. Lyra, & Elias ſatis argutè dicunt, vias Sion dici lugere per metunimiam, quod herbam magnam produxeriot, more lugentium comam longam alentium. Vt idem ſit, viæ Sion lugent, quod viæ Sion herbeſcunt. vt 1. Machab. 4. 38. dicitur. Et viderunt in atriis virgulta nata, ſicut in ſaltu, vel in montibus. Sed ſatis longe petita eſt huiuſmodi locutio, cùm Hebræis non fuerit conſuetudo nutrire comam in luctus, ſed potiùs tondere.

Vias lugere, herbeſcere. 1. Mac. 4. 38.

Portæ vrbis deſtructæ dicuntur, iuxta illud Ierem. 14. 2. Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obſcuratæ ſunt: quia iudicia, cætus, & commercia, quæ in illis fieri ſolebant, ceſſauerant, vt ait S. Thomas. Sacerdotes gemebãt, quia à munere ſuo erant amoti, vel potiùs quòd ceſſaſſent oblationes vt ait Chaldæus. Virgines autem ſqualidæ erant, vel vt habetur in Hebræo, afflictæ. Rationem reddit Chaldæus, eò quod deſierint egredi decima quinta dierum Ab, hoc eſt, Iulij, & in die expiationum, quæ erat decima quinta dies menſis Tiſri, & ad mercatum in nundinis. Mos enim genti erat, in publicis vrbis feſtis, & templi ſolemnitatibus, virgines egredi choros ducentes, & compoſito carmine Dei laudes reſonantes: quod non obſcurè ex ipſa Scriptura colligitur: nam conſtat de Maria Moſis ſorore Exod. 15. 20. & de filia Iepte Iud. 11. 34. quæ patri victori occorrit cum tympanis, & choris. Et 1. Reg. 18. 6. Egreſſæ ſunt mulieres cantantes, choroſque ducentes in occurſum Saul, & Dauidis, & Pſ. 67. dicitur: Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum. Lxx. legunt, Virgines eius abductæ ſunt & explicat Origenes, ab hoſtibus victoribus: quia hoc verbum etiam abijcere, & remouere ſignificat, vt 2. Reg. 20. 13. cum remotus fuit de via, tranſiuit omnis vir, & infra Threno. 3. 32. quia ſi abiecit, miſerebitur.

Luctus portarum ob ceſſationem iudiciorũ. Ier. 14. 2. Sacerdotum gemitus. Virginũ ſqualor. Virginũ choræa. Exod. 15. 20. Iudic. 11. 34. 1. Reg. 18. 6. Pſ. 67. 26. 2. Reg. 20. 13. Threno. 3. 32.

Sed quid nobis præferunt viæ ducentes in Sion in cœleſtem patriam, hoc eſt, omnes duces fideliũ, qui ſunt viæ ad beatam vitam, vt Chriſtus? Lugent quod nullos videant venire ad ſolemnitatem cœleſtem, pauci enim ſunt reliqui ea vaſtatione hoſtium Chaldæorum, nempè dæmonum, qui hanc viam ingrediantur, cum multi diſperſi in varias prouincias, in Moab, Ammon, Edom, & in Ægyptum proficiſcantur, vbi dura ſeruitute opprimentur, & in fornace ignea comburentur: hoc eſt, per varia genera vitiorum ducuntur in æternam miſeriam. Vnde Ieremias capite ſecundo, quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam fluminis? & quod grauius eſt viis ipſis ſua infrequentia, & ſolitudine ingredientes ab inceſſu reuocãtibus, hoc eſt, multis ex ducibus eos ſuo exemplo impedientibus; quod deflet Hoſeas, c. 6. 8. dicens: Galaad ciuitas operantium idolum, ſupplãtata ſanguine, & quaſi fauces virorũ latronum, particeps ſacerdotum, in via interficientium pergentes de Sichem, hoc eſt, Galaad ciuitas idololatris plena, ſanguine eorum contaminata eſt, quos interficiebat, & deuorabat, inſtar latronum: nam vnà cum ſacerdotibus exibat obuiam pergentibus Ieroſolymam ad ſolemnitates, & vi cogebant eos redire ad adorandos vitulos aureos, aliuquin interficiebantur. & c. 9. 10. Propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius: propterea meritò viæ Sion lugent, & portæ eius deſtructæ, nempe prælati; hi enim portæ ſunt, per quas intrant iuſti, & cæteri fideles in regnum cælorum, ſicut Apoſtoli dicuntur. 12. portæ Ieruſalem Apoc. 21. ex his prælatis multi ſunt, qui nec ipſi intrant, nec alios patiuntur intrare, quia portæ hæ corruerunt Ier. 14. & factæ ſunt malo exemplo portæ mortis. Sacerdotes gemunt, quia cultus diuinus non exercetur. Virgines eius ſqualidæ ſqualore vitiorum, ſine nitore caſtitatis, qui eſt oleum virginum Matth. 25. Denique præcipuis Eccleſiæ partibus ita contaminatis, vniuerſa eſt ſibi amaritudo, quia tanquam mater grauiſſimè dolet caſum filiorum.

Viæ Sion quas referant. Ier. 2. 18. Hoſ. 6. 8. Hoſ. 9. 10. Apoc. 21. 12. Ier. 14. 2. Mat. 25. 1.

Aut certè viæ Sion, hoc eſt, diuerſæ viuendi rationes ex virtute, quæ omnes ducunt ad ſolemnitatem perfectæ charitatis, cum anima deſpõdetur cœleſti ſponſo: hæ enim ſunt viæ vitæ, de quibus Pſal. 15. 11. dicitur: notas mihi feciſti vias vitæ, vt explanat Ambroſius ſermo. 74. de Nat. Martyr. Chriſtus, ait, nobis notas fecit vias vitæ, qui nobis ſemitam manifeſtauit ad vitam. Notas enim mihi fecit vias vitæ, cum me docuit fidem, miſericordiam, iuſtitiam, caſtitatem: his enim itineribus peruenitur ad ſalutem, & Pſ. 118. 32. viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Iſa. 26. ſemita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum. Hebr. rectitudines, hoc eſt, ſemita iuſti ſunt ipſæ rectitudines. Hæ igitur viæ lugent, quia non eſt qui per eas incedat quærens vitam, non eſt qui faciat bonum, nõ eſt vſque ad vnum: portæ eius, vitæ, & iuſtitiæ deſtructæ ſunt, ad vitam enim portæ ſunt, vt dixit Chriſtus. Matth. 19. 17. adoleſcenti, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. & Pſ. 117. Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas, confitebor Domino, hæc porta Domini, iuſti intrabunt per eam. Iſa. 29. Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem. Hæ portæ deſtructæ ſunt, & factæ ſunt portæ mortis, dum omni vitiorum generi, omni prauæ cogitationi patet aditus, ad intima animæ, vt pro vita commutetur. Sic ſenſus, qui ſunt portæ ad animã, deſtructi ſunt. Naum. 2. portæ fluuiorum, id eſt, tentationum, apertæ ſunt, & Ierem. 9. mors intrauit per feneſtras, ideò & ſacerdotes ſunt gementes; quia non exercetur munus ſacerdotale, dum hoſtibus dæmonibus, mũdo, & carne, omnia animæ penetralia obtinentibus, neque datur locus meditationi diuinæ, neque oblationibus conſuetis, & precibus. Sic virgines, id eſt, puræ cogitationes, ſquallent, ſine ſuauitate ſolita, & ornatu quibus omnibus concuſſis, & Spiritus ſancti ſuauitate ablata, nihil reſtat animæ, niſi amaritudo vitiorum.

Via diuerſæ rationes viuendi ad charitatem ducẽtes. Pſ. 15. 11. Ambroſ. Pſ. 118. 32. Iſ. 26. 7. Pſ. 13. 1. Mat. 19. 17. Pſ. 117. 19. Iſ. 26. 2. Naum. 2. 6. Ier. 9. 21.

9 *Facti ſunt.*] Hoc eſt, iuxta omnium ſententiam, hoſtes eius potiuntur rebus: quod Symmachus vertit, principes, vt Moſes prænunciauit Deuteronom. 28. ſi ſeruaſſet legem: Conſtituet te Dominus Deus tuus in caput, & non in caudam, & eris ſemper ſupra, & non ſubter: hoc eſt, tu ſuperior eris, & alijs non ſubijcieris: quod ſi non ſeruaſſet, addidit. Ipſe aduena erit in caput, & non in caudam: ſic Chaldæi dominati ſunt Iudæis, & locupletati ſunt. Hebræum verbum שָׁלוּ Silu, & locupletem eſſe, ſeu abundare ſignificat, vt Vulgatus ſequutus Septua-

Deuter. 28. 13.

gium tranſtulit. Chaldæi enim ſpolijs Iudæorum A ditati ſunt, & pacificè agere, ac qoiete, ſine aduerſariorum timore, in quo ſtatu erant Chaldæi, cum Iudæi in ſumma eſſent inopia, & timore fluctuantes. *Quia Dominus loquutus eſt.* Vulgatus verbum Hebtæuoi deduxit ab רֹגָה Hagah, quod eſt, loqui, aut moſſıate, vt etiam infrà cum Septuaginta verſu decimo ſecundo, vt loquutus eſt: Verùm Septuaginta hîc deduxerunt à יָגָה iagah, quod eſt, dolore afficere, humiliare, affligere, & vertetunt, quia Dominus humiliauit eam, vt etiam Chaldæus, Tigurina, & alij recentiores: & ipſe Vulgatus Threnorum capite tertio verſu trigeſimo ſecundo vertit, quia ſi abiecit, & miſerebitur. Et Iob capite decimo nono verſu ſecundo: Vſquequo affligitis animam meam. Sed ſenſus idem eſt, quia Dominus loquutus eſt, aut præcepit Chaldæis ſuper Sion, B vt eam affligerent.

Threno. 3. 32. Iob 19. 2.

Iniquitas quid notet. 1. Ioan. 3. 4.

[*Propter multitudinem iniquitatum eius.*] Nomen iniquitas, non omne peccati genus ſignificat, vt ſæpè aliàs, vt 1. Ioan. capite tertio: Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas: ſed rebellionem, aut fidei, vel fœderum cum Deo violationem: & ideò Septuaginta impietatum tranſtulerunt, & alij præuaricationum. Ad augendum autem dolorem eius inquit Chaldæus, infantes eius iuerunt in captiuitatem: tanta enim fuit illius clades, vt nec infantibus parcitum ſit. Eſt verò hîc Hebræum nomen עוֹלָלִים Holelim à verbo Holel, quod reuindemiare, aut racemare ſignificat, vt verſu decimo ſecundo, & vltimo, hîc vertit Vulgatus: vnde & nomen racemos ſignificat ſub foliis latitantes, & ſæpe oculos, C manuſque fugientes vindemiantis: & Septuagiota ſolent vertere σκιφυλλίδες, & ita vocantur infantes, aut paruuli, quod ſub matris vmbra, ſinuque foueantur. Hi enim, quod matri grauiſſimum eſt, ducti ſunt in captiuitatem ipſo hoſte adigente.

Hæreticorum mores.

Ita quidem hoſtes Eccleſiæ Hæretici ſuperiores euadunt, & locupletes fiunt de ſpoliis illius, & redditibus, propter multas violationes filiorum eius, propter quas Deus affligit eam, & quod graue eſt, plebs reliqua, tanquam paruuli ducuntur à ducibus illis in captiuitatem per varias falſas hæreſes.

Deus cur affligat. Spiritus mali dominantur peccatori. Iſ. 26. 13.

Ita cum anima multis ſceleribus irretita eſt, ſponſo ſuo Chriſto fidem frangendo, non mi- D rum ſi Dominus affligat, & caſtiget, vt ad bonam reducat frugem. Permittit enim malignos ſpiritus illius dominari, & ad libitum potiri, de quorum graui dominatu queruntur apud Iſaiam capite vigeſimo ſexto. Domine Deus noſter poſſederunt nos domini abſque te, tantùm in te recordemur nominis tui. Sic enim per vitia, & prauos affectus, in variis operibus ſibi deſeruire coguntur, vt non poſſint non clamare ad Deum, vt faciebant filij Iſraël in Ægypto ſub Pharaone, & Babylone ſub Nabuchodonoſore, ſic infra capite quinto verſu octauo. Serui dominati ſunt noſtri, non fuit qui redimeret de manu eorum. Qui & ditantur de bonis eius, dum ſpiritualia bona virtutum, & exercitationum eripiunt; capite quinto dicitur: Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtræ, ad extraneos, aquam noſtram pecunia bibimus,

Ex. 2. 23. Thr. 5. 8. Thr. 5. 2.

A ligna precio comparauimus, Ægypto dedimus manum, & Aſſyriis, vt ſaturaremur pane; quia enim hæc Deo accepta non referebat: ſed ſibi malè arrogabat, vt conqueritur Hoſeæ capite ſecundo verſu octauo: Et hæc, inquit, neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal: proptereà erepta illi ſunt, & manſit pauper, & inops, adeò vt ſi minimum quid quietis, & priſtini gaudij comparatura eſt, id non ſine multo ſudore, & labore vix acquirat. Denique cogitationes, & affectus recens natos, ſtatim vt oriuntur, vt olim Pharao, capiunt, & abducunt quo volunt, per varia trahentes deſideria: ipſi enim filios tuos, & filias capient, Ezech. capite 23. & nouiſſimum tuum deuorabitur igni, nempè luxuriæ.

Hoſ. 2. 8. Ex. 1. 22. Ezech. 23. 25.

Filia Sion cur dicatur Ieruſalem.

10\. *Filia Sion.*] Dicitur vrbs Ieruſalem filia Sion, B vt volunt Hugo Cardinalis, & Lyra, quod tanquam filia ſub protectione erat arcis Sion, quæ ſita erat in monte: vel potius, quoniam etiam dici ſolet filia Ieruſalem, filia Babylonis, filia Edom, nulla habita ratione ad arcem protegentem, aut quicquam ſimile, filiam vocat plebem, aut cœtum, vt vult Origenes, & Chaldæus, contentam in vrbe, quod ſicut fœtus in matris vtero, ſic cœtus populi in vrbe contineatur. Decoris autem nomine Hebræi, quos ſequitur Vatablus regnum intelligunt. Lyra regnum, & ſacerdotium: ceteri Paſchaſius, Hugo, Sanctus Thomas, Bonauentura, & Dionyſius, omnia illius cioitatis ornamenta accipiunt, tam quæ ad Dei cultum, quàm quæ ad externam politiam pertinebant, & ad ædificium ſplendorem, ex qui- C bus omnibus vrbis illius decor conſurgebat; & ita eſt, nam Ezechiel capite decimo ſexto, hunc Ieruſalem decorem depingens, verſu nono, ait: Vnxi te oleo, & veſtiui te diſcoloribus, & calceaui te hyacintho, & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus, & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata es auro, & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multicoloribus. Similam, & mel, & oleum comediſti, & decora facta es vehementer nimis, & profeciſti in regnum, & egreſſum eſt nomen tuum in gentes propter ſpeciem tuam, D quia perfecta eras in decore meo, quem poſueram ſuper te, dicit dominus Deus. Quem omnem decorem, quia eo malè vſa erat, comminatur auferendum, verſu trigeſimo ſeptimo: Ecce ego, ait, congregabo omnes amatores tuos, & cætera, & denudabunt te veſtimentis tuis, & auferent vaſa decoris tui, & derelinquent te nudam, plenamque ignominia.

Ieruſalē decor quis. Ez. 16. 9. Eze. 16. 37.

Arietes cur principes dicti. Pſ. 42. 2. Cāt. 2. 4. Pſ. 29. 1.

Facti ſunt principes eius velut arietes.] Nomen Hebræum אַיָּלִים Aialim, Chaldæus, Tigurina, Pagninus, & recentiores alij, ceruos vertunt, vt Pſalmo quadrageſimo ſecundo verſu ſecundo, verterunt Septuaginta, Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, & Vulgatus Canticorum capite ſecundo verſu quarto, hinnulo ceruorum. At Septuagiota, & Vulgatus hîc vertunt arietes, vt etiam Pſalm. vigeſimo nono verſu primo: Afferte domino filios arietum. Sed cum differentia ſignificandi nata ſit ex varietate punctorum, nam אַיִל

Aial

Aial eſt ceruos, איל Aijl verò aries, rectè tranſlatum eſt. Eſt autem adhibita ſimilitudo ad ſignificandam timiditatem, & formidinem principum Ieruſalem, ſimilem timiditati ceruorum, vt ait Vatablus: ſed melius reliqui, quia nomen deductum eſt à fortitudine, quod arietes tanquam fortiores præeant ouibus, ſignificant imbecillitatem, laſſitudinem, & infirmitatem, ſimilem ei, qua confecti ſunt arietes famelici, dum carent paſtu, ſunt enim macie, & laſſitudine confecti; ſic, ait, principes, qui fortes erant velut arietes, arietes eſſe deſierunt, dum nulla virtute vigebant ad reſiſtendum, & fugiendum Chaldæos inſequentes, vt vult Paſchaſius, iuxta illud Ierem. capite quinquageſimo ſecundo: Et omnes viri bellatores fugerunt, ſed comprehenſi ſunt, & ducti ad Regem Nabochodonoſorem in Rablatha, & ab eo occiſi: vel iuxta communiorem expoſitionem Origenis, Hugonis, Lyræ, & Dionyſij, loquitur de tempore, quo ducebantur captiui Babylonem, tunc enim præ fame adeò infirmi, ac debiles erant, vt etiam inſtante victore, & ad gradiendum impellente, vix poſſent ingredi.

Iere. 52. 27.

Animæ decor quo perdatur. *Iſ. 62. 12.* Nimirum animæ, quæ tanquam filia Sion, hoc eſt, ſpeculationis, ad vbera cœleſtis Sion portatur, Iſaiæ capite ſexageſimo ſexto, verſu decimo ſecundo: Et mammilla regum lactatur, ſugens lac Angelorum, ratione & affectu ſupernis aſſidua meditatione adhærens, ex intimis conſurgit in ſpecie decor, quo ex variis virtutum, & donorum ſupernaturalium ornamentis tanquam ſponſa ornata, & Deo ſponſo, & omnibus Angelis placet: ſed ex malo eius vſu fit, vt ſpoliata omni illo decore, in propriam vilitatem redigatur. Atq; mens, ratio, & voluntas, quę tanquam principes virtutibus vt ſcutis inſtructi eam tuebantur, & dirigebant ad Deum, ita imbecilles ſunt redditi præ fame rerum ſpiritualium, vt laſſeſcant, & corruant præ infirmitate, inſtar arietum non inuenientium paſcua, imo qui ſemper cœleſtibus adhærebant, & afficiebantur, pro dæmonis libitu ducuntur, quo ille impellit, tam cogitatione, vana cogitando, quàm affectu ea quærendo, illiſque adhærendo.

11. *Recordata eſt.*] Hebræi, quos ſequitur Vatablus legant pro genitiuo, dierum, ablatiuum, in diebus, ad hunc ſenſum: in diebus afflictionis ſuæ, in quibus pœnas dabat, ſuæ præuaricationis, recordata eſt Ieruſalem omnium deſiderabilium ſuorum, quorum amiſſione cruciabatur: in die enim malorum memoria præteritorum bonorum augetur dolor.

Verum Septuaginta, Chaldæos, Tigurina, Pagninus, & alij interpretes cum Vulgato vertunt, dierum: & nomine Ieruſalem, plebem in vrbe relictam intelligunt Origenes, Rabanus, Hugo, & Dionyſius, quanuis Olympiodorus cum aliis ſignificari indicet populum in captiuitate exiſtentem.

1. Expoſ. Atque ita hunc habent ſenſum hæc verba ſecundùm Origenem, & Olympiodorum. *In proſperis lapſus non aduertitur, vt in aduerſis.* Quando plebs Ieroſolymitana ſui minime compos à peccato ſubijciebatur, & humiliabatur, ſuos lapſus minime aduertebat, omnibus pro voto illi accidentibus, vbi vero eius retributio venit, cum caderet populus eius in hoſtium manus, nullo auxilium ferente, imo omnibus eam ſpernentibus, tunc demum recordata eſt eorum, propter quæ hæc patiebatur, in illis cauſas fuiſſe deprehendens, propter quas caderet populus eius, & ſine vllis auxilijs derelinqueretur.

2. expoſ. Secundo. Vt exponunt Theodoretus, Hugo, & Sanctus Thomas, reuocat in memoriam plebs Ieroſolymitana proſpera omnia, & aduerſa, quæ olim ei acciderunt, hoc eſt, varias afflictiones, quibus afflicta eſt, vt reuerteretur ad Deum, & iteratam ac pertinacem legis preuaricationem: & ſumma beneficia, quæ pro deſiderio ab exitu Iſrael de Ægypto illi contulit Deus, vt eis ſimiliter ad pietatem induceretur. *Sero ſapiunt qui.* Sero tamen, cùm nullum iam eſſet remedium, cum caderet populus eius in manus Chaldæorum, abſque Deo, & homine vllo auxiliatore.

3. expoſ. Tertio. Paſchaſius, Lyra, & Dionyſius explicant de afflictione, qua plebs vidit vrbem dirui, & templum comburi. Reuoluebat, inquiunt, memoria dies hos præteritos, in quibus perfectè afflicta eſt, & humiliata, nempe cum caderet populus in manus Chaldeorum abſque auxiliatore. Reuoluebat etiam cauſam tantæ calamitatis, nempe ſuam rebellionem, & legis tranſgreſſionem: ſimul etiam ei ſuccurrebat in mentem omnia vrbis, templique ornamenta, quæ explebant deſiderium, à tempore Salomonis.

Thr. 3. 19. Nomen Hebræum Merud, hîc, & infra capite tertio verſu 19. Vulgatus vertit præuaricationem, aut tranſgreſſionem, ſicut Tigorina rebellionem: & ſic Latini omnes expoſitores explicant de culpa tranſgreſſionis legis, aut colendi Deos alienos contra Dei fœdus. At cum Septuaginta verterint ἀπωσμῶν, hoc eſt, expulſionum, ſeu eiectionum ſuarum, aut vt Pagninus, indigentiarum, vagationum, ſeu demigrationum: Græci pro pœna accipiunt, quando plebs Ieroſolymitana eiecta eſt in captiuitatem, & è ſede patria expulſa in alienas regiones.

Deſiderabilia quæ. Deſiderabilium nomine, vel intelligit omnia beneficia illa populo ab exitu de Ægypto præſtita, vt Dionyſius vult; vel condeſcenſiones, quibus populum rebellem toties Deus ſuſtinuit: vel bona, quæ illi contulit à tempore Moſis, vt Lyra: vel ſummas delicias, quibus olim ſuis deſideriis, & concupiſcentiis ſatisfaciebat, vt Paſchaſius, Rabanus, & S. Thomas. *Expoſitio verior.* Sed melius Olympiodorus, & Hugo, deſiderabilia explicant templum, celebritates, oblationes, ſacra vaſa, denique cultum ſacrificiorum: ſic de templo dictum eſt Iſa. capite ſexageſimo quarto: *Iſ. 64. 11.* Domus ſanctificationis noſtræ, & gloriæ noſtræ, vbi laudauerunt te patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis, & omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas. Et Ezech. *Ezech. 24. 21.* capite vigeſimo quarto. Ecce ego polluam ſanctuarium meum, ſuperbiam imperij veſtri, & deſiderabile oculorum veſtrorum. De vaſis infra verſu decimo, dicitur: *Th. 1. 10.* Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius. *Acceptio alia.* Poteſt etiam intelligi, vt Vatablus exponit, regnum, & ſacerdotium, pax, victoria, prophetiæ, cæteraque illius populi ornamenta. Nam hoc nomine quæcunque pretioſa ſunt, & expetibilia etiam ſignificantur, vt vxor. Ezech. capite vigeſimo quarto. *Eze. 24. 16.* Ecce ego tollo à te deſiderabile oculorum tuorum regio. Iſa. capite trigeſimo ſecundo verſu decimo tertio: *Iſ. 32. 13.* Plangite ſuper regione deſiderabili, ſuper vinea fertili. Ierem. capite tertio verſu decimo nono: *Ier. 3. 19.*

Tribuam tibi terram deſiderabilem, & alia. Et videtur hæc ſignificatio plebi vniuerſæ conuenientior, de ſe ipſa, & bonis amiſſis loquenti.

Verſum illum (Dum caderet populus eius in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator) Hebræi cum ſequenti coniungunt: nam in fine verborum illorum à diebus antiquis, punctum adhibent, quod Athnah vocant, vt ſit ſenſus. Cùm caderet populus eius in manu hoſtium Chaldæorum, abſque vllo auxiliatore, tunc eius caſum hoſtes inſolenter tulerunt, & lætati ſunt. Confirmant autem hanc punctuandi rationem varia vaticinia ſub hac forma, hanc hoſtium inſolentiam ſignificantia, vt *Abdiæ v. 12.* Abdiæ verſu decimo ſecundo: Et non lætaberis ſuper filios Iuda in die perditionis eorum. Ezech. *Ez. 35. 15* capite trigeſimo quinto, verſu decimo tertio: Sicuti gauiſus es ſuper hæreditate domus Iſrael, eò quòd fuerit diſſipata, ſic faciam tibi. Loquitur autem de Idumæis. Veruntamen Septuaginta, Origenes, & alij omnes expoſitores cum præcedentibus coniungunt: oſtenditur enim in tempore anguſtiæ, cùm videret ſuos ciues hoſtibus Chaldæis traditos ſine auxiliatore, tum recordatam fuiſſe plebem, in quantam humiliationem deueniſſet, propter multa ſua peccata, quæ recogitabat in amaritudine animæ ſuæ, & quàm inſignia Dei beneficia contempſiſſet. Per auxiliatorem Hugo *Auxiliator quis.* Deum intelligit, ſed meliùs de auxiliatore Ægyptio intelligitur, cui ſpreto Deo, adeò Iudæi fidebant, vt infra capite quarto, & Ieremiæ capite trigeſimo ſeptimo. *Threno. 4. 17. Ier. 37. 4*

Viderunt eam hoſtes. Chaldæos ipſos intelligunt Hugo, & Dionyſius, verum de finitimis loqui videtur, Idumæis, Moabitis, Ammonitis, de quibus id prædictum fuerat à multis Prophetis, & ſimile eis ſupplicium comminatum.

Sabbati nomine cultus omnis. 13. *Deriſerunt Sabbata eius.*] Sabbati nomine Latini omnes expoſitores cultum omnium intelligunt, vt etiam Vatablus. Sed Hebræi, & Græci per Hebræi nominis ſignificatum exponunt. Nomen enim משבת Miſbat, ceſſationem ſignificat, aut requiem ab opere, aut alio ſimili, ſicut Sabbatum. Quidam ergo explicant, deriſerunt ſabbata eius, hoc eſt, ceſſationes eius, quod nempe deſierit eſſe ciuitas, & ceſſauerint negocia, commercia, & ſtrepitus ciuiles, & non eſſent ciues, qui fora, & vias frequentarent: iuxta illud Leuitic. capite vigeſimo *Leuit. 26. 33.* ſexto: Et erit terra veſtra deſerta, & ciuitates dirutæ. Tunc placebunt terræ ſabbata ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ, quando fueritis in terra hoſtili, ſabbatizabit, & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuæ, eò quòd non requieueritis in ſabbatis veſtris, quando habitabatis in ea. Et ita videntur accepiſſe Septuaginta cùm verterunt, riſerunt ſuper *μετοικεσία* eius, hoc eſt, ſuper habitatione eius, vt verſum eſt in editione Sixti, ſola, abſque vlla vrbis frequentia, vel ſuper tranſmigratione eius, vt habent Complutenſis, & omnes: quia ea fuit cauſa, quòd deſierit eſſe ciuitas, quòd captiua ducta fuerit plebs Ieroſolymitana, vt Iſaiæ 7. 8. Deſinet *Iſa. 7. 8. Iſ. 17. 1* Ephraim eſſe populus, & cap. 17. Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas. Alij ceſſationes exponunt felicitatis, & lętitiæ, qua prius fruebatur ex bonis ſuis: & ita accepit Chaldæus.

Eccleſia dolet filiorum ſuorum Vrbe Ieroſolyma adumbrata Eccleſia animaduertens multos ex fidelibus ſuis per varios errores, variaq; vitia venire in poteſtatem dæmonum: A vnum quidem per auaritiam, alium per luxuriam, *præuaricationes* alium per odium, vel inuidiam, abſque vllius remedio, vel auxilio: nulli enim ferè prælato id curæ eſt; triſtis animo reuoluit cauſas afflictionis ſuæ, nempe filiorum ſuorum aſſiduas præuaricationes, tum etiam ſumma illa beneficia, omne precium ſuperantia, quę à diebus antiquis Chriſtus ſponſus dilectiſſimus ſua illi morte comparauit: & dolet, quòd ab ingratis tam inſolenter delinquatur, contra tam beneficum redemptorem. Sunt enim cauſa, quòd hoſtes Eccleſię nomen Dei blaſphement, legemque eius, & ab operibus bonis ceſſationem derideant.

Tribulationis vtilitas. Hinc docemur quantæ ſit vtilitatis tribulatio, ſiquidem hominem facit redire ad cor, & conſiderare, quæ dum pace fouebatur, obliuione præteribat. Cum enim fidelis anima videt omni genere afflictionis concuti, ac tradi ſe in manu hoſtili, B vel calamitatum huius vitæ, vel vitiorum: quia permittitur cadere, vel in auaritiam, vel in odium, quod excedit cor, vel in luxuriam, vel in paſſiones ignominiæ, vt vocat Paulus ad Rom. 1. Nullo exiſtente qui auxilium ferat: nam quis corriget eum, quem Deus deſeruerit, quia huiuſmodi vexatio dat intellectum, redit ad ſe, & mente recogitat, ac ſimul gemit, afflictionem, humiliationem, & miſeriam huius vitæ, in quam coniecta eſt. Deinde ſua omnia peccata, quæ tantæ miſeriæ ſunt cauſa, & quantum indigeat Dei ope, vnde ait Ierem. 10. Hæc eſt infirmitas mea, portabo illam. Et Michęę 7. Iram domini portabo, quoniam peccaui ei, donec cauſam meam iudicet, & faciat iudicium meum. Gemit etiam, memoria repetens, felicem C illum ſtatum, à quo per Adamum deturbata eſt, vel quo aliquando ipſa potita eſt, iuxta illud Iob 29. Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me, quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo, quando erat Omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei. Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Hoc eſt, quando habitabam in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cœli commorabar: quando ſcuto circumdabat me veritas eius, & ſub vmbra manus ſuæ protegebat me: quando ſuis ſplendoribus illuſtrabat mentem meam, ſic vt in tenebris ambularem abſque timore nocturno: quando ſemper cordi meo erat præ-D ſens, & ego illi: & cetera. Ad huiuſmodi cogitationes maximè inducitur, cùm non tantùm ſuam conſiderat ruinam, ſed tunc præcipuè, cùm hoſtes dæmones videntes caſum eius, & quomodo ceſſauerit ab illa virtutum exercitatione, in qua prius ſeſe exercebat, derideant eam, & ita fiunt ſabbata eius in opprobrium. 1. Machab. 1. & Pſal. 12. Exultabunt ſi motus fuero. Alij explicant de die iudicij, vel de inferno. Cum enim improbi cadent in manu hoſtili dæmonum, abſque vllo auxiliatore, tunc quidem, ſero licet, & inutiliter, quia opportunè id non ſunt recordati; dum noluerunt in vita memorare nouiſsima ſua, vt non peccarent, & cum fruebantur bonis, noluerunt memores eſſe malorum, recordabuntur quidem quoties, & quam facile potuiſſent ſuam hanc afflictionem vitare: recordabuntur malorum commiſſorum, quæ fugere potuiſſent,

ad Rom. 1. 26. Eccl. 7. 14. Iſ. 28. 17. Ier. 10. 19. Mic. 7. 9. Iob 29. 2. Pſ. 90. 1. 1. Mac. 1. 41. Pſ. 12. 15. De die extremo

tuiſſent, & non fugerunt: & bonorum, quæ facere
potuiſſent, & non fecerunt, tum demum beneficiorum Dei aſſiduorum, quibus alliciebantur ad
Dei cultum, & virtutis amorem, & non attende-
Sap. 5. 6. runt: & tunc dicent, Sap. cap. 5. Ergo errauimus à
via virtutis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis. Laſ-
ſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & am-
bulauimus vias difficiles, viam autem domini
ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia, aut di-
uitiarum iactantia quid contulit nobis? & cetera.
Tunc dęmones videntes improbos ridebunt otia,
ac negligentiam eorum: nam tyranni ridiculi eo-
Habac. 1. 10. rum erunt Habac. 1. Aut certè cum improbi ca-
dent in poteſtatem dæmonum, probi recordabun-
tur afflictionum, quas pro virtute pertulerunt, &
præuaricationum, quas vel vitarunt, vel pœniten-
tia deleuerunt, & beneficiorum omnium diuino-
rum, quibus liberati ſunt à caſu, in quem vident
Prou. 21. 11. incidiſſe fratres ſuos, ſui ſimiles, nam Prouerb. ca-
pite decimo nono: Mulctato peſtilente ſapientior
Pſ. 77. 34. erit paruulus: & Pſal. ſeptuageſimo ſeptimo: Cum
occideret eos improbos, quærebant eum probi, &
reuertebantur alieno periculo, & multiplicatis
malorum infirmitatibus, probi poſtea accelera-
Pſ. 15. 4. uerunt Pſalmo decimo quinto: Non erit au-
Pſ. 48. 8. tem huiuſmodi improbis auxiliator, quia Pſalm.
quadrageſimo octauo: Frater Chriſtus non redi-
met tunc, redimet homo alius quiuis, quantumuis
Iob. 5. 1. ſanctus? Iob capite quinto: Vocas ergo, ſi eſt qui
tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuer-
tere, tunc deridebunt eos dæmones, cum dicent
Sap. 5. 3. Sap. capite quinto: Hi ſunt, quos aliquando ha-
buimus in deriſum, & in ſimilitudinem imprope-
rij, & cetera.

14. *Peccatum.*] Illa ingeminatione, peccatum
peccauit, inueteratam ſignificat Propheta pec-
candi conſuetudinem, quam reſiſtendo Deo per
ſuos prophetas admonenti, ad finem vſque dedu-
xit plebs Ieroſolymitana. Fuit autem hoc pecca-
Idololatria. tum ceterorum omnium cauſa, idololatria, vt re-
ctè notarunt Paſchaſius, Hugo, & S. Thomas. &
colligitur apertè ex libro quarto Regum, vbi huic
peccato pœna hîc inflicta intentatur. Nam cum de
Manaſſe dictum fuiſſet 4. Regum vigeſimo primo
4. Reg. 21. 2. verſu ſecundo. Fecitque malum in conſpectu do-
mini iuxta idola gentium, quas deleuit dominus à
4. Reg. 23. 26. facie filiorum Iſrael, capite vigeſimo tertio, verſu
vigeſimo ſextò dicitur: Verum non eſt auerſus do-
minus ab ira furoris ſui magni, quo iratus eſt con-
tra Iudam propter irritationes, quibus prouoca-
uerat eum Manaſſes, & de Ioakim additur verſu
trigeſimo ſeptimo: Et fecit malum coram domi-
4. Reg. 24. 19. no iuxta omnia, quæ fecerant patres eius: & capite
vigeſimo quarto, verſu decimo nono de Sedecia,
Et fecit malum coram domino iuxta omnia, quæ
fecerat Ioakim. Iraſcebatur enim dominus contra
Ieruſalem, & contra Iudam, donec proijceret eos
à facie ſua. Conſtat etiam ex pœna ſubiuncta: pro-
Inſtabilitas pœna idololatriæ: commotionum. pterea inſtabilis facta eſt, hoc eſt, mota eſt de loco
ſuo, nec potuit in eo conſiſtere, ſed captiua abdu-
cta eſt, vt explicant Olympiodorus, Rabanus, Hu-
go, & S. Thomas, & ſua verſione Septuaginta, dum
dicunt, propterea in commotionem, vel fluctua-
tionem facta eſt: quæ pœna infligitur peccato ido-
4. Reg. 21. 7. lolatriæ. 4. Regum capite vigeſimo primo, illis
verbis: Poſuit Manaſſes idolum luci, quem fecerat
in templo domini, ſuper quo loquutus eſt domi-

A nus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius. In
templo hoc, & in Ieruſalem, quam elegi de cunctis
tribubus Iſrael, ponam nomen in ſempiternum, &
vltra non faciam commoueri pedem Iſrael de ter-
ra, quam dedi patribus eorum. Si tamen cuſtodie-
rint opere omnia, quæ præcepi eis, & vniuerſam
legem, quam mandauit eis ſeruus meus Moyſes.
Et 3. Reg. 9. dixit Deus Salomoni, Si abieritis, &
colueritis Deos alienos, & adoraueritis eos, aufe- 3. Reg. 9. 6.
tam Iſraël de ſuperficie terræ, quam dedi eis. Adeo
vt ſicut fornicatio non tollitur, niſi per fugam, de
qua Paulus: Fugite fornicationem, ita fornicatio 1. Cor. 6. 18.
ſpiritualis, niſi migratione auferri debet.

Origenes, Pagninus, & Vatablus commotio-
nem, quæ inſtabilis à Vulgato eſt tranſlata, pro ca-
pitis agitatione accipiunt, quę deriſionem indicat,
vnde vertunt, idcirco in deriſionem fuit, aut ludi-
B brio fuit gentibus. Sequitur enim; omnes qui glo-
rificabant eam, ſpreuerunt illam, vel vilem habue-
runt eam; aut vt Vatab. fluere, hoc eſt, lachrymas
emittere fecerunt eam. Tertio, videtur alijs hîc
ſignificari menſtruatæ mulieris ſeparationem,
quam Græci ἄφεδρον, nos excommunicationem:
vulgò dicimus, nam aqua ſeparationis, quam Vul-
gatus luſtrationis, ſeu aſperſionis transfert, נִדָּה
Niddah vocatur, Num. 19. v. 9. 13. 21. 22. Et mulier Numer. 19. 9. 13.
menſtruata, hoc eſt, elongata à commercio cete-
rorum, Ez. 16. 6. נִדָּה Niddah, etiam dicitur, & quod Ez. 16. 6. Ezec. 17. 20.
legitur Ezech. 17. 20. Propter hoc dedi eis illud in
immunditiam, Septuaginta ἄφεδρον, Hebraicè
לְנִדָּה Leniddah, vt & hoc loco: alij vertunt in elon-
C gationem, ſeu in diſiectionem, aut ſeparationem:
erit ergo ſenſus, peccatum peccauit Ieruſalem
polluta ſanguine immundo, propterea in elonga-
tionem, ſeu in ſeparationem facta eſt. Confirmat
hunc ſenſum, quod de Ieruſalem, tanquam de mu-
liere menſtruata fit ſermo, cum dicitur: Viderunt
ignominiam eius. Et verſ. ſequenti: Sordes eius in
pedibus eius.

Viderunt, ait, ignominiam eius. Metaphora eſt Proſtitutæ mulieris ignominia.
ducta à muliere proſtituta. Solet enim comminari
Deus per Prophetas denudationem turpitudinis,
fæmorum, & crurium, quo mulieri nihil poteſt ac-
cidere ignominioſius. Et ita hîc ait, gentes ſpreuiſ- Supplicio culpa detegitur.
ſe Ieruſalem, videntes eius ignominiam, aut turpi-
tudinem, quæ patuit in eius vaſtitate, pœnæ enim
grauitate, culpæ grauitas patẽtior fit. Vnde Olym-
piodorus, illo namque graui ſupplicio eius peccata
D detecta, apertaq; ſunt, propter quę ſic eſt mulctata.
Sicut enim mulier omnibus impudenter expoſita,
& irriſione affecta præ nimio pudore faciem re-
trorſum conuertit, ne ſe videat, ſe ipſam erubeſ-
cens, ſic, ait, contigiſſe Ieruſalem. Tanto enim ſup-
plicio eius turpitudo eſt omnibus manifeſtata, vt
ſe ipſam reueretur, & non tantum reliqui, ſed ipſa
ſemet, & ideò auertit à ſe vultum. Quare ex He-
bræo vertit Pagninus ipſa etiam ſuſpirauit, & con-
uerſa eſt retrorſum. Confirmat hunc ſenſum, quod
dicitur: Sordes eius in pedibus eius, Origenes,
Olympiodorus, & Bonauentura explicant, con-
uerſa eſt retrorſum, à mala vita ad bonam regreſſa
eſt. S. Thomas, Lyra, & Dionyſius exponunt, à glo-
ria, & proſperitate, in qua Dei munere prius erat;
deiecta eſt in ſtatum miſerum captiuitatis: iuxta id
quod dicitur verſu ſequenti, depoſita eſt vehe-
menter. Paſchaſius verò, Hugo, & S. Bonauentura,
dicunt exprimi habitum eorum in captiuitatem,

qui frequenter retro aſpiciebat, vale patriæ finibus dicens, quos retro derelinquebat. Verùm prior
Pſ.69.4 ſenſus germanior eſt, iuxta illud Pſal. 69. Conuertantur retrorſum, & erubeſcant qui volunt mihi mala.

Superbia quo præcipitet. Sane ſpiritualis Ieruſalem, propter ſcelus idololatriæ, quo ſeipſam coluit, peccato ſuperbiæ præcipuè, non poteſt conſiſtere, ſed in omne vitiorum
Pſ.35.12 genus ducitur captiua: iuxta illud Pſal. trigeſimi quinti, Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatorum non moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare: cumque ad eam ignominiam deuenerit, Dei permiſſu, vt peccata ipſa palam fiant, tunc denudat Deus turpitudinem eius, quam qui vident, admirantur quidem, & non modico ſtupore tenentur, dum contemplantur priorem eius felicitatem: propter quam eam glorioſam putabant, & quàm facile deciperentur, non penetrantes internam turpitudinem, quam Deus externa caſtigat:
Iſ.14.12 vnde illa admiratio, quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris, & cæteræ, & ita ſpernunt eam, iuxta illud Naum capite tertio: Reuela-
Naum 3.5. bo pudenda tua in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & ponam te in exemplum, omnis qui viderit te, reſiliet à te, & dicet, vaſtata eſt
Pſ.30.13 Niniue, hoc eſt, pulchra. & Pſal.30. Qui videbant me foras fugerunt à me. Ipſa verò hoc pudore excitata, gemit, & conuertitur retrorſum ad Deum,
Hoſ.2.7. quem deſeruerat, dicens, Hoſeæ capite ſecundo: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene erat mihi tùnc melius quàm nunc. Pſalmo
Pſ.82.17 octuageſimo ſecundo: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Conuertitur etiam ad ſemetipſam, & inuenit, latens peccatum ſuperbiæ præceſſiſſe, propter quod inſtabi-
Lucæ 15. 32. lis facta eſt, ac de vitio in vitium corruerit, vt quidem contigit filio prodigo.

15. *In pedibus eius.*] Proſequitur metaphoram mu-
Metaphora menſtruata. lieris menſtruatæ, cuius immunditia in pedibus apparet, etiamſi reliquum corpus decorum videatur. Hebræi hîc, Chaldæus, Tigurina, & Pagninus pro [in pedibus eius] in fimbriis eius, aut in oris veſtis, legunt: idque Hebræum nomen ſignificat, vnde
Ierem. 13.22.26 Ieremias capite decimo tertio, verſu vigeſimo ſecundo, & vigeſimo ſexto, quòd Vulgatus dixit: reuelata ſunt verecundiora tua, & nudaui fœmora tua, ex Hebræo vertitur, diſcoopertæ ſunt fimbriæ tuę: & ego diſcooperui fimbrias tuas. Sed quia fimbriarum immunditiæs pedes inficit, propterea Septuaginta, & Vulgatus rectè, in pedibus eius tranſtulerunt. Hac autem forma loquendi ſolet ſcriptura ſignificare, Deum ipſum detecturum ſordes
Flagitia occulta ſupplicio detecta. eius in pedibus, ſeu fimbriis eius, flagitia eius detegens, ac publica faciens, per vindictam, & ſupplicium, vt Ierem.13.22. præmiſſa pœna, inquit: Quod ſi dixeris in corde tuo, quare venerunt mihi hæc?
Iere. 13. 22. Reſpondet, propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata ſunt verecundiora tua, pollutæ ſunt plan-
Ez. 16. 37. tæ tuæ. Ezech.16.37. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commiſta es, & omnes, quos dilexiſti cum vniuerſis quos oderas, & congregabo eos ſuper te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam, & iudicabo te iudicio adulterarum.
Eze.23. 10. Et cap.23.10. clariùs. Propterea tradidi eam in manus amatorum ſuorum, in manus filiorum Aſſur, ſuper quorum inſaniuit libidinem. Ipſi diſcooperuerunt ignominiam eius, filios, & filias eius tulerunt, & ipſam occiderunt gladio. Et Naum 3.5. de *Naum 3.5.*
Niniue: Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Et infra capite quarto, verſu vigeſimo pri- *Th.4.21*
mo: Gaude, & lætare filia Edom, ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis. Con- *1.expoſ.*
ſtat ergo ex his, ſatis apertus huius loci ſenſus, quòd quemadmodum mulieris alioqui decoræ interna menſtrui immunditia in fimbriis apparet cruore infectis: ita in extrema vindicta, & pœna, qua punita eſt Ieruſalem omnibus traductæ ſunt, & manifeſtatæ culpæ, quibus eam meruerat. Vnde ſequitur, nec recordata eſt finis ſui, hoc eſt, huius extremæ pœnæ, qua erat tandem afficienda, vt mox dicemus. Secundo. Chaldæus, Lyra, Vata- *2.expoſ.*
blus, & Iſidorus aliter explicant ſimilitudinem, quod quemadmodum mulier menſtruata, tam copioſè ſolet emittere ſanguinem, vt fimbrias, pedeſque inficiat, nec curat cruorem eluere, ne ab omnibus conſpiciatur: ita tanta fuit Ieroſolymitanæ vrbis impudentia in committendo idololatriæ peccato, vt non ſit verita publicè idolis cultum exhibere, & ſuam omnibus notam facere immunditiem. Tertio. Hugo ſic explicat: Satis indicantur *3.expoſ.*
ſordes, & peccata eius in pedibus, hoc eſt, in hac pœna, qua ducuntur pedites Iudæi captiui Babylonem: vt de Tyro ait Iſa. capite vigeſimo tertio: *Iſ.23.7.*
Ducent eam pedes eius longe ad peregrinandum. & Baruch capite quinto: Exierunt à te nudis pedi- *Bar.5.6*
bus ducti ab inimicis. Quarto. Secundùm Hugo- *4.expoſ.*
nem etiam, & Bonauenturã, Mæror eius ſatis oſtẽditur in eius pedibus, iuxta illud 2. Regum 19.24. *2.Reg. 19.24.*
cum Miphiboſeth deſcendit in occurſum regis illotis pedibus, & intonſa barba, quo ſuum mœrorem oſtenderet. Quinto. Iuxta Paſchaſium, & eun- *5.expoſ.*
dem Hugonem. Sordes eius in pedibus eius, hoc eſt, in Doctoribus, qui ſunt via, & pedes, quibus ducenda erat ad pietatem, & verum cultum: at quia erant ſordibus, & peccatis coinquinati, potius reuocabant, quàm ducebant. Sed primus ſenſus eſt omnino verus, & germanus.

16. *Nec recordata eſt.*] Finis ſui, aut nouiſſimi ſui, hoc eſt, huius extremæ pœnæ captiuitatis, quam tandem propter ſua ſcelera Iudæi pertulere. Sic Chaldæus, Hugo, Bonauentura, Lyra, Dionyſius, & Vatablus, quamuis Paſchaſius de Chriſto, qui eſt finis legis, Rabanus, & S. Thomas de iudicio extremo, vel morte exponunt, ſed myſticè quidem. Rectè Eccleſiaſticus c.7. in fine: In omnibus ope- *Eccl.7.*
ribus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

17. *Depoſita eſt vehementer.*] Ex Hebræo legitur cum Chaldæo, Septuaginta, Pagnin. & Vatab. Deſcendit mirabiliter, aut corruit cum admirationibus, quia omnibus admirantibus, ac ſtupentibus, tam florentis, ac eximij regni caſum lamentabilem, deiecta eſt, ac punita Ieruſalem. Vnde capite ſecundo, verſu decimo quinto dicitur: Plau- *Th.2.15*
ſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam, ſibilauerunt, & mouerunt caput ſuum ſuper filiam Ieruſalem, hæccine eſt vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuerſæ terræ?

18. *Vide Domine.*] Nomine vrbis Ieruſalem, vt dicunt Paſchaſius, Hugo, Lyra, & Dionyſius,

occaſione

occaſione ſumpta ex afflictione maxima, in qua eſt, conuertit ſe ad deprecandum Deum; ac proponit coram eo pœnam, quam patitur, & hoſtis ſoperbiam. Precatur autem, vt videat afflictionem ſuam, hoc eſt, miſereatur: nam tunc dicitur dominus videre afflictionem, cum miſericordia motus ex illa eripit. Sic Exod. capite tertio verſu ſeptimo: Dixit dominus Moſi: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & ſciens dolorem eius deſcendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum. Pſalm. trigeſimo; Quoniam reſpexiſti humilitatem meã, ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam. Secundo. Coram proponit hoſtis arrogantiam, dicẽs: Quoniam erectus eſt inimicus, hoc eſt, vt habetur ex Hebræo: Magnificauit ſe, aut iactauit ſe hoſtis, quaſi non tua, ſed ſua virtute me deiecerit, ſic Paſchaſius, Rabanus, Hugo, & Vatablus, vt Iſa. capite trigeſimo ſeptimo, verſu decimo ſeptimo: Precatos eſt Deum Ezechias: Inclina domine aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ miſit ad blaſphemandum Deum viuentem.

Videre Dei, eſt miſereri. *Exo 3.7.* *Pſ.30.8.* *Iſ.37.17*

Iam ſordes Eccleſiæ in pedibus eius, explicant Paſchaſius, Hugo, & Dionyſius: hoc eſt in prælatis, & concionatoribus, qui ſunt pedes Eccleſiæ, quibus Euangelium circumfert per orbem. Epheſ. capite ſexto: Calciati pedes in præparatione Euangelij pacis. Naum capite primo: Ecce ſuper montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. Dum autem ſordeſcunt pedes, quid mirum ſi ceteri coinquinentur: quia non eſt recordata finis ſui, quia, videlicet, illi prædicatores non adducebant illi in memoriam extremum ſupplicium, quo Deus afficit eos, qui ſunt ſordibus infecti peccatorum. Sed conformius literali ſenſui dicemus, quod filij Eccleſiæ non conſiderent pœnam, quę tandem infligi ſolet à Deo peccatis, non ea præcauent, ſed impudenter ſe illis coinquinant: idcirco in extremis ſuppliciis, & afflictionibus, quibus quotidie in variis ſuis partibus afficitur Eccleſia: videmus quàm grauibus ſauciata ſit vulneribus, nam bella frequentia, peſtes, & fames, hæreſes tam multæ exortæ ſatis oſtendunt multa peccata, quæ præceſſerunt. Sicut enim nemo repente fit optimus, ita nemo repente fit peſſimus. Vnde depoſita eſt de priori illo decore, quo priùs gaudebat, cum omnium admiratione, abſque vllo conſolatore. Atque ita ſua met afflictione cogitur, cùm nullum in hominibus reperiat auxilium ad Deum recurrere, & ſuam illi proponere afflictionem, vt miſereatur: & hoſtium hæreticorum impudentiam, & ſuperbiam, vt comprimat eos ſua virtute.

Pedes Eccleſia qui. *ad Ephe. 6 15.* *Naum 1. 15.*

Et ſpiritualis Ieruſalem, ſi prudenter ſuam rem gerat, debet præ oculis habere finem ſuum, ad quem condita eſt, nempe vt adhæreat Deo, & Chriſtum, qui eſt finis legis, & Prophetarum, ad Romanos capite decimo, per omnia imitetur, Tum etiam extremum diem mortis, & iudicij, vbi omnes aſtare oportebit ante tribunal, vt referat vnuſquiſque pro vt geſſit. 2. Corinth. capite quinto: ideò Eccleſiaſt. capite ſeptimo, dicitur: Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Et iuxta præfixum ſibi finem eligere media: ſiue enim à mundo proponantur diuitiæ, ita illis vtatur, ac qui nihil intulit in hunc mundum, nec ſecum ablaturus eſt, vt ait Paulus 1. ad Timoth. capite ſexto: Siue caro ſuggerat voluptates, illis iuxta rationem vtatur, mortis diem pręoculis habendo: nam mortis memoria ſumma eſt Philoſophia: ſic patres illi veteres voluptati ſe moderatè dabant, vt Tobias capite octauo, & Sara vxor eius, quia memoria retinebant, ſe morti obnoxios, vt viros priores, vnde nec luxuriæ cauſa, ſed ſola poſteritatis benedictione, in qua Dei nomen erat benedicendum, contraxerunt; atque ita dum coniugio ipſi operam dabant, ſocer parauit ſepulchrum, in quo eſſent humandi, coniugij voluptatem ſepulchri præſentia temperantes. Prętereà ſi diabolus concitet ad ambiendos honores, conſideret diem iudicij, & inferni, quando ſumma ignominia ſunt afficiẽdi; aut contempletur, quem exitum habuerit Chriſtus pro nobis, quanta ſic paſſus. Huiuſmodi fines qui non conſiderat, non rectè eligit media, gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia, inquit Moſes Deuteronom. capite trigeſimo ſecundo: Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Hinc factum eſt, vt ſordes eius ſint in pedibus eius, hoc eſt, vt ſordes peccatorum, quibus ſe coinquinauerat, denudentur, & manifeſtę fiant omnibus, tam in iudicio, quàm in inferno: iuxta illud Eccleſiaſt. capite vndecimo, verſu vigeſimo nono: Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius. Et Geneſ. capite quarto, dictum eſt Cain: Nonne ſi bene egeris recipies, ſi autem male ſtatim in foribus peccatum tuum? Hebr. & ſi non bene feceris ad hoſtium peccatum accubat ſepulchri: culpa enim ipſa ſe prodit, meritum repoſcens ſupplicium.

ad Rom. 10. 4. *Prudentia vera* *2. Cor. 5. 10.* *Eccle. 7. 40.* *1. Ad Tim. 6. 7.* *Philoſophia ſumma.* *Tob. 8. 1* *Deuter. 32. 29.* *Eccl. 11. 29.* *Gen. 4. 7.*

19. *Manum.*] Per hoſtem, Chaldæos intelligunt Chaldæus Paraphraſtes, Paſchaſius, Hugo, & S. Thomas. At R. Salomon, quem ſequitur Lyra, intelligit Ammonitas, & Moabitas, quia in ſubiuncta ratione de his tantum fit ſermo, ait enim: Quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum. Manum miſit: poteſt intelligi, vel ad occidendum, vt accipit Chaldæus, & ſic omnia deſiderabilia erunt: viri ſpecioſi, & pulcræ mulieres, vt etiam capite ſecundo dicitur: Occidit omne, quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filiæ Sion, vel ad deprædandum vrbem, & templum ſimul: vt Hugo, & Sanctus Thomas intellexere: & ita deſiderabilia eius ſunt omnia vrbis ædificia, & ornamenta, tum etiam templi, iuxta illud Ieremias capite quinquageſimo ſecundo: Nabuzardan incendit domum domini, & domum regis, & omnes domos Ieruſalem. Vel templum tantum, vt accepere Origenes, Gregorius Nazianzenus oratione de pace, Theodoretus, Paſchaſius, Rabanus, Bonauentura, Dionyſius, & Vatablus, & per deſiderabilia intelligunt omnia precioſa templi: vt dicitur 4. Reg. 25. 13. & Ieremiæ 52. 17. Columnas quoque æreas, quæ erant in domo domini, & baſes, & mare æneum, quod erat in domo domini, confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem: & lebetes, & creagras, & pſalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vaſa ærea, quæ in miniſterio fuerant, tulerunt, quotquot aurea, aurea, & quotquot argẽtea, argentea. Lyra cum R. Salomone, quia nomine hoſtis intellexit Ammonitas, & Moabitas, dicit: Chaldæis currentibus ad aurum, & argentum, has duas gentes accurriſſe ad templum ad rapiendum, & comburendum libros legis, qui ſunt deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem precioſum multum. Pſalm. 18.

Thr. 2. 4 *Ier 52. 12.* *Origen.* *Nazianzenus.* *4. Reg. 25. 13.* *Iere. 52. 17.* *Pſ. 18. 11*

quia in illis interdictus erat eis ingreſſus in tēplū.
20. *Quia vidit.*] Quidam ex interpretibus, vt
Paſchaſius, Hugo, Sanctus Thomas, & Bonauen-
tura, his verbis dicunt reddi rationem ſupradictæ
deprædationis: & iuxta eos, particula, quia, ratio-
nalis eſt, reddit enim rationem illius pœnæ, quòd
hoſtis miſit manum ad omnia deſiderabilia Ieru-
ſalem, quia dominus vidit hanc culpam meren-
tem illam pœnam in ea, quod induxerint gentes
fœdere coniunctas in templum, iuxta illud Ezech.
Ez. 44. 7. capite quadrageſimo quarto verſu ſeptimo: Suffi-
ciant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſraël, eò
quòd inducitis filios alienos incircunciſos corde,
& carne, vt ſint in ſanctuario meo: ſic Hugo. Vel
gentes intelligit ſacerdotes ipſos more gentium
viuentes, qui non ſeruantes legitima, Leuit. capite
Leu. 21. 1. vigeſimo primo, cum multis maculis ingredie-
bantur in ſanctuarium, vt exponunt Paſchaſius, &
Sanctus Thomas. Sed Rabanus, Sanctus Tho-
mas, & Dionyſius de ipſo exercitu Chaldæorum
ex variis gentibus coacto intelligentes, plebem
ipſam Ieroſolymitanam adhibent ſuppoſitum
verbo, vidit, & tunc particula, quia, accipienda eſt
Gen. 4. 12. pro, cum, vt Geneſ. capite quarto, verſu duo-
decimo: Cum colueris terram, non dabit tibi fru-
ctus ſuos: vt ſit ſenſus: Hoſtis miſit manū ſuam ad
omnia deſiderabilia eius, quando vidit ingredi
gentes prohibitas ſanctuarium Dei. Veruntamen
Chaldæus, Theodoretus, Olympiodorus, R. Sa-
lomon, Lyra, Vatablus, & Iſidorus, hunc verſum
explicant tantùm de Ammonitis, & Moabitis:
nam his ſolùm interdictum fuit à Deo ingreſſus in
Deuter. 23. 3. Eccleſiam. Deuteronom. capite vigeſimo tertio,
verſu tertio, illis verbis: Ammonites, & Moabites
etiam poſt decimam generationem non intrabunt
Eccleſiam domini in æternum, quia noluerunt
vobis occurrere cum pane, & aqua in via, quando
egreſſi eſtis de Ægypto, & quia conduxerunt con-
tra te Balaam filium Beor de Meſopotamia Siriæ,
vt malediceret tibi: & tunc particula, quia, expleti-
ua eſt, non reddēs rationem, pro, ſanè, aut etenim,
Iſa. 7. 9. vt Iſa. capite ſeptimo, verſu nono: Si non crederi-
Iſ. 29. 16 tis כ, ſanè non permanebitis, aut, pro, &, vt Iſa. cap.
vigeſimo nono, verſu decimo ſexto, & כ dicat
opus factori ſuo, non feciſti me: aut eſt amplifi-
Iſ. 29. 16 cantis particula pro, quid, vt Iſa. capite vigeſimo
nono, verſu decimo ſexto; Quid? dicet opus facto-
Iſ. 36. 19 ri ſuo, non feciſti me? Et Iſa. capite trigeſimo ſex-
to, verſu decimo nono: Et quid? liberauerunt Sa-
mariam de manu mea? ſic in hoc loco: Miſit hoſtis
Chaldæus manum ſuam ad omnia deſiderabilia
eius. Etenim, aut ſane, vidit, quod grauius eſt, Am-
monitas, & Moabitas ingredi ſanctuarium; aut,
Quid? vidit, quod eſt mirabilius: aut, miſit hoſtis
manum, & vidit Ieruſalem, quod nunquam antea
viderat, gentes ingredi ſanctuarium ſuum.
Eccleſia nomen quid noset. 21. *Eccleſiam.*] Nomine Eccleſiæ Theodoretus,
Olympiodorus, & Dionyſius templum intelli-
gunt, in quod gentibus ingredi prohibitum erat.
Ex Hebræis quidam intrare in Eccleſiam putant
eſſe affinitate coniugij, quod in æternum fuit in-
3. Reg. 20. 1. terdictum Iudæis cum Ammonitis, & Moabitis.
Commercium cum gentibus prohibitum Iudæis. Quæ intelligentia ſatis exprimitur 3. Regum ca-
pite vndecimo, cùm dicitur: Rex autem Salomon
adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quo-
que Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas,
Idumæas, & Sidenias, & Cethæas de gentibus, ſu-
per quibus dixit dominus filiis Iſrael, non ingre-
diemini ad eas, neque de illis ingredientur ad ve-
ſtras. Certiſſimè enim auertent corda veſtra, vt ſe-
quamini Deos earum: quod præceptum traditum
eſt Iudæis Exod. capite trigeſimo quarto, verſu Exo 34. 16.
decimo ſexto: & ita Deuteronom. capite vigeſimo Deuter. 23. 1.
tertio, verſu primo dicitur: Non intrabit Eunu-
chus Eccleſiam Domini, hoc eſt, non habebit ius
matrimonium cum Iſraelitide contrahendi: Nam
cur ille prohiberetur eſſe de populo Dei? Putant
alij nomen, Eccleſiam, Hebraicè קָהָל Kahal, hoc
eſt, cœtum, ſeu congregationem, latius patere, &
ſignificare quamcunque coniunctionem, tam ma-
trimoniorum, quàm commerciorum, & politia-
rum: denique pertinere ad eundem populum: nam
totum populum ſignificat hoc nomen, vt patet
Num. 20. 4. Cur eduxiſtis Eccleſiam domini in ſo- Num. 20. 4.
litudinem. Et Iud. 20. 2. Et cunctæ tribus Iſrael in Iud. 20. 2.
Eccleſiam Dei conuenerunt 4000. peditum pu-
gnatorum. Et in hac ſignificatione hîc accipi patet
ex Deut. 23. 3. vbi Ammonitis, & Moabitis inter- Deuter. 23. 3.
dicitur ingreſſus in Eccleſiam domini in ęternum:
& quid hoc ſit, explicatur, cum dicitur, non facies
cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus
vitæ tuæ in ſempiternum. Et Exod. 34. non tan- Exod. 34. 12.
tum coniugia, ſed amicitiæ, & fœdera cum genti-
bus prohibentur iniri. Ex ratione autem ſubiun-
cta ſatis oſtenditur, nomine Eccleſię non intelligi
religionem, & fidem, ſed humanam ſocietatem:
nam qui conuertebantur, ad eandem Eccleſiam
pertinebant, & eiſdem iuribus potiebantur: vnde
Ruth Moabitis cap. 1. 16. dixit ſocrui ſuæ: Populus Ruth. 1. 16.
tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus, &
accepit eam Booz in vxorem. Gentes autem dum
permanebant in ſua falſa religione, prohibebantur
ingredi in Eccleſiam domini, & ſocietatem popu-
li inire cum Iſraelitis: quod in æternum prohibe-
tur Ammonitis, & Moabitis, cum Ægyptiis. Deut. Deuter. 23. 8.
23. 8. Tertia generatione concedatur ob benefi-
cium collatum, cum Iſrael aduena fuit apud eos,
quod ſi de vera religione loqueretur, non eſſet cur
tertia generatio expectaretur, cum etiam in prima
& ſecunda concedi deberet, cùm nulli ſalutis via
debeat intercludi. Vtitur ergo Ieremias argumen-
to à minori ad maius. En vidit plebs Iudaica rem
inſolitam, gentes illas, quibus cum ſocietatem ini-
re prohibitum erat, non tantum in vrbem ingredi,
& commercia exercare, ſed quod grauius eſt, tem-
plum ipſum, & templi adyta ſuis calcare pedibus,
eaque, quæ, nec ſacerdotibus datum eſt, impunia
manibus contingere.

Hinc diſcamus, in quanta afflictione verſetur Eccleſia calamitas.
Eccleſia Dei, quòd victorem ſe iactet inimicus, de
quo ſubdit: hoſtis antiquus manum miſit ad de-
prædanda omnia Eccleſiæ deſiderabilia: nempè
doctrinam fidei, ſacramentorum vſum, Euchari-
ſtiæ frequentiam, morum proborum exercitatio-
nem, meditandi aſſiduitatem, & ſacrorum virorum
tam ſecularium, quàm regularium puritatem, &
exemplum. His enim ſpoliis incraſſata eſt pars
eius, & cibus eius electus Habac. 1. 16. Semper ſane Habac. 1. 16.
ad precioſiſſima, & electiſſima quæque conculcan-
da, & coinquinanda, ſuas vires adijcit. Et quod
grauius eſt, omnino conatur, vt gentes, ideſt, qui
adhuc præputium habent, & incircunciſi ſunt,
& gentium more vitam agunt, ingrediantur in
ſanctuarium Dei, vt videlicet tam religioſi, quàm
clerici

clerici altaris miniſtri, qui in ſanctificationem quotidie ingrediuntur, vitam agant ſecularium, & gentilium, cum tamen illis præceperit Deus, *Leuit. c. 11. 44.* Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Simile quid fecit radix peccati Antiochus 1. Machabæorum capite primo, verſu vigeſimo tertio: *1. Mac. 1. 23.* Qui intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit omnia vaſa templi, & ſublatis omnibus abiit in terram ſuam: & fecit vt ædificaretur Gymnaſium Ieroſolymis ſecundum leges nationum, & vt facerent ſibi præputia, & iungerentur nationibus, venundatique ſunt, vt facerent malum. De huiuſmodi dicitur Pſalmo 78. *Pſal. 78.* Deus venerunt gentes inhæreditatem tuam, pollu erunt templum ſanctum tuum.

Diaboli vaſtitas in animā penetrantis. Simili penitus morbo hoſtis ſpiritualis Ieruſalem diabolus in templum Dei, & in animæ penetralia per varia tentamenta ingreſſus; vrbe diruta, & captis foribus, manum ſuam extendit ad ſanctuarium, quod aliis, præterquam ſummo ſacerdoti Chriſto inacceſſum eſt: & omnia eius deſiderabilia eripit, virtutes videlicet, ceteraque ſupernaturalia ornamenta, quibus colebat Deum, altare aureum cordis, in quo ipſius cordis thimiama ſingulis diebus offerebat Deo in odorem ſuauiſſimum: candelabrum luminis, intelligentiam videlicet internam, omnem domum cœleſti lumine illuſtrantem: menſam propoſitionis, hoc eſt, voluntatem probis affectibus, tanquam ſuauiſſimis panibus menſam refertam: phialas aureas, & omnia alia vaſa concupiſcibilia, nempe omnes facultates virtutibus deauratas, quibus frequentes Deo offeruntur oblationes, accepit argentum, eloquia, ſcilicet diuina, quæ ſunt argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum, *Pſ. 11. 7* & aurum orationis; denique omnes theſauros occultos, quos inuenit, dona, videlicet, ſingularia à Deo vnicuique tributa: horum loco ſuccedunt gentes, quas nec admittere licebat in ipſam communem Eccleſiam, quæ irruunt, nemine reſiſtente, in locum ſanctificationis, vitia, videlicet, omnia, & quæ è carne ortum habent, quæ militat aduerſus ſpiritum. *Ad Gal. 5. 17.* Hæc enim primùm altare cordis diripiunt, ac poſſident: mentem falſis, improbiſque opinionibus imbuunt: & ſapientiæ carnis, quæ inimica eſt Deo, ad Roman. capite 8. *Ad Rom. 8. 7.* ædificat gymnaſium ſecundum leges nationum, legis libris combuſtis. In menſa voluntatis, in qua panes ſanctificati proponebantur Deo, & Angelis, iam parantur diabolo, mundo, & carni: denique, & facultates omnes commaculat, verbum Dei, eiuſque conſiderationem aufert, vſum orandi infirmum reddit, vnde cetera dona, quibus tanquam occultis theſauris locupletabatur anima, prædatur, ac perdit, & pauperem omnino relinquit.

4. Reg. 25. 3. 22. *Quærens panem.*] De fame loquitur, quæ fuit tempore obſidionis, vt patet. 4. Regum capite vigeſimo quinto verſu tertio, & Ierem. capite quinquageſimo ſecundo verſu ſexto: *Ier. 52. 6* Menſe quarto, nona menſis obtinuit fames ciuitatem, & non erant alimenta populo terræ. Cui, vt modicum ſatisfacerent, dabant quæcunque præcioſa habebant pro cibo: vt intelligunt Origenes, Olympiodorus, & reliqui, iuxta illud capitis quinti: *Thr. 5. 6* Ægypto dedimus manum, & Aſſyriis, vt ſaturaremur pane. Solus Theodoretus infantes intelligit, quorum

A carnibus veſcebantur, quæ deſiderabilia dicuntur: nam infra capite quarto verſu decimo, dicitur, *Th. 4. 10* Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos, facti ſunt cibus eorum in contritione filiæ populi mei. Quod addit, quia facta ſum vilis, Hebraicè eſt זוֹלֵלָה çolelah, & Chaldæus, & Tigurina vertunt, quia ſui edax, aut epulatrix. Significat enim eam vilitatem, quæ conſequitur epulones, qui in rem aliquam vilem omnia prodigunt, præcipuè vt cibos, & carnes deuorent: & hoc nomine ſignificatur Ieruſalem, quæ de ſe dicat: quæ aliâs optime curauerim cuticulam, nunc anguſtiis, & doloribus preſſa in ſumma anguſtia, & egeſtate viuo, *no me veo harta de pan*: quod eſt viliſſimum, & contemptibiliſſimum.

Vilitas animæ dæmoni ſubiectæ. Quoniam autem fidelis quiſque pauper, & egenus manet poſtquàm ab hoſte poſſeſſus eſt, gemit B quidem, & quærit panem aliquem conſolationis, quo ſuæ indigentiæ faciat ſatis: nam egeni, & pauperes quærunt aquas, & non ſunt, lingua eorum ſiti aruit. Iſa. capite quadrageſimo primo: *Iſa. 41.* Quærit ergo, vel voluptatem aliquam, vel bonum temporale, memoria repetens cucumeres, pepones, porros, cæpas, & allia, quibus prius abondabat in Ægypto. Numer. capite vndecimo: *Num. 11* Et non contentus hoſtis deprædatione, qua deſiderabilia eius diripuit: ſi quid in ſe remanet, quod precioſum ſit, vt ſi qua virtus, qua emitur vita æterna: aut aliqua precioſa margarita, qua olim inuenta, Math. capite decimo tertio, *Mat. 13.* abijt, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam: animam denique ſuam prodigit, ac commutat Chaldæis: non Iacobo, cui vendidit ſua primogenita Eſau, qui ea, vt precioſa tra- C ctaret, non Chriſto, qui ſanguine ſuo ea nobis emit, non auro, & argento, non angelis ſanctis, qui ea cuſtodiant, ſed dæmonibus, qui contumeliosè eis ſunt abuſuri. Et hæc quidem dat pro cibo à dæmonibus parato, pro honore, pro voluptate, & ad refocillandam animam, non ſaturandam, nec ſuſtentandam. Hoſeæ capite quarto: *Hoſea 4* Comederunt, & non ſunt ſaturati, fornicati ſunt, & non ceſſauerunt, quia voluptas inſatiabilis eſt, ſi quidem præſens non ſatiat, præterita non delectat, cruciat futura. Sic ergo eiuſmodi anima vilis facta eſt, dando precioſa pro nihilo.

23. *O vos.*] Hebræa verba ſic habent לוֹא אֲלֵיכֶם lo alecem: Non ad vos omnes tranſeuntes viam. Eſtque particula deprecantis, ſeu amo- D lientis: & ita vertunt Tigurina, Pagninus, Vatablus, & recentiores alij, quaſi dicat: ne ad vos, tam graue malum perueniat: ne vobis tam graue malum accidat, aut quod à vobis Deus auertat, omnes tranſeuntes viam. *Lectio varia.* Septuaginta verterunt, οἱ πρὸς ὑμᾶς: & Complutenſis, & Regia, quaſi articulum vſurpant illud, οἱ, huius nominis omnes, & ita vertunt. Ad vos omnes tranſeuntes per viam: verſio verò Septuaginta, Sixti Quinti, quaſi relatiuum accipit, & vertit. Qui ad vos omnes tranſeuntes per viam, quaſi dicat, quinam ad vos, vel vobis, tam graue malum adoehet? Sunt qui putent Septuaginta vertiſſe οὐ, non, vt eſt in Hebræo, vel, εἰ, ſi, quia facilia eſt tranſitus litterarum οἱ, in οὐ, vel εἰ, & Hebræum לוא, nec ſolent hoc modo vertere Septuaginta, nec verti poteſt. Nam לוּ quod eſt vtinam, cum Vau ſureć, non לוֹא cum Vau holem, legiſſe viderut in Hebræo, & ſolent

Iſ.48.18 vertete εἰ ſi, vel εἴθε, vtinam, vt quod dicitur Iſaiæ A
capite quadrageſimo octauo, verſu octauo לוּא
vtinam attendiſſet præceptis meis, illi vertunt, εἰ,
Iſ.64.1. ſi audiſſet mandata mea: & illud Iſa. capite ſexage-
ſimo quarto, verſo primo. לוּא Vtinam dirumpe-
res cœlos, & deſcenderes, ipſi vertunt etiam, ἐὰν,
vtinam, & ita hîc videntur vertiſſe, ſi ad vos, vel
vtinam ad vos, qui pertranſitis viam dolor meus,
vel petitio mea perueniat. Chaldæus vertit. Ex-
poſco à vobis, vel oro vos omnes prætereuntes
viam, vt huc diuertatis. Ex quorum verſione ſa-
tis apertè colligitur, tam Septoaginta, quam
Chaldæum illam particulam לוּא non legiſſe cum
Vau holem, quod eſt nou, vt recentiores, ſed cum
Vau ſurec, quod eſt, vtinam, vel ὦ ſi, & ita etiam
Vulgatum interpretem accepiſſe, cum vertit, O
vos omnes. Inducitur plebs Ieroſolymitana è B
pauperibus terræ coacta, vt dicit Theodoretus
cum reliquis, ſuum dolorem detegens tranſeunti-
bus. Nam proprium eſt miſerorum, aiunt Raba-
nus, & Paſchaſius ex ipſo, tanto maiorem æſtima-
re ſuom dolorem, quanto alienum minus intelli-
gere ſtuduerunt, & quo magis dolorem ſuum ſen-
tiont, eo alienum ſibi æquari non conſentiunt.
Loquitur ergo cum tranſeuntibus, & inuitat, vt
attentè ſuas ruinas conſiderent, iuxta propheta-
Ier.22.8 rum vaticinia: dixerat enim Ieremias capite vige-
ſimo ſecundo verſu octauo: Et pertranſibunt gen-
tes multæ per ciuitatem hanc, & dicet vnuſquiſ-
que proximo ſuo, quare fecit Dominus ſic ciuita-
ti huic grandi? & reſpondebunt, eo qood dereli-
querint pactum domini Dei ſui, & adorauerint
Deos alienos, & ſeruierint eis. De magnitudine
vero doloris Ieruſalem omnes aliarum vrbium C
Iſ.18.2. ſuperante, ſic ait Iſaias capite decimo octauo ver-
ſu ſecundo: Ite Angeli veloces ad gentem con-
uulſam, & dilaceratam, ad populum terribilem,
Ezec.5.8 poſt quem non eſt alius. Et Ezech. capite quinto:
Faciam in te iudicia, qualia oon feci, nec faciam.
Da.9.12 Daniel capite nouo: Vt ſuperinducerent in noa
malum magnum, quale nunquam fuit ſub om-
ni cœlo, ſecundum quod factum eſt in Ieru-
ſalem.

24. *Vindemiauit.*] Verbum Hebræum עולל Olal
ſignificat facere, ſeu cauſare: vnde Septoaginta,
Pagninus com aliis, vertunt, qui factus eſt mihi.
Significat etiam facere racemationem, reuinde-
miare, aot prætermiſſos racemos rurſus decerpe-
re; quod auari vindemiatoris eſt, & probibitum à
Deuter. Deo. Deuteronom. capite vigeſimo quarto: Si
24.21. vindemiaueris, ait, vineam tuam, non colliges re-
manentes racemos, ſed cedent in vſus aduenæ, pu-
pilli, ac viduæ: transfertor tamen ad cædem ho-
minom, qui alieni cladi ſuperfueriot, ſignifican-
Ier.6.9. dam, vt Ierem. capite ſexto: Vſque ad racemum
Iudic. colligent quaſi in vinea reliquias Iſraël. Et Iudic.
20.45. capite vigeſimo verſu quadrageſimo quinto:
qnod Vulgatus dixit: Palantes, & in diuerſa loca
tendentes, occiderunt quinque millia viros, He-
braicè legitur, & racemationem fecerunt ex ipſis
virorum quinqoe millia: & infra verſu vltimo, vbi
Septuaginta, & Vulgatus tranſtulerunt, vt etiam
hîc, iuxta Theodoretum, τὸ ἐπεφύλλισέ με, vinde-
miauit me, quanuis Sirus interpretatus eſt ἤψησέ με,
hoc eſt, coxit me. Significat autem hîc racematio-
nem iteratam ſæpius, hoc eſt, illam Iudæorum
tranſmigratiooem, qua Nabuzardan princeps

A militiæ Chaldæorum, nonc hos, nunc illos, qui re-
manſerant in Iudæa, captiuos abducebat, vt legi-
tur Ieremiæ vltimo capite: Vt loquutus eſt domi- Iere.52.
nus. Ita etiam hîc vertunt Septuaginta. Vnde 28.
Theodoretus, hunc, ait: Induxit mihi dominus lo-
quutus in me, hoc eſt, mandauit duntaxat, & infli-
cta ſunt mihi mala. De ſignificatione verbi He-
bræi diximus ſupra num.5. & vtrumque hîc com-
plexi ſunt Lxx. vertentes: loquutus in me, humi-
liauit me dominus.

In die iræ furoris ſui. Hebraicè, in die iræ naſi Furor
ſui, ſic vocat iram, ac ſi ſit flammeus halitus, aut ira qui.
igneus vapor è naribus ſpiratus, qui quæcunque
comprehendit adurit, ſicut ſtipulam ſiccam, vt
dicit Moſes Exod.15.7. Miſiſti iram tuam, quæ de- Ex.15 7
norauit eos, quaſi ſtipulam. Et Deuter.32.22. Ignis Deuter.
B ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad 32.22.
inferni nouiſſima.

Ieroſolymam imitata Eccleſia ſancta ſingola Eccleſia
ſuorum filiorum mala conſpiciens, & variis ten- ſuos lu-
tationibus, & occaſionibus, in vitiorum captiui- gentis
tates à dæmonibus eos abductos conſiderans, cum dolor.
infirmis infirmatur, & cum ſcandalizatis vritur, &
inuitat tranſeuntes, non quidem in hoc mundo fi-
gentes tentoria ſua, & altas radices agentes, ſed
qui tanquam peregrini futuram inquirunt, quo-
niam hîc non habent manentem ciuitatem ad
Hebræos 13. Hi enim ſunt qui attendere poſſunt,
& cognoſcere grauitatem doloris matris Eccleſiæ AdHeb.
pro ſpirituali captiuitate filiorum ſuorum: Nam 13.14.
qui vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Pſal.48. Pſ.48.
Et impij qui in circuitu ambulabant. Pſalm.11.42. 14.
ſunt homines ſe ipſos amantes. 2. ad Timoth. 3. Pſ 11.42
C Aut qui retrocedunt: de quibus Paulos ad Galat. 2.ad Ti-
3.3. Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis, ounc mot.3.2.
carne conſumamini: & cap.5. Currebatis bene, Ad Gal.
quis vos impediuit. Ioan.6. Multi abierunt retro: 3.3.
cæterique qui noo progrediuntur per viam, pluris Ad Gal.
æſtimant damnum quoduis temporale, de eoque 5 7.
graoius dolent, quàm de ſpirituali. Non his lo- Io.6.66
quitur, ſed illis, qui obliti poſteriorum ad anterio-
ra ſe extendunt cum Apoſtolo ad Philipp. 3. Ad AdPhili.
vos, inquit, meus eſt ſermo, attendite & videte ſi 3.13.
eſt dolor ſimilis, ſicot dolor meus: cum malum
meum grauiſſimum ſit omniom malorum, nempe
à Deo defeciſſe, grauiſſimus proculdubio erit do-
lor. Ieremias capite ſecundo: Scito, & vide quàm Ier.2.19
malum, & amarum eſt, reliquiſſe te dominum
Deom tuum. Imo præter meum nullum malum
D aliud eſt dignum dolore: quia omne malum aliud
nihil eſt niſi amiſſio rerum caducarom. Rectè
Chryſoſtom. homil.5. ad populum Antiochenum: Dolor
Triſtitia nobis data ad hoc tantum eſt, vt delea- ad quid
mus ea peccatum, non vt de morte, aut de re alia datus.
doleamus: ratio eſt, quia remedia medica propter Chryſ.
eos ſolum morbos facta ſunt, quos poſſunt delere,
non propter alios: vt medicina lippitudinis non
prodeſt ſtomacho: ſic triſtitia nullo malo affert
vtilitatem, præterquàm peccato: nam ſiue filium
amittas, ſiue facultates, ſiue honores, & doleas,
non ea recuperas, non ſuſcitas mortoum: at qui
dolet de peccato, aofert illud. Nam quæ ſecun-
dom Deum triſtitia eſt, ait Paulus 2. Cor.7. Pœni- 2.Cor.7.
tentiā in ſalutē ſtabilē operator. merito ergo dolet. 10.
Eccleſia, quia dominus eam permiſit vindemiari
dum iuſto ſuo iudicio in furore ſuo, multos ex fi-
liis eius permiſit erroribus decipi, & modo hos,
modo

modo illos in hæreſim trahi, aut in vitam improbam à dæmonibus abduci.

Hortatio ſalubris, periculo alieno cauenda ruina.

Quod ſi ſingularis anima ſit vitiis aggrauata, non cæca omnino, ſed præteritam felicitatem memoria repetens, dum videt alios cum deſiderio patriæ per viam virtutum ad æternum brauium feſtinantes, cum ingenti clamat dolore, [O vos omnes] vel vt ſuo periculo moneantur, ipſam etiam aliquando progreſſam feliciter viam mandatorum cucurriſſe; & iuſto Dei iudicio decidiſſe in tam miſerum ſtatum, vt ipſi caueant, & in timore, & tremore opus Dei operentur; & qui ſtat videat, ne cadat. Cecidit de cælo Lucifer, corruit Adam de Paradiſo, electus populus Iudæorum deſertus eſt, & multi alij ad ſublimem ſtatum virtutum euecti miſerè in vitiorum baratrum corruerunt, triſtes, & afflicti, abſque vllo fructu. Hoc ergo monet anima, quæ decidit, tranſeuntes, & gradientes per virtutis viam, vt caueant ſimilem caſum, & ſimilem dolorem, quo nullus maior inueniri poteſt: ne tam graue malum vobis contingat, inquit, quàm accidit mihi. Legitur 2. Regum capite vigeſimo verſu nono: Ioab ſalutando, & oſculando Amaſam Principem Iſraël interfeciſſe, ſed quidam viri tranſeuntes conſiſtebant videntes, & conſiderantes cadauer in via, ac dicentes: Ecce qui eſſe voluit pro Ioab comes Dauid: Amaſa autem conſperſus ſanguine iacebat in media via. Sed quidam videns quòd conſiſteret omnis populus ad videndum eum, amouit Amaſam de via in agrum, operuitque eum veſtimento, ne ſubſiſterent tranſeuntes propter eum. Ecce hic proponebatur in exemplum tranſeuntibus, miſeræ ruinæ. Vnde dicebant: Ecce qui eſſe voluit pro Ioab: ecce quomodo cecidit? Sunt nihilominus, vel homines, vel dæmones, qui tranſeuntes remouent ab huiuſmodi conſpectu, ne ex mortui conſideratione proficiant, propterea anima fidelis, quæ vult ſui capitis periculo monere, clamat: O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Quoniam vindemiauit me, vt loquutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui: quoniam iuſto Dei iudicio mea ſuperbia commerui, non ſimul, ſed paulatim deſeri; ſpernebam prius modica; amicitiam gentium expetebam, inde paulatim deducta ſum ad amandum, quæ illæ amabant, & colendum idola, quæ illæ colebant, & ita prius eripuit mihi racemos conſolationum ſpiritualium: inde non curabam cauere venialia, vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas; deinde ingrediebatur aper de ſylua, & omnia deuaſtabat, virtutes, & dona: ecce paulatim vindemiabat me, donec tandem tradidit me Chaldæis, tyrannis dæmonibus, qui mei dominentur, & in omne vitiorum genus deturbent. Ne ergo in tam graue malum decidatis, attendite, & videte caſum meum calamitoſum, & videte num grauius malum mihi potuerit accidere, de quo Pſalmus quinquageſimus primus: Propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium, & videbunt iuſti, & timebunt, & ſuper eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in vanitate ſua. Ego autem, ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſæculum ſæculi.

2. Reg. 20. 9. *Pſ. 51. 7*

25. *De excelſo.*] Communis expoſitio eſt Origenis, Theodoreti, Chaldæi, Hugonis, Sancti Thomæ, Bonauenturæ, Lyræ, Dionyſij, & Vatabli, quod loquatur Propheta de igne, quo Chaldæi vrbem, & templum combuſerunt, & per oſſa intelligat templum, arcem, turres, munitiones, & domos magnificas, quibus, vt corpus oſſibus, ciuitas fulcitur, & continetur; iuxta illud Ieremiæ, capite quadrageſimo nono: Succendam ignem in muro Damaſci, & deuorabit mœnia Benadad. Hoc autem factum conſtat Ieremiæ capite quinquageſimo ſecundo verſu decimo ſecundo: Cum venit Nabuzardan princeps militiæ in Ieruſalem, & incendit domum Domini, & domum Regis, & omnes domos Ieruſalem, & omnem domum magnam igne combuſit. Olympiodorus verò, Paſchaſius, atque iterum Hugo, Sanctus Thomas, & Dionyſius metaphoricè ignem intelligunt diuinam vindictam, qua Deus per Chaldæos deiecit omnes potentes, & principes Ieruſalem, qui inſtar oſſium Reipublicæ ſunt: ſic etiam Vatablus, ſeu diuinum furorem: iuxta illud Ezech. capite vigeſimo ſecundo ad ciues Ieruſalem: Congregabo vos, & ſuccendam vos igne furoris mei, & conflabimini in medio eius, ſicut conflatur argentum in medio fornacis.

Ignis verus, an metaphoricus *Iere. 49. 27.* *Ier. 52. 12.* *Ezech. 22. 1.*

26. *Erudiuit me.*] Hebræum verbum יִרְדֶּנָּה Iirdennah, à Radah, eſt futurum pro præterito propter Vau conuerſiuum, cum fœmineo pronomine affixo, & ſignificat, dominari, vt Pſal. ſeptuageſimo ſecundo verſu octauo: Et dominabitur à mari vſque ad mare: & quoniam de igne fit hîc ſermo, pro deſæuire, occupare, prehendere, aut abſumere capitur, vt accepêre Septuaginta cum dixerunt, In oſſibus meis deiecit illum: Chaldæus, Theodoretus, & ceteri, qui ex Hebræo tranſtulerunt. Pronomen autem fœmineum refert ignem, qui in Hebræo vtriuſque generis eſt, vt ſit ſenſus, & dominatus eſt ipſe: vt interpretantur R. Abraham, Pagninus, & Vatablus: & ita acceperunt Septuaginta cum dixerunt; in oſſibus meis deiecit illum. Aut refert os, vt volunt Dauid Kimhi, R. Salomon, & Tigurina, Chaldæus, & item Vatablus, & vertunt, & dominatus eſt ipſi, hoc eſt, vnicuique oſſium: & ſic Chaldæus dixit, & ſubegit ea, nempè oſſa, & Tigurina, deſæuiit in ea, vel occupauit. At Vulgatus cum aliàs, ſæpe in ea ſignificatione tranſtuliſſet, vt Leuitic. capite vigeſimo ſeptimo verſu decimo ſeptimo, cum ait: Et ſubijciemini his, qui oderunt vos, Hebraicè, dominabuntur vobis odientes vos. Et Iudic. 14. 9. de fauo mellis, quem cùm ſumpſiſſet in manibus, Hebraïcè, & accipiens eum in manus ſuas: hîc vertit, & erudiuit me. Explicans effectum ex pœna tam graui ſequutum; & caſtigauit me, & corripuit, iuxta illud Ieremiæ 6. dictum Ieruſalem: per omne ſcilicet flagellum, & dolorem, erudire Ieruſalem: & Iſaiæ capite vigeſimo octauo: Tantummodo ſola vexatio intellectum dabit auditui. Hoc ait Hugo tunc completum eſt, quia nunquam poſteà idola coluere. Exiſtimo tamẽ hîc Lxx. & Vulg. pro Iirdenah legiſſe יֹרֵנָה Iorenah, quia ד facilè

Pſ. 72. 8 *Leuit. 26. 17.* *Iudic. 14. 9.* *Ier. 6. 8.* *Iſ. 28. 19.*

mutatur in ר, & ר, in ר. ירה iarah, quod eſt iacere, A proijcere, iaculari, & docere. Et ita Lxx. dixerunt, deiecit illum ignem, hoc eſt, proiecit, aut iaculatus eſt. Vulgatus erudiuit me, hoc eſt, docuit me.

Rete quos nocet.

27. *Expandit rete.*] Rete vocat ſupplicium ineuitabile, vt volunt Theodoretus, Olympiodorus, & Bonauentura. Hugo vero, S. Thomas, & Dionyſius intelligunt exercitum Chaldæorum, quorum manus nemo fugiens euaſit, vt patet cum Sedecias, & principes bellatores fugientes per ſolitudinem Ierico, ſunt ab eis comprehenſi, tum etiã qui ad finitimas gentes confugiebant, capiebantur quaſi inter anguſtas macerias, vt dictum eſt. v. 3. Et demum qui fugerunt in Ægyptum, iuxta illud Ezech. 17. Expandam rete meum ſuper illum, nempe Regem Iſraël, & capietur in ſagena mea, & adducam eum in Babylonem. *Ezech. 17. 21.* Origenes captiuitatem inferiorum ciuium exponit, ſicut per oſſa etiam vult intelligi præſtantiores, in quos ignis B captiuitatis deſæuijt.

Conuertit me retrorſum. Ad eundem ſenſum, fecit vt qui fugerant, comprehenderentur, & retro redirent ducti ad Nabuchodonoſorem. Vt recte explicat Hugo, & indicat Theodoretus. At Chaldæus exponit, vt obuerterem ceruicem facit hoſtis, hoc eſt, fecit vt retro cadens terga verterem, ne hoſtibus poſſem obſiſtere, aut quaſi rete captam, fecit cadere retrorſum. At Origenes, Olympiodorus, & Lyra, explicant de mutatione à proſpero ſtatu in aduerſum, vel à gloria in ignobilitatem.

Myſtice de igne Spiritus ſancti.

Paſchaſius, Hugo, & Dionyſius de igne Spiritus ſancti, & charitatis myſticè locum hunc hac ratione exponunt. De excelſo ſolio gloriæ ſuæ, in quod aſcenderat, miſit filius ignem Spiritus ſancti, qui timore humiliat, pietate emollit dura, C auferens cor lapideum, & dans cor carneum. Ezech. 36. Illuminat ſcientia obſcura; conſilio reducit diſſoluta. Ierem. 31. Vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga: debilia corroborat fortitudine. Iſa. 35. Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate: clarificat cor intellectu, & dono ſapientiæ euehit ad ſuperna. Miſit, inquit, in oſſa mea, hoc eſt, in Apoſtolos meos, & ſponſi mei diſcipulos, qui me, ſicut oſſa corpus, fulciunt, & ſuſtentant: & erudiuit me per eos, iuxta illud Ioan. 15. Cum venerit Paraclytus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille docebit vos omnem veritatem. Expandit rete prædicationis pedibus meis; conuertit me à via iniqua retrorſum, vt ad Deum reditem; poſuit me deſolatam, dum vilia repu- D tans terrena, & laqueis referta, ad cœleſtia ſuſpiro, & ita tota die mærore confecta ſum. Pſalm. quadrageſimo primo. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi, vbi eſt Deus tuus.

Ezech. 36. 26. Ier. 31. 22. Iſa. 35. 3. Ioan. 15. 26. Pſal. 41. 4.

De igni afflictionis meliori.

Verùm cùm literalis ſenſus huius loci ſit de ſupplicio inflicto Iudæis, conformius illi loqueretur, qui eum moribus accommodaret hac ratione. De excelſo, nam diuina voluntate quicquid pœnæ accidit, nobis contingit, & propterea patienter; tanquam à patre bonum noſtrum quærente, miſſum ferendum eſt: vt ferebat Dauid 2. Regum capite decimo ſexto verſu quinto: Semei iacentem lapides, & maledicentem, vnde Abizai volenti illum interficere, dicebat: dimittite eum, vt maledicat, Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid: & quis eſt qui audeat dicere, quare ſic fecerit? Deus ergo de excelſo miſit ignem tribulationis perſecutionum tyrannorum, & hæreſum infidelium filiorum: Igne me examinaſti, ait Pſalmo decimo ſexto, & non eſt inuenta in me iniquitas, in oſſibus meis, ideſt, in filiis meis dilectiſſimis, qui os meum, & caro mea ſunt. Et erudiuit me, quia virga, atque correctio tribuit ſapientiam. Prouerb. 29. 15. Cum enim proſperè omnia mihi ſuccedebant, inquit Eccleſia, charitas in multis filiis meis refrigeſcebat, cum otio vitia illos occupabant: at cum affligor, & igne tribulationis corrigor, filij mei ſapientiores fiunt, & ſic lætificant me, iuxta illud Prouerb. 29. 17. Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delitias animæ tuæ: ignem enim tribulationis admouet, ait Gregorius, vt in nobis vitiorum rubiginem B purget. Ideo Ieremias capite trigeſimo primo dixit: Caſtigaſti me, & eruditus ſum. Expandit rete pedibus meis, ne poſt vitia, & errores fugiam, nam tribulatione, quaſi reti, continentur in officio fideles, & ſi quando à via virtutis ſe amouerunt, conuertuntur retro. Experimur enim quanto cum feruore fideles ad ſe ipſos redeant, ſecumque inuicem ſint coniuncti amore, qui inter inſidias verſantur Hæreticorum, qui alioqui fuiſſent ſicut ceteri homines. Poſuit me deſolatam, tota die mærore confectam, quia Eccleſia exorta perſecutione deſolata incedit, ac triſtis, igneq; combuſta. Vnde Canticorum primo cap. dicit: Poſuerunt me cuſtodem in vineis: hoc eſt, Chriſtus me Eccleſiam omnium principem conſtituit cuſtodem aliarum Eccleſiarum, & dum in aliis cuſtodiendis laboro, meam non cuſtodiui: C quia valde aliorum mala me cruciant: & ideo nolite me conſiderare quod fuſca ſim, & nigra facie, quia decolorauit me Sol, nam licet deſolata, & mærore confecta, ſed intus formoſa ſum, & lætitia ſumma affecta.

Pſ. 16. 3. Pro. 29. 15. Prou. 29. 17. Gregor. Ier. 31. 18. Cãt. 1. 6.

Tentationis ignis.

Preterea de excelſo, ait anima fidelis, miſit Dominus tribulationem, & tentationem, qua tentauit etiam oſſa mea, hoc eſt, robuſtas virtutes, quibus, tanquam oſſibus corpus, & velut columnis domus, ſpirituale fulcitur ædificium: & quia cum pater ſit, non patitur quemquam tentari ſupra id quod poteſt, ſimul mittit de excelſo ignem ſuæ charitatis, quæ vires auget ad pugnam, quamuis hoſtis de inferno mittat ignem luxuriæ, auaritię, cęterorumque vitiorum, quibus oſſium illorum vult deſiccare pinguedinem, vt poſſet di- D cere, Pſalmo centeſimo primo: Oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Et erudiuit me, quod ſummum eſt beneficium, cum alij, igne illo, quaſi ſtipula, & quaſi plumbum omnino abſumantur. Iſaiæ quadrageſimo ſeptimo cap. Ecce facti ſunt ſicut ſtipula, ignis combuſſit eos. Ierem. cap. 6. Defecit ſufflatorium in igne, conſumptum eſt plumbum, fruſtra conflauit conflator, malitiæ eorum non ſunt conſumptę, argentum reprobum voca eos. Expandit rete pedibus meis, ne aufugerem ab eo, imo cum fugiſſem, retrogredi fecit me, vt Hoſeæ capite ſecundo, verſu ſexto ait: Ecce ego ſæpiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceriæ, & ſemitas ſuas non inueniet, & ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet, & dicet:

Pſ. 101. 4. Iſ. 47. 14. Ier. 6. 29. Hoſ. 2. 6.

& dicet, vadam & reuertar ad virum meum prio-
rem: quia bene mihi erat tunc magis, quàm
nunc, propterea incedit deſolata, & tota huius
vitæ die mærore confecta: dum quærit reditum
ad virum ſuum, & non conceditur illo frui: vt
Cãt.3.1 accidit ſponſæ dicenti: Cantico Canticorum 3.
Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicos, &
plateas quæram quem diligit anima mea, quæſi-
ui illum, & non inueni.

28 *Iugum.*] Hebræum verbum נִשְׂקַד Niſrad,
nuſquam alias, niſi hoc loco reperitur, & paſ-
ſiuum eſt. Et quidem cùm ש habet punctum
in cornu dextro, vigilare ſignificat, aut inten-
tum eſſe ad rem aliquam, aut accelerare. & ita
legit Vulgatus, imitatus Septuaginta Interpre-
tes, niſi quod particulam ſequentem, על Septua-
ginta legerunt hal, quod eſt, ſuper: Vulgatus
verò cum omnibus ceteris hol, quod eſt iugum:
iuxta lectionem ergo Septoaginta Interpretũ di-
centium, Vigilauit, ſeu vigilatum eſt ſuper ini-
quitatibus meis, ſenſus eſt. Deus attentè præ
oculis habuit iniquitates meas, vt eas puniret.
Iuxta lectionem verò Vulgati dicentis: Vigila-
uit iugum iniquitatum mearum io manu eius.
Paſchaſius, Rabanus, Hugo, cum Latinis, &
aliis ſic expoount, iugum ſupplicij mihi infligen-
di, ex meis multis iniquitatibus compactum, in
manu ſua attentus ſemper habuit, expectans tem-
pus, in quo illud mihi imponeret, hoc videli-
cet io qoo modo ſum.

adRom. Eſtque ſimile illud Paoli ad Romanos ſecun-
2.5. do capite: Theſaurizas tibi iram in die iræ & re-
uelationis iuſti iudicij Dei. Rectè Paſchaſius,
Iugum & Rabanus Iugum iniquitatis, inquiunt, dormit
dormit cum in corpore nequitiæ ſecurè, & impunè quie-
& vigi- ſcit, ſed vigilat in manu domini: Ieremiæ pri-
lat. mo capite, Virgam vigilantem ego video, quia
Ie.1.12 vigilabo ego ſuper verbum meum: nobis e-
nim torpentibus peccata latent, ſed in mano
domini vigilant, dum nos ad vindictam terribu-
Gẽ.4.10 tionis accoſant: inde Geneſ. quarto capite dici-
tur: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de
terra.

Ceteri legunt verbum ſupradictum cum ש ha-
bente punctum in cornu ſiniſtro, qua ratione
Hebræa. non habet certam ſignificatiooem. R. Salomon,
lectio. & quidam alij ex Hebræis vertunt, punctum eſt
aut punctis quibuſdam deſignatom, aut con-
cinnatum, vel impreſſum, vt habet Tigurina,
eſt iugum iniquitatum mearum, hoc eſt, Deus
quibuſdam notis in mano ſua deſignauit pecca-
ta mea, & optimè nouit numerum eorum, qoo-
rum nulla illum capiet obliuio, ſimulque qua
Iob.14. pœna plectenda ſint, iuxta illod Iob decimo-
17. quarto capite: Signaſti quaſi in ſacculo delicta
mea: quæ enim in manibus deſcripta ſunt, po-
Iſ.49. tentiora ſunt, & obuia oculis. Vode illud Iſaiæ
17. quadrageſimonooo capite: In manibus meis
deſcripſi te, hoc eſt nunquam tui curam, & pro-
Deut.32 uidentiam deponam. Sic in Deuteronomio tri-
34. geſimoſecundo capite, verſiculo trigeſimoquar-
to: Nonne hæc condita ſunt, apud me, & ſigna-
ta in theſauris meis, mea eſt vltio, & egore-
tribuam eis in tempore. Chaldæus vertit. Ag-
grauatum eſt iogum præuaricationum mearum
in manu eius. Videtur in Hebræo legiſſe נִקְשָׁה
Mikſah, induratum vel aggrauatum eſt: vt
Iſaiæ viceſimo quarto capite, verſiculo viceſimo: Iſai.24.
Et grauabit eam iniquitas ſua, & corruet & 20.
non adiiciet, vt reſurgat, hoc eſt, creſcenti-
bus noſtris iniquitatibus, grauius quotidie fie-
bat ſupplicium pro illatum merito infligen-
dum.

Demum alij accipiunt pro נִקְשַׁר Nikſar colliga-
tum eſt, vt vertuut Pagninus, & Vat. coniunctum
aot implexum eſt iugum iniquitatum mearum,
hoc eſt, iogum pœnæ nobis imponendum nexum
eſt, & implicatum veluti nodis quibuſdam, no-
ſtris iniquitatibus. Et conuenit hic ſenſus cum
his, quæ ſequuntur, conuolutæ ſunt, & impoſitæ
collo meo. Verùm vt accepêre verbum hoc Se-
ptuaginta, & Vulgatus accipit, & R. Abraham,
qui vertit, Acceleratum eſt: nam hanc etiam ſi-
gnificationem habet verbum שָׁקַד Sakad.

29 *In manu eius conuolutæ ſunt.*] Hac diſtinguen-
di ratione legunt Septuaginta, & qui eos inter-
pretantur Origenes, Theodoretos, & Olympio-
dotus, & Vulgatus in editionibus correctiori-
bus, vt io editione Clementis VIII. tuio etiam
Pagnious. Quamois ceteri interpretes illud, in
manu eius, adnectant præcedentibus membro
ſuffixo. Eſt autem hic verbum Hebræum à שָׂרַג
Sarag, qood eſt implicari, perplecti, & aut pro-
priè eſt palmitum, propaginum, ſeu ſurculorum,
qui propterea Sarighim dicuntor, quod ſint im-
plexi, & ita Chaldæus vertit, Inuolutæ ſunt, tan-
quam frondes vitis. & Septuaginta: In manibus
meis complicatæ ſunt: aut, vt legit Theodoretus,
Manibus ſuis conooluit me. Eſt ergo ſenſus: Ini- Senſus.
quitates meæ, in manu eius conuolutæ ſunt, im-
plexæ, implicatæ, & ſecum inuicem retis inſtar
colligatæ. Et impoſitæ collo meo: Hebraicè, aſ-
cenderunt ſuper collum meum, vt Septuaginta,
Chaldæus, ceterique verterunt, quaſi dicat: Et
ecce iam iugum hoc graoe mearum iniquitatum
impoſitum eſt collo meo: Sentio enim iam pœ-
nam, quam meis iniquitatibos theſaurizaui. Ori-
genes legit, Iugum eius ſuper collum meum: &
Theodoretus, Aggraoat iugum ſuom ſoper col-
lum meum. Videntur legiſſe in Hebræo pro עָלוּ
alu, aſcenderunt עֻלּוֹ olo, iugum eios: funibus
enim peccatorum circumplexus eſt peccator. Pſ. Pſalm.
118.6. Iniquitates ſuæ capient impium, & funi- 118. 6.
bus peccatorum ſuorum conſtringetur.

Hoc autem, quod obſcurè dixerat, explicat ſe-
quentibus, cùm addit. Infirmata eſt virtus mea,
hoc eſt, ſub graui onere viribus ſum ita deſtituta,
vt non valeam reſurgere, & reſtituere me in liber-
tatem. Non dormit qoidem iogum ex iniquita- Suppli-
tibus colligatum: ſed ſemper ante oculos Domi- cium pro
ni eſt, imo manui eius eſt implexum, vt proiice- peccatis
re illud poſſit in collum, illique imponere. Eccle- quibus
ſiæ collum ſunt Prælati, qui meritò pro populi immi-
peccatis merentur puniri: iuxta illud Numer. vi- neat. Nu.25.
ceſimo quinto capite, verſiculo quarto, quan-
do cuncto populo cum filiabus Moab fornican-
te iuſſit dominus, Tolle cunctos principes popu-
li, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis. Sic
Prælatis oppreſſis corpus reliquum virtute de-
ſtituitur, tradirurqoe vitiis, de quibus ſine Dei
gratia non poterunt reſurgere,

Semper porro iugum iniquitatum conſcientiam Cõſcien
pungit, vt nequeat earum obliuiſci, ſciens, nec tia pec-
à Dei memoria recedere: ſiquidem implicitas catõpũ
git.

haber in manu ſua, & imminenr collo eius, ita vt vires deficiant præ rimore. Quis enim non timeat peccata præterita, quæ ſignata habet Deus in theſauris ſuis, cum ignoret quando Deus pœnam pro illis infligat? hoc eſt enim, peccatum meum contra me eſt ſemper. Pſalm. 51. & Geneſ. 4. Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit? hoc eſt, punitio in foribus præſto eſt, & cupit tibi adhærere: ſed ſubter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, hoc eſt, ſed ſi voles poteris effugere illam pœnam, emedando vitam.

Pſ. 51. 5
Gen. 4. 7.

30 *Abſtulit.*] In Hebræo eſt verbum סלה Silah, quod eſt calcare, proterere, & ita legunt alij: Calcauit dominus omnes fortes meos in medio mei. Vulgatus tamen Septuaginta ſequutus, dixit: Abſtulit omnes magnificos, ſeu fortes meos de medio mei: ſenſum enim verborum Hebræorum expreſſit: nam quid aliud fuit calcaſſe dominum fortes in medio Ieruſalem, quam eos de medio ſuſtuliſſe, & ad Nabuchodonoſorem in Rablatha adduxiſſe, vt ibi interficerentur? nam & præpoſitio, ב, pro de, vel ex, accipi ſolet non infrequenter in Scriptura. [Vocauit aduerſum me tempus. Nomen Hebræum מועד Moed, ſignificat locum, aut tempus condictum, aut Eccleſiam, quæ in vnum conuenit ex condicto. Et ita Pagninus, & Vatablus vertunt, vocauit aduerſum me congregationem, nempe exercitum Chaldæorum ad certam diem conuocatum: Iuxta illud Ieremiæ 1. Ecce ego conuocabo omnes nationes regnorum Aquilonis, ait dominus. Sed melius Septuaginta, Vulgatus, & Chaldeus tempus tranſtulerunt, nempe ſtatutum, & condictum, quod Græci vocant χαιρὸς, hoc eſt, vocauit, id eſt, adduxit aduerſum me tempus calamitoſum captiuitatis, quod conſtituerat, ac decreuerat: nam tempus Syrus, & Hebræus vocant calamitatem, inquit Theodoretus. Tempus feſtum ſolet etiam vocari, vt infra: Vocaſti quaſi ad diem ſolemnem, qui terrerent me in circuitu.

Ier. 1. 15

Torcular quid

31 *Torcular.*] Nomen Hebræum גת gath locum ſignificat, in quo vuæ, aut oleæ præmuntur, & calcantur, non prælum, aut trabem comprimentem, non locum, in quem muſtum, aut oleum, defluit, ſed cellam cauam, in qua congregantur hæc conterenda, & calcanda, *vt legat*. Iudic. 6. Cumque Gedeon filius eius excuteret, atque purgaret frumenta in torculari. Iſaias quinto capite, de vinea ait: Et torcular extruxit in ea. Per metonomiam autem ſolet accipi cōtinens pro contēto, locus ipſe pro vuis, aut oleis, quæ in eo congregantur calcandæ, vt quarto libro Regum, capite ſexto: Vnde te poſſum ſaluare; de area, vel de torculari? id eſt de frumento, aut vuis. Neemiæ 13. 15. In diebus illis, vidi in Iuda calcantes torcularia in Sabbato. Eſt autem ſcripturæ conſuetudo, vt notat Hieronymus Iſaiæ 63. & hoc loco Rabanus ex eo, itemque Theodoretus, torcular pro pœnis & ſupplicijs accipere. Vnde explicata ſimilitudine huius loci, primus ſenſus erit.

Iud. 6. 11
Iſa. 5. 2
4 Reg. 6 26.
Neemia 13. 15.
Torcular pro ſupplicio vſurpat ſcriptura
1. Senſ.

Torcular calcauit, hoc eſt, præparauit, & immiſit captiuitatis oppreſſionē plebi, ſplendide, lauteque virginis inſtar viuenti, dominus. Ita Paſchaſius, Rabanus, Hugo, S. Tho. & Bonauentura. Sicut enim in torculari calcantur vuæ relictis acinis, ait Hugo cum Bonauentura, ita Iudæorum captiuitas facta eſt relictis pauperibus ad excolendam terram. Sed Theodoretus aliter loquitur: Perſæpe, inquiens, ſcriptura diuina comparat grauiſſimum ſupplicium cum torculari, eò quòd in torcularibus omnes vuæ conterantur, ita vt ne acinus quidem vnus, vt plurimum effugiat.

Secundò. Chaldæus exponit de ſtupris commiſſis cum virginib. Ieroſolymitanis. Permiſit, ait, Deus, vt hoſtes ingreſſi polluerent virgines Iuda, donec ſanguis virginitatis earū difflueret ſicut ſolet vinū diffluere ex torculari, quando aliquis calcat vuas. *2. Senſ.*

Tertiò. Lyra, Dionyſius, & Vatablus ſic explanant: Dominus permiſit hoſtibus cædem maximam facere in ciuitate Iuda, ex qua cruor occiſorum difflueret, non ſecus, atque in torculari ex calcatis vuis vinum exuberat. *3. Senſ.*

Quartò. Origenes, & Olympiodorus hunc adhibent ſimpliciorem, & textui accommodatiorem. Dominus calcauit torcular, dum in eo expreſſit vinum furoris ſui, quo ad ſatietatem potaret virginem regij generis Iuda. Nam omnibus eius peccatis ſimul collectis, & calcatis, & expreſſis, vinum illud diffluit, de quo Pſalm. 74. dicitur: Calix in manu domini vini meri, id eſt, iræ. Examinata namque peccata, & quodammodo expreſſa, diuinam diſtillant iram, qua potantur peccatores, vt de verbo Dei dicitur Apocalyp. 19. 15. Et ipſe reget eas in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Nam ſi quæ ſeminat quiſque, ait Origenes, hæc & metet: ad Galat. 6. Fortaſſe etiam quæ excolit hæc & vindemiat. Quiſquis igitur bonum vinum fecerit, de ſuis fructibus lætabitur. Sed qui vineam Sodomorum excoluerit Deuteron. 32. & palmitem Gomorrhæ, & protulerit vuam fellis, & botrum amaritudinis, & venenum aſpidum inſanabile, cum omnia à domino in vnum torcular collecta fuerint, factis eius improbis calcatis, & expreſſis pro talium qualitate fructuum bibet, vt bilem euomat, & amaritudinem, & iram. Et iuxta Ieremiam quidem cap. 25. 16. Bibent vt euomant. iuxta Iſaiam verò cap. 51. 17. vt excitetur, & cognatam induat gloriam. Neque enim fruſtra torcular calcat dominus, & præcipue virgini filiæ Iudæ.

4. Senſ.
Pſ. 74. 9
Apoc. 19. 15.
ad Gal. 6. 8.
Deuter. 32. 32.
Ie. 25. 16
Iſ. 51. 17.

Lamentatur Eccleſia ſancta, quod illi magnifici bellatores Apoſtoli, & viri Apoſtolici, qui ſua virtute, ac doctrina ipſam illuſtrabant, & tuebantur, ſint de medio eius ablati, & in eorum locum ſucceſſerint imbelles alij, & infirmi, qui nihil magis curant, quam ſuam vtilitatem.

Deus ca ſtigat, vt perfi ciat.

Sic calamitoſum tempus aduenit, in quo illis paſtoribus amotis electæ oues diſpergerentur, & ab impiis contererentur. Simplices enim decipiuntur, & infirmi à potentioribus proteruntur. Itaque dominus expreſſit vinum caſtigationis, quo potauit Eccleſiam ſuam virginem filiam Iuda, vt fortior, & glorioſior appareret: quia, dum infirmior videtur, fortior efficitur, ſiquidem virtus in infirmitate perficitur. Vel torcular calcauit in cruce, vt paſſione ſua ſolus, vt exprimeret vinum, bonis quidem gaudium, malis ſupplicium: calcauit autem eccleſiæ, nam ob eius amorem, & vtilitatem crucem ſuſtinuit

2. Cor. 12. 10.

ſuſtiuuit, vt & ipſa in torculari premi, cum oportuerit, non recuſet. *Auguſt.* Vnde Auguſtinus Pſal. quinquageſimoquiuto, Dei vua factus es, vt calceris, plane coucalcauit me homo, vua eram, vinum ero, vua mittitur in torculari, calcatur, premitur, iniuria videtur fieri vuæ, ſed illa iniuria ſterilis non eſt.

Afflictio nes commodum Auffert quoque dnminus de medio animæ omnes magnificos, & fortes, hoc eſt, res omnes, & varias earum ſpes, quibus confiſa ſæpe defecit à Deo ſuo, & tradit eam tempori, vt calamitate ſibi inuicem ſuccedente preſſa: omnes electos viros, id eſt, omne quod appetiuerat, & elegerat ex rebus caducis, abiciat, & conculcet. *Chriſtº docuit mortificationē.* Denique ſponſus Chriſtus torcular crucis, ac mortificationis calcauit illi, vt omnibus amoribus caducis in ea aſſiduè protritis, tanquam filia, & virgo eum ſolum amet, à quo ſolo amatur.

32 *Idcirco ego plorans.*] Hebraicè: Propter hæc ego plorans, oculus meus, oculus meus defluit aquis. vel deſcendit in aquas vt vertunt Dauid Kimhi & Varablus: repetitio oculi, vtrumque oculum notati, & lacrymarum affluentiam: Vnde Chald. dixit: ambo oculi mei lacrymas effundunt inſtar fontis aquarum. Quæ ſimilitudo in Hebræo nomine indicatur עין aiiz enim & oculum, & fontem ſignificat, qui terræ eſt inſtar oculi, vt etiam Græca vox ὀφθαλμὸς. *Fontes oculi terræ.* [Quia non eſt qui me conſoletur, & verba conſolatoria loquatur ad cor. Theodoretus, Lyra, & Dionyſius hūc conſolatorem, qui longè fuit à Iudæa, dicunt eſſe Deum. At Hugo. & S. Thomas ex hominibus dicunt eſſe, quorum auxilio fidebat, quales erant Ægyptij.

Nam ſuperius de huiuſmodi conſolatore verſu ſecundo, dixerat, Nou eſt qui couſoletur eam ex omuibus charis eius. & v.7. Depoſita eſt vehementer, non habens conſolatorem. Conuertens animam meam, hoc eſt, qui animam mœrore quaſi exeuntem, reducat conſolatione, ac redire ad corpus faciat, & in eo quieſcere. Facti ſunt filij mei perditi, Hebraicè, deſolati, vt Chaldæus, & Symmachus, & cæteri accipiunt: Lxx. vero verterunt ἠφανισμένοι, hoc eſt, attnniti, & vel dolore, vel timore admirabundi, & ſtupidi, vtpote, qui neſciant quid agant, aut quo ſe vertant.

Lacrymarum vſus. Ita cum ſpooſum longè à ſe factum Eccleſia videt, ad conſueta recurrit arma, nempe ad lacrymas, quia abſente tali Paraclito conſolatore, inualeſcit inimicus, & filij perditum eunt, quia non eſt qui eos conuertat. Cauſa ergo gemituum animæ eſt, quòd longè à ſe abeſſe ſentiat illum conſolatorem Spiritum, qui eam reuocare ſolebat, & recreare: quo abſente perduntur filij, hoc eſt, virtutes: & potentior fit peccatis inimicus: nam ſicut piè nobis viuentibus vires amittit, & proficientib. debilitatur, & cum perficimur: mortificatur, & ſub pedibus conteritur, ſicut puluis ante faciem venti, & ſicut lutum platearum comminuitur: *Pſalm 17.43.* Pſal. 17. Ita pro ratione peccatorum, & alitur, & vires accipit: & ſi delinquere ceſſauerimus, tanquam fame interit. At contra, diuinas virtutes, cum benefacimus in nobis confirmamus, & cùm peccamus expellimus. Socordia ergo, & ſpiritum lætificantem longè facit, & omnes eius fructus qui filij appellantur, perdit, quod iniquitas illius inimica vires accipiat.

33 *Expandit Sion.*] Verbum Hebræum פרשה Pherſah, Expandit, ſignificat, vt Septuaginta, Chaldæus, Vulgatus, & Tigurina interpretati ſunt. Exprimitque habitum mulieris lugentis, & vel auxilium petentis, vel conſolationem quærentis: vt intelligunt Rabanus, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, vel expandentis manus ſimul, & contrahentis, & complodentis præ dolore: vt explicat Theodoretus, & Pagniuus, dum vertit, Fregit, aut percuſſit Sion manus ſuas, ſequutus Dauid Kimhi: nam in luctu expandere ſolent manus, & complndere lugentes. Quod etiam ſignificat Chaldæus, dum dicit: Expandit Sion manus ſuas præ anguſtiis, quemadmodum expandere ſolet illas mulier propter partū clamans. Verùm idem Chaldæus ſua paraphraſi, Paſchaſius, & Hugo, melius de eo habitu corporis declarant, quo mulier lugens, vel dolere partus, vel caſu alio exanimata, viribuſque diſſolutis, collabitur, & manus expandit, vt de vxore Leuitæ ſcribitur Iudicum capit. decimonono. *Habitus mulieris deficientis.* Iacebat ante oſtium ſparſis in limine manibus. *Iudic. 19.* Sic 25. cap. Iſaiæ. *Iſa. 25. 11.* Sicut expandit natans ad natandum manus ſuas, ſic & Sion inter anguſtias. & capite viceſimo primo. *Iſ 21.3* Anguſtia poſſedit me, ſicut anguſtia parturientis. *Ie. 4 31.* Ieremiæ quarto capite hic dolor optime exprimitur: Dum vocem enim, inquit, quaſi parturientis audiui, anguſtias vt puerperæ, vox filiæ Sion intermorientis, expandentiſque manus ſuas: væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos. Sed Dauid Kimhi, Ioſeph Kimhi, Pagniuus, & Vatablus dicūt in hoc verbo Hebræo ש accipi pro ס, & ita habet hîc ſignificationem verbi פרס Pharas, quod eſt frangere, aut diuidere, aut percutere, vt Michææ. 3.3. *Hebræi verbi alia ſignificatio.* *Michea 3.3.* Et oſſa eorum conciderunt, ſicut in lebete, quamuis differant in eo quod Dauid, & Pagninus explicant, fregit, aut percuſſit Sion manus ſuas, quia in luctu ſuo præ dolore eas percutiebat, & complodebat: iuxta Theodoreti expoſitionem, quam adduximus. At Ioſeph, & Vatablus vertunt: Fregit Sion manibus ſuis; ſupple panem, vt ſuppleuit Vulgatus Ierem. 16. 7. *Ie. 16. 7* cùm dixit: Et non frangent inter eos lugenti panem: cùm in Hebræo tantum diceretur, & non frangent eis in luctu. In hac enim ſignificatione ſolet accipi verbum hoc, vt infra Thren. 4. 4. *Thren. 4.4.* Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Et Iſa. 58.7. *Iſ. 58.7.* Nonne frangere eſurienti panem tuum? Ait ergo, Fregit Sion manibus ſuis, ſupple panem, quia nullum habuit conſolatorem, qui ipſi frangeret, iuxta morem, quo ſolebat frangi panis mærentib. *Frangere panē.* Verùm ſenſus Chaldæi verior eſt, & ad rem accommodatior.

In circuitu eius hoſtes, Chaldæos intelligunt Paſchaſ. Hugo, & ſanctus Thomas, & confirmat hunc ſenſum Symmachus dum vertit, Mandauit dominus, vt circundarent eum, tribulantes eum. At ex Hebræis nonnulli, Lyra, & Dionyſ. Ammonitas, & Moabitas, & Idumæos intelligunt, qui erant in circuitu Ieruſalem, & eam ſimul cum Chaldæis obſederunt, iuxta illud verſ. 22. Vocaſti quaſi ad diem ſolemnem, qui terrerent me de circuitu.

34 *Menſtruis.*] Eſt hîc eadem illa dictio, quæ ſupra verſiculo octauo: Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea לנידה Lenidah facta eſt: & Vul-

gatus vertit inſtabilis. Facta eſt, inquit, Ieru- A ſalem lenidah in eis, vel inter eos, & deducitur à verbo נִדָּה Nadah, quod eſt eloogare à ſe, & remonere, & indignabundnm rem tanquam execrandam à ſecum geſto auertere, vel amoliri, vt conſtat ex Iſaiæ 66.5. Dixerunt fratres veſtri,

Iſa 66.5

qui vos oderunt מְנַדֵּיכֶם Minadecem, elongantes vos, aut abiicientes, aut expulſores veſtri, propter nomen meum: atque hinc deſumptum eſt illud Ioan. 9. 22. ἀποσυνάγωγον, abſque ſynagoga, vel extra ſynagogam heri. & capite decimoſexto, verſiculo ſecundo: Abſque ſynagogis facient vos. & Lucæ ſexto capite, verſ. viceſimo ſecundo: Beati eritis, cùm vos oderint homines, & cùm ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malom, propter filium hominis. Nam è tribus excommunicationis generibus, quæ Hebræis fuiſſe, tradit Elias in Tisbi, in ſuo theſauro, grauiſſimum dicebatur שַׁמְתָּה Samatah, quod eſt, ibi mors, grauius erat חֵרֶם hherem, id eſt, occiſio, de qoo dicitur Micheæ 4.13. Et interficies domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum domino vniuerſæ terræ, omnium leuiſſimum vocabant נִדּוּי Niddui, quod ſignificat elongationem ſeu profligationem. Hac ratione mulier menſtruata dicitur נִדָּה Niddah. Ezechiel. 18. 6. vt notauimus ſupra verſiculo octauo, hoc eſt, elongata, & ſeparata à reliquo cætu, quaſi excommunicata. & propterea Septuaginta verterunt: Ieruſalem facta eſt in ſeparatam. & Pagninus, & Vatablus in elongationem, abominationem, vel ſeparationem inter eos: quia videlicet hoſtes ita deſpectui habebant vrbem Ieruſalem, quondam glorioſam, C vt eam à ſe abiicerent nolentes eam admittere, aut illi auxiliari: ac ſi polluta eſſet menſtruis, quam omnes tanquam abominabilem fugiunt. Et hæc eſt cõmunis huius ſimilitudinis explicatio, Theodoreti, Paſchaſij, Hugo. ſancti Thomæ, Lyræ, & Dionyſij, aut quia hoſtes ita eam male tractarunt, vt ſolet tractari mulier menſtruata, quæ tanquam execrabilis, & excommunicata ab omnibus deſpicitur, & expellitur. aot certè quia finitimæ gentes, ad quas fugiebant ciues Ieruſalem, vt inter eas laterent, nolebant eos admittere, ſed à ſe potius expellebant, & abominabãtur eos, vt ipſi Iudæi abominabantur menſtruatam.

Io. 9.22 *Io 16.2* *Luc 6 22.* *Excommunicatio triplex.* *Mich. 4 13* *Ezech. 18.6.*

Sed ſimplicior ac verior ſenſus eſt, quod gentes hæ finitimæ vna cum Chaldæis vrbem Ieroſalem, quæ in earum medio ſita erat, è media habitatione, & conſortio ſuo, expulerunt, & abegerunt, ca- D ptiuis ductis ciuibus: vt mulier immunda, & polluta menſtruis ſolebat ex lege ſeparari à cæterorum hominum conſortio, & ſeorſim ab aliis in loco ſeparato conſidere.

Senſus verior.

Sion ſpiritualis filiorum ſuorum ruina afflicta expandit manus ſuas, dom per prælatos opẽ poſtulat contra hoſtes, vt faciebat Moſes Exod. 17. qui cum leuaret manus vincebat Iſrael. & Ioſue capite octaoo, Non contraxit manum, qnam in ſublime porrexerat tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai. Sed multorum culpa non inuenit conſolatorem, imo vt eam Deus puriorem efficiat, permittit hoſtibus circunſidentibus, qui ei omni ex parte inſidiantur, & ac ſi polluta eſſet, abiicere à ſe, & propellere, ac de medio tollere nituntur: ſed fruſtra, quia portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam.

Afflictio ad Deũ remittit *Exo. 17 11.* *Ioſ.8.26*

Etenim qui Iacob, hoc eſt, vitiorum ſupplantator, dici ſolebat, poſtquam in foueam concidit peccatorum, & cæcus factus eſt, quærit qui porrigat manum, vt cæcus ille, Actorum 13. Expandens manus ſuas ad eum, qui olim conſolabatur, dicens, Iſa. 41. Ego dominus Deus tuus, apprehendes manum tuam, dicenſque tibi, ne timeas, quia ego adiuui te. Verùm eius commerente ſuperbia hoſtibus circomeuntibus permittitur, qui eum obſideant, ne poſſit effugere: hinc enim aduerſarius diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens qoem deuoret. Inde peccatorum præteritorum delectatio titillat: in mentem, inquiunt, Num. 11. nobis veniunt cocumeres, & pepones, porrique, & cæpæ, & allia. Iam caro concupi- B ſcit aduerſus ſpiritum, ad Galat. 5. Iam affligit frequens tentationum incurſus, quem timet, ſi Deo ſeruire debet, iuxta illud Eccleſiaſt. 2. Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Quid quod ex alia parte timore concutitur, dum conſiderat, ad Hebr. 10. horrendum eſſe incidere in manus Dei viuentis. His variis cogitationibus ad anguſtias redactus, videns ſe vndiquaque pollutum, & vt talem à propria conſcientia, & eiuſmodi conſiderationibos abominabilem habitum & abiectum, quia ſi verba conſiderat, dicet Iſa. 6. Vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito: ſi ad opera, audit Iſai. 59. Manus veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri iniqoitate: ſi ad orationes, & munera, quæ offert Deo, dicitur Malachiæ 1. Offer- C tis ſuper altare meum panem pollutum. Deniqoe vt ait Iſa. ca. 64 Omnes ioſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ. Anima ſic obſeſſa vndique quod aliud ſuffugium poteſt quærere, niſi ad Chriſtum expanſis manibus clamare, nec vnquam ceſſare, dicendo. 2. Par. 20. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolom habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Et illud Pſalm. 31. Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circuodedit me, exultatio mea erue me à circundantibus me: ipſe enim eſt petra illa, quæ eſt in refugium erinacis, Pſalm. 103. terra veſcentibus, ac repentibos & aculeis peccatorum reſperſis.

Peccatoru ſtatus *Act. 13. 11.* *Iſ. 41.13.* *1. Pet. 5 8.* *Num. 11. 5.* *Ad Gal. 5 17.* *Eccleſia. 2 1.* *ad Heb. 10. 31.* *Iſa. 6. 5* *Iſ. 59. 3* *Mal. 1 7* *Iſ. 64. 6.* *2. Par. 20. 12.* *Pſ. 31. 7.* *Pſalm. 103. 18.*

35 *Iuſtus eſt.*} Inducit Ieremias vrbem Ieroſolymam ſuam culpam agnoſcentem, & pœnam à Deo ſibi inflictam ioſtam confitentem, ſed nihilominus quærentem ſolatium ex compatientib. D eſt autem ad verbum, quia ori eios, מָרִיתִי Marithi, rebellaui, vt vertunt Pagninos & Vatablus, aut ori eius non obtemperaui, vt 1. Reg. 13. v. 26. vertit Volgatus cum dixit, Non obaudiens fui ori domini: aut tranſgreſſus fui verbum domini, vt habet Chaldæus, & hi quidem per os domini præceptum eius intelligunt, qood ex ore domini prodiuit metonymicos, ſicut frequenter Nume. 3. 16. quod dicitur Hebraicè ad os domini, transfertur, vt præceperat dominus, & cap. 4. 27. Ad os Aaronis, verſum eſt, iubente Aaron, & verſ. 37. Ad os domini iuxta ſermonem domini, & verſ. 42. & 45. iuxta præceptum, aot imperium domini, & v. 49. ioxta verbum domini: qnamois diſcrimen ſit inter expoſitores, nam Vatablus intelligit de præcepto, quo ſæpè Deus vetuerat Iſraelitis petere auxilium ab Ægyptiis, cui non obtemperauerat

1. Reg. 13. 26. *Os pro præcepto.* *Numer. 3 16.* *Numer. 4. 27.*

Chaldæus

A Chaldæus autem hunc verſiculum intelligens de Rege Ioſia exponit de commonitione, qua ex 2.Par. 35.20. Dei oraculo, Pharao Nechao 2. Paralipome. 35. monuerat Ioſiam, ne arma caperet contra ſe, cui nolens obtemperare, occiſus eſt. Alij legem intelligunt, præſertim contra cultum idolorum latā, & per prophetas toties repetitam. Verum iuxta interpretationem Septuaginta, & Vulgati hîc, & multis aliis in locis, & Tigurinæ vertentium, quia os eius exacerbaui, vel irritaui, aut ad iracundiam prouocaui: os propriè accipiunt Theodoretus, Paſchaſius, Rabanus, & Lyra per Antropathiam, Os quid notet. os domino tribuentes, quia per legis transgreſſionem ore eius latam, vt dicunt Theodoretus, & Lyra prouocatus eſt ad ore ſuo ferendam contra vrbem Ieroſolymam ſenten- B tiam, de extremè ea vaſtanda per Chaldæos. qui ſenſus eſt ſatis planus, & verus iuxta Vulgari verſionem. Origenes tamen, Hugo, & Bonauen- Os Dei propheta. tura nomine oris prophetas intelligunt, qui os domini dici ſolent, præſertim Ieremiam quem Iſ. 1.22. toties Iudæi exacerbauerunt, iuxta illud Iſaiæ 1. Ierem. 15.19. 22. Os enim domini loquutum eſt. Ierem. 15. 19. Si ſeparaueris precioſom à vili, quaſi os meum Exod. 4.16. eris. Sic in Exodo 4. Aaron dicitur os Moſis, quia per eum loquebatur.

36 *Virgines.*] Supra conuocabat tranſeuntes, & quærebatur quod paruuli eius ducti fuiſſent in captiuitatem, iam auget dolorem, & commiſerationem, malo amplificato. Ad vniuerſos populos clamat, & rogat, vt videant, non virgines ſquallidas factas, ſed vna cum iuuenib. per quos erat ſoboles augenda, ductas in captiuitatem, vt C Deut. 28.49. fuerat olim Moſes comminatus. Deuteronom. 28. Filios generabis, & filias, & non frueris eis, Ierem. 51.34. quoniam ducentur in captiuitatem. Vnde Ierem. 51. 34. ait Sion: Comedit me, deuorauit me Nabuchodonoſor rex Babylonis abſorbuit me quaſi draco, repleuit ventrem ſuum teneri- Conuerſa ad Deum animæ vox. tudine mea, & eiecit me. Ne quis vero exiſtimet ſupplicijs à domino inflictis, Eccleſiam, vel fidelem animam de Deo conqueri, quod iniuſtè caſtiget: notum facit omnibus ſe iuſtè puniri, nam conſcientia accuſante, ſæpe ait, ad iracundiam Deum, & os eius, nempe Chriſtum prouo- Ad Heb. 1.2. caui, per quem nobis loquutus eſt nouiſſimè in diebus iſtis, & cuius oſcula ſponſa deſiderabat Cāt. 1.1 dicens Cantic. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui. Nihilominus ad omne clamat, vt videntes ſui cauſas doloris humi proſtrari ſimul intercedant D quia omnia bona ſibi eripi permiſit, electos iuuenes, hoc eſt, virtutes iam auctas, & teneras virgines, hoc eſt, caſtas cogitationes, in captiuitatem duxit inimicus: repleuit ventrem ſuum teneritudine mea, hoc eſt, virtutibus germinantibus. Cùm Iſrael feciſſet malum in conſpectu Iudic. 6.1. domini. Iudic. 6. Traditus eſt Madianitis, & cum ſerebat Iſrael aſcendebat Madian, & Amalec, ceterique orientalium nationum, & ſicut erant in herbis cuncta vaſtabant, vſque ad introitum Gaze, nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebant in Iſrael: teneras enim, ſi quæ exortæ ſunt virtutes: & earum deſideria, cuncta, ſicut ſunt in herbis, deuaſtat inimicus, quia non permanemus in Dei cultu, cum nos ſuis afficit beneficiis.

37 *Vocaui amicos.*] Ægyptios intelligunt omnes ferè, Chaldæus, Paſchaſius, Hugo, ſanctus Thomas, Bonauentura, & Lyra, quorum fidentes auxilio rebellarunt Iudæi, qui tamen cum veniſſent in auxilium, reuerſi ſunt, & iuuare noluerunt, vt dicitur capite triceſimo ſepti- Ierem. 37.6. mo Ieremiæ, iuxta illud Iſaiæ triceſimo ca. Erit Iſa. 32. 10. vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia vmbræ Ægypti. & Ieremias capite trice- Ierem. 30.12. ſimo, verſ. duodecimo: Non eſt qui iudicet iudicium tuum ad alligandum, curationum vtilitas nō eſt tibi, omnes amatores tui obliti ſunt tui, teque non quærent. Theodoretus intelligit idola, quæ vocat amaſios, qui non potuere opem ferre.

Origenes, Aſſyrios, ſeu Chaldæos, quia Eze- Ezec 23 1. chiel. 23. ita vocantur. Poſſunt & gentes finitimæ intelligi, quæ prius affectabant Ieroſolymę amicitiam, cum proſperè ſuccederent omnia, at in aduerſis conuerſi ſunt in inimicos. Rupertus, & ſanctus Tomas indicant vocari amicos domeſticos, quibus annumerat ſacerdotes ſuos, & ſeniores ſuos, qui tamen ei opem ferre non potuerunt, quia & ipſi fame peribant. Et hunc ſenſum confirmat Tigurina, dum vertit: Clamaui ad amatores meos, at illi fefellerunt me, ſacerdotes meos, & ſeniores meos, & hi in vrbe expirarunt. Sed primus ſenſus eſt verus contentus in verſione LXX. & Vulgati, & communis Pagnini, & Vatab.

Vt refocillarent animam ſuam. In Hebræo eſt Refocillare animas quid. idem verbum quod ſupra verſ. 11. & 16. cum dicit: Conuertens animam meam, nempe vt conuerterent animas ſuas, vel iam pene exeuntes pre fame reducerent: ſenſum expreſsêre Septuaginta, & Vulgatus, ſupplendum autem hîc eſt, & non inuenerunt, vt omnes exponunt.

Cùm vir ſtudioſus virtutis, ab ea defecit, & me- Studioſi Virtutis cura, ne decipiatur. rito ſupplicijs cruciatur, ad ſolatium ſui, & doloris lenimen vocat tres amicos, falſos illos quidem & potiùs inimicos, carnem, eiuſque delicias, quæ tamen decipit eum, & ducit in foueam æternam. Prou. 7. 21. Prouer. 7. 21. Irretiuit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Statim eam ſequitur, quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorat quod ad vincula ſtultus trahatur, donec transfigat ſagitta iecur eius, velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit quod de periculo animæ illius agitur. Sed quid facit verus Iacob ſupplantat carnem ſuam, & tactu angeli ſpi- Geneſ. 32. 32. rituali Gen. 32. efficit vt emarceſcat fæmoris eius neruus, ita vt claudicet, variis nempe aſperitatib. & pœnis corpus affligentibus refrenata. Alter amicus eſt mundus, quem qui ſequutus fuerit, non apprehendet, Eccl. 11. Eſt enim baculus arundineus, Eccl. 11. 10. cui qui innititur, perforabit manum eius. Iſai. 36. Iſ. 36. 6. conſtat id in diuite epulone, qui viuens multa, ſe Luc. 12. 16. habere bona putabat: & moriens nec gutta aquæ illi erat qua ſitim refocillaret. Tertius eſt diabolus, qui dominatur in omnes filios ſuperbiæ qui licet ſuos in hac vita demulceat, in eorum tamen interitu ridet, & crudelis eſt, & non miſeretur. Ie- Ierem. 6.24. rem. 6. Vt Nabuchodonoſor ſe habuit cum Iſraëlitis, & Pharao. Gen. 40. Magiſtrū piſtorum, qui ei Gen. 40 22 longo ſeruierat tempore, fecit ſuſpendi. Hos tres Tres inimici cauendi. vir ſapiens cauebit, odio capitali proſequens, iuxta illud Eccleſ. 25. 3. Tres ſpecies odiuit anima mea, Eccl. 25. 3. & aggrauor valdè animæ illorum, pauperem ſu-

perbum, hic eſt caro, quæ nihil habet, niſi externam perſonam, qua decipit: diuitem mendacem, nempe mundum qui multa pollicetur, ſed nihil tribuit: ſenem fatuum, & inſenſatum, qui ab initio mundi iactat ſe omnia daturum, & mentitur, quia nihil habet, quod det. Ab his tribus decepta anima à Deo deficit, & renuit ad eius epulas inuitata venire. *Luc. 14. 17.* Luc. 14. Ex vocatis vnus ait, Villam emi, mundi huius captus ambitione: alter ait, iuga boũ emi quinq;, diuitiis illectus à dæmone: tertius demum ait, vxorem duxi, *Oſe. 4. 19* qui carnis tentus illecebris decipitur. Oſeæ 4. Spiritus fornicationis decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo: ſed ligabit eum ſpiritus in alis ſuis, & confundetur: nam ligatis manibus, & *Matth. 22. 13.* pedibus proiicietur in tenebras exteriores inferni, Matth. 22. vbi hi amici vocati, non ſubuenient, imo in hoſtes crudeles conuertentur. Tunc quærit anima ſacerdotes, & ſenes, hoc eſt, recurrit ad remedia, conſiliaque capienda, ſed nihil remedij inuenit, quòd opportunè oblata noluit accipere. *Luc. 12 47.* Nam Luc. 12. Seruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis, quæſiuit cibum ſolitum ad refocillandam animam, vt olim tempore abundantiæ quærebat, & non inuenit.

Videre, eſt Deũ miſereri. *Pſ. 30. 10* 38 *Vide.*] Videre dominum diximus verſiculo nono, eſſe miſereri, ſicut oculos auertere, eſt eſſe iratum: vnde quod hîc dixit Ieremias, Vide domine quoniam tribulor: Dauid Pſalm. 30. dixit: Miſerere mei Domine, quoniam tribulor, conturbatus eſt in ira oculus meus, & *Threno. 2. 11.* venter meus. Conturbatus eſt venter meus. infra capite ſecundo, verſ. vndecimo eadem verba Hebræa, quæ hîc ſunt, vertuntur: conturbata ſunt viſcera mea. nam nomen מֵעַי Mehi, quod in his duobus locis vſurpatur, omnia interiora ſignificat, ventrem, cor, viſcera, inteſtina: & verbum חֳמַרְמָר homarmar, quo etiam propheta vſus eſt in his eiſdem locis, eſt perturbari inſtar luti, aut aquæ turbidæ, aut tali perturbatione motari, qualis eſt in aquis bullientibus, aut æſtu maris, cũ exundat aqua, & ex imis ſedibus concuſſa turbatur: transferri verò ſolet ad dolorem, & gemitum, cum anhelitu, ac ſingultu vultus & vitalia turbantur, & velut exundantes *Iob. 16. 17.* aquæ defluunt. Vnde Iob. 16. verſ. 17. Facies mea intumuit à fletu, id eſt turbata eſt. Et capite ſecundo dicto: Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea. Vnde hîc *Thren. 2. 11.* alij vertunt viſcera mea concitata, aut conturbata ſunt, vel intumuerunt.

39 *Subuerſum eſt.*] Hoc eſt, vertit ſe cor meum in medio mei, & commouetur ad luctum, & *Gen. 43 30.* torquetur: vt Gen. 43. dicitur de Ioſepho, commota ſunt viſcera eius ſuper fratre ſuo. Sunt qui velint ſignificari animi, ſententiæque mutationem, quod Ieruſalem, quæ prius zelo commouebatur in punitionem filiorum iam mutata *Exod. 14 5.* ſententia, illis condoleat, vt Exod. 14. verſ. 5. dicitur: Immutatum eſt cor Pharaonis, & ſeruorum eius ſuper populo, & dixerunt, quid voluimus facere, vt dimitteremus Iſrael. & Pſalm. *Pſalm. 104. 25* 104. Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius. Verùm ex ratione ſubinducta ſatis colligitur verior prior ſenſus. Per proſopopeiam ſenſum tribuit vates rei inanimatæ.

40 *Quoniam.*] Hebraicè legitur, quoniam מָרוֹ מָרִיתִי Maro marithi, & eſt idem verbum, quod ſupra verſiculo 18. ponitur, cùm dicitur: Os eius ad iracundiam prouocaui, & Tigurina, Pagninus, & Vatablus vertunt, quia rebellando rebellaui: & Chaldæus, tranſgrediendo tranſgreſſus ſum verbum domini: & Vulgatus Iſa. 50. 5. *Iſ. 50. 5* accepit in hac ſignificatione, cùm dixit: Ego autem non contradico. Vnde Ieruſalem cognoſcit veram ſuæ grauiſſimæ afflictionis cauſam, quia interius turbabatur, fuiſſe ſuam contumaciam, & rebellionem, ſeu inobedientiam, qua Dei legi non obtemperauit. Nihilominus Septuaginta dum vertunt amaricans amaricaui, aut exacerbans exacerbata ſum: aut exaſperans exaſperaui: vt legit Theodoretus, & Vulgatus, ac ſi eſſet verbum מָרַר Marir quod eſt amareſcere, acceperunt. Sed debet in ea ſignificatione explanari, non qua oſtendat dolorem ob mala, quæ patitur, ſed qua ſuum peccatum confitetur agnoſcendo ſe plenam eſſe amaritudine, quòd ſua rebellione amaricauerit, aut exaſperauerit Deum ſuum.

41 *Foris.*] In Hebræo dicitur: foris orbat gladius: vt vertunt Tigurina & Pagninus, & Septuaginta explicauerunt illo verbo ἠτέκνωσε, orbauit liberis, quia loquitur mater Ieruſalem, quæ dolet ſe filiis orbatam. & quod ſequitur: domi tanquam mors eſt, de fame intelligunt Chaldæus, Olympiodorus, Hugo, Dionyſius, & Vatablus. Nam fames interitus nuntius eſt. Alij angelum morti præpoſitum, qui domi ſedentes exterret. Alij bene ipſum imminentis mortis terrorem animos excruciantẽ, quem Moſes olim comminatus eſt illi populo. Deuteronom. 32. *Deut. 32, 25* foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor. Et Pſalm. 54. Cor meum conturbatum eſt in me, *Pſ. 54. 5* & formido mortis cecidit ſuper me. Quamuis primus ſenſus conſonet Ieremiæ 14. 18. dicenti: *Ierem. 14. 18.* Si egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi gladio: ſi introiero in ciuitatem ecce attenuati fame.

Huic non diſſimilem dolorem ſuum, & tribulationem exponit Eccleſia iudici clementiſſimo, *Eccleſia pro filiis dolor.* vt videat, & miſereatur, quia dolores, vt parturientis ſuſtinet, dum viſcera eius conturbantur. Geneſ. 25. Et colliduntur in vtero paruuli, & *Gen. 25. 22.* cor ſubuertitur, quando prælati, ſacerdotes, & concionatores non producunt ex ſe calorem charitatis in alios, cùm cor caloris ſit domicilium, neque conſulunt vtilia verbo, vel opere: Vnde Hoſeæ ſeptimo c. Ephraim dicitur quaſi columba ſeducta non habens cor. *Hoſea 7. 11.* Cauſa autem huius mali eſt, quod amaricauerit dominum ſuis ſceleribus, quare meritò permittit Deus, vt foris gladio perſecutorum, & intus falſa doctrina Hæreticorum, & morũ improbitate laceretur. Nec minus afflicta anima clamat ad Deum, dum ventre turbata eſt, hoc eſt mente, & corde, hoc eſt voluntate ſubuerſa eſt præ triſtitia, foris flagellata, & intus pauore damnationis concuſſa: nam omnia perturbantur & inſtar luti ſunt in anima peccatrice.

42 *Audierunt.*] Supple, amici mei ficti, & infideles, nempe Ægyptij, vt intelligit ſanctus Tho- *Peccatoris dolor* mas, qui fidei amicitiæ non ſteterunt, ſed Iudæos in ſummo diſcrimine deſeruerunt. Lyra & Dionyſ. Chaldæos intelligunt. Sed quomodo à Chaldæis poſtularet conſolatorem? Paſc. & Hug. explicant gentes finitimas, quæ audierunt quidẽ,

ſed

ſed conſolari noluerũt, imo de malo Ieruſalē lætatæ ſunt, vnde infra c.4.21. dicitur: Gaude & lætare *Thren. 4.21.* filia Edom. & Abdias, & alij prophetæ de ceteris gentibus vicinis loquuntur. Angebat verò dolorem, quod videret inimicos ſibi inuicem gratulantes, & gaudentes, quod Deus ipſe, qui prius populum illum tuebatur, vt nemo ei ſe opponere auderet, iam illum ſuo auxilio deſtituiſſet, & ſua gratia priuaſſet, & quod poſſet facile debellari, & perdi. Erant enim perſuaſi nunquam poſſe populum expugnari, dum maneret in cultu vero Dei, at facile deuinci, ſi ab eo deficeret, vt optime declarauit Holoferni Achior dux Amonitarum in cap.5. Iudith.

Iudith 5.15. 43. *Adduxiſti.*] Hebræa ſic habent ad verbum: Adduxiſti diem, vocaſti & erunt ſicut ego. vbi deſideratur relatiuum, quem, vt mos eſt Hebræis, & dicendum, quem vocaſti. Lxx. verò ſuppleuerunt tempus, adduxiſti diem, vocaſti tempus. Hunc *Dies quē deſignet* autem diem, quē Deus vocauit, hoc eſt, vel præfinierat: vel venire ſuo tempore præceperat: vt pſ. 104. dictum eſt, Et vocauit famem ſuper terram: *Pſalm. 104.16.* vel per ſuos prophetas venturum prædixerat, ſua verſione Vulgatus appellauit diem conſolationis: & Paſchaſ. Raban. Hugo, Bonauent. Lyra, & Diony. intelligunt tempus liberationis, quando liberati ſunt Iudæi per Cyrum poſt 70. annos è captiuitate Babilonica: quod prædictum fuit à prophetis, præſertim à Ieremia. & tunc illud præteritum, adduxiſti, pro futuro, adduces, accipiunt, aut, vbi adduxeris diem conſolationis, fient mei ſimiles. & hi quidem neceſſariò hanc deprecationē de Chaldæis intelligunt, qui vaſtati ſunt, quando Iudæi C ſunt à Cyro liberati, cùm ceteræ gentes ſint per Nabuchodonoſorem deſtructæ. & quia dies, qui fuit Iudæis cõſolationis, fuit Chaldæis deſtructionis: ideò ſunt qui per diem intelligant illum calamitoſum, quo per Medos, & Perſas vaſtati ſunt *Ierem. 25.* Chaldæi: cõſtat enim Ierem. 25. & ſæpe alias, comminatum fuiſſe Dominum hoſtibus Ieruſalem calicem iræ ſuæ, quod lætati eſſent in eius interitu, & ita accipi debet præteritum pro futuro, adduces. Chaldęus tamen vt præteritum explicat hac ratione. Adduxiſti contra mè diem vltionis, conuocaſti contra me exercitum ad perdendum me, ita quoque conuoca contra illos, vt perdantur, ſicut ego. Hoc eſt: Adduxiſti diem calamitoſum, quem vocaſti, & prædixiſti per tuos prophetas, adduces etiam ſuum calamitoſum diē hoſtibus meis, quem per eoſdem prædixiſti: ex eo enim quod impleſti in D me, quæ es cõminatus, certa efficior, quod eadem complebis, & in hoſtibus meis. & hic ſenſus eſt conformis verſui 15. huius capitis, vocauit aduerſum me tempus, vt cõtereret electos meos. & cap. *Thren. 2.16.* 2.v.16. En iſta eſt dies, quam expectabamus, inuenimus, vidimus. & poteſt intelligi de vaſtatione Chaldæorum per Cyrum facta. & non ineptè de vaſtatione gentium finitimarum, quæ ſubſequuta eſt vaſtationem Ieruſalem, ac ſi dixerit, iam mihi inflixiſti ſupplicium, quod decreuiſti, & prædixiſti per tuos prophetas: infliges etiam per Nabuchodonoſorem his gentibus, quæ de meo malo lætan- *Ierem. 25.29.* tur: & fient mei ſimiles, quod prædixit Ieremias cap. 25. & ſubdit v. 29. Quia ecce in ciuitate, in qua inuocatum eſt nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quaſi innocentes, & immunes eritis? Quia vero ſolet quandoque Hebræis verbum A accipi pro nomine, exiſtimant aliqui, illud verbum, *Verbum pro nomine.* vocaſti poſſe hîc ſummi pro, vocationis, aut inuocationis, adduxiſti diem inuocationis, ſeu clamoris, hoc eſt, tribulationis: nã id noſtræ inertiæ proprium eſt, vt in die tribulationis Deum inuocemus, cum ſæpe aliàs eius nec meminerimus quidem: vt dixit Ieremias cap. 11. Non exaudiam in *Ierem. 11.14.* tempore clamoris eorum ad me. & quod vocet tempus clamoris, declarat, cum ſubiungit, in tempore afflictionis eorum.

44. *Similes.*] Theodoretus, & Olympiod. ſic vertunt hunc locum, Adduxiſti diem, & vocaſti tempus, & fient, hei mihi, hei mihi, vel heu, heu. Legerunt enim in Lxx. οἴμοι, οἴμοι, cum legendum eſſet οἰμαί μοι, vt habent Vaticanus Codex, & Com- B plutenſis, & Regius, & legit Origenes. Nec tamen his verbis inimicorum ſuorum perniciem optat Ieruſalem ſuæ ſimilem: ſed docet nos, ſi res noſtras in tuto velimus collocari, nihil nobis magis eſſe curandum, quam vt aduerſos aliorum caſus moleſtè feramus, & quaſi noſtros doleamus, vt in dolo- *Caſus fratrum grauiter ferendi.* ris proximorum communionem veniamus. Notat etiam hominum impudentiam, qui cum inſolenter de alienis malis lætantur, eam ſibi aduentare perniciem præ ſtultitia non proſpiciunt. Semper enim timendum cuique eſt, ne quod hodie alteri accidit, cras in ſe, & cumulatè redundet.

Frater vitet ad cautelã alterius Porro cum ingemiſcit anima, quod abſente ſponſo ceciderit, & per vicos, & plateas quærit illum, non ſolum non eſt qui conſoletur ex inimicis verùm omnes deſolantur eam, & lætantur de illius ruina. Prouerb. 25. fons turbatus pede, & vena *Prou. 25.26.* corrupta iuſtus cadens coram impio, vnde 2. Reg. *2. Reg. 1.20.* 1. dicitur. Nolite annunciare in Geth, neque annuncieris in compitis Aſcalonis, ne fortè lætentur filij Philiſtũm, ne exultent filiæ incircumciſorum. Lætantur vero maximè, quod videant à Deo deſertam animam, in quam, Deo non reſiſtente, liberè impetum faciant, & diſcerpant. iuxta illud Caini, quod dixit Domino. Gen. 4. 14. Ecce eiicis *Gen. 4.14.* me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus in terra; omnis igitur qui inuenerit occidet me. Verùm quiſque ſibi timeat, quia rerum viciſſitudo eſt, & quod malum vni hodie accidit, cras poterit alteri accidere, quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclina- *Pſalm. 74.9.* bit ex hoc in hoc, & ſimiles fient. Prou. 11. iuſtus de *Prou. 11.8.* anguſtia liberatus, & tradetur impius pro eo. pſ. 57. lætabitur iuſtus, cùm viderit vindictam. Hoc pre- *Pſal. 57.11.* ſpicuum fit in Ægyptiis demerſis, & canentibus Iſraelitis: in Aman, & Mardochæo, & ſimilibus multis.

45. *Ingrediatur.*] Malum culpæ intelligunt Theodoret. Hugo, S. Thom. & Diony. At Chaldæus, Paſchaſ. Raban. Vat. & alij, malum pœnæ, qua hoſtes affecerunt Ieruſalē. quaſi dicat, veniat in tuam memoriam, & diſcuſſionē iudiciariam omne malum, quod mihi intulere: aut, ne obliuioni tradas illorum maleuolentiam, qua mihi tantum mali voluere, & me tam inhumaniter afflixere: ſed recordare vt punias, ſicut puniuiſti me: iuxta illud Pſalm. 108. in memoriam redeat iniquitas patrum *Pſalm. 108.14.* eius, & peccatum matris eius non deleatur. Pſal. *& 78.11* 78. introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum. & Iſa. 1. & cauſa viduæ non ingreditur ad eos. *Iſa. 1.23.* ſubdit repetendo.

45. *Et vindemia eos.*] Eſt hîc in Hebræo verbum

עָלֵל Alal, de quo ſupra loqouti ſumus Num. 5. & 12. qood Pagn. & Vat. vertunt, fac illis, ſicut feciſti mihi. At Lxx. Vulgat. & Tigutina, Vindemia eos, ſicut vindemiaſti me. & Syrus, vt notat Theodoretus τὸ ἐπιφύλλισον, quod eſt vindemia, interpretatus eſt, & afflige eos, ſicut afflixiſti me: vt etiam Chaldæus, & animaduertas in illos, quemadmodũ ſuper omni multitudine præuaricationis meæ, animaduertiſti in me. Eſt autem reuindemiare ait Origenes, poſt vindemiam exiguos racemos relictos denuo colligere, quod pauperes faciunt. & ſenſus eſt: ita puni eos, & cæde extingue, vt ſicut ciues meos, qui ſuperfuerant cædi priori, iterum occidiſti, vt pauci, vel nullus remanſiſſet, ita extingue eos, vt nec vnus ſub folijs latens racemus remaneat. Nam adeò vindemiaſti me, & cædiſti, vt in ingenti mærore, & in aſſiduo gemito ſim, quo magis mooearis ad miſericordiam mei, & inimicorum vindictam.

Vindemiare quid.

Sed quætitur quomodo Ietemias imprecetur malum hoſtibus Ieruſalem, quod non licet. ait enim Iob. 31. Si gauiſus ſum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultaui, quod inueniſſet eum malum, non enim dedit ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius. vnde Gregor. qui imprecatur, mala quæ facere nequit, quid faceret ſi poſſet, oſtendit. Hugo exiſtimat hæc verba eſſe populi captiui, & ita non curandum ſi male voluerit, & deprecatus fuerit hoſtibos ſuis. Ceteri ferè omnes, vt Raban. Paſchaſios, Diony. & ipſe etiam Hugo, imprecationem pro prædictione accipiũt, vt ſæpe ſolet, vt idem ſit, ingrediatur, quod ingredietur malum eorum coram te, & vindemiabis eos. Origenes exponit hunc locom, non tanqoam mali deprecationen, ſed vt boni poſtulationem. Ne vlterius, inquit meorum hoſtium vitium ſuo arbitrio dimittatur, ſed ad tuam inſpectionem veniat, tanquam ſi quis oraret, vt vulnera veniant in medici conſpectum, vt perfectam ſanitatem accipiant. Nam ſummæ felicitatis eſt, non peccare, ſeqoens eſt, omnia noſtra vitia à Deo inſpici: vt igitur, inquit, cum me inſpiciebas, diligenter meos palmites expurgabas, vitioſa omnia amputans, etiã exigua de vua fellis, & de botro amaritudinis, ſic meos quoque inimicos reuindemia. Itaque bono fine; vt reſipiſcant flagitioſi caſu calamitoſo, & luctuoſo, qui fauſto, & proſpero noluerunt, licet mala precari. Nabuchodonoſor enim qui Habac. 1. ſibi, ſuoque idolo arrogabat virtutem, & ex ipſa victorias, poſt ſeptem annos, quos ferino rito vixit, reſipuit, & Dominum confeſſos eſt, Dan. 4. Hac ratione ſimiles imprecationes accipiẽdas aſſerit Euthymius ſuper 34. pſalmum, & S. Thomas 2. 2. q. 83. art. 8. ad 1.

Quæſtio cur malum imprecetur Iob. 31. 29. 1. Solutio. 2. Solutio. 3. Solutio. Malum precatur in vtilitatem patientum. Habac. 1. 16. Daniel. 4. 31. Euthymius. S. Thomas.

PARAPHRASIS.

Anno. 11. Sedecia.

א [1] *QVOMODO ſuo furore Dominus, tanquam nigra caligine obtexit plebem habitantem in Sion? Quomodo de ſublimi dignitate, veluti de cœlo in terram, [2] proiecit decus totius Iſraelis, & nullam habuit rationem templi ſancti ſui, in quo regalis ſolij ſui [3] ſcabellum conſtituerat.*

ב [4] *Deſtruxit Dominus, abſque vlla miſeratione, ſpecioſiſſima Iacob ædificia, templum videlicet cum alijs magnificis ædibus, deſtruxit munitiones, arcem cum turribus Ieruſalem pulcherrimæ vrbium Iuda, diruit vſque ad ſolum: ludibrio habuit regnum, & principes eius.*

ג [5] *Debilitauit ira furoris ſui omne robur Iſraelis, [6] retraxit auxilium ſuum, cùm iam venirent ad manus cum hoſtibus: imo ipſe inflammabat hoſtes, vt quaſi ignis obuia quæque corriperent circum Ieruſalem, omniaque conſumerent.*

ד *Non ſolum non opem tulit aduerſus hoſtes, ſed conuerſus in inimicum [7] intendit in Iudæos arcum ſuum, vt ſagittis confoderet, & ne in incertum iacere putaretur, firmauit quaſi hoſtis manum in arcu, & [8] occidit quicquid aſpectu pulchrum erat in omni tabernaculo Ieruſalem. Denique vniuerſam iram, quam intra ſe conceptam diu cohibuerat, tanquam ignem in eam effudit.*

ה *Itaque Dominus[9] factus eſt Iſraeli quaſi inimicus, ſiquidẽ gentẽ hanc non ſolum è conſpectu abſtulit, ſed mœnia quoque, arces, & muros diruit, & ciuitatem præſtantiſſimam tribus Iuda plurimis, ac maximis calamitatibus impleuit.*

CAPVT SECVNDVM.

[1] QVOMODO obtexit caligi- 1
ne in furore ſuo Dominus fi- *Aleph.*
liam Sion! [2] proiecit de cœlo
in terram inclytam Iſrael, &
non eſt recordatus [3] ſcabelli
pedum ſuorum in die furoris ſui.
[4] Præcipitauit Dominus, nec pepercit, om- 2
nia ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore ſuo *Beth.*
munitiones virginis Iuda, & deiecit in ter-
ram, polluit regnum & principes eius.
Confregit in ira furoris ſui omne cornu 3
Iſrael: auertit retrorſum [6] dexteram ſuam à *Ghimel.*
facie inimici: & ſuccendit in Iacob quaſi ig-
nem flammæ deuorantis in gyro.
[7] Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus, 4
firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis: & [8] oc- *Daleth*
cidit omne, quod pulchrum erat viſu in ta-
bernaculo filiæ Sion, effudit quaſi ignem
indignationem ſuam.
[9] Factus eſt Dominus velut inimicus: præ- 5
cipitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœnia *He.*
eius: diſſipauit munitiones eius, & repleuit
in filia Iuda humiliatum, & humiliatam.
Et [10] diſſipauit quaſi hortum tentorium 6
ſuum, demolitus eſt [11] tabernaculum ſuum: *Vau.*
obliuioni tradidit Dominus in Sion feſti-
uitatem, & ſabbatum: & [12] in opprobrium,
& in indignationem furoris ſui Regem, &
Sacerdotem.
[13] Repulit Dominus altare ſuum, maledi- 7
xit ſanctificationi ſuæ: [14] tradidit in manu *Zain.*
inimici

inimici muros turrium eius:' vocem dede-
runt in domo Domini ſicut in die ſolemni.
8 Heth. ‖[15] Cogitauit Dominus diſſipare murum fi-
liæ Sion: tetendit funiculum ſuum, & non
auertit manum ſuam à perditione: luxit-
que antemurale, & murus pariter diſſipa-
tus eſt.
9 Teth. ‖ Defixæ ſunt in terra [17] portæ eius: perdi-
dit, & contriuit vectes eius: regem eius &
principes eius in gentibus: [18] non eſt lex, &
[19] prophetæ eius non inuenerunt viſionem
à Domino.
10 Iod. [20]‖Sederunt in terra, conticuerunt ſenes fi-
liæ Sion: conſperſerunt cinere capita ſua,
accincti ſunt ciliciis, abiecerunt in terram
capita ſua virgines Ieruſalem.
11 Caph. ‖ 'Defecerunt præ lacrymis oculi mei, con-
turbata ſunt viſcera mea: effuſum eſt in ter-
ra iecur meum ſuper contritione filiæ po-
puli mei, cum deficeret paruulus, & lactens
in plateis oppidi.
12 Lamed. ‖ 'Matribus ſuis dixerunt: vbi eſt triticum,
& vinum? cum deficerent quaſi vulnerati
in plateis ciuitatis: cum exhalarent animas
ſuas in ſinu matrum ſuarum.
13 Mem. ‖ Cui [23] comparabo te? vel cui aſſimilabo
te filia Ieruſalem? cui exequabo te, & con-
ſolabor te virgo filia Sion? [24] magna eſt
enim velut mare contritio tua: quis mede-
bitur tui?
14 Nun. ‖ 'Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtul-
ta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te
ad pœnitentiam prouocarent: [25] viderunt
autẽ tibi aſſumptiones falſas, & eiectiones.
15 Samech ‖' Plauſerunt ſuper te manibus omnes trã-
ſeuntes per viam: ſibilauerunt, & moue-
runt, & mouerunt caput ſuum ſuper filiam
Ieruſalem: hæccine eſt vrbs, dicentes, perfe-
cti decoris, gaudium vniuerſæ terræ?
16 Phe. ‖ 'Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes ini-
mici tui: ſibilauerunt, & fremuerunt denti-
bus, & dixerunt, Deuorabimus: En iſta eſt
dies, quam expectabamus: inuenimus, vidi-
mus.
17 Ain. ‖[2] Fecit Dominus quæ cogitauit, com-
pleuit ſermonem ſuum, quem præceperat
à diebus antiquis: deſtruxit, & nõ pepercit,
& lætificauit ſuper te inimicum, & exalta-
uit cornu hoſtium tuorum.
18 Sade. ‖ Clamauit cor eorum ad Dominum ſu-
per 'muros filiæ Sion: Deduc quaſi tor-
rentem lacrymas per diem, & noctem: non
des requiẽ tibi, neq; taceat pupilla oculi tui.
19 Coph. ‖ 'Conſurge, lauda in nocte [11] in principio
vigiliarum, [14] effunde ſicut aqua cor tuum
ante conſpectũ Domini: [1] leua ad eum ma-
nus tuas pro anima paruulorum tuorum,
qui defecerunt in fame in capite omnium
compitorum

*Et templum, tentorium illud ſuum, ſub quo tan- ו
quam ſub vmbraculo ab omni malorum æſtu tuti
eramus, veluti hortum qui ſæpe diſiecta, diruitur,
' diſſipauit ' tabernaculum, quò populus ad Dei
cultum conueniebat, demolitus eſt, eo ſublato, feſti-
uitatum, & Sabbati memoriam ſuſtulit ex Sione,
& indignabundus, [12] opprobrio tradidit, & à ſe abie-
cit Regem, & Sacerdotem.*
*[13] Repulit Dominus altare ſuum, aſpernatus eſt ſan- ז
ctuarium ſuum: hoſtium poteſtati [14] permiſit muros
turrium eius, qui cum templum diruerent, [15] vocem
perſtrepentes ediderunt, ſicut cum populus in die ſo-
lemni vndique conueniens elata voce ſolebat accla-
mare.*
*[16] Statuerat Dominus murum Ieruſalem diſſipare, ח
extendit funiculum ad eam diruendam, nec amouit
manum ab eius ſubuerſione, donec corruit antemu-
rale, & murus pariter cum ipſo dirutus eſt.*
*[17] Iudices, qui pro tribunali in portis ad iudicandum ט
conſidebant, de medio ſublati ſunt, vectes eius, Re-
gem nempe, & principes, qui totum populum conti-
nebant, perdidit, & ad gentes abductos contriuit:
[18] nulla eſt lex, qua Reſpublica adminiſtretur: deni-
que nullus [19] propheta remanſit, qui aliquam à Do-
mino viſionem mereatur adipiſci.*
*Senes Ieruſalem, qui prius in ſoliis ad iudicandum י
ſedere conſueuerant, præ nimio dolore [20] conſederunt
in terra taciturni, & lugentium induti veſte, con-
ſperſerunt cinere capita ſua, ac cinctoriis ciliciniis ad
carnem præcincti ſunt. & ſic quidem viri: virgines
verò ſparſis crinibus in terram capita abiecerunt, &
in puluere voluntauerunt.*
*[21] Defecerunt præ lacrymis oculi mei, omnia interio- כ
ra mea conturbata ſunt, quin etiam iecur ipſum, fel-
leis lacrymis in terra defluentibus effuſum eſt, &
quaſi exhauſtum, quia tam graui malo populi mei
nullam medicinam adhiberi poſſe video, cum & par-
uuli ipſi, & lactentes præ ciborum inopia, famiſque
malo animam efflare in plateis publicis videantur.*
*Quis enim ſine lacrymis videre ſuſtineret, cum in ל
plateis ciuitatis præ fame, quaſi gladio vulnerati, de-
ficerent, paruulos à ſuis [22] matribus petere panem, &
vinum: Lactentes autem in ſinum matrum ſuarum
exhalare animam, nullo cibo omnino, vel lacte illis
ſuppetente.*
*Quo vero tandem hunc tuum dolorem leuiam מ
aliquo genere conſolationis plebs Ieroſolymitana?
quod alterius ſic afflictæ, tibi exemplum proponam,
cui poſſis [23] comparari, vel aſſimilari, vel ſaltem
exæquari? cum contritio, & plaga tua [24] magna ſit
velut mare, quod exhauriri minime poteſt: neque hu-
iuſmodi eſt vulnus tuum, vt aliqua conſolationis
medella ſanari queat.*
*Nam ipſi tui [25] prophetæ, qui naſcentibus malis נ
tuis, mederi tui debuerant, viderunt, ac prophetaue-
runt tibi ſtultas, & falſas prophetias, dum omnia pro-
ſpera pollicebantur, neq; peccata tua detegebant, pœ-
nas illis comminatas ſignificabant, vt te ad pœniten-
tiam prouocarent, ad Deumq; reducerent, ſed [26] vi-
derunt inquam tibi prophetias falſas, viſioneſque*

[16]Vide Domine,& conſidera quem vinde- 20
miauris ita: ergone comedent mulieres *Res.*
fructum ſuum, paruulos ad menſutam pal-
mæ? ſi occiditur in ſanctuario Domini
[17] Sacerdos & propheta?
[18]Iacuerunt in terra foris puer, & ſenex: 21
virgines meæ,& iuuenes mei ceciderunt in *Sin.*
gladio: interfeciſti in die furoris tui: per-
cuſſiſti, nec miſertus es.
[1]Vocaſti quaſi ad diem ſolemnem, qui 22
terrerent me de circuitu: & non fuit in die *Thau.*
furoris Domini qui effugeret, & relinque-
retur: [40] quos educaui, & enutriui, inimi-
cus meus conſumpſit eos.

mendaces, quæ te ad interitum impellerent, & è tua terra eicerent.

ס *Qui per viam tranſibant, & cladem tuam videbant, rei nouitate commoti, tuique caſus dolore conſtricti,[17] complosis manibus ſibilabant te, & ad indicium doloris capita mouebant. & cum tam eximiæ vrbis tantam commutationem viderent, haeccine eſt vrbs illa, dicebant, omni ſpecie inſtructa pulchritudinis, quæ gaudium erat, & deliciæ vniuerſæ terræ?*

פ [18] *Aperuerunt ſuper te os ſuum, tanquam feræ belluæ te deuorare cupientes, omnes inimici tui, & vt ſerpentes ſibilauerunt, atque vt rapaces leones dentibus frenduerunt, neque ſola tui interitus voluntate contenti, quod cupiebant etiam perfecerunt, ſuique deſiderij compotes facti gloriabantur, dicentes: En hæc eſt dies, quam expectabamus, inuenimus, & rem confectam vidimus.*

ע [19] *Fecit Dominus quæ in æterno ſuæ prouidentiæ ſecreto conſtituerat, compleuit ſermonem ſuum, quam à diebus antiquis fuerat cōminatus per priſcos illos patres, & prophetas, deſtruxit penitus omnia, nec voluit parcere multis rationibus exoratus, lætificauit ſuper te inimicū, & caput eius ad inſultandum tibi, vt erigeretur, effecit.*

צ *Præ cordis afflictione ciues Ieruſalem, [10] clamauerunt ad Dominum vrbis, [11] muros dirutos contemplantes, & plebem Ieroſolymitanā his verbis ad orandum concitabant. Mitte iugiter lacrymas, diu noctuque non exiguas, ſed torrentis modo profluentes, neque inquam, à fletu defatigata quieſcas, neque intermittat eum pupilla oculi tui.*

ק [12] *Conſurge, & ora in nocte, cum ſunt omnia quieta, nec ſemel tantum in nocte, ſed [13] in principio ſingularum vigiliarum, & cor tuum, eiuſque intimas curas per gemitus, & lacrymas ante conſpectum Domini [14] effunde, [15] leua ad eum manus tuas deprecans pro anima paruulorum tuorum, qui producta morte præ fame defecerunt, dum cibum quærerent, in capite omnium compitorum. ac dic:*

ר *Sit ſatis indignationi tuæ Domine, poſt tam graue ſumptum ſupplicium, [16] vide quæſo & conſidera, quam vnquam gentem tam atroci ſupplicio affeceris, & tam accuratè deuindemiaueris, vt me, cum non tantum botros, grandiores nempe homines, ſed & latentes exiguos racemos, pueros videlicet, exciderit. Num auditum hoc vnquam eſt, vt matres rabie famis efferatæ, paruulos, quos ad vbera nutriebant, tantillos, vt palmum vix excederent, diſcerperent, ac in ſuum cibum verterent? An vnquam auditum eſt, [17] Sacerdotes, & prophetas in ſanctuario Domini fuiſſe interfectos?*

ש *Nulla ætatis ratione habita, nulla ſexus, puer ſimul, & ſenex, proſtrati [18] iacuerunt in plateis, virgines verò, ac iuuenes occiſi gladio. iram vltionemque in omnes ſine vllo diſcrimine exercuiſti, interfeciſti, nec curaſti miſereri.*

ת *Tanquam ad ſtatum diem ſolemnem, [1] conuocaſti hoſtes, non ad adorandum te, ſed vt terrerent in circuitu, & obſiderent me, nec fuit vllus è ciuibus, qui in die illo furoris tui, vel hoſtium manus effugeret, vel reliquus fieret; imo ipſos etiam pueros, [40] quos maxima cura, manu, lacteque educaui, & enutriui, & ad iuſtam perduxeram magnitudinem, hoſtis vel fame conſumpſit, vel gladio.*

ARGVMENTVM.

LAmentatur Ieremias florentiſſimæ vrbis Ieroſolymæ euerſionem factam per Chaldæos, & incendium templi toto orbe celebertimi. Ex victore, Euſebio, Ruperto, Hugone, & Lyra; quamuis alij de vniuerſi regni vaſtitate ſermonem fieri exiſtiment.

COMMENTARIVS.

QVomodo.] Verbum Hebræum יָעִיב Iahib, obtenebreſcere, ſeu obnubilare ſignificat à nomine עָב Ab, deductum, quod eſt nubes: & in hac ſignificatione acceperunt Lxx. Chaldæus, ceteriqoe interpretes. nam in primis per metaphoram dicit Ieremias, ſplendorem illum, & decorem populi Ieroſolymicani, furore Domini metonimicôs, hoc eſt, ſoppliclo, ærumnis, & calamicatibus ex Dei furore inductis, obnubilatum, & obſcuratum: ſicut nobe oppoſita ſolet ſplendor ſolis obſcurari, aut puræ lucis decor obtegi, & obnubilari. Sed Dauid Kimhius, & Abcahamus, quos ſequitur Vatablus dicunt ſignificare etiam eleuare, ſeu efferre ad nubes, ac ſi dicas, nubificarè, vt iucunda hac anthitesi declaret ruinam vrbis Ieruſalem, dicens. Vt quid Deus ad nubes extulit *Ruina Ieruſalem.*

vt cum

Ieruſalem, vt cum iraſceretur, de tanta felicitate A in ſummam eam deturbaret infelicitatem, & propterea adiectum eſt, proiecit de cœlo in terram inclytam Iſrael: nam extulit ad nubes, & ad cœlum ipſum: vt poſtea inde eam proijceret, ac deturbaret. Sed prior interpretatio communis eſt, & verior.

2. Proiecit, de cœlo in terram inclytam Iſrael. Vel de ſublimi gradu gloriæ, & imperij, ac dignitatis, ad quã euexerat Deus eam vrbem, quæ erat gloria, & decus totius Iſraelis: omnis enim Iſrael de tam ſublimi vrbe gloriabatur: vt exponunt Paſchaſius, Raban. Hugo, Lyra, & Diony. vel de culmine regiæ dignitatis ad vilẽ ſtatũ, vt vult S. Tho. quod ſub prima explicatione continetur: iuxta illud Pſ. 101. Quia eleuans alliſiſti me. Vel de prote- *Pſalm. 101. 11.* ctione ſua, & tutela, vt intelligit etiam Paſchaſius. *4. Reg. 24. 20.* vt. 4. Reg. 24. dicitur: Iraſcebatur enim Dominus B contra Ieruſalem, & contra Iudam, donec proijceret eos à facie ſua. Vocat autem inclytam, quam Hebræus textus dixit gloriã, aut decorem. & Lxx. gloriationem Iſrael, quòd in ea vrbe eſſet Dei templum, & Religio & ob id mons Sion: pſ. 47. *Pſal. 47. 3.* dicitur, exultatio vniuerſæ terræ.

Scabellũ quid notet. 3 *Scabelli.*] Quid nomine ſcabelli, ſubſelli, aut ſuppodanei hîc ſignificetur varia eſt exponentium opinio. Eorum plurimi templum dicunt intelligi: ita Chaldæus Paraphraſt. Theodoret. Olympiodor. Paſchaſ. Hugo, S. Thom. Bonau. Lyra, & Dionyſ. Et probari poteſt hæc intelligentia, pri- *Scabellũ templũ. Iſai. 6. 1.* mùm teſtimonio Iſaiæ cap. 6. 1. dicentis: Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & ea quæ ſub ipſo erant, replebant templũ: vbi Hebraica habẽt, & fimbriæ eius replebãt C templũ, quaſi diuinitatis veſtigia hærerent tẽplo. *Ezech. 43. 4.* Deinde teſtimonio Ezechielis. ca. 43. 4. dicentis: Et maieſtas Domini ingreſſa eſt templum per viã portæ, quæ reſpiciebat ad Orientem: & dixit ad me: fili hominis, locus ſolij mei, & locus veſtigiorum pedum meorũ, vbi habito, in medio filiorũ Iſrael in æternũ. Vbi locus, in quo habitat, & hærent eius veſtigia, templum proculdubio intelligitur. *Ierem. 7. 4.* Cum ergo tanti feciſſent templum Iſraelitæ, vt dicerent Ierem. 7. 4. templum Domini ter, oſtendentes non paſſurum Deum, vt ciuitas illa vaſtaretur, in qua tam magnificum templum illi eſſet extructum: modo deflet vaſtatum, nulla habita ratione templi, quod erat ſcabellum pedũ ſuorum: imo pedibus ipſis abiecit à ſe & omnino diruit. A- *Scabellũ ciuitas.* lij quidam, nempe Victor, Rupertus, & Rabanus, intelligunt ciuitatem Ieruſalem, quia in ea templum erat, & Dei cultus exercebatur, ſicut vniuer- D ſa Eccleſia ita vocatur, quod in ipſa vniuerſa Deus *Iſa 66. 2.* colatur, de qua id Iſa. 66. exponunt, Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Verùm hic ſenſus non videtur huic loco conuenire: quia poſtquam admiratus eſt Ieremias tam inclytæ vrbis ruinam, ad augmentum admirationis addit, vrbem diruit, nulla ratione habita ſcabelli, quod erat eximium vrbis ornamẽtum. Aliis *Arca ſcabellum.* videtur proprius ſcabelli nomine, quod attinet ad locum præſentem, ſignificari arcam teſtamenti, quam Deus cum apparebat in templo illo Ieroſolimitano, ſedebat in propitiatorio, quod erat aurea tabula ſubleuata à duobus Cherubim ſupra arcam, in qua quaſi in throno conſidebat Deus, pedibus autem calcabat arcam, in eaque quaſi in ſubſellio figebat veſtigia: quod ex ipſa Scripturæ loquendi forma ſatis perſpicuum fiet, Exod. 25. *Exod. 25. 22.* poſt deſcriptum propitiatorium, & arcam, dicitur v. 22. Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, *2. Reg. 6. 2.* qui erunt ſuper arcam teſtimonij. & 2. Reg. 6. de arca dicitur, Super quam inuocatum eſt nomen Domini ſedẽtis in Cherubim ſuper eam. Vnde pſ. *Pſalm. 79. 2.* 79. dicitur: Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare. & 1. Paralip. 28. 2. ait Dauid: Cogitaui, vt ædifica- *1. Paralip. 28. 2.* rẽ domũ, in qua requieſceret arca fœderis Domini, & ſcabellum pedum Dei noſtri: & pro, id eſt, *Pſalm. 131. 7.* ſcabellum pedum. & pſ. 131. 7. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius. Hebraicè, incuruabimus nos ſcabello pedum eius, & vt ſignificet, quod vocet ſcabellum, addit, Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca ſanctificationis tuæ: & ſic eſt intelligen- *Pſalm. 98. 5.* dus verſus 5. Pſ. 98. Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Recte igitur hic locus Ieremiæ de arca intelligitur, cuius nulla ratione habita, nihilominus vrbẽ diruit, quamuis Synecdochicõs, vt indicat Lyra, pro templo accipi poſſit, quod ratione arcæ, venerationi erat omnibus.

4. *Præcipitauit.*] Abſorbuit legitur in Hebræo, & in Lxx. quod nihil rei maneat, & inde per metaphoram, præcipitauit, aut perdidit, quod rei ſic perditæ, nihil reſtet amplius. Polluit regnum, hoc eſt in opprobrium dedit, vt v. 6. dedit in opprobrium, & indignationem furoris ſui Regem, & Sacerdotem. aut potius, quoniam verbi ſignificatio eſt profanare, violare, & contaminare; & profanare eſt rem diuinis vſibus dicatam, extra fanum, & ad communem, & vulgarem vſum conuertere, Deum polluiſſe, ſeu profanaſſe regnum, cum principibus eius, eſt populũ, quem ex omnibus gentibus ſibi delegerat, vt ſibi ſeruiret, & cultum exhiberet, conuertiſſe in profanos vſus, vt ſcilicet, ſeruirent Chaldæis Dominis du- *Iſai. 39.* ris, ij qui ſeruire noluerunt Domino beneuolentiſſimo, iuxta illud Iſa. 39. quod dictum eſt Ezechiæ: Ecce dies veniunt, & auferentur omnia, quæ in domo tua ſunt, & quæ theſaurizauerunt patres tui, vſque ad diem hanc in Babylonem. & de filijs tuis, qui exibunt de te, tollent, & erunt eunuchi in palatio Regis Babylonis.

Cornu ſignificatum. 5. *Confregit.*] Cornu in ſcriptura ſacra robur, ſeu fortitudinem ſolet ſignificare: & quia in regni principibus ſitum eſt robur regni, & gentis fortitudo, idcirco Origenes, Theodoret. Olympiodor. Hugo, Bonau. S. Thom. & Dionyſ. potentes, principeſque intelligunt. recepit enim alia forma *Daniel. 8.* loquendi id quod dixerat, polluit regnum, & principes eius. Sed quia in Daniele cap. 8. Cornu regnum ſignificat: ideò Origenes, Paſchaſ. & Raban. hîc volunt pro regno accipi: nam omne regnum Iſraelis deſtruxit. Et Vatab. duo regna intelligit, Iſrael, & Iuda. Chaldæus, & Rupertus, & *Pſalm. 74.* Lyra, omnem gloriam, & ſuperbiam Iſraelis exponunt, iuxta illud pſ. 74. Nolite extollere in altum cornu veſtrum. &, Omnia cornua peccatorũ confringam. Sed verius eſt hîc accipi pro robore, quod illi populo ademit, ne poſſent hoſtibus repugnare, vt ſtatim ſubditur.

Dextera auxilium. 6. *Dexteram ſuam.*] Hoc pronomen, ſuam, poteſt referre Deum, & ita per dexteram, auxilium debet intelligi, vt intellexêre Chaldæus, Origenes, Theodor. Olympiod. Paſchaſ. Raban. Hugo, S.

Thomas, Bonauent. & ceteri: ſubtraxit enim auxilium ſuum à Iudæis, vt Pſ. 73. Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam. & permiſit hoſti pro voto in populum graſſari. vel poteſt referre populum, vt notant Olympiod. & Lyra, & verſio Pagnini ita indicat, dum transfert, redire fecit retrorſum dexteram eius à facie inimici, & tunc Deus dicitur ſubtraxiſſe Iudæis virtutem, cum ad manus venirent cum inimicis, vt facile cederent, non valentes reſiſtere: ſed prior ſenſus communior eſt, & verior.

Pſalm. 73.

7. *Tetendit.*] Correctio eſt iuxta Theodo. & Vat. non ſolum, inquit, me non adiuuit, verùm ipſemet accepit arcum, tetendit, & iaculatus eſt, quaſi vnus ex hoſtibus, ſagittas. nomine autem arcus vim Dei vltricem intelligit Origenes. Firmauit dexteram ſuam ad percutiẽdum, ac ſi eſſet hoſtis; vt eſt communis intelligentia. Vel firmauit in arcu dexteram, vt non vacillaret, & in incertum iaceret, ſed quàm vehementiſſimè poſſet, ſagittam iacularetur, & grauiſſimè vulneraret. Hunc ſenſum iudicat Rupertus c. 39. vel tertio iuxta lectionem Hebræam. Stetit dextera eius tanquam hoſtis, erit ſenſus Chaldæi, & Vatab. non ſolum auertit dexteram ſuam à facie hoſtis, vt ne populum ſuum adiuuaret aduerſus hoſtem pugnantem: ſed ſtetit pro hoſte dextera eius, ſtetit enim à dextera ipſius Nabuchodonoſoris, & auxiliatus eſt illi, perinde ac ſi hoſtis fuiſſet populi ſui. Vtitur ergo iucunda antitheſi: dicit autem, non hoſtis, ſed tanquam hoſtis. fingit enim ſe hoſtem eſſe, quia non inimicitias gerens punit Deus, inquit Origenes, ſed prodeſſe volens aut his, qui patiuntur, aut his, qui vident.

Rupertus.

Deus punit tanquam hoſtis. Origenes.

8. *Occidit.*] Hîc eſt idem nomen Hebræum, quod cap. 1. v. 7. & 10. verſum eſt deſiderabilia. & quia vſus eſt Propheta verbo, occidit, quod proprium eſt viuentium, Chaldæus, Theodoret. Olympiodo. Hugo, & Diony. intelligunt virgines, & adoleſcentes, florentes ætate, & pulchritudine præſtantes. At cum verbum, occidit, poſſit accipi, vt Vat. accepit, pro perdit, Rupertus, & S. Thom. pulchra ædificia intellexêre: Lyra vero Sacerdotes occiſos, & vaſa templi erepta. & quanuis Origenes, Theodoret. Olympiodor. & Lyra nomine tabernaculi intelligant templum, in quo dicunt occiſos illos adoleſcẽtes, & Sacerdotes, ſed Chaldæus, Rupertus, Hugo, S. Thom. & Dionyſ. melius explicant ipſam vrbem Ieruſalem, id eſt, tabernacula, aut domos Ieruſalem, in quibus eiuſmodi ab hoſtibus occiſi ſunt. Quanuis autem Hebraica diſtinctio huic periodo adhibita rectè hac ratione adijcitur. & occidit omne, quod pulcrum erat viſu: in tabernaculo filiæ Sion effudit quaſi ignem indignationem ſuam. vt cap. 4. v. 11. effudit iram indignationis ſuæ, & ſuccendit ignẽ in Sion, & deuorauit fundamenta eius: nam de incendio vrbis videtur loqui: verum nemo eſt, vel interpretum, vel expoſitorum, qui non ſequatur vulgati diſtinctionem, etiã Lxx. & Chaldæus. nec loquitur de vero igne, ſed de indignatione, qua accenſus velut igni, omnia deſtruxit.

Thren. 1.7.10.

Thren. 4.11.

9. *Factus eſt.*] Illa verba, repleuit in filia Iuda humiliatum, & humiliatam, hunc habent communem ſenſum, multiplicauit, aut auxit in filia Iuda humiliatum, & humiliatam: quæ omnes vtriuſque ſexus humiliati ſunt à Chaldæis, omnes ſubiecti calamitatibus multiplicibus: nam, vt exponit Theodoretus, & viris, & mulieribus luctum adduxit. Verùm in Hebræo ſunt hîc duo nomina taamiah, & amiah ab eodem verbo אנה ana, deriuata, quod eſt graui aliqua de cauſa ad luctum impelli, vnde quidam hîc vertũt, multiplicauit in filia Iudah impetum, & impetum, vel impulſionem, & impetum, quia ex omni parte erant calamitates impellentes Iudæos ad luctum: at Chaldæus, Tigurina, & Pagnin. vertunt, multiplicauit in filia Iuda luctum, & luctum, aut mærorem, & luctum, vt etiam Vulgatus. Ita 29. 2. Cum dixit, Circumuallabo Ariel, & erit triſtis, & mærens. Sed ad ſenſum recte verterunt Lxx. & Vulgatus, ſicut & Symmachus tranſtulit.

Iſai. 29. 2.

Inſtruit hoc alphabeto Ieremias Eccleſiæ Epiſcopos, & Doctores, quo affectu Eccleſiæ cauſas, quantiſq; lacrymis fidelium altiores ruinas eluere conari debeant: non confidendo in verbis mendacij, dicentes templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt, Ieremiæ. 7. neque enim Deum peccatis offenſum, templi magnificentia, auri copia, & argenti, marmorumque magnitudo, ceteraque ornamenta, pulcritudinem illius præferentia, placare vnquam poſſunt: ſed verus dolor, qui haberi, niſi ex cognitione mali peccato adducti, & boni, quo priuat, non poteſt. Miratur ergo in primis obſcuram triſtitiæ, & ignorantiæ caliginem, in quam deuenerit myſtica Sion, ob fidelium ſuorum peccata: & quæ erat decor, & gloria filiorum ſuorum, de cœlo, vbi erat, cum in ea Deus morabatur: ſiquidem cælum cæli Domino: proiecta eſt in terram, in qua morantur cum hominibus ſerpentia, ac reptilia animantia: omnia cæleſti ornatu lucidorum aſtrorum, & caloris eorum priuata, nec vllam habuit rationem ſcabelli pedum ſuorum, hoc eſt, ſanctiſſimæ Chriſti humanitatis, quam ſcabellum diuinitatis vocant Auguſt. & Caſſiod. in illud pſ. 98. Adorate ſcabellum pedum eius: nec mirum, cum, vt ait Paulus ad Hebræos. 10. ipſum filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt. Deſtruit pulcritudinem Sionis, quæ adſtat tanquam regina à dexteris Chriſti circundata varietate: cũ decore gratiæ filij eius peccantis, priuãtur: diſtruit munitiones: omnia videlicet propugnacula, cũ mille clypeis, qui pendent ex ea, omnis armatura fortium. Cant. 4, quæ ſunt ſacræ Scripturæ teſtimonia, quibus ſe tuetur ab hoſtibus, eoſque expugnat. Denique regnum, in quo ipſe Deus, tanquam rex colebatur, cum eius principibus, prælatis, & doctoribus, tradit ſeruituti diaboli. Cõfregit illis omne robur, & ſua eos priuat protectione, ne cum cõferunt manus cum hoſtibus victores euadant, imo hoc non contẽtus ipſe quaſi eſſet hoſtis, ſtat pro ipſo hoſte, & omnia virtutũ genera permittit deuaſtari. denique multas cauſas calamitatum, & multiplicis mæroris, & luctus offert, qua crucietur non ſemel Eccleſia, dum hinc, inde hoſtibus expugnãtibus affligitur.

Prælatorum pro omnibus ſolicitudo.

Ierem. 7.4.

Pſalm. 113.16.

Auguſtinus. Caſſiodorus.

Pſalm 98.5.

Ad Hebræos. 10.29.

Cant. 4. 4.

Merito deinde vir iuſtus deflet caſum animæ in peccatum: omnes calamitates, in quas propter illud incidit, recenſens: prius namque à Deo derelicta tenebris offunditur ignorantiæ, luce, qua diſtingueret bonum à malo, priuata, hoc enim in primis procurat diabolus, quo animæ domiciliũ perfecte potiatur, vt erutis oculis, non videat quid ſibi conducat. Ita Philiſtæi Iud. 16.21. mox vt Sanſonem comprehenderunt, eruerunt oculos

Peccati vaſtitas.

Iud. 16. 21.

eius, &

eius, & duxerunt Gazan vinctum catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. & 1. Reg. 11. Naas rex Ammonitarum hac lege vt ſibi ſeruirent, viros Iabes Galaad excipiebat, vt eorum omnium dextros oculos erueret: quod ipſum fecit Nabuchodonoſor cum Sedecia, cuius oculos eruit, & deinde captiuum miſit Babylonem. Hoc enim commodi conſequitur dæmon ex ſpirituali cæcitate, vt homo tenebris obductus frequenter impingat, nec conſideret peccata commiſſa, vt doleat, futura præmia vt quærat, aut ſupplicia, vt fugiat, nec præſentia beneficia, vt Deo gratificetur. Cum tamen iuſti pleni oculis ſint ante & retro, vt ſancta illa animalia Ezech. 1.

1. Reg. 11. 2. — *Cæcitatis malum.*

Hæc ipſa filia Sion, quæ inſtar cæli erat, altitudine conuerſationis, quia eius conuerſatio in cælis erat, ſplẽdore pulchritudinis, ſiquidem omni genere virtutum, ſtellarum inſtar, condecorabatur, & ſumma celſitudine, ſiquidem vt cælum, nihil ex terra, aut læditur, aut coinquinatur, ſic nec ipſa terrenis affectibus commaculabatur: hæc ergo de hac ſua celſitudine cælica in terram proiecta eſt, vt iam terrena ſapiens, ac diligens, repat, ac ſerpat, cum terreſtribus animantibus, & demum terra ipſa efficiatur. Denique quod mirandum eſt, & grauiter dolendum, quæ ſcabellum pedum Dei erat, conuerſa eſt in ſcabellum diaboli, in ea ſiquidem deambulabat Deus, ſicut in paradiſo, in eaque figebat pedes ſuos, tanquam in ſcabello, cuius ſedes cælum eſt, & inde tanquam è cathedra doceba, nam qui appropinquãt pedibus illius, accipient de doctrina eius, Deut. 33. Exod 24. habetur, dominum apparuiſſe in monte Sion, & ſub pedibus eius opus, quaſi lapidis ſaphirini: nam talis eſt anima cæleſtibus plena virtutibus, cui hæret Deus: eſt inſtar arcæ, in qua erat diuina lex, & virga Aaron, & manna, tunc enim Deus ſedet ſuper Cherubim, & ſtatuit pedes ſuos ſupra arcam, hoc eſt, ſupra animam, quaſi ſupra ſuum ſcabellum, quando deuotionis ſuauitate perfunditur, & virga diſciplinæ continetur in officio, & in diuina lege complenda aſſiduo exercetur. Quibus ſi caruerit, nullam eius rationem habens, ipſis pedibus, quibus eam ſibi deuinciebat, à ſe abiiciat. Ita ſit, vt dominus deſtruat quicquid decoris in anima eſt, & ſpeciei: nam quæ id habebat decoris, vt ſpeciei domus eius eſſet diuidere ſpolia, & pulchris ornamentis ab hoſtibus priuata, quibus ſponſo ſuo Chriſto exornaretur, varijs nempe virtutibus, victorijs de hoſtibus auctis, iam in ſummam deciderit vitiorum turpitudinem, deſtruat & munitiones, quibus olim ſe tuebatur, orationis, ieiunij, & mortificationis, quibuſque virtutes ab hoſtibus defenduntur: vigilate, inquit, & orate, ne intretis in tentationem. Matth. 26. Inde virgo filia Iuda facta eſt fornicatrix, & adultera. Hinc hoc ſpirituale regnum profanatur, cum principibus eius, quia in profanos vſus facultates, & ſenſus eius cõuertuntur, qui ſeruire Deo ſolebant, quod regnare eſt.

Ezech. 3. 18. — *Scabellum Dei ſpiritua le.* — *Deut. 33. 3. Exod. 24. 10.* — *Pſalm. 67. 13.* — *Matth. 26. 41.*

Sic cornu, hoc eſt, fortitudinem ab anima tollit, gratiam videlicet, & quando accidit tentari ab inimicis retrahit auxilium ſuum, & protectionem, & vincitur, etiam ſi confidat in curribus, & in equis, & permittit Deus, vt per circuitum concupiſcentia variorum deſideriorum inardeſcat, & deuoret: cuiuſmodi 2. ad Timoth. 3. dicit Paulus, in nouiſſimis temporibus futuros homines ſe ipſos amantes. Tetendit arcum quaſi inimicus, hoc eſt, vim ſuam vltricem, nam quandoque tetendit vt amicus, vt tempore Noë in nubibus cæli, & percutit ſagittis ſuis acutis, nempe timore gehennæ, mortis, & iudicij. Iſa. 5. Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. Iob 6. Sagittæ domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meũ, & abſtulit quicquid pulcrum erat in anima, abſtulit mænia, cuſtodiam videlicet quinque ſenſuũ: Pſ. 38. Dixi, cuſtodiã vias meas, vt non delinquam in lingua mea: & munitiones, ſeu turres, quales ſunt humilitas, caſtitas, patientia, &c. Sic multis modis luctum, & mærorem efficit in anima, multis inflictis hinc inde calamitatibus.

2. ad Ti. 3. 1. — *Iſ. 5. 28* — *Iob. 6. 4* — *Pſalm. 38. 2.*

10 *Diſſipauit.*] Hebræum verbum חָמַס hhamas, quod Vulgatus tranſtulit, diſſipauit, ſignificat etiam tranſtulit, ſeu remouit. R. Abraham explicat, diſcooperuit, in huius loci commentario, vel detexit iuxta illud Ier. 13. 22. Diſcoopertæ ſunt plantæ tuæ, hoc eſt, ſecundum Dauid Kimhi, remotum eſt operimentum, quod erat ſuper plantas ſuas. Tentorium autem ex Hebræi nominis ſignificatione, non hîc eſt compoſitum ex aulæis, ſed ex ramis foliiſque ſpinarum inſtar implexis contextum, quod tugurium, aut vmbraculum dicimus: in prima ſignificatione accipiens verbum Vulgatus, tranſtulit, & diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum: Hoc eſt, quam facile quis eradicat hortum, qui eradicatis herbis manet horribilis, tam facile diſſipauit, ac diripuit templum ſuũ: ita & Theodoret. cum inquit, demolitus eſt quaſi vineam tabernaculum eius, quia exuſſerunt templum. Chaldæus, Hugo, Rupert. & Dionyſius nomine tentorij, & tabernaculi templum intelligunt Salomonis. Ad hunc modum videntur explicuiſſe Paſchaſius, Raban. & S. Thom. niſi quod nomine tentorij Moſis tabernaculum intelligunt, quod poſtea in Silo conſtitutum eſt, iuxta illud Pſa. 77. Repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus, & tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici, & Ierem. 7. Faciam domui huic, in qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua habetis fiduciam, ſicut feci Silo: nomine vero tabernaculi intelligunt templum.

Ierem. 13. 22. — *Pſalm. 60.* — *Ierem 7. 14.*

Alij vt Lyra, de diſſipatione ſepis horti explanãt: diſſipauit templum Salomonis, vt quis diſſipat ſepem horti, qui patet omnibus beſtijs agri, & direptoribus ſepe remota, ita Deus templum Salomonis expoſuit diripiendum Chaldæis. Et hanc expoſitionem probat illa ſupradicti verbi ſignificatio, qua diximus ſignificare, denudare, diſcooperire, nam retexit, aut denudauit templum, ſicut ſolet hortus retegi, denudari, aut diſcooperiri ſepe diſiecta: & hunc ſenſum inſinuauerũt LXX. quando hîc verterunt, & explicauit vt vitem tabernaculum ſuum: hoc eſt, ſicut folijs cadentibus, palmitibuſque exuſtis, quibus vmbram facere, & ſolem arcere ſolebat, aperuit, & explicauit: aut vt legunt Origenes, Theodoret. Olympiodor. expandit quaſi vineam, ſepe diſiecta, plebemque intelligunt, quæ eſt vinea Domini ſabaoth, de qua Dauid Pſalm. 89. Vt quid deſtruxiſti maceriam eius? & Iſa. c. 5. Deſtruxiſti ſepẽ eius: vbi notandũ LXX. pro גַּן hortus, legiſſe גֶּפֶן guephon vitis. Sicut Chaldæ' גִּנְתָא ghinta, vulgo kuita. Dauid Kimhius

Pſalm. 89. 13. — *Iſa. 5. 5.*

quem ſequuntur Pagninus,& Vatab.per hypallagẽ exponit, verbo accepto in prima ſignificatione.& tranſtulit, ſeu remouit veluti hortum tentorium, ſeu tugurium ſuum,hoc eſt,remouit veluti horti tugurium, tugurium ſuum: aut veluti in horto tugurium ſuum. Quod eſt dicere, quàm facilè, quamque leuiter hortolanus remouet tugurium horti ſui, & ex vno loco transfert in alium: tam facile Deus remouit arcem Sion, ſeu templum in ea extructum, vnde tanquam ex tugurio proſpectabat omnia, vrbem Ieruſalem, & vniuerſam Iudæam cuſtodiebat, ac tutabatur,& trãſtulit Babylonem,& ad hunc ſenſum dixere 70.iuxta tranſlationem vaticanam, & fecit auolare quaſi vitem tabernaculum ſuum, Tigurina ſua verſione indicat alium ſenſum non ineptum,non enim particula ſimilitudinis cõfert verbum,diſſipat, ſed nomen tentorium, vnde ſic vertit, diſſipauit tabernaculum ſuum paradiſo ſimile:quem ſenſum ſequitur etiam Dionyſius,ait igitur, diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum, vel tentorium ſit,quod erat quaſi hortus,vel quaſi paradiſus, quod idem eſt:non enim habuit rationem neque pulchritudinis neque iucunditatis, *Time.* neque amænitatis,quam habebat templum inſtar paradiſi, quia diſſipauerit,& diſſipuerit, vt timeamos.

Nomine verò tentorij, licèt quidam, vt vidimus,intellexerint tabernaculum Moſis,quod fuit *Tẽtoriũ quid.* collocatum in Silo, multi templum Salomonis, Hugo Ieruſalem, Dauid, & Vat. arcem Sion. Verùm alij metonimicῶς intelligunt vim diuinæ protectionis,iuxta Dauidem pſalm. 16.Quoniam *Pſ.26.5.* abſcondit me in tabernaculo ſuo,in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.remota enim Dei protectione non mirũm ſi æſtuauerit Iſrael,& vi tribulationum adustus fuerit, defecerit, & fuerit anxiatus. Verum certius videtur intellexiſſe templũ,quia ſtatim loquitur de his,quæ ad templum pertinebant nempe de feſtis.

11. *Tabernaculum.*] Nomen מועד moed,variè interpretantur Hebræi,ſignificat enim tempus,aut locum condictum, aut deſignatum, ad conueniendum in eo.&ita vertitur tabernaculum, vt ab Vulgatu, quo nomine omnes interpretes intelligunt templum, à Dauide, & Abrahamo, ſanctuarium ſuum. Alij vertunt, ſubuertit teſtimonium ſuum, nempe arcam,ſeu propitiatorium,à quo denominabatur tabernaculum teſtimonij: quem ſenſum videtur elegiſſe Chaldæus, cum vertit, deſtruxit locum deſtinatum ad propitiationem populi ſui. *Moed varia ſignificatio.* Pagn.& Vat.vertunt, congregationem ſuam. Hi enim omnes pro loco acceperunt, in quem conueniebant,& congregabantur Iudæi.70. verò, & Tigurina ſumpſerunt pro tempore condicto ad feſtiuas ſolemnitates, vnde dicunt 70. diſſipauit feſtiuitates ſuas, quo eodẽ modo vertit Vulgatus idem nomen ſtatim cum dixit, obliuioni tradidit in Sion מועד moed,feſtiuitatẽ,& ſabbatũ,hoc eſt, vt intelligunt Origenes, Theodor. & Olympiodor. fecit ne deinceps celebrarentur illæ feſtiuitates,quæ iuxta leges certis diebus celebrabãtur. Ergo cum nomen illud ſignificet *el plazo*,ex verbo ſignificãte *aplaſar.*, & vulgo *el plaſo*, poſſit vel locũ deſignatũ, *lugar aplazado*, in quo conueniatur ad aliquid, vel tempus, vt ad diem condictum conueniatur, ex adiunctis colligi debet quid horum ſignificet: quia igitur priori loco ſubiecit nomen

A Moed,tentorio, quo templum diximus ſignificati,& verbũ demolitus eſt, aut ſubuertit,proprius quadrat loco: ideo rectè priori loco nomen Moed acceptum eſt pro loco,nempe pro templo:at quia poſteriori loco coniunctum eſt nomen cum ſabbato,omnes rectè intellexerunt,præcipuè pro feſtiuitatibus,ſeu ſtatis ferijs,quamuis ſunt qui intelligant peculiarem feſtiuitatem,nempe paſchatis.

12 *In opprobrium.*] Vel vniuerſaliter loquitur, quòd opprobrio tradiderit regnum illud, & ſacerdotium,tanquam rem pro nihilo habitam,vt videntur intellexiſſe Theod. Olympiod.Paſch.Raban. Hugo,S.Thom.& Diony. vel propriè de Sedecia Rege,& Saraia Sacerdote,ex quibus in Rablatha, *4.Reg. 25.7.* id eſt, Antiochiæ,regi eruit oculos,& hunc interfecit,vt habetur 4.Reg.25. & Ierem. 52. & ita in- *Iere.52. 11.* telligunt Chaldæus,& Rupertus, & benè.

B 13 *Repulit.*] Hebræum נאר nier idem eſt quod aſpernatus eſt,execratus,aut è corde proiecit, quod 70. dixerunt ἀπετίναξεν, excutiendo quaſi cum impetu, & violenter abiecit, & Chaldæus, apertè contempſit. Sanctificationem ſuam,hoc eſt, ſanctuarium ſuum,vt verterunt Chaldæus,Tigurina, & Pagn. quo nomine templum intelligunt, vt Theodor.Lyra,& Dionyſ.vt 1.Machab.1.4. vide- *1.Mac. 1.4.* runt ſanctificationem deſertam, altare profana- *Iſa. 64. 12.* tum. & Iſa.64. Domus ſanctificationis noſtræ, & gloriæ noſtræ,vbi laudauerunt te patres noſtri,facta eſt in exuſtionem ignis. Quamuis Paſchaſius & Rabanus,& S.Thomas de legis ſacrificijs explicent,quibus populus expiabatur, & ſanctificabatur. Hugo verò de plebe ipſa electa à Deo, & ſibi ſanctificata, iuxta illud Pſalm.113.facta eſt Iudæa *Pſal.113. 2.* ſanctificatio eius,Iſrael poteſtas eius. Sed ex ante- C cedentibus, & conſequentibus ſatis perſpicitur loqui prophetam de templo.

14 *Trachdis*] Hebræum nomen ארמנות armenoth, ædes,aut domus magnas ſignificat,ſeu palatia, vt Chaldæus,Tigurina,& Pagni.verterunt.Symmachus Baſilicas, ſic Amos 1.4. & deuorabit domos *Amos 1. 4.& 6. 3.4.* Benadab,& cap.3.9.in Ædibus Azoti,& in ædibus terræ Ægypti. Sed 70. & Vulgatus eas pro turribus accipiunt,quod Ethimon Hebraicè ab altitudine domus. Relatiuum autem,eius intelligamus fuerint ne turres templi,aut vrbis: Origenes, Paſchaſ.Raban.Hugo,& Vat.ad vrbem,ſeu ad populum referunt. At Olympiodor. S.Thom.Lyra, & Dyonyſ.ad ſanctificationem,ſeu templum,in hoc enim verſu,templi deſtructionem,cum vaſtatione illius propugnaculorum deflet Ieremias.

D 15.*Vocem dederunt.*] Hoſtes nempe in templi combuſtione, & deprædatione lætantes, & perſtrepentes,& de victoria gratulantes,vt omnes intelligunt Chaldæus,Origenes,Theodoretus,Olympiodor.Paſchaſ.Rabanus,Hugo,S.Thom.Bonauent.Dionyſ.& Vat.præter vnum Rupertum lib. *Rupert.* 3.de Trinit.& operibus eius ſuper Ierem. cap.42. vbi exponit de Iudæis, qui confugientes ad templum, nunquam altius in gaudio ſolemnitatis cecinerant, quàm tunc in anguſtia, & dolore ſuo clamauerunt. Sicut in die ſolemni. Chaldæus de ſolo die paſchatis intelligit. Ceteri de quacunque *Vox deuotionis* die ſolemni. & de voce, & clamore populi exponunt Chaldæus ipſe,Hugo, & Vatab. nam quandoque populus, qui ad ſolemnitatem conueniebat, præ admiratione, & lætitia in voces laudis prorumpebat: vt 2. Paralip. 7.3. omnes filij Iſrael *2.Par 7.* videbant deſcẽdentem ignem, & gloriam Domi-

ni ſu-

ni ſoper domom, & corruentes proni in terram ſuper pauimentum ſtratum lapide adorauerunt, & laudauerunt Dominum, quoniam bonos, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Sed The. odoret. Paſchaſ. Raban. S. Thom. Lyra cum ceteris intelligont de vocibos muſicis cantorum, leuitarum, & ſacerdotum, de quibus agitur. 1. Par. 14. 16. & cap. 16. 7 & 2. Paralip. 5. 12. & ſæpe aliâs: nam tam hilariter voces contendebant exultationis, & gratulationis de victoria victores chaldæi, ſicut ſolebāt Cantores, & leuitæ, contendere à Dauide conſtituti. Exiſtimant aliqui, has Chaldæorum voces fuiſſe voces, quibus in cōtemptum Iudæorum, & cultus eorum, ipſorum voces pſallētiom, & orantiū diebus ſolemoibus exprimebant. Verum certios eſt loqui de ſtrepitu hoſtium lætantium de victoria, & ad finem vſque ducentium.

1. Paralip. 14. 16. & c. 16. 7. 2. Paralip. 5. 14.

16 *Cogitauit.*] Hoc eſt, non quomodocunque diſſipauit, ſed ſuo iudicio, & delibaratione ab æterno conſtituit. quod dixit ipſe Ieremias c. 32. Quia in furore, & indignatiooe mea facta eſt mihi ciuitas hæc à die, qua ædificauerunt eam vſqoe ad diem iſtam, qua auferetur de conſpecto meo: vel vt auferatur de conſpectu meo, Tetendit funiculum ſuum. Funiculus in Scriptura ſacra dupliciter accipitur, aut pro menſura, qoa olim qui terras partiebantur, eas metiebantur, & diſtribuebant, in qua ſignificatione accepit Dauid, cū Pſal. 15. dixit: Funes ceciderūt mihi in præclaris, & pſal. 77 Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis: aut pro norma, regula, aut filo, volgo *cordeel de aluaniles*, quo conſtrui ſolent parietes, vt recti erigantur: quæ regula ſicut ad conſtruendum, ita ad deſtruendum erat Iudæis in vſu, vt conſtat ex multis Scripturæ locis, præſertim cum victores vrbes diruebant, quaſi talis vrbs ſignificaretur vaſtata, & deſtructa, & complanata abſque vllo impediente, ſicut & ad filum fuerat conſtructa. & hoc proprie ſignificat nomen Hebræum kau, quod hoc loco vſurpat Ieremias. ſic dicitur 4. Reg. 21, 13. Extendam ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ, ideſt, ſicut ad filum complanani Samariam, complanabo Ieruſalem. Iſa. 18. 2. 7. Ad gentem expectantem, & conculcatam. Hebraicè, ad gentem regulæ, regulæ & conculcationis, hoc eſt, regulatim, vel ad regulam conculcatam. & cap. 34. 11. Extendetur ſuper eam menſura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in deſolationem. Hebraicè, extendet ſuper eum lineam, aut filum, vt redigatur in nihilum. Ergo molti ex interpretib⁹, vt Theod. Olympiod. Paſchaſ. Rabā. Rupert. S. Thom. Bonau. Lyra, & Dionyſ. à priori nominis ſignificato, accepta metaphora, pro pœna accipiunt commenſurata culpæ, & pro ſupplicio iuxta menſuram criminum inflicto, vt quemadmodum terra diſtribuebatur ſingulis ex æquitate, & iuſtitia, & quatenus merebantur iure ſuo, ita Ieruſalem inflicta pœna eſt, illique diſtributa iuxta menſuram meritorum eios. & qoia talis fuit culpa, vt omnino deſtrui mereretur, ita eo modo deſtructa eſt, vt vſq; ad omnimodā euerſiooē, oon deſtiterit Deus à perdēda ea.

Ier. 32. 31. — Funiculus quid ſignet. — Pſa 15. 6. — Pſal. 77 54. — 4 Reg. 21. 13. — Iſa. 18. 2. 7. — Iſa. 34. 11. — Funiculus pro menſura.

Rupertus intelligit de pœna 70. annorum captiuitatis, à qua non extulit manum Deus, donec integram illam compleuit. Sic autem de ſomi aliquando metaphoram, conſtat ex illo Pſalm. 118. verſu 61. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, ideſt, pænæ debitæ ex iuſtitia peccatis, & Iſa. 28. 17. ponam in poodere iudicium, Hebraicè, ponam iudicium ad lineam, ſeu ad menſuram, hoc eſt, iudicabo, ſeu infligam ſupplicium iuſte, pro ratione delicti. Secundò. Ex eodē ſignificato ſic deducunt metaphoram Rabanus, & Iſidorus, vt quemadmodum ſolebant terræ diſtribui funiculo, ita cōminetur Deus, ſe diſtributurū Ieruſalem hoſtibus quaſi hac periphraſi dicat, hoſtes vrbem Ieroſolymam cepiſſe, ſibique inuicem diſtribuiſſe.

Pſalm. 118. 61. — Iſa. 28. 17.

Verum alij, vt Hugo ex ſecundo ſignificato accipiuot metaphoram, & melius, quod quemadmodum cementarios filo adhibito magna cum deliberatione, vt artificioſè, & cum ordine operetur, deſtruit parietem, vt conſtruxerat: ita dicit propheta feciſſe Deum, dum permiſit, vt Chaldei abſque vllo impediente, & magna cum deliberatione, quaſi ad filum deſtruxerint Ieroſalem, nec remouerint manum ab opere deſtructiouis, donec integram deuaſtaſſent, & ſolo æquaſſent: vt illud. 2. Reg. 8. 2. percuſſit Moab, & menſus eſt eos funiculo coæquans terræ, menſus eſt autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vuum ad viuificandum.

Funiculus pro regula deſtructionis. — 2. Reg. 8. 2.

Luxit autem murale, π,etooimiκῶς, quia vaſtatio eius excitabat luctum videntibus, vel per proſopopæiam ſenſum tribuit rei inanimatæ, vel potius verbum אבל abal luxit ex vicinitate, aut ſimilitudine ſumptum eſt pro נבל nabal, corruit, vel cecidit. Sed rectius, & grauios, ſenſum, & lacrymas muro tribuit ad maiorem commiſeratiooem excitandam.

17. *Portæ.*] Portas, & vectes, ſimpliciter accipiunt Chaldæus, Origenes, Theodoret. Hogo, Bonau. Lyra, & Diooyſ. quaſi portæ ſenſibiles ciuitaris in terra defixæ, ac defoſſæ ſint: veſtes item, ac feræ, quibus illæ portæ occludebantur, nam cum de euerſione murorum filiæ Sion, & antemuralis dixiſſet, non abs re ſequebatur portarum deiectionis, & vectium contritionis lamentatio, præſertim quod Hebræi verba illa, regem eios, cum ſequentibos ſic legunt, ac diſtingunt. Rex eius, & principes eius in gentibus non eſt lex. Quo ſignificet, euerſa omni ex parte vrbe, regem, & principes abductos captiuos: & hi quidem de portis, & vectibus vrbis intelligunt. Hugo de templi, & menſæ, arcæqoe vectibus.

Verùm Paſchaſ. Raban. Rupertus, S. Thom. & item Bonau. portas, & vectes figoratè accipiunt, vt portarum nomine per metonimiam his qoi in portis ſedebant magiſtratus, & iodices accipiantur, ad caoſas iudicandas, vt dixit Moſes Deut. 16. Iudices, & magiſtros couſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tous dederit tibi, per ſingulas tribus tuas, vt iudicent populum tuum iuſto iodicio: per vectes autē iidem intelliguntur, quatenus iniquitatem irruentem ab ingreſſu excludunt, & arcent: ſicut vectes portas obſtruunt, ne ingredi valeant hoſtes, & vrbem, ciuitatemque cootinent. iuxta illud Salomonis Prou. 18. frater qui adiuuatur à fratre quaſi ciuitas firma, & iodicia quaſi vectes vrbium. Vnde verba ſequentia, Regem eius, & principes eius io gentibus, priora explicant. Perdidit, ait, & contriuit vectes eius, regem nempe, & principes, qui ſunt portæ, & vectes defixi in terram, hoc eſt, abducti captiui inter gētes. in verſione enim, Volgatus ſeqoutus eſt Lxx, qoi recte verterunt Regem eius, & principes, ſicut etiam Paguinus. Quod ſi ita non intelligatur

Portæ pro iudicibus. — Deu. 16. 18. — Prou. 18. 19.

hic verſus, cor, quæſo, propheta portas, & vectes cum rege, & principibus coniunxiſſet, & cum lege, & prophetis? Itaque vt notat S. Thomas, principes ſeculares dicit abductos captiuos, deinde loquitur de eccleſiaſticis.

18 *Non eſt lex.*] Hoc eſt, nulla manſit lex, quæ literis conſignata ſua auctoritate quid ſit faciendum, quid ſit abſtinendum doceat, nam qui eam erant docturi, & executioni mandaturi, erant captori apud Chaldæos: hunc ſenſum habent Rupert. R. Salomon apud Lyram, & S. Thomas. Luget enim nullam formam ciuitatis manſiſſe, quam facit lex cum magiſtratibus.

Lex pro eius obſeruatione.

Chaldæus autem, Theod. Raban. Bonau. Dion. Vatab. & Iſidor. de obſeruatione legis interpretantur, non eſt lex: id eſt, non eſt in obſeruatione lex, omnes eam transgrediuntur. Non eſt lex, inquit, Theodoretus, ſiquidem ante aduentum hoſtium citra formidinem transgrediebantur legem: poſt vrbem verò captam, & incendium templi, ne volentes quidem poterant iuxta legem peragere officium diuinum: quibus verbis etiam priorem ſenſum indicat. Demum Paſchaſ. Hugo, Bonau. Lyra, & Dionyſ. de legis volumine intelligunt, quod nullum remanſerat, quia vna cum templo combuſtum eſt, donec Eſdras poſtea reſtituit. Sed nullum legis apud remanentes Iudæos remanſiſſe dubium eſt. Quare primus ſenſus eſt magis ad rem.

19 *Prophetæ.* Prophetarum nomine Pſeudoprophetas intelligunt Origenes, Theodor. Hugo, Bonau. Lyra, & Dionyſ. Hi enim non prophetabant quæ à domino accipiebant, ſed quæ ipſi fingebãt. Verùm Paſchaſ. Raban. Rupertus, S. Thomas, itemque Chaldæus de veris prophetis interpretantur, & merito. Deflet enim Ieremias, ſicut quod defeciſſent magiſtratus, reges, & principes, qui legem adminiſtraſſent, ita quod defeciſſent veri prophetæ, nec Deus illis vellet ſuam voluntatem reuelare: in pœnam eorum, qui tempore neceſſitatis quærebant oracula, cùm Deum verum deſeruiſſent, & prophetas vexaſſent, & ludibrio habuiſſent, vt contigit Sauli, qui cum 1. Reg. 28. inſtante periculo, conſuluiſſet dominum, nullum ab eo accepit reſponſum: neque per ſomnia, neque per ſacerdotes, neque per prophetas. Sic Pſal. 73. 9. dicunt quidam, ſigna noſtra non vidimus, iam non eſt propheta, & nos non cognoſcet amplius, & hoc quidem dictum eſt generatim de omnibus prophetis, quibus denegatus eſt ſpiritus prophetiæ, quamuis Ieremiæ ſpeciali ratione fuerit conceſſus.

1. Reg. 28.6. *Pſalm. 73.9.*

20 *Sederunt.*] Signa mæroris hæc ſunt, & doloris grauiſſimi, vt ex aliis multis ſcripturæ locis poteſt conſtare. Vt de amicis Iob dicitur cap. 2. 12. exclamantes plorauerunt, ſciſſiſque veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cælum, & ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus & nemo loquebatur ei verbum. De ſaccis 2. Reg. 3. 31. dicitur: Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis, & plangite: his enim ſaccis pro ima tunica vtebantur, vt aſſerit Chaldæus. De abiectione capitis in terram dicitur, Iob. 1. 20. Tonſo capite corruens in terram adorauit. Hinc ſæpe dicitur, in lætitiæ ſignum exaltare, ſeu eleuare caput. Hæ ergo virgines, quæ, vt dicitur Iſa. 3. extenſo collo, & nutibus oculorum, & plaudendo ſuperbe incedebant, modò abiiciebant capita vſque ad terram præ afflictione.

Iob. 2. 12. *2 Reg. 3. 31.* *Iob. 1. 20.* *Iſa 3. 17.*

21 *Defecerunt.*] Conturbata ſunt viſcera mea. verba ſunt prophetæ pro ſui populi dolentis contritione, quæ 1. c. verſu 20. explicuimus. Effuſum eſt in terra iecur meum: hyperbolicè loquitur, vt ſui doloris aliquam oſtendat ſignificationem, & iecur metonimicῶς accipit pro ſanguine, quod hepar ſit fons ſanguinis: quaſi dicat: Tanta premior triſtitia vt pene maneam exanguis, toto mei corporis ſanguine in terram diffuſo. Sic Rupertus, Hugo, S. Thomas, & Dionyſius. Sicut de Chriſto per proprietatem dicitur, Luc. 22. 44. Et factus in agonia prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Vel iuxta alios iecur accipitur pro conceptaculo fellis, quod in caua iecoris parte ſedem obtinet, deinde pro felle, ex quo effuſas eſſe tanquam felleas lacrymas per ſummum dolorem intelligit, ex imo iecore quaſi redundantes, vt Iob. 16. 14. quod Vulgatus dixit, & effudit in terra viſcera mea. Hebraicè legitur, in terram effudit fel meum, & ita Lxx. vertere, effuderunt in terram fel meum, hoc eſt, vas, & conceptaculum fellis. Vel etiam, vt exponit S. Thomas, quia hepar ſedes eſt concupiſcibilis, vel amoris, vnde Prou. 7. 23. de iuuene à meretrice decepto, dicitur, quod ſequatur eam quaſi agnus laſciuiens donec tranſfigat ſagitta iecur eius: dicat propheta, proſtratis his, quos amo, ab hoſtibus, ſimul iecur meum, hoc eſt, amor meus in terram proiectus eſt. Sed primus ſenſus eſt ſimplicior, & verior: niſi velis accipi partem pro toto, iecur pro omnibus interioribus, vt Vulgatus accepit Iob 16. vt ſicut dixerat, conturbata ſunt viſcera mea, ita addat, effuſa ſunt in terram interiora mea. Cum deficeret præ fame, vt omnes intelligunt ex verſu ſequenti, tam paruulus, quàm infans, qui lac ſugebat, in plateis quærebant, quia domi non habebant. Ierem. 9. Ingreſſa eſt mors domos noſtras, diſperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis, recte enim paruulis, qui Hebræis à ludendo ſunt dicti, conueniunt plateæ ciuitatis, in quibus ſolent ludere.

Thren. 1. 20. *Iecur pro ſanguine.* *Luc. 22. 44.* *Iecur pro felle.* *Iob. 16. 14.* *Prou. 7. 23.* *Iob. 16. 14.* *Ierem. 9. 21.*

22 *Matribus.*] Lamentabilem famis imaginem ponit ante oculos. Matribus ſuis dixerunt, vbi eſt triticum, & vinum? Quæ verba expetitionem panis indicant, iuxta illud 4. cap. paruuli petierunt panẽ, & non erat qui frangeret eis. Vel querellam ob factam mutationem ex tanta copia in inopiam: quaſi dicant. Quo abiit illa panis, & vini affluentia, in qua ſumus educati, & aliti? quem ſenſum indicat Dionyſius.

Threno. 4. 4.

Cùm deficerent quaſi vulnerati in plateis Hebraicè dicitur. Cum deficerẽt, quaſi occiſus in plateis ciuitatis, id eſt, cùm deficerent, & clanguerent præ inedia in plateis ciuitatis, non diſſimiliter, ac qui occiſſus, vel confoſſus gladio deficiebat: ſicut enim hic abſque vllo remedio interibat, ſic paruuli abſque vllo remedio fame peribant: iuxta illud Iſa. 22. Interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello.

Iſa. 22. 2.

Cùm exhalarent animas ſuas in ſinu matrũ ſuarũ. Hebraicè: Cum effunderetur anima eorũ in ſinum matrum ſuarum, quem locum exponit Vat. de expanſione, aut explicatione deſiderij, nam accipi animam pro voto, deſiderio, aut voluntate comparandi aliquid, ſatis eſt in Scriptura perſpicuum: vt Deut. 23. 24. Ingreſſus vineam, comede vuas ſecundum animam tuam, hoc eſt, pro voto, vel deſiderio tuo, vel quantum tibi placuerit vt

Anima pro deſiderio. *Deut. 23 24*

vertit

1. Reg. 1. 15. *1. Reg. 18. 1.* *Ioan. 10*

vertit Vulgatus. 1. Reg. 1. 15. ſed effudi animam meam in conſpectu Domini, hoc eſt, explicaui, inquit Anna, deſiderium meum Domino. 1. Reg. 18. 1. Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid, ideſt, voluntas Ionathæ coniuncta eſt voluntati Dauid. & Ioan. 10. dixère Chriſto Iudæi: Quouſque animam noſtram tollis, id eſt, quouſque deſiderium noſtrum cognoſcendi veritatem ſuſpenſum tenes. Ita hîc, aut defeciſſe paruulos in plateis ciuitatis, cum deſiderium ſuum cibi habendi explicarent matribus ſuis: petendo enim, & deſiderando cibum deficiebant. Nihilominus communis Chaldæi, vt ceterorum omnium expoſitio eſt de interitu puerorum, qui inter vlnas, & in gremio matrum ſuarum præ fame extremum tradebant ſpiritum, animamque exalabant. repetit enim alia forma loquendi quod dixerat, cum deficerent quaſi vulnerati in plateis ciuitatis, nempe exalando animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.

23 *Comparabo.*] Duobus modis afflicto alicui ſubueniri poteſt, primùm, remedium aliquod adhibendo, quo malum eius auferatur: quod ſi obtinere non poteſt, curandum mox eſt, conſolationem aliquam afferre: inter ceteras autem illa non modicam vim habet, qua conſolator ita commiſeretur afflicto, vt eius malum ceteris grauius eſſe comprobet, quo agnoſcit ſuam vicem doleri, ac iam ſui mali participem habere, & à conſolante ſe amari: hoc autem voluptatem affert, qua non paululum leuitur triſtitia. Eſt autem hic verbum futuri tertiæ coniugationis אעיד aid, à verbo עוד auad, quod in prima non inuenitur ſed in ſecũda עודד Oded aliquoties, & eſt comprobari, ſuſtentare, ac tueri verbo, vel facto. quod Vulgatus verbo ſuſcipiendi reddidit. pſ. 146. 9. pupillum, & viduam ſuſcipiet, Hieron. vertit, eriget. pſ. 147. 6. Suſcipiens manſuetos Dominus. Hieron. eleuat manſuetos Dominus. In tertia autem eſt facere, teſtificari, aut in teſtimoniũ adducere. vt Iſa. 8. 2. & adhibui mihi teſtes. Ierem. 32. 44. & teſtis addibebitur in terra Beniamin. Videtur autem Chaldæus ex ſecunda trãſtuliſſe ad tertiam ſignificationem, cũ dicit. Qua in re iuuabo te, hoc eſt, qua re te erigã, te leuabo tua calamitate. Lxx. propriè dixerunt: Quid teſtificabor tibi, hoc eſt, vt exponit Olympiodorus: Cuiuſnam boni tibi teſtis ero, cum nullum in te agnoſcam. Vel vt Vat. cum Hebræis. Quid calamitatis alij cuipiam populo, gentivè accidit, quo teſtari poſſim & oſtendere, tuam calamitatem adeò eſſe grauem, vt ab alia ſuperari, nec dum æquari valeat: hoc eſt: Nihil accidit vnquam tam graue, quo poſſim teſtari tibi, dicens, tua calamitas illius gentis calamitati ſimilis eſt, nec quod poſſit tuæ aſſimilari, aut æquari, quod eſſet nonnullum ſolatium. Hoc autem Vulgatus ad ſenſum reſpiciens vertit, Cui comparabo te. Lxx. quod Vulgatus, & omnes vertunt, cui æquabo te, ipſi dixerunt, quis ſaluabit te, & conſolabitur te, videntur ex prima verbi ישוה Sauah coniugatione, in qua ſignificat prodeſſe, aut vtile eſſe, tranſtuliſſe ad tertiam, ſignificatum, ac ſi diceret, qua re tibi prodero, aut tibi potero vtilis eſſe: id eſt, quomodo ſaluabo te.

Psal. 146. 9. *Psal. 147. 6.* *Iſa. 8. 2.* *Ierem. 32. 44.*

A Mari ſimile.

24. *Magna.*] Hoc eſt, ſicut mare adeò magnum eſt, vt contineri, includique non poſſit, ita dolor tuus medicamentis conſolationis cohiberi non poteſt. Solum autem mare ſufficiens eſt, cui poſſit hæc tanta calamitas comparari. & eſt communis intelligentia. Sed Chaldæus, & Vat. ab æſtu maris procelloſi ducũt ſimilitudinem. Tanta, inquit, eſt afflictio tua, totque es flagellis percuſſus, quantus eſt fluctuum maris æſtus, & quot ſunt procellæ, quibus mare concitatum confringitur. Lxx. hîc verterunt. magnum fuit poculum contritionis tuæ, quia pro כים Cim mare, quod legit Vulgatus, & modo legimus, ipſi legerunt כוס cos, calicem. metaphora conſueta ſcripturis, qua pœnæ irrogatæ nomine calicis ſolent ſignificari, vt dicat, magnum diuinæ iræ calicem bibiſti, & immodice flagellata es. Rupertus hunc verſum videtur non de malo pœnæ vrbis Ieruſalem, ſed de malo culpæ intellexiſſe, in quo nec Niniuitis poteſt comparari, qui ad Ionæ prædicationem egerunt pœnitentiam, nec cum Tyro, & Sydone, in quibus ſi opera facta fuiſſent, quæ fecit Deus Ieroſolymis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent.

Lucæ 10. 5.

25. *Prophetæ.*] Omnes intelligunt Pſeudoprophetas. nam hi, qui malis Ieruſalem mederi poterant, non tantum non adhibuere medicinam, ſed morbos ipſos auxere. Nam falſas, & ſtultas prophetias prophetabant. Hebræum nomen תפל nquod Lxx. ἀφροσύνην. id eſt ſtultitiam, & Vulgatus trãſtulit ſtulta, inſulſum proprie ſignificat, vt Iob. 6. 6. aut poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditũ? per metaphorã vero ſignificat inſipidum abſq; ratione & abſq; firmitate. Vnde Ezech. 13. 10 deceperunt populum meum, dicentes pax, & non eſt pax, & ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto inſulſo, incondito, quod non eſt tectorio firmo illitum. Vulgatus vertit, abſque paleis. Alij abſque firmitate. Hoc ergo loco ait Ieremias, prophetæ tui viderunt tibi vanum, & inſulſum, hoc eſt, inſipidum, nulla conſtans ratione, denique ſtultum, & nullius momenti: verba enim prophetæ, & prędicatoris non inſulſa, mollia, non fluxa, & placentia, ſed ſalſa nonnunquam eſſe debent, & reprehenſionum ſale cõdita.

Iob. 6. 6. *Ezech. 13. 10.* *Verba concionatoris.*

Vt te ad pœnitentiam prouocarent. In Hebræo eſt, vt Lxx. tranſtulerunt. Ad reducendum captiuitatem tuã: aut vt legit Theodoretus vt auerterẽt captiuitatẽ tuã. Hoc eſt, vt rectè exponit Olympiodorus. Non indicauerunt tibi quod verum eſt, vt agnoſcens te iniqua facere conuerteteris, & captiua non fieres. Quia enim pœnitentia impeditura erat captiuitatem: prophetæ autem illi non curabant ad pœnitentiam inducere populum detectis eorum ſceleribus, & imminente pro illis ſupplicio: ſed confortabant potius manus peſſimorum, vt non conuerterentur vnuſquiſquã malitia ſua, ſicut habet Ieremias 23. cap. ſuæ prophetiæ, de pſeudoprophetis Samariæ loquens, & Ieruſalem: ideo Vulgatus ſenſum potius exprimens, vertit, vt te ad pœnitẽtiam prouocarent, ſicut & Chaldæus, cum dixit: Quandoquidem non prædicarunt vltionem, quæ ventura erat ſuper te propter ſcelus tuum, vt reducerent te ad pœnitentiam. tacite indicantes illam eſſe verè captiuitatem, cum peccatis ſeruimus addicti. & propterea Lxx. Deut. 30. quod noſter interpres dixit, Reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua, ipſi tranſtulerunt, ſanabit Dominus peccata tua.

Ierem. 23. 14. *Vera captiuitas. Deut. 30. 3.*

26. *Viderunt.*] Nomen Hebræum משא Maſſa, quod Lxx. Symmachus, & Theodotio, vt in prologo Habac. notat Hieronymus λῆμμα, hoc eſt, aſſumptionẽ, interpretati ſunt. Aquila vero ἆρμα.

id eſt, pondus, propriè onus, ſeu pondos ſignificat ceruicibus alicuius impoœendũ vnde aſſumptio, ſeu eleuatio dicitur, quod onus illud aſſumatur, aut eleuetur contra aliquem. Itaqoe dura eſt, & onerosa prophetia, ſupplicium minitans & ita Chaldæus, Pagn. & Vat. hîc transferunt, prophetias vanas. Vulgatus ioxta Lxx. aſſũptiooes falſas, ſic dictas prophetias, iuxta quuſdam, quud prophetæ cum eas proferrent, leuarent, ſeu aſſumerent vocem: vnde illud, aſſumere planctum, ſomere parabulam, aut quia nomen Domini falsò aſſumebant, dicentes: Hæc dicit Dominos, cùm Dominus nun eſſet loquotus. aut quia falſis ſuaſionibus, & conſolationibus eleuabant populi ſcelera, & à Deo intentaras comminariones, vt cxponit Paſchaſius. aut vt Lyra, quia inducebant popolum ad bellum aſſumendum contra Chaldæos. aut demum prædicabant Iudæos aſſumendos, & protegendos à Deu, vt Hugu, S. Thomas, & Bonao. intelligunt. Sed ſatis planum eſt, nomen hoc ſignificare prophetias, vt Olympiodor. etiam exponit: vanas autem addit, quia prophetæ illi prophetabant, vt conſolarentur Iudæos, grauiter puniendos Chaldæos, & celeriter deuaſtandos, cùm falſom eſſet. Alterum nomen, quod Vulgatus com Lxx. vertit, eiectiones, ſeu vt habetur in Hebræo, expulſiones, Olympiod. Theudor. Pagn. & Vat. intelligont à Deo, prophetabant enim ea, quæ expellebant à via recta, & faciebant longe à Deo. Alij, quæ eijciebant de ſtatu, dignitate, & loco, iuxta illud pſ. 61. Veruntamen pretiom meum, id eſt, meam ſublimitatem, cogitaoerunt repellere. Vel eiectiones, quæ ex dotlo tuo eijcerent onera comminata à veris prophetis: vt intelligit Paſchaſius. Vel eiectiones Chaldæorum à rerra ſua, vt Hugo, S. Thom. & Bonau. aot è Iodæa. Vel demum, viderunt tibi prophetias falſas, quibus eijceteris è terra tua, & in alienas regiones captiua migrares, vt Lyra interpretatur, & Dionyſius. Sic Hananias dixit, Ierem. 28. Hæc dicit Dominus, exercituum Deus Iſrael: Contrioi iugum regis Babylonis. Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum iſtum omnia vaſa domus Domini, quæ tulit Nabuchodonoſor Rex, & Iecooiam ego reducam ad lucum iſtum, ex quo eũ eieceram & ſimilia alia.

Onus prophetiæ durũ.

Pſalm. 61. 5.

Ierem. 28. 2.

27. *Plauſerunt.*] Admirantium, ac dolentium tantam vrbis Ieruſalem mutationem, geſtus, & verba hæc ſunt. vt eſt communis expoſitio Theodoreti, Olympiod. Paſch. Hugonis, & S. Thomæ: quamuis Lyra irridentium hæc eſſe interpretetur. Hîc enim amicos inducit, aut exteros per viam tranſeuntes, & mirantes ruinam polcherrimæ vrbis, cum ſequenti verſu inimicus gaodentes, & irridentes indocat: ſic Ierem. 18. 16. vt fieret terra eorum in deſolationem, & in ſibilum ſempiternum, omnis qui prætereterit per eã obſtupeſcet, & mouebit caput ſuum.

Ierem. 18. 16.

Hæccine eſt vrbs Hebraicè: Num hæc eſt illa vrbs, quam dicebant, vel dicere ſolebant, conſomatio decoris, gaudium vniuerſæ terræ? Adeò enim conſomata erat in decore, & io pulchritudine perfecta, ex templo illi proueniente præcipuè, iuxta illud pſ. 49. Ex Sion ſpecies decoris eius: vt eſſet gaudium, & veloti deliciæ vniuerſæ Iudææ, vt pſ. 47. Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion: qua propter in maiorem admirationem rapiebat circuoſpicieotes. Pertranſibunt

Pſalm. 49. 2.
Pſalm. 47. 3.
Ierem. 22. 8.

A geotes multæ, ait Ieremias c. 22. 8. per ciuitatem hanc, & dicet vnuſquiſque proximo ſuo: Quare fecit Dominus ſic ciuitati huic grandi? De huius vrbis pulchritudine, & excellentia dicere ſuperuacaneum eſt, cum non tantum ex Scriptora ſacra, verùm ex profanis ſcriptoribus conſtet non Iodææ modo, ſed vrbium Orientis longè fuiſſe clariſſimam.

28. *Aperuerunt.*] Theodoretus, Paſchaſius, Rupert. Hugo, & S. Thomas, & Vat. aperire os, pro inſultare, irridere, exprobrare, & contemnere accipiunt, iuxta illud pſ. 43. Poſoiſti nos in ſimilitudinem gentibus, commotionem capitis in populis. & pſ. 78. Facti ſomus opprobrium vicinis noſtris, ſobſannatio, & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt. Alij autem, vt Origines. Raban. & item Hugo exiſtimant, aperire os ſuper aliquem, referre potius morem belluæ deuorare cupientis; B & in hac ſignificatione in ſcriptura reperitur. pſ. 21. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens, & rugiens. quod & oſtendunt ſequentia illa verba: Et dixerunt, deuorabimus. qoin & Ieremias cap. 51. hac figura vſus eſt, dum de re eadem loquitur: Comedit me, deoorauit me Nabochodonoſor Rex Babylonis, reddidit me qoaſi vas inane, abſorbuit me quaſi draco, impleuit ventrem ſuom teneritudine mea.

Aperire os quid ſit.

Pſal. 21. 14.

Pſal. 78. 4.

Pſalm. 21. 14.

Ierem. 51. 34.

Et dixerunt, deuorabimus. in Hebræo verbom præteritom eſt, deuorauimus, vt verterũt Lxx. ſed pro futuro accipitur, vt accepit Vulgatus, & Tigurina, & conſtat ex deſiderio explicato aggrediendi C Ieruſalem: nam aperientes os ſuum, vt eam deuorarent, ſe ipſos hoſtes concitabant dicentes, deuorabimus eos, qoia venit dies deſiderata nobis. Denique vt vertunt Pagn. & Vat. futurum accipitur pro indicatino, deooremus, quo magis ſuum explicent hoſtes deſiderinm, ac rabiem.

. Inuenimus, vidimus. Inoenire in Scriptura eſt rem conſequi, aut rei compotem fieri. Prou. 17. Eruditus in verbo inueniet & bona. & cap. 19. Cuſtos prudentiæ iooeniet bona. vt etiam videre, vt in illo pſ. 33. Quis eſt homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos.

Prou. 16. 20. & c. 19. 8.

Pſal. 33. 13.

29. *Fecit Dominus.*] Oſtendit qoo auctore facta ſit tanta vaſtatio, nempe Deo, nec enim ſino ipſo hoſtes feciſſent. Vnde & Nabuzardan dixit Ierem. 40. Dominus Deus tuos loquutus eſt mala hæc D aduerſus locum hunc, & adduxit Dominus, quia peccaſtis ipſi.

Ierem. 40. 2.

Compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat edici, aut comminari, à diebos antiquis per Moſem, vt vult Chaldæus, Ropertus, Bonau. & Lyra, nempe Leuit. 26. Deut. 28. & 32. Veruntamen io die vltionis viſitabo & hoc peccatum. Sed & per alios priores prophetas intelligũt Paſchaſ. Raban. S. Thomas, & Vat. per omnes enim admonuerat Iudæos, & comminatus fuerat hoc extremum ſupplicium. Satis namque lento gradu ad vindictam Deus progreſſus eſt, dans locum pænitentiæ, ſiquidem prius cogitauit, deinde per Moſem, & prophetas eſt comminarus: poſtremò fecit qood cogitarat, & fuera comminatus.

Leuit. 26. 30.
Deut. 28. & 32. 20.
Exod. 32 13.
Dei pœnitentia.

Deſtruxit, & pepercit. Iodæam videlicet, & vrbem Ieruſolymam, qoamuis & de Iudæorũ cognatioone, & familiis poſſit exponi, nam ſicut in ſcriptura, generis dilatatio ædificatio dicitur, & familia ipſa domos, vnde illa forma loquẽdi, Exo. 1. ædificauit obſtetricibus domos. & de Lia, & Rachel,

Ædificatio familiæ & deſtructio.

Exod. 1. 21.
Ruth. 4. 11.

chel, Ruth 4. quæ ædificauerunt domũ Iſrael, ſic excidio cognationis Iodæorũ poteſt dici deſtructio Exaltauit cornu inimicorũ tuorũ, hoc eſt, gloriam vt intelligit Chaldæus, com de ſuis viribus, atqoe de victoria de Iudæis parta gloriarentur. Dixit enim, Lætificauit ſuper te inimicum. Sed Hugo, ſanctus Thomas, & Vatablus intelligunt potentiam. Erexit enim Deus vires, & potentiam Chaldæorum, vt vincerent, vel vt tanquam belluæ Iudæos cornu potentiæ ſuæ ferirent.

30 *Clamant.*] Iudæi videlicet, vt intelligunt Chaldæus, ſanctus Thomas, Lyra & Dionyſius, ex intimo enim cordis affectu ſuũ dolorem Deo explicabant, vt miſereretur. Paſchaſius, Rabanus, Hugo, itemque ſanctus Thomas, Bonau. Lyra & Dionyſius de Chaldæis exponunt, ita vt cor eorom referat inimicos, blaſphemando clamabant contra dominum, adſcribentes ſibi murorũ Ieruſalem euerſionem, quaſi Deus non potuiſſet Iudæos tueri, & ſuis manibus eruere, vt dicebat Rabſaces Iſa. 36. Ropertus ſolus dicit referre cor eorum, Moſis, & prophetarum, de qoibus in ſuperiori verſu fuerat loquutus. Hi enim à diebus antiquis ex corde clamabant ad dominum ſuper muros Ieruſalem, commonentes eam, vt ſibi caueret, ne in tam grauem deueniret calamitatem. Verùm primus ſenſus verus eſt, quia hoſtes non ad dominum, ſed contra dominum clamaſſe dicendi ſunt, neque corde, ſed ore ipſo, quod aperuerunt ſuper Ieruſalem.

Iſa. 36. 4.

31 *Muros.*] In Hebræo, ſicut in Græco, poſt illa verba: Clamauit cor eorum ad dominum: mox ſubditur: Mure filiæ Sion deſcendere fac quaſi torrentem lacrymam die & nocte, ne des requiẽ tibi, ne taceat filia oculi tui. Vtitur que eleganti proſopopeia ad maiorem commiſerationem, qua ſenſum tribuit rei inanimatæ, nempe muris Ieruſalem deſtructis, qui antea bene turriti fuerant, & munitiſſimi: vt notat, Theodoretus. Iudæi enim cum corde ſuam calamitatem explicarent domino, nec conuertebantur ad murum dirutum, poſtulantes, vt vel ipſe fleret aſſiduò, Deique irati cor emolliret. Sed Latina editio ita vertit, vt ſermo conuertatur ad filiam Sion, quam flere iugiter, & à lacrymis nunquam deſiſtere iubet, atque ita interpretantur Latini omnes: & comprobat hanc intelligentiam Origenes, qui quod murus eſſet iam ab hoſtibus dirutus, muri nomine regem, & principes, ceteroſque vrbis defenſores intelligit, quaſi dicat: Clamauit cor eorum ad dominum, & ſuper Ieroſolymitas, dicens illis. Dedoc quaſi torrentem lacrymas, & quæ ſequuntur: quæ ad filiam Sion diriguntur.

Proſopopeia ad muros.

32 *Conſurge.*] Ad eandem filiam Sion ſeu Ieruſalem: cuius murus dirutus erat, ad quam factus fuit ſermo verſu præcedenti loquitur modo: proſequuntur enim Iudæi exhortationem, quam cœperant ad filiam Sion, quamuis Chaldæus ad populum Babylone captiuum hæc verba referat. Verbum autem Hebræum רני ronni clamare, ſeu vociferari ſignificat, vel laudando, cantando, aut lugendo. Vnde Lxx. Surge, exalta in nocte, vt habet editio Vaticana, nam aliæ legunt, meditare, exercere, aut excitare: Sic etiam Tigurina, & Pagn. vertunt vociferare, aut clama. Laus autem accipitur pro obſecratione, aut prece, vt Ierem. 7. dictum eſt prophetæ: Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem, & orationem: nec obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. Laus autem dicta eſt, quod in precibus laus Dei aſſumeretur, aut fortè, quòd præclara maiorum facta commemorabantur, propter quorũ pietatem poſtulabatur eorum poſteris condonari peccata: & propterea quod Vulgatus dixit: Nec aſſumas pro eis laudem. Lxx. tranſtulerunt, ne iũquam rem æquam poſtules, vt eorum miſerear. Hoc eſt: ne mihi proponas filios eſſe Abraham, Iſaac, & Iacob, quorum ſemen multiplicaturum promiſi, eſſe è populo à me electo, quorum cauſa multa, magnaque portenta ediderim in exitu de Ægypto, in deſerto, & in terræ huius ingreſſu. Hoc modo orauit Iudith. c. 9.

Iere. 7. 16.

Laus in precibus

Iudith. 9. 2.

33 *In principio.*] Non dicit in prima vigilia aut in hortu auroræ, vt ait Chaldæus, neque in principio, id eſt, ante omnes vigilias, vt Origenes videtur intellexiſſe illis verbis, cum nox in quatuor vigilias diuiſa ſit, dic cum Dauid: Anticipauerũt vigilias oculi mei: Pſalm. 76. & Olympiodor, exponens, & præoccupa principia vigiliæ, quod ſatis expreſſerunt Lxx. vertẽtes, in principiis vigiliæ tuæ. Exponit enim id quod dixerat: Conſurge, lauda in nocte, nempe per ſingulas vigilias noctis, in eorum exordiis. Fuerunt Iudæis vt dixit Origenes, & Hieron. ſuper Pſal. 139. & epiſtola 139. ad Cyprianum, quatuor noctis vigiliæ, ex ſtationib. & vigiliis militaribus ſumpta diſtinctione, quæ auctore etiam Hieron. in 14. Matth. quatuor erant per terna horarum ſpatia diuiſæ, & dicebantur prima vigilia, ſecunda, tertia, & quarta, in quib. vigiles, ſecundi primis, & ſecondis tertij, tertijſque nouiſſimi, dato ſigno à tibicine, in ſtatione ſuccedebant. Vnde Lucanus lib. 7. Tertia iam vigiles commouerat hora ſecundos. & Cæſar lib. 1. belli Gallici, de tertia vigilia cum legionibos tribos ex caſtris profectus ad eam partem peruenit, quæ nondum flumen tranſierat. Plinius lib. 5. cap. 22. tantam ait eſſe Caſpij montis altitudinẽ, vt quarta vigilia, per tenebras ex eo ſol aſpiciatur. Harum quatuor noctis vigiliarum perſpicua in Euangelio Matthæi, cap. 14. mentio fit, cùm quarta vigilia noctis Ieſum dominum noſtrum ſupra mare ambulantem ad diſcipulos procellis iactatos legimus perueniſſe. & Marci 13. Vigilare nos præcipit dominus, cùm neſciamos quando dominus domus veniat, ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane. Hebræi tamen tres eſſe vigilias putant, quibus fauere videtur S. Lucas, qui ca. 12. inquit, Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi: quod ipſum indicatur Iud. 7. 19. vbi pro illis Vulg. verbis, Incipientibus vigiliis noctis mediæ: legitur in Hebræo, in principio vigiliæ noctis mediæ. Veruntamen Lucas non negauit quartam vigiliam, cuius Matthæus, & Marcus meminêre, ſed tertiæ tantum, vltra quam reditus è nuptiis nõ ſolebat differri.

Pſ. 76. 5.

Origen. Pſ. 139.

Hieron.

Vigiliarũ ratio.

Lucan.

Cæſar.

Plinius.

Mat. 14

Marc. 13 14.

Luc. 12. 38.

Iud. 7. 19.

34 *Effunde.*] Quid ſit cor ſicut aquam effundere variè exponunt interpretes. S. Thomas ad cordis deuotionem refert, cuius duritia per amorem, ac deuotionem liqueſcere videatur. Paſchaſius, Raban. Rupert. & Hugo, effundere cor, volunt eſſe compunctionis lacrymas ex intimo affectu cordis exprimere, iuxta illud Pſalm. 50. Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Chaldæus autẽ mundiriam, & ablutionem à peccatis intelligit,

Cor effundere ſicut aquam

Pſ. 50. 19.

cum ait, effunde ſicut aquam peruerſitatem cordis tui, illudque ad pœnitentiam reducito: & præbet hunc ſenſum, quod 1. Reg. 7. 3. dixit Samuel *1. Reg 7. 3.* ad vniuerſam domum Iſrael, Si in toto corde veſtro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos de medio veſtri, & præparate corda veſtra domino, & ſeruite ei ſoli. & conuenerunt in Maſpha, hauſeruntque aquam, & effuderunt in conſpectu domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi, peccauimus domino. Hoc modo reuerſi ſunt in toto corde ad dominum, effuſis è corde peccatis, vbi Ionathas, inquit. Et effuderunt cor eorum in pœnitentia tanquam aqua coram domino. *Orationis effuſio.* Verùm certiùs eſt hoc loco, vt in aliis ſimilibus, ſignificari orationem omnia cordis intima Deo reuelantem, & animi ſecretas cogitationes, ærumnas, & deſideria, gemitu, & lacrymis magis quam verbis prodentem: ita, vt ſicut qui è vaſe totam profundit aquam, ita è vaſe cordis omnia deſideria ſua explicet Deo, vt Anna, quæ 1. Reg. 1. 15. dixit: Effudi animam meam *1. Reg. 1. 15.* in conſpectu domini. & Dauid in Pſalm. 141. 3. Effundo in conſpectu eius orationem meam, & deprecationem meam ante ipſum pronuntio. *Pſ. 141. 3.* Sic etiam Iudith cap. 6. 14. *Iudith. 6. 14.* Omnis populus cecidit in faciem adorantes dominum & comuni lamentatione, & fletu vnanimes preces ſuas domino effuderunt, dicentes: & ad hoc conuocatum eſſe populum in Maſphat à Samuele. 1. Reg. 7. 5. conſtat ex illis verbis: Conuocate vniuerſum populum in Maſphat, vt orem pro vobis dominum: & quia locus orationis erat in Maſpha, ante in Iſrael, vt dicitur 1. Machab. 3. *1. Mac 3. 46.* & conſtat Iud. 11. cap. 21. 8. & 1. Reg. 10. 17. *Iudi. 11. 11. & 21. 8. 1. Reg. 10. 17.* in cuius ſignum oraturi in aliqua tribulatione aquam effundebant, vt expreſſa ſimilitudine, quod faciebant manifeſtarent.

35 *Leua.*] Per manus opera miſericordiæ ex ſincera dilectione profecta, aut eleemoſynas, aut bonorum operum executionem, intelligunt Origenes, Paſchaſius, Rabanus, Rupertus, & Hugo. At verius ex Chaldæo, & S. Thoma, habitus eſt orantium, & deuotionis ſignum leuare manus: *Leuare manus orantis habitus* quod & Apoſtolus indicauit 1. ad Timoth. 2. *1. ad Timot. 2. 8.* Volo viros in omni loco orare leuantes puras manus, imo & gentilibus in vſu fuit, Homerus Illiad. 2. dixit: Ioui manus attollere. *Homer.* & Ariſtoteles libr. 1. de mundo, *Ariſtot.* Omnes homines manus ſupplices in cœlum ſuſtollimus: & Xenophon lib. 9. Pediæ Cyri, *Xenop.* Manus ſuſtollimus in cœlum. quo habitu teſtabantur, vel orationem tanquam munus Deo iucundiſſimum offerre: vel cor quaſi donum eximium attollere, vt cap. 3. verſ. 21. ſcribitur. *Thre. 3. 21.* Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cœlis: quem morem in celebratione myſteriorum obſeruat Eccleſia, dum enim ſacerdos orat, manus attollit.

36 *Vide.*] Hanc eſſe orationem Hieroſolymitarum, ad quam inducti ſunt verſu præcedenti, exiſtimant Hugo, & ſanctus Thomas. Quem vindemiaueris ita: vt etiam Lxx. de quo loquēdi modo ſupra diximus cap. 1. verſu. 22. ex Hebræo hîc vertitur. Vide domine, & conſidera, cui feciſti ſic, hoc eſt, quem ſic dolore affici voluiſti, vt expoſuit Chaldæus.

Paruulos ad menſuram palmæ. Hebraicè legitur, paruulos טפחים Tipuhhim, quod nomen à verbo deducitur, quod in fine huius capitis vertitur, educaui, quod propriè ſignificat menſurare, palma metiri, palma explanare, aut diſtendere. Et quia educare infantem, eſt eum quaſi palma explanare, extergere, fricare, vt membra eius in planum, longumque diſtendantur, ne fiant diſtorta, quod facere nunquam ceſſant matres: hinc eſt, vt nomen illud Pagninus verterit, paruulos educationum, aut qui educantur, in ea ſignificatione, in qua dixit in fine huius Vulgatus, quos educaui: vnde illud Iſaię quadrageſim. octa. c. 13. *Iſa. 48.* Dextera mea menſa eſt cœlos, ex Hebræo legitur, explicauit, aut diſtendit, quaſi palma, more veli. Tigurina, infantes palmi magnitudine, vt dixit hîc Vulgatus, ad menſuram palmæ. Chaldę⁹ autem, paruulos, qui adhuc pannis inuoluti erāt: & eſt ſenſus: Nunquid hoc tibi domino pientiſſimo ferendum eſt, vt matres comedant fructus ſuos, paruulos nempe, quos educant, faciis inuoluunt, palmaque conformant? Sic olim fuerat cōminatus Deus Deute. 28. 53. *Deuter. 28. 53.* & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum quas dederit tibi dominus tuus, in anguſtia, & vaſtitate, qua opprimet te hoſtis tuus, quod ita eſſe completum deflet cap. 4. Ieremias verſ. 10. *Thre. 4. 10.* Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos, facti ſunt cibus earum in contritione populi mei. Lxx. *Lect. 70.* hæc verba duplici oratione tranſtulerunt, vt habetur in editione vaticana, & in Theodoreto, & Olympiodoro, nempe vindemiam fecit coquus, occidentur paruuli ſugentes vbera. & priori illa oratione, vindemiam, ſeu racemum fecit coquus, videntur indicare Nabuzardan, quē Scriptura vocat principem Coquorum, qui reuindemiauit ſæpius illum populum. Quod autem dixit Vulgatus, paruulos ad menſuram palmæ, Lxx. dixerunt, ſugentes vbera. Vnde quia multa addita ſunt ex aliis verſionibus editioni Lxx. quæ aſtericis diſcernebantur, exoleuere, cogimur cōiectari, priorem illam orationem non eſſe Lxx. ſed aliunde adductam, quod comprobant editiones Complutenſis, & Regia in quibus neq; Græcè, neque Latinè reperitur. Illa ergo verba, vindemiam fecit coquus, expungenda ſunt, tanquam ad Lxx. non pertinentia.

37 *Sacerdos.*] Hoc dictum conſtat propter cædem alicuius ſacerdotis, & prophetæ, qui in ſanctuario fuerit ab hoſtibus Chaldæis interfectus. Ex Hebræis nonnulli de Zacharia filio Ioiadæ dictum *Zachariæ cædes* putant, qui à populo lapidatus eſt, vt dicitur 2. Paralipo. 24. *2. Par. 24. 20.* qui querellis de pueris à matribus enecatis obiiciatur, ad hunc ſenſum: Quid queritini de pueris à matribus occiſis, & in eſcam ſumptis, cum vos iam pridem virum ſanctum, ſacerdotem, & prophetam, quod de veſtris peccatis vos argueret, in templo ipſo interfeceritis? Ferunt enim Iudæi huius ſanguinem inſtar ollæ aquæ plenæ igne ſuppoſito, efferbuiſſe vſque ad aduentum Nabuzardani militum præfecti Nabuchodonoſoris, qui reſciens ſanguinem eſſe Zachariæ, magna cæde, pręſertim ſenatorum facta, vltus eſt, & ita ſumpta vindicta feruеſcere deſiit. Chaldæus Paraphraſtes adducit in exemplum Zachariam filium Iddo Sacerdotis magni, & prophetæ, quem interfecerunt in domo ſanctuarij in die expiationum, eò quòd redarguiſſet populum de peccatis ſuis. Verùm ſi loquitur de Zacharia filio Ioiadæ, cur vocat Iddo? Si de propheta, qui rediit Babylone cum Aggæo, conuenit nomen filij, & patris, ſed hîc non erat ſummus Pontifex,

neque

neque conueuir explicare per ea, quæ multo poſt A accidere ea qoæ ptius facta ſunt: necdum quod incerta eſt buius Zachariæ cædes in templo facta vt alio in loco diximus fuſius.

38 *Iacuerunt.*] Quamuis nonnulli ex Latinis iοterpretibus hæc intelligant de pueris, & ſenibus, qui iu plateis iacebant occiſi, & iuſepulti: Verùm neglectu quodam deſpectioneque, & ſine vlla cura proſtratum iacere, cubare, aut dormire in plateis Hebræum verbum ſignificat. Id quod Lxx. nobis expuſuere, dum tranſtulerunt: Dormierũt in terra plateatum patuulus, & ſenex; tum clariùs Chaldæus Paraphraſtes, cum dicit: Iacuerunt in terra per plateas paruuli, & ſenes qui cubare ſolebant ſuper turgidos, & eminentes puluinos, ſuperque eburneos lectos. Atque hunc eſſe verum B ſenſum indicant Paſchaſius, Hugo & S. Tho.

Commutatio rerum.

Percuſſiſti, Verbum טבח Tabah lanionum propriè eſt, qui oues, & boues, ſioe vllo reſpectu laniant, propterea Lxx. & Chaldæus vertetunt laniaſti, ſeu mactaſti. His formis loquendi vtitur ad augendam commiſeratiouem.

39 *Vocaſti.*] Apto verbo vſus eſt, ſiquidem quicquid boni malive accidit, illius nutu atque imperio quaſi vocatum venit. Vnde Dauid Pſ. 104. dixit, Et vocaui famem ſuper terram. Qui rerrerẽe me de circuitu. Hoſtes Chaldæos Latini omnes intelliguut: oam cum eis omnes finitimæ genres, vt ſolebant confluere Ieroſolymam, cum feſtum aliquod celebre erat, conuenere: & vaticiuatus fuerat ipſe Ieremias c. 1. Ecce ego conuoco omnes nationes Aquilonis, dicit dominus, aut venere quaſi ad feſtum, qoia tale erat illis gentibos exci- C dium vrbis ſanctę, ſicut dixêre: En iſta eſt dies, qoã expectabamus, inuenimus, vidimus. Verum pro his verbis in Hebræo legitor, vt verterunt Pagn. & Vatablus: Vocaſti tanqoam ad diem ſolemnem timores meos de circuitu. Quo uomine hoſtes, qui vndique terrebant Ieruſalem intellexit Vata. iuxta dicta. At Lxx. vertentes, vocaſti tanquam ad diem ſolemnem parœcias meas, vel colonias, vt habet Tbeod. iuxta expoſitionem Origenis, & eiuſdem Tbeodoreti, iutelligunt Iſraelitas, circũ Ieruſalem habitanres, qui ex agris, villis, & oppidis, metueutes boſtium iocurſionem, in vrbem confugerunt, vbi omnes obſeſſi. occiſi, captique ſunt, nullo relicto: vocat aotem timores meos, quia ſicut mater timore corripiebatur propter filios, ne eos amitteret. & hoc eſt, quod vulgatus dixit, qui terrerent me de circuitu. Atque bunc D ſenſum confirmat Chaldæus, ſic exponens hunc locum, quoniam collecti fuerunt pueri mei vndique, vbicunque diſperſi eſſent in die furoris iræ tuæ domine, profecto nullum fuit effugium, nullæque reliquiæ ſunt eorũ, quos pannis inuoluerã.

Pſ. 104.

Ierem. 1

filios timores ſuos vocat.

40 *Quos educaui.*] De ſignificatione huius verbi diximus ſup. n. 39. pertioet enim propriè ad infantes matres lacte nutriunt, & manu confouent, & enutriui, boc eſt, ad incrementũ magnitudinẽque perduxi, vel enotripi in regũ delicus, vt ait Chald. Lxx. vertunt. Sicut confirmaui, ſeu obtinui, & multiplicaui omnes inimicos meos. vel vt videtur legere Theodoretus. Continui in manibus, vel A palmis fouẽdo, multiplicaui, hoc eſt, auxi, & hoſtis cuncta ſimul abſumpſit. Inauis, inquit, eſt labor meus, quo filios meos educaui & enutrioi, priuata ſum omnibus alumnis meis: in editione Vaticana, & Cõplutenſi, & Regia eſt χῶς ſicut, & videtur poſita pro οὕς, quos. Origenes, & Olympiodorus illa verba, ſicut confirmaui, & multiplicaui omnes inimicos meos, pro ratione, inquiunt, qua conſirmaoi ſcelera mea, multiplicaui hoſtes meos, qui de illis ſceleribus pœnas ſumerent. Putauerunt profecto Lxx. כלם Cillam, quod eſt verbum כלה chilech cum affixo plurali, quod eſt cõſumere, finire eſſe nomen כל col, omne, totum, cum affixo כלם culam, id eſt, omnes eos: cum ex Volgati, & ceterorum omnium interpretationẽ B conſter eſſe verbum ſupradictum.

Ex toto boc capite duo nobis ſeſe offerunt conſideranda, & Dei beneficentiſſimi in Iſraelem prouidentia, qua illum multis beneficiis, multis ornamentis, non ſolum affecit, ſed cumulauit, ſupra omnes populos. Siquidem illa reſpublica merito auro comparara ſit, in qoa Dei & cultus in primis exercebatur, dum in templo celebetrimo, & Deo miniſtrabatur, & ſacrificabatur, & regia poteſtas Dei nutu per magiſtratus exercebatur quando ſenibus deferabatur, iuuenes inſtituebantur iuxta legem, virgineſque, ac pueri: & per omnia lex vigebar. Deinde conſideranda eſt ingratiſſimi populi motatio, qoi ita ſuis ſceleribos Deum talem ex amico in inimicum conuetterit, vt illis donis noquaquam detentus & templum cũ ſolemnitatibus, & regnum cum magiſtratibus, C ſenibus, adoleſcentibus virginibus, & ipſis infantibus perdiderit, ac diſſipauerit. adeò vt oon iam ſtillando, aut in iudicio, moderateqoe puniendo, ignẽ iniecerit, ſed effuderit, vt quaſi metalla omnia liquefaceret, & in nihilum redigeret: quo timeas tibi, ne douis cœleſtibus elatus in ſuperbiã incidas, & in laqueum diaboli, & Deum tibi reddas inimicum, qui te inſtar horti virentem, diſſipet, & templi inſtar Ieroſolymitani ſanctificatum & ornatum comburat, & æternis tradat cruciatibus, nullo exiſtente, qui te ad pœnitentiam reducat. Age ergo, medere tibi, vociferare ad Deum, & miſericordi omnem toam expone miſeriam, recole ſingillatim amiſſam feliciratem: veterem familiaritatem, antiquam beneuolentiam, caſtas cogitationes, virtutem iuuenilem, ſenilem prudeotiam, qua olim in domo Dei traducebas vitã. D Obiice infantiom mortem, qui tyrannum quemque permoοere ſolent ad commiſerationem: nam ſi propter infantes pepercit Niniue, quid ni parceret Ieruſalem, & vel hac ratione Deum exora, ne diem ſolemnem agant inimici: ne lætentur dæmones ne infernus glorietur; ne gaudeant incircuncisi ſuper malo virginis Sion, ne erigatur inimicus, & plaudat manibus, & caput moueat, dicẽs: Hæccine eſt vrbs perfecti decoris, gaudium vniuerſæ terræ? En iſta eſt dies, quam expectabamos. Sed ad te confugio, expectatio Iſrael: te vnicum ſaluatorem inuoco, vt ad priſtinum ſtatum reducas, quo gaodium ſit cœleſtibus ſpiritibus, & tunc vindemiabis inimicos, & facies ſimiles mei.

Duo in hoc capite conſideranda.

1. ad Timot. 3. 6

Miſeria permouet ad miſerendum.

Iona 4. 10.

PARAPHRASIS.

א 1 Ann. 11. Sedecia. EGO ſum ille vir, qui meis oculis conſpexi afflictionem hanc magnã, eiuſque non modicam partem ſuſtinui, quam vehementi ſuo furore inflixit dominus populo ſuo. א Ego inquam ſum quem non ad gaudia exhilarantia adegit, ſed tenebroſo carceri mancipari permiſit. א & quaſi hoc illi vnum eſſet negotium, non ſemel atque iterum, ſed quotidie vertit, ac conuertit manum ſuam ad flagellandum me.

ב Qua diuturna flagellatione, lacera inſtar [2] veſtis, detritam fecit pellem meam, & carnem meam: ea verò veteraſcente, oſſa ipſa ſimul confracta ſunt.
ב firmum carcerem vndique [3] ædificauit, quo me incluſum teneret, & quaſi cuſtodes adhibuit felleam amaritudinem, ac defatigationem. ב [4] in tenebroſiores carceris latebras me abdere coegit, vbi ac ſi vnus eſſem ex mortuis, qui nunquam ſunt ad vitam redituri, quaſi ſepultus manerem.

ג Ad hæc maceriam circum carcerem [5] ædificauit, ne ſpes vlla euadendi relinqueretur, & grauiſſimos compedes adiecit. ג Quin omnes vocis exitus obſtruxit, ne cùm clamarem, & rogarem eum, poſſem exaudiri. ג Circunſepiuit vias, per quas poſſem euadere, quadrorum lapidum copia congeſta, & ſemitas, ſi quæ deuiæ erant, peruertit.

ד Factus eſt mihi quaſi [6] vrſus ex inſidiis adoriens, quaſi leo, qui è latibulis expectat prædam. ד Omnes vias mihi præcidit, ne, qua fugerem, haberem, confregit me, ac diſcidit, pauore ſuo me exanimauit. ד Tetendit arcum furoris ſui, & conſtituit me tanquam ſcopum, in quem omnes iræ ſuæ iaceret ſagittas.

ה Confixit præcordia, ac renes meos ſagittis è pharetra furoris ſui emiſſis. ה Deriſui eram omni populo meo, & cantilena, qua iocarentur tota die. ה Mærore me ſaturauit felle amariore, potauit me tribulatione abſynthio acerbiori.

ו Cibo me cibauit [8] lapillis, ac cinere adeò mixto, vt ad vnum omnes mihi dentes contuderit. ו [9] Pax omnis fugit à me, omnis iucundiorum rerum cogitatio, ac ſpes. ו Itaque mecum ipſe cogitans dicebam, nihil mihi ſupereſt ſperandum à domino, actum eſt de me.

ז Hoc ſpei meæ ſolum reſtat, vt te orem. [10] Recordare igitur, quam grauiter affligar, & quam duriter leges humanitatis mecum tranſgrediantur inimici mei, dum me paſcunt abſynthio, & felle potant. ז Ego enim dum ærumnas meas [11] memoria repeto, præ mæroris magnitudine tabeſcit in me anima mea. ז Sed rurſus ad ſpem me reuoco hæc, quæ ſubiicio mente reuoluens.

ח Nimirum [12] miſerationum Dei fontem non eſſe exſiccatum inter tot mala, nam ex eius miſericordia dimanauit, quod non fuerimus conſumpti, nec ira eius deſæuiente, defecerunt illius miſerationes. ח Imo quotidie [13] noua ſupra veteres cumulantur, &

CAPVT TERTIVM.

EGO vir videns paupertatẽ meam in virga indignationis eius. 1 Aleph
[1] Me minauit, & adduxit in tenebras & non in lucem. 2 Aleph
Tantum in me vertit, & conuertit manũ ſuam tota die. 3 Aleph
Vetuſtam fecit [2] pellem meam, & carnẽ meam, contriuit oſſa mea. 4 Beth
[3] Ædificauit in gyro meo, & circundedit me felle, & labore. 5 Beth
[4] In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos. 6 Beth
Circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum. 7 Ghimel
Sed & cùm clamauero, & rogauero, excluſit orationem meam. 8 Ghimel
Concluſit vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit. 9 Ghimel
[6] Vrſus inſidians factus eſt mihi: leo in abſconditis. 10 Daleth
Semitas meas ſubuertit, & confregit me: poſuit me deſolatam. 11 Daleth
Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. 12 Daleth
[7] Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ. 13 He
Factus ſum in deriſum omni populo meo, canticum eorum tota die. 14 He
Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſynthio. 15 He
Et [8] fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere. 16 Vau
Et repulſa eſt à pace anima mea, oblitus ſum bonorum. 17 Vau
Et dixi: periit [9] finis meus, & ſpes mea à domino. 18 Vau
[10] Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, abſynthii & fellis. 19 Zain
[11] Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea. 20 Zain
Hæc recolens in corde meo, ideo ſperabo. 21 Zain
[12] Miſericordiæ domini quia non ſumus conſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius. 22 Heth
[13] Noui diluculo, multa eſt [14] fides tua. 23 Heth
[15] Pars mea dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum. 24 Heth
[16] Bonus eſt dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum. 25 Teth
[17] Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei. 26 Teth
[18] Bonum eſt viro, cum portauerit iugum 27 Teth

ab

ab adoleſcentia ſua.
28 | [19] Sedebit ſolitarius, tacebit, [2] quia leua-
Iod uit ſuper ſe.
29 | Ponet [21] in puluere os ſuum, ſi forte ſit
Iod ſpes.
30 | Dabit [22] percutienti ſe maxillam, ſatura-
Iod bitur opprobriis.
31 | Quia [23] non repellet in ſempiternum do-
Caph minus.
32 | Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecundum
Caph multitudinem miſericordiarum ſuarum.
33 | [24] Non enim humiliauit ex corde ſuo, &
Caph abiecit filios hominum.
34 | [25] Vt contereret ſub pedibus ſuis omnes
Lamed vinctos terræ.
35 | Vt [26] declinaret iudicium viri in conſpe-
Lamed ctu vultus altiſſimi.
36 | Vt peruerteret hominem in iudicio ſuo,
Lamed dominus ignorauit.
37 | [27] Quis eſt iſte, qui dixit vt fieret, domino
Mem non iubente.
38 | Ex ore Altiſſimi non egredientur nec ma-
Mem la, nec bona?
39 | Quid [28] murmurauit homo viuens, vir pro
Mem peccatis ſuis.
40 | [29] Scrutemur vias noſtras & quæramus, &
Nun reuertamur ad dominum.
41 | Leuemus corda noſtra cum manibus ad
Nun dominum in cœlos.
42 | Nos iniquè egimus, & ad iracundiam pro-
Nun uocauimus: idcirco tu inexorabilis es.
43 | [30] Operuiſti in furore, & percuſſiſti nos: oc-
Samech cidiſti, nec pepercisti.
44 | [31] Oppoſuiſti nubē tibi, ne tranſeat oratio.
Samech
45 | [32] Eradicationem, & abiectionem poſuiſti
Samech me in medio populorum.
46 | [33] Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes
Phe inimici.
47 | [34] Formido, & laqueus facta eſt nobis va-
Phe ticinatio, & contritio.
48 | Diuiſiones aquarū deduxit oculus meus
Phe in contritione filiæ populi mei.
49 | [35] Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, eo
Ain quod non eſſet requies.
50 | Donec reſpiceret, & videret Dominus
Ain de cœlis.
51 | [36] Oculus meus deprædatus eſt animam
Ain meam in cunctis filiabus vrbis meæ.
52 | [37] Venatione cæperunt me quaſi auem ini-
Sade mici mei gratis.
53 | [38] Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerūt
Sade lapidem ſuper me.
54 | Inundauerunt aquæ ſuper caput meum:
Sade dixi: perij.
55 | [39] Inuocaui nomen tuum domine de lacu
Coph nouiſſimo.
56 | [40] Vocem meam audiſti: ne auertas aurem
Coph tuam à ſingultu meo, & clamoribus.

germinant, cum videntur defeciſſe. Nam tibi credentem, & in te ſperantem nunquam fallis, aut deſeris, in tuis promiſſionibus veraciſſimus. ח *Idcirco ſe ipſam conſolans dixit anima mea, ego eum dominum elegi, qui mihi Deus eſſet, & patronus, & propterea non deſiſtam ſperare in eum.*

Et per quā menſo: nam bonus fuit ſemper dominus ſperantibus in eum, homini qui colit illum: ab eo petit, illumque in rebus omnibus conſulit. ט *Vtile eſt igitur hominem præſtolari patienter ſalutem à tali domino.* ט [11] *Vtile etiam valde eſt viro iugum diſciplinæ, cū rebus aduerſis nos exercet, ab ineunte ætate portaſſe.*

Eiuſmodi vir, [19] ſedebit quidem ſolus, & triſtis tacitèque, ac patienter Dei decreta perferens, [20] quia iugum ſuis ceruicibus impoſitum ferendum ſibi eſſe cognouit. Abiiciet ſeſe, & Deum adorans [21] vſque ad puluerem demittet os ſuum, ſi forte humili prece ſpei ſuæ compos eſſe poſſit. Et ſi ad id opus fuerit, offeret [22] percutienti maxillam, & turpiſſima ab eo opprobria perferet, quouſque ſaturetur.

Multis experimentis factus certior, quod etiam ſi ad tempus dominus oblitus, videatur negligere, verum [23] non repellet in æternum. כ *Et quod ſi abiecerit, non cunctabitur miſereri, vti vrget eum abundans multitudo miſericordiæ ſuæ.* כ *Non enim ex corde homines permiſit affligi, neque ipſos abiecit, quaſi eorum ærumnam ſpectaret.*

Nempe, [25] vt homines quos in terra ſub ſua habet poteſtate: quaſi vinctos ſub pedibus ſuis contereret. ל *Aut ſi quiſpiam hominum vellet ante conſpectū altiſſimi ipſius Dei ſuam cauſam agere, ipſe iudicium eiuſmodi ſubire declinaret, vt peruerſi iudices faciunt.* ל *Denique vt per calumniam opprimeret hominem in ſua cauſa: longe enim abſunt hæc à iuſtiſſimo Deo.*

At ſi dicat aliquis, hæc mala accidere præter domini voluntatem. Quis tandem iſte eſt adeo ſtultus, qui quicquam fieri dicat abſque iuſſu domini? מ *Aut ex eius præcepto non eueniſſe proſpera omnia, & aduerſa?* מ *Cur ergo eſt aliquis ex viuentibus qui doleat, [28] excuſationem prætexens peccatis ſuis, & conqueratur de Deo, tanquam de iniquo? aut caſum, aut fortunam tanquam malignam accuſet? de ſe potius & de ſuo vitio conqueratur.*

[29] *Examinemus potius facta noſtra, his vanis excuſationibus omiſſis, & ſollicitè inueſtigemus vnde in tanta mala prolapſi fuerimus, & cum peccatum id eſſe deprehenderimus, per pœnitentiam reuertamur ad dominum.* נ *Leuemus cum manib. corda noſtra ad dominum qui in cœlis habitat.* נ *Dicamuſque nos iniquè egimus à te diſcedendo. Nos noſtra rebellione te ad iracundiam prouocauimus: Et idcirco meritò non pepercisti nobis.*

[30] *Oppoſuiſti inter te, & nos furorem tuum, ne ad te reſpicere auderemus, perſequutus es nos abſque vllo reſpectu, occidiſti, nec voluiſti miſereri.* ס [31] *Oppoſuiſti nubem tibi ne poſſit oratio noſtra ad te penetrare.* ס *Tanquam lignum, eradicatum, & abiectum, viles feciſti nos inter populos.*

פ [33] *Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici noſtri, tanquam bellua nos deuorare cupientes.* פ *Cũ vaticinationem, & contritionem, quam prophetæ comminabantur, fugere vellemus, incurrimus* [34] *pauorem, & laqueum captiuitatis inevitabilem.* פ *Riui aquarum perpetuo manarunt ex oculis meis, in hac tanta popularium meorum afflictione.*

ע [35] *Oculus meus defluit lacrymis abſque intermiſſione, quia nullum datur à malis laxamentum.* ע *Donec reſpiciat me dominus de cœlo, & preces meas attendat.* ע *Oculus meus iugi ſuo fletu, propter cunctas vrbis filias, quas in captiuitatem abire vidit, vehementi dolore afficit animam meam.*

צ *Inſidiis tanquam auem* [36] *vexati ſunt me inimici mei, idque immeritò.* צ [37] *Concecerunt me in lacum, vnde non poſſem exire, occluſeruntque eum lapide, ne vel lumen poſſem aſpicere.* צ *Aquæ limi eius operuerunt me, vnde iam de me actum eſſe putabam.*

Appropinquaſti in die, quando inuocaui 57
te: dixiſti, ne timeas. *Coph*
[41] Iudicaſti domine cauſam animæ meæ, 58
redemptor vitæ meæ. *Res*
Vidiſti domine iniquitatem illorum ad- 59
uerſum me: iudica iudicium meum. *Res*
Vidiſti omnem furorem, vniuerſas cogi- 60
tationes eorum aduerſum me. *Res*
[42] Audiſti opprobrium eorum domine, 61
omnes cogitationes eorum aduerſum me. *Sin*
Labia inſurgentium mihi: & meditatio- 62
nes eorum aduerſum me tota die. *Sin*
Seſſionem eorum, & reſurrectionem eo- 63
rum vide, ego ſum pſalmus eorum. *Sin*
Reddes eis [43] vicem domine iuxta ope- 64
ra manuum ſuarum. *Thau*
Dabis eis ſcutum cordis [44] laborem tuum. 65
Thau
[45] Perſequeris in furore, & conteres eos 66
ſub cœlis domine. *Thau*

ק *Nec tamen animum penitus deſpondi: ſed ad nomen tuum domine* [39] *innocandum de profundiſſimo illo lacu me conuerti.* ק [40] *Vocem meam audiſti, & ſpem concepi, quod deinceps non auertes aurem, ne audias ſingultum meum, & clamorem.* ק *Appropinquaſti mihi, quando te innocaui, vt opem ferres, erexiſtique me, dum dixiſti ne timeas, quia ego tecum ſum, vt adiuuem te.*

ר [41] *Tutatus es domine cauſam vitæ meæ, & me à morte liberaſti, factus redemptor vitæ meæ.* ר *Perſpecta tibi eſt domine iniquitas illorum, qui me iniquo iudicio morti addixerunt. Tu igitur cauſam meam age, & de meis inimicis ſume vindictam.* ר *Non enim te latuit ſtudium, quo mihi nocere ſtudebant; & mala quæ mihi inferre cogitabant.*

ש [42] *Audiſti etiam opprobria, quæ in me domine iactabant, & quæcunque aduerſum me facere cogitabant.* ש *Audiſti, & quæ ſuis labiis effutiebant aduerſum me, & quæ tacita mente meditabantur.* ש *Animaduerte quomodo ſiue ſederent, ſiue ſurgerent, ſeu cum eſſent in ocio: ſiue cum in aliquo negotio de me loquantur, & ſim materia ſuæ cantilenæ.*

ת [43] *Æquam igitur eis mercedem repende, quæ reſpondeat eorum malefactis.* ת *Da eis compreſſionem cordis, quæ quaſi clypeus contegat eos,* [44] *execratio tua comprehendat eos.* ת *Et ſi te euadere niſi fuerint, cũ furor tuus fuerit concitatior* [45] *perſequeris illos, & delebis eos de terra dñe, ita vt nec vnus quidem ſuperſit.*

ARGVMENTVM.

Quæſtio de argumento. GRauis eſt inter expoſitores concertatio de huius capitis argumento; & licet vnuſquiſque eorum certum ſibi proponat, quod ſequatur, illud tamen non perpetuo ſequitur, ſed pro diuerſa verborum forma, ea diuerſis accommodant argumentis. Eſt igitur in hac re definienda triplex ſententia.

1. Sent. Prima eſt Olimpyodori, Paſchaſij, Bonau. & Pauli Burgenſis, qui de Chriſto eiuſque paſſione hoc caput hiſtoricè declarant. Verum falſam eſſe hanc opinionem probat in primis, quod de præſenti calamitate ſua loquitur Ieremias. Deinde quod multa hîc dicantur, quæ Chriſti perſonam manifeſtè dedeceant, vt quod patrem ſuum dicat quaſi vrſum, & leonem ſibi inſidiatum; & ſe ob multitudinem ærumnarum deſperaſſe: & vnà cum reliquis ſcrutemur vias noſtras. Nos iniquè egimus, operuiſti in furore, & percuſſiſti nos: non me, quare myſticè de Chriſto hoc caput exponi poſſe certius eſt.

2. Sent. Altera ſententia eſt Theodoreti, Rabani, Hugonis, S. Thomæ, Lyræ, & Dionyſij, Vatab. & Iſidori, vniuerſum caput explicantium in perſona totius populi, aut cuiuſlibet de populo; ſiue in Iudæa, aut Ieroſolymis Chaldæis ſubiecti, ſiue in exilio babylonico exiſtentis. Confirmat hunc ſenſum quod Lxx. & Vulgatus id quod dicitur verſu. 11. Poſuit me deſolatam, fœmineo

genere

genere tranſtulerunt, cum in Hebræo ſit maſculinum, ſignificantes ipſam Ieroſolymam, aut plebem intelligi, & de ipſa loqui. Tum etiam indicant hunc ſenſum quæcunque dicuntur numero multitudinis, vt illud miſericordiæ domini, quia non ſumus conſumpti, & ſcrutemur vias noſtras, & in cunctis filiabus vrbis meæ, & ſimilia alia. Præterea, quia ad finem capitis, cum refert mala ſibi illata ab inimicis, & ſimilia mala eis imprecatur, ſi loquatur Ieremias, falſa erunt dicta de Chaldæis, qui eum non male, ſed bene tractauerunt, & ex malis potius eripuerunt, ſi autem loquatur in perſona populi, vera ſunt, qui à Chaldæis captus, ductus eſt captiuus, & multis incommodis fatigatus. Veruntamen hæc etiam opinio omnino vera non eſt, quia vniuerſum caput ſi de populo explicemus, figuratè, ac metaphoricè accipiendum eſt, cum tamen ſi de Ieremia exponatur, omnia ferè verba propriè accepta poſſunt accommodari; non oportet autẽ recurrere ad metaphoras, ſi verba propriè accepta poſſunt rectè de aliquo explicari, vt conabimur de Ieremia ipſo explicare.

Tertia igitur, ac verior ſententia eſt Origenis, Euſebij Cæſarienſis, Ruperti & Hebræorum, quorum expoſitionem, vt probabilem ſequuntur etiam Vatablus, & Iſidorus, exiſtimantium Ieremiam loqui de ſeipſo, multis afflicto calamitatibus. Recenſet enim calamitates, quibus affectus eſt à conciuibus, dum obſideretur ciuitas, ita vt iam tæderet viuere. Deinde ſpe meliori concepta, multis & efficaciſſimis argumentis oſtendit, quàm vilis ſit tribulatio, & quo fine eam inferat Deus; ſimulque ſuos conciues hortatur ad conuerſionem in Deum: tandem ſuas ærumnas proſequutus, ſiue ex incommodis ſuis contingentes, ſiue ex ciuium ſuorum malis, quæ videbat, mala ſimilia ſuis inimicis deprecatur. Si verò ſint aliqua huic expoſitioni aduerſantia, inter exponendum, elucidabuntur.

3. Sententia vera.

COMMENTARIVS.

1 [EGO VIR.] Ieremias de ſe loquitur iuxta prædictos, & iuxta Hugonem, & ſanctum Thomam, & Dionyſium. ה autem litera præfixa nomini Gaber, vir, vim habet pronominis demonſtratiui, & ideò Septuaginta Interpretes, & Tigurina verterunt, ego vir ille ſum, qui vidi. Nomen עני oni, abſque affixo pronomine, & paupertatem ſignificat, ſeu penoriam bonorum, vt explicat Theodoretus cum aliis, & afflictionem, vt ſolet frequenter vertere Vulgatus, vt capite primo, verſiculo tertio, Migrauit Iudas propter afflictionem. & ſeptimo, Recordata eſt Ieruſalem dierum afflictionis ſuæ; & ita acceperunt Chaldæus cum aliis interpretibus, & Hugo. Eſt enim afflictio paupertas quædam, ſeu mendicitas, qua quis ſe omni ope deſtitutum videt, & aliena penitus indigere, præſertim cùm vinculis adſtringitur. Sic dicit Exod. tertio capite, verſ. ſeptimo Dominus. Vidi afflictionem populi mei, in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiem eorum, qui præſunt operibus, & ſciens dolorem eius, deſcendi, vt liberem eum, & Pſalmo centeſimo ſexto, verſiculo nono: Quia ſatiauit animam inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis, ſedentes in tenebris, & in vmbra mortis, vinctos in mendicitate, & ferro. Pronomen autem, eius, cum dicitur, in virga indignationis eius, iuxta Hebræos, vel hoſtem refert, vt in verſu ſequenti, tantum in me conuertit; Olympiodor. ſuppoſitum facit inimicum, verum communior, & certior expoſitio eſt, vt accipiatur relatiuum pro antecedenti, vt ſæpe ſolet pro, Dei, videlicet. Eſt ergo ſenſus de Ieremia: Ego ſum vates ille ceteris infelicior, qui quod alij prænunciauerunt tantum, ego eis prædixi, & expertus ſum, afflictionem, & vincula, & carcerem, quibus conſtrinxit me Deus in hac vehementi clade, qua inuoluit iratus Deus populum meum. Tunc autem Ieremias huiuſmodi afflictionem ſuſtinuit, cum tempore Sedeciæ coniectus eſt in neruum per Paſhur præpoſitum templi, Ieremiæ 20. & anno nono eiuſdem Regis, in carcerem per principes populi, in quo per tres ferè annos

Thren. 1.7. — Paupertas afflictio eſt. — Exo. 3.7 — Pſ. 106. 9. — Senſus: — Ier. 20.

permanſit vſque ad 11. Sedeciæ Ierem. 32. & 38. in quem carcerem Deus mutauit eum, vt ibi tenebris offuſus pateretur: & aſſidue eum, vel grauius, vel leuius varia viciſſitudine probabat. Theod. cum ſequacib. explicat de quolibet ciue, qui deflet, non ſe minas tantum prophetarum expertum, ſed pœnam ipſam. De Sedecia nonnulli exponunt, qui exutis oculis Babylonem ductus, & in carcerem coniectus, vſque ad obitum in eo clauſus manſit, in cuius perpetuas tenebras minauit eum Dominus. Sed de quolibet captiuo, tenebræ, captiuitas ipſa, vel tribulatio, in quam deductus eſt, intelligitur, iuxta illud 2. capitis. Quomodo obtexit caligine filiam Sion. nam & Iſ. c. 20. ad ſignificandos eos, qui captiui erant ducendi, hac loquendi forma vſus eſt. Sicut ambulauit ſeruus meus Iſaias nudus, & diſcalciatus; ſic minauit rex Aſſyriorum captiuitatem Ægypti, & tranſmigrationem Æthiopiæ.

Threno. 2. 1.

Iſa. 20. 3

Chriſtus vir ſolus

Chriſtus myſticè ſimiliter loquitur ac Ieremias. Ego ſum ille vir, qui ſolus ſuſtinui ingentem illã rerum omnium inopiam, & ſummam afflictionem, pro omnium hominũ peccatis, quam omnes ipſi laturi erant. Iſa. 63. Quis eſt iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in fortitudine virtutis ſuæ? Torcular calcaui ſolus & de gentibus non eſt vir mecum. cap. 53. Verè languores noſtros ipſe tulit & dolores noſtros ipſe portauit: ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Poſuit dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. Cùm enim in ſeculis præteritis vnus aliquis ex hominibus quæreretur, qui vel partem aliquam oneris Saluatoris humeris ſuis imponi pateretur, & omnes abnuerent, ac modis omnibus ſe excuſarent, oneri ſuccumbebant. Sic Moſes poſtquam Exod. 3. & 4. quinquies ſe excuſaſſet, refugiens onus liberandi populum ex Ægypto, ac dixiſſet, Obſecro domine, non ſum eloquens ab heri, & nudiuſtertius: &, obſecro domine, mitte quem miſſurus es: iratus dominus Aaronem fratrem ſocium illi deſignauit, & cum expertus onus portare graue putaret, dixit Deo, Num. 11. Cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me, nũquid ego concepi omnẽ hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum? Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi. Sin aliter tibi videtur, obſecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Gedeon etiam Iud. 6. cum ſui populi ſaluator eligeretur, excuſabat ſe dicẽs: Obſecro mi domine, in quo liberabo Iſrael? ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo patris mei. Iſaiæ 3. dicitur: Apprehendet vir fratrem ſuum, domeſticum patris ſui, & dicet illi, veſtimentum tibi eſt, princeps eſto noſter ruina autẽ hæc ſub manu tua. Reſpondebit in die illa, dicens: Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum, nolite me conſtituere principem populi. Ruit enim Ieruſalem, & Iudas concidit, quia lingua eorum, & adinuentiones eorum contra dominum. Ieremias ſimiliter cum mitteretur ad commonendum populum, recuſabat onus dicens, A, a, a, domine Deus ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum: & crebro quidem quærebatur, & quaſi deſperans, ſuccumbebat oneri. c. 18. Seduxiſti me domine, & ſeductus

Iſa. 63. 1.

Iſa. 53. 4

Onus liberandi hominẽ nemo nõ recuſat.

Exod. 3. 11. 4. 10.

Num. 11. 11.

Iudic. 6. 15.

Iſa. 3. 6.

Ierem. 1. 6.

Ierem. 20. 7.

A ſum, factus ſũ in deriſum tota die, omnes ſubſannant me, & dixi, non recordabor eius, & neque loquar vltra in nomine eius. & hi quidem, & eis ſimiles recuſabant unus liberandi homines, quod vel ſuam infirmitatem cognouiſſent vel imbecillitatem, vel amoris erga eos debilitatem, nec enim mater erat Moſes, qui concepiſſet illam multitudinem: aut nutrix, quæ portaſſet: nec ille alter erat Medicus aut Chirurgus qui vulnera ſanaret, aut veſte copioſus, vt nudos operiret, aut pane, vt cibaret: quæ ſunt principis munia. Mox enim, vt audiuit veruntamen ruina hæc in manu tua, renunciauit principatui. Principatum ergo in alios homines fratres ſuos, homines ipſi reiiciebant: labores, qui cum illo erant coniuncti, grauiſſimos fugientes: imo ſi B vera eſſet antiquiorum quorundam opinio, miniſterium erga illos, angeli deſeruntaliquando, vel ineptitudinem, vel obſtinationem in peccatis eorum pertæſi. Sed filius Dei vnigenitus, qui antonomaticè dicitur, vir, hunc principatum ſuis humeris impoſuit, & ruinam hãc reſarciendam manu ſua ſuſcepit. Sic dicitur Iſaiæ nono capite, verſic. ſexto: Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius, admirabilis, conſiliarius, Deus, heros fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. Nec mirum ſi tantum onus ſuſceperit hominum cauſa, quos tanquam mater vnicum filium diligebat: ita ipſe dixit Iſa. 49. Audite me domus Iacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua vſque ad C ſenectam ego ipſe, & vſque ad ea vos ego portabo: ego feci; & ego feram, ego portabo, & ego ſaluabo. Quis enim ferre poſſet hominum continuas infirmitates, niſi qui fecit eos? quis moleſtias, & importunas ruinas, niſi qui tanquam mater eos concepit, & ſuo lacte nutriuit? ille igitur qui fecit, refecit: ille qui creauit, portauit, & ſaluauit. Ego, ait Hoſeæ capite vndecimo, quaſi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis, in funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, & ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum, & declinaui ad eum vt veſceretur. Ego, ergo ait, ſum ille vir, in cuius manu ruina hæc, non huius, aut illius populi, ſed totius orbis: qui mederi ſcio infirmitatibus eorum, illorumque tegere nuditatem, qui cœleſti abundo pane, quo fami eorum ſatisfa- D ciam. Ipſe enim eſt, qui ſuſcepit nos ab omnibus derelictos, ab ira Dei liberandos, vt accidit Dauidi, qui confugiens ad ſuos non eſt admiſſus Pſ. 26. Pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem aſſumpſit me.

Principis munia.

Chriſtus ſolus hominum ſuſcepit principatum

Chriſtus vir antonomaſtice.

Iſa. 9. 6.

Iſ. 49. 3

Hoſ. 11. 3

Pſ. 26.

Qui meis oculis conſpexi afflictionẽ hãc. Ceteri quidem vel verbis tantũ prædixerũt ſummã illam afflictionẽ, qua genus humanum erat à peccatis eruẽdũ, & de poteſtate dæmonũ liberãdũ, vt prophetæ, vel imaginibus, & vmbris quibuſdam adũbrarunt: at Chriſtus eam expertus fuit, eamque grauiſſimam pertulit, & quod amorem eius nobis illuſtriorem facit, cum ab origine mundi occiſus ſit, fere nunquã eſt paſſus, vt ad mortem vſque eius mors exprimeretur. Ad extremũ enim omnes illos, qui figurã eius geſſerunt, deduci permiſit, nõ tamen penitus conſumi, id enim ſibi ſoli arrogabat. Vnde & dicebat, ego feci, ego feram,

Apoc. 13. 8.

ego

Chriſtus ſolus homines ſaluator ego portabo, & ego ſaluabo; nolo, ait, vt alius A
quiſpiam mortem oppetat pro hominum ſalute,
& cum tãto ſui periculo me iuuet, hoc meum eſt,
ſiquidem ego cum feci, ego feram eius iniquita-
tes, ego portabo eius onera, & ego ſaluabo ſolus.
Gē.22.9 Hinc factum eſt, vt cum Abraham Gen.22. alligaſ-
ſet Iſaac filium ſuum, poſuiſſetque eum in altari
ſuper ſtruem lignorum, extendiſſetq; manum, &
arripuiſſet gladium, vt immolaret filium ſuum,
ecce angelus Domini, non permiſit extendere in
eum manum: ſatis ſe putans expreſſum Chriſtus ea
Geneſ. repreſentatione. Sic Ioſeph Gene. 39. 40. & 41.
39. 20. in carcerem coniectus. nam Pſ.104. 17. in ſeruum
40. & 41. venundatus eſt Ioſeph, humiliauerunt in compe-
Pſalm. dibus pedes eius, ferrum pertranſiit animam eius,
104.17. donec veniret verbum eius. & tamen cum Chriſti
figuram mortui, ac ſepulti geſſiſſet, non eſt inter-
fectus, ſed ad regis imperium eductus eſt de carce-
re, & veſtibus aliis indutus. nẽpe Chriſtus noluit
ſe vera morte exprimi, ſed ficta. Similia accide-
Dan. 6. runt Danieli, quem in lacum coniectum non at-
7.16. tigerunt leones; & tribus pueris, quos in forna-
Dan. 3. ce, ignis non attigit. quia videlicet in manu ſolius
48. 49 Chriſti ruina hæc, ipſe enim ſolus erat qui ſalua-
turus erat, & grauiſſimam mortem oppetiturus,
qua pater cœleſtis contentus genus humanum, in
quod erat ſummè iratus, ſibi reconciliauit, omni
alia hominum, præter Chriſtum, ſatisfactione
poſthabita.

a *Pellem.*] Aſſidua ærumna ſenilem in nobis in-
firmitatem efficit, inquit Origenes. Chaldæus
vult ductam ſimilitudinem ab vlceroſis: & ait, ſe-
nuit caro mea magis quam vlceroſis, & pellis mea
magis quam pellis vtris. Alij deducunt à veſte
detrita, & vetuſta, quæ facile diſciditur, & lace-
Iob 10. 11 ratur. nam Iob. cap.10. dixit: Pelle & carnibus ve-
ſtiſti me: ait enim, pelle & carnibus aſſidua flagel-
latione detritis, & conſumptis, oſſa nuda contrita
etiam fuiſſe, & confracta. Hæc recte conueniunt
Ieremiæ, qui perpetuis ærumnis cum puer cæpiſ-
ſet prophetare, ſenex factus eſt, & vires amiſit, quę
oſſium nomine ſignificantur, quod illis quaſi ful-
cris corpus ſuſtineatur. Sic de Ieremia intelligunt
De Ieremia Origenes S. Thom. & Dionyſius. Sed de populo
exponunt Raban. Hugo, Lyra, idem S. Thom. &
Dionyſius: pellis enim vrbia Ieroſalem, nẽpe plebs
ipſa, & caro, honeſtiores viri, qui ſunt ornamen-
tum ciuitatis, vetuſti facti ſunt, detrito iuuenili
decore; & oſſa, nempe viri fortes, ac robuſti con-
fracti ſunt viribus, & contriti, tam ingenti ſuppli-
cio. De Chriſto alij, cuius pellis, & caro, cum eſſet
De Chriſto. ſpecioſus præ filijs hominū, ita flagellis, & ærum-
Pſ.44.3 nis vetuſta facta ſunt, & vires eius confractæ, vt
Iſ.53.2 dixerit Iſaias cap. 53. 2. non eſt ſpecies ei, neque
decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus, & de-
ſiderauimus eum, deſpectum, & nouiſſimum
virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmi-
tatem. & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpe-
ctus, vnde nec reputauimus eum.

3 *Ædificauit.*] Chaldæus, Origenes, Theodoretus
cum aliis ferè omnibus hunc verſum de obſidio-
ne exponunt, quando vallo, & aggeribus, & variis
aliis munitionibus Chaldæi obſederunt ciuita-
De carcere Ieremiæ. tem. Aptius idem Origenes, Rupertus, & alij qui-
dam ad carcerem referunt, quod ex ſequentibus
manifeſtatur; in tenebroſis collocauit me. De
muro enim circumædificato mox dicet, circum
ædificauit aduerſum me. & ita de Ieremia iidem
exponunt in carcerem cõiecto, & incluſo. Quod
addit, felle, & labore, ſignificat mœrorem, & defa-
tigationẽ, cum quiſpiam nihil ſe proficere videns,
deſiſtit ab incepto. & populo accommodant mœ-
rore, & ærumnis in obſidione fatigato, iuxta illud
Ierem. 9.15. Ecce ego cibabo populum iſtum ab- *Ierem. 9.15*
ſynthio, & potum dabo eis aquam fellis, & diſper- *Ierem. 23.15*
gam eos in gentibus. & ca. 23.15. Ecce ego cibabo
eos abſynthio, & potabo eos felle. Sed recte con-
uenit Ieremiæ, quem voluerũt Iudæi felle, ſeu to-
xico interficere non ſemel, illis verbis c.11. mitta- *Ierem. 11.19.*
mus lignum in panem eius, & eradamus eum de
terra viuentium. Ex Hebræo ſic legi poſſunt hæc
verba, circumdedit caput, & ſuſpendit ipſum. &
iuxta Lxx. circũdedit caput meum, & laborare fe-
cit. aut vt legit Theod. circumdedit me, caput ve-
B xauit. & ſignificat vincula, aut catenam collo cir-
cumpoſitam, illudq; vexantem, aut aliquod ſupra
carcerẽ extructũ opus ne poſſet aufugere. Chald.
de obſidione exponit, dicens: circumdedit ciuita-
tem, eradicauit capita, hoc eſt, duces populorum,
& ſucc[u]buerunt, omnes enim duces, quos vel au-
xiliares habebant ex vicinis gentibus, aut proprij,
interfecti ſunt ab hoſtibus. Chriſtus certe circũ- *De Chriſto.*
cinctus eſt à ſatellitibus, qui eum comprehende-
runt, & circumdatus eſt felle, & aceto, & ſumma
defatigatione in nocte extrema, qua de vno in
aliud tribunal ducebatur.

4 *In tenebroſis.*] De Ieremia intelligunt hunc
verſum Chaldæus, Origenes, Rupertus, Hugo,
S. Thomas & Dionyſius: nam in primis in Ca- *Ier. 2. 3*
tarractem, vt ait Origenes coniectus eſt à Phaſ-
hur, Ierem. 20. & in lacum: in quo non erat aqua,
C vnde eductus in veſtibulo carceris manſit vſque *Ierem. 38. 28.*
ad diem, quo capta eſt ciuitas. Ierem. 38. tenebro-
ſa autem vocat carceres ſubterraneos, qui non
tam habitacula viuentium, quam ſepulcra erant *Pſ. 87. 7*
mortuorum; ſic dixit Dauid Pſ. 87. 7. Poſuerunt *& 142. 4.*
me in lacu inferiori, in tenebris, & in vmbra mor-
tis. & Pſalm. 142. Collocauit me in obſcuris, ſicut
mortuos ſęculi. Mortuos autem ſęculi vocat, qui *Mortui ſeculi qui.*
iam pridem obierant, & quorum propterea nulla
memoria remãſerat. Hac ratione dixit Dauid Pſ. *Pſ. 87. 6*
illo 87. 6. Sicut vulnerati dormientes in ſepulcris,
quorum non es memor amplius. Hinc apud Per- *Lethe.*
ſas carcer, in quem moituri coiiciebantur, lethe *Barathrum.*
dictus eſt ab obliuione; barathrum, quod erat locus
immẽſæ profunditatis, & in imo mollis, & cæno-
ſus, in quem noxij damnati deturbabantur, Athe-
nienſibus dictum eſt, auctore Plutarcho in Ariſti-
D de Herodot. lib. 7. Xenoph. lib. 1. de rebus Græca- *Plutha.*
nicis; vt & Romanis eodem Plutarcho auctore in *Herodo.*
Mario, & Ægyptiis, vt refert Diodorus Siculus *Xenop.*
lib. 1. cap. 3. Ita autem accidiſſe Ieremiæ, refert ip- *Diodor.*
ſe cap. 37. nam cæſum eum principes miſerunt in
carcerem. Itaque ingreſſus eſt in domum laci, & *Ierem. 37. 14.*
in ergaſtulum, & ſedit ibi diebus multis, & dein-
de manſit in veſtibulo carceris. Et cap. 38. Miſe-
runt eum in lacum cænoſum ſine aqua. Origenes
etiam de calamitatibus populi vult hæc intelli-
gi, & carceribus, quibus conſtricti ſunt ab ho-
ſtibus ciues Ieroſalem, aut de ſpeluncis, & la-
tebris, in quas ſeſe abdebant. At Theodore- *& 38. 6*
tus, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius ex-
ponunt de ſeruitute aſpera qua ſeruierunt Ba-
bylone. Vbi multi carceri ſunt vſque ad
mortem mancipati, omnino traditi obliuio-
ni, vt qui iam deſepulti erant, vt refertur

4. Reg. 25.7. Ierem. 52.11 De Christo.

de Sedecia. quarto libro Reg.25.& Iere.52. Nam poſuit eum Nabucbodonoſor in carceris domo vſque ad diē mortis eius. Chriſtus ſimiliter collocatus eſt in tenebroſis ſepulcri,& exiſtimatus eſt, quaſi vnus ex ceteris mortuis,qui non eſſet amplius hac luce vſurus:cum reuera eſſet inter mortuos liber.

De Ieremia. Ierem 37.14. Ierem. 40.1. De populo.

5 *Ædificauit.*] Declarat omnes rationes euadendi ſibi ablatas Ieremias,vt explicant Origen. Hug.& Dion.nam in primis dum vellet exire in Anathoth, comprehenſus eſt,& miſſus in carcerem, & compedibus obſtrictus cap.37. vbi deprecans non exaudiebatur, ſed quaſi lapidibus quadris obſtructus tenebatur, ne qua euaderet. aut loquitur ſolum de carcere, in quo ita concluſus tenebatur,vt fores eſſent occluſæ, & compedibus, atque catena collo adiecta grauaretur: B dicūt enim Lxx.vt legunt Orig.& Theod. aggrauauit æs colli mei,dicitur autem Ierem.40. Tulit Ieremiam vinctum catenis in medio omniū. Raban.& S.Tho.intelligunt hunc locum de populo obſeſſo in Ieruſalem:cui rei aſſentiunt etiā Hugo, Dion.& Iſidor. vbi ita occluſus tenebatur, ac ſi compedib.eſſet deuinctus,& quadris lapidib. obfirmatus,vt exire non poſſet,imo nec adeo poterat impetrare euadendi remedium. Theod.demū Rupertus,& Lyra de iis intelligunt qui ducti sūt Babylonem, vbi aliqui perpetuis carceribus & cōpedibus ſunt traditi, & ita occluſi, ac ſi muro quadro lapide facto eſſent obſtructi, neque eorū preces vſque ad annos 70.completos, ſunt exauditæ. Quadrat autem hic ſenſus Sedeciæ, vt explicat etiam Theod. qui vt diximus ex capit. 39. C vſque ad diem mortis ſuæ, erutis oculis, manſit in carcere.

Ierem. 39 7

Nota Vulgatum coniunctionem,&,quæ eſt in Hebræo recte pro,vt,accepi[illegible]ædificauit aduerſum me,&,pro, vt non aggrediat: quod verò dicit aggrauauit cōpedem meū, quod nomen Hebræū æs,aut ferrum ſignificat. Lxx.trāſtulerūt aggrauauit æs meū,& vt legunt Orige.& Theod, Aggrauauit iugum colli mei,quo intelligant duram ſeruitutem,aut catenas illas ferreas, quas ſibi circumpoſuit iuſſu Dei,Ierem.28. Pro illo autem verbo, excluſit orationem meam Hebræum verbū eſt שָׂתַם Satham occludere,obturare, &Lxx. rectè verterunt ἀπέφραξε, obſtruxit, hoc eſt ſepſit omnes exitus vocis, feneſtras omnes obſtruxit, per quas vox poſſet foras prodire,quod Chaldæus dixit clauſa eſt domus orationis meæ, aut quia,fores cęli clauſit,ne oratio intus penetraret: D qua periphraſi declarat, Deum hebetes,& obtuſas aures habere implacabilem, & inexorabilem eſſe. Poteſt & hoſti conuenire, qui excluſit orationem, quia nullis precibus placari ſe,aut exorari ſiuit.

Ierem. 28. 13. Deus vt fiat inexorabilis.

Semitas meas ſubuertit. Significat omnes rationes euadendi ſibi ademptas eſſe,eſt enim verbi Hebraici ſignificatio, ſemitas meas peruertit,aut perturbauit,hoc eſt, obſcurauit, cæcas, & obſcuras reddidit, ne inueniri, aut videri poſſint inſtar labyrinthi cuiuſdā cæci, & obſcuri, vt Iob 19.Semitam meam circumſepſit, & tranſire non poſſum,& in calle meo tenebras poſuit.& Hoſeæ 2. Ecce ego ſepiam vias tuas ſpinis, & ſepiam eas maceria.& ſemitas ſuas non inueniet.

Iob. 19. 8. Hoſea 2.6

De Chriſto. Chriſtus autem inquit, quaſi muro circundedit me cohorte militum, qui prehenderunt, & A graues cōpedes mihi iniecit, nec voluit exaudire, cum oraui eum: Pater ſi poſſibile eſt, trāſeat à me calix iſte. Omnes vias euadendi mihi abſtulit, quia voluit, vt vſque ad finem ducerem hominis redemptionem.

Mat. 26 39

6 *Vrſus.*] Deo tribuit quæ hoſtes permittente Deo fecerunt,& hi tres verſiculi conuenire poſſunt Ieremiæ:cui inimici inſtar vrſi, & leonis inſidiabantur,& vt interficerent ſæpe adoriebātur, & præoccupatus eſt,ne effugeret,& confractis oſſibus, quaſi deſolatus. imo vt ait Rupert. omnib. conſtitutus eſt,quaſi ſcopus,in quem ſuas iacerēt ſagittas. Theodor. tamen, Chaldæus cum ceteris nomine Ieruſalem dicunt hæc locutum Ieremiā cuius ciuibus præſertim Sedeciæ cum aliis bellatoribus fugientibus,inſidiati ſunt Chaldæi, & cōprehenderunt,& vrbem vniuerſam deſolatam,& mærore plenam conſtituerunt; deniq, nihil aliud erat Ieruſalem, niſi ſcopus, in quem hoſtes ſuas ſagittas iacularentur. Dauid illa ſimilitudine vtitur Pſal. 9. ſedet in inſidijs cum diuitibus, in occultis, vt interficiat innocentem, & inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua.

Pſ. 9. 29

Semitas meas ſubuertit. Verbum סרר Sarar Chaldæus à סר ſir,ſpina, deduxit,vt ſit hic ſenſus; vias meas ſpinis ſepſit, ne progredi poſſem. Sed alij melius à סור ſur declinare, aut recedere, quod Lxx. dixerunt,perſecutus eſt recedentem, quaſi ſeruum fugitiuum, & comprehendit, ac vt leo diſcerpſit. vt Hoſeæ 13. comminatus erat, Eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei, & ego ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum, occurram eis quaſi vrſa captis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & conſumam eos ibi quaſi leo, beſtia agri ſcindet eos. Quāuis autem in Hebræo maſculino genere dictum ſit,poſuit me שֹׁמֵם Somem deſolatum. Lxx. verò, vulgatus cum ceteris interpretibus verterunt fæmineo genere quoniā hoc verſu de vrbe loqui intellexerunt; aut animam ſuam intellexit Ieremias dicentem reliquit me deſolatam.

Hoſea 13 6

Tetendit arcum ſuum. Indicat ſe obiectū omnium malorum telis, vt Iob. cap.16 Tenuit ceruicem meam,cōfregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum,circundedit me lanceis ſuis,conuulnerauit lūbos meos, & effudit in terra viſcera mea. Nomen autem Hebræum, quod omnes transferunt ſignum,aut ſcopum,idem ſignificat carcerē, ſeu cuſtodiam,vt tacite indicet Ieremiam ipſum, Sedeciam,aut alios,fixos, quaſi ſigna,in carcerib, conſtitutos,vt ibi ſagittis configerentur.

Iob. 16, 13

Hæc de Chriſto optimè dicuntur, cui populus Iudæorū Dei permiſſu, ſemper inſidiatus eſt quaſi vrſus quandoque blandimentis:& quaſi leo apertis dolis. Vnde ſæpe conueniebant Scribæ & Phariſæi, vt Chriſtum dolo caperent. Pſa.21. Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me; aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens, & rugiens. Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me & Pſ.63. Protexiſti me à cōuentu malignātium, à multitudine operantium iniquitatem, qui exacuerunt vt gladium linguas ſuas, intenderunt arcum rem amaram, vt ſagittent in oculis immaculatum, & ſequētia. Poſitus eſt enim in ſignum, cui contradicitur, & confoſſus vſque ad mortem, mortem autem crucis.

De Chriſto. Pſ. 21. 13 Pſ. 63. 3 Luc. 2. 34

7 *Miſit.*] Communis expoſitio eſt Origenis, Origen.

Rabani

Rab. Rup. Hug. S. Tho. & Dion. quòd de ſe loquatur, vt qui omni calamitatum genere, tanquam ſagittis à Deo confixum, & ſæpe irriſum, & ſubſannatum à ſuis popularib. denique tribulationibus abſynthio amariorib. potatum. & conſtat hæc explicatio, quia certum eſt ita accidiſſe Ieremiæ: nam capit. 20. percuſſus à Phashur, & in neruum coniectus, factus ſum, ait in deriſum tota die, omnes ſubſannant me. & infra: Ego ſum pſalmus eorũ. & c. illo 20. Factus eſt mihi ſermo domini in opprobrium, & in deriſũ tota die. & ca. 43. 2. dictum eſt illi: Mendacium tu loqueris: nõ miſit te dominus. Sed Theo. & Lyra de plebe ipſa explicant, quæ ſuam deplorat calamitatem, hoſtiumque licentiam, & immanitatem. Verùm quomodo poteſt dicere ipſe populus: factus ſum in deriſum omni populo meo? quẽnam vocat popolum ſuum cum alieno potius, nẽpe Chaldæo factus fuerit in deriſũ? At Ierem. vero populo ſuo factus fuit in deriſum: nam de Anathothitis ait c. 20. Audiui contumelias multorum, & terrorem in circuitu: Perſequimini, & perſequamur eum ab omnib. viris, qui erant pacifici mei, & cuſtodientes latus meũ. & c. 11. Hęc dicit dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam meam, & dicunt, non prophetabis in nomine domini, &c. & ca. 12. Nam & fratres tui, & domus patris tui etiam ipſi pugnauerunt aduerſum te, & clamauerunt poſt te plena voce, ne credas eis, cùm loquuti fuerint tibi bona.

Ier. 20. 2 · *Ier. 43. 2* · *Sententia Theodor. eliditur.* · *Ierem. 20. 10.* · *Ierem. 11. 21.* · *Ier. 12. 6*

Filias pharetræ vocat ſagittas, quod in pharetra vt filiæ in matris vtero contineantur, & inde prodant, vt Iob 30. Pharetram ſuam aperuit, & afflixit me: qua loquendi forma Horatius lib. 1. carminum, odæ 21. pharetram vocauit grauidam ſagittis. Nomine pharetræ videtur ſignificare Dei prouidentiam, & iudicium, ex quo emittat tela, id eſt flagella, in renes, hoc eſt, in concupiſcentias meas, vt ait Orige. id eſt, in deſideria mea, nõ permittens quod volo facere, ſed omnia meæ voluntati cõtraria efficiẽs. Sic etiã Rab. intelligit.

Iob. 30. 11. · *Horat.*

Chriſtus ait: Miſit in renes meos, hoc eſt, in humanitatem meam, quam adglutinaui mihi: nam vt Iere. 13. ait. Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſrael, & omnem domum Iuda, vt eſſent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, imo genus humanum vniuerſum ſummo amore, qui renibus ſignificatur, ſibi vniuit: in hanc ergo humanitatem ſuam dilectiſſimam miſit filias pharetræ ſuæ, hoc eſt, ſagittas verborũ diuerſorũ, quibus eam afflixit, ex ſinu iudicij ſui, & prouidentiæ, quaſi filias ex matris vtero prodeuntes: non enim afflictiones è pharetra maleuolentiæ Dei iaciuntur, ſed ex vtero eius diligentis nos tanquam matris filios: nam quos amat, arguit, & caſtigat, & quot iacit ſagittas, tot producit filias. Quis enim dubitet afflixiſſe filium ſuum dilectiſſimũ non ex ſumma beneuolẽtia, cùm factus ſit in deriſũ omni populo. Pſ. 21. qui erat vermis, & non homo: opprobrium hominũ, & abiectio plebis, & plenus amaritudinib. vt ipſe ait Pſ. 68. Dederunt in eſcã meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.

De Chriſto. · *Ierem. 13. 11.* · *Chriſtus vt ſcopus ſagittarum.* · *Apoc. 3. 19.* · *Pſ. 21. 7* · *Pſal. 68*

8 *Fregit.*] Hoc etiam de ipſa Ieremiæ perſona intelligunt Orig. Ruper. Dion. & Vat. nã in carcere exiſtenti panis dabatur arena, cinereque permixtus, & tam grauiter afflictus eſt, vt iam pene tæderet viuere: vnde & cogitabat ſecum, nullam iam ſpem remanſiſſe fœlicioris fortunæ. Viam enim ſibi parat ad ea quę dictutus eſt, quibus ſpes eſt erigenda. Ceteri omnes Theodoret. Rabanus, Hugo cum aliis exponunt de populo, & de captiuis Iudæis in carcere poſitis, vbi pane immundo paſcebãtur. Pſal. 101. Qui cinerem tanquam panem manducabam: & videntes templum, vrbemque dirutam, regem carceri addictum, principes interfectos, omnem ſpem fœlicis temporis abiecerant.

Pſalm. 101. 10

Fregit ad numerum dentes meos. Hebraicè eſt, confringere fecit calculo, aut lapillo, pro lapillis, dentes meos, nam nomen חָצָץ hhathath calculũ ſeu lapillũ, inſtar arenæ ſignificat: vt inquiunt David Kimhi, & R. Salomon apud Lyram, & ita acceperunt Lxx. & Chaldæus cùm vertit, Contudit etiam lapillis dentes meos: & Cyrus quem refert Theod. lapide, vt etiam Orig. omneſque alij interpretes, imò ipſe Vulgatus. Prouer. 20. dixit: Suauis eſt homini panis mẽdacij, & poſtea implebitur os eius calculo, & Pſ. 76. 18. Pro, etenim ſagittæ tuæ tranſeunt, in Hebræo eſt, quin & lapilli tui diſcurrunt, id eſt, grando vehemens, quo ſignificat, immiſtos fuiſſe lapillos panib. quos edebat Ieremias, & ita attritos fuiſſe illius dentes, & quamuis Lxx. ad hunc ſenſum dixerint, eiecit calculo dentes meos: Vulgatus tamen pro numero accepit, quod calculo rationes ſubducebantur: nam Origenes ita intellexit Lxx. cum, inquit, calculo, vel numero ſingulis dentibus percuſſis in maxilla, vel lapide duro. & Theodoretus. & ideo dixit Vulgatus: Ad numerum, vel ad calculum, hoc eſt, ad vnum omnes dentes meos fregit, nempe lapillis pane mixtis, nam de hoc genere cruciatus loqui ex ſequenti hemiſtichio patet.

Cibus Ieremiæ · *Prou. 20. 17.* · *Pſal. 76 18.*

Cibauit me cinere. Sic etiam Lxx ἐψώμισε, aluit vel cibauit, vt dicebat David Pſ. 101. Quia cinerẽ tanquam panem manducabam. Verùm David Kimhi, & Chaldæos, & recentiores interpretes, Hebræum verbum הִכְפִּישַׁנִי, quod hoc loco tantum in ſcriptura reperitur, dicunt ſignificare, operuit, aut inuoluit me in cinere, aut inquinauit cinere, quod Chaldæus dixit: Depreſsit me in cinere, vt ſit idem quod וַיִּתְחַפֵּשׂ, quod verbũ ponitur 3. Reg. 20. cum dicitur de propheta, quod commutauit aſperſione cineris os ſuum.

Pſalm. 101. 10. · *3. Reg. 20. 38*

9 *Finis.*] Nomen Hebręũ נֵצַח nethahh, à verbo ſignificante, vincere, ſuperare, roborare, & vrgere, idẽ eſt quod robur, & fortitudo, vt Chald. Tigur. Pagn. Vat. & Iſid. vertunt, vt ſignificet Ieremias, omne robur ſibi ademptum, quo tot mala ſuperare poſſet, Lxx. ſolent vertere νῖκος, victoriã, vnde Apoſt. 1. Cor. 15. Abſorpta eſt mors in victoriã, quia mala circunſtantia vincere non poterat. Alij verò dicũt ſignificare, ſtabilitatem, aut perpetuitatẽ. Deſperat enim de ſtatu ſtabili aut felici obtinendo: aut vt Hugo ait, de reditu poſt 70. annos quo ſtatu ſuo potituri Iudæi eſsẽt. Vulg. vertit, finis, à termino quẽ reſpicit, quia finis eſt, & bonũ: cũ autẽ Lxx vertãt, periit victoria mea, docẽt nos ſpẽ eſſe conſtantis, fortiſq; animi virtuté perferẽtis omnia propter ſperatorum bonorum expectationem: atque ſeipſum vrgentis ad comparandã victoriam de re ſperata.

1. Cor. 15. 54

Chriſtus. Confregit dentes meos Apoſtolos, qui Cant. 4. dicuntur, dentes tui ſicut greges tõſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, quia dum paterer, omnes diſſipati ſunt, & ego inuolutus cinere tribulationum, & vita mea longe facta eſt à me: deniq; omnem ſpem abieci adiungendi mihi, quos

De Chriſto. · *Cant. 4. 2.*

adeo diligebam Iudæos, propter quos præcipoè veni: periit enim victoria mea, quia putabam meis beneficiis ad me adducturum illos, & non vici, ſed omnis labor meus periit. Iſa. 49. Et ego dixi, in
Iſ. 49. 4 vacuum laboraui ſine cauſa, & vane fortitudinē meam conſumpſi. Ergo iudicium meum cum domino, & opus meum cum Deo meo.

10 *Recordare.*] Lxx. Chaldæus, & alij hîc legunt Recordatus ſum. Macero, inquit Theodoretus, animam continua moleſtiarum memoria, & attraho dominum ad miſericordiam. Verùm ceteri, vt imperatiuum accipiunt, ſunt autem verba Ieremiæ: quamuis non pauci de plebe intelligant. Paupertatem proponit, de qua dixerat verſu. 1. Ego vir videns paupertatem meam, nempe afflictionem ex carcere ac vinculis. Transgreſſionis nomen מרוד Merud, quod hîc vertit Vulgatus, B
Thren. 1. 7. transgreſſionis, & capit. 1. verſic. 7. præuaricationis, non culpam hîc ſignificat, ſed pœnam, quia Ieremias vt moueat Deum ad miſericordiam, patientiam ſuam proponit, & ita Lxx. hîc tranſtulere, perſecutionis meæ, Chaldæus, & quam duriter tracter ab hoſtibus meis, Pagn. Vat. & Iſidor. & planctus mei, ſeu triſtitiæ meæ. Hugo etiam, Lyra, & Dionyſ. nomen transgreſſionis dicunt accipiendum non actiue, ſed paſſiue, & ita erit transgreſſio, qua alij in me tranſgreſſi ſūnt, amicitiæ, & humanitatis fœdera violantes, vt Anathothitæ, & Leuitæ violarunt Ieremiæ: hoc enim, loco abſynthij, & fellis erat Ieremiæ. Itaque proponit mala, quibus affligebatur, vt Deum ad miſericordiam mouere poſsit, vt infra cap. 5. recordare do-
Thr 5. 1 mine quid acciderit nobis.

11. *Memoria.*] Vulgatus ſequutus communem Lxx. lectionem, tranſtulit per primam perſonam, memorabor, memoria memor ero, in Hebræo autem per tertiam legitur recordādo recordabitur, & ita habet codex Lxx. Vaticanus μνησθήσεται: Verum eundem ſenſum habet vtraque lectio. & tabeſcet. Hebræum verbum ſignificat loqui ore, meditari, confabulari, aut narrare labores, & af-
Gen. 24. 63. flictiones ſuas. Vnde Gen. 24. 63. Iſaac egreſſus eſt ad meditandum in agro Lxx. dixerunt hîc καταδολεσχήσει, confabulabitur me cum anima mea. & Symmachus ſolet vertere ἑαυτῷ προσλογεῖν, ſecum colloqui, cum enim moleſtia aliqua animum angit, ſolemus nobiſcum colloqui, conſolationem adhibentes, aut tacitis cogitationib. vel ſubmiſſo murmure conquerentes: Chaldæus dixit, & orabit ſuper me anima mea propter afflictionem. Tigur. & Pag. & incuruabitur, ſeu, & humiliabitur in me anima mea: Vat. & lamētabitur ſuper me anima mea.
Senſus Eſt ergo ſenſus. Tu domine ærūnarum mearum recordare, vt miſerearis, & ego quidem nunquam earum obliuiſcar, ſed anima mea in aſſidua erit earum meditatione, ſemper recolens, & ſecum confabulans ſuper his, vſque ad deliquiū. Ita de memoria ærumnarum intelligunt Theod. & Rup. Hug. & S. Th. de beneficiorū recordatione exponūt. Rab. Lyra, & Dion. de memoria peccatorum, quia propter ea pœna erat inflicta,
Eze. 24. 23. & 36. 31. iuxta illud Ezechielis diſplicebitis vobis in iniquitatibus veſtris, & tabeſcetis in eis. Verùm primus ſenſus eſt verus, nam ſequitur, hæc recolens, hoc eſt, nihilominus, licet his tantis malis affligar quæ à memoria remouere non licet, ſed ſemper ea recolit anima mea ſequentibus conſiderationibus repetitis in corde cōſolabor me, & in ſpem

A erigar: ſunt autem omnes conſiderationes argumenta efficaciſsima ad æquo animo ferenda ſupplicia Dei. Quod Lxx. dixerunt: hanc pœnam in cor meum propterea ſuſtineo, id-eſt, ſuperiori, cogitationis ſpem abiicienti alteram cogitationē opponam, vnde ſpes confirmetur. *Argumēta efficacia patiētiæ.* Hebraicè legitur, hoc redire faciam ad cor meum, idcirco expectabo, hoc eſt, hæc quæ ſequūtur mente reuoluēs conſolabor me, & ſperabo. Alij hoc pacto ſolabor cor meum, & expectabo, ſed priorem intelligentiam habent Lxx. Chaldæus, & Vulgatus, & eſt communis. Chriſtus orat Patrem, vt attendat ad omnem afflictionem, quam patitur, ad fel, & abſynthium, quo potatus eſt à Iudæis, & ne patiatur tot incommoda perferri ſine fructu, abſque eo quod conuertantur Iudæi. *De Chriſto.* Nam recolens quanta ſit paſſus, dolebat, ac querebatur ſecum, vnde dicebat: Pater ſi poſsibile eſt, trāſeat à me calix iſte, *Mat. 26. 39* & præ dolore ſanguinis guttas ſudauit, ſed conſolabatur ſe, & ſperabat fructum cumulatum futurum ſequentibus conſiderationibus, quod ſibi *Luc. 22. 44.* hoc munus fuerit à Patre iniunctum, vnde aiebat, ſed non mea, ſed tua voluntas fiat.

12 *Miſericordiæ.*] Quæ ſequuntur multa ſunt referta doctrina, & conſolatione, vt qui affliguntur nouerint iiſdem malis, quæ propter ſua peccata perpetiuntur, promereri diuinā miſericordiā ſi ea æquè ferant. *Documētum optimum.* Eſt ergo prima conſolationis conſideratio, quod nunquam adeo in nos eius deſæuit ira, vt non tueatur nos ſua miſericordia, ne omnino pereamus. Si enim cum conſumi meremur, licet puniat, non patitur nos conſumi,
C eſt quod ſperemus de tam clementi iudice, & miſericordi parente. Miſericodiæ domini, numerus multitudinis eſt, non genitiuus ſingularis: verbum autem תַּמְנוּ thamenu primæ perſonæ vox eſt, non ſumus conſumpti. & Lxx. quidem, vt legunt Ambr. lib. de obitu Valent. & Theodo. *Ambroſ.* habent quod non defecimus ὅτι οὐκ ἐξελίπομεν, in Vaticana verò editione habetur ὅτι οὐκ ἐξελίπεμε, quia nō defecit, aut fecit deficere me, & videtur extrema littera corrupta pro ἐξελίπομεν, in *Lectio varias* Complutenſi tamen, & Regia non eſt hoc verbū, ſed ἐπλειώθησαν, quia non ſunt conſumptæ, & ita cum Vulgato, vt primam perſonam tranſtulerunt, etiam Pagn. & Vat. ponitur enim nun, pro men, ad vitandam cacophoniam. Verùm Chald. & Tigur. & alij volunt eſſe tertiam perſonam, vt certè eſſe poteſt, vt nomē, miſerationes, ſit vtriq;
D verbo ſuppoſitum, nempe miſericordiæ domini ſunt quod non deficiunt, vel quod non conſumptæ fuerint, quod non defecerint miſerationes eius: & vtroque modo poſſe verti fatentur R. Salomon, & Abraham, nam ſatis patet Dei bonitas, & miſerendi affectus, quod inter tot ęrumnas non defecerint eleemoſynæ eius, ſic græcè dicuntur miſerationes, quæ ſunt effectus ex affectu cōmiſerationis profecti.

13 *Noui.*] Nomen Hebræum חֲדָשִׁים hhodaſim *Denomi ſerationū perēnis fons.* cōcordat cum nomine miſericordiæ. nouæ quolibet diluculo, aut quolibet mane illuceſcunt nobis tuæ miſericordiæ, aut bonitates: vtitur enim propheta correctione, dixi tuas miſerationes, & miſericordias non defeciſſe, parum dixi, nam nouas quotidie recipimus, & experimur, & ita tranſtulerunt Septuaginta Interpretes καινὰ εἰς τὰς πρωΐας, nouæ in ſingula matutina tempora. Chaldæus dixit: Noua multa edit quotidie miracula

miracula: quotidie inquit admiranda edis tuarum miſericordiarum inſignia. Theodoretus legit, Renoua eos, ſicut diluculum matutinum, hoc eſt, tantas calamitatum tenebras conuerte in diluculum, illuceat eis aliquid proſperum ex tua miſericordia dimanans, in codice Vaticano legitur, mēſes in matutinis. Recentiores interpretes omnes, Tigur. Pagn. Vat. & Iſidorus, nouæ, tranſtulerunt. Et Vulgatus apud Rupertum cap. 66. & alios, quãuis iam correctus habeat noui diluculo, non præteritum ex verbo noſco, vt accepere Rabanus, Hugo, S. Thomas, Dionyſ. Et quod magis mirandum Lyra, quaſi dixiſſet, ex diluculo, id eſt, à pueritia noui, & fui illuſtratus tua cognitione. Sed nomen plurale, noui, quod eſt, noui effectus tuarum miſericordiarum quotidie illucent nobis. Ratio autem tantæ diuerſitatis eſt diuerſitas pũctorum, nam nomen illud Hebræum lectum hadaſim eſt nomen noui, & Theodoretus accepit abſolute pro perſonis, fiant noui in diluculum, quod eſt, renoua eos, vt diluculum, alij vt adiectiuũ nominis hadaſſim miſericordiæ, & dixerunt, nouæ diluculo, vel quotidie apparent miſericordiæ. Lectum vero hodaſim ſignificat innouationem lunæ, nouilunium, calendas, aut Neomenias, aut menſes, & ita dixerunt Lxx. menſes in matutinis. hoc eſt, nouus quiſque menſis renouatur, vt diluculum, tuis miſericordiis: aut menſes, hoc eſt, calendæ, quæ ſingulis mēſibus celebres erant, quolibet die ſuccedunt, hoc eſt, omnes dies tua miſericordia ſunt nobis feſti, quia in eis liberaliter erogas tuas eleemoſinas, ſicut ſolebas in initio menſium, in Neomeniis, & calendis. Vulgatus ergo cum dixit, Noui diluculo, vel intellexit dies, quotidie noui, ſeu renouati, clari, & læti tuarum affluentia miſericordiarum illuceſcunt dies, non offuſi tenebris, & obſcuri deſperatione, & tribulationibus, vel noui effectus apparent tuæ miſericordiæ.

Ratio diuerſitatis lectionis.

14 *Fides tua.*] Nomen fides, vel eſt hominis erga Deum, vt accepere Theodoretus, Raban. Hugo, Rupertus, & S. Thomas, & ita videtur accepiſſe Pagn. cum vertit, magna eſt fides, quæ eſt de te. & eſt ſenſus, magnum eſt, vtiliſſimum, & tutiſſimũ in te credere, & à te pendere, quia qui ſperat in domino ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem. Pſal. 124. vel vt alij explicant, quia quotidie noua tuarum miſericordiarum ſuſcipimus, & ſentimus experimenta, multa fit, augetur, confirmaturque fides, quæ eſt de te, dicit enim mirabiliter fidelis quiſque ex his, quæ expertus eſt in ſe, magis magiſque in Deum credere, & ſe ſuaque illi committere omnia. Vel eſt Dei erga homines, vt accipiunt Lyra, Dionyſ. Vatab. & Iſidor. vt ſit Dei fidelitas, & veracitas in implendis promiſſis. Et erit ſenſus: ſingulis diebus experimur nouas tuas miſericordias, nec mirum, quia adeò veraciſſimus es, & fideliſſimus in tuis promiſſionibus, vt quidquid ſcripturis tuis promiſeris certo facias, & præſtes. De hac fide dixit Dauid. Pſal. 144. fidelis dominus in omnibus verbis ſuis, & Apoſtolus 1. Corinth. 10. fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. Ad hunc ſenſum tranſtulerunt quidam verba Hebræa. Nouæ ſunt quolibet mane miſericordiæ magna fidelitate tua, vt fidelis inueniaris. Sũt etiam qui vtrumque ſenſum ſub vna voce velint comprehendi, dicentes: magna res eſt promiſſio tua, & magnum in te credere, quia nunquam falſis, ſed ſemper imples, & obſeruas quod promiſiſti.

Fidei ſignificatio vera. *Pſ. 124. 1* *Pſalm. 144. 13. 1. Cor. 10. 13.*

15 *Pars mea.*] Vtitur hac forma loquendi ſcriptura, inſinuans quandam quaſi diuiſionem factam ex vno deorum cumulo, ita vt ſingulæ gentes, vel ſorte, vel electione ſumpſiſſent ſibi: hæc quidem gens illum, illa alium, Hebræa gens partem optimam elegit ipſum dominum: aut verius, ille huic genti ſe partem, & velut hæreditatem diuiſam attribuit. Vnde Dauid Pſalm. 15. Dominus pars hæreditatis meæ. & Moſes Deut. 32. Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael: Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Aut, vt ait Rupertus, alij quidem ſoliciti ſint, & turbentur erga plurima: mihi, ait Ieremias, cui dictum eſt ca. 16. Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij, & filiæ in loco iſto &c. vnum eſt neceſſarium, nempe dominus, quem, reiecta omnium ſolicitudine terrenorum, ſolum expectabo.

Sortitio deorum *Pſ. 15. 5.* *Deut. 32. 8.* *Ier. 16. 2* *Luc. 10. 42.*

16 *Bonus.*] Vtilitates enumerat tolerantiæ. Hæc vna eſt, quod bonum, clementem, & in ſe propenſum inueniet Deum, cum in labore conſtitutus ſperauerit in eum, & quæſierit, aut inuocauerit eum. Sic Dauid Pſal. 85. Quoniam tu domine ſuauis, ac mitis es, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te. & Pſalm. 72. Quam bonus Iſrael Deus iis, qui recto ſunt corde. Pſal. 49. 15. Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Theodoretus legit ſic hunc verſum. Bonus dominus expectantibus eum. Anima, quæ quærit eum, viuet. Chaldæus autem illud, quærenti, declarat animæ, quæ ſcrutatur doctrinam eius.

Tolerãtia commodum primum *Pſ. 85. 6.* *Pſ. 72. 1.* *Pſalm. 49. 15.*

17 *Bonum eſt.*] Præſtolari cum ſilentio, hoc eſt, toleranter, non turbato animo, tranquille, & patienter ſine murmure. Ad conſolationem eorum, qui in tribulationibus deſpondent animum, hæc dicit. Oportet enim ſubijci ſub potenti manu Dei, vt eripiat nos in tempore tribulationis, non illi reſiſtere. Hoc enim eſt illi obedire, caput ei ſummittere, & recte ſentire de inflicta tribulatione: hoc eſt, quod dixit Dauid Pſal. 36. 7. Subditus eſto domino, & ora eum: ille enim ſubditur Deo, orans eum, qui patienter expectat dilationem donec veniat liberatio eius: ideo ait Dauid Pſal. 61. Nonne Deo ſubiecta erit anima mea, ab ipſo enim ſalutare meum, nam in ſilentio, & ſpe erit fortitudo tua. dixit Iſaias.

Longanimitas patienti neceſſaria. *1. Pe. 5. 6* *Pſ. 36. 7.* *Pſ. 61. 2.* *Iſa. 30. 15.*

18 *Bonum eſt.*] Iugum legis, ac mandatorum Dei intelligunt Chaldæus Paraphraſtes, Hugo, Dion. & Iſidor. bonum, inquit, eſt viro, ſi à pueritia erudierit animam ſuam ad ferendum iugum præceptorum: viro enim tali iugo domini aſſueto ſi aliquid aduerſitatis acciderit, tacebit is, & feret patienter. Hoc eſt iugum, de quo Matth. 11. Chriſtus, Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Ruperto, & Lyræ videtur congruentius ad rem, de qua agitur, ſignificari tolerantiam rerum aduerſarum, Dei voluntate, ac decreto venientium: nam magnam vtilitatem apportat viro, ſi ab adoleſcentia ſua aſſueuerit humiliationi, ſubiectioni, & iugo diſciplinæ, & correptionis domini.

Iugum quodlibet capiendum *Matth. 11. 30.*

Ab adoleſcentia ſua. Hebraicè in adoleſcentia ſua: hoc eſt, vt quidam volunt, qui portauerit iu-

gum laborum ita fortiter, & iouenilitet, vt ſolenr hi, qui ſunt in ætate iuuenili, aut adoleſcentiæ, qui ſunt laborum patientiſſimi. ita ne ſuppleatur particula ſimilitudinis, cum portanerit iugum ſicut in adoleſcentia ſua. Verum quia, in, ſumptum eſt pro, ab, dicunt alij, conſolari Ieremiam adoleſcentes, qui in ærumnas captiuitatis inciderant: hortatur enim ferre eas patienter, quia magnam apportat vtilitatem ab adoleſcentia inchoaſſe iugum tolerantiæ ferre: vel de ſe ipſo loqoitur Ieremias, qui à pueritia ſua aſſuetus fuit laboribus, ærumnis, & opprobriis, ait enim, ſibi fuiſſe percommodum ab adoleſcentia iugum domini portaſſe, quia ſic aſſueto iam viro facto, & penè ad ſenilem ætatem perducto, tolerabiliores fiebant, quas experiebatur ærumnas, & quas videbat ſui populi miſerias. Leuis enim videbatur, quod multis annis præuiderat, nam iacula præmiſſa minus feriunt.

Ab adoleſcentia aſſuetus facil. tolerat.

19 *Sedebit.*] Iuxta Origenem, Theodoretum, & Olympiodorum ſedere ſolitariũ eſſe dicitur animi confidentis, & ſecure permanentis, & à ſolo Dco auxilium expectantis, & ad eum ſolum reſpicientis, non ad homioes, vt Deut. 33. 18. Habitabit Iſrael confidenter, & ſolus, & tacebit, hoc eſt, ſuſtinebit, expectabit patienter. Exo. 4. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Iſa. 30. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Alij volunt ſedere, ſolitarium eſſe, ſedere mæſtum, & à cætu lætantium ſeiunctum, vt de ſe dixit Ieremias cap. 15. Sedebam ſolus, quia amaritudine plenus eram. Sed prior ſenſus verior eſt, qoia patientiam mala æquè tolerantis commendat.

Sedere confidentis eſt. Deut. 33. 18. Exod. 14. 14 Iſa. 30. 15. Ier. 15. 17

20 *Quia.*] Leuauit ſuper ſe: ſupple iugum domini, de quo iam dictum eſt, vt intelligunt Theodoretus, Olympiodorus, Pagn. & Vat. Is enim, qui ſedet ſolitarius, & tacens, ideo expectat patienter, & humiliter auxilium domini, quia nouit, & æquè tulit incommoda, & moleſtias, quas patitur à Deo immiſſas, quia iugum domini ſubiit, & ei quaſi oneri collum ſubiecit. Eſt autem leuare ſuper aliquem, imponere, ſeu proponere onus aliquod illi portandum. ſic 2. Reg. 24. 12. Dixit Gad ad Dauid: Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex his, vt faciam tibi. Quod ad verbum tranſtulere ex Hebræo LXX. tria ego leuo ſuper te, hoc eſt, vnum ex tribus tibi propono eligendum: ſic hic, quia propoſuit ſibi portandum iugum domini, ſedebit patienter ſuſtinens. Aliqui ex Hebræis, quos ſequitur Tigur. & Vat. transferunt, quia leuauit ſuper ipſum, & poteſt ita transferri, quod pronomen affixum vtroque modo verti poſſit, & tunc Deum refert, leuauit ſuper ipſum Deus iugum. Notat cauſam huic viro patientiæ eſſe qood conſideret iugum, quod ſuper ſe portat, à domino eſſe impoſitum, cui contra ire nec poſſumus, nec debemus: quod ſummæ eſt conſolationis. Latini interpretes fere omnes, Raban. Rupert. Hugo, & Lyra, cum ceteris legebant hic, quia leuauit ſe ſuper ſe, & variis modis explicabant, vel quia terrenis deſertis ad cæleſtia euolabant, vel quia ſuperbia erigebantur, & ſimilia alia, quæ cum falſo niterentur fundamento, non elucidant literam, ſed obſcuram reddunt.

Leuare ſuper aliquẽ iugum. 2 Reg. 24. 12. Iugum à Deo eſt.

21 *In puluere.*] hoc eſt, vt Chaldæus dixit, ponet in puluerem os ſuum, ſeque proſternet coram domino. Nam huiuſmodi vir patiens, vt externis etiam ſignis oſtendat animi tolerantiam, & ſuſtinentiam procumbet in terram, & vultu vſque ad terram demiſſo adorabit, iuxta illud Gen. 19. 1. De Loth, qui angelos adorauit pronus in terram. & 42. 6. Cumque adoraſſent eum fratres ſui: Hebraicè, cumque vultu in terram demiſſo inclinaſſent ſe ei. Pſal. 71. Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. & Iſa. 49. 23. Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ, vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Hinc apud gentes valuit conſuetudo oſculandi terram coram regum, deorumque conſpectu, & in puluere ſupplices procumbendi, quo propitios eos ſibi redderent. Vnde Dion. lib. 41. Et deos implorabant, & ſola deoſculabantur. Tibul. lib. 1. eleg. 5. Et date ſacratis oſcula liminibus. Ouid. 1. Metam. Vt templi tetigere gradus procumbit vterque Pronus humo, gelidoque pauens dedit oſcula ſaxo. Siluius li. 13. Nũc perplexis pectora barbis verrere humum. & Liuius lib. 6. Decad. 3. Vndique matronæ in publicum effuſæ circa Deûm delubra diſcurrunt, crinibus ſparſis aras verrentes. Quin reorum habitus, quo ad clementiam iudices permouerẽt, hic erat, vt de Lucio Piſone refert Valer. lib. 7. cum proſtratus humi, pedes iudicum oſcularetur, os ſuum cæno repleuit. Quod conſpectum totam quæſtionem à ſeueritate ad clementiam, & manſuetudinem tranſtulit. Ad hunc modum coram Deo iudice, vt ex ſequentibus conſtat, ſe proſternet, & pulueri adhærebit, vt inde liber erigatur. vt 1. Reg. 2. dixit Anna, ſuſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem. & Dauid pſal. 112. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui. Theodoretus proponet ἐν γῇ ... ἐν γῇ, in puluerem os ſuum, ait, Syrum dixiſſe ἐν γῇ, hoc eſt, in terra: Hoc ſenſu; tacebit, & animo generoſo feret conuicia, & probra, perinde ac ſi habeat os plenum terra: quod & Dauid perſpicuè dixit Pſalm 38. Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator aduerſum me, obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Origenes, Raban. Rupertus, Hugo, Lyra, & Vat. cum ceteris illum dicendi modum exponunt, pro humiliabit ſe, humiliter de ſe loquetur, & ſentiet, ſicut contra, ponere in cælum os ſuum. Pſal. 72. eſt magnificè, ac ſuperbe loqui contra cælum, & Deum, vt dicebat Abraham Gen. 18. Ego ſum terra, & cinis, & Pſal. 118. Adhæſit pauimento anima mea, quoniam à Deo patientia mea: vt ſit idem, quod humiliabit ſe coram domino. (Si forte ſit ſpes,) pro actu ſperandi accipit Origenes. Se ipſum, inquit humiliabit, ſi verè ſit vir, & ſpei non confundentis plenus. Ceteri omnes pro re ſperata accipiunt. Adorabit, & procumbet, ſi forte compos fiat rei, quam à Deo ſperat, nempe ereptionis à malis: è captiuitate Babylonica exponunt Rupertus, & Hugo. Vel etiam ſi ad extremam venerit miſeriam, & humi iaceat, ita vt pauimento adhæreat anima eius, nihilominus non deſperabit, ſed ſpe ſalutis ſuæ ſuſtentabitur, & ſperabit, ſe illam potiturum.

Humiliatus ſi-gnum.

Ge. 19. 1 & 42 6 Pſ. 71. 9 Iſ. 49. 23

oſculari terram.

Dio. Tibull. Ouid. Siluius. Liuius. Valer.

1. Reg. 2. 8. Pſa. 112. 13. Syri lectio. Pſ. 38. 2 Pſ. 72. 9 Gen. 18 27. Pſa. 118. 25. Spes in tolerantia.

22 *Percutienti ſe maxillam.*] Dabit ad libitum percutientis, iuxta illud Euangelij Matt. 5. Si quis te percoſſerit in maxillam, præbe aut obuerte illi & alteram. Quod ſuo exemplo confirmauit Ieremias cap. 20. cum eum Phaſur percoſſit, & miſit in neruum. Qui enim educatus eſt à teneris annis in timore domini, feret æquo animo contumelias,

Matth. 5 39. Ie 20. 2

opprobria,

opprobria, & conuitia propter Deum, ac ſi cibum ſumeret lautè, & ſplendidè, vt ſic Deum ſibi promereatur beneuolum.

23 *Non repellet.*] Hebraicè, quia non elongabit in æternum dominus. Hoc eſt, temporaria eſt afflictio, non perpetua. Nec enim opera ſua, inquit Chaldæus, nempe homines, deſeret dominus in æternum, tradendo illa in manum hoſtium ſuorum Pſal. 102. *Pſalm. 101.9.* Non in finem repellet Dominus, neque in æternum comminabitur. Si dereliqueris *Deut. 4. 27.* eum, inquit Moſes Deut. 28. proiiciet te in æternum, ſi quæſieris eum inuenies, & dicet tibi, Ier. *27.* *Ier. 31.16* 31. ceſſet à fletu vox tua, & oculi tui à lacrymis.

Quia ſi abiecit, Chaldæus. Nam ſi initio affligat, poſtea tandē conuertitur, & pro abundantia bonitatis ſuæ proſequitur ſuo fauore iuſtos: *Iac. 2.13* ſuperexaltat enim miſericordia iudiciū. Iacob. 2. Ad ve- *Pſ. 29.6* ſperum enim demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. B

Deus nō ex corde affligit. 24 *Non enim.*] Hebraicè. Non afflixit de corde ſuo, nec dolore affecit filios viri. Nec vnum enim hominem afflixit voluntate præcipua, hoc eſt, antecedente, & abſoluta, vt dicunt Theologi, ſed conſequenti, & ea ſuppoſitione, adactus nempe hominis peccato, vt caſtigatione coercitum reuocet ad pænitentiam. noſtræ enim culpæ eſt potius quam eius voluntatis, vt affligat. Vt faciat opus *Iſa. 28.21* ſuum, alienum opus eius, vt operetur opus vnum, *Ezech. 18.23.* peregrinum opus eius ab eo. Iſa. 28. & Ezech. 18. Numquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit dominus, & non magis vt conuertatur, & viuat? Cum caſtigat Deus, ait Theodoretus, ſpecies quidem eius eſt iraſcentis, ſed voluntas plena eſt humanitatis, & clementiæ.

Probat quod nō ex corde affligat Deus. 25 *Vt contereret.*] E ſuperioribus pendent tres ſe- C quentes verſus, quibus explicat id quod dixerat, ex corde. Non enim Deus affligit quemquam eo corde, ea mente, aut eo fine, vt conterat ſuis pedibus vinctos terræ, aut vt nollet ad iudicium coram ſe admittere quempiam volentem ſe defendere, ſed more iudicum peruerſorum, cauſa inaudita illum deſtruere, aut vt hominem ſuam cauſam coram ſe agentem, iuſteque defendentem, peruerteret, & iniuſtè damnaret. Hæc enim omnia non nouit Deus facere, neque aſcenderunt in ent eius, longe enim à iuſtiſſimo, & clementiſſimo patre hæc ſūt: imo dedignatur hæc videre, qui amat iudicium, & iuſtitiam. Hanc expoſitionem videntur ſequi Olympiodor. Rupertus, Lyra, Vatablus, & Iſidorus, & conuenit rectè verbis, ac menti prophetæ volentis Deum liberare D à crudelitate, inclementia, & iniuſtitia: & quod neque vt ſæuus, ac teter dominus ærumnis ſeruorum ſuorum gaudeat: neque tanquam iniquus *Senſus alter.* iudex cauſam hominum peruertat, aut iuſtè ſe defendentes damnet. Poſſunt aliter hi tres verſus explicari, vt pendeant ex poſtremis verbis, dominus ignorauit. Sed ad eum ſenſum, vt tacitè reſpondeat obiectioni propheta, dixerat: Non humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum Deus. Obiiceret quis, ſi verum dicis, cur videmus multos, vt Iudæos, conteri ſub pedibus tyrannorum Chaldæorum, & coram ipſo Deo iudicium eorum deflectere, & condemnare ſe iuſtè defendentem? Reſpondet, hæc omnia ſi fiunt non probante Deo fieri, ſed eo ignorante, non volente, aut iubente, hoc eſt, non voluntate ſua antecedente fieri, ſed præmiſſa culpa. Quod ſi Nabuchodonoſor ex ea præcipuè intentione diruerit Ieruſalem, Iudæoſque vaſtauerit, vt omnino eos perderet, id præter domini ſcientiam, & voluntatem fecit, propterea & ipſe punietur. Hunc ſenſum ſequi videntur Raban. Hugo, S. Thomas, & Dionyſius. *3 ſenſus* Tertius demum ſenſus his verbis non abſurde continetur: reddit cauſas cur Deus, licet non ex corde affligat, at afflixerit Iſraelitas: quia non vt ſæuus afflixit, ſed noſtris criminibus, ac ſceleribus prouocatus nos abiecit, ac sepulit. In eos videlicet, qui ſolent conterere ſub pedibus ſuis vinctos, humiles, & tenues, & deflectere in iudiciis veram, rectamque iudicandi viam, coram Deo, eius conſpectum non veriti, & iuſte ſuam cauſam tuentes peruertere, & iniquiſſimè condemnare: in huiuſmodi ſceleratos non animaduertiſſet Deus? aut afflixit quidem, vt ſibi ſubiiceret homines peruerſos, & vt auferat iniuſta iudicia, quæ fiunt in terra, & vt deflectat iudicium hominis iniuſti. Hunc ſenſum inſinuant Chaldæus, & Theodoretus. Sed primus ſenſus verior eſt.

Vinctos terræ quos vocet. Vinctos terræ, vocat homines terræ alligatos, & minime ad ſublimia mentem erigentes. Sumpta metaphora ab his, qui in terræ foueis, & ſubterraneis ſpecubus incluſi tenentur, ita Theodoretus: qua ratione Gregorius Nazianzenus ſolet *Nazia.* δεσμίοις γῆς compeditos terræ, oratione de Theologia, & in Natalem domini, & in Paſcha, appellare homines, quod eorum anima cum naturæ ſit ſublimioris, in corpore tanquam in carcere vincta teneatur: & ante illum Origenes, licet in ſen- *Orig. Epiph.* ſu, non vt ille, vero, vt docet Epiphanius ea Methodio hæreſi. Corpus enim impedimento eſt, ne libet animus ad res cæleſtes contemplandas euo- C let, iuxta illud Sap. 9. Corpus, quod corrumpitur, *Sa. 9.15* aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Olympiodorus, Dionyſios, & Vatablus, obnoxios peccatis intelligūt. Hugo, vinctos terræ Iudææ, nempe Iudæos à Chaldæis vinctos, & captiuos. Sanctus Thomas intelligit afflictos in terra, tenues, & pauperes, iuxta illud Pſalm. 68. 34. Quoniam exaudiuit *Pſalm. 68.34.* pauperes dominus, & vinctos ſuos non deſpexit. Pſalm. 78. 11. Introeat in conſpectu tuo *Pſ. 78.11 & 105.20.* gemitus compeditorum, & 101. 20. quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, dominus de cælo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorum. Iſa. 42. 7. vt *Iſ. 42.7* aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes in tene- D bris. His enim modis loquendi ſignificat ſcriptura ſacra homines afflictos, & ſquallore confectos, quoniam tales ſunt, qui vincti tenentur.

26 *Declinaret.*] Declinare iudicium, eſt à iuſtitiæ norma, & recto curſu deflectere, & declinare, & regulam iudicandi peruertere. Quod fit cum iudex iniquus impotentum imbecillitatem proterit, vel quia donis corruptus, vel quia gratiam potentiorum captat. Quæ ſunt in Deuteronomio *Deut. 16.19.* prohibita cap. 16. Iudices ne in alteram partem declinent: non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum.

In conſpectu vultus altiſſimi, id eſt, ſuo, iudicium nempe, quod coram ipſo agit quiuis homo. Solet enim ſæpe antecedens accipi pro relatiuo, aut pro nomine: ita Diony. & Vat. Alij volunt eclipticam eſſe orationem, & ſuppleri, non venit, aut

פ [33] *Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici noſtri, tanquam belluæ nos deuorare cupientes.* פ *Cũ vaticinationem, & contritionem, quam prophetæ comminabantur, fugere vellemus, incurrimus* [34] *pauorem, & laqueum captiuitatis ineuitabilem.* פ *Riui aquarum perpetuo manarunt ex oculis meis, in hac tanta populariũ meorum afflictione.*

ע [35] *Oculus meus deflue lacrymis abſque inte[r]miſſione, quia nullum datur à malis laxamentum.* ע *Donec reſpiciat me dominus de cœlo, & preces meas attendat.* ע [36] *Oculus meus iugi ſuo fletu, propter cunctas vrbis filias, quas in captiuitatem abire vidit, vehementi dolore afficit animam meam.*

צ *Inſidiis tanquam auem* [37] *venati ſunt me inimici mei, idque immeritò.* צ [38] *Coniecerunt me in lacum, vnde non poſſem exire, occluſeruntque eum lapide, ne vel lumen poſſem aſpicere.* צ *Aquæ limi eius operuerunt me, vnde iam de me actum eſſe putabam.*

| Appropinquaſti in die, quando inuocaui te: dixiſti, ne timeas. 57 Coph

| [41] Iudicaſti domine cauſam animæ meæ, redemptor vitæ meæ. 58 Res

| Vidiſti domine iniquitatem illorum aduerſum me: iudica iudicium meum. 59 Res

| Vidiſti omnem furorem, vniuerſas cogitationes eorum aduerſum me. 60 Res

| [42] Audiſti opprobrium eorum domine, omnes cogitationes eorum aduerſum me. 61 Sin

| Labia inſurgentium mihi: & meditationes eorum aduerſum me tota die. 62 Sin

| Seſſionem eorum, & reſurrectionem eorum vide, ego ſum pſalmus eorum. 63 Sin

| Reddes eis [43] vicem domine iuxta opera manuum ſuarum. 64 Than

| Dabis eis ſcutum cordis [44] laborem tuum. 65 Than

| [45] Perſequeris in furore, & conteres eos ſub cœlis domine. 66 Than

ק *Nec tamen animum penitus deſpondi: ſed ad nomen tuum domine* [39] *inuocandum de profundiſsimo illo lacu me conuerti.* ק [40] *Vocem meam audiſti, & ſpem concepi, quod deinceps non auertes aurem, ne audias ſingultum meum, & clamorem.* ק *Appropinquaſti mihi, quando te inuocaui, vt opem ferres, erexiſtique me, dum dixiſti ne timeas, quia ego tecum ſum, vt adiuuem te.*

ר [41] *Tutatus es domine cauſam vitæ meæ, & me à morte liberaſti, factus redemptor vitæ meæ.* ר *Perſpecta tibi eſt domine iniquitas illorum, qui me iniquo iudicio morti addixerunt. Tu igitur cauſam meam age, & de meis inimicis ſume vindictam.* ר *Non enim te latuit ſtudium, quo mihi nocere ſtudebant, & mala quæ mihi inferre cogitabant.*

ש [42] *Audiſti etiam opprobria, quæ in me domine iactabant, & quæcunque aduerſum me facere cogitabant.* ש *Audiſti, & quæ ſuis labiis effutiebant aduerſum me, & quæ tacitamente meditabantur.* ש *Animaduerte quomodo ſiue ſederent, ſiue ſurgerent, ſeu cum eſſent in ocio: ſiue cum in aliquo negotio de me loquantur, & ſim materia ſuæ cantilenæ.*

ת [43] *Æquam igitur eis mercedem repende, quæ reſpondeat eorum malefactis.* ת *Da eis compreſsionem cordis, quæ quaſi clypeus contegat eos,* [44] *execratio tua comprehendat eos.* ת *Et ſi te euadere niſi fuerint, cũ furor tuus fuerit concitatior* [45] *perſequeris illos, & delebis eos de terra dñe, ita vt nec vnus quidem ſuperſit.*

ARGVMENTVM.

Quæſtio de argumento. Grauis eſt inter expoſitores concertatio de huius capitis argumento; & licet vnuſquiſque eorum certum ſibi proponat, quod ſequatur, illud tamen non perpetuo ſequitur, ſed pro diuerſa verborum forma, ea diuerſis accommodant argumentis. Eſt igitur in hac re definienda triplex ſententia.

1. Sent. Prima eſt Olimpyodori, Paſchaſij, Bonau. & Pauli Burgenſis, qui de Chriſto eiuſque paſſione hoc caput hiſtoricè declarant. Verum falſam eſſe hanc opinionem probat in primis, quod de præſenti calamitate ſua loquitur Ieremias. Deinde quod multa hîc dicantur, quæ Chriſti perſonam manifeſtè dedeceant, vt quod patrem ſuum dicat quaſi vrſum, & leonem ſibi inſidiatum; & ſe ob multitudinem ærumnarum deſperaſſe: & vnà cum reliquis ſcrutemur vias noſtras. Nos iniquè egimus, operuiſti in furore, & percuſſiſti nos: non me, quare myſticè de Chriſto hoc caput exponi poſſe certius eſt.

2. Sent. Altera ſententia eſt Theodoreti, Rabani, Hugonis, S. Thomæ, Lyræ, & Dionyſij, Vatab. & Iſidori, vniuerſum caput explicantium in perſona totius populi, aut cuiuſlibet de populo; ſiue in Iudæa, aut Ieroſolymis Chaldæis ſubiecti, ſiue in exilio babylonico exiſtentis. Confirmat hunc ſenſum quod Lxx. & Vulgatus id quod dicitur verſu. 11. Poſuit me deſolatam, fœmineo genere

genere tranſtulerunt, cum in Hebræo ſit maſculinum, ſignificantes ipſam Ieroſolymam, aut plebem intelligi, & de ipſa loqui. Tum etiam indicant hunc ſenſum quæcunque dicuntur numero multitudinis, vt illud miſericordiæ domini, quia non ſumus conſumpti, & ſcrutemur vias noſtras, & in eunctis filiabus vrbis meæ, & ſimilia alia. Præterea, quia ad finem capitis, cum refert mala ſibi illata ab inimicis, & ſimilia mala eis imprecatur, ſi loquatur Ieremias, falſa erunt dicta de Chaldæis, qui eum non male, ſed bene tractauerunt, & ex malis potius eripuerunt, ſi autem loquatur in perſona populi, vera ſunt, qui à Chaldæis captus, ductus eſt captiuus, & multis incommodis fatigatus. Veruntamen hæc etiam opinio omnino vera non eſt, quia vniuerſum caput ſi de populo explicemus, figuratè, ac metaphoricè accipiendum eſt, cum tamen ſi de Ieremia exponatur, omnia ferè verba propriè accepta poſſunt accommodari; non oportet autẽ recurrere ad metaphoras, ſi verba propriè accepta poſſunt rectè de aliquo explicari, vt conabimur de Ieremia ipſo explicare.

Tertia igitur, ac verior ſententia eſt Origenis, Euſebij Cæſarienſis, Ruperti & Hebræorum, quorum expoſitionem, vt probabilem ſequuntur etiam Vatablus, & Iſidorus, exiſtimantium Ieremiam loqui de ſeipſo, multis afflicto calamitatibus. Recenſet enim calamitates, quibus affectus eſt à conciuibus, dum obſideretur ciuitas, ita vt iam tæderet viuere. Deinde ſpe meliori concepta, multis & efficaciſſimis argumentis oſtendit, quàm vilis ſit tribulatio, & quo fine eam inferat Deus; ſimulque ſuos conciues hortatur ad conuerſionem in Deum: tandem ſuas ærumnas proſequutus, ſiue ex incommodis ſuis contingentes, ſiue ex ciuium ſuorum malis, quæ videbat, mala ſimilia ſuis inimicis deprecatur. Si verò ſint aliqua huic expoſitioni aduerſantia, inter exponendum, elucidabuntur. *3. Sent. verior.*

COMMENTARIVS.

1 [EGO VIR.] Ieremias de ſe loquitur iuxta prædictos, & iuxta Hugonem, & ſanctum Thomam, & Dionyſium. ה autem littera præfixa nomini Gaber, vir, vim habet pronominis demonſtratiui, & ideò Septuaginta Interpretes, & Tigurina verterunt, ego vir ille ſum, qui vidi. Nomen עני oni, abſque affixo pronomine, & paupertatem ſignificat, ſeu penoriam bonorum, vt explicat Theodoretus cum aliis, & afflictionem, vt ſolet frequenter vertere Vulgatus, vt capite primo, verſiculo tertio, Migrauit Iudas propter afflictionem. & ſeptimo; Recordata eſt Ieruſalem dierum afflictionis ſuæ; & ita acceperunt Chaldæus cum alijs interpretibus, & Hugo. Eſt enim afflictio paupertas quædam, ſeu mendicitas, qua quis ſe omni ope deſtitutum videt, & aliena penitus indigere, præſertim cùm vinculis adſtringitur. Sic dicit Exod. tertio capite, verſ. ſeptimo Dominus. Vidi afflictionem populi mei, in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiem eorum, qui præſunt operibus, & ſciens dolorem eius, deſcendi, vt liberem eum, & Pſalmo centeſimo ſexto, verſiculo nono: Quia ſatiauit animam inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis, ſedentes in tenebris, & in vmbra mortis, vinctos in mendicitate, & ferro. Pronomen autem, eius, cum dicitur, in virga indignationis eius, iuxta Hebræos, vel hoſtem refert, vt in verſo ſequenti, tantum in me conuertit; Olympiodor. ſuppoſitum facit inimicum, verum communior, & certior expoſitio eſt, vt accipiatur relatiuum pro antecedenti, vt ſæpe ſolet pro, Dei; videlicet. Eſt ergo ſenſus de Ieremia: Ego ſum vates ille ceteris infelicior, qui quod alij prænunciauerunt tantum, ego eis prædixi, & expertus ſum, afflictionem, & vincula, & carcerem, quibus conſtrinxit me Deus in hac vehementi clade, qua inuoluit iratus Deus populum meum. Tunc autem Ieremias huiuſmodi afflictionem ſoſtinuit, cum tempore Sedeciæ coniectus eſt in neruum per Paſhur præpoſitum templi, Ieremiæ 20. & anno nono eiuſdem Regis, in carcerem per principes populi, in quo per tres ferè annos

Thren. 1.7. *Paupertas afflictio eſt.* *Exo. 3.7* *Pſ. 106. 9.* *Senſus:* *Ier. 20.*

Re

Chriſtus ſolus hominis ſaluator

A ego portabo, & ego ſaluabo; nolo, ait, vt alius quiſpiam mortem oppetat pro hominum ſalute, & cum tãto ſui periculo me iuuet, hoc meum eſt, ſiquidem ego eum feci, ego feram eius iniquitates, ego portabo eius onera, & ego ſaluabo ſolus.

Gē. 22. 9

Hinc factum eſt, vt cum Abraham Gen. 22. alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuiſſetque eum in altari ſuper ſtruem lignorum, extendiſſetq; manum, & arripuiſſet gladium, vt immolaret filium ſuum, ecce angelus Domini, non permiſit extendere in eum manum: ſatis ſe putans expreſſum Chriſtus ea repræſentatione. Sic Ioſeph Gene. 39. 40. & 41. in carcerem coniectus. nam Pſ. 104. 17. in ſeruum venundatus eſt Ioſeph, humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertranſiit animam eius, donec veniret verbum eius. & tamen cum Chriſti figuram mortui, ac ſepulti geſſiſſet, non eſt interfectus, ſed ad regis imperium eductus eſt de carcere, & veſtibus aliis indutus. nēpe Chriſtus noluit ſe vera morte exprimi, ſed ficta. Similia acciderunt Danieli, quem in lacum coniectum non attigerunt leones; & tribus pueris, quos in fornace, ignis non attigit. quia videlicet in manu ſolius Chriſti ruina hæc, ipſe enim ſolus erat qui ſaluaturus erat, & grauiſſimam mortem oppetiturus, qua pater cœleſtis contentus genus humanum, in quod erat ſummè iratus, ſibi reconciliauit, omni alia hominum, præter Chriſtum, ſatisfactione poſthabita.

Geneſ. 39. 20. 40. & 41.
Pſalm. 104. 17.
Dan. 6. 7. 16.
Dan. 3. 48. 49

2 *Pellem.*] Aſſidua ærumna ſenilem in nobis infirmitatem efficit, inquit Origenes. Chaldæus vult ductam ſimilitudinem ab vlceroſis: & ait, ſenuit caro mea magis quam vlceroſis, & pellis mea magis quam pellis veris. Alij deducunt à veſte detrita, & vetuſta, quæ facile diſcinditur, & laceratur. nam Iob. cap. 10. dixit: Pelle & carnibus veſtiſti me: ait enim, pelle & carnibus aſſidua flagellatione detritis, & conſumptis, oſſa nuda contrita etiam fuiſſe, & confracta. Hæc recte conueniunt Ieremiæ, qui perpetuis ærumnis cum puer cæpiſſet prophetare, ſenex factus eſt, & vires amiſit, quę oſſium nomine ſignificantur, quod illis quaſi fulctis corpus ſuſtineatur. Sic de Ieremia intelligunt Origenes S. Thom. & Dionyſius. Sed de populo exponunt Raban. Hugo, Lyra, idem S. Thom. & Dionyſius: pellis enim vrbis Ieruſalem, nēpe plebs ipſa, & caro, honeſtiores viri, qui ſunt ornamentum ciuitatis, vetuſti facti ſunt, detrito iuuenili decore; & oſſa, nempe viri fortes, ac robuſti confracti ſunt viribus, & contriti, tam ingenti ſupplicio. De Chriſto alij, cuius pellis, & caro, cum eſſet ſpecioſus præ filijs hominũ, ita flagellis, & ærumnis vetuſta facta ſunt, & vires eius confractæ, vt dixerit Iſaias cap. 53. 2. non eſt ſpecies ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum, deſpectum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus, vnde nec reputauimus eum.

Iob 10. 11
De Ieremia
De Chriſto.
Pſ. 44. 3
Iſ. 53. 2

3 *Ædificauit.*] Chaldæus, Origenes, Theodoretus cum aliis ferè omnibus hunc verſum de obſidione exponunt, quando vallo, & aggeribus, & variis aliis munitionibus Chaldæi obſederunt ciuitatem. Aptius idem Origenes, Rupertus, & alij quidam ad carcerem referunt, quod ex ſequentibus manifeſtatur; in tenebroſis collocauit me. De muro enim circumædificato mox dicet, circum ædificauit aduerſum me. & ita de Ieremia iidem exponunt in carcerem cõiecto, & incluſo. Quod addit, felle, & labore, ſignificat mærorem, & defatigationē, cum quiſpiam nihil ſe proficere videns, deſiſtit ab incepto. & populo accommodant mærore, & ærumnis in obſidione fatigato, iuxta illud Ierem. 9. 15. Ecce ego cibabo populum iſtum abſynthio, & potum dabo eis aquam fellis, & diſpergam eos in gentibus. & ca. 23. 15. Ecce ego cibabo eos abſynthio, & potabo eos felle. Sed recte conuenit Ieremiæ, quem voluerũt Iudæi felle, ſeu toxico interficere non ſemel, illis verbis c. 11. mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. Ex Hebræo ſic legi poſſunt hæc verba, circumdedit caput, & ſuſpendit ipſum. & iuxta LXX. circũdedit caput meum, & laborare fecit. aut vt legit Theod. circumdedit me, caput vexauit.

De carcere Ieremiæ.
Ierem. 9. 15
Ierem. 23. 15
Ierem. 11. 19.

B & ſignificat vincula, aut catenam collo circumpoſitam, illudq; vexantem, aut aliquod ſupra carcerē extructũ opus ne poſſet aufugere. Chald. de obſidione exponit, dicens: circumdedit ciuitatem, eradicauit capita, hoc eſt, duces populorum, & ſuccubuerunt, omnes enim duces, quos vel auxiliares habebant ex vicinis gentibus, aut proprij, interfecti ſunt ab hoſtibus. Chriſtus certe circũcinctus eſt à ſatellitibus, qui eum comprehenderunt, & circumdatus eſt felle, & aceto, & ſumma defatigatione in nocte extrema, qua de vno in aliud tribunal ducebatur.

De Chriſto.

4 *In tenebroſis.*] De Ieremia intelligunt hunc verſum Chaldæus, Origenes, Rupertus, Hugo, S. Thomas & Dionyſius: nam in primis in Catarractem, vt ait Origenes coniectus eſt à Phaſhur, Ierem. 20. & in lacum: in quo non erat aqua, C vnde eductus in veſtibulo carceris manſit vſque ad diem, quo capta eſt ciuitas. Ierem. 38. tenebroſa autem vocat carceres ſubterraneos, qui non tam habitacula viuentium, quam ſepulcra erant mortuorum; ſic dixit Dauid Pſ. 87. 7. Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, & in vmbra mortis. & Pſalm. 142. Collocauit me in obſcuris, ſicut mortuos ſęculi. Mortuos autem ſęculi vocat, qui iam pridem obierant, & quorum propterea nulla memoria remãſerat. Hac ratione dixit Dauid Pſ. illo 87. 6. Sicut vulnerati dormientes in ſepulcris, quorum non es memor amplius. Hinc apud Perſas carcer, in quem morituri coniciebantur, lethe dictus eſt ab obliuione; barathrum, quod erat locus immēſæ profunditatis, & in imo mollis, & cænoſus, in quem noxij damnati deturbabantur, Athenienſibus dictum eſt, auctore Plutarcho in Ariſtide

Ier. 2. 4
Ierem. 38. 28.
Pſ. 87. 7 & 142. 4.
Mortui ſeculi qui.
Pſ. 87. 6
Lethe.
Barathrum.

D de Herodot. lib. 7. Xenoph. lib. 1. de rebus Græcanicis; vt & Romanis eodem Plutarch. auctore in Mario, & Ægyptiis, vt refert Diodorus Siculus lib. 1. cap. 3. Ita autem accidiſſe Ieremiæ, refert ipſe cap. 37. nam cæſum eum principes miſerunt in carcerem. Itaque ingreſſus eſt in domum laci, & in ergaſtulum, & ſedit ibi diebus multis, & deinde manſit in veſtibulo carceris. Et cap. 38. Miſerunt eum in lacum cænoſum ſine aqua. Origenes etiam de calamitatibus populi vult hæc intelligi, & carceribus, quibus conſtricti ſunt ab hoſtibus ciues Ieroſalem, aut de ſpeluncis, & latebris, in quas ſeſe abdebant. At Theodoretus, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius exponunt de ſeruitute aſpera qua ſeruierunt Babylone. Vbi multi carceri ſunt vſque ad mortem mancipati, omnino traditi obliuioni, vt qui iam deſepulti erant, vt refertur

Plutha. Herodo Xenop Diodor.
Ierem. 37. 14.
& 38 6

R 5 ij

4. Reg. 25.7. Ierem. 52.11 De Chriſto.

de Sedecia. quarto libro Reg.25.& Iere.52. Nam poſuit eum Nabuchodonoſor in carceris domo vſque ad diẽ mortis eius. Chriſtus ſimiliter collocatus eſt in tenebroſis ſepulcri,& exiſtimatus eſt, quaſi vnus ex ceteris mortuis,qui non eſſet amplius hac luce vſurus:cum reuera eſſet inter mortuos liber.

De Ieremia.

5 *Ædificauit.*] Declarat omnes rationes euadendi ſibi ablatas Ieremias,vt explicant Origen. Hug.& Dion.nam in primis dum vellet exire in Anathoth,comprehenſus eſt,& miſſus in carcerem, & compedibus obſtrictus cap.37. vbi deprecans non exaudiebatur, ſed quaſi lapidibus quadris obſtructus tenebatur,ne quæ euaderet. aut loquitur ſolum de carcere, in quo ita concluſus tenebatur,vt fores eſſent occluſæ, & compedibus, atque catena collo adiecta grauaretur: B dicũt enim Lxx.vt legunt Orig.& Theod. aggrauauit æs colli mei,dicitur autem Ierem.40. Tulit Ieremiam vinctum catenis in medio omniũ. Raban.& S.Tho.intelligunt hunc locum de populo obſeſſo in Ieruſalem:cui rei aſſentiunt etiã Hugo, Dion.& Iſidor. vbi ita occluſus tenebatur, ac ſi compedib.eſſet deuinctus,& quadris lapidib. obfirmatus,vt exire non poſſet,imo nec adeo poterat impetrare euadendi remedium. Theod.demũ Rupertus,& Lyra de iis intelligunt qui ducti ſũt Babylonem, vbi aliqui perpetuis carceribus & cõpedibus ſunt traditi, & ita occluſi, ac ſi muro quadro lapide facto eſſent obſtructi,neque eorũ preces vſque ad annos 70.completos,ſunt exauditæ. Quadrat autem hic ſenſus Sedeciæ,vt explicat etiam Theod. qui vt diximus ex capit.39. C vſque ad diem mortis ſuæ, erutis oculis, manſit in carcere.

Ierem. 37.14. Ierem. 40.1. De populo. Ierem. 39.7

Nota Vulgatum coniunctionem,&,quæ eſt in Hebræo recte pro,vt,accepiſſe:circumædificauit aduerſum me,&,pro, vt non aggrediar: quod verò dicit aggrauauit cõpedem meũ, quod nomen Hebræũ æs,aut ferrum ſignificat. Lxx.tráſtulerũt aggrauauit æs meũ,& vt legunt Orige.& Theod. Aggrauauit iugum colli mei,quo intelligant duram ſeruitutem,aut catenas illas ferreas,quas ſibi circumpoſuit iuſſu Dei,Ierem.28.Pro illo autem verbo, excluſit orationem meam Hebræum verbũ eſt שָׂתַם Satham occludere,obturare,& Lxx. ſectè verterunt ἀπέφραξε, obſtruxit, hoc eſt ſepſit omnes exitus vocis, ſeu eſt tas omnes obſtruxit, per quas vox poſſet foras prodire,quod Chaldæus dixit clauſa eſt domus orationis meæ, aut quia,fores cęli clauſit,ne oratio intus penetraret: D qua periphraſi declarat, Deum hebetes,& obtuſas aures habere implacabilem, & inexorabilem eſſe. Poteſt & hoſti conuenire, qui excluſit orationem, quia nullis precibus placari ſe,aut exorari ſiuit.

Ierem. 28.13. Deus vt fiat inexorabilis.

Semitas meas ſubuertit. Significat omnes rationes euadendi ſibi ademptas eſſe,eſt enim verbi Hebraici ſignificatio, ſemitas meas peruertit,aut perturbauit,hoc eſt, obſcurauit, cæcas, & obſcuras reddidit, ne inueniri, aut videri poſſint inſtar labyrinthi cuiuſdã cæci, & obſcuri, vt Iob 19.Semitam meam circumſepſit, & tranſire non poſſum,& in calle meo tenebras poſuit.& Hoſeæ 2. Ecce ego ſepiam vias tuas ſpinis, & ſepiam eas maceria.& ſemitas ſuas non inueniet.

Iob. 19. 8. Hoſee 2.6

Chriſtus autem inquit, quaſi muro circuodedit me cohorte militum, qui prehenderunt, & A graues cõpedes mihi iniecit, nec voluit exaudire, cum oraui eum:Pater ſi poſſibile eſt, tráſeat à me calix iſte. Omnes vias euadendi mihi abſtulit, quia voluit, vt vſque ad finem ducerem hominis redemptionem.

De Chriſto. Mat.26 39

6 *Verſus.*] Deo tribuit quæ hoſtes permittente Deo fecerunt,& hi tres verſiculi conuenire poſſunt Ieremiæ:cui inimici inſtar vrſi, & leonis inſidiabantur,& vt interficerent eũ ſæpe adoriebãtur, & præoccupatus eſt,ne effugeret,& confractis oſſibus,quaſi deſolatos.imo vt ait Rupert. omnib. conſtitutus eſt,quaſi ſcopus,in quem ſuas iacerẽt ſagittas. Theodor.tamen, Chaldæus cum ceteris nomine Ieruſalem dicunt hæc locutum Ieremiã cuius ciuibus præſertim Sedeciæ cum aliis bellatoribus fugientibus,inſidiati ſunt Chaldæi, & cõprehenderunt,& vrbem vniuerſam deſolatam,& mærore plenam conſtituerunt; deniq; nihil aliud erat Ieruſalem, niſi ſcopus, in quem hoſtes ſuas ſagittas iacularentur. Dauid illa ſimilitudine vtitur Pſal. 9. ſedet in inſidijs cum diuitibus, in occultis, vt interficiat innocentem, & inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua.

Pſ.9.29

Semitas meas ſubuertit. Verbum סור Satar Chaldæus à סיר ſir,ſpina, deduxit,vt ſit hic ſenſus; vias meas ſpinis ſepſit, ne progredi poſſem. Sed alij melius à סור ſur declinare, aut recedere, quod Lxx. dixerunt,perſecutus eſt recedentem, quaſi ſeruum fugitiuum, & comprehendit, ac vt leo diſcerpſit. vt Hoſeæ 13. comminatus erat, Eleuanerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei, & ego ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum, occurram eis quaſi vrſa captis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & conſumam eos ibi quaſi leo, beſtia agri ſcindet eos, Quãuis autem in Hebræo maſculino genere dictum ſit,poſuit me שׁוֹמֵם Somem deſolatum. Lxx. verò, vulgatus cum ceteris interpretibus verterunt fæmineo genere quoniã hoc verſũ de vrbe loqui intellexerunt; aut animam ſuam intellexit Ieremias dicentem reliquit me deſolatam.

Hoſee 13 6

Tetendit arcum ſuum. Indicat ſe obiectũ omnium malorum telis, vt Iob. cap.16 Tenuit ceruicem meam,cõfregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum,circundedit me lanceis ſuis,conuulnerauit lũbos meos, & effudit in terra viſcera mea. Nomen autem Hebræum, quod omnes tranſferunt ſignum,aut ſcopum,idem ſignificat carcerẽ, ſeu cuſtodiam,vt tacite indicet Ieremiam ipſum, Sedeciam,aut alios,fixos, quaſi ſigna,in carcerib, conſtitutos,vt ibi ſagittis configerentur.

Iob. 16, 13

Hæc de Chriſto optimè dicuntur, cui populus Iudæorũ Dei permiſſu,ſemper inſidiatus eſt quaſi vrſus quandoque blandimentis:& quaſi leo apertis dolis. Vnde ſæpe conueniebant Scribæ & Phariſæi,vt Chriſtum dolo caperent. Pſa.21.Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me; aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens, & rugiens. Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me & Pſ.63. Protexiſti me à cõuentu malignãtium,à multitudine operantium iniquitatem,qui exacuerunt vt gladium linguas ſuas, intenderunt arcum rem amaram,vt ſagittent in occultis immaculatum, & ſequẽtia. Poſitus eſt enim in ſignum, cui contradicitur,& confoſſus vſque ad mortem, mortem autem crucis.

De Chriſto. Pſ.21.13 Pſ. 63.3 Luc. 2.34

7 *Miſit.*] Communis expoſitio eſt Origenis, Rabani

Origen.

Rab. Rup. Hug. S. Tho. & Dion. quòd de ſe lo- A
genere, tanquam ſagittis à Deo confixum, & ſæ-
pe irriſum, & ſubſannatum à ſuis popularib. de-
nique tribulationibus abſynthio amariorib. po-
Ier.20.2 tatum. & conſtat hæc explicatio, quia certum eſt
ita accidiſſe Ieremiæ: nam capit. 20. percuſſus à
Phashur, & in neruum coniectus, factus ſum, ait
in deriſum tota die, omnes ſubſannant me. & in-
fra: Ego ſum pſalmus eorũ. & c. illo 20. Factus eſt
Ier.43.2 mihi ſermo domini in opprobrium, & in deriſũ
tota die. & ca. 43. 2. dictum eſt illi: Mendacium tu
Sententia Theodor. eliditur. loqueris: nõ miſit te dominus. Sed Theo. & Lyra
de plebe ipſa explicant, quæ ſuam deplorat cala-
mitatem, hoſtiumque licentiam, & immanita-
tem. Verùm quomodo poteſt dicere ipſe popu-
lus: factus ſum in deriſum omni populo meo? quẽ
nam vocat populum ſuum cum alieno potius,
nẽpe Chaldæo factus fuerit in deriſũ? At Ierem.
Ierem. 20. 10. vero populo ſuo factus fuit in deriſum: nam de
Anathothitis ait c. 20. Audiui contumelias mul-
torum, & terrorem in circuitu: Perſequimini, &
Ierem. 21.21. perſequamur eum ab omnib. viris, qui erant pa-
cifici mei, & cuſtodientes latus meũ. & c. 11. Hæc
dicit dominus ad viros Anathoth, qui quærunt
Ier.12.6 animam meam, & dicunt, non prophetabis in no-
mine domini, &c. & ca. 12. Nam & fratres tui, &
domus patris tui etiam ipſi pugnauerunt aduer-
ſum te, & clamauerunt poſt te plena voce, ne cre-
das eis, cùm loquuti fuerint tibi bona.

Filias pharetræ vocat ſagittas, quod in pharetra
Iob. 30 21. vt filiæ in matris vtero contineantur, & inde pro-
Horat. dant, vt Iob 30. Pharetram ſuam aperuit, &
afflixit me: qua loquendi forma Horatius lib. 1.
carminum, odæ 22. pharetram vocauit grauidam C
ſagittis. Nomine pharetræ videtur ſignificare
Dei prouidentiam, & iudicium, ex quo emittat
tela, id eſt flagella, in renes, hoc eſt, in concupiſ-
centias meas, vt ait Orige. id eſt, in deſideria mea,
nõ permittens quod volo facere, ſed omnia meæ
voluntati cõtraria efficiẽs. Sic etiã Rab. intelligit.

De Chriſto. Chriſtus ait: Miſit in renes meos, hoc eſt, in hu-
Ierem 13. 11. manitatem meam, quam adglutinaui mihi: nam
vt Iere. 13. ait. Sicut adhæret lumbare ad lumbos
Chriſtus ut ſcopus ſagittarum. viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſrael,
& omnem domum Iuda, vt eſſent mihi in popu-
lum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, imo
genus humanum vniuerſum ſummo amore, qui
renibus ſignificatur, ſibi vniuit: in hanc ergo hu-
manitatem ſuam dilectiſſimam miſit filias phare-
træ ſuæ, hoc eſt, ſagittas verborũ diuerſorũ, qui-
bus eam afflixit, ex ſinu iudicij ſui, & prouidentiæ, D
quaſi filias ex matris vtero prodeuntes: non enim
afflictiones è pharetra maleuolentiæ Dei iaciun-
tur, ſed ex vtero eius diligentis nos tanquam ma-
Apoc. 3. 19. tris filios: nam quos amat, arguit, & caſtigat, &
quot iacit ſagittas, tot producit filias. Quis enim
dubitet afflixiſſe filium ſuum dilectiſſimũ non ex
Pſ.21.7 ſumma beneuolẽtia, cùm factus ſit in deriſũ om-
ni populo. Pſ. 21. qui erat vermis, & non homo:
Pſal.68 opprobrium hominũ, & abiectio plebis, & plenus
amaritudinib. vt ipſe ait Pſ. 68. Dederunt in eſcã
meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.

8 *Fregit.*] Hoc etiam de ipſa Ieremiæ perſona in-
telligunt Orig. Ruper. Dion. & Vat. nã in carcere
exiſtenti panis dabatur arena, cinereque permix-
tus, & tam grauiter afflictus eſt, vt iam pene tæde-
ret viuere: vnde & cogitabat ſecum, nullam iam
ſpem remanſiſſe fœlicioris fortunæ. Viam enim ſi-
bi parat ad ea quæ dicturus eſt, quibus ſpes eſt e-
ligenda. Ceteri omnes Theodoret. Rabanus, Hu-
go cum aliis exponunt de populo, & de captiuis
Iudæis in carcere poſitis, vbi pane immundo pa- Pſalm
ſcebãtur. Pſal. 101. Qui cinerem tanquam panem 101.10
manducabam: & videntes templum, vrbemque
dirutam, regem carceri addictum, principes inter-
fectos, omnem ſpem fœlicis temporis abiecerant.

Fregit ad numerum dentes meos. Hebraicè eſt,
confringere fecit calculo, aut lapillo, pro lapillis, Cibus
dentes meos, nam nomen חצץ hhatsats calculũ Ieremiæ
ſeu lapillũ, inſtar arenæ ſignificat: vt inquiunt Da-
uid Kimhi, & R. Salomon apud Lyram, & ita ac-
ceperunt Lxx. & Chaldæus cùm vertit, Contu-
dit etiam lapillis dentes meos: & Cyrus quem re-
fert Theod. lapide, vt etiam Orig. omneſque alij Prou.
B interpretes, imò ipſe Vulgatus. Prouer. 20. dixit: 20. 17.
Suauis eſt homini panis mẽdacij, & poſtea imple- Pſal 76
bitur os eius calculo, & Pſ. 76. 18. Pro, etenim ſa- 18.
gittæ tuæ tranſeunt, in Hebræo eſt, quin & lapilli
tui diſcurrunt, id eſt, grando vehemens, quo ſi-
gnificat, immiſtos fuiſſe lapillos panib. quos ede-
bat Ieremias, & ita attritos fuiſſe illius dentes, &
quamuis Lxx. ad hunc ſenſum dixerint, eiecit cal-
culo dentes meos: Vulgatus tamen pro numero
accepit, quod calculo rationes ſubducebantur:
nam Origenes ita intellexit Lxx. cum, inquit, cal-
culo, vel numero ſingulis dentibus percuſſis in
maxilla, vel lapide duro. & Theodoretus. & ideo
dixit Vulgatus: Ad numerum, vel ad calculum,
hoc eſt, ad vnum omnes dentes meos fregit, nem-
pe lapillis pane mixtis, nam de hoc genere crucia-
tus loqui ex ſequenti hemiſtichio patet.

C Cibauit me cinere. Sic etiam Lxx. ἐψώμισε, aluit Pſalm.
vel cibauit, vt dicebat Dauid Pſ. 101. Quia cinerẽ 101. 10.
tanquam panem manducabam. Verùm Dauid
Kimhi, & Chaldæus, & recentiores interpretes,
Hebræum verbum הכפישני, quod hoc loco tantum
in ſcriptura reperitur, dicunt ſignificare, operuit,
aut inuoluit me in cinere, aut inquinauit cinere,
quod Chaldæus dixit: Depreſſit me in cinere, vt 3. Reg.
ſit idem quod חפש, quod verbũ ponitur 3. Reg. 20. 38
20. cum dicitur de propheta, quod commutauit
aſperſione cineris os ſuum.

9 *Finis.*] Nomen Hebræũ נצח nethahh, à verbo ſi-
gnificante, vincere, ſuperare, roborare, & vrgere,
idẽ eſt quod robur, & fortitudo, vt Chald. Tigur.
Pagn. Vat. & Iſid. vertunt, vt ſignificet Ieremias,
omne robur ſibi ademptum, quo tot mala ſupe-
rare poſſet, Lxx. ſolent vertere νῖκος, victoriã, vn- 1. Cor.
D de Apoſt. 1. Cor. 15. Abſorpta eſt mors in victoriã, 15. 54
quia mala circunſtantia vincere non poterat. Alij
verò dicũt ſignificare, ſtabilitatem, aut perpetui-
tatẽ. Deſperat enim de ſtatu ſtabili aut felici ob-
tinendo: aut vt Hugo ait, de reditu poſt 70. annos
quo ſtatu ſuo potituri Iudæi eſſẽt. Vulg. vertit, fi-
nis, à termino quẽ reſpicit, quia finis eſt, & bonũ:
cũ autẽ Lxx vertãt, periit victoria mea, docẽt nos
ſpẽ eſſe conſtantis, fortiſq; animi virtutẽ perferẽ-
tis omnia propter ſperatorum bonorum expecta-
tionem: atque ſeipſum vrgentis ad comparandã
victoriam de re ſperata.

Chriſtus. Confregit dentes meos Apoſtolos, qui De Chriſto.
Cant. 4. dicuntur, dentes tui ſicut greges tõſarum, Cant. 4
quæ aſcenderunt de lauacro, quia dum paterer, 2.
omnes diſſipati ſunt, & ego inuolutus cinere tri-
bulationum, & vita mea longe facta eſt à me: de-
niq; omnem ſpem abieci adiungendi mihi, quos

adeo diligebam Iudæos, propter quos præcipuè veni: periit enim victoria mea, quia putabam meis beneficiis ad me adducturum illos, & non vici, ſed omnis labor meus periit. Iſa. 49. Et ego dixi, in *Iſ. 49. 4* vacuum laboraui ſine cauſa, & vane fortitudinẽ meam conſumpſi. Ergo iudicium meum cum domino, & opus meum cum Deo meo.

10 *Recordare.*] Lxx. Chaldæus, & alij hîc legunt Recordatus ſum. Macero, inquit Theodoretus, animam continua moleſtiarum memoria, & attraho dominum ad miſericordiam. Verùm cetexi, vt imperatiuum accipiunt, ſunt autem verba Ieremiæ: quamuis non pauci de plebe intelligant. Paupertatem proponit, de qua dixerat verſu. 1. Ego vir videns paupertatem meam, nempe afflictionem ex carcere ac vinculis. Tranſgreſſionis nomen מרוד Merud, quod hîc vertit Vulgatus, B *Thren. 1. 7.* tranſgreſſionis, & capit. 1. verſic. 7. præuaricationis, non culpam hîc ſignificat, ſed pœnam, quia Ieremias vt moueat Deum ad miſericordiam, patientiam ſuam proponit, & ita Lxx. hîc tranſtulere, perſecutionis meæ, Chaldæus, & quam duriter tractet ab hoſtibus meis, Pagn. Vat. & Iſidor. & planctus mei, ſeu triſtitiæ meæ. Hugo etiam, Lyra, & Dionyſ. nomen tranſgreſſionis dicunt accipiendum non actiue, ſed paſſiue, & ita erit tranſgreſſio, qua alij in me tranſgreſſi ſunt, amicitiæ, & humanitatis fœdera violantes, vt Anathotbitæ, & Leuitæ violarunt Ieremiæ: hoc enim, loco abſynthij, & fellis erat Ieremiæ. Itaque proponit mala, quibus affligebatur, vt Deum ad miſericordiam mouere poſsit, vt infra cap. 5. recordare do- *Thr 5. 1* mine quid acciderit nobis.

11. *Memoria.*] Vulgatus ſequutus communem Lxx. lectionem, tranſtulit per primam perſonam, memorabor, memoria memor ero, in Hebræo autem per tertiam legitur recordãdo recordabitur, & ita habet codex Lxx. Vaticanus μνησθήσεται: Verum eundem ſenſum habet vtraque lectio. & tabeſcet. Hebræum verbum ſignificat loqui ore, meditari, confabulari, aut narrare labores, & afflictiones ſuas. Vnde Gen. 24. 63. Iſaac egreſſus eſt *Gen. 24. 63.* ad meditandum in agro Lxx. dixerunt hîc καταδολεσχήσει. confabulabitur mecum anima mea. & Symmachus ſolet vertere ἑαυτῷ προσλογεῖν, ſecum colloqui, cum enim moleſtia aliqua animum angit, ſolemus nobiſcum colloqui, conſolationem adbibentes, aut tacitis cogitationib. vel ſubmiſſo murmure conquerentes: Chaldæus dixit, & orabit ſuper me anima mea propter afflictionem. Tigur. & Pag. & incuruabitur, ſeu, & humiliabitur in D me anima mea: Vat. & lamẽtabitur ſuper me ani- *Senſus* ma mea. Eſt ergo ſenſus. Tu domine ærũnarum mearum recordare, vt miſerearis, & ego quidem nunquam earum obliuiſcar, ſed anima mea in aſſidua erit earum meditatione, ſemper recolens, & ſecum confabulans ſuper his, vſque ad deliquiũ. Ita de memoria ærumnarum intelligunt Theod. & Rup. Hug. & S. Th. de beneficiorũ recordatione exponũt. Rab. Lyra, & Dion. de memoria peccatorum, quia propter ea pœna erat inflicta, *Eze 24. 23. & 36 31.* iuxta illud Ezechielis diſplicebitis vobis in iniquitatibus veſtris, & tabeſcetis in eis. Verùm primus ſenſus eſt verus, nam ſequitur, hæc recolens, hoc eſt, nihilominus, licet his tantis malis affligar quæ à memoria remouere non licet, ſed ſemper ea recolit anima mea ſequentibus conſiderationibus repetitis in corde cõſolabor me, & in ſpem

A erigar: ſunt autem omnes conſiderationes argumenta efficacisſima ad æquo animo ferenda ſupplicia Dei. Quod Lxx. dixerunt: hanc pœnam in cor meum propterea ſuſtineo, id-eſt, ſuperiori, cogitationis ſpem abiicienti alteram cogitationẽ opponam, vnde ſpes confirmetur. *Argumẽta efficacia patiẽtiæ.* Hebraicè legitur, hoc redire faciam ad cor meum, idcirco expectabo, hoc eſt, hæc quæ ſequũtur mente reuoluẽs conſolabor me, & ſperabo. Alij hoc pacto ſolabor cor meum, & expectabo, ſed priorem intelligentiam habent Lxx. Chaldæus, & Vulgatus, & eſt communis. Chriſtus orat Patrem, vt attendat ad *De Chriſto.* omnem afflictionem, quam patitur, ad fel, & abſynthium, quo potatus eſt à Iudæis, & ne patiatur tot incommoda perferri ſine fructu, abſque eo quod conuertantur Iudæi. Nam recolens quanta B ſit paſſus, dolebat, ac querebatur ſecum, vnde dicebat: Pater ſi poſsibile eſt, trãſeat à me calix iſte, *Mat. 26. 39* & præ dolore ſanguinis guttas ſudauit, ſed conſolabatur ſe, & ſperabat fructum cumulatum futu- *Luc. 22. 44.* rum ſequentibus conſiderationibus, quod ſibi hoc munus fuerit à Patre iniunctum, vnde aiebat, ſed non mea, ſed tua voluntas fiat.

12 *Miſericordiæ.*] Quæ ſequuntur multa ſunt referta doctrina, & conſolatione, vt qui affligun- *Documentum optimum.* tur nouerint iiſdem malis, quæ propter ſua peccata perpetiuntur, promereri diuinã miſericordiã ſi ea æquè ferant. Eſt ergo prima conſolationis conſideratio, quod nunquam adeo in nos eius deſæuit ira, vt non tueatur nos ſua miſericordia, ne omnino pereamus. Si enim cum conſumi meremur, licet puniat, non patitur nos conſumi, C eſt quod ſperemus de tam clementi iudice, & miſericordi parente. Miſericordiæ domini, numerus multitudinis eſt, non genitiuus ſingularis: verbum autem תמנו thamenu primæ perſonæ vox eſt, non ſumus conſumpti. & Lxx. quidem, vt legunt Ambr. lib. de obitu Valent. & Theodo. *Ambroſ.* habent quod non defecimus ὅτι οὐκ ἐξελίπομεν, in Vaticana vero editione habetur ὅτι οὐκ ἐξέλιπέ με, quia nõ defecit, aut fecit deficere me, & vi- *Lectio varia.* detur extrema littera corrupta pro ἐξελίπομεν, in Complutenſi tamen, & Regia non eſt hoc verbũ, ſed ἐπαλαιώθησαν, quia non ſunt conſumptæ, & ita cum Vulgato, vt primam perſonam tranſtulerunt, etiam Pagn. & Vat. ponitur enim nun, pro nun, ad vitandam cacophoniam. Verùm Chald. & Tigur. & alij volunt eſſe tertiam perſonam, vt certè eſſe poteſt, vt nomẽ, miſerationes, ſit vtriq; D verbo ſuppoſitum, nempe miſericordiæ domini ſunt quod non deficiunt, vel quod non conſumptæ fuerint, quod non defecerint miſerationes eius: & vtroque modo poſſe verti fatentur R. Salomon, & Abraham, nam ſatis patet Dei bonitas, & miſerendi affectus, quod inter tot ærumnas non defecerint eleemoſynæ eius, ſic etiã dicuntur miſerationes, quæ ſunt effectus ex affectu cõmiſerationis profecti.

13 *Noui.*] Nomen Hebræum חֲדָשִׁים bhodaſim *Domini miſerationũ perẽnus fons.* cõcordat cum nomine miſericordiæ. nouæ quolibet diluculo, aut quolibet mane illuceſcunt nobis tuæ miſericordiæ, aut bonitates: vtitur enim propheta correctione, dixi tuas miſerationes, & miſericordias non defeciſſe, parum dixi, nam nouas quotidie recipimus, & experimur, & ita tranſtulerunt Septuaginta Interpretes καινὰ εἰς τὰς πρωΐας, nouæ in ſingula matutina tempora. Chaldæus dixit: Noua multa edit quotidie miracula

miracula: quotidie inquit admiranda edis tuarum miſericordiarum inſignia. Theodoretus legit, Renoua eos, ſicut diluculum matutinum, hoc eſt, tantas calamitatum tenebras conuerte in diluculum, illuceat eis aliquid proſperum ex tua miſericordia dimanans, in codice Vaticano legitur, mēſes in matutinis. Recentiores interpretes omnes, Tigur. Pagn. Vat. & Iſidorus, nouæ, tranſtulerunt. Et Vulgatus apud Rupertum cap. 66. & alios, quāuis iam correctus habeat noui diluculo, non præteritum ex verbo noſco, vt accepere Rabanus, Hugo, S. Thomas, Dionyſ. Et quod magis mirandum Lyra, quaſi dixiſſet, ex diluculo, id eſt, à pueritia noui, & fui illuſtratus tua cognitione. Sed nomen plurale, noui, quod eſt, noui effectus tuarum miſericordiarum quotidie illucent nobis. Ratio autem tantæ diuerſitatis eſt diuerſitas pūctorum, nam nomen illud Hebræum lectum hadaſim eſt nomen noui, & Theodoretus accepit abſolute pro perſonis, fiant noui in diluculum, quod eſt, renoua eos, vt diluculum, alij vt adiectiuū nominis hadaſſim miſericordiæ, & dixerunt, nouæ diluculo, vel quotidie apparent miſericordiæ. Lectum vero hodaſim ſignificat innouationem lunæ, nouilunium, calendas, aut Neomenias, aut menſes, & ita dixerunt Lxx. menſes in matutinis, hoc eſt, nouus quiſque menſis renouatur, vt diluculum, tuis miſericordiis: aut menſes, hoc eſt, calendæ, quæ ſingulis mēſibus celebres erant, quolibet die ſuccedunt, hoc eſt, omnes dies tua miſericordia ſunt nobis feſti, quia in eis liberaliter erogas tuas eleemoſinas, ſicut ſolebas in initio menſium, in Neomeniis, & calendis. Vulgatus ergo cum dixit, Noui diluculo, vel intellexit dies, quotidie noui, ſeu renouati, clari, & læti tuarum affluentia miſericordiarum illuceſcunt dies, non offuſi tenebris, & obſcuri deſperatione, & tribulationibus, vel noui effectus apparent tuæ miſericordiæ.

Ratio diuerſitatis lectionis.

14 *Fides tua.*] Nomen fides, vel eſt hominis erga Deum, vt accepere Theodoretus, Raban. Hugo, Rupertus, & S. Thomas, & ita videtur accepiſſe Pagn. cum vertit, magna eſt fides, quæ eſt de te. & eſt ſenſus, magnum eſt, vtiliſſimum, & tutiſſimū in te credere, & à te pendere, quia qui ſperat in domino ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem. Pſal. 124. vel vt alij explicant, quia quotidie noua tuarum miſericordiarum ſuſcipimus, & ſentimus experimenta, multa fit, augetur, confirmaturque fides, quæ eſt de te, dicit enim mirabiliter fidelis quiſque ex his, quæ expertus eſt in ſe, magis magiſque in Deum credere, & ſe ſuaque illi committere omnia. Vel eſt Dei erga homines, vt accipiunt Lyra, Dionyſ. Vatab. & Iſidor. vt ſit Dei fidelitas, & veracitas in implendis promiſſis. Et erit ſenſus: ſingulis diebus experimur nouas tuas miſericordias, nec mirum, quia adeò veraciſſimus es, & fideliſſimus in tuis promiſſionibus, vt quidquid ſcripturis tuis promiſeris certo facias, & præſtes. De hac fide dixit Dauid. Pſal. 144. fidelis dominus in omnibus verbis ſuis, & Apoſtolus 1. Corinth. 10. fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. Ad hunc ſenſum tranſtulerunt quidam verba Hebræa. Nouæ ſunt quolibet mane miſericordiæ magna fidelitate tua, vt fidelis inueniaris. Sūt etiam qui vtrumque ſenſum ſub vna voce velint comprehendi, dicentes: magna res eſt promiſſio tua, & magnum in te credere, quia nunquam falſis, ſed ſemper imples, & obſeruas quod promiſiſti.

Fidei ſignificatio varia. *Pſal. 124. 1.* *Pſalm. 144. 13. 1. Cor. 10. 13.*

15 *Pars mea.*] Vtitur hac forma loquendi ſcriptura, inſinuans quandam quaſi diuiſionem factam ex vno deorum cumulo, ita vt ſingulæ gentes, vel ſorte, vel electione ſumpſiſſent ſibi: hæc quidem gens illum, illa alium, Hebræa gens partem optimam elegit ipſum dominum: aut verius; ille huic genti ſe partem, & velut hæreditatem diuiſam attribuit. Vnde Dauid Pſalm. 15. Dominus pars hæreditatis meæ. & Moſes Deut. 32. Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael: Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Aut, vt ait Rupertus, alij quidem ſoliciti ſint, & turbentur erga plurima: mihi, ait Ieremias, cui dictum eſt ca. 16. Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij, & filiæ in loco iſto &c. vnum eſt neceſſarium, nempe dominus, quem, reiecta omnium ſolicitudine terrenorum, ſolum expectabo.

Sortitio deorum. *Pſ. 15. 5.* *Deut. 32. 8.* *Ier. 16. 2.* *Luc. 10. 42.*

16 *Bonus.*] Vtilitates enumerat tolerantiæ. Hæc vna eſt, quod bonum, clementem, & in ſe propenſum inueniet Deum, cum in labore conſtitutus ſperauerit in eum, & quæſierit, aut inuocauerit eum. Sic Dauid Pſal. 85. Quoniam tu domine ſuauis, ac mitis es, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te. & Pſalm. 72. Quam bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde. Pſal. 49. 15. Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Theodoretus legit ſic hunc verſum. Bonus dominus expectantibus eum. Anima, quæ quærit eum, viuet. Chaldæus autem illud, quærenti, declarat animæ, quæ ſcrutatur doctrinam eius.

Tolerantia commodum primum. *Pſ. 85. 6.* *Pſ. 72. 1.* *Pſalm. 49. 15.*

17 *Bonum eſt.*] Præſtolari cum ſilentio, hoc eſt, toleranter, non turbato animo, tranquille, & patienter ſine murmure. Ad conſolationem eorum, qui in tribulationibus deſpondent animum, hæc dicit. Oportet enim ſubijci ſub potenti manu Dei, vt eripiat nos in tempore tribulationis, non illi reſiſtere. Hoc enim eſt illi obedire, caput ei ſummittere, & recte ſentire de inflicta tribulatione: hoc eſt, quod dixit Dauid Pſal. 36. 7. Subditus eſto domino, & ora eum: ille enim ſubditur Deo, orans eum, qui patienter expectat dilationem donec veniat liberatio eius: ideo ait Dauid Pſal. 61. Nonne Deo ſubiecta erit anima mea, ab ipſo enim ſalutare meum, nam in ſilentio, & ſpe erit fortitudo tua. dixit Iſaias.

Longanimitas patienti neceſſaria. *1. Pet. 5. 6.* *Pſ. 36. 7.* *Pſ. 61. 2.* *Iſa. 30. 15.*

18 *Bonum eſt.*] Iugum legis, ac mandatorum Dei intelligunt Chaldæus Paraphraſtes, Hugo, Dion. & Iſidor. bonum, inquit, eſt viro, ſi à pueritia erudierit animam ſuam ad ferendum iugum præceptorum: viro enim tali iugo domini aſſueto ſi aliquid aduerſitatis acciderit, tacebit is, & feret patienter. Hoc eſt iugum, de quo Matth. 11. Chriſtus, Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Ruperto, & Lyræ videtur congruentius ad rem, de qua agitur, ſignificari tolerantiam rerum aduerſarum, Dei voluntate, ac decreto venientium: nam magnam vtilitatem apportat viro, ſi ab adoleſcentia ſua aſſueuerit humiliationi, ſubiectioni, & iugo diſciplinæ, & correptionis domini.

Iugum quodnam capiendum. *Matth. 11. 30.*

Ab adoleſcentia ſua. Hebraicè in adoleſcentia ſua: hoc eſt, vt quidam volunt, qui portauerit iu-

gum laborum ita fortiter,& iuueniliter, vt ſolent A
hi,qui ſunt in ætate iuuenili,aut adoleſcentiæ, qui
ſunt laborum patientiſſimi. ita ne ſuppleatur
particula ſimilitudinis, cum portauerit iugum ſi-
Ab adoleſcentia aſſuetus facil. tolerat. cut in adoleſcentia ſua. Verum quia,in,ſumptum
eſt pro,ab,dicunt alij,conſolari Ieremiam adoleſ-
centes ; qui in ærumnas captiuitatis inciderant:
hortatur enim ferre eas patienter, quia magnam
apportat vtilitatem ab adoleſcentia inchoaſſe iu-
gum tolerantiæ ferre: vel de ſe ipſo loquitur Ie-
remias, qui à pueritia ſua aſſuetus fuit laboribus,
ærumnis, & opprobriis, ait enim, ſibi fuiſſe per-
commodum ab adoleſcentia iugum domini por-
taſſe,quia ſic aſſueto iam viro facto, & penè ad ſe-
nilem ætatem perducto, tolerabiliores fiebant,
quas experiebatur ærumnas, & quas videbat ſui B
populi miſerias. Leuis enim videbatur, quod
multis annis præuiderat, nam iacula præmiſa mi-
nus feriunt.
19 *Sedebit.*] Iuxta Origenem, Theodoretum, &
Sedere confidentis eſt. Olympiodorum ſedere ſolitariũ eſſe dicitur ani-
mi confidentis, & ſecure permanentis, & à ſolo
Deo auxilium expectantis,& ad eum ſolum reſpi-
Deut. 33. 18. cientis,non ad homines,vt Deut. 33. 18. Habita-
bit Iſrael confidenter,& ſolus, & tacebit,hoc eſt,
Exod. 14. 14 ſuſtinebit,expectabit patienter. Exo.4.Dominus
Iſa. 30. 15. pugnabit pro vobis,& vos tacebitis. Iſa.30. In ſi-
lentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Alij volunt ſe-
dere, ſolitarium eſſe, ſedere mæſtum, & à cætulæ-
Ier. 15. 17 tantium ſeiunctum, vt de ſe dixit Ieremias cap. 15.
Sedebam ſolus, quia amaritudine plenus eram.
Sed prior ſenſus verior eſt, quia patientiam mala
æquè tolerantis commendat. C
20 *Quia.*] Leuauit ſuper ſe: ſupple iugum do-
mini,de quo iam dictum eſt,vt intelligunt Theo-
doretus,Olympiodorus,Pagn.& Vat. Is enim,qui
ſedet ſolitarius,& tacens,ideo expectat patienter,
& humiliter auxilium domini,quia nouit,& æquè
tulit incommoda,& moleſtias,quas patitur à Deo
immiſſas, quia iugum domini ſubiit, & ei quaſi
Leuare ſuper aliquẽ iugum. oneri collum ſubiecit. Eſt autem leuare ſuper
aliquem,imponere, ſeu proponere onus aliquod
illi portandum. ſic 2. Reg. 24. 12. Dixit Gad ad Da-
2 Reg. 24. 12. uid: Trium tibi datur optio, elige vnum quod vo-
lueris ex his,vt faciam tibi. Quod adverbum tran-
ſtulere ex Hebræo Lxx. tria ego leuo ſuper te, hoc
eſt, vnum ex tribus tibi propono eligendum: ſic
hic,quia propoſuit ſibi portandum iugum domi-
ni,ſedebit patienter ſuſtinens. Aliqui ex Hebræis,
quos ſequitur Tigur. & Vat. transferunt, quia le-
uauit ſuper ipſum, & poteſt ita transferri, quod D
pronomen affixum vtroque modo verti poſſit, &
tunc Deum refert, leuauit ſuper ipſum Deus iu-
gum. Notat cauſam huic viro patientiæ eſſe quod
Iugum à Deo eſt. conſideret iugum,quod ſuper ſe portat, à domino
eſſe impoſitum, cui contra ire nec poſſumus,nec
debemus: quod ſummæ eſt conſolationis. Latini
interpretes fere omnes, Raban. Rupert. Hugo, &
Lyra,cum ceteris legebant hic,quia leuauit ſe ſu-
per ſe,& variis modis explicabant, vel quia terre-
nis deſertis ad cæleſtia euolabant, vel quia ſuper-
bia erigebantur,& ſimilia alia, quæ cum falſo ni-
terentur fundamento, non elucidant literam, ſed
obſcuram reddunt.
21 *In puluere.*] hoc eſt, vt Chaldæus dixit, ponet in
Humilitatis ſignum. puluerem os ſuum, ſeque proſternet coram do-
mino. Nam huiuſmodi vir patiens, vt externis
etiam ſignis oſtendat animi tolerantiam, & ſuſti-
nentiam procumbet in terram, & vultu vſque ad
terram demiſſo adorabit, iuxta illud Gen. 19. 1. De
Loth, qui angelos adorauit pronus in terram. &
42. 6. Cumque adorarent eum fratres ſui: Hebrai-
cè,cumque vultu in terram demiſſo incuruaſſent *Ge. 19. 1. & 42. 6*
ſe ei. Pſal. 71. Coram illo procident Æthiopes, & *Pſ. 71. 9*
inimici eius terram lingent. & Iſa. 49. 23. Et erunt *Iſ. 49. 23*
reges nutritij tui,& reginæ nutrices tuæ, vultu in
terram demiſſo adorabunt te,& puluerem pedum
tuorum lingent. Hinc apud gentes valuit con-
ſuetudo oſculandi terram coram regum, deorum- *oſculari terram.*
que conſpectu, & in puluere ſupplices procum-
bendi, quo propitios eos ſibi redderent. Vnde
Dion. lib. 41. Et deos implorabant,& ſola deoſcu- *Dio.*
labantur. Tibul. lib. 1. eleg. 5. Et dare ſacratis oſcu- *Tibull.*
la liminibus. Ouid. 1. Metam. Vt templi tetigere *Ouid.*
gradus procumbit vterque Pronus humo, geli- *Silius.*
doque pauens dedit oſcula ſaxo. Silius li. 13. Nũc
perplexis pectora barbis verrere humum. & Li- *Liuius.*
uius lib. 6. Decad. 3. Vndique matronæ in publi-
cum effuſæ circa Deûm delubra diſcurrunt, crini-
bus ſparſis aras verrentes. Quin reorum habitus,
quo ad clementiam iudices permouerẽt, hic erat,
vt de Lucio Piſone refert Valer. lib 7. cum pro- *Valer.*
ſtratus humi, pedes iudicum oſcularetur, os ſuum
cæno repleuit. Quod conſpectum totam quæſtio-
nem à ſeueritate ad clementiam, & manſuetudi-
nem tranſtulit. Ad hunc modum coram Deo iu-
dice, vt ex ſequentibus conſtat, ſe proſternet, &
pulueri adhærebit, vt inde liber erigatur. vt 1. Reg. *1. Reg. 2. 8.*
2. dixit Anna, ſuſcitat de puluere egenum, & de
ſtercore eleuat pauperem. & Dauid pſal. 112. Suſci- *Pſa. 112. 15.*
tans à terra inopem, & de ſtercore erigens paupe-
rem, vt collocet eum cum principibus, cum prin-
cipibus populi ſui. Theodoretus pro ponet ἐν χώ-
ματι, in puluerem os ſuum, ait, Syrum dixiſſe ἐν *Syri lectio.*
γῇ, hoc eſt, in terra: Hoc ſenſu; tacebit, & animo
generoſo feret conuicia, & probra, perinde ac ſi *Pſ. 38. 2*
habeat os plenum terra: quod & Dauid perſpicuè
dixit Pſalm 38. Poſui ori meo cuſtodiam, cùm
conſiſteret peccator aduerſum me, obmutui, &
humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Origenes, Raban.
Rupertus, Hugo, Lyra, & Vat. cum ceteris illum
dicendi modum exponunt, pro humiliabit ſe, hu-
militer de ſe loquetur, & ſentiet, ſicut contra, po-
nere in cælum os ſuum. Pſal. 72. eſt magnificè, ac *Pſ. 72. 9*
ſuperbe loqui contra cælum, & Deum, vt dicebat *Gen. 18 27.*
Abraham Gen. 18. Ego ſum terra, & cinis, & Pſal.
118. Adhæſit pauimento anima mea, quoniam à *Pſa. 118. 25.*
Deo patientia mea: vt ſit idem, quod humiliabit
ſe coram domino. (Si forte ſit ſpes,) pro actu ſpe-
randi accipit Origenes. Seipſum, inquit humilia-
bit, ſi verè ſit vir, & ſpei non confundentis plenus.
Ceteri omnes pro re ſperata accipiunt. Adorabit, *Spes in tolerantia.*
& procumbet, ſi forte compos fiat rei, quam à
Deo ſperat, nempe ereptionis à malis: è captiuita-
te Babylonica exponunt Rupertus, & Hugo. Vel
etiam ſi ad extremam venerit miſeriam, & humi
iaceat, ita vt pauimento adhæreat anima eius, ni-
hilominus non deſperabit, ſed ſpe ſalutis ſuæ ſu-
ſtentabitur, & ſperabit, ſe illam potiturum.
22 *Percutienti ſe maxillam.*] Dabit ad libitum per-
cutientis, iuxta illud Euangelij Matt. 5. Si quis te *Matth. 5. 39.*
percuſſerit in maxillam, præbe aut obuerte illi &
alteram. Quod ſuo exemplo confirmauit Iere-
mias cap. 20. cum eum Phaſur percuſſit, & miſit in
neruum. Qui enim educatus eſt à teneris annis in *Ie 20. 2*
timore domini, feret æquo animo contumelias,
opprobria,

opprobria,& conuitia propter Deum,ac ſi cibum ſumeret lautè,& ſplendidè, vt ſic Deum ſibi promereatur beneuolum.

33 *Non repellet.*] Hebraicè, quia non elongabit in æternum dominus. Hoc eſt, temporaria eſt afflictio, non perpetua. Nec enim opera ſua, inquit Chaldæus, nempe homines, deſeret dominus in æternum, tradendo illa in manum hoſtium ſuorum Pſal. 102. Non in finem repellet Dominus, neque in æternum comminabitur. Si dereliqueris eum, inquit Moſes Deut. 28. proiiciet te in æternum, ſi quæſieris eum inuenies, & dicet tibi, Ier. 31. ceſſet à fletu vox tua,& oculi tui à lacrymis.

Pſalm. 102.9. Deut. 4. 27. 27. Ier. 31.16

Quia ſi abiecit, Chaldæus. Nam ſi initio affligat, poſtea tandem conuertitur, & pro abundantia bonitatis ſuæ proſequitur ſuo fauore iuſtos: ſuperexaltat enim miſericordia iudiciũ. Iacob. 2. Ad veſperum enim demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.

Iac. 2.13 Pſ. 29 6

24 *Non enim.*] Hebraicè. Non afflixit de corde ſuo, nec dolore affecit filios viri. Nec vnum enim hominem afflixit voluntate præcipua, hoc eſt, antecedente, & abſoluta, vt dicunt Theologi, ſed conſequenti, & ex ſuppoſitione, adactus nempe hominis peccato, vt caſtigatione coercitum reuocet ad pænitentiam. noſtræ enim culpæ eſt potius quam eius voluntatis, vt affligat. Vt faciat opus ſuum, alienum opus eius, vt operetur opus ſuum, peregrinum opus eius ab eo. Iſa. 28. & Ezech. 18. Numquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit dominus, & non magis vt conuertatur, & viuat? Cum caſtigat Deus, ait Theodoretus, ſpecies quidem eius eſt iraſcentis, ſed voluntas plena eſt humanitatis,& clementiæ.

Deus nõ ex corde affligit. Iſa. 28.1 Ezech. 18.23.

25 *Vt contereret.*] E ſuperioribus pendent tres ſequentes verſus, quibus explicat id quod dixerat, ex corde. Non enim Deus affligit quemquam eo corde, ea mente, aut eo fine, vt conterat ſuis pedibus vinctos terræ, aut vt nollet ad iudicium coram ſe admittere quempiam volentem ſe defendere, ſed more iudicum peruerſorum, cauſa inaudita illum deſtruere, aut vt hominem ſuam cauſam coram ſe agentem, iuſteque defendentem, peruerteret, & iniuſtè damnaret. Hæc enim omnia non nouit Deus facere, neque aſcenderunt in cor eius, longe enim à iuſtiſſimo, & clementiſſimo patre hæc ſũt: imo dedignatur hæc videre, qui amat iudicium, & iuſtitiam. Hanc expoſitionem videntur ſequi Olympiodor. Rupertus, Lyra, Vatablus, & Iſidorus, & conuenit rectè verbis, ac menti prophetæ volentis Deum liberare à crudelitate, inclementia, & iniuſtitia: & quod neque vt ſæuus, ac teter dominus ærumnis ſeruorum ſuorum gaudeat: neque tanquam iniquus iudex cauſam hominum peruertat, aut iuſtè ſe defendentes damnet. Poſſunt aliter hi tres verſus explicari, vt pendeant ex poſtremis verbis, dominus ignorauit. Sed ad eum ſenſum, vt tacitè reſpondeat obiectioni propheta, dixerat: Non humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum Deus. Obiiceret quis, ſi verum dicis, cur videmus multos, vt Iudæos, conteri ſub pedibus tyrannorum Chaldæorum, & coram ipſo Deo iudicium eorum deflectere, & condemnare ſe iuſtè defendentem? Reſpondet, hæc omnia ſi fiunt non probante Deo fieri, ſed eo ignorante, non volente, aut iubente, hoc eſt, non voluntate ſua antecedente fieri, ſed præmiſſa culpa. Quod ſi Nabuchodonoſor ex ea præcipuè intentione diruerit Ieruſalem, Iudæoſque vaſtauerit, vt omnino eos perderet, id præter domini ſcientiam, & voluntatem fecit, propterea & ipſe punietur. Hunc ſenſum ſequi videntur Raban. Hugo, S. Thomas, & Dionyſius. Tertius demum ſenſus his verbis non abſurde continetur: reddit cauſas cur Deus, licet non ex corde affligat, at afflixerit Iſraelitas: quia non vt ſæuus afflixit, ſed noſtris criminibus, ac ſceleribus prouocatus nos abiecit, ac repulit. In eos videlicet, qui ſolent conterere ſub pedibus ſuis vinctos, humiles, & tenues, & deflectere in iudiciis veram, rectamque iudicandi viam, coram Deo, eius conſpectum non veriti, & iuſte ſuam cauſam tuentes peruertere, & iniquiſſimè condemnare: in huiuſmodi ſceleratos non animaduertiſſet Deus? aut afflixit quidem, vt ſibi ſubiiceret homines peruerſos, & vt auferat iniuſta iudicia, quæ fiunt in terra, & vt deflectat iudicium hominis iniuſti. Hunc ſenſum inſinuant Chaldæus, & Theodoretus. Sed primus ſenſus verior eſt.

Senſus alter. 3 ſenſus

Vinctos terræ, vocat homines terræ alligatos, & minime ad ſublimia mentem erigentes. Sumpta metaphora ab his, qui in terræ foueis, & ſubterraneis ſpecubus incluſi tenentur, ita Theodoretus: qua ratione Gregorius Nazianzenus ſolet δεσμίους γῆς compeditos terræ, oratione de Theologia, & in Natalem domini, & in Paſcha, appellare homines, quod eorum anima cum naturæ ſit ſublimioris, in corpore tanquam in carcere vincta teneatur: & ante illum Origenes, licet in ſenſu, non vt ille, vero, vt docet Epiphanius ex Methodio hæreſi. Corpus enim impedimento eſt, ne liber animus ad res cæleſtes contemplandas euolet, iuxta illud Sap. 9. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſeorſum multa cogitantem. Olympiodorus, Dionyſius, & Vatablus, obnoxios peccatis intelligũt. Hugo, vinctos terræ Iudææ, nempe Iudæos à Chaldæis vinctos, & captiuos. Sanctus Thomas intelligit afflictos in terra, tenues. & pauperes, iuxta illud Pſalm. 68. 34. Quoniam exaudiuit pauperes dominus, & vinctus ſuos non deſpexit. Pſalm. 78. 11. Introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum, & 101. 20. quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, dominus de cælo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorum. Iſa. 42. 7. vt aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris. His enim modis loquendi ſignificat ſcriptura ſacra homines afflictos, & ſqualore confectos, quoniam tales ſunt, qui vincti tenentur.

Vinctos terræ quos vocet. Nazia. Orig. Epiph. Sap. 9.15 Pſalm. 68 34. Pſ. 78.11 & 101. 20. Iſ. 42. 7

26 *Declinaret.*] Declinare iudicium, eſt à iuſtitiæ norma, & recto curſu deflectere, & declinare, & regulam iudicandi peruertere. Quod fit cum iudex iniquus impotentum imbecillitatem proterit, vel quia donis corruptus, vel quia gratiam potentiorum captat. Quæ ſunt in Deuteronomio prohibita cap. 16. Iudices ne in alteram partem declinent: non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum.

Deut. 16. 19.

In conſpectu vultus altiſſimi, id eſt, ſuo, iudicium nempe, quod coram ipſo agit quiuis homo. Solet enim ſæpe antecedens accipi pro relatiuo, aut pro nomine: ita Diony. & Vat. Alij volunt eclipticam eſſe orationem, & ſuppleri, non venit, aut

non aſcendit in conſpectu vultus altiſſimi, aut A non poſuit in ſuo conſpectu altiſſimus, iuxta il-
Pſ.100. 3. lud Pſ. 100. Non proponeham ante oculos meos rem iniuſtam, quodeſt, non placuit altiſſimo; & ita negatio ſubaudienda è ſuperiori verſu. Non enim humiliauit, eſtque idem cum ſequenti, Dominus non vidit, vel ignorauit. Vel ſi ſit ſermo de quouis homine, aut Chaldæo, vt declinaret iudicium viri cuiuſque ex Iudæis, altiſſimo vidente, & percipiente, vt alij explicuerunt.

Vt perverteret. Damnaret, & ſontem indicaret. Vnde Lxx. condemnate dixerunt in iudicio ſuo, hoc eſt, dum agit ſuam cauſam coram ipſo Deo, in Dei tribunali, vel in iudicio ſuo, ipſius hominis dum contendit aduerſus hominem alterum, vt intelligunt Origenes, Olympiodorus, & alij. B Dominus ignorauit. Hebraicè eſt, Dominus non vidit, hoc eſt, non hoc ſpectauit, non hunc ani-
Gen. 20. 10. mum, aut hoc conſilium habuit, vt Geneſ. 20. Abimelech dixit ad Abraham, Quid vidiſti, vt hoc faceres, hoc eſt, quod fuit in hoc facto conſilium tuum? Sunt qui putent, Lxx. legiſſe κύριος οὐκ εἶδε, Dominus non vidit, cum antiqua exemplaria, etiam referente Origene legant, Dominus non, εἶπε, dixit.

27 *Quis eſt iſte.*] Dixerat non ex Dei beneplacito, quaſi pœnis hominum etiam innocẽtum lætetur, mala Iudæis eueniſſe. cum hoc ſit à natura Dei alienum, modo probat culpam non reiiciendam in caſum, aut fortunam, vt tandem concludat peccata Iudæorum id fuiſſe commerita, vt his
Senſus verus. pœnis ſubiicerẽtur. Eſt ergo ſenſus per deſpectionem reſpondentis tacite ex ſuperioribus colli- C genti, ſi mala non infligantur ex corde, aut beneplacito Dei, euenire caſo, vel temere. Quis, inquit, eſt eiuſmodi adeo ſtultus, qui dixit, ſeu putauit caſu, aut fortuito fieri aliquid in rebus humanis præter Domini voluntatem, & iuſſum, & quod bona, vel mala non eius præcepto, decretovè contingant? Hunc ſenſum habent Theodoretus, Rupertus, Hugo, S. Thomas, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus. Alij alio modo interpretantur. Quis eſt tam potens homo, aut tyrannus, etiam ſi fuerit Nabuchodonoſor, qui dicat, iubeatque quicquam mali fieri, & id ſtatim fiat, etiam præter Domini voluntatem? cum is tanquam baculus potius ſit, quo Deus ad percutiendum vtatur.
Iſa. 10. 5 vnde Aſſur Iſa. 10. virga indignationis Dei vocatur. Aut, quæ eſt iſta tam potens, & domina rerum fortuna, aut præpoſitum hominibus fatum D tam ferreum, vt etiam inuito Deo quicquam velit, & illico fiat, adeo vt nullam in Deo relinquat poteſtatem mittendi proſpera, aut aduerſa inter homines? Sed primus ſenſus eſt verus, quia non inuehitur in facientem aliquid ſine Deo, ſed in opinantem falſo, poſſe quidpiam fieri ſine Deo. Hebraicè enim dicitur. Quis eſt qui dixit, fuit hoc, & Dominus non præcepit? Porro illa verba, Dominus ignorauit, aut Dominus non vidit, poſſe intelligi, quaſi collecta ex ſuperioribus ab obiiciente, ſine Dei nutu mala inter homines contingere, oſtendit quod ſtatim propheta inuehitur in eum: ita cum dixiſſet, non Deum afflixiſſe Iudæos ex corde, vt eos deſtrueret, & damnaret: colligit, ergo Dominus non vidit eiuſmodi mala tam grauia inflicta Iudæis. reſpondet. Quis iſte eſt, qui auſus eſt dicere, aliquid fieri A Domino ignorante, aut non vidente, aut non iubente?

28 *Excuſationem.*] Hic eſt vnum verbum Hæbræum in futuro יתאונן ithouen doctum à nomine און auen, quod mendacium, vanitatem, afflictionem, & ærumnam, tum etiam diuitias labore, aut rapina partas ſignificat. Eſt ergo mentiri, lugere, aut prauè ſecum loqui, quod Lxx. & Vulgatus murmurare hic verterunt. Numer. au- *Numer. 11. 1.*
tem. 11. 1. Verſum eſt, quaſi dolentium pro labore. Eſt ergo ſenſus, ſi ita eſt, quod nihil in *Senſus primus*
mundo accidit mali præter Dei voluntatem, cur homo dum viuit, iniquè dolet, conqueritur, & murmurat, quod affligatur, & puniatur pro peccatis ſuis, cùm gaudere debuiſſet, quod Deus illi medeatur, id Deo diſponente, & iubente? Sic B Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius. Alio mo- *Senſus 2.*
do explicant Origenes, Theodoretus, Olympiodorus, Rupertus, & Bonau. Cur homo, ſi tamen homo eſt, & non inſtar belluarum viuit, iniquè de Deo cogitat, vanaſque excuſationes comminiſcitur peccatorum ſuorum, fatali ea tribuens neceſſitate, non ſuæ voluntati, & ita in Deum culpas ſuas reiicit? Cur excuſat homo peccata ſua, quod non mereantur puniri, quaſi neceſſitate facta, non voluntate? inuehitur in alium errorem falſo ex dictis deductum, quod ſi nihil fit in rebus præter Domini voluntatem, ergo peccata *Error impius.*
fiunt ſimiliter fatali neceſſitate, & diuino decreto: Cur ergo punit Deus homines pro peccatis ſuis, cum non mereantur? increpatione reſpondet, & diſſoluit hunc errorem illo verbo, quid C murmurat: ait enim, ho caſſe vanum mendacium, & prauum murmur, & dolorem inutilem, quia dum viuit homo in ſua eſt poteſtate, & cum peccat, ſua peccata committit, ex ignauia eius, non à natura, aut ab auctore naturæ profecta. Vatablus *Senſus 3.*
aliam indicat ſenſum, iuxta verſionem illam, cur dolet homo quandiu viuit, vir ſuper peccato ſuo? inuectio eſt in eos, qui deſperant de ſalute, ex conſideratione peccatorum, & valde anguntur neſcientes euitare pœnas, quibus à Deo pro illis puniuntur. Inſanis, ait, eſt homo, qui dum viuit, affligat ſeſe, & grauiſſimam ſibi crucem aſciſcit, & ſcrupulis peccatorum agitur: reuertatur ad Dominum, & pœniteat, & hac ratione puniet peccata ſua. Aut, cur homo, dum viuit, perſeuerat in peccatis ſuis, & Deum cogit, pœnis eum pro illis afficere? ſcrutetur potius vias ſuas, D & reuertatur ad Dominum: hac enim ratione ipſe puniet peccata ſua, & à Deo non punietur. Chaldæus deducens verbum hoc à nomine illo, *Senſus 4.*
quatenus diuitias ſignificat, vt Oſeæ. 12. 8. Inue- *Oſee 12.*
ni diuitias mihi: tranſtulit, cur diuitias inuenit homo quibus abutatur diebus vitæ ſuæ? vir malus in ſcelere ſuo. hoc eſt, cum omne malum nobis à Domino propter peccata noſtra fiat, per quenos ſtet quominus reconciliemur Deo, à quo bona omnia procedunt, quare non benè vtimur dotibus, quibus à Deo dotati ſumus? homo viuens, ideſt, qui exercet opera vitæ, & ex libero operatur arbitrio, & non mortuus eſt. ita expli- *Culpa cognitio unicum remediũ ad placãdum Deum.*
cat Origenes.

29 *Scrutemur.*] Relictis his vanis cogitationibus, & diſquiſitionibus, ad ſcrutandas, & diſquirendas potius noſtras conſcientias attendamus, & per pœnitentiam ad Dominum reuertamur, quia hoc

hoc vnicum nobis reſtat remedium, aliis excuſationibus falſis prætermiſſis, leuemus ad Deum corda noſtra cum manibus.

Nos iniquè. Nos ad iracundiam prouocauimus, vel ad amaritudinem, vt ſupra cap. 1. v. 20. ſic Lxx. & Vulgarus eos ſequutus, tranſtolere, quod Hebraicè dicitur, nos rebelles, aut inobedientes fuimus. Hac enim noſtra rebellione, & contemptu ad iracundiam, & amaritudinem prouocauimus Deum, vt ne velit parcere. Idcirco tu inexorabilis es, Hebraicè, tu non pepercisti. Lxx. & non es placatus, noſtræ culpæ contumacia in cauſa eſt, quare cum natura miſericors ſis, & manſuetus, difficilior videaris ad parcendum, & inexorabilis.

Threno. 1. 20.

30 *Operuiſti.*] Vnum eſt verbum, quod Vulgatus hic vertit cum Lxx. operuiſti, & mox oppoſuiſti conſtructum cum eadem præpoſitione in furore. B In nube, quod alij vertunt, obleuaſti, obumbraſti, aut vmbraculum obtendiſti in ira, vel iram, aut nubem: & Pagn. & Vat. dixerunt: operuiſti furorem, & nubem: & quod Vulgatus dixit, percuſſiſti nos, in Hebræo dicitur, vt etiam Lxx. tranſtulerunt, perſequutus es nos. Eſt ergò duplex ſenſus verſus prioris: prior eſt: Quaſi velum obtendiſti tibi iram tuam, ne quenquam agnoſceres, & ita ſine reſpectu percuſſiſti nos, aut poſuiſti irã tuam quaſi, interſtitium inter nos & te, ne ad te confugere liceret: nam qui Deum iratum ſentit, non audet oculos ad eum attollere. Poſterior ſit. Operuiſti nos calamitatibus ex ira tua profectis, & perſequutus es nos, vt explicãt Hugo, S. Thomas, Lyra, & Diony. vel obtexiſti nos quaſi caligine furoris tui, vt quo fugiamus non poſſimus videre, & ſic obcæcatos perſequutus es nos vſque ad exitium, iuxta illud Pſ. 34. 6. fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & angelus Domini perſequens eos. Hunc ſenſum habent Chaldæus, Origenes, & Vat.

Senſus prior. Senſus poſterior. Pſalm 34. 6.

31 *Opoſuiſti nubem tibi.*] Peccatorum intelligunt Origenes, Theodoretus, Rupertus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, iuxta illud Pſ. 89. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: & Iſa. 59. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Alij ſententiam firmam exponunt, qua definit non audire Deus eos, qui ſuas admonitiones abiecerat, vt Iſa. cap. 1. dicit, Cũ multiplicaueritis orationem, non exaudiam: & Prou. 1. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis: ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum id, quod timebatis, euenerit. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane conſurgent ad me, & non inuenient me, eò quòd exoſam habuerint diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperint.

Pſal. 89. 7. Iſa. 59. 2. Iſa. 1. 15. Prou. 1. 25.

32 *Eradicationem.*] In principio huius ternarij notauit Origenes, hæc quoque ſuperioris confeſſionis partẽ eſſe. Itaque omnes fatentur hæc in perſona plebis dici ab Ieremia, præter vnum Rupertum, qui in hoc verſu de ſe loqui putat Ieremiam, quod ab omnibus deſpectui haberetur. Verum pronomen nos ſatis oſtendit cœptæ orationis hanc eſſe proſecutionem. Eſt autem hic nomen Hebræum סחי Sehhi, quod ſolum hic reperitur, & abraſionem, aut purgationem ſordium è pauimento ſignificat: nam verbum vnde deducitur, Ezech. 26. 4. ſic vertitur: & radam puluerem A eius de ea, & ita hic vertitur: Abraſionem, & abiectionem poſuiſti nos in medio populorum, hoc eſt, deſpectos tanquam raſuram, & abiectos poſuiſti nos inter populos. qua ratione Paulus 1. ad Corinth. 4. 13. dixit, Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema vſque adhuc. Vulgatus tamen, & Chaldæus in alio ſenſu hoc nomen acceperunt pro euulſione, ſeu eradicatione. Sicut enim leproſæ domus puluis abradebatur, & in immundum locum proiiciebatur, ſic de habitatione Ieroſolymorum, quæ peccatorum lepra infecta erat, Iudæi tanquam puluis abraſi fuerunt, & inter populos, gentesque proiecti, & in omnem ventum ventilati. Vocat autem eradicationem tanquam infructuoſæ arboris è loco ſuo euulſionem, iuxta illud Pſ. 51. B propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Lxx. neſcio qua ratione tranſtulerint μυσαι με, claudere me, cum idem verbum Ezech. 26. verterint λικμήσω, euentilabo puluerem eius ab ea.

Ezech. 26. 4. Senſus primus. 1. Cor. 4. 13. Senſus alter. Pſal. 51. 7.

33 *Aperuerunt.*] Theodoretus, Lyra, Diony. & Vat. hæc verba ad irriſionem referunt, & conuitia. Chaldæus ad iniqua decreta, quę in Iudæorum populum victores Chaldæi decernebant, iuxta illud Iepte Iud. 11. ad filiam dictum, vt habent Lxx. Aperui os meum ſuper te. Sed melior eſt expoſitio, quã adduximus cap. 2. v. 16. quæ eſt hic Olympiodori, & S. Thomæ, ſumpta metaphora à belluis deuorare properãtibus, quo maxima hoſtium auiditas indicatur, qui non modicè, ſed toto ore in Iudæos inhiauerunt, iuxta illud Iſa. 9. & deuorauerunt Iſrael toto ore.

Iud. 11. Threno. 2. 16. Aperire os ad deuorandum. Iſa. 9.

C 34 *Formido & laqueus.*] Hebræa ad verbum ſic habent: Pauor, & fouea fuit nobis, vaſtatio, & contritio. conſtat enim ex cap. 48. Ieremiæ v. 28. diſtincta nomina eſſe פחד Pahhad, quod eſt pauor, aut formido, & פחת Pahhath, fouea, quæ hic ponuntur, & פח Pahh, quod eſt laqueus. Ait enim Ieremias, Pauor, & fouea, & laqueus ſuper te habitator Moab, verum in ſenſu idem ſignificat fouea cum laqueo. Eſt hic aliud nomen שאת Seth, quod eſt deſolatio, aut deſtructio, vt recentiores omnes transferunt, vt ſit ſenſus: præ pauore fugientes incidimus in foueam, ex hac autem deuenimus in vaſtationem, & contritionem. Chaldæus tremorem tranſtulit. Sed Lxx. & Vulgatus deduxerunt à verbo נשא naſa cum puncto in ſiniſtro cornu, quod eſt vaticinari, portare, & ita nomen eſt pondus, onus, aſſumptio, D vaticinatio onerosa, vt late diximus alias, quamuis Lyra, Pagn. & Dionyſ. vitio librariorum tribuant, quod pro vaſtatio, dictum ſit vaticinatio, ſed non ita eſt, quia Lxx. etiam in hoc ſenſu tranſtulerunt: & eſt ſenſus: Dum pertimeſcebamus ſupplicia, quæ Ieremias, cæterique prophetæ nobis vaticinabantur, & illa euitare niteremur, Incidebamus in foueam, & in contritionem, & ruinam. Vt Sedecias timore ſeruitutis rebellauit, & captus eſt, & exoculatus, contritus eſt cum Ieruſalem. Vt Ierem. 48. Pauor, & fouea, & laqueus ſuper te habitator Moab dicit Dominus: Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam, & qui conſcenderit de fouea capietur laqueo. Ita exponit Lyra. Aut quæ vaticinati ſunt prophetæ verum exitum habuerunt, vt experimus: nam timemus, capimur, & conteri-

Ierem. 48. 28. Senſus. Ierem. 48. 26.

mur, quantumois id ſpernebamus. Sic Raban. & Diony. Aut iuxta S. Thomam: vaticinatio pſeu- A doprophetarum cauſa fuit nobis formidinis ante vaſtationem, laquei dum in ipſa ſumus capti, & contritionis poſt ipſam. Rupertus quaſi verba Ieremiæ, & prophetarum accepit, quia vaticinati ſumus, quæ præcepit nobis Deus, timore concutimur, illaqueamur, in neruum conijcimur, & conterimur.

35 *Oculus meus.*] Quod Lxx. dixerunt abſorptus eſt, quaſi præ lacrymis tabefactus abſconditus ſit, & in imum, ac profundum deſederit, aut merſus eſt in lacrymis oculus meus, Symmachus tranſtulit, *ἐπέμεινε*, perſeuerauit, perſtitit. Sed Hebræum verbum נגרה ſignificat effluxit, decorrit, aut manauit oculus meus, ſeu fons. Sed vulgatus ſenſum expreſſit, quod oculus aſſiduis lacrymis afflictus ſit. B

36 *Oculus meus.*] Hebraicè, עוללה Olelah. quod Lxx. Vulgatus, & Tigurina ſolent vertere vindemiauit, vel deuindemiauit animam meam, ſumpta metaphora ab his, qui vineas deprædantur, & ne vnum quidem racemum relinquunt, vt Ierem. 6. Hoc locu vertit Vulgatus, depredatus eſt.

Senſus. Eſt ergò ſenſus: oculus meus præ copia lacrymarum meas vires conſumpſit. Quod dixit Origenes, conciderunt me lacrymæ quemadmodum vitem diligentiſſimus vindemiator, qui ne minimum racemum prætermittit. Et Symmachus: oculus meus demerſit animam meam, quaſi in mare quoddam lacrymarum. Hugo, S. Thomas, Lyra, Diony. & Iſidorus ſic exponunt: oculus meus deprædatus eſt animam meam ſuo gaudio, & lætitia, propter vrbes Ieruſalymæ ſubditas vaſtatas. C At Dauid Kimhius, quem ſequitur Vatab. ſic vertit: Oculus meus dolorem fecit animæ meæ, propter multum fletum præ cunctis filiabus vrbis meæ. Hoc eſt, plus fleui, quàm omnes filiæ vrbis meæ. Sic etiam Lxx. præ cunctis filiabus vrbis, & in Hebræo ſic habetur. Chaldæus dixit: Moleſtus adeò fuit fletus oculi mei, vt noceat animæ meæ, propter deſolationem prouinciarum populi mei, & deturpationem filiarum Ieruſalem vrbis meæ.

De Ieremia. 37. *Venatione.*] Redit Ieremias ad referendas ærumnas ſuas, de ſe enim loquitur, vt animaduertunt Origenes, Rupertus, Dionyſius, & Vat. tum etiam Hugo, & Lyra, probant autem Origenes, & Dionyſius, quia de populo dici non poteſt captum eſſe ab inimicis gratis, cum meritiſſimè fuerit in captiuitatem ductus, quod tamen rectè conuenit Ieremiæ, D cui abſque vlla cauſa inſidiabantur inimici. Ieremiam ergo per inſidias nihil tale cogitantem conciues ſui comprehenderunt quaſi auem: dicit enim Ierem. 11. Et ego quaſi agnus *Ie. 11. 19.* manſuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia cogitauerunt ſuper me conſilia. & cap. 37. cùm iret in patriam ſuam, cuſtus comprehendit eum, dicens, ad Chaldæos profugis: *Ie. 37. 12.* & principes cæſum miſerunt in carcerem. & ingreſſus eſt in domum laci, & in ergaſtulum, & ſedit ibi diebus multis. Gratis ait, ſine cauſa, iuxta omnium expoſitionem, quia nihil eos læſeram, & multis iuueram, vt explicant Origenes, & S. Thomas, non id commerueram: aut quia nullum fructum, nullum commodum ex meo malo erant percepturi. Verum Theodoretus, Hugo, S. Thomas, & Lyra de populo à Chaldæis ca- *De populo.*

pto hæc exponunt, de quibus dictum eſt Ierem. 16. Poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos. *Ier. 16. 16.* Sic Sedeciam cum alijs fugientem, 4. Reg. 25. comprehenderunt: quæ vero adijcit *4. Reg. 25. 6.* allegoriam continent, qua malorum pondus immenſum, quod ſuſtinuere Babylone, declarat: vt illud Dauid Pſ. 68. Saluum me fac Domine, *Pſal. 68. 1.* quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam: infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia: veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me: & non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. & Pſ. 87. Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in *Pſ. 87. 7.* vmbra mortis.

38 *Lapſa eſt.*] De Ieremia id factum ſcribitur ca. 37. *Ier. 37. 14. & 38. 6.* & 38. Eſt autem verbum Hebræum hîc, quod ſignificat, ſtrinxerunt in fouea vitam meam, aut ita addixerunt, vt nulla ſpes redemptionis ſupereſſet: ideo Lxx. dixerunt, occiderũt, quod ſpe omni ſalutis priuatus, ibi quaſi mortuus fuerit. Poſuerunt lapidem ſuper me, ſuper lacum, aut foueam, vt Danieli accidit, Dan. 6. Chaldæus, *Dan. 6.* Pagn. & Vat. ex Hebræo, proiecerunt lapidem in me, alium ſenſum innuunt, quod iecerint lapides contra ipſum, nam cæſus fuiſſe dicitur cap. 37. *Ier. 37.*

Inundauerunt aquæ: tribulationum videlicet, & ærumnarum cum poſitus eſſem in lacu, & fortaſſe quia in cœnum demiſſus eſt, & vt ait Ioſephus, vſque ad collum, ſe ipſum nutat huc ad literam paſſum. Perij, in Hebraico eſt: exciſus ſum, de mundo videlicet, quia vita ſtaminis inſtar exciditur, vt Iſa. 53. dicitur, Abſciſus eſt de *Iſa. 53.* terra viuentium: & cap. 38. Exciſa eſt, velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer ſuccidit me: *Iſa. 38.* quod de ſua Clotho dixere Gentiles. Lxx. repulſus ſum, verterunt, vt in Pſ. 87. Sicut vulnerati *Pſal. 87.* dormientes in ſepulcris, quorum non es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt, vel exciſi.

Chriſtus variis inſidiis comprehenſus eſt à Iudæis abſque vlla cauſa, & occiſum eum, abſconderunt ſepulcro, quaſi non amplius victurum, *De Chriſto.* & poſuerunt lapidem ſuper eum, aquis tribulationum coopertus eſt, donec abſciſus eſt de terra viuentium. *Iſa. 53.*

39 *Inuocaui.*] De ſe ipſo Ieremiam exiſtimãt loqui Chaldæus, Olympiodorus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, qui in lacum coniectus, eſt, & deſcendit in cœnum Ier. 38. & inde eſt liberatus. *Iere. 38.* Alij intelligunt de carceribus ſubterraneis, in quos à Babylonijs coniecti ſunt Iudæi. Theodoret. S. Tho. & alij loca horrentia, in quibus habitabãt, accipiunt, aut afflictiones maximas, in quibus verſabantur: vt illud Pſ. 87. Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in vmbra mortis. *Pſa. 87.*

Lacus nouiſſimus Hebraicè תחתיות Tabbtiioth, lacus inferiorum, ſeu interiorum dicitur, vt Ezec. 31. 14. omnes traditi ſunt in mortem, ad terram *Eze. 31. 14.* inferiorem, in medio filiorum hominum, ad eos, qui deſcendunt in lacum, Pſ. 138. 15. Et ſubſtantia *Pſal. 138. 15.* mea in inferioribus terræ: ſic modo de lacu inferiorum, & capitur pro ſuperlatiuo de lacu intimo, aut infimo, vt vertunt Lxx. aut de lacu, profundo. Sicut in Euangelio Matth. cap. 8. 22. & 25. tenebras exteriores vocat Chriſtus extimas ſeu extremas, hoc eſt obſcuriſſimas, profundas, de quibus *Matt. 8. 22. 25.* dixit Iſaias capite decimo quarto. Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum laci, *Iſa 14. 15.* hoc eſt,

hoc eſt, non ſolum ad infernum, ſed ad inferorum vltimum, vt explicat ibi Hieronymus.

40. *Vocem meam.*] Hebraicè legitur: Vocem meam audiſti, ne abſcondas aurem tuam reſpirationi meæ, clamori meo. aut, inquit: Audiſti vocem meam hanc, nempe, ne auertas aurem tuam, & cetera: aut melius, vt Chaldæus, S. Thomas, & Dionyſius, argumento à pari vtitur, tunc cum eram in lacu audiſti vocem meam, & liberaſti me per illum Eunuchum, nunc ergo audi etiam me. vel tertio: Audiſti vocem meam, vt aſſoles, verùm deduc ad finem hoc beneficium, & ne deinceps obtures aurem tuam, cùm clamem ad te. Quanuis autem eadem præpoſitio, præfixa ſit vtrique illi nomini, nempe, ל, & vel vterque ſit caſus dandi, vel accuſandi cum præpoſitione, ad, aut auferendi cum, à: At Chaldęus, Dauid Kimhius, Abraham, Pagninus, & Vatablus diuerſimodè vertunt: Ne auertas aurem tuam propter reſpirationem meam, ad clamorem meum: aut vt Chaldæus: Ne auertas aurem tuam ad reſpirationem meam propter petitionem meam, hoc eſt: Ne abſcondas aurem tuam, quin eam præbeas clamori meo, vt habeam quo reſpirem, qoia nulla in humanis reſtat reſpiratio. Hanc vero Septuaginta vocarunt precem, Vulgatus, ſingultum, quia in emiſſione ſpiritus fit, & efflatione: recte ergo dixerunt Septuaginta apud Theodoretum: Ne obturaueris aures tuas ad deprecationem meam, & ad vociferationem meam, & Vulgatus à ſingultu, & clamoribus, hoc eſt: Ne abſcōdas aurem tuam, quin audias deprecationem meam, ſingultum meum, & clamorem meum.

Ratio poſtulandi.

Appropinquaſti. Hoc eſt, prope fuiſti, vt opem ferres, & liberares per Eunuchum Abdemelech, qui me eduxit de lacu. Ierem. 38. ſic intelligit Chaldæus, & Hugo.

Iere. 38. 7.

Chriſtus inuocauit Patrem de limbo, & quoniam ſciebat quod ſemper ſe Deus exaudiret, orat vt ſe orantem audiat, & ſuſcitet: prope illi fuit reſuſcitans à mortuis: dixitq; ne iam timeas.

De Chriſto.

41. *Iudicaſti.*] De perſona Ieremiæ hæc omnes ferè exponunt, Chaldæus, Origenes, Rupertus, Hugo, Lyra, Dionyſius, & Vatablus: loquitur de cauſa ſua, quando conciues inſidiabantur Ierem. cap. 18. & cap. 20. & 28. Iudicauit dominus cauſam Ieremiæ cum pſeudoprophetam Hananiam interfecit, & cum regem cum principibus, qui miſerunt eum in lacum cap. 38. ex quo eripuit eum Deus, medio Abdemelech, & poſteà omnino iuſſu Nabuchodonoſoris per Nabuzardan. Ierem. 39. & 40. ſed R. Salomon, & S. Thomas, tum etiam Hugo de populo explicant, qui ex relatione præteritorum beneficiorum, quibus liberatus eſt ab aduerſariis, vt à Pharaone, & aliis multis, quos legimus in libris iudicum, & regum, poſtulat à Chaldæis ſimiliter eripi, & eos rogat puniri, qui verbo, & opere multa moliuntur illi mala.

De Ieremia. Ier. 18. 29 & 20. 7. & 28. 10. 17. Ier. 38. 6. 39. 21. & 40. 1.

¶ Hæc etiam Chriſtus aduerſus Iudæos loquitur: Decertaſti cauſam meam, & reſtituiſti mihi vitam ereptam ſuſcitando me, vidiſti quàm iniqoè ſe geſſerint aduerſum me, odium eorum, & quæcunque moliebantur: iudica ergo vſque ad finem iudicium meum.

De Chriſto.

42. *Audiſti opprobrium.*] Et hæc item de ſe dicere prophetam omnes ferè agnoſcunt, quanuis Lyra de populo de Chaldæis conquerenti explicet. Sic enim factum eſſe cum Ieremia, deflet ipſe capite 18. & dixerunt: Venite cogitemus contra Ieremiam cogitationes, venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuerſos ſermones eios. Seſſionem eorum, & reſurrectionem eorum vide. Hoc eſt, iam vides quod tum quando ſedebant, tum quando ſtabant, ego eram materia canticorum eorum: vel per metonymiam, quia ſedere otiantium eſt, ſurgere volentium aggredi negotium aliquod; ſiue cum in otio erant, ſeu cum in aliquo negotio, in me dicta, iocoſq; iaciebant. Pſalm. 138. Tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam: vel demum quia ſedere hoc propriè eſt eorum, qui ſunt in officio, aut dignitate conſtituti, nempe iudicum, & principum, vt 1. Reg. 2. 12. Salomon ſedit ſuper ſolium Dauid: & Pſal. 47. 9. Deus ſedit ſuper ſolium ſanctitatis ſuæ, ideò ſeſſio propriè dicetur de iudicibus, qui ſeria tractant, & reſurrectio, ſeu erectio, à ſeriis ceſſare, ſeu feriari: vt ſit ſenſus, ſiue cùm ſeria tractarent, more conſulum, & principum, ſiue à ſeriis tractandis ceſſarent, ſemper de me fabulabantur: cùm in tribunali erant, & cum extra, ſemper de me loquebantur deſtruendo, & irridendo: ſic Pſ. 68. Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta, ideſt, qui in loco iudicibus conſtituto ſeria tractantibus, & in me pſallebant qui bibebant vinum, ideſt, qui genio indulgebant, & otioſi erant, nam ex hoc vno otij ſigno voluit cetera ſignificare.

Ier. 18. 18. Seſſio, & reſurrectio quid notent. Pſ. 138. 2. 1 Reg. 2. 12. Pſ. 47. 9. Pſ. 68. 13.

Hæc omnia rectè conueniunt Chriſto, & dicuntur de his, quæ paſſus eſt à Iudæis, qui opprobriis variis affecerunt eum, & multi in illum mohebantur; denique, & Principes cum ſenioribus concilium faciebant frequenter, & otioſi de illo confabulabantur.

43. *Vicem.*] Æquam mercedem rependes eis, quæ reſpondeat factis eorum. Haoc nempe, ſcutum cordis, laborem tuum. Dabis eis ſcutum cordis. Periucunda hîc paranomaſia eſt in Hebræo cum maximo ſermonis lepore, grataque elegantia, quæ ſermone Græco, aut Latino exprimi non poteſt. Sunt enim hîc duæ voces ſimiles in Hebræo נגינה Neghinah, pſalmus, carmen, aut canticum, & מגנה Meghinah, ſcutum cordis. Petit ergo, vt huiuſmodi rependatur viciſſitudo, nempe vt pro Neghinah detur illis Meghinah. Significat autem nomen hoc ſcutum, aut clypeum cordis, & interpretante Chaldæo, Dauide Kimhio, Pagnino, & Vatab. ſignificatur dolor, mæror, aut vexatio, aut afflictio cordis; circūcinctio, aut compreſſio cordis, quam tegumentum, aut operimentum cordis, lethalem certè infirmitatem, vertunt etiam prædictus Dauid, Ioſeph Kimhius, & Vatablus, quo in re ipſa apta ſit viciſſitudo, dum eos, qui lætitia cordis exhilarati de alienis malis gaudebant, iuſtiſſimè mœror cordis occupet, vt de alienis malis lætari deſinant. Alij variè applicant ſimilitudinem: nam Hugo, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus obdurationem, ſeu excæcationem cordis, ſeu obſtinatum cor, vel velamen excæcans intelligunt, aut ignorantiam, & incredulitatem, vt Rupertus, & Vatablus iuxta illud Iſa. capite ſexto verſu decimo, excæca, Hebraicè, impingua, craſſum redde, & obtuſum cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude. Quàm grauiter fuerint vexati, & corde compreſſi qui Iere-

Paranomaſia lepida. Irriſoris ſupplicium. Iſ. 6. 10.

tuiam ſunt perſequuti conſtat: nam Sedecias, qui A
eum in lacum miſit, captus eſt,& oculis effoſſis exc-
cæcatus: principes etiam qui ad id impulerunt
ſimul ſunt capti,& occiſi. Ierem. capite quinqua-
Ier 52. 1 gesimo ſecundo, & Phaſur ſacerdos captiuus du-
& 10. 6. ctus eſt Babylonem, & ibi mortuus, capite vige-
ſimo. Itaque de Ieremia ipſo hæc dici fere omnes
intelligunt, præter Theodoretum, Sanctum Tho-
mam, & Lyram, qui hoſtibus Chaldæis imprecari
putant exitium per Cyrum, & Darium adducen-
dum.

44. *Laborem tuum.*] Nomen Hebræum תאלה Taalah, maledictionē,& execrationem ſignificat, vt vertunt, Tigurina, Pagninus, cum aliis, quaſi perat, vt nihil Iudæis proſperè contingat, imo omnia infeliciter ſuccedant, qui prophetam opprobriis ferebant. B Dabis, inquit, execrationem tuam eis: & videtuc appoſitum hoc nomen ad explanandum ſcutum cordis. Dabis eis ſcutum cordis, vel operimentum cordis, tuam, ſcilicet, maledictionem, quæ cor eorum contegat,& adurat. Qua forma loquendi dixit Dauid Pſalmo centeſimo octauo, verſu decimo octauo: Et induit maledictionem ſicut veſtimentum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius,& ſicut oleum in oſſibus eius, fiat ei ſicut veſtimentum, quo operitur,& ſicut zona, qua ſemper percingitur: & verſu vigeſimo nono: Induantur qui detrahunt mihi pudore,& operiantur ſicut diploide confuſione ſua. Ex Hebræo tamen vtrunque nomen ab eodem verbo regitur per zeugma, laborem tuum eis, ſupple dabis: & Septuaginta, Chaldæus, & Vulgatus laborem verterunt, ſeu defatigationem. C Poteſt autem labor, ſeu defatigatio ipſius Dei per metaphoram intelligi, quo ipſe dicitur laboraſſe, aut eſſe defatigatus, ad hunc ſenſum, fac laborent ipſi pro labore, quo te fecerunt laborare in peccatis ſuis, dum tibi obedire noluerunt eos ſæpè admonenti, iuxta illud Iſa. capite primo, verſu decimo quarto: Laboraui ſuſtinens. Et Ierem. capite ſexto, verſu vndecimo.

Pſ. 108. 18. — *Labor Dei qualis.* — *Iſ. 1. 14. Ier. 6. 11*

A Et Malach. capite ſecundo verſu decimo ſeptimo: Laborare feciſtis dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis, in quo dum fecimus laborare? in eo quod dicitis, omnis, qui facit malum, bonus eſt in conſpectu domini,& tales ei placent. Et ita intellexere Rupertus, Hugo, Sanctus Thomas, & Dionyſius. Aut laborem tuom da eis, hoc eſt, ſentiant manum tuam ducam, & defatigantem eos, & ſic accepit Chaldæus afflictio tua fatigabit illos. Lyra verò,& Dionyſius cum eo, intelligentes hæc dicta contra Chaldæos, laborem accipiunt pro eo, quo laborarunt Iudæi obſeſſi, & capti à Chaldæis, qui labor, quia ſeruorum Dei eſſe dicitur, vt illud Actuum capite nono: Saule, Saule, quid me perſequeris? Et Zachar. capite ſecundo dixit: Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. B Sed prior ſenſus eſt verior,& germanior. Quomodo autem hæ imprecationes ſint intelligendæ diximus iam cap. primo.

Malac. 2. 17. — *Act. 9. 4. Zac. 2. 8.*

45. *Perſequeris.*] Sic ferè Pſalm. octuageſimo ſecundo dictum eſt: Deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti, ſicut ignis qui comburit ſyluam, & ſicut flamma comburens montes: ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in furore tuo turbabis eos. Comparat enim furorem igneo vapori, & halitui flammeo è naribus emiſſo, qui ſtipulam adurit. Aut furore, tanquam caligine immiſſa, vt quo fugiant, non videant, perſequeris, iuxta dicta ſuperius, verſu quadrageſimo ſecundo: Operuiſti in furore,& percuſſiſti. De ſub cælis domioe, vt Septuaginta, Vulgatus, Tigurina, & Pagninus: Vel de ſub cælis domini, vt Chaldæus, C & Vatablus accepto antecedente pro relatiuo, de ſub cælis tuis, vt ſæpè vſu venit in ſcriptura ſacra: hoc eſt, penitus delebis, vt nuſquam appaceant. Quod completom eſſe conſtar, nam per 70. annos omnes Ieremiæ inimici perierunt, nec vllus in terram ſuam regreſſus eſt, quemadmodum in deſerto per annos quadraginta generatio illa praua, atque peruerſa præter Ioſue,& Caleb omnis periit,

Pſ. 82. 16. — *Cōpletio Prophetiæ.*

PARAPHRASIS.

Anno 11 Zedeciæ.

1 Q*VOMODO aureus ille templi ſplendor obſcuratus eſt, & emicans ille color in nigrū mutatus eſt? Quomodo precioſi lapides ſanctuarij diſperſi ſunt per compita omnium platearum?*

2 [2] *Filij Sion inclyti, qui ſimiles erant forma auro puro, quomodo in tantam deformitatem, ac vilitatem peruenerunt, vt pro vaſis teſtaceis haberentur figuli manibus efformatis.*

3 *Quid referam matrum crudelitatem? Nam cum* [1] *lamiæ, immanes feræ, nudent nihilominus mammas ad prebendum lac catulis ſuis, fœminæ tamen Ieroſolymitæ ad miſericordiam natæ, & educatæ, neceſſitate famis vrgente, ita fuere crudeles in filios ſuos, vt non ſolum lac illis negauerint, ſed & eos à ſe depulerint* [4] *ſtruthionis inſtar deſerto aſſueti, qui pullorū ſuorum curam negligit.*

4 *Lactentium infantium linguâ, cum ob inediam ma-*

CAPVT QVARTVM.

Q VOMODO obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum. 1 *Aleph.*

[2] Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli? 2 *Beth.*

Sed & [1] lamiæ nudauerunt mammam, lactauerūt catulos ſuos: filia populi mei crudelis quaſi [4] ſtruthio in deſerto. 3 *Ghimel.*

Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. 4 *Daleth.*

Qui veſcebantur [5] voluptuosè, interierūt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. 5 *He.*

Et [3] maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ ſubuerſa 6 *Vau*
eſt in

eſt in momento, & non ceperunt in ea ma-
nus.
| [6] Candidiores Nazaræi eius niue, niridio-
7 *Zain.* res lacte, [8] rubicundiores ebore antiquo,
[9] ſaphiro pulchriores.
8 *Heth.* | [10] Denigrata eſt ſuper carbones facies eo-
rum, & non ſunt cogniti in plateis: adhæſit
cutis eorum oſſibus: aruit, & facta eſt, quaſi
lignum.
9 *Teth.* | [11] Melius fuit occiſis gladio, quam interfe-
ctis fame: quoniam iſti extabuerunt con-
ſumpti à ſterilitate terræ.
10 *Iod* | [2] Manus mulierum miſericordium coxe-
runt filios ſuos: facti ſunt cibus earum in
contritione filiæ populi mei.
11 *Caph* | [3] Compleuit dominus furorem tuum, ef-
fudit iram indignationis ſuæ: & ſuccendit
ignem in Sion, & deuorabit fundamenta
eius.
12 *Lamed* | Non [14] crediderunt reges terræ, & vni-
uerſi habitatores orbis, quoniam ingre-
deretur hoſtis, & inimicus per portas Ieru-
ſalem.
13 *Mem* | Propter [15] peccata prophetarum eius, &
iniquitates ſacerdotum eius, qui effude-
runt in medio eius ſanguinem iuſtorum.
14 *Nun* | [16] Errauerunt cæci in plateis, polluti ſunt
in ſanguine: cumq; non poſſent tenuerunt
lacinias ſuas.
15 *Samech* | [17] Recedite polluti, clamauerunt eis: re-
cedite, abite, nolite tangere: iurgati quip-
pe ſunt, & commoti dixerunt inter gen-
tes: non addet vltra, vt habitet in
eis.
16 *Phe* | [18] Facies domini diuiſit eos, non addet
vt reſpiciat eos: facies ſacerdotum non
erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt.
17 *Ain* | [19] Cum adhuc ſubſiſteremus, defecerunt
oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum,
cum reſpiceremus attenti ad gentem, quæ
ſaluare non poterat.
18 *Sade* | [20] Lubricauerunt veſtigia noſtra in itine-
re platearum noſtrarum, appropinquauit
finis noſter: completi ſunt dies noſtri: quia
venit finis noſter.
| [21] Velociores fuerunt perſecutores no-
19 *Coph* ſtri aquilis cœli: ſuper montes perſecuti
ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt no-
bis.
20 *Res.* | [22] Spiritus [23] oris noſtri Chriſtus Do-
minus captus eſt in peccatis noſtris: cui
diximus: in vmbra tua viuemus in gen-
tibus.
21 *Sin.* | [26] Gaude, & lætare filia Edom, quæ ha-
bitas in terra Hus: [27] ad te quoque per-
ueniet calix, inebriaberis, atque nudabe-
ris.

terna vbera exaruiſſent, adhæſit ad palatum præ ſiti: paruuli verò, quorum grandiuſcula ætas ſolidiori cibo nutrienda erat, petierunt panem, & nemo erat qui porrigeret.

Quid autem de nobilibus loquar? qui cùm [5] opiparè epularentur, in locis publicis interempti fame iacuere. Qui in croceis erant enutriti, in fimo, lutoque procubuerunt.

[6] *Grauior certè, ex pœna illi inflicta, conſtat eſſe, iniquitas populi mei peccato Sodomorum. Sodoma enim non diu obſeſſa eſt, ſed in momento ſubuerſa: nec ad id neceſſariæ fuerunt vllæ hoſtium manus.*

Vrbe in ſuo ſtatu permanente, Nazaræi eius niue [7] candidiores erant, ac mundiores, lacte nitidiores, [8] rubicundiores forma ebore antiquo ſubrubeſcente, pulchriores ſpecie, quàm ſi exciſi fuiſſent [9] è ſapphiro.

Nunc verò illorum forma ipſa carbonum [10] nigredine obſcurior, adeò vt cum per plateas incederent, non agnoſcerentur. Adhæſit oſſibus cutis, arida facta quaſi lignum.

Ac ſi mala inter ſe ſunt conferenda, [11] meliore fuere conditione, qui pro patria pugnantes gladio interierunt, quàm qui inedia conſumpti ſunt: hi enim, quòd deficerent fructus ex agris, tabo paulatim manente, perierunt.

Illud verò facinus teterrimum fuit, quod [12] manus mulierum, quæ natura ſua ad miſericordiam ſunt propenſæ, & quod plus eſt, matres, coxerunt filios ſuos, & in hac tanta contritione filiæ populi mei, delicatum inde ſibi cibum pararunt.

[13] *Compleuit iam dominus omnem vltionem, quam ex furore ſuo immittendam conceperat, effudit iram indignationis ſuæ, & ſuccendit ignem in Sion, quo non tantum muros, ſed ipſa quoque fundamenta combuſſit.*

Nunquam [14] credidiſſent reges terræ, neque omnes habitatores orbis, quod vllus hoſtis, vllusve inimicus ingredi potuiſſet per portas Ieruſalem.

Niſi id meruiſſent [15] peccata prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius, qui in illius medio ſanguinem iuſtorum effuderunt.

Quo ſanguine polluti, vt cæci, [16] oberrarunt in plateis, cumque iter tenere non poſſent, aliorum lacinias tenuerunt ad rectum iter duci poſcentes.

At hi, quorum laciniæ erant, à ſe reiecerunt, dicentes, [17] recedite polluti iuſtorum ſanguine, recedite, abite à nobis, & noſtras veſtes nolite contingere. Propter iurgia, inter ſe dixerunt, Iudæos è patriis ſuis commotos, & vagos per alienas regiones oberrare, neque poſthac fore vt eorum Deus habitet inter illos.

[18] *Facies irata domini diuiſit, ac diſſeminauit eos inter gentes, neque vltra miſerebitur eorum, quia nec ipſi ſacerdotum vultus reueriti ſunt, nec ſenum miſerti.*

y [19] *Cum adhuc integri ſubſiſteremus deficiebant noſtri oculi, intenti ad vanum auxilium Pharaonis, quod nobis pollicebamur, cum auxiè expectaremus ad gentem Ægyptiam, quæ nullam opem, nullam ſalutem erat allatura.*

[22] Completa eſt iniquitas tua filia Sion, non addet vltra, vt tranſmigret te: viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua. 22 Theo.

x [20] *Præcluſi ſunt greſſus noſtri, ne per plateas noſtras incederemus. Acceſſit tandem præſtitutus à Deo finis noſter: completi ſunt dies, quibus ſumus mactandi, exitus noſter adeſt.*

p *Iam verò cum capta vrbe fugiſſemus,* [21] *velociores erant, qui perſequebantur nos aquilis celi, ad montes ipſos fugientes ocyſſimè inſectabantur, in deſerto inſidiabantur nobis.*

ר *Illud autem dolorem auget, & calamitatem vehementer, quod* [22] *ſpiritus* [23] *oris noſtri, per quem ſpiramus, & viuimus, Chriſtus dominus* [24] *in peccatis noſtris, tanquam in laqueis captus eſt, de quo dicere ſolebamus, ſub patrocinio* [25] *vmbræ illius nos victuros foreiʃter inimicas gentes.*

ש *Tu vero gens Idumæa noſtræ genti ſemper inimica, quæ incolis terram Hus,* [26] *gaude, ac lætare, vt lubet: nam* [27] *ad te quoque calix iræ domini perueniet, inebriaberiſque ab eo vſque ad vomitum, & diſcooperietur turpitudo ſcelerum tuorum.*

ת [22] *Completa eſt iam, & conſumata pœna iniquitatis tuæ popule Sion: non vltra te duci patietur dominus in captiuitatem. At, ô Idumæa, quæ Sioni ſemper fuiſti infenſa, dominus puniet iniquitatem tuam, & peccata tua omnibus reteges.*

ARGVMENTVM.

DE huius Lamentationis argumento non minor eſt concertatio, quam
1.ſentēt. præcedentis. Nam Rupertus c.85. nec abnuunt Hugo, & quidam alij,
de Iudæorum excidio per Romanos facto exponunt hoc caput, in cuius fine
2.ſentēt. ponitur illius cauſa, nempe Chriſti interemptio. At Hebræi, vt R. Salomon,
& qui eos ſequuntur, Hugo Cardinalis, Lyra, Dionyſius, & Iſidorus, Ioſiam
2.Para. 35. dicunt eſſe huius cantici materiam, cuius necem defleuit Ieremias, vt refertur
2. Paral. 35. nam vno intuitu & regis optimi adminiſtrationem fælicem, & regni ſtatum pacatum conſiderans, deinde proſpiciens peſſimos filiorum eius mores, quibus vniuerſus populus contaminatus eſt, & extremum propter eos adductum excidium, tantam populi mutationem lamentatur, & eius cauſam, nempe Ioſiæ interitum, illo v. Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus
3.ſentēt. captus eſt in peccatis noſtris: Paulus Burgenſis exiſtimat templi euerſionem,
4.ſententia verior. diuinique cultus deſtructionem præcipuè defleri à Ieremia. At vniuerſalius Euſebius, Theodoretus, Hugo etiam, Bonauentura, & Dionyſius, huius capitis argumentum eſſe putant deplorandam populi illius mutationem ex ſuperiori ſtatu tam omni ex parte fælici, in tam miſerum, & infælicem. De explicatione autem illius verſus dicemus, cum ad eum explicandum perueniemus.

COMMENTARIVS.

1. QVOMODO.] De motatione facta in templo, dom igne per Chaldæos concrematum in nigredinem cooouerſum eſt, intelligunt hunc locum Chaldæus, Rabanus, Hugo, & Dionyſius: & eſt ſenſus planus, & verus: Nam de copia auri, & pulchritudine, qua templum erat contectum, ſic dicitur 3. Regum 6.20. Et operuit oraculum, atque veſtiuit aoro poriſsimo. Domum qooqoe ante oraculum operuit auro puriſsimo, & affixit laminas clauis aoreis: nihilqoe erat in templo, qood non aoro tegeretur. Latius hæc referuntur 2. Paralipom. 3. Nomine autem lapidum Chaldæus videtur intelligere precioſos, vt Rabanus, quibus ornabantut veſtes Pontificis. Sed ſimplicior Hugonis, & Dionyſij expoſitio eſt, intelligentiom lapides, quibus extructum erat templom. Hi enim, qood fuit miſerrimum, & execrandum, per vrbis plateas eraot diſperſi. Cum 1. Machab. 4.46. demoliti altaris lapides repoſuerint ſacerdotes taoquam ſacros io monte domus in loco apto: quoadusque veniret Propheta, & reſponderet de eis. Ceteri nihilominos hæc volunt dicta per metaphoram, vel de mutatione facta ex pietate maiorom, ae religione, in formam poſterorum impietatem,

3.Reg. 6.20.

2.Para. 3.4.

1.Mach. 4.46.

Senſus metaphoricus.

tatem, & incredulitatem, apud quos viguit idololatria, vt intelligunt Theodoretus, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius, auro optimo ſtatum regni ſub Ioſia explicantes, quod mutatum eſt ſub filiis eius. Lapidum autem nomine, vel ciues diſperſos per gentes, vt S. Thomas, vel filios Ioſiæ, vt Lyra, vel templi miniſtros, vt Dionyſius intelligunt, vel de claritate, & nobilitate vrbis ex claris viris profecta, ex principibus nempe, quibus tanquam auro reſplenduit ciuitas, ſacerdotibus, & leuitis, qui erant lapides ſanctuarij, vt Olympiodorus, & Vatablus exponunt, vel de filiis ipſis Sion, qui cum eſſent inſtar precioſorum lapidum templi, præ fame deficiebant in capite omnium platearum, vt

Th. 2.11 dictum eſt cap. 2. verſ. 11. & 12. 19. & 21. Sic autem

Iere. 14. 16. prophetauerat Ieremias cap. 14. Et populi, quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ieruſalem præ fame, & gladio, & non erit qui ſepeliat eos. Et

Iſ. 51. 20 Iſaias capite 51. Filij tui, inquit, proiecti ſunt, dormierunt in capite omnium viarum ſicut oryx illaqueatus, pleni indignatione domini.

Eſt autem aduertendum nomen כתם Cerhem Septuaginta tranſtuliſſe ἀργύριον argentum, quia forte in Hebræo legerunt כסף. Vulgatus ſæpe ſo-

Dan. 10. 5. let vertere aurum, vt Daniel. cap. 10. verſ. 5. Et lumbi eius accincti auro obrizo, vt hîc etiam alij ex interpretibus, mutauit ſe aurum optimum. Verum hoc loco Vulgatus pro tinctura accepit, ex qua color optimus efficiebatur, aut coccineus, aut

Iob. 28. 16. hyacinthinus, vt idem vertit Iob. cap. 28. verſu 16. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, ſequutus Aquilam, qui nomen hoc βαμμα, hoc eſt, tincturam ſolet transferre: nam & Hebræis nomen notam, ſeu maculam ſignificat, vnde & verbum deductum deſcribere, ſignare, aut imprimere notam ſignificat: atque ita hîc dicit, quomodo mutauit ſe nota illa optima, qua notata erat, aut inſignita in-

Ier. 2. 22 terior templi facies? ſic Ierem. cap. 2. verſ. 22. quod dixit Vulgatus: Maculata es in iniquitate tua, Hebraicè dicitur, ſignata eſt, aut impreſſa, aut facta inſignis iniquitas tua coram me, & fulgida vt aurum. Chaldæus ſic dixit, mutata eſt forma inſignis palatij.

De ſtatu peccatorum. Et quidem tanta vrbis, gentiſque mutatio commode refert populi fidelis, & cuiuſque animæ de felici gratiæ ſtatu in turpem ob peccatum mutationem, cui ſingula, quæ hîc dicuntur, applicare difficile non erit: aut ſi mauis conferre triſtem ſtatum eorum, qui in inferno cruciantur, cum delicioſo, quo in hac vita fruiti ſunt: nam dæmonum inſtar lamiarum, & ſtruthionum, ferociæ traditi ſunt, vt qui in hoc mundo voluptuosè veſcebantur, ſtercore præ fame gauderent: omnis eorum ſplendor, & gloria in atram nigredinem conuerſa ſunt. Itaque Deus quicquid fuerat comminatus compleuit in eis.

2. *Filij Sion.*] De omnibus Iudæis loquitur, qui forma præſtabant, vt Chaldæus intelligit: vel opibus, vt Origenes, Hugo, & Dionyſius: quos Lyra putat eſſe filios Ioſiæ, qui habitabant in monte Sion, & regio more inſtituebantur. Theodoretus, & Sanctus Thomas, hîc explicari putant quæ dicta ſunt in primo verſu: nam illi qui ſapientia, & pietate prius precioſi erant, vt aurum, & lapides, diſperſi ſunt, & ignobiles facti vt vaſa teſtea. Eſt

Alluſio nominũ grata. enim nominum alluſio, ſiquidem & lapides precioſi אבנים היקרים Abanim Haiecarim Hebraicè vocantur, & filij inclyti, ſeu precioſi ſimiliter Banim Haiecarim dicuntur, quod illis tanquam lapidibus domus familiarum ædificentur, & con-

Ex. 1. 21 ſtruantur. Vnde Exod. 1. Ædificauit obſtetricibus domos, hoc eſt, filios tribuit, & genus propagauit. Amicti auro primo Hebræum participium מסלאים Malulaim à Sala æquiparari ſignificat, vel æſti-

Iob. 28. 16. 19. mati, aut comparati, vt Iob. 28. 16. non conferetur: & 19. Nec tincturæ mundiſſimæ cõponetur: & ita accepit Chaldæus, cum dixit, qui pulcherrima erãt forma ſimiles auro puro: & Septuaginta ἐπηρμένοι ἐν χρυσίῳ eleuati in auro, hoc eſt, elati vt aurum,

Nazianzenus. aut qui opponebãtur auro, vt Nazian. legit in oratione 1. de pace; aut qui è contrario appenſi erant auro, quaſi in ſtatera, vt Olympiodorus: quod eſt, qui precioſiores erant auro, aut ſuperabant aurum, vt Origenes, & Theodoretus expoſuere, à סלל Salal, eleuare, ſeu exaltare. Vulgatus, & Tigurina tranſtulere, amicti auro primo: quia intellexerunt collationem factam eſſe cum auro, non in precio, ſed in ornatu, qui toti erant aurei, quia

Pſ. 45. 10 induti erant, & amicti auro primo, vt Pſalm. 45. 10. quod Hebraicè legitur: Aſtitit regina à dextris tuis in auro ophir, & Hieronymus tranſtulit, in diademate aureo, LXX. verterunt, in veſtitu deaurato, ſenſum ſpectantes.

Cur comparentur vaſis teſtaceis. In vaſa teſtea. Hoc eſt, ad vilitatem lagenarum teſtearum ſunt redacti, quæ vel nullius ſunt precij, & facile confringuntur, & confracta nulli ſunt vſui, quia concinnari non poſſunt, ſicut cetera metalla. Itaque qui precioſi erant ſicut aurum, flocci pendebantur ab hoſtibus, vt vas teſtaceum.

Iſ. 30. 14 Sic dixerat Iſaias cap. 30. 14. Et comminuetur, ſicut conteritur lagena figuli contritione perualida, & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea: & facto ſuo Ieremias præſi-

Ier. 19. 10. gnauit, cum cap. 19. Lagunculam teſteam confregit in valle filij Ennon. Chaldæus quoniam de pulcritudine, & forma hæc exponit: Filij Sion, inquit, qui forma erant ſimiles auro primo, quomodo obſcurati ſunt, & vultum mutauerunt, nam profani dum eos ſibi ad delicias propter formam elegerũt, pereunte pulchritudine formæ, comparati ſunt vaſis teſtaceis.

3. *Lamiæ.*] Simplicior, & verior huius verſus expoſitio eſt, quam diximus in paraphraſi, quæ eſt Origenis, Theodoreti, Ruperti, Liræ, & Dionyſij, & Vatabli: amplificat enim malum famis argu-

Senſus verior. mento à maiori: beſtiæ, & dracones quantumuis crudelitate efferatæ præbent lac catulis ſuis, & Ieruſalem non ex crudelitate, ſed ex inediæ magnitudine, & ariditate vberum, ac ſi ex crudelitate id feciſſet inſtar ſtruthionis in deſerto degentis, oblita eſt cibum præbere ciuibus ſuis, & puerulis, vt

Alter ſenſus. explicatur ſequentibus verſibus. Solus Hugo ſic exponit de ſolitudine, in quam redacta eſt Iudæa, terra enim Ieruſalem ita feris beſtiis facta eſt domicilium, vt inſtar ſit triſtis, ac crudelis ſolitudinis, in qua, & dracones, lamiæque crudeles feræ pariant, nutriant, & lac præbeant catulis ſuis, & ſtruthio moratur, vt in deſerto. Et Septuaginta quidem, & qui eos ſequuntur ex parte hunc ſenſum videntur indicare: nam cum priorem verſus partem iuxta ſenſum adductum à nobis expoſuerint: poſteriorem tamen ſic vertunt, filiæ populi mei in incurabile, quaſi ſtruthio in deſerto, hoc eſt, vt Origenes, Theodoretus, & Olympiodorus explanant, ciues populi mei, qui remanſe-

runt ad colendam terram, ita ioſirmi, ac ſi viri non A eſſent, ſed fœminæ veneront ad id quod eſt inſanabile, nempe vt errent, & vagentur, abſque vllius auxilio, non valentes auolare, ſeque etipere, vt ſtruthio errat, non potens euolare, in deſerto.

Senſus ſentens. Varùm alij, qui Hebræa verba ſit ad verbom interpretantur: Etiam dracones eduxerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei לְאַכְזָר Leacçar, ſicut ſtruthiones in deſerto, diuerſum ſenſum eliciont: nam propter articulum illum Lamed, qui datiuo ſeruit, transferunt, filia populi mei crudeli, ſupple, tradita eſt: vt ſit ſenſus: Dracones quantumuis crudeles ſint, præbent lac catulis ſuls, at filia populi mei tradita eſt hoſti crudeliori draconibus, & ſæuiori, ſimili ſtruthioni, qui ſæuus eſt in filios ſuos, eos negligens in deſerto: & hunc legendi modum habet Chaldæus, cum inquit, enutriuit congregatio populi mei vinctos crudelibus. Primus tamen ſenſus, & communis, B verus eſt; quanuis enim oomen illud uon poſſit conuenire cum uomine בַּת Bath, filia, fœmioeo, adiungi illi debet nota ſimilitudinis, filia populi mei crudeli fuit ſimilis, vel tanquam crudelis: aut potius Lamed hîc eſt præpoſitio, vt accepere Septuaginta, cum dixere: Filiæ populi mei in incurabile, aut in inſanabile, hoc eſt ad tantam ſæuitiem peruenere, vt ſtruthio in deſerto: nam &

Deuter. 32. 33. Deuteronom. capite trigeſimo ſecundo, verſu trigeſimo tertio: Vulgatus vertit, veneoum aſpidum inſanabile. Itaque erit ſenſus: filia populi mei in crudelem, euaſit ſcilicet, ſicut ſtruthio in deſerto.

Lamiæ. Hebræum nomen תַּנִּים Thanim, generale eſt, omne draconum genus ſignificans, C tam maritimorum, *Ezech. 29. 3.* Ezech. cap. vigeſimo nono, verſu tertio: Ecce ego ad te Pharao Rex Ægypti, draco magne, qoi cubas in medio fluminum eius: *Ier. 14. 6* quam rerreſtrium, Ierem. capite decimo quarto, verſu ſexto: Attraxerunt ventum quaſi dracones; qua ratione frequeoter Vulgatus tranſtulit. In hoc tamen loco ſolum lamias vertit, præter modum vertendi Septuaginta, Chaldæi, *Iſa. 34.* & aliorum interpretum. Nam & Iſaiæ capite trigeſimo quarto, ſecutus Symmachum oomen aliud, לִילִית Lilith, quod eo loci tantum reperitur lamiam vertit: alij verò Erinnim furiam. Speciali ergo lamia nomine genus ſerpentis expoſuit, *Lamia quod animalis genus.* cum & lamia piſcis ſit ex cætorum genere, qui & patit, mammaſque habet, vt ex Ariſtotele libro *Ariſtot.* primo de Hiſtor. Animalium capite quinto, & libro tertio, capite vigeſimo Guilielmus Ronde- *Rondeletus.* letus refert libro decimo tertio de piſcibus. & voraciſſimus eſt, vnde lamia à læmon guttur, ſeu gula dicitur, quod magnam habeat gulam. Eſt *Dion.* etiam nomen terreſtris draconis, de quo Dion. Chryſoſtomus Græcus Sophiſtes Traiano perſamiliaris in Lybica fabella, lamias eſſe animalia quædam in intima Africa ſcribit, muliebri facie, vberibos, totoque pectore adeo ſpecioſo, vt ipſis retectis homines in fraudem alliciant, captoſque deuorent. Corporis reliqua pars ſqoammis eſt prædura, vt frangi non poſſint, alis carent, & voce, ſed ſibilum elidunt draconum more: ac ferè ſi- *Philoſtr.* milia Philoſtratus de vita Apollonij libro quarto. Huic perſimilis belluæ, Manticora dictæ, *Cteſias.* meminit ex Cteſia. *Ariſtot.* Ariſtoteles libro ſecundo de *Plinius.* Hiſtor. Animaliom capite primo in fine. Plinius *Solinus.* libro octauo capite vigeſimo primo: & Solinus capite quinquageſimo quinto ſuæ Polyhiſtoriæ. Meminit & alrerius vultum habentis virgineum, atque à ſe in Germania viſam dicit Albertus Ma- *Albert.* gnus libro vigeſimo ſexto de animalibus. Dicuntur autem nudaſſe, ſeu detexiſſe mammam, quod ex ſquammis, quaſi ex theca quadam eduxerint, vt catulis ſuis lac præberent.

4. *Struthio.*] Seu ſtruthio-camelus, vt Symmachum vertiſſe etiam notarunt Origenes, & Chryſoſtomus, ſic etiam Chaldæus, & alij, Tigurina, Pagninus, & Vatablus. Hebraicè dicitur יַעֲנָה Iaanah, à radice עָנָה Anah, reſponſare, à voce, & planctu, quo fame, vel ſiti preſſi hi animantes ſibi inuicem reſponſant. Vel quod hæc auis à matre deſtituta vlulatus emittat in deſerto, cuius crudelitatis hîc mentionem facit Ieremias: Et Iob. *Iob. 39. 17.* cap. trigeſimo nono, id oobis ſic oſtendit, Quando derelinquit oua ſua in terra, tu forſitan in pul- *Struthionis natura.* uere calefacies ea: obliuiſcitur quod pes conculcet ea: duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui. *Albert.* De ea ſic ſcribit Albertus libro vigeſimo tertio de animalibus. Hæc aois in ſabulo abſcondit ſua oua, vt arenæ calore fota matureſcant, nam cùm implumis ſit, fouere ipſa non poteſt, tùm quòd adeò grauis eſt, vt eſſet ouis nocumento. Idqoe Iob confirmat auctoritate iam dicta. *Ælian.* Ælianus tamen libro decimo qoarto de animalibus, capite ſexto, magnos edere gemitus dicit, cum ſpiculis ferreis transfigitur, dum prohibetur à venatoribus redire in nidum ad oua ſua, quæ illi ad hominum delicias eripere nituntur. Quare ex He- *Vlula.* bræis non pauci Hebræum nomen vlulam putant ſignificare, quod nocte vlulet, *el aucillo*: nam matres harum aoium ſemper huc & illuc volant, ſuoſque dimittunt pullos, qui ob cibi defectum flent, atqoe vlulant. Sunt alij qui cuculom expo- *Cuculus Plinius.* nant, nam hæc auis, vt refert Plinios libro decimo Naturalis Hiſtor. capite nono, Græcè dicta coccix, ſemper parit in alienis nidis, atque ab vno ex pollis cibos præripi patitur, cuius comparatione ſuos damnat, vt alienos, & abſumi etiam ſe inſpectante gaudet. Eſt ergo filia populi mei ſimilis cuculis, qui ſuos filios fame enecant. Et ſi quidem attendere velimus ad nomina Latina, proprietates quæ explicantor Iob capite trigeſimo nono, Stru- *Iob. 39. 17.* thionis, his auibus non conoenient, cum coculus in nidis aliarum auium pariat, non in ſabulo: at ſi ad diuerſitatem nomioum Hebræorum, diuerſum eſt hoc animal ab illo, illud enim Iob capite trigeſimo nono, renanim dicitur, hoc autem iaanah; quare non mirum eſt, ſi illius conditiones D non conueniant huic aui. Sequenti verſu explicat in quo apparuerit crudelis filia populi ſui, quia adhæſit lingua lactentis ad palatum eius præ ſiti lactis, & paruulis non porrigebat paoem petentibus.

5. *Voluptuosè ad delicias.*] Qoi nutriebantur in croceis: nutriri puerorum eſt, & nobilium, quos reges, & priocipes apud alios nutriunt: vnde 4. *4. Reg. 10. 1.* Regum capite decimo: nutritores, ſeu nutritios Achab legimus: & Ruth. capite quarto dicitur *Ruth. 4. 16.* de Ruth fuiſſe nato Obed in nutricem, quod Vulgatus dixit, nutricis, & gerulæ fungebatur officio. Et Septuaginta verbum hic poſitum אָמַן aman, geſtare ſolent transferre, vt illud Iſaiæ *Iſa. 6. 4.* capite ſexageſimo: Filiæ tuæ de latere ſurgent, vertunt, filiæ tuæ in humeris geſtabuntur. Igitur qui à nutritoribus, aut nutricibus geſtaban-

tur

tur, aut baiulabantur in croceis veſtibus, & ſolebant nutrices amplexari, nunc amplexati ſunt ſtercora, nam magnifaciebant ſi fimeta, aut ſterquiliniarepetirent, in quibus cubarent: & ea quaſi ſtratum lectum ad delicias, amplexabantur vtraque manu, & quaſi culcitra cumplicabant ſe fimo, vel ſtercure. Hugo expunit ſtorcura culumbina ad cibum, iuxta illud 4. Regum capite ſextu: quod vendebatur quarta pats cabi columbarum quinque argenteis, ſic & Dionyſius, & S. Thumas.

Vide miſerã ſortem

4. Reg. 6. 25.

6. *Maior.*] Culpam Ieruſalem cunferri ab Ieremia cum Sodomurum culpa, illamque eſſe grauiurem ex grauiori pœnæ oſtendi, ducent ferè omnes, Chaldæus, Origenes, Theuduretus, Ropertus, ceterique interpretes. Quod argumentum pruſequitur Ezechiel capite decimu ſexto? Grauiur autem pœna fuit, quud Suduma in mumentu vaſtata, diu autem Ieruſalem, & quod in ea uun cæperont manus, in hae, & cæperunt manus Chaldæurum, vt abſuluerunt. At R. Salumun iniquitatem pru pœna accipit, mure Scripturæ. 1. Regum capite vigeſimo uctauu, Phythuniſſæ diuinare metuenti dicitur, Viuit Duminus, quuniam non eueniet tibi iniquitas propter hanc rem: quud Vulgatus vertit, nun eueniet tibi quicquam mali prupter hane rem: Ergu maiur, ait, eſt pœna pupulu meu inflicta, quàm pœna inflicta Sudumis, duplici ratiune: & quia Suduma de repente, vt dixit Symmachus, aut in mumentu ſubuerſa eſt, non longa ubſidione, vt Ieruſalem: & quia nun cæperunt in ea manus. Hebræum verbum חָלוּ Hhalu, à חול Hhul, pruprìè eſt niti ad aliqoid cum anxietate, & dulose, & ita vt honc adniſum explicent, tut ſont ditæ huius verbi interpretatiunes, qout ſunt interpretes, ſed omnes eû tendont, vt ſignificent militum manibos non fuiſſe opus ad ſubuertendam Sodumam, cum igne cælitus immiſſu fuerit vaſtata, cum cuntra acciderit Ieruſalem. Et ita Vulgatus vertit, & uun cæperunt in ea manus, hoc eſt, nou fuit opos aggredi, aut incipere eius expugnationem, aut manus cuuſerere cum Sudomitis. Septuaginta: Non laburauerunt in ea manibus, aut, & non dolere fecerunt in ipſa manus. Hue eſt, nun fuit upus in ea ſubuertenda labure manuum, aut dulore affici pugnandu. Symmachus autem: Quam non vulneraoerunt manus, quia nollius manu vulnus inflictum eſt alicui ex Sodomitis. Chaldæus transfert: Et noo manſerunt in ea, aut non habitauerunt in ea pruphetæ, qui pruphetarent, vt illam reducerent ad pœnitentiam: accepit enim manus pru pruphetia, vt ſolet ſæpe accipi in ſcriptura. Dauid Kimhi, Pagninus, & Vatablus: Et nun caſtrametata ſunt in ea, vel cuntra eam caſtra, aut exercitus: nam repente ſubuerſa eſt, non louga obſidione, vt Ieruſalem.

Cũ Sodoma collatio.

Ezech 16. 47.

1. Reg. 28. 10.

Iniquitas pro pœna.

Sodoma ſubuerſio ſubitanea, quo.

Manus pro prophetia.

Falſu ergo verbom huc pro acceperunt, expuſuere Hugo, Lyra, & Diunyſius, vt ſit ſenſus, in ea nun acceperont eleemuſinas pauperum manus, aot ſpolia manus hoſtium nun acceperunt, nam hane ſignificationem non habet Hebræum verbom.

7. *Candidiores.*] Nazaræi eius, nempe filiæ pupuli mei, hanc enim refert pronomen eius, vt conſtat ex Hebræo, & Græco. Naxaræi autem Hebraicè נְזִרִים Naçirim: hoc eſt, ſeparati, conſecrati, dicati, aut curonati. genus huminum erat in veteri lege, qui ad altiora perfectionis opera aſpirantes, Deo ſe deuouebant, vel ad tempus, vel in perpetuum, ex vtruque ſexu. Qui ad tempus ſe Deu ſeruiendu cunſecrabant, nihil guſtabant quod puſſet inebriare, aut quud ex vite procederet: nun tondebant cæſariem tutu tempure ſui Nazaræatus. Sed eo finito oblatis hoſtiis tuodebantur à ſacerdute, & comburebatur, & iam deinceps puteraot cummunem vitam agete, vt latè ſtatuitor Numeror. capite ſextu: & 1. Machabæurum capite tertiu, verſu quadrageſimu nuno: & Actuom capite vigeſimu primu, verſu vigeſimu quartu: Qui verò io æternuin dicabantur, eadem ipſa perpetuò ubſeruabant, vt patet de Sanſone Iudicum capite decimu tertiu, verſu quinto: & capite decimo ſextu, verſu decimo ſeptimu: Fertum, inquit, nunquam aſcendit ſuper caput meum, quia Nazaræus, ideſt, conſecratus Deu ſum de vteru matris meæ: ſi raſum fuerit caput meum, recedet à me furtitudo mea, & deficiam. Sicut autem tempure Nazaræatus ab iis abſtinebant, quæ venerem poſſent excitare, ſic & à fœminis. Nam de Sanſone id affirmat Auguſtinus ſermune centeſimo ſeptimu de tempore, non enim attigit Dalilam. Et de Iuanne Baptiſta conſtat, quem fuiſſe Nazaræum illa verba Lucæ capita primu, verſu decimu quintu, nus ducent: Vinom, & ſiccram oun bibet. Idq; aſſerit Epiphanius Hæreſi. 29. cuntra Nazaræus. Quanois huc in vniuerſum certom non ſit, cùm ſciamus Samuelem Nazaræum fuiſſe, quem mater promiſerit, 1. Regum capite primu, verſu vndecimo: Dabo eum dominu umnibus diebus vitæ eius, & nuuacula nun aſcendet ſuper capnt eius. Et tamen vxurem habuiſſe, ac filios ex 1. Regum capite octauu, nuoimus. Cœpere autem Nazaræi à lege lata, & perſeuerarunt vſque ad Chriſtum, & Paulum ipſum, coi dictum eſt Actuum capite vigeſimo primo, verſu vigeſimu tertio: Sunt uubis viri quatuur votum habentes ſuper ſe: his aſſumptis ſanctifica te cum illis, & impende illis, vt radant capita. Et capite decimo uctauo, verſu decimu octauo: Totondarat ſibi in cenchris caput, habebat enim votnm. Erant autem Nazaræi in tanto hovore Iudęis, & meritò, vt Amos capite ſecundo verſu vndecimo, inter ſumma beneficia eis cullata Deus annumeret: Soſcitaui de filiis veſtris in prophetas, & de iuuenibus veſtris Nazaræus: & 1. Machabæurum capite tertio, verſu quadrageſimu oonu: quaſi de re magni ponderis dicitur. Suſcitauerunt Nazaræos, qui impleuerunt dies, & clamauerunt voce magna in cælum dicentes, quid faciemus iſtis, & quò eos ducemos? Quæ umnis Nazaræorum dignitas tranſlata eſt ad vetos legis nuuæ Nazaræus, qui à ſummu illo dupl͑ici ratiune Nazaræo, & quod ex vteru matris ſit Patri cunſecratus: & quud è Nazareth dictus ſit cuſtus, flus, aut tenerum germen, omnem ſuam deſumpſere dignitatem. Ieremias ergu loquitur de his veris Nazaræis, vt ſentiont Origenes, Theodoretus, Hogo, Sanctus Thomas, & Dionyſius. Et tunc his metaphuris declarat eurum munditiem, ſanctitatem, & puritatem, ac dignitatem etiã exteroam, qua gaudebant apud pupulom, natam ex interna, quam habebant apud Deum. Com enim purius quid, & excellentius quiddam haberent in religione, Deiqoe cultu, & earum re-

Nazaræus quod hominũ genus.

Nu 6. 1.

1. Mach. 3. 49.

Act. 21. 24.

Iud. 13. 5 & 16. 17

Auguſt.

Ioan. Nazar.

Luc. 1. 15

Epipha.

1. Reg. 1. 11.

1. Reg. 8. 1.

Quo tẽpore cœpere Nazaræi.

Act. 21. 23.

Act. 18. 18.

Honor præſtitus Nazaræis.

Amos 2. 11.

1. Mach. 3. 49.

Chriſtus Nazaræus.

Ieremias de veris loquitur Nazaræis.

Cicero pro Deiotaro: Antiquiorem Deiotaro fuiſse laudem, & gloriam, quam regnum, & poſseſſiones ſuas, id eſt chariorem. Virgilius 2. Æneid.

Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla videndi.

Vbi Seruius antiqoam, ideſt, charam. Vel potius aotiquum dicit, reſpectu habito ad tempus antiquum, quo ebur minio tingi conſueuit. Rectè ergo dixit propheta de Nazaræis, rubuerunt corpore, vel ſpecie præ ebore precioſo, quod tinctum purpura in ſummo honore, ac precio habebatur apud antiquos.

9. *Sapphiro.*] Hebraicè dicitur, Sapphirus excíſio eorum. Nomine autem exciſionis, ſeu diuiſionis, Symmachus membra intellexit, quod ſint diſtincta, & diſecta inter ſe, quanuis oeruis coniuncta, & ita dixit, Sapphirus membra eorum. Chaldæus verò, ſicut ſapphirus vultos eorum. Alij ſapphirus diſpoſitio eorum, quaſi diceret, ita polchrè erant diſpoſiti, ita membris diſtincti, & efformati, ac ſi eſſent è ſapphiro. Origenes ita explicauit, qui ab aliis erant exciſi ex eis, præ electi, hoc eſt, illuſtriores ex eis ſapphiro ſimiles erant, qui cæleſti ſoo colore, & fulueſcentibus in auri colorem venis habitum illorum ſignificat, qui excellentius, ac feruentius io Dei cultu ſeſe exercebant. Verum ſimplicior, ac verior expoſitio Dauidis Kimhi, quam ſequitur Vatablus: Sapphirus exciſio eorum, hoc eſt, ac ſi exciſi eſſent è ſapphiro ob multam eorum puritatem. Ea forma loquendi, qua dicit Iſa. 51. 1. Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis. Et Paulus ad Rom. 11. 24. Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro. Et Iob 33. 6. Et de eodem luto ego quoque exciſus ſum, ſicut tu. Vulgatus ſequutus Septuaginta vertit: Et de eodem luto ego quoque formatus ſum, aot de luto efformatus es to, vt etiam ego. Et hoc eſt, qood dixit rectè Vulgatus, ſapphiro pulchriores, ſenſum magis, quàm verba ſequutos.

Senſus verus. *Iſ. 51. 1.* *ad Rom. 11. 24.* *Iob 33. 6.*

Lectio LXX. varia.

Aduertendum hîc eſt interpretationis Septuaginta variam eſſe lectionem Græcam, variam & Latinam ex illa profectam: oam quæ habetor in Complutenſi, & Regia hanc habet formam. Emundati ſont Nazaræi eios, ſoper niuem ſplenduerunt, ſoper lac coagulati ſont, ſoper lapidem ſapphiri ſucciſio eorom: & hanc interpretationem videtor ſequotua Olympiodorus, ſiqoidem legit, ſuper lac coagulati ſont. Verum Origenes diſtinxit hanc periodum, quemadmodom textus Hebraicus, & Vulgata interpretatio, hoc modo. Mundi fuerunt Nazaræi eius ſuper niuem, candoerunt ſuper lac, igniti ſont ſuper lapides, ſapphiri eeciſio eorum. Io doobus autem videtur erratum fuiſſe, primum in verbo illo ἐπυρώθησαν coagulati ſunt, cui quoniam proxime promiſſum erat ἐπὶ γάλα, vt bene cohæreret, motatum eſt verbum, & dictum, ſuper lac coagulati ſunt, atque ita opus fuit vniuerſæ huius periodi ſtructuram motare, vt mutata eſt in editione Complutenſi, & Regia cum ſimilibus. Origenes verò legit ἐπυρώθησαν, igniti, igni probati, & excocti. Verum Septuaginta com Hebræum ſequoti fuerunt, qood rubuerunt ſignificat, non potuerunt non deriuare verbum ἀπὸ τοῦ πυῤῥοῦ, quod eſt rufus, atque ita verterunt ἐπυῤῥώθησαν rubuerunt, qoomodo legit editio Vaticana, vt etiam Symmachos vertit, cùm dixit, πυῤῥότεροι rubicundiores habitu ſoper conſpicua. Deinde quod communiter legitur ἐπὶ λίθον, ſuper lapidem, in codice Vaticano addita vna litera, legitur ſuper λίθους, ſuper lapides, & textui Hebræo congruentius, niſi quod coniungitor cum ſequentibus hoc modo, rubuerunt, ſuper lapides ſapphiri exciſio eorum. Eſt autem ſapphirus, vt refert Plinios libro trigeſimo ſeptimo, capite nono, cærulei gemma coloris, aureis punctis collucens, vt etiam notauit Origeoes. Et hucuſque propheta Nazaræorum deſcripſit pulchritudinem, at in ſequenti canto in quantam deformitatem immutata fuerit, deplorat.

Sapphirus. *Plinius.*

10. *Denigrata.*] De fame hæc dici exiſtimantur, iuxta illud capitis quinti: Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facia tempeſtatum famis: ſiue loquatur de fame conſequuta obſidionem, ſiue quam patiebantur io exilio, vt volunt Chaldæus, & Hugo. Non ſont cogniti in plateis, quod inedia, & vexatio vultum eorum immutaſſet, vt de Iob dicitur capite ſecundo, verſu duodecimo: Cumque amici eleuaſſent procul oculos ſuos non cognouerunt eum.

Th. 5. 10. *Iob 2. 12.*

Et facta eſt quaſi lignom. Similitudinem refere ad cutem, ſeu pellem Vulgatus, vt ipſa pellis aroerit inſtar aridi ligni. Septuaginta referunt, vel ad ipſos Nazaræos, vt intellexere Origenes, & Olympiodorus: qui exaroerunt, & facti ſunt quaſi lignum: vel ad oſſa, quę facta ſunt vt lignom, vti habet Complotenſis editio. Et ſic habet couſuetudo ſcripturæ Pſalm. 101. Oſſa mea ſicut cremium aruerunt: facta ſine medullis, quæ irrigare oſſa dicuntur, Prouerbiorum capite tertio: Sanitas erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum. Videtur autem ſumpta ſimilitudo ex ſimilitudine vocum Hebraicarum, nam עֶצֶם Etſem eſt os, עֵץ ets lignum; quaſi dicat, Etſem factum eſt, quaſi Ets.

Pſ. 101. 4. *Pro. 3. 8.*

11. *Melius fuit.*] In Hebræo iocundus quidam lepos eſt in verborum ſimilitudine, nam חרב gladius ſimile eſt nomini רעב fames, & verbum נוב Thob, & nomen תנוב Thenob ſimilem habent radicem, & ſignificationem, nam prouentus terræ dicitur fluor illius. Vnde Pſalm. 61. verſu 11. hoc verbom vertit Hieronymus: ſequutos Septuaginta: Diuitiæ ſi affluxerint, nolite cor apponere. Sic ergo habet hic verſus: Meliores fuere interfecti gladio, quàm interfecti ſame, effluxerũt confoſſi à fluoribos agrorum: hoc eſt, à fructibus, ſeu prouentibus terræ, qui ex ipſa fluunt. Et Men, vel, à, priuat, abſque fructibus terræ. Et Vulgatus à contrario expreſſit, à ſterilitate terræ: nam ſoppleri debet propter defectum fructuum agrorum: vt Pſalm. 108. 24. Caro mea immutata eſt propter oleum, ideſt, propter defectum olei. Docet ergo feliciores fuiſſe occiſos gladio, quia celerius moriontur, quàm occiſos fame, qui paulatim quaſi fluunt ſanguine, quod deeſſent illis fructus terræ. Longa enim tabe obeunt, vt illi qui fluunt ſanguine: vel fortaſſe eſt ſenſus, feliciores fuere occiſi gladio, quàm occiſi fame, quod ipſi effluxerunt confoſſi, hoc eſt, quod ipſi, qui gladio ſunt confoſſi propter defectom fructuum, celerius effluxerunt, hi autem duplicem mortem ſuſtinuerunt dum longa tabe periere. Quam vero miſerum fuerit mori fame Homerus nos docuit Odyſſ. 12.

Pſ. 61. 11. *Pſ. 108. 24.*

Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν. Hoc eſt,

omnes quidem inuiſæ mortes miſeris mortalibus, fame autem miſerrimum mori, & fatum haurire.

12. *Manus.*] Inaudito facinore oſtendit, quo malum famis deduxerit fœminas natura miſericordes. *Facti ſunt cibus earum.* Nam filium eliaatum in ægtitudine ſua habuerunt, ſcilicet pro cibo delicatiſſimo, qui miniſtrari ſolet languentibus, vt excitetur eorum appetitus, nam huiuſmodi cibus eſt בריה Barah, vnde 2. Reg. 3. 35. *2. Reg. 3. 35.* Venit omnis multitudo, vt comedere cibum facerent ipſum Dauid triſtem, & comedere nolentem. Et capite 12. 17. & cap. 13. *2. Reg. 12. 17. & cap. 13. 3.* Amon ægrotans petiit ſibi præparari cibum à ſorore Tamar, vt veſceretur. Itaque per ironiam dicit, videte qualem ſibi ægrotantibus delicatum cibum parauerunt mulieres Ieroſolymitanæ, filios ſuos, *cibus delicatus.* nimirum Pſal. 69. 22. *Pſ. 69. 22* B Qui dederunt in eſcam Chriſti poſtea fel, & in ſiti ſua potauerunt eum aceto. Hoc malum comminatus eſt Moſes Deuteronom. 28. 53. *Deut. 28. 53.* dicens: Comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quas dederit tibi dominus Deus tuus in anguſtia, & vaſtitate, qua opprimet te Deus tuus. Homo delicatus in te, & luxurioſus valde inuidebit fratri ſuo, *Summa miſeria.* & vxori, quæ cubat in ſinu ſuo, ne det eis de carnibus filiorum ſuorum, quas comedet: eò quòd nihil habeat in obſidione, & penuria, qua vaſtauerint te inimici tui intra omnes portas tuas, & cetera. Quod ipſum poſt Chriſtum accidiſſe Iudæis refert Ioſephus lib. 6. de bello cap. 21. *Ioſephus*

53. *Compleuit.*] Vel quod conceperat olim, & per Moſem fuerat comminatus, ad effectum deduxit: vel vindictæ ſuæ vim, & iacula omnia in nobis compleuit, & conſumpſit. *Deut. 32. 23.* Iuxta illud Deuter. C 32. Sagittas meas complebo in eis, nam foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor: & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo.

Succendit ignem. Propriè intelligunt Hugo, Sanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, quo Chaldæi combuſerunt vrbem, & templum. Theodoretus, & Vatablus metaphoricè tribulationem exponunt, qua fundamenta, reges, & principes deuorati ſunt cum reliquo populo.

54. *Crediderunt.*] De regibus, & gentibus finitimis loquitur, qui conſideratis vrbis munitionibus, & quantæ curæ eſſet Deo vrbs illa, præſertim prodigiis factis in eius propugnatione, vt contra Sennacherib, *Vnde fortitudo Ieruſalem* non poterant in animum inducere, vt crederent, ab vllo rege capi potuiſſe, vt intelligunt Chaldæus, Origenes, Theodoretus, Lyra, & Dionyſius, & Rabanus. Sed Hugo, Rupertus, & Sanctus Thomas de regibus ipſis Iudæorum intelligunt: niſi quod S. Thomas de antiquis regibus Salomone, & ceteris, qui vrbem munierunt, qui nunquam exiſtimauerunt potuiſſe in hoſtium manus venire. Hugo tamen hoc modo exponit. Reges Ieruſalem, & omnes ciues Iudeæ nunquam voluere fidem habere prophetis, præſertim Ieremiæ, monenti vt vias ſuas corrigerent, alioquin Nabuchodonoſorem cum exercitu ſuo venturum in vrbem, & eam cum ciuibus capturum. Conſtat enim, regem Ioakim librum Ieremiæ conſcidiſſe, ac in ignem conieciſſe, in quo eiuſmodi prophetię continebantur. *Ierem. 36. 23.* Ierem. 36. Sedeciam quoque cum principibus miſiſſe in lacum, & carcerem, cap. 32. *Ier 32. 2* Porrò autem vſu ſcripturæ, nomine terræ Iudæa, orbis habitatores, eius ciues intelliguntur.

A 15. *Peccata.*] Scelera pſeudoprophetarum, & iniquorum ſacerdotum, quos in conſilium reges adhibebant, qui inducebant eos ad effundendum ſanguinem innocentum, cauſa fuere, cur hoſtis ingreſſus fuerit Ieruſalem. *Cauſa vaſtatio Ieruſalē peccata* De quibus prophetis loquitur Ieremias cap. 23. *Ier. 23. 11.* Nam hos ſanguinem innocentem effudiſſe tempore Manaſſæ conſtat 4. Regum 24. *4. Reg. 24. 3.* Factum eſt verbum domini contra Iudam, vt auferret eum coram ſe propter peccata Manaſſæ vniuerſa, quæ fecit, & propter ſanguinem innocentem, quem effudit, & impleuit Ieruſalem cruore innocentium, ob hanc rem noluit dominus propitiari. Ipſe etiam Ieremias capite 7. 6. & capite 22. 3. *Ier. 7. 6. & 22. 3.* hortatur ne ſanguinem effunderent innocentem, quòd in conſuetudine id eſſet, vt cetera ſcelera. Contra quem inſurrexit Phaſſur Ierem. *Ier. 20. 2* B 20. & percoſſit, miſitque in carcerem. Morte etiam damnatum fuiſſe à principibus opera pſeudoprophetarum, & ſacerdotum manifeſtum eſt. Nam quod Phaſſur molitus eſt contra Ieremiam, idem & reliquos ſacerdotes molitos fuiſſe, non eſt dubitandum.

16. *Errauerunt.*] Hic verſus cum ſequenti multas, ac varias habet interpretationes: nam quidam exponunt de pſeudoprophetis, & impiis ſacerdotibus, qui ſanguinem fuderunt innocentum. Quidam de iuſtis, quorum ſanguis effuſus eſt, quidam de omnibus Iudæis. Dionyſius explicat de pſeudopropheris, *Senſus Dionyſ.* & ſacerdotibus, qui vt pœnam culpæ æquam luerent, ipſo innocentum ſanguine, quem fuderant polluti, in obſidione, & vaſtatione ciuitatis, tanquam cæci per vrbem hac illacque vagabantur, domibus propriis, vel occupatis ab hoſtibus, vel deſtructis, neſcientes quò ſe verterent, vel C quò aufugerent: cumque non poſſent incedere, neque haberent quò diuerterent, lacinias ſaltem aliorum tenebant, vt ipſorum ductu, & auxilio vel opem minimam ſuis rebus afflictis quærerent. Rabanus, Hugo, & S. Thomas exponunt de Iudæis, *2. ſenſus* qui re ipſa excæcati ab hoſtibus, & occiſorum polluti ſanguine, in quos impingebant, dum non poſſent recto tramite incedere, apprehendebant aliorum lacinias, vt eorum ductu graderentur. Hebræi, *3. ſenſus.* quos ſequuntur Vatablus, & Pagninus ita exponunt, oberrarunt vt cæci in plateis, polluti ſunt ſanguine occiſorum, ita vt alij non poſſent, dedignantes, contingere veſtes eorum, quòd ſanguine eſſent pollutæ: ita vt eos, qui alios præ ſuperbia auerſabantur, dicentes illud Iſa. 65. *Iſ. 65. 5.* Recede, non appropinques mihi, quia immundus es, modo, ceteri auerſarentur: & hunc ſenſum indicat textus Hebræus, D qui ſic habet, vt non poſſent contingere veſtimenta eorum, vt vertunt Tigurina, Pagninus, & Vatablus: & verſio Symmachi ſic habentis, inſtabiles facti ſunt cæci in exitibus, polluti ſunt in ſanguine, vt non poſſent attingere veſtes eorum. Tandem Lyra accipit hæc de iuſtis innocentibus, quorum aliqui occidebantur, vt dictum eſt in verſu præcedenti, quidam excæcabantur. *4. ſenſus* de quibus modo ait: Errauerunt iuſti hi iniquè excæcati, polluti ſunt ſanguine aliorum iuſtorum interfectorum, in quos impingebant, cumque non poſſent rectè incedere, apprehendebant oras veſtimentorum videntium, vt ab eis rectà ducerentur. Putant aliqui hæc figurate dicta de Iudæis, ab aliis gentibus auxilium petentibus, à quibus tamen tanquam contaminati repulſi ſunt.

Sic enim ab Ægyptiia aduerſus Nabuchodonoſorem auailium petierunt, capite trigeſimo ſeptimo Ieremiæ.

Senſus 1. 17. *Recedite polluti.*] Chaldæorum verba hæc eſſe eaiſtimant Theodoretus, Hugo, Sanctus Thomas, & Dionyſius, quaſi ipſi eſſent, quorum lacinias tenebant, vt opem ferrent: at illi contra dicebant indignabundi, eis ipſis, recedite à nobis, abite in captiuitatem, & nolite noſtra tangere veſtimenta: & hac de cauſa iurgabantur, & commouebantur Iudæi quidam ad luctum: Chaldæi verò ad iram contra illos: qui tamen gentiles ſecum inuicem dicebant, non habitabit vltra Deus cum his, quia prorſus eos repudiauit. *Senſus 2* Chaldæus, & alij eaiſtimant eſſe verba aliorum de populo, quorum opem poſtolabant, qui repellebant eos, ne illorum tactu, & ipſi polluerentur. Denique nolentes aut volentes ducti ſunt in captiuitatem, vbi cum inter gentes morarentur, dicebant, non vltra regrediemur ad habitationem noſtram in Ieruſalem. *Senſus 3* Lyra putat eſſe verba præcipuè falſorum prophetarum, & ſacerdotum, qui in iuſtos cæcos eaacerbati nolentes eis opem ferre, tanqnam pollutis dicebant: Recedite polluti, & ne tangatis nos, ne malitia veſtra coinquinemur. & iurgati ſunt in eos, iniuriis afficientes: quod execrandum facinus gentes audientes dicebant ſibi inuicem: non addet vltra Deus Iudæorum vt habitet cum eis propter tot ſcelera. Ergo hæc dicta accipi debent ab illis pſeudoprophetis, & ſacerdotibus, qui innocentum ſanguino polluti tanquam cæci vagabantur, quærentes opem: qnos tamen alij ſine Iudæi, ſiue Chaldæi à ſe repellebant, dicentes: Recedite, ô immundi ſanguine innocentum, ne tangatis nos: ac ad ſe conuerſo ſermone dicebant, hi quia iurgati ſunt cum veris prophetis & iuſtis, ducuntur captiui in alienas regiones, neque poſthac tuebitur eos Deus vltra. De Iudæis intelligunt quidam, qui opem imploraturi iuerunt ad gentes, quæ illos repellebant dictis verbis, & addebant, propter iurgia ſua vagari, & incertas habere ſedes, nec vltra Deum ſuum propitium habituros.

Senſus planior. Sed planior ſenſus eſt hic: propter peccata pſeudoprophetarum, & ſacerdotum, qui effuderunt ſanguinem ionocenrum in medio eius, omnes Iudæi tempore obſidionis, & vaſtationis Ieruſalem, errauerunt quaſi cæci per plateas eius, & præ copia ſanguinis occiſorum polluebantur abſque vllo negotio. Sed ceteri, cum non poſſent lege prohibiti, tangere eos, quod neceſſarium aliquando erat, quia cæci non videbant, in quem impingerent, continebant lacinias ſuas, vel veſtimenta, ne contaminarentur ab eis. Et clamabant ad eos, recedite polluti, recedite, recedite, ne tangatis aliquem. Ita iurgati, abducti ſunt captiui, vbi inter gentes exiſteotes dixerunt, non addet vltra Deus, vt habitet eis.

Notationes. Verbum נאצו Natſu, quod Vulgatus vertit iurgati, ſequutus Septuaginta qui diaerunt, ſuccenſi ſunt, nempe ira, propriè eſt inuolare in aliquem, quod proprium eſt contendentium, & iurgantium. Et ita R. Abraham vertit, fuit eis pluma ſicut auis, hoc eſt, volauerunt, aut velociter abierunt, vt vertit Tigurina. Quidam ex Hebræis, quem ſequuntur Pagninus, & Vatablus vertit, inqoinati ſunt, quam ſignificationem expreſſit Chaldæus dicens, abominabiles quippe erant.

A Hoc eſt, quia polluti, & inquinati erant, eiecti ab omnibus ſuot, & commoti à Chaldæis. *Commoti ſunt*: hoc eſt, illud idem verbum, quod verſum eſt attrauerunt: quod propriè eſt eorum, qui certas ſedes nullas habent, ſed errabundi vagantur: & ita ponitur Pſalmo centeſimo octauo, cum dicitur: Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & eijciantur de habitationibus ſuis: & Geneſ. capite quarto, de Caim ſanguine fratris polluto dicitur, habitaſſe eum profugum in terra, cum hac illacque quaſi mente motus vagaretur. Ita de his miſeris dicit eiectos eſſe in exilium, & ibi vagos, & profugos nullam certam ſedem habuiſſe inter gentes. Illud demum: *Non addet vltra vt habitet in eis*: de Deo intelleait noſter interpretes: in Hebræo dicitur: Non addent, vt inhabitent, aut incolant, aut peregrinentur: hoc eſt, non vltra redibunt ad incolendum ſuam regionem, non vltrà ad ſua redibunt. Verba enim ſunt gentium, quæ eaiſtimabant in perpetuo exilio futuros Iudæos, *Pſ. 108. 10.* *Gen. 4. 16.*

B vt intelligunt Origenes, & Vatablus, vel non permittendum eſt, vt Iudæi adeò coinquinati apud nos habitent, ne nos etiam coinquinent, ſed in alias regiones propellamus eos. Chaldæus ita continuat verba Hebræa, dixerunt: inter gentes non addent, vt inhabitent, aut peregrinentur, qnia inquinati erant, in exilium miſſi ſunt, in quo errabundi vagabantur, qui dicere ſolebant, cùm res illis eſſent proſperæ, nunquam futurum, vt exultarent inter gentes, aut habitarent, vel peregrinarentur eatotres inter gentes.

18. *Facies domini.*] Verba ſunt adhuc gentium, inter quas vagabantur Iudæi, vt vult Vatablus, aut verba hoſtium, vt videntur velle Rabanus, S. Th. Lyra, & Dionyſius. *Senſus verus.* Chaldæus tamen, & Theodoretus, & quidam ex dictis putare videntur, eſſe C verba Ieremiæ dicentis: meritò diuiſos eſſe, & in varias gentes ſeparatos à facie Dei. *Luſus vocabulorum.* Ludit autem propheta vocabulis, licet diuerſæ ſignificationis. Facies domini diuiſit eos, quia facies ſacerdotum nõ erubuerũt, priori loco פנים Panim, ſignificat iram, vt Geneſ. 32. 20. illud Iacob: Placabo illum muneribus, Hebraicè eſt: Placabo iram eius munere. Pſal. 33. Vultus autem domini ſuper facientes mala: & ita hîc transferunt Pagninus, & Vatab. Ira domini diuiſit eos per metonymiam, quod in facie maaime oſtendatur: culpam explicat, propter quam diuiſit eos Deus, quia non obſeruauerunt, neque reueriti ſunt ſacerdotes, & ſenes, inter quos, & ipſe erat Ieremias, cuius faciem non erubuit Sedecias, vt dicitur 2. Paralip. capite vltimo. Ita hunc locum intelligunt Rabanus, Hugo, S. Thomas, verum Chaldæus, Origenes, Lyra etiam, D S. Thomas, & Dionyſius de crudelitate hoſtium hæc exponunt, qui facies ſacerdotum, neque ſenum erubuerunt, neque vlli ſeaui, ætati, aut dignitati parcentes, ceſſauerunt. *Alter ſenſus.* Eaponit enim pœnam, quam omni ex parte pertulerunt ab hoſtibus, propter peccata pſeudoprophetarum, & ſacerdotum: quibus merito hoſtes non pepercerunt. Sed prior ſenſus eſt germanior, quia voluit alludere vocabulis pœnæ reſpondentis culpæ: facies domini diuiſit eos, quia facies ſacerdotum non eruboerunt. *Gen. 32. 20.* *Pſ. 33. 17.* *2. Paral. vlt. 15.*

19. *Cum adhuc.*] Communis eſt Origenis, Rabani, Theodor. Hugonis, & ceterorum expoſitio, quod hic loquatur de expectatione auxilij Ægyptiorũ, in quibus ſpẽ poſuerant, & quorum uixi promiſſis

rebellauerant contra Chaldæos, cum tamen uihil A adiuuerint, vt conſtat Iſa. 30. Ierem. 37. *Iſ. 30. 2. Ier. 37. 4.* Chaldæus tamen, & Olympiodorus de Romanis explicant, quorum auxilium expectarunt Iudæi contra hoſtes, & uullum ſunt experti à tempote Machabæorum.

20. *Lubricauerunt.*] Verbnm צדו Tſadu, à צָדָה Tſadah, legerunt Septuaginta, Symmacbus, & Sirus apud Theodorctum, & omnes alij interpretes, venati ſont. Vulgatus videtur legiſſe non cum daleth, ſed cum res צָרוּ Tſaru, à צור Tſur, quod eſt inſidiari, coarctare, vel precludere, & ita dixit: lubricauerunt veſtigia noſtra, hoc eſt, fecerunt hoſtes, ne conſiſtere veſtigiis poſſemus in plateis noſtris; & idem ſenſus eſt, cum ideo venati ſint greſſus noſtros, quia precluſerunt viam, ne liberè poſſemus incedere. B Nomen etiam צַעַד Tſaad cum dalet, quod eſt greſſus, paſſus, inceſſus, Vulgatus cum ceteris legit. Septuaginta verò, & Sirus, quos ſequuntur Origenes, Theodoretus, & Olympiodorus, legerunt cum res, quod eſt patuuli, à verbo צער Tſaar, quod eſt paruum eſſe, & forte figuratè, iuoenes ipſo nomine veſtigiorum, & greſſuum intelligit, qui in plateis interierunt, iuxta illud Ierem. 9. *Ier. 9. 21.* Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis.

Appropinquauit finis noſter. Hoc eſt, tempus à Deo nobis præfinitum, in quo, vt fructus maturi, colligamur. *Finis, tem, ou maturitatis.* Eſt enim nomen קֵץ kets, finis, ſimile nomini קַיִץ kauts, fructus æſtiuus, ſeu maturus, quod Deus præfigat noſtro temputi finem, quando maturi ſumus inſtar pomorum, vt decerpamur. *Amos 8. 2.* Vnde in Amos c. 8. cum lepote coniunguntur C hæc duo nomina. Quid tu vides Amos? & dixi vncinum pomorum: & dixit dominus ad me, venit finis ſuper populum meum Iſrael, hoc eſt, matura ſunt iam poma, vt decerpantur. *Completi ſunt dies noſtri*: ex metaphora ouium, quæ ad macellum deſtinatæ ſuut, quæ dici ſolent, pecus occiſionis, vt dixit Ieremias cap. 25. *Ierem 25. 34.* Aſpergite vos cinere optimates gregis, quia completi ſunt dies veſtri, vt interficiamini.

21. *Velociores.*] Omnes hoc verſu indicari intelligunt illam Sedeciæ, & principum comprehenſionem, de qua loquitur Ieremias cap. 39. & 52. & 4. Reg. 25. *Ierem. 39. 52. 8. 4 Reg. 25. 5.* quando rex cum omnibus viris bellatoribus fugerunt pet deſertum, & comprehenſi ſunt à Chaldæis inſequentibus, in ſolitudine Iericbuntina, & rex ductus eſt ad Nabucbodonoſorem in Rablatha. Et meritò qui in velocitate equorum Ægyptiorum ſperauerant, hoſtes aqui- D lis velociotes experti ſuut, vt prænunciauerat Iſa. cap. 30. *Iſ. 30. 16.* Et dixiſtis nequaquam, ſed ad equos fugiemus: ideo fugietis, & ſuper veloces aſcendemus, ideo velociores erunt, qui petſequētur vos. Et Ieremias cap. 4. de Chaldæorum exercitu. *Ier. 4. 13.* Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas currus eius, velociores aquilis equi illius: væ nobis, quia vaſtari ſumus. *Velocitas non eripit à manu Dei.* Nec enim fugere poterant Deum habeutem miniſtros veloces vt aquilas, cuius oculos non latebant. Nam vt dixit Dauid: Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? *Pſ. 138. 9.* Si aſcendero in cælum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades: ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitaoero in extremis ſolitudinis Ieticho, etenim illic manus tua comprehendet me.

22. *Spiritus.*) Locus hic explicatu difficilis eſt, & ptoptet tem ipſam, & propter varias interpretum ſententias, quas referre erit operę precium, vt quę potiot fuerit eligatur. Sunt igitur circa huius loci expoſitionem tres ſententiæ. *Quæſtio. Quis ſit chriſtus de quo hic loquitur Ierem.*

Vna eſt Chaldæi Paraphraſtis, & cæterorum Hebræorum, quos referunt Lyra, Vatablus, & Iſidorus, exponentium hunc locum de Ioſia rege optimo, qoi 4. Reg. 24. & 2. Paralip. 35. occiſus ferrur à Nechao rege Ægypti. *1. ſenter. de Ioſia 4. Reg. 23. 29. 2. Para. 35. 20.* Quam exponendi tationem ex Latinis patribus, quod magni momenti eſt, ſequutos eſt Hieronymus ſuper c. 12. Zacharię, in ea verba: *Hieron.* In die illa magnus erit planctus in Ietuſalem, ſicut planctus Adradimon in campo Mageddon. In quo, ait, Ioſias rex iuſtus à Pharaone cognomento Necbao vulneratus eſt: ſuper quo lamentationes ſcripſit Ieremias, quæ B leguntur in Eccleſia, & ſcripſiſſe eum Paralipomenon teſtatur liber. Sicot igitur eo tēpore poſt teges peccatores ſpes omnis populi erat in Ioſia, & occiſo illo, magnus planctus in vrbe commotus eſt (ſicut legimus in Hebraico, ſpiritus oris noſtri Chriſtus dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus, in vmbra tua viuimus in gentibus: licet alij iuxta intelligentiam ſpiritualem hoc referant ad dominum Ieſum) ita crucifixo ſaluatote renouabitur planctus in Ieruſalem. Probant hanc ſententiam Rabanus, Hugo Cardinalis, S. Thomas, & Bonauentura in prologo Threnorum, & hîc, tum etiam Vatablus, & Iſidorus. *Ratio huius ſententiæ.* Et prima eorum ratio eſt, quia exiſtimant has lamentationes eſſe illas, quas dicitur 2. Patalip. 35. *2. Paral. 35. 4.* compoſuiſſe Ieremiam ptupter necem Ioſiæ, illis verbis. Mortuus eſt rex Ioſias, & ſepultus eſt C in Mauſoleo patrum ſuorum, & vniuerſus Iuda, & Ieruſalem luxerunt eum: Ieremias maxime, cuius omnes cantores, & cantatrices vſque in præſentem diem lamentationem ſuper Ioſiam replicant: & quaſi lex obtinuit in Iſrael. Ecce ſcriptum eſt in lamentationibus. Ita enim aſſeruere Hieronymus allatus, Rabanus, Hugo, & S. Thomas in prologo dicto. Et videtur id indicare Ioſephus lib. 10. Antiqoit. cap. 6. cum de Ioſia loqoens, inquit: *Ioſeph.* Ietemias etiam epicedium ei ſcripſit lugubri carmine, quod nunc quoque extare videmus. Sane has lamentationes indicat, quæ ſuo tempore, hoc eſt, poſt Chriſtum, extabant; nam ſi diuerſæ eſſent, multo ante aduentum Chriſti perierant, non poſt, temporibus Apoſtolorum, quibus Ioſephus ſcripſit: & ſi hoc de omnibus lamentationibus non ita videtut verum, ſaltem qoartom alphabetum eſſe illud epicedium, ab Ieremia cō- *Epicedium Ieremiæ eſt 4. alphabetũ.* D poſitum in morte Ioſiæ, probat R. Salomon, & eum ſequutus Lyta in principio huius capitis. In quo Ieremias quaſi oculos ſpirituales conijciens ad mutationem factam ex ſtatu feliciſſimo temporis Ioſiæ in infeliciſſimum, & calamitoſum, quod ſucceſſit tempore filiorum eius, lamentatur, quod mortuo Ioſia forma illa Reipublicę turpiter mutata ſit, & per Chaldæos omnino deſtructa. Apte ergo omnia quæ in hac elegia deplorantur, poſſunt conuenire Ioſiæ, atque ita hic verſus, ſpiritus oris noſtri, recte explicatur de Ioſia, per quem vnum ſe reſpirare arbitrabantur Iudæi, & ſub cuius patrocinio pacatè viuere inter gentes. Quas lamentationes propterea quotidie cantores & cantatrices vſque in præſentem diem, hoc eſt, vſque ad tempus poſt captiuitatem Babylonicam, quo Eſdras, vt putatur, hæc ſcribebat, teplicabāt,

t

vt putatur, hæc ſcribebat, replicabant, vt ſuæ gentis calamitatem ex voo Ioſię interitu ortam fuiſſe notom facerent. Veruntamen hæc non eſſe veram expoſitionem, & ipſa verborum connexio, & res ipſa declarat. Cur enim hunc verſum ſolum explicabimus de Ioſia, de quo nullum aliud verbom prulatum inuenimus in his omnibus Lamentationibus, oec quicquam eſt à Ieremia dictum, quod Ioſiæ tempori conueniat, vt patet conferenti? Præterea quomodo hic verſiculus cohæret antecedentibus, & ſubſequentibus, quod in eliciendo ſenſu literali obſeruare docemur: in præcedenti enim verſu factus eſt ſermo de fuga Sedeciæ, & omnium bellatorum, quos inſequuti Chaldæi comprehenderunt, cur poſt hoc de Ioſia ſermo fieret? in ſequentibus autem promittitur non vlterius Iſraelem tranſmigrandum, quod tempori Ioſiæ non conuenit, poſt quod accidit tranſmigratio Iſraeli. Addit ad hoc ipſum probandum hanc rationem Origenes, quòd Ioſias non eſt comprehenſus in corruptiónibus populi, vt hic dicitur, ſed quia ipſe occurrit Nechao regi Ægypti noienti pugnare, vt Dominus prohibuerat, imo nec comprehenſus eſt, ſed Vulneratus.

Refutatio di. 1a ſententiæ.

Altera ſententia eſt aliorum quorundam ex Hebræis, quam probat S. Thomas, hunc verſiculum eſſe intelligendom de poſtremo rege Iudæorum Sedecia, & quidem contextui verborum hæc intelligentia quàm optimè conuenit. Nam poſtquã dixerat Chaldæos perſequutos fuiſſe Iudæos per montes fugientes, & inſidiatos fuiſſe in ſolitudine Ierichuntina Sedeciæ cum principibus aliis, nunc recto ordine hiſtoriæ ſeruato, lamentatur regem Sedeciam comprehenſum, qui vnus tanquam extremus halitus populo illi morienti ſupererat ex omnibus regibus, à quo protegerentor, & liberarentur inter gentes. Eo enim capto, & à Nabuchodonoſore miſſo Babylonem, vt refertur cap. 52. Ieremiæ, & 4. Reg. 25. præciſa eſt Iudæis ſpes habendi vlterius regem, & inſtaurandi regnom: tuncqoe completa eſt iniquitas, hoc eſt, extremum ſupplicium inflictum eſt Iudæis, vt ſtatim dicitur. Hæc expoſitio cùm optimè cohæreat com antecedentibus & conſequentibus ſatis eſt germana, & vera, ſi vt habetur in Hebraico ſic legeretur, ſpiritus oris noſtri Chriſtus Domini, nam ſic appellari ſolitos reges ex ipſa ſcriptura conſtat. Saulem enim crebro Dauid vocauit Chriſtum Domini. 1. Reg. 24. 7. 11. & c. 26. 9. 11. 16. 23. & 2. Reg 1. 14. 16. & 19. 21. Abiſai ita nuncupauit Dauidem: qua ratione ipſemet filius Dei Ieſus, Lucæ 2, 26. Chriſtus Domini dicitur: atque ita tranſtulerũt Chaldæus, Tigurina, Pagninus, & Vatablus. Verùm quia in Vulgari editione legimus Chriſtus Dominus, cógimur tertiam, quam ſubiungimus expoſitionem veriorem definire. Niſi quis contra communem ſententiam velit hunc expoſitionem tueri, dicendo rectum pro obliquo accipiendum more à Volgato vſitato. Sic enim Pſ. 8. Vertit, Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum, pro Domine Domine noſter. Pſ. 10. Dominus in cælo ſedes eius, hoc eſt, Domini ſedes in cælo eſt. Pſ. 17. 31. Deus meus impolluta via eius, ideſt, Dei mei impolluta via eſt. Et Pſ. 34. 23. Exurge, & intẽde iudicio meo Deus meus, & Dominus meus in cauſam meam, pro Domine mi. Nam & poeta Latinus. 6. Æneid. ita loquutus eſt Proiice tela manu ſanguis meus, pro ſanguis mi. Et lib. 8. Corniger heſperidum fluuius regnator aquarum, Adſis ò tandem. pro fluuie: nimirum ergo, ſi vt habet textus Hebræus legamus Chriſtus Dominus, pro Chriſtus Domini, vt ſic conuenire poſſit Sedeciæ. Verum ſatis longè petita eſt hæc forma accipiendi caſum pro caſu, vt locum de Chriſto manifeſtum obſcuriorem reddamus. Sunt alij qui vt hanc tueantor intelligentiam, affirment literalẽ ſenſum, vt in Hebræo habetur, de Sedecia eſſe, at Vulgatum pro ſuo in Chriſtum affectu, miſticũ ſenſum expreſſiſſe, vt fecit Habac. 3. cum vertit: ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo, pro in Deo Salutari meo. Sed quicquid de hoc ſit.

Secunda ſententia. De Sedecia. Ier. 52. 11. 4. Reg. 25. 7. 1. Reg. 24. 7. 11. & cap. 26. 9. 11. 16. 23. 2. Reg. 1. 14. 16. & c. 19. 21. Lucæ 2. 26. Dominus pro Domini. Pſal. 8. 1. Pſal. 10. Pſal. 17. 31. Pſ. 34. 23. Vergilius.

Tertia igitur exponendi ratio eſt Clementis Romani lib. 5. conſtitutio. Apoſtolic. cap. 19. Irenæi lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 11. Iuſtini Philoſophi, & M. in Apolog. 2. pro Chriſtianis. Origenis hîc, & homil. 8. in Ioſue, & Homil. 3. in cantica, & lib. 2. Periarchon. cap. 6. Tertulliani lib. 3. aduerſus Marcin. cap. 6. & lib. aduerſus Praxeam capite 14. Euſebij Cæſarienſ lib. 4. de demonſtrat. Euangelica cap. 24. Gregorij Nyſſeni lib. contra Iudæos, cap. de paſſione. Ambroſij lib. 7. in Lucam c. 16. Hieronymi in 12. Ezechielis, Ruffini in Symbolum. Auguſtini 18 de ciuit. Dei cap. 33. Theodoreti hîc, & Olympiodori, Bernadi ſermo. 1. de aduentu, & 3. de Aſcenſione, & Sermo. B. Mariæ, de aquæ ductu, Ruperti, Lyræ, Bónauen. & Dionyſij, & Galatini lib. 4. de arcanis catholicæ veritatis cap. 10. qui omnes de Chriſto Domino hunc locum ſine controuerſia explanant: probántque hanc expoſitionem Raban. Hugo, & S. Thomas: & ne quis dicat ſanctos ſupra adductos iuxta ſpiritualem intelligentiam expoſuiſſe de Chriſto, vt dixit Hieronymus ſuper 11. Zachariæ, audiat qua ratióne ſatis efficaci nónnulli ex illis eam probent. Nomen tetragrammaton, & ineffabile Iehouah ita Dei proprium eſt, vt nulli creaturæ vnquam in ſcriptura ſacra ſit accommodatum, vel accommodari poſſit. Sed hoc loco Spiritus oris noſtri vocatur Chriſtus Iehouah, ergo nulli Chriſto homini conuenire poteſt, ſed tantum Chriſto Ieſu vero homini, & vero Deo. Propoſitio illa ab omnibus recepta eſt, tum Hebræis, tum Græcis, tum Latinis. Quia ita illud nomen naturam diuinam per ſe, & à ſe exiſtentem ſignificat, vt creaturæ alicui eiuſmodi ſignificatum nullo modo poſſit communicari: & ita fatetur Hierony. Epiſt. 136. & in cap. 16. Ezechiel. v. 12. ſuper illud, & coronam decoris in capite: & in cap. 28. in principio, Vbicunque ait, iuxta Lxx. Secundo ponitur Dominus Dominus, primum nomen tetragrammaton, quod proprie ad Deum pertinet, & ineffabile dicitur, ſecundum commune, quod ſæpe in hominibus inuenitur: & Magiſter Hieronymi Gregorius ille Theologus oratio. 3. de Theologia verſus finem. Deus, ait, nullo nomine exprimi poteſt: idque oſtendunt Hebræorum doctiſſimi, atque antiquiſſimi quique, qui antum quidem nobis conijciendum dederũt. Nam qui proprijs notis ſummum illud numen honorandum duxerunt, ac ne eiſdem quidem literis aliud quiddam eorum, quæ poſt Deum ſunt,

Tertia ſententia vera. Clemens. Irenæus. Iuſtinus. Origenes. Tertullian. Euſebius. Gregor. Niſſe. Ambro. Hieronymus. Ruffinus. Theodoretus. Auguſtinus. Olympiodorus. Bernardus. Rupertus. De Chriſto Domino. Ratio huius ſententiæ. Nomen Iehoua Dei ſolius. Gregorius Nazian.

ac Deum ſcribi ſuſtinuerunt, [tanquam ſcilicet Deum huc etiamuſque à rerum noſtrarum commercio diſtinctum eſſe oporteat] æquando tandem ſolubili voce naturam illam inſolubilem, nec eum aliis communem explicari paterentur? Hæc Nazianzenus, atque id ipſum hîc aſſerit Theodoretus, & Lyra. Subſumpta altera propoſitio ſic probatur. nã Hebræa verba, Spiritus oris noſtri משיח יהוה Meſias Iehouah, Chriſtus dominus, ita tranſtulerunt Lxx. Spiritus faciei noſtræ

Chriſtus Dominus.

χριςὸς κύριος, vt legit Ambr. Chriſtus Dominus in recto, non Chriſtus Domini: & vt coniicio etiã Aquila, & Symmachus: nam cũ Origenes diuerſitatem tranſlationis eorum adnotet, in eo tantum aſſignat, quod Lxx. dixerunt, ſpiritus oris, ſeu faciei noſtræ, Aquila, ſpiritus narium noſtrarum, Symmachus, ſpiratio narium noſtrarum, quaſi B indicet omnes in ſequentibus cõuenire, Chriſtus Dominus, & hoc ſequutus eſt Vulgatus interpres. Sed nullus homo dictus eſt, nec dici potuit Iehouah, Dominus, in recto, niſi ſolus Chriſtus Ieſus, qui eſt verus Deus, quem ita nominarunt concinentes, Angeli

Lucæ 2. 11.

Lucæ 2.11. cum dixerũt paſtoribus, Quia natus eſt nobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid: ergo de eo propriè, & nõ de alio poteſt hic locus intelligi. Quod

Obiectio

ſi dicas in Hebræo nomen ineffabile Iehouah eſſe in obliquo, quia nomen, à quo regitur, eſt in regimine, vt loquuntur Grammatici, non enim legitur משיח Maſiah in recto, ſed משיח Meſiah, in obliquo, & ita Chaldæus, Tigur. Pagn. & Vat. verterunt, Chriſtus Domini: qua ratione, vt iam diximus, reges Iſrael, vt Ioſias, aut Sedecias dici poſ-

Solutio.

ſunt Chriſti Domini. Reſpondetur ita quidem C modo legi in Hebræo propter puncta ab Hebræis adhibita iuxta id, quod ipſi intelligebant verbis ſignificari, nempe Ioſiam, & aut ſedeciam, at antequam puncta adhiberentur, nempe ante annum 476. altero modo legerãt Lxx. & veteres alij interpretes, & ipſe Hieronymus ſuper 12. Zachariæ, qui cum de Ioſia intelligat, poſſet trãsferre, Chri-

Obiectio altera.

ſtus Domini, ſi ita in Hebræo inueniſſet. Sed quorſum inquies, cum ante hæc verba de fuga Iudæorum, & Chaldæorum comprehenſione loquutus fuerit, & mox commiocetur Idumæis eandem calamitatem, tam extra eorum proſilierit Propheta ad agendum de morte Chriſti, & comprehenſio-

Solutio.

ne? Reſpondet Theodoretus iſtam Prophetam Lamentationibus inſeruiſſe Prophetiam, vt doceret Iudæos, qui tunc erant, conſequuturos veniam, & beneficium reuocationis adepturos, licet D

Cur de Chriſto ſit hic ſermo.

cruci tradituri eſſent Saluatorẽ orbis. Quia enim in calce tam triſtis poëmatis adhibet conſolationem, qua oſtendit finem habiturum ſupplicium, & reducendos Iudæos, oſtendit Propheta, cui hoc beneficium eſt acceptum referendum, Chriſto Ieſu Domino, qui non retardatus ſummo ſcelere, quo in eum manus eſſent iniecturi, nihilominus hoc cum ceteris beneficium eis contulit. Iam ſingula verba expendamus, & quomodo Chriſto conueniant declaremus.

Os pro facie.

23 *Oris noſtri.*] Nomen duale אפים aphaiim, & vultum, ſeu faciem ſignificat, & nares. Atque ita Lxx. tranſtulerunt ſpiritus προσώπου ἡμῶν, faciei noſtræ, aut vultus noſtri, hoc nomine ſignificãtes id omne, quod frõti ſubeſt, oculos, naſum, os, genas, mentũ; hanc enim Græcum illud nomen

Iulius Pollux.

habet ſignificationem, auctore Iulio Polluce, & A

Gellius.

Gellio lib. 13. c. 28. & ita legerunt priſci illi patres ſequuti Lxx. Spiritus faciei noſtræ, aut vultus noſtri: & in hac ſignificatione in Vulgato nomen oris accipiendum eſt, vt conueniat cum Hebræo nomine, & cum Græco, ſiquidem faciem etiam, vultumque ſignificat: vt apud Virg. 1. Æn. Os, humeroſque Deo ſimilis: & Ouid. lib. 1. Metam. Pronaque

Virgilius. Ouidius

cum ſpectent animantia cetera terram: Os homini ſublime dedit, cœlũque tueri. Solus Ter-

Tertullianus.

tullianus illis in locis tranſtulit, Spiritus perſonæ eius Chriſtus Dominus. nam Chriſtus, ait, perſo-

Os pro perſona.

næ paternæ ſpiritus eſt explicuit enim Græcum, προσώπου, in ſignificatione perſonæ ſumptæ pro facie, aut vultu, vt idem accepit li. 5. aduerſus Marcio. c. 11. cum verſum illum. Pſ. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, ita legit: Signi- B ficatum eſt ſuper nos lumen perſonæ tuæ Domine. Perſona autem Dei, ſubdit, Chriſtus Dominus. Chaldæus verò Paraphraſtes, Aquila, & Symmachus, quos refert Origenes, Tigur. Pagn. & Vat.

Spiritus narium

tranſtulerunt, ſpiritus narium noſtrarum, aut ſpiratio narium noſtrarum, vt vertit Symmachus. Iuxta priorem igitur interpretãdi rationem, Ori-

Prior lectio.

genes hoc loco, & Euſeb. Cæſari. lib. 4. de demonſtrat. Euangelica cap. 24. Spiritum hîc exponunt ſpiritum Prophetiæ, ſeu donum, vt Chriſtus dicatur ſpiritus oris noſtri, hoc eſt, ſpiritus, ſeu donum Prophetiæ, quam ore efferimus, vel

Chriſtus ſpiritus Prophetiæ.

quia à Chriſto promanat, vel quia Chriſti gratia afflabantur Prophetæ Spiritu diuino, quia finis legis ac Prophetarum Chriſtus, aut denum, quia ipſe Chriſtus erat, qui loquebatur in Prophetis, iuxta illud Iſa. 52. ipſe, qui loquebar, ecce C

Iſa. 52. 6.

adſum. Vel 2°. iuxta eundem Origenem, Rupertũ, Raban. Hugo. Lyram, & Dionyſium, Chriſtus

Spiritus id eſt vita noſtra.

dicitur ſpiritus oris noſtri, hoc eſt, anima, ſeu vita noſtra: quia ipſe eſt, in quo viuimus, mouemur, & ſumus act. 17. Vt enim corpus ſine ſpiritu, &

Act. 17. 25.

vita, mortuum eſt, & nihil operatur, & amittit decorem, & efficacitatem, ita ſine vita gra-

Sine Chriſto nemo viuit.

tiæ per Chriſtum communicatæ mortui ſumus, nec quicquam boni agimus ad vitam æternam conducens, vnde & decor nobis eripitur, & ſapor, qui ab ipſo promanat, & lepor noſtris operibus. Hinc Chriſtus Ioan. 20. ad vitam in

Ioan. 20. 22.

nobis renouandam in Apoſtolos inſufflauit dicens, accipite Spiritum Sanctum, qui in principio Geneſ. 2. 7. inſpirauit in faciem hominis

Ge. 2. 7.

formari de limo terræ ſpiraculum vitæ, & factus eſt in animam viuentem. Theodoretus vi- D

Spiritus lucis diuinæ vehiculũ eſt Chriſtus.

detur ſumere ſpiritum pro vehente lucem diuinam, quod Chriſtus ſit, qui illuſtrat faciem noſtram, nempe mentis, iuxta formam loquendi ſcripturæ conſuetam, Illuſtra faciem tuam ſuper nos, aut illumina oculos

Pſ. 30. 17. Pſ. 12. 4

meos, hoc eſt, tua luce clarifica, vt poſſim videre conducentia meæ ſaluti. Iuxta poſte-

Poſterior lectio.

riorem lectionem Spiritus narium noſtrarum dicitur Chriſtus, quia, vt ait Origenes, Dei

Cur ſpiritus narium dicatur Chriſtus.

amatores aſſidue Chriſtum ſpirant, ante oculos illum habentes. Aut ſpiritus narium noſtrarum, quia in rebus afflictiſſimis vnicum eſt nobis refugium, & poſt cetera adhibita remedia ſolus adiutor, ac defenſor in opportunitatibus, quo ad præſtinum ſtatum nos reſtituamus: ſumpta ſimilitudine à Sedecia, in quo vno ſita erat ſpes Iudæis regnum reſtaurandi, & Rempublicam diſſipatam: vulgo dicitur,

vn reſpi-

vn reſpiradero que nos gaudaua entre tantas calamidades. Et ita videntur explicare S. Thomas, A & Vat. & bene. Chaldæus denique ſic expoſuit: *Chriſtus carus vt ſpiratio vitalis.* Chriſtus Dominus, qui charus erat nobis, & amabilis, ac precioſus, vt anhelitus vitalis ſpiritus, quem per nares emittimus, ac reſpiratio, quam immittimus. Sicut enim ſpiratio, & reſpiratio internum calorem refrigerans continuò vitam conſeruat, ita Chriſti gratia internum concupiſcentiæ calorem mitigans conſeruat vitam ſpiritualem: & eſt ſatis bonus ſenſus, quamuis Chaldæus de Ioſia intelligat.

24 *In peccatis noſtris.*] Hebraice, בשחיתותם biſhithotham, quod nomen deriuatur à verbo Sahhar, quod eſt corrumpere, diſperdere: & ſignificat rete, vel laqueum, quod in eo corrumpatur, aut perdatur, qui irretitur: & quidem Lxx. B verterunt, ἐν ταῖς διαφθοραῖς ἡμῶν in corruptionibus noſtris, quo ipſo nomine Lucas c. 2. *Act. 2. 31. Pſal. 16* Act. 31. ex Pſ. 16. retulit, nec caro eius vidit corruptionem. *Diony. Alex.* Dionyſius Alex. in reſponſione ad quæſtiones Pauli Samoſateni, legit: Captus eſt in calumniis noſtris. *Ambroſius.* Ambroſius Sermo. 11. in interitu noſtro: & licet in editione Græca Compulteoſi, & Regia legatur, in corruptionibus noſtris, & antiqui ſcriptores, *Varia lectio.* nempe Origen. Hierony. & Ruffinus, quos ſupra citauimus, ita ferè legerint: at codex Vaticanus, in corruptionibus ipſorum, legit, vt habetur in Hebræo, vt etiam *Euſebius* Euſebius, & *Gregor. Niſſe.* Gregorius Niſſæ Epiſcopus, qui legit in corruptelis eorum. Chaldæus tamen, & eum ſequutus R. Abraham, & Tigur. verterunt, in retibus ipſorum. Pagninus verò ſequutus R. Salomonem tranſtulit, in foueis eorum, nempe perſecutorum, C de quibus dixerat, velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cęli, ſuper montes perſequuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis, quorum retibus, laqueis, vel foueis, quibus diſperdiderũt eum, comprehenſus eſt Sedecias Chriſtus Domini iuxta Hebræos. *Mutatio perſonæ frequens in ſcriptura.* Sed quia ſæpe mutari ſolent perſonæ in ſcriptura ſacra, tertiam illam vel Lxx. vel Vulgatus pro prima acceperunt, & tranſtulerunt, in corruptionibus noſtris, quia verò nomen hoc ſignificat perditionem, ſeu corruptionem, *Ratio vertendi vulgati.* hoc eſt, interitum, ſeu interitionem vitæ corporis, nam Pſ. 107. 20. iidem Lxx. verterunt *Pſ. 107. 20.* hoc nomen, & eripuit eos de interitionibus eorum, hoc eſt, de mortibus eorum, quibus erant vicini, nam v. 18. dictum erat, & appropinquauerunt vſque ad portas mortis. peccata verò noſtra cauſa fuerunt cur Chriſtus interemptus ſit, pro- D pterea Vulgatus tranſtulit, captus eſt in peccatis noſtris, hoc eſt, vt communis habet expoſitio Olympiodori, & omnium Latinorum, propter *Iſa. 53. 5.* peccata noſtra, iuſta illud Iſa. 53. 5. ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Theodoretus tamen intelligit corruptiſſimam impietatem Iudęorum, qui impiè Chriſtum comprehenderunt, & morti addixerunt.

25 *In vmbra tua viuemus in gentibus.*] Hoc eſt, ad *1. Cor. 11. 1.* eius imitationem: dixit enim B. Apoſtolus 1. Cor. 11. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Sic *Vmbra Chriſti quid notat.* hoc loco Origenes. Sed homil. 8. in Ieſus nomine, vmbræ Chriſti humanitatem, ſeu carnem intelligit, ſub qua tanquam ſub diuinitatis vmbra vitam accipimus ſpirituale͂. Rupertus exponit, ſub tuo nomine, ac protectione inter gentes iniquas viuemus ſecuri. Sed Hugo, Lyra, & Dionyſius rectè Chriſti protectionem intelligũt, quo protegente nos à malis eruimur: ſicut qui explicant de Ioſia, aut Sedecia dicunt, Iudæos ſperaſſe ſe protegendos, & liberandos à gentibus, quæ Iudæã circumdabant, nam erat ſita in medio gentium: & conſtat hic ſenſus ex toto Pſalmo 90. & Pſ. 16. 8. Sub vm- *Pſ. 90. & 16. 8.* bra alarum tuarum protege, Iſa. 49. 2. In vmbra *Iſa. 49. 2. & 51. 16.* manus ſuæ protexit me. Et cap. 51. 16. & in vmbra manus meæ protexi te: vmbra tuim fuit Chriſtus protegens nos ab æſtu, & à malis omnibus, & reficiens roboranſque ſuo fructu, vt dicit ſponſa *Cant. 2. 3.* Cant. 2. 3. Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

26. *Gaude, & lætare filia Edom.*] Ironicè conuertit ſermonem ad Idumæos, qui inueterato odio proſequuti ſunt ſemper fratres ſuos Iſraelitas, quod Eſau, qui Gen. 25. dictus eſt Edom, à quo ipſi *Gen. 25. 30.* profecti, Iacobum fratrem, vnde orti Iſraelitæ *Gen. 27. 41.* Gen. 27. occidere cogitarit: adeo vt hoſtibus Chaldæis muros vrbis euertentibus adeſſet, & eos ad illos diruendos hortaretur, vt habetur in Pſalmo 136. Memor eſto Domine filio- *Pſ. 136. 7.* rum Edom in die Ieruſalem, qui dicunt Exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea. Quod argumentum proſequitur late Abdias, & *Abdias. 10.* Ezechiel c. 35. 13. & nonnulli ex aliis Prophetis. *Ezech. 35. 13.* Eos ergo deſtruendos etiam fore per Nabuchodonoſorem cõminatur, vt communis fert expoſitio Theodoreti, Rabani, Hugonis, S. Thomæ, Lyræ, & Dionyſij; quamuis Hebræi, & Chaldæus Paraphr. & R. Salomon de Romanis hæc dicta intelligant, quos duxiſſe originem putant ab Idumæis. Verum incerta eſt hæc origo, & refutant eam Hugo, & Lyra: quę autem ſit terra Hus dictum eſt Ieremiæ 25. cap. 27. Ad te quoque per- *Iere. 25.* ueniet calix: ille quem Deus iuſſit Ier. 2. 23. propinare omnibus. Sume, ait, calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, & bibent, & turbabuntur, & inſanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos: & commemoratis Idumæis, ſubdit, dices ad eos: bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque ſurgatis à facie gladij, quem ego mittam inter vos. Hoc eſt, quod hic dicit, inebriaberis, hoc eſt, ebriorum inſtar agitaberis, & circumibis trepida, & meticuloſa, omnis conſilij inops, quo imminens vitare poſſis periculum, iuxta illud Pſ. 106. Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut *Pſ. 106.* ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt. Atque nudaberis: ita vertunt etiam Dauid Kimhius, & Tigur. nudaberis, diſcooperieris, aut diſcooperies te præ ebrietate, vt dicitur Geneſ. 9. 21. de *Gen. 9. 21.* Noe. & bibit. de vino, & inebriatus eſt, & diſcoopertus fuit in medio tabernaculi ſui, per metaphoram ſicut ebrij verecunda, & infirma detegunt, ita immunita terræ tuæ apparebunt, per quę hoſtes ingrediantur, vt Gene. 42. dixit Ioſeph. *Gen. 42.* Immunita terrę explorare veniſtis. Aut nudaberis, ambitu murorũ diſiecto, & ſolo æquato. Lxx. tamen, Chaldæus, Pagninus, & Vat. vertunt verbum Hebræum, euacuabis, effundes, euomes te, iuxta illud Ieremiæ, bibite, & inebriamini, & vomite. Dicitur figuratè filiæ Edom, vt vomat, hoc eſt, ciues ſuos è medio effundat, & illis abeuntibus in captiuitatem, euacuetur, & ſolitudo facta remaneat.

26 *Completa eſt.*] Cõmunis huius verſus expoſitio

eſt, quod ſermone quaſi blandiens, & ſe ipſum reprehendentis quod tam duriter egerit cum populo tam dilecto, conſoletur plebem Ieroſolymitanam, pollicens ei poſt 70. annos reditum è captiuitate, cum tamen Idumæa ſit deſtruenda: &

Reditũ polliceta.

loquitur de futuro per præteritum, & iniquitatem accipit pro pæna iniquitatis. Vnde rectè Origenes: Sat, inquit, pænarum exſoluiſti, in quibus Edom ſuccedet. Sic intelligunt Theodoretus, Hugo, S. Thomas, Lyra, & Dionyſius. Hoc ſupplicio ſat punita eſt pro præterita iniquitate: vel pæna debita tuæ iniquitati hac captiuitate complebitur, poſtquam libera redibis. Non addet vltra, vt tranſmigrare te faciat: non hoc dicit, quod nunquam ducendus alias erat captiuus populus Iudæorum, cùm à Romanis deſtructus ſit, & diſperſus. Sed vel cum conditione loquitur, vt volunt Hugo, & Lyra, ſi Deo fideliter ſeruieris. Vel vt exponit S. Thomas pro his peccatis, pro quibus hoc ſupplicium eſt tibi inflictum, quia non punit Deus idem bis. Vel vltra accipit pro longo tempore, non pro omni, vt exponit Diony. Vel vt Theodoretus: Non addet vltra Nabuchodonoſor, vt tranſmigret te: quia Reges Chaldæi omnino periere, & ſub dominio Perſarum redacti ſunt. Demùm Origenes ſic exponit: Non diutius manebis in captiuitate, cum integram menſuram expleueris: minuit enim ſupplicium Deus, non adijcit. Sed expletis 70. annis ad tuas ſedes reuerteris. Sic

Iſa. 40. 2. Ieruſalem ſat punita

Iſa. 40. 2. dictum eſt: loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate eam, quoniam completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius, ſuſcepit de manu Domini ſupplicia pro omnibus peccatis ſuis. Hoc eſt, iam ſatis ſuſtolit afflictionum, non vult Deus vltra eam vexare, ſatis ſuperque caſtigata eſt, duplo quam iuſtum erat pænas dedit. Hyperbolicus ſermo eſt. At contra tota ira deſæuiet contra Idumæam, quam puniturus eſt

Pæna Idumæorum.

Deus, & diſcooperiet peccata eius: præteritum accipit pro futuro. nam iniquitates Idumæorum omnibus faciet manifeſtas pænis grauibus inflictis, grauitas enim pænæ oſtendit grauitatem culpæ, vt diximus c. 1. num. 14. hinc Ierem. 49. dictum eſt: Ego diſcooperiui Eſau, reuelaui abſcondita eius. Chaldæus; quem ſequi videtur Iſidorus, intelligit hunc locum de plebe Iudæorum, quæ liberanda eſt per Meſſiam à pæna propter iniquitatem à Romanis inflicta, & in eam ſuccedet Ruma, quæ Idumæa nomine vocatur, quod ex Idumæis fuerint eius fundatores. Melius ac vtilius Origenes, Olympiodor. cum alijs qui-

Ier. 49. 10. Chaldæi expoſitio.

A buſdam, hunc locum tanquam Prophetiam exponunt, quod complenda ſit iniquitas, & auferenda Chriſti morte è filia Sion, ex eccleſia è Iudæis, & gentibus coacta, & Idumæi, hoc eſt, impij homines diſperdendi, qui ſemper hoſtili odio eccleſiam ſunt perſequuti. Vt idem hoc loco Prophetauerit Ieremias, cum dicit, completa eſt iniquitas tua. quod Daniel, cum cap. 9. dixit, Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas. Illud verò quod ſubiecit Ieremias, non addet vltra vt tranſmigret te, Daniel expoſuit cum addidit, Et adducetur iuſtitia ſempiterna. Significatur enim, legem euangelicam nunquam abrogandam, neque Eccle-

Senſus Propheticus de eccleſia Chriſti.

Dan. 9. 24.

B ſiam è ſuis inſtitutis vnquam dimouendam. Probant autem hunc ſenſum huic loco eſſe germanum, quia verba illa. Non addet vltra vt tranſmigret te, vera non apparent, ſi de filia Sion terrena explicentur, nam intelligi non poteſt quomodo non adhuc de ſuis ſedibus pulſa, tranſlataque ſit, cùm perſpicuum ſit, eam denuo coactam demigrare, & funditus euerſam fuiſſe à Romanis, & perpetua captiuitate damnatam. Verum quamuis hic ſenſus vtiliſſimus ſit, & verus iuxta ſpiritualem intelligentiam, prior tamen ille textui conuenit, & germanus eſt: nec obſtat particula, vltra, quia licet in Hebræo non ſit, vbi tantùm dicitur: non addet, vt deportet te, vel vt tranſmigrare faciat te: atque hic modus loquen-

Senſus prior verus & hiſtoricus.

C di poſſit intelligi aliquo ex prædictis modis: Verum commodior eſt ille, quo aduerbium vltra ſolet accipi, non pro ſemper, ſed pro in longum tempus: vt Ioel. 2. 19. Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini eo, & non dabo vos vltra opprobrium in gentibus: loquitur autem in eodem ſenſu, in quo hic explicamus Ieremiam, de liberatione è captiuitate Babylonica. Et Iſa. 2. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium: hoc eſt, longo tempore pax erit inter homines, cum cœperit Euangelium denuntiari: quam huius aduerbij ſignificationem notauit Lyra in Iſaiæ capite, quare non mirum ſi eadem ratione abſoluens ſuas lamentationes Ieremias hac bonorum omnium adductione, poſt conſummatum ſupplicium 70. annorum captiuitatis, polliceatur non vltra paſſurum

Ioel. 2. 19.

Iſa. 2. 4.

D Deum vt vltra captiua ducatur filia Sion, nec vt iam vltra illi iraſcatur, per longum tempus videlicet.

ORATIO

ORATIO IEREMIÆ PROPHETÆ

CAPVT QVINTVM.

RECORDARE Domine
1 quid acciderit nobis: intuere
& reſpice opprobriũ noſtrum.
2 [2] Hereditas noſtra verſa eſt
ad alienos, domus noſtræ ad
extraneos.
[3] Pupilli facti ſumus abſque patre, matres
3 noſtræ quaſi viduæ.
4 [4] Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna
noſtra pretio comparauimus.
5 [5] Ceruicibus noſtris minabamur, lapſis
non dabatur requies.
6 [6] Ægypto dedimus manum, & Aſſyriis, vt
ſaturaremur pane.
7 Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt: &
nos iniquitates eorum portauimus.
8 [8] Serui dominati ſunt noſtri: non ſunt qui
redimeret de manu eorum.
9 [9] In animabus noſtris afferebamus panem
nobis, à facie gladij in deſerto.
10 [1] Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à
facie tempeſtatum famis.
11 Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines
in ciuitatibus Iuda.
12 [9] Principes manu ſuſpenſi ſunt: facies ſenum
non erubuerunt.
13 [10] Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt: &
pueri in ligno corruerunt.
14 Senes defecerunt de portis: iuuenes de
choro pſallentium.
15 Defecit gaudium cordis noſtris: verſus
eſt in luctum chorus noſter.
16 Cecidit [11] corona capitis noſtri: væ nobis,
quia peccauimus.
17 Propterea mæſtum factum eſt cor noſtrum,
ideo cõtenebrati ſunt oculi noſtri.
18 Propter montem Sion, quia diſperiit,
vulpes ambulauerunt in eo.
19 Tu autem Domine in æternum permanebis,
ſolium tuum in generationem, & generationem.
20 Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri?
derelinques nos in longitudine dierum?
21 [12] Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur:
innoua dies noſtros ſicut à principio.
22 Sed proiiciens [13] repuliſti nos, iratus es
contra nos vehementer.

PARAPHRASIS.

REcordare Domine quid mali acciderit nobis, & ad miſericordiam flectere, intuere, & reſpice opprobrium, cui ſumus ſubiecti. [1] Hæreditas noſtra deuoluta eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos. Anno 11. Sedeciæ.

Vt [2] pupilli patre orbati facti ſumus, matres noſtræ factæ ſunt viduæ. [3] Aquam, qua prius liberè reficiebamur, vt pote noſtra, modo pecunia bibimus: ligna è noſtris agris precio nobis comparamus. Continuò noſtris [4] ceruicibus minabantur Chaldæi perſecutionem, laſſis licet nobis nunquam datur requies.

[5] Ægyptiorum ſeruituti nos dedidimus, & Aſſyriorum, vt vel ſic pane ſaturari poſſemus.

Parentes noſtri peccauerunt, & priuſquam pœnas debitas luerent ſubtracti ſunt, & nos iniquitatum illorum pœnas luimus.

Qui prius noſtri [6] ſerui erant, & tributum nobis pendebant, nobis nunc dominantur: nec vllus fuit qui nos de illorum poteſtate liberaret.

[7] Cum vitæ noſtræ periculo, fame vrgente, ex agris cibos inuehebamus, dum armati hoſtes per ipſa loca deſerta nobis, vt occiderent, inſidiarentur.

Præ famis magnitudine combuſtis, adeſiſque carnibus, pellis noſtra exſiccata, exuſtaque nigredinem contraxit, vt clibanus exuſtione continua.

Illud verò turpiſſimum fuit, quod hoſtes mulieres in ipſa vrbe Ieroſolyma violauerunt, & virgines in aliis ciuitatibus Iuda.

[9] Principes manu eorum ſuſpenſi ſunt: ſenibus honorem debitum non detulerunt.

[10] Adoleſcentibus ad turpe miniſterium abuſi ſunt, & pueri graui lignorum onere debilitati corruerunt.

Senes qui in portis iudiciis exercendis præerant deſiderantur omnes: iuuenes à muſicis carminibus, & pſalmis canendis, quibus pro ætate vacare ſolebant, ceſſauerunt.

Quicquid gaudium cordi noſtro afferre cõſueuerat id omne ceſſauit. Chorus pſallentium, quo oblectabamur, in luctum verſus eſt nobis.

[11] Corona Regni noſtri inſigne præſtantiſſimum, de capite noſtro cecidit. Væ nobis quia vt hæc pati mereremus noſtris peccatis efficimus.

Hæc eſt cauſa cur animus noſter intimo langueat dolore, cur etiam oculi noſtri nimio fletu penè lucem amiſerint.

Propterea quod mons Sion, qui tam præclaris ædificiis ornatus erat nunc deſertus eſt, ita vt vulpium factus ſit diuerſorium.

Tu autem Domine cum ſempiternus ſis, & ſolium tuum, regiaque poteſtas per omnia perduret ſecula:

cur in perpetuum differs non recordari noſtri, & per tam longum tempus relinquis nos, ac ſi ad te non pertineremus?

Tu igitur, ſiquidem malorum noſtrorum origo fuit à te diſcedere,'' conuerte nos ad te, & conuertemur, innoua dies noſtros, ad eumque ſtatum reuola, quo eramus antequam à te auerteremur.

Nam '' ſi meruimus à te repelli, vt certè meruimus, iam ſatis irarum eſt, deferueſcat precor ira tua, & ad inſitam tibi clementiam redeas oro.

ARGVMENTVM.

Malis omnibus, in quæ populum coniecerant parentum peccata ante Deum enumeratis, orat eum Ieremias, vt miſereatur, & ad ſtatum priſtinum reſtituat populum ſuum. Hanc orationem tunc confectam à Ieremia, cum in Iudæa erat, poſt regnum à Chaldæis vaſtatum, cum paucis illis ad cultum agrorum relictis, antequam iret in Ægyptum, certius eſt, & ex nonnullis verbis eius conſtat, quibus de his loqui videtur, quæ in Iudæa ipſa fieri conſpiciebat. Illud autem eſt in hac oratione notádum, quamuis nó ſit ordine alphabeti compoſita, vt ſuperiores Lamentationes, tamen eundem verſuum numerum continere, ſiquidem viginti duos verſus habet, quot ſunt literæ Hebræis.

COMMENTARIVS.

Iere. 6. 12. 1. HÆREDITAS *noſtra.*] Hæc fuerat Dominus comminatus Ier. 6. 12. tranſibunt domus eorum ad alteros, agri, & vxores pariter: nam qui remanſerāt in Iudæa ad colendos agros, ſeruituri remanſerant Chaldæis, ad quos deuolutæ erāt Iudæorum hæreditates, vel vt tributa grauia penderent ex fructibus. Sunt qui domorum appellatione templum velint intelligi, iuxta illud
Pſa. 78. Pſ. 78. Venerunt gentes in hæreditatem tuam,
Iere. 51. polluerunt templum ſanctum tuum. Et Ierem. 51. Operuit ignominia facies noſtras, quia venerunt alieni ſuper ſanctificationem domus Domini. Sed communis, & verior expoſitio eſt, vt de terra ipſa, quæ iure hæreditario pertinebat ad Hæbræos, & de omnibus, in quibus habitabant quas ſibi acceperant Chaldæi, loquatur propheta.

2 *Pupilli.*] Propriè hæc accipiunt Hugo, Lyra, & Dionyſius: nam multorum patres fuerant occiſi, vnde & filij orphani, & vxores viduæ remanebant. Sed quia addidit, quaſi, quo ſignificat, non fuiſſe verè viduas, Chaldæus exponit de filiis, & vxoribus, quarum viri vel aufugerant, vel ducti erant in Chaldæam. Sic enim & filij manebant abſque patribus quaſi orphani, & vxores abſque viris quaſi viduæ. Raban. & S. Thom. de protectione exponunt, nam quemadmodum pupillum, & viduam opprimere facillimum eſt, ita ille populus diuina protectione priuatus, erat expoſitus quibuſlibet barbarorum iniuriis. Deum autem illi populo patrem fuiſſe, ac ſic appellatum in ſcriptura, clarius eſt quam vt probari oporteat.

3 *Aquam.*] Vel noſtram vocat, quia reuera fuerat Iudæorum, ſed à Chaldæis ereptam, non niſi precio poterant habere: & ita loquitur de Iudęis, qui adhuc remanebant in Iudæa, qui vel emebant quæcunque indigebant, vel tributum pendebant ex terris ſuis. Vel noſtram dicit eam, quibus ege- A bamus, ſiue aquam, ſiue ligna, ſiue quæcumque alia, nam ex his duobus, quæ ſunt valde communia, cetera intellexit.

4 *Ceruicibus.*] Hebraicè: Super colla noſtra perſecutionem paſſi ſumus. Chaldæus, & Hugo intelligunt de tempore, quo captiui ducebantur Babylonem, nam hoſtes ſarcinas ſuas imponebāt humeris, ac ceruicibus Iudæorum, vt portarent eas. Vel ſecundum Lyram, & Dionys. Chaldæi minabāturſe caput Iudęis amputaturos præ odio capitali, ni celeriter iuſſis ſuis obtemperarent. Vel quia vt aiunt Raban. & S. Thom. ligatis ceruicibus, funibus, aut catenis ducebantur. Aut certè exiſtentes in Iudæa ſemper ad opus vrgebantur, & niſi facerent comminabantur à Chaldæis ipſis in Chaldæam propellendos.

B 5 *Ægypto.*] Dediſſe manus Ægyptiis, vel Aſſyriis, Rabanus, Hugo, S. Thom. Lyra, Dionys. & Vat. exponunt auxilium poſtulaſſe, & fœdera cum illis iniiſſe, vt ita poſſent pane ſaturari: quod ſæpe reprehendunt prophetæ. Sed quando hoc fecerint Iudæi, ad famem exſaturandam, non conſtat, ſi quando enim auxilium poſtulabant, id erat vt ab hoſtibus liberarentur. Alij vt Vat. etiam exponunt dediſſe manus, ſupplices factos fuiſſe Iudæos Ægyptiis, & Aſſyriis. S. Thomas, & Diony- *Manus dare ſeruire.*
ſius, dare manus pro ſeruire accipiunt: & indicat hunc ſenſum Chaldæus, cū dicit: Ægypto præbuimus humeros, vt illic cibaremur, & Aſſyriæ vt pane ſaturaremur: & Symmachus cū dicit Ægyptiis nos ipſos tradidimus, ad eos qui ſemper fuerunt C hoſtes tanquam ad amicos confugientes, & ad Aſſyrios cum fame laboraremus accurrimus. Sic manus accipitur, Exod. 14. cum dicitur: Liberauit *Exo 14. 30*
Dominus in illa die Iſraelem de manu, hoc eſt, de *1. Reg 2. 5.*
ſeruitute Ægyptiorum, iuxta illud 1. Reg. 2. Repleti prius pro panibus ſe locauerunt. Loqui- *Tranſlat. vetus.*
tus ergo de his, qui remanſerant in Iudæa, quorum

quorum multi ad Ægyptum confugiebant, vbi ſupplices Ægyptijs ſe tradebant, vt à fame liberarentur: Alij verò ad Aſſyrios, hoc eſt Chaldæos Iudææ præſidiarios ſe conferebant in mancipia, ſe illis tradentes, vt vel hoc modo fami ſatisfacerēt.

6 *Seruι.*] De gentibus finitimis loquitur, quæ admixtæ venerant ad obſidionem cum Chaldæis, nempe de Idumæis, Ammonitis, & Moabitis, vt volunt Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, quæ quondam ſeruierant Iudæis, & tributa penderant regibus ipſorum. Vel de ipſis Chaldæis, quos propter impietatem, & idololatriam ſeruos vocat, Iudæos verò ingenuos, vt exponit Rabanus. Vel certè meminit ſeruitutis, qua damnati ſunt Chaldæi in patre ſuo Cham à Noë

Gen. 4. 25 cùm dixit, Gen. 9. 25. Maledictus puer Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Benedictus dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſeruus eius. Eſt autem res & turpiſſima, & miſerrima illum dominari cui prius fueris dominatus: quia præteritæ ſeruitutis recordatio nouos dominos ad ſe vl-

Prou. 30. 22. ciſcendum exacuit. Vnde è tribus, per quæ mouetur terra, Prou. 30. 22. vnum eſt, per ſeruum cùm regnauerit.

7 *In animabus noſtris.*] Loquitur de Iudæis, qui victum ex agris in vrbem inuehebant pauidi cum vitæ periculo, quod ob Chaldæos inſidiantes in deſerto ſemper pauerent. Ita Hugo, Lyra, Dionyſius, Iſidorus, & Vatablus, iuxta illud: in montibus perſequuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis: & licet hoc poſſit intelligi de tempore obſidionis, etiam exponitur rectè de tempore poſt captam vrbem; nam Iudæi illi, qui remanſerant, ſemper quærebant victū per agros, timentes Chaldæos, qui omnia luſtrabant, & vt crudeles necem illis minabantur. Olympiodorus tamen, & ſanctus Thomas explicant dé vexatione Iudæorum, vel cum ducebantur captiui, vel cum fugiebant Babylonios, qui afferebāt ſarcinas humeris cum vitæ diſcrimine.

8 *Pellis.*] Similitudo ſumpta à clibano ſic habet: quemadmodum clibanus frequenti ignis exuſtione in atrum colorem conuertitur, ita pelles propter magnitudinem famis, quæ tanquam procella abſumebat omnes, exuſtæ ſunt, & denigratæ. Sic LXX. Chaldæus, & omnes alij tranſtu-

Thr. 4. 8 lerunt verbum נכמרו, liuida, aut nigra facta eſt, vt ſupra capite quarto de fame Nazaræorum dictum eſt: Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum.

9 *Principes.*] Sic habetur in Hebræo, Septuaginta, & Chaldæo. Nam hoſtes principes ſuſpenderunt iuxta omnes interpretes, tunc fortaſſe, vt notat Lyra, quando apud Antiochiam erutis oculis Sedeciæ, Nabuchodonoſor principes iuſſit occidi, nempe ſuſpenſos patibulis.

10 *Adoleſcentibus.*] Hebraicè legitur: Iuuenes ad molendum tulerunt, vt Chaldæus, Dauid Kimhi, Tigurina, Pagninus, & Vatablus, quia iuuenes tanquam fortiores eligebant ad molas agitandas, quod erat viliſſimum, vt conſtat il-

Exo. 11. 5 lo Exod. 11. A primogenito Pharaonis, qui ſedet in

Iud. 16. 21. ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ, quæ eſt ad molā. Et Philiſtæi Sāſon molere coëgerunt.

Iſ. 47. 2 Iſ. 47. Tolle molā, & mole farinam, ad ignominiā

Scripturamos. dictum eſt. Sed quia Scriptura ſacra ſolet obcænam rem tectis verbis explicare, hac phraſi rem veneream expoſuit, iuxta Vulgati interpretatio-

A nem, ſumpta metaphora à mola, quod fœmina vt molæ mola, ſe viro ſubiiciat, vt apud Latinos *Molere.*

etiam auctores vſu venit. Dixit enim Horatius *Horat.* lib. 1. ſerm. Saty. 2. Huc iuuenes æquum eſt deſcendere, non alienas permolere vxores. Sic

Vulgatus Iob. 31. 10. quod Hebraicè legitur, mo- *Iob. 31. 10.*

lat alteri vxor mea, & ſuper eam incumbant alij, tranſtulit rectè, ſcortum alterius ſit vxor mea. Hoc ergo modo vertit hîc Vulgatus, adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt: quod alij, iuuenes ad coëundum tulerunt. Pueri in ligno corruerunt: hoc eſt ligneo patibulo ſuſpenſi, vt volunt Chaldæus, Hugo, Lyra, & Dionyſius, vel præ nimio labore. Sub ligneo manubrio, quo molam voluere cogebantur corruerunt, vt exponit Vatablus, vel vt R. Salomon, Lyra, item Vatablus,

B & Iſidorus, ſub onere lignorum, quod portare vltra vires cogebantur, corruère.

11 *Corona.*] Regni diadema intelligunt Hugo, ſanctus Thomas, Lyra, & Dionyſius, iuxta il-

lud Ezechiel. 21. 25. Tu autem impie dux Iſrael, *Ezec. 21. 25.*

aufer cidarim, tolle coronam; Sedecia enim ducto captiuo regnum ceſſauerat. Rabanus tamen Vatablus, & Iſidorus, cum nonnullis Hebræis templum intelligunt, quod eſſet omnium præſtantiſſimum, ſubiicitur enim ſtatim, propterea mæſtum eſt cor meum, ideo contenebrati ſunt oculi noſtri, propter montem Sion: hoc eſt, templum in monte Sion euerſum, quod in tantam ſolitudinem ſit redactum, vt vulpibus factum ſit domicilium, vt eſt communis explicatio: quamuis Hugo, & Dionyſius metaphoricè vulpium nomine Chaldæos intelligant, qui in

C loco templi verſabantur, quod defleuit capite *Th. 1. 10*

1. Ieremias, Vidi gentes ingreſſas ſanctuarium tuum.

12 *Conuerte nos.*] Ex naturæ diuinæ immutabilitate, quod ſempiternus ſit, & ex ſtabilitate regni, & poteſtatis voluit Deum flectere ad firmitatem promiſſorum tenendam, iuxta illud Da-

uid Pſalmo centeſimo primo: Tu autem do- *Pſ. 101. 13*

mine in æternum permanes, & memoriale tuum

in generatione, & generationem: Tu exurgens *Leu. 26. 43.*

miſereberis Sion. Promiſerat autem Deus Leuit. vigeſimo ſexto cap. hoc modo ipſi rogabunt pro peccatis ſuis, eò quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas deſpexerint: attamen etiam cum eſſent in terra hoſtili non penitus abieci eos, neque ſic deſpexi, vt conſumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim

D ſum dominus Deus eorum, & recordabor fœderis mei priſtini quando eduxi eos de terra Ægypti in conſpectu gentium, vt eſſem Deus eorum. Vult ergo adducere Deum, ne hanc promiſſionem longius differat, & quia ad hoc requiritur, vt ipſi rogarent pro peccatis ſuis: ait modo: Conuerte nos domine ad te per pœnitentiam: vt Chaldæus, Olympiodorus, Rabanus, Lyra, & Dionyſius intelligunt bene. Solus Hugo exponit de reuerſione ad ſedes priſtinas. Conuerte nos, ait, ad te, hoc eſt, ad locum vrbis, templique tui, & conuertemur, ac tibi, vt antea ſeruiemus. Innoua dies noſtros ſicut à principio. Petit reditum, & liberationem è captiuitate Babylonica eo modo quo liberati ſunt ex Ægypto, & inducti in terram promiſſam. Sic Hugo, Lyra, & Dionyſius, & Olympiodorus. Vel petit reduci ad tempus illud, quo piè & religiosè

colebant Deum, & ipſe cuſtodiebat eos in pace, A vt volunt Chaldæus, Rabanus, & ſanctus Thomas, iuxta illud Iob 29. Quis mihi tribuat vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me? & ſequentia.

13 *Repuliſti.*] Subiicit aliam rationem, propter quam debeat exaudiri nam pro illa particula, ſed, coniunctionem rationalem adiiciunt LXX. Chaldæus, & Tigurina, quia ſatis nos reprobaſti permittendo ire in captiuitatem, & ad ſummam vindictæ, minarumque illarum perueniſti, quas Leuit. 26. Comminatus es, in Hebræo dicitur: Quia Leui. 26
ſi reprobando reprobaſti nos, iratus es contra 41.
nos vehementiſſimè. hoc eſt, quod ſi ad hoc deuenit furor iræ tuæ, vt nos à te repelleres, & tanquam rem abominandam repudiares: iam ſatis iratus es, & tantis inflictis ſuppliciis tuæ iræ ſatisfeciſti, idcirco miſerere. Et hæc ſint ſatis de Threnis Ieremiæ.

COMMEN-

COMMENTARIORVM IN PROPHETIAM BARVCH.

LIBER SEXTVS.

ABSOLVTIS commentariis in vniuerſas Ieremiæ prophetias ſequitur vt illis ſubijciamus libri Baruch eius adminiſtri, ac diſcipuli elucidationem, vt per omnia quæcunque Ieroſolymis euenerunt mala, ob eius in Deũ ingratitudinem, ab Ieremia multo ante prædicta, & ſuo tempore viſa cõpleta, & à diſcipulo illius Baruch poſtea replicata, nobis perſpecta fiant. Quamuis autem nonnulla præmitti oporteret, quæ in initio cuiuſque libri ſolent prænotari, de auctore videlicet, de tempore, de ratione ſcribendi, de libri diuiſione, de argumento, & ſimilibus, relictis aliis ſuper libri titulum explicandis, duo tantum antequam ad libri explanationem accedamus, ediſſeremus, quæ ei non modicum lumen afferent: nempe vtrum liber hic canonicus ſit, & deinde quod ſit auctori propoſitum argumentum: vtroque enim cognito certi efficiemur de traditis in libro documentis.

Connexio libri Baruch cum præcedentibus.

Duo tantum præmittenda.

Quæſtio igitur in primis enodanda ſe offert, ſit ne hic liber Baruch incertæ fidei, vel apocriphus, an libris canonicis, qui diuina fide ſuſcipiuntur, ſit annumerandus? hoc enim perſpecto, quæ tam firmo ſuperſtruemus fundamento, certiora, ac firmiora conſtabunt. Hieronymus in proœmio Ieremiæ de hoc libro ita loquitur: Libellum autem Baruch, qui vulgo editioni Lxx. copulatur, nec habetur apud Hebræos, & ψευδόγραφον epiſtolam Ieremiæ nequaquam cenſui differendam. Quibus verbis oſtendit hunc librum ab Hebræis inter canonicos non numerari: Cum verò eccleſia Chriſti ex ſynagoga deſumpſerit librorum veteris Teſtamenti canonem: ſicut ſynagogæ hic liber canonicus non fuit, ita nec eccleſiæ futurus eſt canonicus, vt indicat illis verbis Hieronymus, & eum ſecuti ego, Lyra, & Dionyſius, & nõnulli alij, qui ea quoque ratione ducuntur, quod in principio huius libelli aliqua referantur, quæ falſa indubiè exiſtimantur. Vt quod poſt vrbis, templique vaſtationem, eſſet Ieroſolymis populus, & ſacerdotes, à quibus cultus Dei exerceretur in æde domini, & dies feſti agerentur: quod nequaquã tũc potuit contingere, cũ nullus relictus fuerit, qui poſſet illa peragere.

Quæſtio de libri Baruch autoritate. Hieronymi ſententia de hoc lib.

Nihilominus, his minime veritati aduerſantibus, liber hic integer verè eſt habendus canonicus. Tum quia vt canonicum Eccleſia videtur recepiſſe, vt conſtat cum ex eo ſancti Patres deſumant teſtimonia ad fidei dogmata comprobanda: Tum quia multi ſunt arbitrati hunc librum ab Ieremia confectum, non minus quam ceteras prophetias, vt mox dicemus: tum demum, quia tanquàm canonicum nobis hunc librum proponunt duo Concilia generalia Florentinum, & Tridentinum, vt de hac re non permittant dubitare, in decreto de libris canonicis.

Baruch liber canonicus.

Quamuis enim veteres patres Epiphanius in libro de partitione diuinæ ſcripturæ, Gregorius Nazianzen. in Carmine, Hieronymus in epiſtola ad Paulinum, & in præfatione in 1. Regum, quam vocamus Prologum Galeatum, Damaſcenus in libro 4. de fide Orthodoxa cap. 18. & Iſidorus in ſexto Etymologiarum, & lib. 1. de officiis cap. 12. He-

Epipha. Gregor. Nazian. Hieron. Damaſ. Iſiod.

bræos ſecuti librum hunc in ſerie ſacrorum librorum non recenſuerint: Eccleſia tamen eum Euſeb. Athan. Clemens Alex. Ambroſ. *merito recepit, Patres alios ſecuta, qui eius vt canonici meminerunt. Hi ſunt Euſebius in lib. de propheticorum librorum appellationib. Athanaſius in Synopſi: Clemens Alexandrinus, & Ambroſius ſtatim citandi. Quod ſi patres illi huius libri in ſpecie non meminerunt Hebræos ſecuti, certe vel nomine Ieremiæ contegerunt; vel ſi non admiſerunt, nos negare nō poſſumus eum verum fuiſſe fatum Ieremiæ, vt communi ſanctorum patrum mox comprobamus teſtimonio, & Hebraicè proinde fuiſſe prius ſcriptum, ac lectum captiuis Græcè neſcientib. Id quod non obſcurè oſtendit oratio Danielis cap. 9. Ieremiam imitantis, vt infra num. 13. ſuper caput primum indicamus: nam Daniel legebat Ieremiam, & quidem Hebræus Hebræum.* Epiph. *Quin & Epiphanius hæreſi 8. enumerat cum Ieremia librum Baruch. Habebunt, inquit hi Iudæi vſque ad reditum è captiuitate Babylonis, libros, & prophetas hos, Geneſim &c. Ieremiam prophetam cum Lamentationibus, & epiſtolis ipſius, ac Baruch. Et in lib. de ponderibus, & menſuris ſic ait: Hi viginti ac ſeptem libri, qui viginti duo numerantur, cum Pſalterio, & his quæ in Ieremia ſunt, Lamentationibus, inquam, ipſis, & epiſtolis Baruch,* Baruch Hebraicè ſcriptus. *etiam ſi non habeantur epiſtolæ apud Hebræos, ſed ſolū Lamentationes Ieremiæ coniunctæ, eo quod diximus modo conuerſi ſunt in Græcam linguam, per circuitum ſingulis paribus interpretum traditi. Vbi certè agnoſcit Epiphanius librum Baruch cum ceteris ſeruatum vſque ad reditum è Babylone, haud dubiè, Hebraicè ſcriptum: deinde in Græcam linguam cum aliis conuerſum, ac Hebraicum deperditum: vtinam non periiſſet. Nihil verò falſum continere librum, vt quidam falsò exiſtimarunt, in eius oſtendemus explanatione, quam iamiam ſubijcimus.*

DE LIBRI ARGVMENTO.

Libri argumentum & diuiſio. DVAS partes videtur libet complecti: Vna continet epiſtolam Iudæorum, qui erant Babylone, miſſam ad Iudæos, qui erant Ieroſolymis, cum pecunia collecta, & libro Baruch in qua referebant de libto Baruch, & de lectione eius in omnium conſpectu, & de fructu, quem ex eius lectione decerpſiſſent. Altera continet librū, in quo ptopheta ad conuerſionem inducit populum captiuum, primum tradens formam confeſſionis peccatorum ſuorum, & iuſtitiæ diuinæ, ac precationis, qua remiſſionem ſcelerum à Deo impetrent, ab initio libri, vſque ad vetſum 9. capitis tettij. Deinde à vetſu illo 9. vſque ad 8. cap. 4 oſtendit modum, quo Deum ſint placaturi, & in eius beneuolentiam ſe inſinuaturi, per obſeruantiam legis eius. Tettio à vetſu illo 8. vſque ad verſum 30. eiuſdem capitis inducit Ieruſalem tanquam mattem filiorum ſuorum captiuitatem lamentantem, & excitantem eos ad confidentiam in Deum, de celeri libetatione. Demùm ab eo loco vſque ad finem conſolatur eam, promiſſione diuina, ac per iocunda, de celeri reditu cum communi omnium exultatione, in optatam patriam. Nec enim modo ſetmo nobis eſt de epiſtola Ietemiæ, de qua ſuo loco diſſeremus.

PROPHETIÆ BARVCH.

CAPVT PRIMVM.

1 ET hæc verba libri quæ' ſcri-
pſit Baruch filius Neriæ, fi-
lij Maaſiæ, filij Sedeciæ, filij
Sedei, filij Helciæ in Baby-
2 lonia. | In anno ' quinto, in
ſeptimo die menſis, in tempore quo cepe-
runt Chaldæi Ieruſalem, & ſuccenderunt
3 eam igni. | Et legit Baruch verba libri hu-
ius ad aures Ieremiæ filij Ioakim regis
Iuda, & ad aures vniuerſi populi venientis
4 ad librum, | & ad aures potentium filiorũ
regum, & ad aures presbyterorum, & ad
aures populi à minimo vſque ad maximũ
eorum omnium habitantium in Babylo-
5 nia ad flumen Sodi. | Qui audientes plora-
bant, & ieiunabant, & orabant in conſpe-
6 ctu domini. | Et collegerunt pecuniam ſe-
cundum quod potuit vniuſcuiuſque ma-
7 nus, | & miſerunt in Ieruſalem ' ad Ioa-
kim filium Helciæ filij Salom ſacerdotum,
& ad ſacerdotes, & ad omnem populũ, qui
8 inuenti ſunt cum eo in Ieruſalem: | cum ac-
ciperet vaſa templi domini, quæ ablata
fuerant de templo, reuocare in terram Iu-
da decima die menſis Siuam vaſa argentea,
quæ fecit Sedecias filius Ioſiæ rex Iuda.
9 | Poſtea quam cepiſſet Nabuchodonoſor
rex Babylonis Iecconiam, & principes, &
cunctos potentes, & populum terræ ab Ie-
ruſalem, & duxit eos vinctos in Babylo-
10 nẽ. | Et dixerunt: Ecce miſimus ad vos
pecunias, de quibus emite holocauto-
mata, & thus, & facite ' manna, & offerte
11 pro peccato ad arã domini Dei noſtri. | Et
orate pro Nabuchodonoſor regis Babylo-
nis, & pro vita Balthaſar filij eius: vt ſint
dies eorum, ſicut dies cœli ſuper terram:
12 | Et vt det dominus '' virtutem nobis, &
illuminet oculos noſtros vt viuamus ſub
vmbra Nabuchodonoſor regis Babylonis,
& ſub vmbra Balthaſar filii eius, & ſeruia-
mus eis multis dieb. & inueniamus gratiã
13 in conſpectu eorũ | Et pro nobis ipſis ora-
te ad dominum Deum noſtrum, quia pec-
cauimus domino Deo noſtro, & nõ eſt ad-
uerſus furor eius à nobis vſq; in hunc diẽ.
14 | Et ' legite librum iſtũ, quem miſimus ad
vos recitari in tẽplo domini, in die ſolẽni,
15 & in die opportuno | & dicetis: ' Dño deo
noſtro iuſtitia, nobis autem confuſio faciei
noſtræ: ſicut eſt dies hæc omni Iuda, & ha-
16 bitantib. in Ieruſalem, | regibus noſtris, &

PARAPHRASIS.

HI ' ſunt ſermones, quos ' ſcripſit in libro Baruch filius Neriæ, filij Maaſiæ, filii Sedeciæ, filii Sedei filii Helciæ, dum eſſet Babylone anno viceſimo tertio Nabuchodonoſoris, & quinto captiuitatis, in ſeptimo die illius menſis, quinti videlicet, quo ceperunt Chaldæi Ieroſolymam igníque ſuccenderunt. Cuius libri ſermones publice recitauit Baruch in maxima populi frequentia Babylone exulantis, nempe audiente Iechonia filio Ioakim regis Iuda proceribus quoque, regum filiis, & ſenioribus vniuerſo denique populo à minimo vſque ad maximum, qui habitabant in Babylone, & conuenerant ad audiendum librum, ad fluuium Sodi, nec ſine fructu: ſiquidem lacrymis profuſis, & ieiuniis afflicti ad preces, ad dominum fundendas conuertebantur: conferebantque pecuniam pro cuiuſque facultate, quam miſerunt Ieroſolymam ad ſacerdotem Ioakim Helciæ filium, filii Salon, & ad alios ſacerdotes, omnemq; populum cum illo Ieroſolymis cõmorantem. Qui quidem Ioakim paulo ante, in menſe Siuam, Maio, decima eius die reducenda in Iudæã receperat vaſa argentea è templo exportata vndecimo anno Sedeciæ filii Ioſiæ regis Iuda, quæ ipſe faciẽda curauerat in locum vaſorum aureorum, quæ abſtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis cum tranſtulit Iechoniam, principes, ac potentes vinctos, cum populo, Babylonem. Miſerunt inquam cum huiuſmodi mandatis. Ecce miſimus ad vos pecunias, quibus holocauſta pro peccatis expiandis comparetis, & thus, & munus conficiatis: atq; ad aram domini Dei noſtri offeratis. Atque pro vita Nabuchodonoſoris Regis Babylonici, filiique eius ' Balthaſaris precemini, vt dies eorũ in terra diuturnitate diebus cœli reſpondeant: Et vt nobis conferat dominus ' virtutem ad præſentem calamitatem ferendam, & ſuæ gratiæ ſplendore nos recreet, atque exhilaret, vt in pace viuamus ſub tutela Nabuchodonoſoris regis Babylonis & Balthaſaris filii eius, illiſque ſeruire poſſimus per multos dies, eorumque gratiam obtinere. Deinde pro nobis etiam dominum Deum noſtrum oretis, quoniam peccauimus in ipſum, & necdum ad hunc vſque diem auerſa eſt à nobis eius indignatio, atque iracundia. ' legetis inſuper librum hunc, quem miſimus ad vos, diebus feſtis, ac ſolemnibus recitandum in æde domini ac dicetis.

Nabuchodonoſoris anno 23.

' Domino Deo noſtro iuſtitia debetur, nobis autem confuſio faciei qualis eſt hodie, homini Iudæo & his qui degunt Ieroſolymis, regibus noſtris principibus, ſacerdotibus, ' ' prophetis & aliis patribus

noſtris. Quoniā peccauim⁹ in dñm, & eis [15] nō credidim⁹: & dictis eius, nō auſcultauim⁹, vt præceptis ei⁹ quæ cōſpicientib. nobis palā Moyſi tradiderat pareremus. Ex eo tempore, quo dñs eduxit maiores noſtros è terra Ægypti ad hūc vſq; diē fuimus [16] increduli dño Deo noſtro, & pro nihilo duximus vocē eius audir. Quamobrem impacta ſunt nobis tot mala, & maledictiones, quæ conſtituit dominus per Moyſen ſeruū ſuum transgreſſorib. incurrenda eo tempore, quo maiores noſtros eduxit è terra Ægypti, vt terram lactis, melleque manantem nobis daret, vt incurriſſe nos liquido conſtat hodierno die. Neque tamen voci domini Dei noſtri acquieuimus, quam nobis per prophetas ſuos, quos ad nos opportunè miſit, manifeſtabat. Sed ſui quiſque cordis praui cogitationē ſecutus, dijs alienis [17] colendis incumbebat, & malis coram oculis domini Dei noſtri perpetrandis.

principibus noſtris, & ſacerdotibus noſtris
& [16] prophetis noſtris, & patribus noſtris.
| Peccauimus ante dominū Deum noſtrū. 17
[17] non credidimus diffidentes in eum: | & 18
non fuimus ſubiectibiles illi, & non audiuimus vocem domini Dei noſtri, vt ambularemus in mandatis eius, quæ dedit nobis.
| A die, qua eduxit patres noſtros de terra 19
Ægypti vſque ad diem hanc, eramus [?], incredibiles ad dominū Deū noſtrum, & diſſipati receſſimus, ne audiremus vocē ipſius
| Et adhæſerunt nobis multa mala, & ma- 20
ledictiones, quæ conſtituit dominus Moyſi ſeruo ſuo: qui eduxit patres noſtros de terra Ægypti, date nobis terram fluentem
lac & mel, ſicut hodierna die, | & nō audi- 21
uimus vocem domini Dei noſtri, ſecundū omnia verba prophetarum, quos miſit ad nos: & abiuimus vnuſquiſque in ſenſum cordis noſtri maligni [17] operari diis alienis, facientes mala ante oculos dñi Dei noſtri.

ARGVMENTVM.

IVDÆI Babylone captiui mittunt ad Iudæos Ieroſolymis degentes librum Baruch, cum pecuniis, quas eius recitatione moti contulerant: mādantes eis, vt ſacrificia coëmāt, & preces fundant tam pro ſalute Nabuchodonoſoris, & filii eius, quam pro ipſiuſmet, vt Deum propitium ſibi reddant, & vt librum hunc legant in diebus feſtis. Inchoatur etiam liber à confeſſione diuinæ iuſtitiæ, & propriæ Iudæorum impietatis, & ingratitudinis in Deum.

COMMENTARIVS.

Epigraphe libri Baruch.

1 HÆc *verba*.] Epigraphe eſt, ſiue inſcriptio libri, in qua ſcriptoris nomen, & temporis notatio continetur, vt fit in reliquis prophetis, ad cōmendationem operis, & docilitatem captandā. Comprehenditurque duobus primis verſib. quibus ſubiungēdus eſt liber, ſeu opus Baruch, quod incipit ab illis verbis decimiquinti verſ. Domino Deo noſtro iuſtitia, &c. Nam reliqua intermedia narrationem cōtinent, qua refertur quā vtiliter, & magno cum fructu librum ſuum recitauerit Baruch in maxima populi frequentia, ſiquidem ad lamenta, & ieiunia permoti non paruam pecuniæ copiam coëgerunt ad mittendum Ieroſolymam per legatos ad id delectos: qui & pecuniam cum libro deferrēt ad ſacerdotes, poſtulantes vt coëmptis ſacrificiis, & precibus fuſis, deprecarentur dominum pro ſua regūque ſalute, & incolumitate: & vt ſtatuerent in feſtis diebus legere librum hunc, vt ex frequenti eius lectione, eaſdē quotidie perciperent vtilitates, quas ipſi ex vna lectione perceperant, vt hinc colligamus quam vtilis ſit ac fructuoſa lectio ſacrorum librorum.

Liber Baruch recitat⁹ quam vtilis.

Quæſtio de huius libri auctore.

2 *Scripſit*.] Dubium eſt non contemnendum vtrū Baruch fuerit huius libri auctor, an ſcriptor tantum, Ieremias autē fuerit præcipuus auctor. Et nō eſt nobis ſermo de narratione illa, de qua iam diximus, & paulo poſt dicemus, quæ ſubſecuta eſt recitationem libri Baruch iam ſcripti, ſed de ipſo libro præcisè ſumpto, complectente inſcriptionē A & tractatum. Plurimi, & peruetuſti patres ſunt arbitrati hunc librum confectum fuiſſe ab Ieremia, & eo dictante ſcriptum fuiſſe à Baruch. Sic enim affirmant eiſdem pene verbis Athanaſius in Synopſi, & Euſeb. in lib. de appellationib. librorū propheticorum, in Ieremia. Cur, inquiunt, Baruch librū inſcribit? Quia quæ Ieremias dictarat, in libro à ſe deſcripto captiuis apud Babylonem recitauit conſolans eos, & auxilij ſpem à Deo nūciās. Theod. quoque in 1. huius lib. ca. de Baruch loquens: Cùm perueniſſet, ait, Babylonē, recitauit D. Ieremiæ prophetiā cunctis captiuis, & potiſſimum Ieconiæ. Auguſt. etiā lib 18. de Ciu. Dei c. 33. referens ex hoc li. c. 3. illud teſtimonium: Hic B Deus meus & non æſtimabatur alter ad eum, &c. ſubdit hoc teſtimoniū quidam non Ieremiæ, ſed ſcribæ eius attribuunt, qui vocabatur Baruch, ſed Ieremiæ celebratius habetur. Præterea iidē priſci patres, quotieſcunq; teſtimonio aliquo vtūtur ex hoc lib. tanquā ex Ieremia referunt, eū etiā nominātes. Sic Cle. Alex. li. 1. Pedagogi c. 10. Iam vero ait per Ieremiam quinq; narrat prudentiam: Beati ſumus, Iſrael, dicens, quia quæ Deo grata ſunt à nobis cognoſci poſſunt. Prudētia enim, & cognitio ſignificatur per eundem Prophetam dicentē: Audi Iſrael mādata vitæ, vt habetur in c. 3. Baruch Eodē modo recitat Cypr. li. 2. teſtimoniorū aduerſus Iudæos c. 6. Hilarius ſimiliter li. 5. de Trin. Audi, inquit, præter Moſem & Iſaiam, tum tertio,

Ieremiā fuiſſe auctorem, communis patrū ſententia. Athan. Euſeb.

Theodo.

Auguſt.

Clem. Alexā.

Cypria.

Hylar.

idipſum quoque, & Ieremiam docentem, cum dicit: Hic Deus noſter eſt, & non deputabitur alter ad eum, &c. Poſt hæc ſuper terram viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt. Diſerat enim iam ſuperius, & homo eſt, & qui cognoſcet eum? &c. Et ſubdit: Cum Ieremias Deum prædicet, qui & viſus in terris eſt, & inter homines conuerſatus eſt. Pater certè non niſi filio viſibilis eſt. Baſilius deinde libro 4. contra Eunomium in illa verba: Vt cognoſcant te ſolum Deum verum. Cum ergo Ieremias de filio dixerit, hic Deus noſter, non reputabitur alius præter ipſum, maiorem quoque patre dixit. Et Gregorius Nazianzenus oratione 4. de Theologia, & oratione 49. de fide idem teſtimonium refert ex Ieremia receptiſſimo prophetarũ. Et Chryſoſtomus tomo tertio ſermo. de Trinitate. & tomo quinto in demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus, aduerſus Iudæos. Ad hæc Ambroſius lib. 1. de Pœnitentia cap. 8. Merito, ait, ſcriptum eſt, quis orabit pro eo? hoc eſt, talis qualis Ieremias, cui cum eſſet dictum à domino, noli orare pro populo iſto, tamen orauit, & veniam promeruit. Deniqua interceſſione prophetica, & obſecratione tanti vatis inflexus dominus dicit ad Ieruſalem, & iubet luctus veſtimenta deponi, & abijci ſe initus penitentiæ, ſic enim ſcriptum eſt in fine libri, exue te Ieruſalem ſtola luctus, & vexationis tuæ, & indue te decorem eius, quæ tibi à Deo data eſt, gloriæ in eternum Baruch 3. & 5. & libro 1. de fide ad gratiã cap. 2. & in Ieremiæ quoque libro vnum Deum ſcriptura dicit, & tamen, & patrem, & filium confitetur. Itaque ſic habes: Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius ad eum, &c. Poſt hæc in terris viſus eſt, &c. Quid diſcutimus eum, de quo tantus dicit propheta. Et libro 3. Exameron cap 14. Delicatiora, ait, validioribus munienda ſunt, vt & ipſe quoque dominus per Ieremiam docet, dicens: ſicut ficus iſtas bonas recognoſcam tranſlatos Iuda. Denique de ipſis etiam in poſterioribus dicit: Delicati mei ambulauerunt vias aſperas, quibus infra ait: Conſtantes eſtote filij, & proclamate ad Deum. Sermone rurſus 18. in Pſal. 118. hæc omnia in ſcripturis diuinis, qui quærit inuenit. Nam & primum illud vt in dolore poſitos conſolemur, docet illa, quæ in libro Ieremiæ ſtabiliter clamat ad captiuos, & exules Iudæorum. Ite proficiſcimini filij: ego enim derelicta ſum deſerta: exui me ſtola pacis, indui autem ſtolam precationis meæ, &c. quæ habentur Baruch. 4. Similiter, & alij multi citant, Sixtus Pontifex in epiſtola prima, Theodoretus in Dialogo immutabilis, Fulgentius lib. 2. ad Thraſimundum, Caſſiodorus in Pſal. 81. Auctor quæſtionum veteris, & noui teſtamenti q. 102. Idacius Clarus Hiſpanus libro 3. aduerſus Varimandum, & Ioannes Maxentius lib. 2. Dialogorum cap. 15. & habentur tomo 5. Bibliothecæ Sanctorum. Demum Illefonſus lib. de Virginitate Mariæ cap. 6. hinc factum eſt vt non inferiori loco habuerint patres hunc librum, quam ſuperiores Ieremiæ prophetias: vnde diuinam vocãt ſcripturam. Clemens Alexandrinus libro ſecundo Pedagogi cap. 3. Pulcherrime itaque inquiens, alicubi dicit diuina ſcriptura, ad eos qui ſunt ſui amātes, & arrogantes verba dirigens. Vbi ſunt qui gentibus imperabant, & qui dominabantur feris, quæ ſunt ſuper terram? & ſequentia, quæ habentur Baruch. 3. & Ambroſius ſermone prædicto in Pſ. 118. Et diuinas voces, vt Euſebius libro ſexto de De-

Baſilius

Gregor. Nazian.

Chryſo.

Ambro.

Sixtus Pōtifex. Theodo. Fulgent. Caſſiod. Auctor quæſtio. Idacius. Ioannes Maxēt. Illefōſus Cl. Ale. vocat hunc librū diuinam ſcripturam. Tū etiā Ambroſ. Euſebius diuinas voces.

A monſtratione Euangelica cap. 19. nam cum multa retuliſſet ex tertio capite Baruch, & concluſiſſet: Poſt hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus verſatus eſt, ſubdit. Nihil adiungere oportet diuinis verbis, quæ euidentiſſime propoſitum noſtrum confirmant. Ratione quoque probatur verba huius libri fuiſſe ab Ieremia recitata, & à Baruch ſcripta. Quia nullus eſt auctor ſacri libri, qui in eius inſcriptione dicatur ſcripſiſſe librum, aut ſermones, ſed quod ipſe viderit, vel audiuerit, quæ in libro continentur ipſius: vt cum dicitur, viſio Iſaiæ, verba Ieremiæ, & ſic in aliis. At hoc loco dicitur tantum Baruch ſcripſiſſe verba libri: ſignum ergo certum eſt, hæc verba ab Ieremia edita, tradita vero fuiſſe Baruch ſcribæ, vt illa recitaret tranſcripta Babylone captiuis. Cum enim Ieremias ſuo conſilio tranſmigrare feciſſet Ieconiam cum aliis Babylonem, iuxta domini præceptum, compoſuit hunc librum pareniticum, & conſolatorium, quem tradidit Baruch, vt eum Babylonem deferret ad exulum conſolationem, & ſpem eorum erigendam. Cui ſententiæ iam copioſo numero teſtium, eorumque grauiſſimorum, conſignatæ, compellor ſubſcribere cum Hugone Cardinali hoc loco, minimè territus communi prænotatione libri, Baruch inſcripti, vt vocat Athanaſius eum referens quæſtione 36. ad Antiochum, & bis, in epiſtola de Nicena Synodo: & ſermo 3. contra Arrianos: & Hieronymus in proœmio Ieremiæ, & Cyrillus lib. 10. in Iulianum. Nam prænotatio hæc, & nominatio ex eo ſumpta eſt, quod poſt obitum Ieremiæ hunc librum, & ſcripſit, & publicauit Baruch. Quod vero affirmant Lyra, & Dionyſius huius libri auctorem fuiſſe Baruch, & non ſcriptorem tantum, quam verè dixerint, ex iam dictis, quiſque poteſt iudicare.

Ratione probatur Ieremiā fuiſſe libri auctore

Baruch liber prænotatur, quia ſcripſit eū, & promulgauit.

3. *Baruch.*] Scriptoris huius libri nomen eſt, quem ex officio commendat hæc inſcriptio, & ex genere, & ex beneuolentia in conciues ſuos exules. Ex officio primum, nominans Baruch, quod vel ipſo nomine omnibus eſſet notus, ac celebris, propter officium notarij, & ſcribæ, quo functus eſt cum Ieremia. Videtur autem, & ipſe ſcriba fuiſſe: nam ita nominatur capite trigeſimo ſexto Ieremiæ verſu vigeſimo ſexto: Et filius ſcribæ, vt in verſu vltimo eiuſdem capitis indicatur, & propterea in patria lingua egregie doctus, vt aſſerit Ioſephus libro decimo Antiquitatum capite vndecimo. Cœpit autem Ieremiæ in hoc munere miniſtrare anno quarto Ioakim regis, cum Ieremias in epitomen redegit quæcunq; prophetauerat ab anno decimo tertio Ioſiæ, vt dicitur, Ieremiæ trigeſimo ſeptimo capite, quam epitomen à rege combuſtam, iterum anno quinto eiuſdem ſcripſit, multo pluribus additis comminationibus. Adhæſit autem Ieremiæ, & vincto, & in Ægyptum ducto, & vſque ad obitum.

Baruch ſcriba, & ſcribæ filius. Ierem. 36. 26.

Ioſeph.

Ex genere deinceps commendatur Baruch, nam fuit inſigni familia natus, vt ait eo loco Ioſephus. Habuit enim patrem Neriam filium Maaſiæ, vt dicitur Ieremiæ trigeſimo ſecundo, verſu duodecimo: & hoc loco: Et fratrem Saraiam principem, qui cum rege Sedecia anno quarto regni eius perrexit Babylonem, & duxit ſecum librum oneris Babylonis, vt eum proijceret in Euphratem: ita videtur colligi ex capite quinquageſimo primo Ieremiæ verſ. 59. vbi

Baruch nobilis familia.

dicitur: Verbum quod præcepit Ieremias propheta Saraiæ filio Neriæ, filij Maaliæ. Beneuolum denique animum aduerſus fratres, Baruch oſtendit quod dicitur, Babylone ſcripſiſſe hunc librum. Nam cum vnà cum Ieremia, aliiſque Iudæis, qui aufugerant in Ægyptum, & ipſe diſcediſſet, vt conſtat ex cap. 43. poſt quinque annos ex Ægypto venit Babylonem, fratrum amore correptus. Nam vt ait rectè Theodoretus, omnem operam impendebant pietatis alumni, vt confirmarent infirmos, & ad veritatem deducerent ſcribendo, ac legendo, & longam viam conficiendo, nec mirum: cum Dei filius exierit à patre, & venerit in mundum, vt quæreret ouem, quæ perierat, & ad caulas Euangelicas reuocaret.

Baruch beneuolentia in fratres exules.

Ciuiles homines amor. *Io. 16. 28*

4. *Quinto.*] Tempus deſignat quo hunc librum ſcripſit Baruch, nempe in anno quinto captiuitatis, & conflagrationis templi. Nam eo anno interfecto Ieremia, vel ipſe Baruch ſponte receſ- B ſit Babylonem: vel cum aliis Iudæis captiuus ductus eſt. Aſſerit enim Ioſephus libro 10. Antiquit. cap. 11. Contempto Dei conſilio, quod per Prophetam dederat, Ioannes, & reliqua multitudo in Ægyptum abiit, abducto ſimul Barucho, & Ieremia. Quo poſtquam peruentum eſt, Deus ſignificauit prophetæ fore vt Babylonicum exercitum ducat in Ægyptum, iuſſitque prædicere populo quod capietur Ægyptus, & ibi partim interficientur, partim captiui Babylonem abducentur: id quod etiam factum eſt. Quinto enim poſt excidium Ieroſolymitanum anno, qui fuit regni ipſius Nabuchodonoſoris viceſimus tertius cum magnis copiis inuaſit Cœlem Syriam: qua ſubacta bellum geſſit contra Ammanitas, & Moabitas, & his quoque perdomitis Ægyptum hoſtiliter eſt ingreſſus: occiſoque qui tunc regnabat, & alio rege conſtituto, repertos ibi Iudæos rurſum capti- C uos Babylonem adduxit. Sic Ioſephus: Quoniam vero ſcriptum dicit librum ſeptima die menſis, non certo menſe notato, Lyra, & Dionyſius, exiſtimant menſem primum Niſan, cui noſter reſpondet Martius, eſſe intelligendum, cuius die ſeptima liber ſcriptus eſt à Barucho: & illa verba. In tempore, quo cœperunt Chaldæi Ieruſalem, coniungunt cum anno quinto, &, in, accipiunt, pro, a, vel ex, vt etiam Theodoretus, & Hugo: vt ſit ſenſus, Anno quinto, numerato ex eo tempore, quo Chaldæi cœperunt Ieruſalem, & ſuccenderũt eam igni. Verum huic exiſtimationi repugnat quod inferius verſu 8. dicitur Ioakim ſacerdotem, ad quem liber eſt miſſus, recepiſſe vaſa argentea decima die menſis Siuan, qui tertius eſt à Niſan, vt D reduceret ea Ieroſolymam: ergo cum liber ſcriptus eſt, & recitatus, & miſſus Ieroſolymam, iam Ioakim erat Ieroſolymis. Non potuit ergo liber ſcribi, & recitari ante menſem Siuan, qui eſt Maius. Quare cum videamus menſem deſignari abſque nota peculiari, quod nunquam accidit alias, probabilius eſt, illa verba ſubiecta menſi, nempe, (in tempore, quo cœperunt Chaldæi Ieruſalem, & ſuccenderunt eam) ideò adiecta, vt notaretur nomen menſis: ille videlicet, in quo capta eſt, & ſuccenſa ciuitas, cum eodem die. Sic enim dicitur 4. Reg. 25. 8. menſe quinto, ſeptima die menſis, (ipſe eſt annus nonus decimus regis Babylonis) venit Nabuzardan princeps exercitus in Ieruſalem, & ſuccendit domum domini, & domum regis, omnemque domum combuſſit igni, & muros Ieruſalem in circuitu deſtruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum. Nam vſque ad hunc menſem exercitus Chaldæorum non cœperat ciuitatem, ſed regem, & bellatores fugientes perſecutus fuerat, & comprehenſos duxerat in Rablatha. Durauit autem conflagratio à ſeptimo die vſque ad decimum; cuius meminit Ieremias cap. 52. verſu 12. Vt ergo ex commemoratione menſis, ac diei, quo exercitus Chaldæorum ingreſſus Ieruſalem, illam ſuccendit, permoueretur populus ad commiſerationem, & lamentum, notatus eſt dies ſeptimus menſis quinti, qui noſtro Iulio reſpondet, quo Chaldæi cœperunt, & ſuccenderunt Ieruſalem, in quo liber hic Ieremiæ ſcriptus eſt, & recitatus populo captiuo: quem ſeorſum explicuit nobis ſua verſione, Tigurina tranſlatio, dicens: Septima die menſis eius, quo tempore Chaldæi expugnauerunt Ieroſolymam, ignique ſuccenderunt. Plurimum enim refert ad affectus excitandos ei qui myſterium aliquod fidei meditatur, temporis circumſtantiam commemorare, vt fecit Paulus in priori ad Corinth. 11. 23. cum ait: Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis, quoniam dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate, & cetera.

Tẽpus quo is liber ſcriptus.

Ioſeph.

Cuius menſis die 7. ſcriptus eſt liber Lyra. & Dionyſij ſententia.

Reijcitur.

Vera ſententia.

4. Reg. 25. 8.

Ier. 52. 12.

Tẽporis cõmemoratio affectum excitat. *1. Cor. 11. 23.*

5. *Ieconiæ.*] Recitaſſe dicit Baruch librum Ieremiæ, omni populo captiuo iuxta fluuium Sud, vel Sodi, ex condicto conuenienti, à minimo vſq; ad maximum. Comprehendit enim homines cuiuſcunque fortunæ, & ætatis: nempe Ieconiam regem, proceres, & filios regum: eos videlicet, qui quarto anno Ioakim, qualis fuit Daniel cum ſociis ducti ſunt Babylonem, & qui cum Ieconia tranſmigrarunt, vt refertur 4. Reg. 24. Nam filij Sedeciæ, & omnes principes Iuda occiſi ſunt in Rablatha per Nabuchodonoſorem, vt refertur Ieremiæ 52. verſu 10. Minores quoque, & pueros, qui etiam conuocabantur ad maiorem commiſerationem Deo excitandam: ſic Niniuitæ ad vocem Ionæ cap. 3. 5. Veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Ioel quoque hortatur cap. 2. 16. Coadunare ſenes, congregare paruulos, & ſugentes vbera: ad veniam à Deo impetrandam. Sic Iudith cap. 4. 8. Clamauit omnis populus inſtantia magna ad dominum, & infantes proſtrauerunt contra faciem templi domini. Dubia tamen duo circa hunc locum euacuare oportet: vnum eſt cur rex Sedecias, qui Babylonem ductus eſt captiuus, & catenis vinctus, vt refertur 4. Reg. 25. 7. Et poſuit eum Nabuchodonoſor in domo carceris vſque ad diẽ mortis eius, vt dicitur Ieremiæ 52. 11. Non adfuit recitationi libri Baruch, vt Ieconias? Quod ſi reſpondeas, quoniam erat clauſus carcere. Dubium alterum eſt cur Ieconias rex adfuerit cum reliquo populo ad fluuium Sodi, cum etiã clauſus carcere contineretur. Nam vt Ioſephus ait lib. 10. Antiq. cap. 9. Ioakin cum amicis ac matre ductus eſt Babylonem, qui à rege in cuſtodia ſunt habiti, vſque ad primum annum Euilmerodach filij Nabuchodonoſoris, qui, vt legimus 4. Reg. 25. 27. & Ierem. 52. 31. Initio regni ſui eduxit Ioakim de domo carceris, & mutauit veſtimenta carceris eius, & poſuit thronum eius ſuper thronos regum: erat autem annus 37. tranſmigrationis Ioakim, & 26. captiuitatis, & tamen liber lectus eſt anno quinto, captiuitatis, & decimo ſexto tranſmigrationis. Ad

Populus conuocatus ad audiendum à maximo vſq; ad infantes.

Ier. 52. 10.

Pueri, et infãtes ad maiorem cõmiſerationẽ excitã dã vocati.

Ion. 3. 5 *Ioel. 2. 16.* *Iud. 4. 8*

Quaſt. 1. cur ab hac concione abfuerit Sedecias? *4. Reg. 25. 7.* *Ier. 52. 11.*

Quaſt. 2. cur adfuerit Ieconias carcere cõcluſus *Ioſeph:* *4. Reg. 25. 27.* *Iere. 52. 31.*

ptius

Quæſtionu prioris ſolutio. prius dubium reſpondetur id, quod iam dictum eſt, Sedeciam ita carceri fuiſſe mancipatum, vt nulla ratione à Nabuchodonoſore in eom irato libere agere, aut aliquando egredi permiſſus fuerit: ſiquidem, vt Ioſephus refert 10. Antiquit. cap. 11. *Ioſeph.* Nabuchodonoſor Babylonem reuerſus Sedeciam in carcere vſqoe ad mortem eius detinuit: mortouum tamen regia funeris pompa elatum ſepeliuit. Aut ſi facultatem exeundi obtinere licuiſſet, eam tameo impetrare non curabat, vel deſperatione deiectus, vel dedecore perterritus, quod cæcus ignominioſè incederet; quod noluiſſet Dei vocem ab Ieremia pronunciatam aodire. Ad poſterius dubium reſpondent Hugo, Lyra, & Dionyſius, aditum patuiſſe ad Ieremiam in carcere, atque ita ad illum ingreſſum Baruch, & legiſſe illi librum, quo ſignificant librum non recitatum ſimul in omnium exulum conuentu, ſed ſigillatim coram rege, & proceribus, deinde coram populo ad fluuium Sod: cum ex contextu literæ colligi videatur, omnes conueniſſe à rege vſque ad minimum ioxta fluuium illum, & in maxima frequentia librum recitatum. Quare cum eiſdem dicendom eſt noo ita arctè detentum in carcere Ieconiam quin aliquando libera ei egrediendi facoltas concederetur, cum vltro ſe dediderit Nabuchodonoſori, contra ac fecerat Sedecias, quem propterea tanquam fedifragum increpauit Nabochodonoſor. Nam hæc eſt cauſa, cur tanta cura Ieremias Ieconiæ, & eorum, qui cum eo tranſmigrauerant, ſalutem, & incolumitatem, & conſolationem procurauerit, ſiquidem eos admonebat, inſtruebat, conſolabatur, certos de reditu felici reddeos per epiſtolas, quæ habentur Ieremiæ 29. & capite 10. & cap. 6. Baruch, donec tandem ex Ægypto miſit Baruch cum libro hoc, in quo ad confeſſionem peccatorum exhortatur, & ad precandum inducit, & iocundiſſima libertate cito futura conſolatur. Hoc ergo intereſt inter Sedeciam cum ſuis, & inter Ieconiam cum tranſmigratis, quod inter ficus bonas, bonas valde, & ficus malas, malas valde. Vterque enim in captiuitatem ductus eſt, & vterque preſſus eſt calamitatibos: ſed quia Sedecias fuit Deo rebellis: Ieconias vero eius voluntati morem geſſit: ille quidem deſolatus admodum tulit captiuitatem, quam tamen hic multis Dei beneficiis, & conſolationibus recreatus, æquo animo pertulit, & Deo curæ foit, vt accidit iis, qui Dei voluntati ſe ſommittunt, ſioe in proſperis, ſiue maxime in adoerſis. Vnde Baruch lecto libro Ieremiæ facilè induxit exules in ſenſum peccatorum priſtinorum, & vt calamitatis cauſam agnoſcerent multis lacbrymis profuſis, & vt quiſque conferrēt pecunias, mittendas ſacerdotibus in Ieruſalem, ad comparandas victimas, quas immolarent, vt dominum Deum ſibi propicium redderent: quo docemur in temporibus anguſtis, & calamitoſis verbo Dei audiendo, fletibus, ieiuniis, precibuſqoe, atque largioribus ſolito eleemoſynis eſſe vacandum, quibus placatur dominus, & potiſſimum victimas immolandas, & ſacrificia, & hoſtias, hoc eſt diuiniſſimum Euebariſtiæ ſacrificium frequentandum, qood nobis eſt pro omnibus victimis, ſacrificiis, & hoſtiis totius mundi.

Quæſtionis poſterioris ſolutio 1 reſellitur.

Solutio verior.

Ieremia ſolicitudo pro iis, qui Dei iuſſu tranſmigrauerant.

Diſcrimē proborū, & improborum.

Tēpore aduerſo quibus Deus placandus officiis.

6. *Miſerunt.*] Ex Iudæis, qui audiebant, quædam magis idonei ſelecti ſunt qui permoti recitatione libri Ieremiæ facti per Baruch, vt tanti boni participes facerent fratres Ieroſolymis agentes, collegerunt pecuniam, & librum tranſcripſerunt, vt ait Lyra, & per legatos miſerunt com Epiſtola, quæ videtur incipere verſu decimo: Ecce miſimus ad vos pecunias, & cetera: in qua eos admonebant de ſacrificiis, & precibus, & libro perlegendo diebus feſtis. Nam Babylonij captiui ſibi reſeruaſſe videntur librum, quem ſcripſit Baruch, vt illum ſtatis temporibus legerent: & antigraphon alium miſerunt Ieroſolymitis, vt idem facerent, & in ſua anguſtia vtrique huios libri lectione, & ſpe reditus ex eo concepta ſe conſolarentur: qui froctus ex ſacrorum lectione librorum mirificè colligitur: vt oſtendit Ionathas 1. Machabæorum capite 12. verſu 9. cum in epiſtola dicit: Nos habentes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manibus noſtris.

Miſericordiā virum forma.

Epiſtola miſſa Ieroſolymam.

Librorū ſacrorum lectionis vtilitas

7. *Ad Ioakim.*] Rectè aduertunt Lyra, & Dionyſius hunc non fuiſſe ſummum ſacerdotem, cum ſummo ſacerdotio tunc gauderet Ioſedech Saraiæ filius, & pater Ieſu ſacerdotis magni: erat autem inter minores ſacerdotes inſignis: quod, vt videtur, filius eſſet Helciæ ſacerdotis ſummi, & frater Azariæ, qoi quod eſſet primogenitus io Pontificatu ſucceſſit. Id probatur, quod hoc loco Ioakim dicitur filius Helciæ filij Salom, vel Salomi. At 1. Paralipomenon 6. 13. & 1. Eſdræ 7. 2. Helcias Pontifex dicitur filius Sellum, qui 3. Eſdræ 8. 1. vocatur Solome, & à Græcis transfertur Salom. Et propterea à Ioſedecho filio Saraiæ ex fratre nepotis, miſſus eſt Ieroſolymam ad populum gubernandum, & cultum diuinum vtrumque promouendum. Quæſtio tamen grauis circa hanc totam narratiooem mooetur vtrom popolus aliquis hoc tempore Ieroſolymis eſſet, & vtrum diuinos cultus peragereturꝰ Nam propterea quod hoc falſum videtur, & locis aliis ſcripturæ repugnare, liber hic vt notant Lyra, & Dionyſius, tanquam falſa referens, & vti apocriphus à nonnullis reijcitor, cum tamen nec apocriphus ſit, vt ſupra oſtendimus, nec falſa contineat, vt monſtrabimus in huius quæſtionis enodatione. Primum ergo probatur nullum populum reliqoum fuiſſe Ieroſolymis: ſaltem poſt occiſum Godoliam, qui reliquiis fuerat à Chaldæis præpoſitus. Nam Iohanan filius Careæ, vt dicitur Ieremiæ 41. 16. Tolit omnes reliquias vulgi, vſque ad mulieres, & pueros, vt duceret in Ægyptum, & quidem doxit omnem animam, quā reliquerat Nabuzardan princeps militię cum Godolia, vt legimus Ieremiæ 43. 6. Ne vero dicas ex Ægypto rediſſe, aodi Ieremiam cap. 42. 17. Omnes viri, qui poſuerunt faciem ſuam, vt ingrediantur Ægyptum, morientur gladio, & fame, & peſte, nullus de eis remanebit: & infra: Et nequaquam videbitis locum iſtum. Et cap. 44. 11. Ecce ego pooam faciem meam in vobis in malū, & diſperdam omnem Iudam, & aſſumam reliquias Iuda, qui poſuerunt facies ſuas vt ingrederentor terram Ægypti, & conſomentur à minimo vſq; ad maximū, & non erit qui effugiat, & ſit reſiduus de reliqois Iodæorum, qui vadont vt peregrinentur in terra Ægypti, & reuertantur in terram Iuda, ad qoam ipſi eleuant animas ſuas, vt reuertantur. Quod ſi reſpondeas has minas intentatas illis, qui poſuerunt facies ſuas, vt fugerent in Ægyptum contra Ieremiæ, Deique voluntatem, non

Ioakim ſacerdos frater Azariæ ſacerdotis ſūmi

1 Paral. 6. 13.

1. Eſd. 7. 21

Quæſtio vtrum Ieroſolymis eſſet tunc populus; et cultus diuinus peragebatur.

Nullum fuiſſe probatur.

Ier. 41. 16.

Ier. 43. 6

Ier. 42. 17.

Ier. 44. 11.

Reſpōſio

contra alios, qui compellebantur ire, vt Baruch, & alij iuſti, ex his enim aliqui redierunt in terram Iuda: de quibus capite quadrageſimo quarto, verſu decimo quarto, poſt prædicta verba ſubijcit Ieremias: Non reuertentur, niſi qui fugerunt. & verſu vigeſimo octauo: Et qui fugerint gladio reuertentur de terra Ægypti in terram Iuda viri pauci. At hæc reſponſio non placet ſatis, quia 2. Paralipom. 36. 21. in vniuerſum dicitur, cunctis diebus deſolationis egit terra Sabbatum vſque dum complerentur ſeptuaginta anni, quod eſt illud Ieremiæ capite 44. 2. Vos vidiſtis omne malum iſtud, quod adduxi ſuper Ieruſalem, & ſuper omnes vrbes Iuda, & ecce deſertæ ſunt hodie, & non eſt in eis habitator. Præterea quia anno quinto captiuitatis, de quo modò eſt nobis ſermo, qui idem erat vigeſimus tertius Nabuchodonuſoris, Iudæos repertos in Ægypto captiuos duxit Babylonem, vt ſupra retulimus ex Ioſepho libro 10. Antiq. capite 11. & eos, qui reliqui erant Ieroſolymis, & fugerant ex Ægypto tranſtulit Nabuzardan ſeptingentos quadraginta quinque, vt dictum eſt Ieremiæ cap. 52. verſu 30. His ergo abductis Babylonem, quis populus hoc ipſo anno quinto reliquus fuiſſet Ieroſolymis cum Ioakimo, ad quem Iudæi Babylone exiſtentes miſerunt pecunias cum libro Ieremiæ, & communi epiſtola.

Ier. 44. 14. — *Refutatio* — *2. Para. 36. 21.* — *Ier. 44. 2.* — *Ioſeph.* — *Ier. 52. 30.*

Secundo hoc eodem anno cultum Dei peragi non potuiſſe ſatis oſtendit, quod locus non erat, cum & vrbs, & templum fuiſſet conflagratum, propter quod Azarias Danielis 3. 38. in fornace orans dicebat: Et non eſt in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocauſtum, neque ſacrificium, neque oblatio, neque incenſum, neque locus primitiarum coram te, vt poſſimus inuenire miſericordiam tuam. Nec obſtat ſi dicas Azariam loqui de tempore diuerſo, nempe de anno decimo ſeptimo à captiuitate, quo erexit Nabuchodonoſor ſtatuam auream: at Baruch de anno quinto, quia ex 1. Eſdræ 3. colligitur per totum tempus captiuitatis nullum fuiſſe altare, ac proinde nec ſacrificium: dicitur enim ibi, tunc primum erectum altare ſuper baſes ſuas, & holocauſtum cœptum offerri, & ſolennitates celebrari.

Cultum nullum fuiſſe probatur. — *Dan. 3. 38.* — *Reſponſio refutatur.* — *1. Eſd. 3. 2.*

Ad priorem nihilominus dubitationem procul dubio dicendum eſt populum aliquem permodicum Ieroſolymis egiſſe, ad quem legatio huius libri facta eſt: Nam licet in vniuerſum omnes reliquias tulerit in Ægyptum Iohanah, videlicet, quæ fuerant cum Godolia in Maſphat: at multi alij ſuperſtites erant, ſiquidem ex regione Ammon venit Iſmahel de ſemine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo vt dicitur Ieremiæ 41. Haud dubium, quin alij apud illam, aliaſque nationes remanſiſſent. Præterea in aliis vrbibus Iuda, aut in Galilæa, & Samaria non pauci reliqui eſſent, cum legamus eodem capite 41. octuaginta viros, audita templi conflagratione, raſos barba, & ſciſſis veſtibus, veniſſe de Sichem, Silo, & Samaria, vt munera, & thus offerrent in domo domini: & credendum eſt alios in illis vrbibus, & aliis, ſuperfuiſſe, etiam ex Iudæis, qui poſt tranquillitatem venerunt in ſanctam ciuitatem. Deinde ex Ægypto nonnulli fugerunt, vt dixit Ieremias, audientes venturum Nabuchodonoſorem, & Iudæos inde ducturum captiuos Babylonem, & redierunt in terram Iuda: itaque ex omnibus regionibus venerunt Iudæi in Ieruſalem, celeberrimæ vrbis, & loci ſanctitate allecti, qui populum conſtituerent, in quo eſſent, & nonnulli ſacerdotes. Nec hoc aduerſatur, quod hoc ipſo anno quinto, qui erat 23. Nabuchodonoſor, Nabuzardan tulerit Iudæos ſeptingentos quadraginta quinque, & duxerit Babylonem, vt dicitur Ieremiæ 52. quia Ieremias, vt eo loco diximus non loquitur de Iudæis pacificè habitantibus in Ieruſalem, & Chaldæis non repugnantibus, qui nunquam aliâs eam inuaſerunt, cum in Ammonitas, Moabitas, aliaſque nationes bellum gererent, ſed de iis Iudæis, quos reperit Nabuchodonoſor in Ægypto, & duxit captiuos Babylonem, vt ex Ioſepho retulimus, qui ad finem illius capitis vndecimi, rurſus dicit: Nabuchodonoſor vero non multo poſt, patris morte cognita, & conſtitutis Ægypti, ac reliquarum regionum negotiis, demandataque amicis cura captiuorum Iudæorum, Syrorum, Phœnicum, & Ægyptiorum traducendorum in Babyloniam properauit: illos ergo, qui degebant Ieroſolymis, non videtur attigiſſe, quod pauci eſſent, & ipſis Chaldæis ſubiecti, & tam pauci, vt merito terra putaretur ſabbatizare, & nullum habere habitatorem. Alias enim Daniel cum agebatur annus ſeptuageſimus, capite nono, verſu ſeptimo, verba Ieremiæ in hoc capite, verſu decimo quinto, vſurpauit, Sicut eſt hodie viro Iuda, & habitatoribus Ieruſalem, quibus oſtendit ſicut anno quinto, ita ſeptuageſimo habitatam fuiſſe Ieruſalem.

Quæſtionis de populo. Solutio. — *Ier. 41. 2.* — *Ier. 41. 5.* — *Obiectio diluitur.* — *Ier. 52. 30.* — *Ioſeph.* — *Dan. 9. 7.*

Ad poſteriorem dubitationem reſpondetur: & ſi templum fuiſſet conflagratum, in ruinis tamen eius ara extructa ſacrificia offerebantur, & alia in æde illa vaſtata ad Dei cultum pertinentia peragebantur: ſicut ante ædificationem templi Dauid habebat domi ſuæ arcam, & coram ea cultus Deo præſtabatur 1. Paralipomenon capite decimo ſexto: Et viri illi octoginta veniebant vt offerrent in domo domini quam iam ſuccenſam nouerant; & Iudæi reuerſi de captiuitate 1. Eſdræ capite tertio: coram altari denuo ædificato omnia Eccleſiaſtica miniſteria peragebant, & feſta celebrabant. Ædificatum quidem eſt de nouo, non quia per ſuperius tempus non fuiſſet in eo loco altare, ſed quia in loco eodem, in quo prius fuerat, vt notat Ioſephus libro vndecimo Antiquit. capite quarto, libertate data, & conuocatis vndique Iudæis, magna cum ſolennitate erectum eſt, cum prius altare ædificatum fuiſſet, & dicatum à pauciſſimis, & tenuiſſime, ac viliſſime, & multo cum timore, in ruinis templi, ex incendio relictis: ita vt pro nihilo haberetur, vt propterea dixerit Azarias, non eſſe holocauſtum, neque ſacrificium, neque incenſum, neque locum primitiarum, quia deſtituti erant templo illo ampliſſimo, & celeberrimo, in quo ſolenniter, & ab omni Eccleſia liberè agente hæc peragebantur: vel certè eo reſpexit Azarias, quod non liceret illis, vt olim templum adire in quo poſſent ſacrificiis, votis, & precibus inuenire Dei miſericordiam, vt olim: ſiquidem, quamuis libere degerent Babylone, at egredi inde non permittebatur. Ad populum ergo

Quæſtionis pars poſterior ſoluitur. — *1. Paral. 16. 2.* — *1 Eſdra 3. 3.* — *Ioſephus*

prædictum

prædictum, & ſi diminutum, & ad ædem dirutam, miſſa ſunt dona, & ſacrificia pecuniis comparanda.

Lectio diuerſa è Græco. 8. *Cum.*] Græcè dicitur, ἐν τῷ λαβεῖν αὐτὸν, in recipere ipſum vaſa domus domini reducenda in terram Iuda: & qoannis Hugo, & Dionyſius, ac Tigurina, numero multitudinis transferans, cum acciperent vaſa templi domini reuocare in terram Ioda, quo ſignificant ſacerdotes illos rediiſſe Babylone, cum vaſis illis, vt ea reducerent in terram Iuda. Sed melius Vulgatus, Pagninus, & alij verbo ſingulari vertunt, propter pronomen αὐτὸν dicentes, cum reciperet ipſe vaſa domus domini reuocanda in Iudæam, ac planè ſuppoſitum verbi eſt, Ioakim, vt rectè Lyra. Qui iam erat Ieroſolymis, ſed paulò ante venerat B Babylone cum vaſis argenteis, quæ Iudæi redemerant, & illi tradiderant præcedenti menſe Maio, vt reduceret Ieroſolymam ad conſolationem triſtis illius populi. *Ieroſolymam quæ vaſa reducta.* Vaſa è templo ter ſunt aſportata Babylonem: in primis, anno quarto Ioakim, qui erat primus Nabuchodonoſoris, vt dicitur Danielis 1. & 2. Paralipomennn capite trigeſimo ſexto, verſu ſeptimo: *Dan. 1. 2. 2. Para. 36. 7.* Qui vaſa intulit in domum theſauri Dei ſui. Deinde cum Ioakin incipiente regnare anno octauo regni ſui concidit Babylonius vniuerſa vaſa aurea, quæ fecerat Salomon rex Iſrael in templo domini, & tranſtulit Babylonem, vt refertur 4. Regum 24. 13. & 2. Paralipom. 36. 10. *Vaſa templi ter Babylonem aſportata.* Pro quibus Sedecias fecit alia vaſa ex argento ad templi ſeruitium, quæ tandem cum reliquis omnibus traducta ſunt Babylonem cum ipſo Sedecia: vt dicitur 4. Regum 24. 2. Paralipom. 36. & Ieremias capite 52. *4. Reg. 24. 11. 2. Para. 35. 10. Ier. 52. 17.* C de his ergo vaſis argenteis, quæ fecerat Sedecias, pro aureis ablatis, cum tranſtulit Nsbuchodonoſor Ieconiam, loquitur hæc hiſtoria: nam ea pecunia redemerunt, & miſerunt cum Ioakim Ieroſolymam: ergo Babylone venerat Ioakim ad ſtatuendum, & promouendum cultum Dei, miſſus ad fratres conſolandos, iuxta Apoſtoli conſilium ad Galath. vltimo, qui ait: *Ioakim ſacerdos miſſus Ieroſolymā ad fratres conſolandos.* Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. *ad Gal. 6. 10.* Et Zachar. 7. dictum eſt: Miſericordiam, & miſerationes facite vnuſquiſq; cum fratre ſuo. *Zac. 7. 9.*

Manna pro Minhah legendū. 9. *Manna.*] In omnibus Græcis codicibus, & in Theodoreto legimus τὸ μάννα Manna, & Septuaginta, vt dicit Hieronymus ſuper capite decimo ſeptimo Ieremiæ: vbi hæc penè verba D ponuntur, ipſum verbum Hebraicum poſuere מִנְחָה Minhah, quod peſſima, inquit, conſuetudine, imò ſcriptorum negligentia, manna in noſtris libris legitur. Vulgatus autem eo loco, & Daniel. capite nono, verſu vigeſimo primo, & ſæpe alias, ſolet transferre ſacrificium, oblationem etiam, ſeu munus: *Dan. 9. 21.* quorum differentiam quoniam in illud caput Ieremiæ breuibus ſtatuimus: *Ier. 17.* hic repetere non erit operæ pretium.

Orandū pro regibus. 10. *Balthaſar.*] Poſtulant vt orent pro vita, & ſalute regum, quemadmodum Ieremias capite 29. verſu 7. ſcripſit ad Iudæos Babylone exiſtentes. *Ier. 29. 7.* Quærite pacem eius ciuitatis, ad quam ego vos tranſtuli, & orate dominum pro ea, quia cum pace eius erit pax veſtra. Et 1. Eſdræ capite 6. verſu 11. dixit Darius; & orent pro vita regis, & filiorum eius. *1. Eſdræ 6. 11.* Cui exhortationi Paulus conſonans in priori ad Timothæum capite ſecundo dixit: *1. ad Tim. 2. 1.* Obſecro A primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt, vt tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate. Ait autem orandum vt ſint dies Nabuchodonoſoris, & filij eius, ſicut dies cœli in terra; *Dies cæli qui dicantur.* hoc eſt diuturni, quemadmodum Pſalm. capite 88. verſu 30. de throno Dauid dicitur: *Pſ. 88. 30.* Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cœli, id eſt, æternum. Vel etiam tranquilli, & fœliciſſimi, & proſperi, ſicut vita cœlicolarum tranquilla eſt, & fœliciſſima, ac beata.

Quæſtio. Quis ſit Balthaſar Nabuchodonoſoris filius. Quæſtio hoc loco ſe offert, quis ſit hic filius Nabuchodonoſoris, qui Balthaſar vocatur, pro cuius vita orari præcipitur? Num ſit ille qui B apud Danielem capite quinto vltimus rex Babylonis miſerrimè deceſſit? Euſebius quodam loco putauit Balthaſarem Baruchi, eſſe eundem cum illo Danielis. Sed omnino deceptus eſt. Nam Balthaſar huius loci erat primogenitus Nabuchodonoſoris, & ſucceſſor in Imperio: & propterea poſtulatur vt oretur pro vita eius: at ille Danielis fuit nepos, & filius Euilmerodach; vt diximus ſuper capite vigeſimo ſeptimo Ieremiæ: *Iere. 27.* hic Baruchi anno quinto captiuitatis: iam erat natus, ille Danielis nequaquam, ſiquidem cum interfectus eſt iuuenis erat, vt ex Xenophonte conſtat libro quinto Cyripediæ: *Xenop.* erat ergo diuerſus. Sed quis hic de quo eſt nobis ſermo, nam Euilmerodach fuit filius, ac ſucceſſor Nabuchodonoſoris? Hugo, & Dionyſius exiſtimant hunc Euilmerodach fuiſſe binomi- C num, & vocatum Balthaſarem: *Euilmerodach, & Balthaſar idem binomius.* atque hoc nomine gauiſum, cum pater viueret: at illo mortuo vocatum Euilmerodach. Poteſt, & hoc dici, Nabuchodonoſori fuiſſe duos filios primogenitum, & ſucceſſorem Balthaſarem: & ſecundum Euilmerodach, qui quòd ille præreptus morte fuerit, ſucceſſit patri in Imperio. *Vel fratres fuere, qui ſibi ſucceſſere.* Atque pro hoc Balthaſare poſtulatur hoc loco orari: cuius nomine voluit nominare filium ſuum, Euilmerodach, qui finem impoſuit Imperio Babylonico.

Quatuor ſibi precibus poſtulāt obtineri. 11. *Virtutem.*] Poſtulauerant primum orari pro vita regis, cui ſeruiebant, & filij eius: nunc ſibi quatuor à Deo obtineri petunt ſuæ tranquillitati neceſſaria, nempe ἰσχὺν poteſtatem, facultatem, robur, non virtutem D moralem, hoc nomine poſtulant, ſed vires, & facultatem reſpirandi, & liberius agendi, obtenta principis gratia. *Quæ virtus petatur.* Deinde, vt oculos noſtros illuminet, quo non petunt lucem ad errores repellendos, & errata præterita cognoſcenda, vt putant Theodoretus, Hugo, & Lyra, *Illuminatio oculorū quæ. Theod.* ſed obſcuritas tenebras triſtitiæ repellit, in quibus verſabantur, afflicti, & calamitoſi, & ſigna iræ Dei, quæ oculis tenebras obtrudere videntur, & Solem, & Lunam obtenebrare dicuntur, & ſtellas retrahere ſplendorem ſuum more ſcripturæ, quod triſtia omnia, obſcura, & tenebris obſita appareant. At quando reconciliati Deo, in eius gratiam recipiuntur, tunc oculis oboritur lux quædam beneuolentiæ, & benignitatis diuinæ, quæ omnia illuſtrat, & ſigna adducit pacis, ac beneuolentiæ, & tenebras depellit, & triſtitiam ex animo: vnde oculi recreati, & exhilarati, iam cœlum, ſolem, & lunam,

& cetera clariora conſpiciunt. Hanc ſuauiſſimam, & optatiſſimam gratiæ diuinæ lucem ſibi impetrari poſtulant exules, & captiui, vt ea prius obtenta, deinde viuant tuti, & ſecuri: & hoc eſt quod tertio petunt, vt viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſoris, & filij eius: Vmbram vocat tutelam, & quietem, quam præſtat Deus beneficio regum, ac principum. Apud Danielem capite 4. Nabuchodonnoſoris regnum comparatur arbori ingenti, & patulis diffuſæ ramis, cuius ſub opacitate multa degunt animalia, inter quæ Iudæi tute agere petuut: ita vt habeant regem propitium, & illis patrocinantem, & ab inimicis tuentem. Ab vmbra autem arboris ſumpta eſt metaphora, quæ tuetur à pluuia, & ſolis calore, ſub illa quieſcentes: quemadmodum dixit Iſaias de Deo cap. 24. 4. Factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua, ſpes à turbine, vmbraculum ab æſtu. Et ille Ioatham Iudic. 9. 15. Rhamnum induxit dicentem: Si verè me regem vobis conſtituiſtis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite: ſi autem non vultis, egrediatur ignis de Rhamno, & deuoret cedros Libani. Denique eò tendunt omnia iſta, vt poſtulent gratiam regis obtineri: nam ſi Deus illis gratum redderet, ac beneuolum Nabuchodonoſorem, cetera omnia illis iocunda, ac proſpera cederent: quemadmodum ex Dei gratia omnis fęlicitas promanat: quare & hanc tandem precantur tanquam fontem bonorum omnium, quia nondum eius indignatio pacata eſſe videbatur.

Vmbra tutela. *Dan. 4.* *Iſ. 24. 4.* *Iud. 9. 15.* *Gratia omniū bonorū fons.*

12. *Legite.*] Commendant Ieroſolymitis, vt legant hunc librum Ieremiæ in diebus ſtatutis ad colendum Deum. Nunquam Deus rectè colitur, niſi vbi cultorum pietas inſtauratur: nec feſtum aliquod ſolenne eſſe debet, in quo fideles non in virtute proficiant diuinæ legis commemoratione. Nam propterea Moſes in primi fœderis percuſſione, Exod. 24. 7. aſſumens volumen legis, legit audiente populo: atque Deuter. 31. 10. præcepit Leuitis, vt in anno remiſſionis, in feſto tabernaculorum verba legis, coram omni Iſrael legerent, tam viris, quam mulieribus, paruulis, & aduenis, vt diſcant, & timeant dominum, & cuſtodiant, & impleant omnes ſermones legis huius: imo ad hunc finem per omne ſabbatum legebatur, ſiue lex, ſiue aliquis prophetarum, cum adhibita exhortatione, vt conſtat ex Lucæ 16. vbi eo munere functus eſt Chriſtus & Actuum 13. 27. & 15. 2. Nam ſacerdos, aut aliquis de ſenioribus vnus legem recitat, & exponit, idque per totum diem ſeptimum, vſque ad veſpertinum crepuſculum: refert Philo apud Euſeb. lib. 8. de præparat. Euangel. cap. 2. Imo ad inſtaurandam perditam religionem, & pietatem renouandam piiſſimi principes iubebant legem pro concione legi, & explicari. Præſtitit id officij Ioſias rex, qui vt refertur 4. Reg. 23. aſcendit in templum, & ſtans ſuper gradum legit, cunctis audientibus omnia verba libri fœderis. Eſdras quoque 2. cap. 8. Legit librum legis iuxta portam aquarum, de mane vſque ad mediam diem. Et infra verſu 18. Legit per ſingulos dies feſti Tabernaculorum à die primo, vſque ad diem nouiſſimum. Imo ad Dei opem implorandam Ionathas Machabæus 2. Machab. 8. 23. lecto ab Eſdra ſancto libro, & dato ſigno adiutorij Dei, commiſit cum Nicanore, & deuicit eum. Ad gratiam à Deo obtinendam, iuſſerunt captiui Iudæi, ijs qui erant Ieroſolymis, vt in diebus Deo dicatis hunc Ieremiæ librum, ad id maximè conducentem, legerent in templo domini dicato: vel in atrio, in quod ſolebant conuenire ad orandum, & ad audiendum verbum Dei. Et hactenus epiſtolam cum legatione exulum Iudæorum explicuimus. Nunc libri Ieremiæ explanationem aggredimur.

Cultus diuinus nunquā peragebatur ſi non profectu cultorū. *Ex. 24. 7.* *Feſta ſine legis commemoratione, & exhortatione non celebrabantur.* *Deut. 31. 10.* *Luc. 16. 4.* *Act. 13. 27. & 15. 2.* *Philo. Euſebi°.* *Religio inſtaurata lectione, et explicatione legis.* *4. Reg. 23. 2.* *Eſd 2. 8 cap. 3.* *2. Mac. 8. 23.* *Gratia quoque Dei impetrata.*

13. *Domino.*] Ab hoc verbo initium ſumit liber Ieremiæ, exorditurque ab humili deprecatione, ſua, & populi nomine emiſſa, quæ complectitur quod reſtat huius capitis, & caput ſecundum, & initium tertij vſque ad verſum octauum. Ac tribus rebus abſoluit ſanctus vir ſuam hanc orationem. Humili confeſſione, illud Eccleſiaſtici 35. 21. ob oculos habens, Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit: & illud Salomonis Prouerbium cap. 18. 17. Iuſtus prior eſt accuſator ſui, vſque ad verſum 10. ſecundi capitis: deinde proſilit ad obſecrationem, multas rationes proponens, quibus Deum adigat ad exaudiendum, vſque ad finem capitis ſecundi. Tandem finem imponit vehementi quadam poſtulatione ex intimo cordis profecta. Vſurpauit autem magnam huius orationis partem, Ieremiā imitatus ſanctiſſimus Daniel, eiſdem penè verbis, ſed aliquando ordine inuerſo, nempe ab initio orationis, vſque ad verſum 19. capitis ſecundi, in nono capite ſuæ prophetiæ à verſu quinto, vſque ad decimum nonum. Nec dicendum eſt, vt aliqui putarunt, ex Daniele in hunc locum traductam hanc orationem, cum liber hic ſcriptus ſit anno quinto captiuitatis, & paulò ante dictatus ab Ieremia. At Daniel initio illius capitis dicit in anno primo Darij Medi, quo complebantur deſolationis Ieruſalem ſeptuaginta anni, ſecundum quod legerat in Ieremia, poſuiſſe faciem ſuam rogare dominum, & confiteri ſua, populique peccata: atque ita exorſus eſt vt hoc loco Ieremias; nam procul dubio vniuerſum verſabat Ieremiam: & hunc librum etiam legebat, & ex ore Ieremiæ hanc deſumpſit orationem Hebraica lingua: cum modo non in Græca tantum habeamus. Prima illa humilis confeſſio duobus conficitur, & culpæ humili confeſſione, & cognitione: quod efficitur in hoc capite, & confeſſione pœnæ iuſtè illatæ, in principio ſecundi capitis vſq. ad verſum decimum, quo oſtenditur Dei iuſtitia pœnam merentibus infligentis.

Forma orandi tribus rebus conſtās, humili cōfeſſione, obſecratione, poſtulatione feruida. *Eccl 35. 21.* *Prou. 18. 17.* *Daniel imitatur Ieremiam in orando.* *Dan. 9.* *Daniel legebat Ieremiā & hunc librum Baruch.* *Cōfeſſio humilis culpæ, et pœnæ.*

14. *Prophetis.*] Ab hac confuſione Daniel excludit Prophetas, imo eam accidiſſe, ait alijs, quod prophetis non obediſſent, qui locuti ſunt, inquit, regibus noſtris, principibus noſtris, patribus noſtris, omnique populo terræ: vt etiam aſſerit hoc loco verſu 21. Ieremias: Vnde Hugo, Lyra, & Dionyſius de pſeudoprophetis loqui Ieremiam putant, qui dicebant non fuiſſe capiendam Ieruſalem, & è diuerſo accidit: ex quo magna illis oborta eſt confuſio apud populum, & apud Deum, cui peccauerunt. Sed ſi loquamur de confuſione probroſa captiuitatis, ad quam deuenerunt etiam ipſi veri prophetæ, vt Ezechiel, Daniel, & Baruch, ob communia peccata, vere dicunt Iudæi, quod ipſi peccauiſſent, & iuſtos prophetas, immeritos licet, & confuſioni fuiſſe ſubiectos, vt infirmis comparerentur, & triſtibus opem ferrent, eoſque conſolarentur. Hac ergo ratione de veris prophetis loquitur Ieremias, vt ijdem interpretes tandem affirmarunt.

Cōfuſio qua quō busque Prophetis acciderit. *De qua confuſione loquatur Daniel, & hic Ieremias.*

15. *Non.*] Græca litera tantum habet: Et non credidimus ei, & non audiuimus vocem domini Dei noſtri

Lectionis di-

uerſa animaduerſio. noſtri ambulare in præceptis eius, quæ dedit ante faciem noſtram. Vulgatus explicationis gratia addidit. Et non credidimus ei diffidentes in eum, de eius prouidentia, quod non poſſet, vel nollet eos ſaluare, vnde recurrebant ad Ægyptios: & non fuimus ſubiectibiles illi: id eſt prompti, & parati, vt ei in omnibus ſubijceremur: noluimus enim obedire præceptis eius, quæ dedit in conſpectu noſtro, hoc eſt, palam, & manifeſtè nobis propoſuit in lege, & per prophetas: vel quia conſpiciente populo Deus ipſe leges dabat Moſi in monte Sina, quo oſtendat ingratitudinem illorum, qui legem à Deo ipſo latam contempſiſſent.

Incredibiles, pro increduli Vulgatus accipit, Sap. 10. 7 Ecc. 1. 36 Ecc. 2. 18

16. *Incredibiles.*] Duo ſunt hîc vocabula explicanda, vnum eſt ἀπειθοῦντες, quod ſignificat rebelles, repugnantes, increduli fuimus aduerſus dominum Deum noſtrum. Vulgatus ſolet vertere, incredibiles: vt Sap. 10. 7. de vxore Loth dicitur, & incredibilis animæ memoria, ſtans figmentum ſalis, pro incredulæ, contumacis, imperſuaſibilis. Eccleſiaſtici 1. 36. Ne ſis incredibilis timori Domini. Et cap. 2. 18. Qui timent dominum non erunt incredibiles verbo illius, ſimiliter vertit aliis in locis. Alterum eſt verbum, ἐσχεδιάζομεν leues eramus: nam ἐσχεδιάζειν ſignificat leuiter, ac negligenter aliquid tractare, σπουδάζειν ſerio, & cum ſtudio agere, illi contrarium. Putat autem Theodor. poſitum hoc verbum pro ἐπινοοῦμεν, quod eſt excogitabamus peccatorum genera: quod Paulus ad Rom. 1. vocat inuentores malorum, quia leuiter diſtrahebantur ab audiendo vocem domini, quacumque peccandi occaſione, oblata, vel inuenta. Et hoc eſt, quod dixit Vulgatus: Et diſſipati receſſimus, ne audiremus vocem ipſius: quaſi dicat, & leuibus, futilibuſque rationibus in varias occaſiones peccandi, diſperſi, diſtracti, ſeu diſſipati, pro nihilo ducentes verbum Dei, receſſimos ſæpe ſæpius, ne illi obediremus. Accuſant ergo ſe, quod fuiſſent pertinaces, imperſuaſibiles, duri, & graues corde, & quod eſſent leuiculi, & facile mobiles, & vt pueri, qui quacunque occaſione, ad muſcę volatum cum capite cor mutarent, ac diſtraherent, ne Dei verbum audirent.

Leues auditores verbi Dei qui. ad Rom. 1. 30.

Operari pro ſacrificare Ier. 3. 20

17. *Operari.*] Quod dixit Vulgatus, operari Diis alienis ex Græco ἐργάζεσθαι. pro ſacrificare accepit, qua ratione Hebræum עשה Aſah aliquando accepit ſcriptura, vt notauimus ſuper 3. capite Ieremiæ num. 20. Quod ſi Hebræum verbum huius loci erat עבד Abad, Latinum, & Græcum ſignificabit ſeruire, ſeu colere Deos alienos, ſicut dicimus, operari terram. Vnde Gen. 4. 2. Caim dicitur terræ operator, terræ cultor, ſeu agricola: ſicut iuſtus dicitur Deicola, nam vt agricola agrum excolit, & parat, vt fœcundus factus fructus ferat: ita Deicola Deum in corde ſuo excolit, & variis pietatis exercitationibus fœcundat, vt fructus Deo dignos producat. Iudæi ergo operabantur Diis exteris, eoſque colebant, ac fructus illis dignos decerpebant, totq; mala in quę deuenerant.

Gen. 4. 2 Deicola quis.

PROPHETIÆ BARVCH.

CAPVT SECVNDVM.

1 PROPTER quod [1] ſtatuit do-
minus Deus noſter verbum
ſuum, quod locutus eſt ad nos,
& ad iudices noſtros, qui iudi-
cauerunt Iſrael, & ad reges noſtros, & ad
principes noſtros, & ad omnem Iſraël, &
2 Iuda: ‖ vt adduceret domin⁹ ſuper nos mala
magna, quæ ſunt facta ſub cœlo, quemad-
modum facta ſunt in Ieruſalem, ſecundum
3 quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, ‖ vt mandu-
caret homo [2] carnes filij ſui, & carnes filiæ
ſuæ. ‖ Et dedit eos ſub manu regum omniũ,
4 qui ſunt [3] in circuitu noſtro in improperiũ,
& in deſolationem in omnibus populis, in
5 quibus nos diſperſit dominus. ‖ Et facti ſu-
mus ſubtus, & non ſupra, quia peccauimus
domino Deo noſtro, non obaudiendo voci
6 ipſius. ‖ Domino Deo noſtro iuſtitia: nobis
autem, & patribus noſtris confuſio faciei,
7 ſicut eſt dies hęc. ‖ Quia locut⁹ eſt dominus
ſuper nos omnia mala hæc, quæ venerunt
8 ſuper nos: ‖ & non ſumus deprecati faciem
domini Dei noſtri, vt reuerteremur vnuſ-
quiſque noſtrum à viis noſtris peſſimis: ‖ &
9 vigilauit dominus in malis, & adduxit ea

PARAPHRASIS.

QVAPROPTER [1] executioni mandauit dominus ſermonem ſuum, quem comminatus fuerat nobis, iudicibus noſtris, qui iudicauerunt Iſrael, regibus noſtris, ac principibus, omnibus denique Iſraelitis, & Iudæis, quod videlicet adduceret in nos magna mala, cuiuſmodi nulla facta ſunt ſub cœlo in nulla regione, quemadmodum facta ſunt Ieroſolymis, iuxta ea, quæ ſcripta ſunt in lege Moſis: adeo vt [2] carnes filiorum, filiarumque ſuarum è noſtris hominibus quidam manducarent. Præterea tradidit nos poteſtati regnorum omnium nobis [3] conterminorum ad opprobrium, & deſolationem, inter omnes populos in circuitu noſtro poſitos, ad quos nos diſperſit dominus. Atque ita ex altiſſimo honoris loco in infimum ſtatum decidimus, contra ac putabamus quoniam domino Deo noſtro peccauimus, non obediendo illius dictis. Domino Deo noſtro iuſtitia debetur, nobis autem, & noſtris maioribus, vultus confuſio, qualis apparet hodierno die. Quæcumque mala contra nos dominus denunciauit, ea nobis euenerunt omnia, & tamen irati eius faciem precibus nondum placauimus; ita vt à ſui quiſque praui cordis cogitationibus recederet, & cum vindicem ſeſe oſtenderit in hiſce malis, quæ induxit ſuper nos: vt pote qui iuſtus eſt in omnibus operibus

ſuis, quæ in nobis mandauit. Nihilominus nos verbo eius non paruimus, vt iremus per itinera præceptorum eius, quæ ob oculos nobis propoſuit.

[4] Nunc tamen domine Deus Iſrael, qui populum tuũ eduxiſti de terra ægypti manu valida, cum ſignis, & prodigijs, cum potentia magna, brachioque ſublimi, nomenque tibi, quale hodie apparet, peperiſti: peccauimus quidem, & impiè egimus domine Deus noſter, atque in tuis omnibus iuſtificationibus ſcelerate nos egimus: auertatur à nobis quæſo ira tua, quoniam relicti ſumus per pauci inter gentes, ad quas nos diſperſiſti. Exaudi preces noſtras domine, & ſupplicationes, & [5] propter te nos eripe, & da nobis gratiam apud eos inuenire, qui nos è patria eduxerunt, vt vniuerſa terra cognoſcat te eſſe dominum Deum noſtrum, cuius nomine vocatum eſt Iſrael, cum eius progenie. [6] Reſpice nos domine ex domo ſancta tua, atque ad nos attende, curamque noſtri ſuſcipe inclina aurem tuam, vt nos exaudias. Aperi oculos tuos, & vide, quoniam non mortui iam apud inferos demorantes: è quorum viſceribus ſpiritus euocatus eſt gloriã atque iuſtitiam tibi tribuent. Sed anima triſtis ob magnitudinem mali, quæ incurua incedit, ac debilis, & oculi deficientes, & homo abſtemius, & eſuriẽs gloriam tuam domine prædicabit, ac iuſtitiam. Neque enim iuſte facta patrum, vel regum noſtrorum freti, preces noſtras miſeras producentes, effundimus domine ante conſpectum tuum. [10] Sed quoniam indignationem tuam, atque iram in nos immiſiſti, quemadmodum per ſeruos tuos prophetas denunciaueras, cum diceres. Sic dicit dominus, humerum veſtrum, ac ceruicem ſubmittite ad ſeruiendum regi Babylonis. & ſedes terræ, quas veſtris dedi maioribus, retinebitis. Quod ſi vocem domini audire nolueritis vt ſeruiatis regi Babylonio, [11] expelli vos faciam ex vrbibus Iuda, ac Ieroſolymis, cum voce iocunditatis ac gaudij, cum voce quoque ſponſi, ac ſponſæ, terraque tota deſerta erit habitatoribus. Nos autem non audiuimus vocem tuam, vt ſeruiremus regi Babylonio. Re itaque comprobaſti ſermones tuos, quos per ſeruos tuos prophetas locutus es, adeo [12] vt oſſa regum patrumque noſtrorum ſuo ex loco alio deportarentur: & ecce eadem ad ardorem ſolis, glaciemque noctis proiecta iacent, illique acerbiſſimis doloribus, fame gladio atque exilio interierunt. Templum autem tuum, quod de tuo nomine vocatum eſt, in eum ſtatum redegiſti, quem hæc dies oſtendit, propter prauitatem domus Iſrael, & domus Iuda. Sane tu domine Deus noſter ſecundum omnem benignitatem & miſericordiam tuam magnam egiſti nobiſcum, quemadmodum per Moſem ſeruum tuum teſtatus es eo die, quo legem tuam filiis Iſrael iuſſiſti præſcribere, verbis his Si vocem meam non audieritis, profecto turba hæc [13] magna, & multa quæ quaſi examen apum bombat, ad ſummam paucitatem redigetur inter gentes, ad quas ego vos diſpergam. Nam ſcio alias iſtos gẽtẽ non eſſe audituros, quod ſint populus

ſuper nos, quia iuſtus eſt dominus in omni-
bus operibus ſuis, quæ mandauit nobis, &
non audiuimus vocem ipſius, vt iremus in
præceptis domini, quæ dedit ante faciem
noſtram.| Et [4] nunc domine Deus Iſrael, 10
qui eduxiſti populum tuum de terra ægy-
pti in manu valida, & in ſignis, & in prodi-
giis, | & in virtute tua magna, & in brachio 11
excelſo, & feciſti tibi nomen, ſicut eſt dies
iſte:| peccauimus, impiè egimus, iniquè geſ- 12
ſimus domine Deus noſter, in omnibus iu-
ſtitiis tuis. | Auertatur ira tua à nobis, quia 13
derelicti ſumus pauci inter gentes, vbi diſ-
perſiſti nos.| Exaudi domine preces noſtras, 14
& orationes noſtras, & educ nos [5] propter
te: & da nobis inuenire gratiam ante faciem
eorum, qui nos abduxerunt. | Vt ſciat om- 15
nis terra, quia tu es dominus Deus noſter,
& quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper
Iſrael, & ſuper genus ipſius. | Reſpice do- 16
mine de domo ſancta tua in nos, & inclina
aurem tuam, & exaudi nos. | Aperi oculos 17
tuos, & vide: quia non mortui, qui ſunt in
inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt à viſ-
ceribus ſuis, dabunt honorem, & iuſtifica-
tionem domino: [6] Sed anima, quæ triſtis eſt 18
ſuper magnitudine mali, & incedit curua, &
infirma, & oculi deficientes, & anima eſu-
riens dat tibi gloriam, & iuſtitiam domino.
Quia non ſecundum [9] iuſtitias patrum no- 19
ſtrorum nos fundimus preces, & petimus
miſericordiam ante conſpectum tuum do-
mine Deus noſter.| [10] Sed quia miſiſti iram 20
tuam, & furorem tuum ſuper nos, ſicut lo-
cutus es in manu puerorum tuorum pro-
phetarum.| dicens: Sic dicit dominus, incli- 21
nate humerum veſtrum, & ceruicem veſtrã,
& opera facite regi Babylonis: & ſedebitis
in terra, quam dedi patribus veſtris.| Quod 22
ſi non audieritis vocem domini Dei veſtri
operari regi Babyloniæ: [11] defectionem ve-
ſtram faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris
Ieruſalem, | & auferam à vobis vocem iu- 23
cunditatis & vocem gaudij, & vocem ſpon-
ſi, & vocem ſponſæ, & erit omnis terra ſine
veſtigio ab inhabitantibus eam;| & non au- 24
dierunt vocem tuam, vt operarentur regi
Babylonis, & ſtatuiſti verba tua, quæ locu-
tus es in manibus puerorum tuorum pro-
phetarum, vt transferrentur [12] oſſa regum
noſtrorum, & oſſa patrum noſtrorum de
loco ſuo: | & ecce proiecta ſunt in calore 25
ſolis, & in gelu noctis: & mortui ſunt in do-
loribus peſſimis in fame, & in gladio, & in
emiſſione.| Et poſuiſti templum, in quo in- 26
uocatum eſt nomen tuum in ipſo, ſicut hæc
dies, propter iniquitatem Iſrael, & domus
Iuda. | Et feciſti in nobis domine Deus no- 27

ſter

ſter ſecundum omnem bonitatem tuam: Et
ſecundum omnem miſerationem tuam illā
28 magnam: ‖ ſicut locutus es in manu pueri
tui Moyſis in die, qua præcepiſti ei ſcribere
29 legem tuam coram filiis Iſrael, ‖ dicens: Si
non audieritis vocem meam, multitudo
hæc [11] magna conuertetur in minimam in-
30 ter gentes, quo ego eos diſpergam: ‖ quia
ſcio quod me non audiet populus. Populus
eſt enim [11] dura ceruice: & conuertetur ad
31 cor ſuum in terra captiuitatis ſuæ, ‖ & ſciēt,
quia ego ſum dominus Deus eorum, & da-
bo eis cor, & intelligent: aures, & audient.
32 ‖ Et laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ,
33 & memores erunt nominis mei. ‖ Et auer-
tent ſe à dorſo ſuo duro, & à malignitatibus ſuis: quia reminiſcentur viam patrum ſuo-
34 rum, qui peccauerunt in me. ‖ Et reuocabo illos in terram, quam iuraui patribus eo-
rum Abraham, Iſaac, & Iacob, & dominabuntur eis: & multiplicabo eos, & non mino-
35 rabuntur. ‖ Et ſtatuam illis [25] teſtamentum alterum ſempiternum, vt ſim illis in Deum, &
ipſi erunt mihi in populum: & non mouebo amplius populum meum, filios Iſrael à terra,
quam dedi eis.

[11] duræ ceruicis. Sed in terra captiuitatis ſuæ ad cor ſuum reuertentur. & me dominum ſuum agnoſcēt; & dabo eis cor vt intelligant, & aures vt audiant; vt me prædicent in terra captiuitatis ſuæ. & vt mei nominis recordentur, idque celebrent & recedent à dorſo ſuo duro, & à prauis ſuis facinoribus; recordabuntur enim quo curſerint patres eorum, qui peccauerunt in me, & reducam eos in terram, quam iureiurando promiſi patribus eorum, Abraham, Iſaac, & Iacob, vt ea potiantur, ideoque multiplicabo eos, vt non diminuantur. [25] Fœduſque cum eis perpetuum conſtituam. vt ego ſim eis in Deum, ipſique viciſſim ſint mihi in populum: neque amplius populum meum Iſrael è terra, quam eis dedi, proijciam.

ARGVMENTVM.

CONFITETVR pœnam iuſtè illatam ſecundum legis ſtatutum: deinde Deum ad miſericordiam flectit, productis in medium rationibus, quod videlicet populus eius ſit ex Ægypto erutus, & nunc diminutus, & afflictus, omnibuſque inuiſus: vt gentes celebrent liberatoris nomen, vt habeat à quo laudetur, & colatur: & demum quia ira ſe facturum promiſerat per prophetas ſuos: quod videlicet poſtquam calamitatibus perdomuiſſet, & emolliſſet captiuos, ad ſanam mentem reductos, ad terram ſuam tandem reducturus fuiſſet.

COMMENTARIVS.

Verbum ſtatuere quid. 1. STATVIT.] Verbum [Hebrew] ſtatuit, non eſt, diſpoſuit, aut decreuit, vt exponunt Hugo, & Lyra, ſed adimpleuit, vt Dionyſius, executioni mandauit, ad exitum deduxit: nam verbum iam ſæpius factum per ſuos prophetas, ad reges, principes, magiſtratus, & populum vniuerſum, ipſo euentu confirmauit, & re ipſa ſtare fecit. Eadem verba vſurpauit Daniel cap 9.12. Et ſtatuit ſermones ſuos, ויקם iakem ſuſcitauit, vel ſtabiliuit, ideſt, adimpleuit: nec tamen addidit, ad omnem Iſrael, & Iuda, vt hoc loco: per quos Hugo intelligit, decem tribus, & duas: nam comminationes Moſis, & prophetarū, & his, & illis interminatæ ſunt & re ipſa acciderunt: modo vero Iudæis mala immiſſa proſequitur ad quos tantum eſt ſermo prophetæ. *Dan. 9. 12.*

Dira fames in obſidione Ieruſalē 2. *Carnes*] Ad ſupplicij grauitatem augendam, & comprobandam, adhibet exemplum infame, quæ adeo quoſdam oppreſſit, vt filios, filiaſque ſuas comederint in obſidione Ieruſalem. Prænonciauerat, ac cōminatus fuerat hanc ſummam immanitatem Moſes Deuteron. 28. 52. quem Threnorum 4. 10. ſupra retulimus: & nouimus completam in obſidione Samariæ. 4. Reg 6. Comminatus quoque fuerat Ezechiel vrbi Ieruſalem cap. 5. 9. 10. dicens: Et faciam in te, quod non feci, & quibus ſimilia vltra non faciam, propter omnes abominationes tuas: ſiquidem patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres ſuos: Secutus Moſem: nouimus quoque completum in obſidione Ieruſalem. ex 4. cap. Threnorū 10. Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos, facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei: & ex hoc loco, nam rem geſtam hîc narrat Ieremias, reſpondentem Moſis comminationibus. *Thren. 4. 6.* *4 Reg. 10.* *Ezech. 5. 9. 10.*

Iudæi nō capti⸗ui fuerunt ſinitimorū regum tempore captiuitatis. Theodo. Verior expoſitio. 2. *In circuitu.*] Si loquatur de extremo exitio Ieruſalem non videtur omnino verum, quod facti ſint mancipia regnorum finitimorum; cum re vera nō niſi à Chaldæis in ſeruitutem ſint redacti, quanuis & gentes finitimæ, ei rei auxiliū præſtiterint, Chaldæis coniunctæ, qua de re ſæpe queruntur prophetæ; exultabant enim de ruina Iſrael, inſultabātque; de qua exultatione explicat hūc locum Theodoretus. At Hugo, Lyra, & Dionyſius non de hac extrema Iudæorum ſeruitute intelligunt hanc ſententiam: ſed in vniuerſum de ſeruitute, qua vni-

Iudæa media inter gentes, earum morſib⁹ expoſita.

uerſus populus à lege data: quod ei nō paruiſſēt, finitimarum gentium oppreſſioni expoſiti ſunt, & poteſtati ſubiecti, vt ex libris Iudicum, ac regum cuiuis conſtare poteſt. Erat enim vna Iudæa inter regna finitima, ac contermina quaſi ouis quædam inter lupos collocata, ad prædamque eorum expoſita: aut ſicut auis diſcolor, quæ expilationi omnium finitimarum auium patebat, vt alio in loco dixit Ieremias: quod malum etiam Moſes fuerat vniuerſo Iſraeli comminatus Deuterono. cap. 28. verſ. 63. Diſperget te dominus in omnes populos à ſummitate terræ vſque ad terminos eius, & ſeruies ibi Diis alienis, & cetera. Id ipſum Ieremias non ſemel prænunciauerat.

Iere. 12. 9. Deuter. 28. 63.

Efficax ratio, vt audiat Deus, ne ſuū opus perdat.

4. *Nunc.*] Confeſſione humili abſoluta, iam exorditur obſecrationem, adductis cauſis, quæ Deum reddant exorabilem. Primam, ac præcipuam in limine profert, quod populus Iudæorum ſit Dei populus, multis beneficiis, ac prodigiis acquiſitus, ac redemptus. Siquidem titulo redemptionis inter omnes, qui per creationem Dei erāt, populus ille peculiaris ad Deum ſpectabat: cum eduxiſſet eum de Ægypto, tam potenti manu, tot, ac tantis prodigiis, vt omnipotentis nomen ſibi Deus inter omnes nationes comparauerit: quam rationem adeo firmam, ac efficacem eſſe ad Deum emoliendum arbitrati ſunt viri ſancti, vt eam potiſſimam ante Dei conſpectum protulerint: quod multum moueat ad iram continendam aduerſus opificium, opificis operas inſumptas, exhauſtos labores, & ſumptus impenſos, vno die deperdi: & nomen quod ex tali fabricatione adeptus fuerat omnino deleri. Ita fecit Dauid 2. Regum 7. 23. & Salomon 3. Regum 8. 51. & Daniel verba noſtri Prophetæ vſurpauit capite 9. verſu 15. Tum etiam Iudith 9. 6. imò Dauid vt ſuorum inimicorum conatus reprimeret, qui ei necem moliebantur, & regiam dignitatem eripere conabantur: hanc rationem obiecit Pſalmo 4. v. 4. Scitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum. Fruſtra, inquit, me deturbare nitimini, quem dominus ſuæ obiecit miſericordiæ, vt in me ſuam exerat miſericordem largitatem, & ſuis magnis beneficiis me afficiens, omnibus hominibus reddat miſerabilem, & occaſionem præbeat glorificandi tam inſignem benefactorem. Exiſtimare autem, hominem de Deo tam bene meritum, ab ipſo adeo excultum, vt hortum Dei manu plantatum, tot dotibus exornatum, adeo leuiter, feris expoſiturum, & inimicis diſcerpendum traditurum, vana eſt exiſtimatio. Quo magis in ſpem erigamur de diuina miſericordia adipiſcenda, qui non de captiuitate Ægyptiaca, valida manu ſumus redempti, ſed de peccati captiuitate Dei ſanguine ſumus erepti. Nam qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit ipſum, quomodo non cum illo nobis omnia donauit? quomodo Chriſti facta commemoratione, non propitium, ac largum, & munificum patrem ſe nobis præſtabit?

Sancti viri ea ratione in primis vſi.

2. Reg. 7. 23. 3. Reg. 8. 51. Dan. 9. 15. Iud. 9. 6. Pſ. 4. 4.

Quo quis maioribus à Deo beneficiis affectus eo hoſtibus magis pertimeſcendus. Spem in Deo erigedi optima ratio. ad Rom. 8. 32.

Alia ratio, qua exaudire debeat Deus propter ...

5. *Propter.*] Aliam non minorem rationem profert in conſpectum Dei, propter quam debeat exaudiri: Exaudi, inquit, & libera nos, & ſiquidem in manu tua habes corda hominum, eaque flectere, ac conuertere & potes, & soles, vt in illuſtri gratia ponas, qui ante in ſumma offenſione, & odio verſabantur: flecte corda Chaldæorum, qui è patria nos abduxerunt, vt beneuole nos tractent, & liberos dimittant redire. Idque petimus, & obſecramus non propter merita noſtra, ſed propter te, ad tuam reſpicientem bonitatem, & clementiam, quæ te non poteſt non flectere ad miſerendum nobis miſeris: & vt per vniuerſam terram palam fiat te eſſe dominum Deum huius populi, qui tuo nomine vocetur, populus Dei, ſicut & Iſrael vocatus eſt princeps Dei, vel fortis Dei, nam populo data libertate nomen tuum ei impoſitum celebrabitur per orbem vniuerſum. Sic etiam Daniel hac obſecratione finiuit cap. 9. 19. Exaudi domine, placare domine, attende, & fac, ne moreris propter temetipſum Deus meus, quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem, & ſuper populum tuum. Quæ ratio ad obſecrandum valet plurimum in Eccleſia, quæ ſemper orat, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium, qui idem eſt natura Deus cum Patre, ac proinde qui orat per Deum filium per ipſummet ipſum orat.

ſemetipſum, et nomen eius celebrandum.

Eccleſia obſecrat per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū.

Tertiā rationē addit ne cultus diuinus ceſſet.

6. *Reſpice.*] Tertiam addit rationem, qua Deus ad audiendum, & miſerendum inducatur: quod videlicet, ſi populum perire permittat, diuinus cultus ceſſabit, & laudes, quibus publicè coram cœtu fidelium in templo ſolebat celebrari conticeſcent: quarum nulla eſt apud inferos memoria: & perinde eſſe cenſet in terra captiuitatis viuere ad diuinas laudes concinendas, ac mortuis annumerari: ſiquidem non licebat pro dignitate, nec publicè decantare domino concedebatur. Idcirco Pſal. 136. captiui Babylone, omni ſolatio abiecto, dicebant: Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & fleuimus dum recordaremur Sion. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa, ſeu citharas noſtras. Cum illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos verba cantionum: & qui abduxerunt nos dicebant Hymnum cantare nobis de canticis Sion, & reſponderunt: Quomodo cantabimus canticum Iehouæ in terra alienigenarum? Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui: ſi non propoſuero Ieruſalem in principio lætitiæ meæ. Poſtulat autem propheta humanum morem ſecutus à Deo, vt amicè conſpiciat. Nam, vt notat bene Theodoretus, ſolent moleſtia aliqua affecti claudere oculos, ſtatim vt conſpecti fuerint illi, qui iniuriam fecerunt, & pupillas oculorum auertere dum eos precantur: & mentem alio diuertere ne precantium rationes conſiderent, poſtulat ergo, vt mentem aureſque accommodet ſuis precibus, & vt oculos aperiat, & videat: & reſpiciat ſuam miſeriam, & quam longe ſint à diuinis eius laudibus concinendis, non aliter quam vita defuncti. Sic Daniel cap. 9. 18. Inclina Deus meus aurem tuā, & audi: aperi oculos tuos, & vide deſolationem noſtram. Sic ſæpe Dauid, his vocibus ſolet attentum ſibi Deum reddere deprecanti. Poſtulat autem audiri, & videri à Deo ex domo ſancta ſua. Per quam non intelligit cœlum, quamuis & de eo accipi poſſe dicant Lyra, & Dionyſius iuxta illud Deuter. 26. Reſpice domine de ſanctuario tuo, & de excelſo cœlorum habitaculo. Et Iſaiæ 63. Attende de cœlo, & vide de habitaculo ſancto tuo, & ſolio gloriæ tuæ. Sed de templo Ieruſalem diruto, in quo Deus ſuam præſentiam exhibebat, vt volunt Theodoretus, Hugo, & Dionyſius

Deus colo in captiuitatem non poterat pro dignitate.

Theod.

Dan. 9. 18.

Ex domo ſancta ſua audiri, et videri poſtulat hoc eſt de templo.

Deuter. 26. 15. Iſ. 63. 15.

Theod.

nyſms. Nam illud inter prima vota proponebaur, vt Daniel cap. 9. 17. Illuſtra, ſeu oſteode faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum quod deſertum eſt. Et cum precabantur ad illud ora ſua conuertebāt, vt idem Daniel cap. 6. 10. Qui cum comperiſſet conſtitutam legem, ingreſſus domum ſuam, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Ieruſalem, tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo, ſicut & ante facere conſueuerat.

Dan. 9. 17. *Dan. 6. 10.*

7. *Mortui.*] Hæc eſt ratio, quare debeat à Deo exaudiri, quoniam iam vita functi non poſſunt laudare, & ſua confeſſione iuſtum fuiſſe Deum oſtendere in ſua punitione: ſicut humiles, afflicti, & calamitatibus depreſſi, qui confitentur ſe iuſte puniri, & affligi. In hanc enim ſententiam ad morbos, aliaſque calamitates repellendas, ac deprecandas huiuſmodi ratione nonnulli viri Dei vſi ſunt, quos referemus.

Quæſtio. Quid nomine mortuorū accipiendū? 1. expoſ. pro peccatoribus accipit. Theod. Pſ. 113. 17. Ecc. 15. 9. Pſ. 49. 16. Refellitur.

Dubium tamen in primis ſeſe offert ad huius loci elucidationem, quid ſit nomine mortuorum accipiendum. Hugo non reprobat eorum ſententiam qui mortuos hic vocari exiſtimant peccatores, qui vita ſpirituali, ſeu forma, aut anima, quę eſt gratia, priuati ſunt. Nam Theodoretus illa verba Pſal. 113. Non mortui laudabunt te domine, neque omnes, qui deſcendunt in infernum: de iis exponit, qui inanimis idolis ſeruiunt: nec verum Deum laudare ſolent, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, vt dixit Eccleſiaſticus capite 15. Ne illi dicat Deus. Pſal. 49. 16. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum. Verum hi immerito nomen proprie poſitum ad impropriam transferunt ſignificationem: maxime cum & peccatores, & ſi reprehendantur quod ore confiteantur Deum, factis autem negent. & quòd verborum ſplendore eum laudibus efferant, at praua ſua actione obſcurant, ac deturpant: confitentur tamen, & laudant, vt hi, quorum nomine precabatur Ieremias, & non inutiliter.

Secūda Hebræorū expoſitio ſumit pro cadauere. Pſ. 29. 10.

Hebræi voce mortuorum per Synecdochen, volunt intelligi cadauera mortuorum, quæ iacent in ſepulchris, cum certe anima non moriatur. Probarut autem eorum ſententia ex illo dicto Dauidis in Pſalm. 29. 10. Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? Nunquid confitebitur puluis, aut annunciabit veritatem tuam? Vbi de corpore ſuo putrido, aut in puluerem redacto loquitur. Deinde & verba noſtri prophetę ſatis eam indicant, cum verba illa, non mortui, qui ſunt apud inferos, ſatis reſtringantur iis, quę ſequuntur, quorū ſpiritus acceptus eſt à viſceribus ſuis. Quid enim eſt mortuos ſine ſpiritu, niſi corpus inanime iacens in ſepulchro? De quo tandem veriſſime dicitur, quod non confiteatur, neque laudet Deum; cum cadauer ſpiritu vacuum neque cogitare, neque loqui poſſit. At licet hoc modo poſſet vtcumque huius formæ loquendi veritas defendi, illis tamē locutionibus nihil aliud volunt prophetæ ſignificare, quam mortuos, non ſola cadauera. Nam Dauid ſe vocat puluerem ſi deſcendat in ſepulchrum, hoc eſt, quod ſi moriatur, corpore in puluerem redacto, non confitebitur Deum, neque annunciabit eius veritatem. Et Ieremias hic tantum adduxit per elegantem deſcriptionem hominum mortuorum, ex definitione mortis deſumptam: nam cum mors ſit, corporis, & animæ diſſolutio: mortui erunt, quorum ſpiritus à corpore ablatus eſt, aut euocatus: quæ deſcriptio cadaueri non conuenit, cum non comprehendat, & ſpiritum, & corpus diſſolota; ſed corpus ſine ſpiritu.

Reijcitur hæc expoſitio. *Mortis deſcriptio.*

3. expoſ.

Tertio ſunt alij, qui nomine mortuorum pathetica oratione velint intelligi ſtatum mortuorum Poëticè, tantum quatenus oppoſitum viuentibus; nam ſic conſideratus obſcurus eſt, tenebroſus, acerbus, & vitę huius ſtatui contrarius, nihilq́; habens iucunditatis, nec in eo vlla eſt Dei memoria, vllaue laus: ita videtur per antithesim accipi Pſal. 113. Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum: Sed nos, qui viuimus benedicimus domino. Sed hi preſſe admodum coarctant nominis mortuorum ſignificatum, ad mortis naturam, & proprietates, quæ ſicut vitæ, ſic omnium bonorum vitam comitantium priuatio eſt.

Pſ. 113. 17. Refellitur.

4. expoſ. pro damnatis accipit. Refutatur.

Quarto Græci Patres, & Latini communiter in expoſitione pſalmorum, & ſuper hunc locum Hugo, & Dionyſius nomine mortuorum intelligunt, animas damnatorum, quæ in inferna loca detruſę, neque confitentur, neque laudant Deum: ſed potius blaſphemant, & male dicunt. Sed huic intelligentiæ aduerſantur ſancti viri Dauid, & Ezechias, qui precabantur hac oratione Deum, ne vita priuaret, cum in inferno non forēt cum alijs mortuis Deum laudaturi: & certe non deprecabantur mortem, ne deſcenderent in gehennam. Præterea quia animis damnatorum non conuenit mortuorum deſcriptio allata hoc loco, è quorum viſceribus euocatus eſt ſpiritus, cum ex animi viſceribus non ſit ablatus ſpiritus, ſed è corporis?

5. expoſ. pro animabus, tā piorū quā impiorum accipit.

Quinto huic dictæ intelligentiæ addit Lyra quod ſermo ſit de animis tam improborum, quam iuſtorum, quæ omnes tunc temporis in infernum deſcendebant, illi quidem in æternum gehennæ ſupplicium, hi verò in ſinum Abrahæ, in quem Chriſtus deſcendit. Vtrobique autem nulla erat laus, aut confeſſio Dei, vtilis, fructuoſa, aut meritoria, iuxta illud Eccl. 9. 10. Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtāter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas. At licet hæc vera ſint, ratio vero iam dicta ex verbis huius loci deſumpta refellit: & hanc expoſitionem, vt præcedentem: & prophetæ nullam rationem habent de confeſſione, & laude ſibi vtili, & meritoria: ſed de ea, quæ gloriam Deo tribuat, & laudem: nam ex huius diminutione, & ceſſatione volunt Deum permouere, vt exaudiat preces ſuas, & è malis eripiat.

Eccl. 9. 10. *Reijcitur.*

Sexta, & vera expoſitio, vt vulgus accipit.

Sexto igitur illud verius eſt, ex vulgari modo loquendi, in morte eſſe, aut in inferno, aut mortuorum nomine, intelligi ſtatum defunctorum, quatenus diſtinguitur ab ſtatu viuentium: non quidē Poeticè pro acerbitate ſumpto, & obſcuritate mortis, & inferni, vt ſupra refutauimus, ſed pro conditione ſtatus, quatenus extra ſtatum ſunt viuentium, & in alia vita degunt. Volgus enim eundem Petrum, qui in viuis fuerat, arbitratur degere in mortuis, & iacere in ſepulchro, & in infernis contineri. Vnde cum dicitur non eſt in morte, qui memor ſit tui, idem eſt, ac ſi dicas: apud eos, qui ē vita exceſſerunt, & morantur cum mortuis, non cōſiderato cadauere iacēte in ſepulchro, aut anima detruſa in infernum, aut ad ſinum Abrahæ delata, nulla eſt tui memoria. Similiter intelligēdū, quod additur, in inferno quis cōfitebitur tibi? Cōprobaq;

autem hanc acceptionem modus loquendi noſtri prophetæ, qui mortuos vocat illos, quorũ ſpiritus è viſceribus euocatus eſt: relatiuũ autem, non refert ſpiritus, aut viſcera, ſed mortuos, ex vtriſq; ſeparatis tamen, conſtantes. Sicut enim homo dicit corpus, & animã vnita in cõpoſito: ita homo mortuus dicit nõ corpus ſolum, neq; ſolam animã, ſed vtrumq; diſſolutũ, & ſeparatũ: licet de huiuſmodi homine vulgo dicatur, quod iaceat ĩ ſepulchro: ratione ſcilicet corporis, aut quod ſepultus eſt in inferno ratione animæ: imo his modis loquendi, in morte, in inferno, aut qui ſunt apud inferos, Scriptura hominem mortuũ intelligit: quãuis hęc parti conueniant, vel corpori, vel animę. Et quia ſancti viri hæc in ſua cauſa loquuntur, de quibus minime ſentiendum eſt quod vitã precarentur, ne abirẽt in gehennam mortui: inferni aut inferorum nomine, B

Inferni nomine intelligitur ſepulchrũ.

licet aliqui velint intelligi ſinum Abrahę, verius, & vſui Scripturæ conformius, accipiemus ſepulchrũ. Vt accepit Iacob Gen. 37. 35. cũ dixit: Deſcendã ad filium meũ lugens in infernum, hoc eſt lugere non deſinam, donec me ſepulturæ mãdetis: & c. 44. 29. Deduceris canos meos cũ mœrore ad inferos: hoc eſt, me ſenio confectũ cogetis celerrime mori, & in ſepulchrũ abire. Et Pſ. 29. 4. Domine eduxiſti ab infero animã meam: ſaluaſti me à deſcẽdentibus in lacũ, vel ſepulchrũ: ideſt, reuocaſti me à morte, vitã mihi reſtituiſti, ne deſcenderem in ſepulchrum. Pſ. 87. 4. Repleta eſt malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit: ideſt, preſſus calamitatibꝰ ad ſepulchrũ penè perueni, ad extremum vitæ ſum deductus. Sed clariſſime omnium tradit hoc nobis Iob 17. 13. Dum ſepulchrũ deſcribit futurũ ſibi domiciliũ. Si ſuſtinuero infernus domus mea eſt, & in C tenebris ſtraui lectulũ meum. Putredini dixi pater meus es tu: mater mea, & ſoror mea vermibus: quę cũ cadaueri contingant, de ſepulchro illius domo Iob loqui perſpicuũ eſt.

Gen 37. 35. Gen 44 29. Pſ. 29. 4 Iob 17. 13.

Obiectio

Quod ſi contra hãc intelligentiã obijcias, ex ea verius, quã ex alia ſequi falsã eſſe illã ſcripturæ ſententiam, quod mortui neque confiteantur, neq; laudent Deum. Cum ſi nomen mortuorũ, & corpus, & animũ ſeorſim ſumpta cõprehendat: non poſſit in dubiũ verti quin mortui, iuſti ſaltem, ſecundum animam, & munere fungãtur: huic obiectioni in ſequenti dubio fiet ſatis.

Quæſtio quod genus laudis, vel cõfeſſionis mortuis denegetur?

Dubium alterũ mouetur circa eandem ſcripturæ ſententiã, quod genus confeſſionis, & laudis mortuorũ ſtatui denegatur in Scriptura ſacra, cũ affirmat: non mortui gloriã, laudemq; iuſtitiæ domino D tribuent? Nã cũ per mortuos nõ accipiamus cadauera in anima, nec ſolos animos gehẽnæ addictos, vel etiã in ſinũ Abrahæ delatos, vbi Deus laudatur, ſed eos qui è vita exceſſerunt: & ex his non pauci laudent, & confiteantur Deũ, & ſi non ad meritum, ad Dei tamen gloriam, reſtat perquirere de quo genere laudis, vel confeſſionis loquatur diuinus ſpiritus in ſcriptura ſua id mortuis negante.

Quæſtionis ſolutio publicã confeſſionẽ mortuis negari.

Dicimus ergo ſcripturam laudẽ, & confeſſionem mortuis denegare non quamcunq;, ſed publicam, ſolemnẽ, quæ vocibus humanis, adiunctis muſicis inſtrumentis, fieri ſolebat in tẽplo corã cętu fideliũ per odarum, hymnorũ, canticum, pſalmorum, & ſimiliũ canticorũ concẽtum: cuiuſmodi apud mortuos nulla eſt memoria, nulla celebratio. Hunc ſẽſum nobis indicat Dauid multis in locis Pſ. 6. 6. In periculoſo morbo conſtitutus petit ſeruari in vita, vt Deũ inter viuos celebret. Quoniam, inquit, non eſt in morte, qui memor ſit tui, in inferno autẽ quis A cõfitebitur tibi: hoc eſt, celebrabit publicè odis cõpoſitis laudabit. Hoc enim ſignificat verbum Hebræũ ידה iadah: vnde nomẽ oda Gręcis deriuatum eſt. Eadẽ ratione ne abſorbeatur à morte poſtulat Pſ. 29. 10. Quę vtilitas in ſanguine meo, dũ deſcẽdo in corruptionẽ? &c. Pſ. quoq; 113. dũ precatur pro liberatione Iſraelis, ſubijcit: Deum ſibi cęlum elegiſſe, terram autẽ dediſſe filiis hominum, in qua viuant, ac Deũ laudent, quia nõ mortui laudabunt te domine, neq; omnes qui deſcendunt in infernum. In Pſ. demũ 117. 17. Gratulabundus, quod inter inimicos agens fuerit ereptus, ne enecaretur ait, Dextera domini fecit virtutẽ, dextera domini exaltauit me. Non moriar, ſed viuã, & narrabo, vel vt narrẽ opera domini fidelibus, quod mortuus prȩſtare nõ poſſem. Caſtigans caſtigauit me dominus, & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iuſtitiæ, ideſt, tẽpli, in quo iuſti cõgregantur: ingreſſus in eas cõfitebor domino, vel celebrabo te coram vniuerſa Eccleſia. Clariſſime confirmat hunc ſenſum Ezec. apud Iſa. cap. 38. qui cũ cõualuiſſet ex infirmitate, in gratiarũ actionem, ſic locutus eſt. Ego dixi in dimidio dierum meorũ vadam ad portas inferi. Dixi non videbo Iah Iah in terra viuentiũ, hoc eſt, non perfruar Dei præſentia in tẽplo: non aſpiciã hominem vltra, & habitatorẽ quietis, & infra. Tu autem eruiſti animã meam vt non periret, quia proiecisti poſt tergũ tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te: nõ expectabunt qui deſcendunt in lacũ veritatẽ promiſſionum tuarũ, vt eam notam faciant aliis: viuẽs viuẽs ipſe cõfitebitur tibi, ſicut, & ego hodię, pater filiis notã faciet veritatem tuã. Iehouah ſaluum me fac, & pſalmos noſtros cantabimus ad muſica inſtrumẽta, cũctis diebꝰ vitę noſtræ in domo domini.

Pſ. 29. 10. Pſ. 113. 17. Pſ. 117. 17. Iſ. 38.

Patres veteres mortem ſolicite auertere conabãtur.

Quod ſi inquiras, cur viri illi ſanctiſſimi tã ſolicite mortẽ deprecarẽtur, infirmitates, exilia, aliaſque calamitates, quæ ad mortẽ ducunt, & vitã ſibi eripi tã moleſtè ferrẽt? Hac potiſſima ratione adiecta, ne publico Eccleſię concentu priuarentur. Ea videtur vnica ratio poſſe aſſignari: quod ſi mors eſſet eligenda, & optanda, ob id maxime vt quis Deo frueretur, eiuſque diuinũ aſpectum intueretur: at ante Chriſti aduentũ nulli patuit aditus ad cęlũ, vbi Dei vultus eſſet cõſpiciendus: dũ vero hoc nõ dabatur, optatius, ac magis cũ virtute coniunctũ videbatur hic permanere: vt Dei conſpectu quoquo modo poſſent potirẽtur, & eius laudes, & opera admirãda celebrarent, aliiſque annunciarent: & quæ in cœlo præſtanda eſſent, pro humana infirmitate adimplerent, qui eſt finis hominibus hac vita fruẽtibus præſtitutus; optatius inquã, & honeſtius videbatur, quã vita priuatos in perpetuo ſilentio dormire, ab hac viuendi ratione, cœleſti quam ſimillima, repulſos.

Optima ratione, quod tũc Deũ conſpici nõ poſſet. Optatius erat in veteri lege viuere ad laudandum Deũ quã in ſilẽtio iacere.

Hanc ob rẽ cõmendantur vota ſanctorum illorum priſcorũ videndi templũ, eiuſq; concentibus fruẽdi, cũ longe aberant ab eo: atque illud verſus: Suas preces fundabant, oraq; cõuertebant. Ita ſæpe Dauid lamentatur quod adeſſe prohibitus eſſet laudibus in tẽplo celebribus, vt non ſemel deflet in canticis graduũ, & in toto Pſ. 83, Quã dilecta tabernacula tua domine virtutũ, concupiuit, & defecit anima mea in atria domini. &c. cum exul apud Paleſtinos moraretur. Ad hoc etiam compoſuerunt captiui Babylone in illam elegiam in Pſalmum 136. contentam. Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Daniel quoque conſueuerat orare verſus

Dauid optabat eſſe in templo. Pſal. 83 Pſ. 136.

Daniel orabat verſus templũ. 3 Reg. 8.46.

verſus Ieruſalem iuxta Salomonis condictum 3. Reg. 8. 46. Quod ſi peccauerint tibi, & iratus tradideris eos inimicis ſuis, & captiui deducti fuerint in terram inimicorũ longe, vel prope, & egerint penitentiã in corde ſuo in loco captiuitatis, & cõuerſi deprecati te fuerint in captiuitate ſua, dicẽtes: Peccauimus, inique egimus, impie geſſimus, & reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimicorũ ſuorum, ad quã captiui ducti fuerint, & orauerint te contra viam terræ ſuæ, quã dediſti patrib. eorũ, & ciuitatis quã elegiſti, & templi, quod ædificaui nomini tuo, exaudies in cœlo, in firmamento ſolij tui, orationes eorum, & preces eorũ, & facies iudicium eorum, & propitiaberis populo tuo, qui peccauit tibi, & dabis miſericordiã corã eis, qui eos captiuos habuerint, vt miſereantur eis. Hãc formã ſecuti captiui in hac deprecatione dicebant. Reſpice domine de domo ſancta tua in nos, nempe vt digni reddamus, vt liberi in ea te laudemus, & iuſtũ cõfiteamur. Cum mortui: & qui cũ mortuis numerantur captiui, id præſtare minime valeant. Hoc autẽ idcirco tã ſollicite procurabant, quod Dei præſentiam in templo multis modis fuiſſent experti, quibus eius diuinitate fruebãtur, qua tamẽ mortui non gaudent. Vnde vere tunc illud Pſ. 113. 16. dicebatur Cœlũ cœli domino, terrã autem dedit filiis hominũ: quod tũc Deus glorioſus ſe ſolo frueretur in cœlo, nullum ex hominib. admittens, terram autẽ dedit filiis hominum, vt in ea ipſum laudarent, ac colerent: nã mortui, qui in perpetuo ſilentio iacent, nõ ſic laudant, celebrantq; dominum, ſed viuentes ſolum. At reſeratis, poſt aſcenſum Chriſti, hominibus, cœli forib. iam cœlũ cœli nõn Deo ipſi tantum conſtitutum eſt domicilium, ſed & hominibus illud communicarat pro ſua bonitate, in quo illius conſpectu perfruãtur, & propterea qua mente, quibuſque votis illi patres expectabant ſuam vitam produci, & in patriam reduci, ea ſola adhibita ratione, ne vel mortui, vel exules, Dei præſentia priuarentur, qui in tẽplo ipſum laudantibus, ac confitentibus ſeſe oſtendebant: eiſdem & multo vehementioribus ſancti noui teſtamenti exoptabant hanc vitã miſeriam breuiorem fieri ab hoc exilio liberari, & diſſolui, & eſſe cum Chriſto, quanto clarius nũc in cœlo, vera Dei præſentia, quã tunc typica, potiuntur, & vtique eadem ratione ducti, nempe vt laudarent, atque celebrarent Deum, eiuſque conſpectu fruerentur, illi quidem vitam longam, in patria, hi autem breuem exoptant, quia illis cœlũ typicũ erat templũ vnicũ, ac celebratiſſimũ, nobis verum, in quo videbimus Deum ſecuti eſt.

Dei præſentia in templo exhibebatur.

Pſalm. 113.16. Cœlum domino, terra autem hominibus aſſignata ante aſcenſũ Chriſti ad cœlos. C-lum poſt aſcẽſũ Chriſti homi nib. communicatum.

Patres veteris & noui teſtamẽti diuerſis votis eandem Dei gloriam expetebãt.

8 *Sed anima.*] Hæc ſententia ſi Græcam litterãm ſequamur ita habet, ſed anima mœſta ſuper magnitudine, quæ incedit incurua, & debilitata, & oculi deficientes, & anima eſuriens, gloriam & iuſtitiam dabunt tibi domine Et relatiuum quæ & participia illa, Græcè neutra, nõ poſſunt conuenire cum anima, quæ generis eſt fœminei, ſed cum τὸ μέγεθος neutrius, ac proinde ſentiendũ eſt prophetã deſcribere formã exulis, cuius corpus alioqui magnum, & robuſtũ, propter calamitates exilij, & captiuitatis incuruum incedit, ac debile. Oculoſque habet præ debilitate deficientes, denique totus homo ieiunio preſſus in aſſidua eſurie eſt. Quia enim multũ refert pœnitenti, & volenti placare Deum, & ad cõmiſerationem promouere externa ſigna ex interno dolore prodeũtia, proferre: quibus ipſe oſtendit quo animo ſit aduerſus peccata, & erga Deum: Idcirco Ieremias habitũ triſtium captiuorum depingit nempe animo eſſe triſti, ac deiecto in corporis ſtatura incurua, & debili, qualem habebat, qui dicebat Pſ. 108. Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, quæ oculos habet deficientes, & caligãtes præ lacrymis, vt de ſe dixit Iere. Thren. 2. 11. & demum quæ ſit hominis famelici, qui præ inedia fere deficit, nã animã eſurientẽ, hominẽ vocat cibo egentẽ. vt Ecc. 4. 2. animã eſurientẽ ne deſpexeris. & Iere 31. 2. Omnẽ animã eſurientẽ ſaturaui: pro omnẽ hominem, per ſynecdochen. Vulg. autem, magnitudinem, non ad figuram, ſeu ſtaturam corporis retulit, ſed ad malum, dixit enim, ſuper magnitudine mali, hoc eſt, propter ſummam miſeriam in qua ſunt, nã de malo pœnæ intelligit Theod. qui ſic legit: Anima enim anxia ſurſum aſcendit, ſpiritus curuus, & infirmus, oculi deficientes, & anima eſuriens, dabũt ſibi gloriam, & iuſtitiã domine. Nã qui in grauiſſimas, inquit, calamitates delapſi ſunt, & in deſperatione melioris fortunæ conſtituti: deinde mutationem quandam adepti tuam ingenue collaudant clementiam. Sic ſanè Iudæi depreſſi calamitate captiuitatis, & miſeriis, quib. in ea afficiebãtur in obliuione Dei poſiti ſurſum corda extulerunt, & ad Deum accurrerunt, & eius miſericordis clementiam glorificauerunt: & iuſtitiam, quã in eis puniendis exercuit, ad meliorem frugem, vt reduceret, prædicauerunt, ita ſane miſericordia ſuperexaltat iudicium: nam experientia compertum eſt magnos peccatores Dei miſericordia cõuerſos, grauiorib. ſuppliciis ſe afficere, & diuturniorib. & ſuauios quidem, quod ſponte ſumpta ſint, & ipſa inferni ſupplicia ſuſciperent, ſi concederetur: quã eſſet pœne, quã, ſi iuxta leges iuſtitiæ punirentur, luerent: Eſtque Deo gratiſſimum hoc genus iudicij, quod exaltatur diuina clementia peccatorib. præſtita, at in eo magis glorificatur Deus, quam ſi in inferno quis puniretur?

Lectio diuerſa à Græco.

Habitus externus pœnitentis.

Pſalm. 108. 24.

Thren. 2. 11.

Eccl. 4. 2.

Ier. 31. 2.

Vulgati lectio.

Theodo.

Calamitas mouet ad Deum.

Miſericordia ſuperexaltat iudiciũ.

9 *Iuſtitias.*] Quartam adſtitit rationem longo ſermone explicatam vſque ad finem capitis, qua oſtendit ſummã Dei clementiam, & miſerationẽ, ad inſtar peritiſſimi medici ſumma ex arte curãtis dum populum ob morbum multas ob cauſas incurabilem, poſt admonitiones & comminationes prophetarũ, quos ad eos miſerat, vaſtatione vrbis, ac prouinciæ, tẽpli celeberrimi conflagratione, duriſſima ſeruitute, quaſi quodam cauterio aut vſtulatione, ad morbi cognitionẽ, & optatam ſalutẽ, traduxit: qua adepta in antiquã demũ patriam reductũ ſe promiſerat. Ait ergo: Nos quidẽ ex parte noſtra nihil habemus, quod corã proferamus, vt te ad miſerendum noſtri conſtringamus: nã ſi quid haberemus, ad id maximè nobis prodeſſent obſequia, ſiue ſeruitia, meritaue Patrum, regũq; noſtrorũ, propter quæ iuſte poſſemus exigere quaſi iure noſtro ante miſericordiã. At nulla iuſtè facta ab eis præſtita cognoſcimus, imo multa demerita. Sic Theod. & Dion. quãuis ſecundum Hugo, & Lyram, ad maiorem ſubmiſſionem, & ad magis promerendam à Deo clemẽtiam ſe aiunt nolle rationem habere in hac cauſa meritorũ, ac iuſte factorũ Patrũ, regũq; ſuorũ, vt Noë, Abrahæ, Iſaac, Iacob, Dauidis, Ezech. Ioſiæ, quæ quidẽ proferri poſſent. Sed æis præteritis ad aliã rationẽ reſpicere. Sed priori modo loqui prophetam oſtendit quod Dan. c. 9. 18. eadem orandi

Quarta ratio, qua poſtulat exaudiri.

Nulla ſibi eſſe merita quib. audiantur oſtendit qua ratione. Dan. 9.18

Xx

forma vſus ait: Neque enim in iuſtitiis noſtris A proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Volunt ergo ſalutem ſuam totam miſeranti Deo, non ſuis iuſtitiis, neque patrum ſuorũ, ac regum, qui paulo ante præceſſerant, tribus, vt Deum ſibi magis deuinciant. Non, inquiunt, noſtris, noſtrorumque maiorum freti meritis, proiicimus miſerationem noſtram in conſpectum tuum. Sic habet hic Græca littera, & Hebraica Danielis, vbi ſupra: pro quo Vulgatus diait, fundimus preces, & petimus miſericordiam, ſeu proſternimus preces noſtras ante conſpectum ſuum. Nam tam verbum Hebraicũ הפיל hiphil, quam Græcum καταβάλλειν humilem habitum ſignificat eorum, qui ſe ad aliorum pedes proiiciunt, ac proſternunt.

Proſternunt preces qui.

B

10 *Sed.*] Rationem iam exorditur, ea vero eſt breui ſermone compilata. Sed ſummam tuam benignitatem, & miſericordiam producimus, qua multis licet noſtris peccatis irritatus, tanquam pater nos caſtigans ad eas anguſtias nos redegiſti, in quibus modo ſumus: vt colla ſponte tibi ſubiaceamus, te Deum noſtrum recognoſcentes, ac ſperantes de meliora: Nam ſicut tuis ſuppliciis ad bonam frugem nos conuertiſti, ſic facies cum tentatione prouectum, & reduces nos in patriam, vbi creſcamus, & ſemper id te curante viuamus.

Ex miſericordia ſumma affligi malos, vt ſalutẽ acquirant.

11 *Defectionem.*] Ea Græco ſic legimus. Defectionem faciam de ciuitate Iuda, & de foris Ieruſalem, vocis lætitiæ, & vocis gaudij: vocis ſponſi, & vocis ſponſæ, & erit omnis terra in niuium ab habitantibus: Comminatio eſt prophetis vſitata, qua dicunt, faciam ceſſare genus omne læſiæ, cum ei C nullus futurus ſit locus, ſed lamẽtationi, & luctui, quam prænunciauit Ieremias cap. 7. 34. & cap 16. 9. 2. 10.

12 *Oſſa.*] Completa fuiſſe probat quæcunque Deus fuerat comminatus per ſuos prophetas: Et ad comprobationem adducit duo maxima mala, vnum eſt, Oſſa regum, ac maiorum è ſepulcris expulſa, inſepulta iacere, nam ſic fuerat vaticinatus Ieremias c. 8. Eſt autem inſepulti corporis deſcriptio: diſiectum eſſe, ac cœlo aperto expoſitũ eaque ſemper fuit habita miſerrima conditio iure, atque honore ſepulturæ carere cum calamitas mortem comitatur. Alterum malum eſt, templum magnificentiſſimum, & auguſtiſſimum in ſummam vaſtitatem redactum eſſe.

Oſſa à ſepulcris diſiecta in obſidione Ieruſalẽ.

Iere. 8.

13 *Magna*] Completa etiam docet, quæ per Moſem fuerat Deus comminatus legis transgreſſoribus Deuteron. 4. 15. & 28. 62. & cum eo loco multitudini ſtellarum, quæ non poſſunt numerari, comparauerit populi turbam: hic alia vtitur ſimilitudine propheta, dicẽs. Si non audieritis vocem meam, profecto examẽ hoc magnum, & frequens, ad ſummam paucitatem redigetur βομβήσις examen apum ſignificat, à ſonitu quem edunt apes, dictum, nam bombare apes, ſeu bombulare dicuntur.

D

Deut. 4. 15.

Deut. 28. 62.

14 *Duræ.*] En tibi cur tam duris flagitiis affecerit Iudæos, quod populus eſſet duræ ceruicis, & dorſi contumacis: vt grauiorib. onerib. adomandi eſſent, & iugo legis obiiciendi. Vnde colligimus, cũ Deus ſit medicus peritiſſim⁹, & nouerit quo morbo quiſque laboret, & quo remedio illi medendum ſit ea grauitate remedij rectè colligi à nobis morbi grauitatem, & cum tam grauiter percuſſerit populum ſuum, grauiſſimo duri cordis morbo laboraſſe. Et quemque hanc apud ſe regulam ſeruare debere, flagella adhibita ſibi à Deo, infirmitatis, ignominiæ, ſtimuli carnis, & ſimilium, quo fuerint maiora, & cordis duritiem, & dorſi curuitatem, & internam ſuperbiam eſſe grauiorem, quæ à tã ſcientiſſimo medico tam duro remedio curetur.

Populus duræ ceruicis duriori onere domãdus.

Quanta remedia graviora morborum remedium adhibet medicus Deus.

15 *Teſtamentum.*] Dubium eſt vtrum his verbis extremis promiſſio reditus, è Babylone, ac fœlicitatis in Iudæa fruendæ cõtineatur: an promiſsio legis euangelicæ: Theodoretus de reditu, & fœlicitate poſt illum temporali ea ponit. Et quidem illa promiſsio, quod in terra captiuitatis ſuæ eſſent redituri ad cor: & reducẽdi in terram priſcis patribus promiſſam: completa exiſtimatur, cum per Cyrum ſunt donati libertate: iuxta antiquam pollicitationem per Moſem factam Leuit. 26. 42. & Deut. 4. Quod autem ſubiicit: Et ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum, vt ſim illis in Deum, & ipſi mihi in populum, & non amouebo amplius populum meum filios Iſrael à terra, quam dedi eis. Vt verum comprobetur de fœdere ſempiterno, & permanente habitatione in terra, debet cum conditione intelligi, vt notat Dion, quia Moſes, quem hic loquentem inducit propheta, ſub ea & comminationes ſuas protulit, & pollicitationes. Leuit. namque 26. 5. ſic ait: Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, &c. & v. 14. Quod ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mãdata mea: ego quoque hæc faciam vobis, &c. Similiter loquitur Deut 28. c. Quod ergo iterum diſperſi fuerint è terra ſua, & nunquam amplius in ea permanſerint, ſua culpa, quod fœderi non ſteterunt, ſibi cõquiſiei ſit, nam ſi ſtetiſſent, ſemper Deus illis fuiſſet Deus, & maximè filium ſuum eis mittens, & ipſi eſſent populus Deo, & Chriſto filio eius dilectiſſimo: nam hoc fœdus idem vſq; ad finem permanſiſſet, & etiam fœdus de lege vetere ſeruanda in nouum legis euangelicę mutaretur. Nihilominus Hugo, Lyra, & Dionyſ. iis verbis putant res ſpirituales temporis euangelij promitti: nam fœdus nouum verius dicitur ſempiternũ, poſt quod aliud non eſt futurum, & per quod inducitur populus fidelis, in terram viuentium, è qua nunquã amplius amouebitur. Simili explicatione expoſuimus c. 30. Ieremiæ & ſanè cum vti diximus Ierem. 32. cap n. 16. omnem fœlicitatem promiſerit Deus Iudæis, intra modicum tempus complendam ſiue temporalem, ſiue ſpiritualem, poſt reditum è Babylone, credibile eſt non tam reſpexiſſe ad temporalem felicitatem tenuem ſatis, quæ potiti ſunt à tempore ſecundi templi, quam ad ſpiritualem adductam per Chriſtum, quæ promiſſiones omnes ad perfectum adduxit.

Quæſtio Num fœlicitas temporalis, an ſpiritualis promittatur? Theodoretus de temporalibus explicat.

Leuit. 26. 42.

Deut. 4.

Teſtamentum æternum ſub conditione promiſſum.

Leuit. 26. 5.

Deut. 28.

Verior expoſit.

Ierem. 30.

Ier. 32.

Deus omnem fœlicitatem promiſit, ſed præcipuè ſpiritualem.

PRO-

PROPHETIÆ BARVCH.

CAPVT TERTIVM.

1 ET nunc domine omnipo-
tens Deus Iſrael, anima in
anguſtiis, & ſpiritus anxius
2 clamat ad te: | audi domine,
& miſerere, quia Deus es mi-
ſericors, & miſerere noſtri, quia peccaui-
3 mus ante te. | Quia tu ſedes in [1] ſempiter-
4 num, & nos peribimus in æuum. | Domine
omnipotens, Deus Iſrael, audi nunc ora-
tionem mortuorum Iſrael, & filiorum ip-
ſorum, qui peccauerunt ante te, & non au-
dierunt vocem Domini Dei ſui, & agglu-
5 tinata ſunt nobis mala. | Noli meminiſſe
iniquitatum patrum noſtrorum, ſed me-
mento manus tuæ, & nominis tui in tem-
6 pore iſto: | quia tu es dominus Deus no-
7 ſter, & laudabimus te domine: | quia pro-
pter hoc dediſti timorem tuum in cordi-
bus noſtris, & vt inuocemus nomen tuum
& laudemus te in captiuitate noſtra, [3] quia
conuertimur ab iniquitate patrum noſtro-
8 rum qui peccauerunt ante te. | Et ecce nos
in captiuitate noſtra ſumus hodie, qua
nos diſperſiſti in improperium, & in ma-
ledictum, & in [4] peccatum, ſecundum
omnes iniquitates patrum noſtrorum, qui
9 receſſerunt à te domine Deus noſter. | Au-
di Iſrael mandata vitæ: auribus percipe, vt
10 ſcias prudentiam. | Quid eſt Iſrael quod
11 in terra inimicorum eſt. | Inueteraſti in
terra aliena, coinquinatus es cum mor-
tuis: deputatus es, cum deſcendentibus
12 in infernum | Dereliquiſti fontē ſapientiæ.
13 | Nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes
14 vtique in pace ſempiterna. | Diſce vbi ſit
prudentia: vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus,
vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vitæ, &
virtus: vbi ſit lumen oculorum, & pax.
15 | [*] Quis inuenit locum eius? & quis intra-
16 uit in theſauros eius? [11] | Vbi ſunt principes
gentium, & qui dominantur ſuper beſtias,
17 quæ ſunt ſuper terram? | Qui in auib. cœ-
18 li ludunt, | qui argentum theſaurizant, &
aurū, in quo confidunt homines, & nō eſt
finis acquiſitionis eorū? qui argentum fa-
bricant, & ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio
19 operum illorum: | exterminati ſunt, & ad
inferos deſcenderunt, & alij loco eorum
20 ſurrexerunt. | Iuuenes viderunt lumen, &
habitauerunt ſuper terram: viam autē di-
21 ſciplinæ ignorauerunt · | neque intellexe-
runt ſemitas eius, neque filij eorum ſuſce-

PARAPHRASIS.

DOmine omnipotens Deus Iſrael, anima [1] in anguſtiis poſita, & ſpiritus anxius ad te clamat. Audi domine & patere te miſeratione commoueri, quia Deus miſericors es: miſerere inquam, quoniā [2] peccauimus aduerſum te. Tu enim æternam degis vitam, nos vero illam, quam habemus perpetuo amittimus. Domine omnipotens Deus Iſrael audi quæſo [4] preces Iſraelitarum, tam eorum qui iam deceſſerunt quā ſuperſtitum filiorum qui peccauerunt in te, & voci domini Dei ſui non paruerunt: quamobrem his tot malis ſumus implicati, ne reuoces in memoriā [...] *mor eſto potentiæ quam alias in nos liberando ſoles exercere, nominiſq; tui, quod in hoc tempore nos eruendo illuſtrius reddes, cognoſcent enim omnes, quod tu ſis dominus Deus noſter, & nos te domino prædicabimus. Nā ideo timorē tuum cordib. noſtris inieciſti vt nomen tuum inuocaremus, ac te in exilio noſtro collaudaremus, [3] quippe qui reuocauimus in cor noſtrum omnem iniuſtitiam patrum noſtrorū, qui in te peccauerūt, vt ab ea auerteremur. Ecce nos in exilio noſtro, quo diſperſiſti nos, ſumus hodie opprobrio execrationi, & debiti exactioni obnoxij: iuxta omnes iniquitates patrū noſtrorum, qui à domino Deo noſtro defecerunt, quas nos luimus. [7] Audi Iſrael præcepta vitæ, auresq; præbe ad prudentiam cognoſcendam. Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum degis? quod in aliena regione conſenuiſti? quod cum mortuis contaminatus es? quod è numero eorum exiſtimatus es, qui deſcendunt in infernum? Fontem ſapientiæ deſeruiſti. Nam ſi viam Dei tenuiſſes, vtique in ſempiterna vixiſſes tranquillitate. Diſce hinc vbinam ſit prudentia, vbi fortitudo, vbi ſit intelligentia: vt ſimul cognoſcas vbi ſit longinquitas vitæ, in quo vita, in quo lumen oculorum, in quo pax ſita ſit. [10] Quiſnam eius nactus eſt locum aut quis in eius theſauros penetrauit? [11] Vbi ſunt principes gentium, & qui beſtiis terræ dominantur? qui auibus cœli ad ſuos ludos, & voluptates abutuntur, qui recondunt theſauros argenti, & auri quo homines maximè confidunt: nec vllum finem faciunt illud acquirendi. Nam operum ex argento fabricatores ſtudioſiſſimi, quæ ne cogitatione quidem comprehendi poſſunt, extincti ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alij in eorum locum ſuffecti ſunt, iuniores quidem, qui hanc lucem aſpexerunt, & terram incoluerunt, viam vero ſcientiæ non cognouerunt, neque intellexerunt ſemitas eius, nec eorum filij eam ſunt amplexi: longe enim*

ab ea abſuerunt. Nec in [11] Chanaan audita eſt, neque viſa in Theman. Neque poſteri Agar, prudentiæ terrenæ ſtudioſi, neque Meram negotiatores, aut Theman, neque fabulorum interpretes, cæterique prudentiæ conquiſitores, viam ſapientiæ cognouerunt, aut ſemitarum eius vnquam meminerunt. [12] Quam ingens eſt domus Dei, o Iſrael, quã longe patet locus poſſeſſionis eius, quam amplus eſt, & infinitus quam excelſus, & immenſus, quã multos habet habitatores. In eo præ aliis extiterunt Gigantes, iam inde ab initio celebres ingenti corporis magnitudine præditi, artiſque bellicæ peritiſſimi. Non tamen hos elegit dominus, neque viam ſcientiæ ipſis tradidit, ſed perierunt inopia ſapientiæ, quia prudẽtia deſtituti ſunt. [14] quis vnquam hominum aſcendit in cœlum & comprehendit illam? aut quis deduxit eam è nubibus? Quis traiecit mare, & inuenit eam, & inde potius quam aurum puriſſimum apportauit? nullus eſt qui viã eius nouerit. qui qui ſemitam illius perpenſam ſuaque prudentia eam adinuenit. Qui terram ſtabiliuit in tempus ſempiternum, eamque impleuit iumentis quadrupedibus. Quo emittente lumen progreditur, & cum tremore obſequitur reuocanti. Stellæ vero in locis vnicuique deſignatis relucentes, hilares ſimul, atque vocat, aiunt, adſumus ac cum lætitia fulgent ſuo creatori: Hic eſt Deus noſter cui non eſt comparandus alius. hic adinuenit omnem ſcientiæ rationem, eamq; tradidit Iacob ſeruo ſuo, Iſrael dilecto ſuo. Qui poſtea in terra [15] Viſus eſt, atque inter homines verſatus.

perunt eam, à facie ipſorum longe facta eſt
| Non eſt audita in terra [12]Chanaan, neque 22
viſa eſt in Theman. | Filij quoque Agar, 23
qui exquirunt prudentiam, quæ de terra
eſt nogotiatores Merrhæ, & Theman, &
fabulatores, & exquiſitores prudentiæ, &
intelligentiæ: viam autem ſapientiæ neſcierunt,
neque commemorati ſunt ſemitas eius. | O Iſrael, quam magna eſt domus 24
Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius? | ma- 25
gnus eſt, & non habet finẽ, excelſus, & immenſus.
| Ibi fuerunt gigantes nominati 26
illi, qui ab initio fuerunt, ſtatura magna,
ſcientes bellum. | Non hos elegit domi- 27
nus, neque viam diſciplinæ inuenerunt:
propterea perierunt. | Et quoniam non 28
habuerunt ſapientiam, interierunt propter
ſuam inſipientiam. | [14] Quis aſcendit 29
in cœlum, & accipit eam & eduxit eam de
nubibus? | Quis tranſfretauit mare, & in- 30
uenit illam? & attulit illam ſuper aurũ electum?
| Non eſt qui poſſit ſcire vias eius, 31
neque qui exquirat ſemitas eius: | [15] Sed 32
qui ſcit vniuerſa, nouit eam, & adinuenit
eam prudentia ſua: qui præparauit terram
in æterno tempore, & repleuit eam pecudib.
& quadrupedibus: | qui emittit lumẽ 33
& vadit: Et vocauit illud, & obedit illi in
tremore. | Stellę autem dederunt lumen 34
in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt: | Vocatæ 34
ſunt, & dixerunt, adſumus: & luxerunt ei
cum iucunditate, qui fecit illas. | Hic eſt 35
Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. | Sic adinuenit omnem viam di- 36
ſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. | Poſt hæc in terris [16] vi- 37
ſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

ARGVMENTVM.

ABſoluit ſuam orationem anxia quadam deprecatione, deinde iocunda parænesi oſtendit, omnis mali, in quod deuenerat populus cauſam fuiſſe quod diuinam ſapientiam, ſeu prudentiam quam nulli hominum datum eſt apprehendere, ſed Dei filius opus eſt, ſuo populo manifeſtatam: deſeruiſſent, dum à Dei lege receſſiſſent,

COM-

COMMENTARIVS.

1 IN ANGVSTIIS.] Deprecationem inchoat à A ratione ineluctabili: quæ Deum omnipotentem ad ſuccurrendũ compellit. nẽpe vndiquaq; ad eas anguſtias redactum eſſe quempiam, vt ſaluti alia via non pateat remedium, niſi ea Deo, ad quem non patet aditus niſi clamore. Quemadmodũ enim belluæ alicui à venatorib. vndiquaq; in locum anguſtum, ac deſperatum adactæ, nihil ſupereſt, niſi vociferari, ac vti leonem rugire, ſeſeque poteſtati dedere venatorũ: ita animus multis, ac variis calamitatib. inter anguſtas macerias arctatus, vt vel viuendum ſit, vel moriendum, anxius, & ſolicitus, ad deſperatorum remedium accurrit, nẽpe ad inuocandum Deum, qui ſolus poteſt liberare, & illi ſe totũ ſubmittẽdum. Et quia Deus natura miſericors eſt: & natura miſericordię ſemper ad miſerendum, miſerorum impellat: eorum præcipuè, qui à Deo ſolo ſibi poſſe ſuccurri certi ſunt, eique ſe totos committunt in B anguſtiis poſiti, & angore afflicti: credibile minime eſt, in tẽpore anguſtiæ, ac tribulationis illum nolle ſubuenire, cum id promiſerit Pſa. 49. Inuoca me in die tribulationis, eruã te, & honorificabis me. Nã ſi Loth Gen. 19. 8. ſe lege hoſpitum conſtrictum iudicabat ad tres illos adoleſcentes, qui ad ſe diuerterant, incolumes ſeruãdos, quia ingreſſi ſunt, inquit, ſub vmbra culminis mei, quidnã de Deo exiſtimandum eſt, qui omnia poteſt, ac nouit mederi, quin velit eos cuſtodire, qui ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis eius, non tanquam hoſpitis, ſed tanquam patris amantiſſimi? Sanè omnes in anguſtiis poſiti, Deum deprecati exauditi ſunt. Nã 1. Reg. c. 10. Anna cũ eſſet amaro animo orauit ad dominum, flens largiter, & impetrauit C Samuelem. Dauid ſæpe, vt Pſ. 119. 1 Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Et Pſal. 142. 4. Anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum: & ſubdit quaſi iam auditus: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam propter nomen tuum. Et Ionas c. 2. dum de ventre piſci oraret, inquit, Cum anguſtiaretur in me anima mea, domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum: & dixit dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam. Idem contigit Tobiæ c. 3. qui ingemuit, & cœpit orare cũ lacrymis. Propterea inducit noſter propheta populum in anguſtiis poſitum, & angore, & ſolicitudine preſſum, ad Deum clamantem, vt D inducat ad miſerendum. Quemadmodũ & Chriſtus meus Luc. 22. 44. factus in agonia prolixius orabat: & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram: qui tamen ſolus à morte imminẽte nõ eſt liberatus hominis gratia.

In anguſtiis poſitus homo clamat, & clamantis ſuccurrit Deus.

Pſalm. 49. 15.

Gen. 18. 8.

Omnes in anguſtiis poſiti exauditi.

1. Reg. 1. 10.

Pſalm. 119. 1.

Pſalm. 142. 4.

Ion. 2. 2.

Tob. 3. 1.

Chriſtus ſolus derelictus.

Luc. 22. 44.

2 Peccauimus.] Ratio alia eſt, quæ ſane ſi ſeorſim accipiatur ad vltionẽ potius irritare deber, & ad ponendum: Nam qui ſibi parci poſtulat, nõ explicate dicit, occidi filium tuũ, idcirco mihi parce: ſed excuſat factum ſuũ, quod caſu, & nolẽs occiderit. At hoc loco Theod. & Hug. volunt intelligi peccauimus, pro dolemus de peccatis. Quãuis hoc non ſit neceſſe, quia cõfeſſio peccatorum corã Deo, vt illa dimittat, dolorem de perpetratis includit, & animi ſummiſſionem, quæ Deum natura miſericordem impellit ad miſerendum.

Confeſſio delictis Deũ ad miſerationẽ inducit.

3 Sempiternum.] Comparata humana mortalitate cum Dei æternitate, ponit ante oculos Dei humanam fragilitatem: quæ eſt ſimilis humanæ cõditionis confeſſio. quaſi dicat, vt inquit Theod. Tu es æternus, nos autem tẽporanei: tu ſempiternus, & interitui minimè obnoxius; vita autẽ noſtra exiguæ menſuræ dimẽſiõne continetur. Verum ratio alio tendere videtur, vt excuſet peccata præterita, quæ ex humana fragilitate prodierunt, propter quam, non adeo grauia ſunt, vt nõ eis ſit miſerendum. Nam vt ſapiens illa Thecuitis dixit Dauidi, 2 Reg. 14. 14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur, nec vult Deus perire animam, ſed retractat cogitans, ne penitus pereat qui abiectus eſt: ita modo ait propheta. Tu quidem, ô Deus, ſedes in ſempiternum, nunquam à ſtatu tuo mutaris: ſed quieſcis in eo, à quo nequaquam deficere potes. At nos ſumus adeo fragiles, vt vita noſtra deficiat prope diem, & ad interitũ perueniat tandẽ, ſimiliter & nos quotidie præ fragilitate, à recto deflectimus, ac peccam⁹. Tu igitur retractare debes ſententiã tuã, ne popul⁹ abiectus penit⁹ pereat.

Theod.

Fragilitas opponit vt parcat Deus.

2. Reg. 14. 14.

4 Orationem.] Communes preces obiicit Deo mortuorũ Iſrael, hoc eſt, ſanctorum Patriarcharum Abrabam, Iſaac, Iacob, & ceterorum, qui dũ in viuis agerent pro poſteris orauerunt, nec ceſſant in Limbo fundere preces, vt 2. Mac. vlt. dixit de Ieremia Onias: hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael, hic eſt, qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate. Sic intelligunt Hugo, Lyra, & Dion. Verum exiſtimo proferri in mediũ coram Deo, miſeram ſortem eorum omniũ, qui perierant tum Ieroſolymis, tum in via, tum in exilio, & deinde filiorum, qui omnes iam filij, quam patres mortui, licet peccauiſſent, nõ parẽdo voci domini; at tacite miſera calamitate poſtulãt vindictam de hoſtibus, & libertatem. Quemadmodũ Gen 40. 10. ſanguis iuſti Abel clamabat ad Deũ, & vltionem de homicida poſtulabat. Aut certè animæ mortuorum idipſum ſuis precibus efflagitabãt è ſinu Abrahæ, quemadmodum Apoc 6. 10. animæ interfectorum clamabãt voce magna dicentes: Vſquequo domine ſanctus, & verus, non iudicas, & nõ vindicas ſanguinem noſtrum de iis qui habitant in terra? Vnde clare colligit Theõ. animi immortalitatẽ. Hos vero mortuos ſtatim vocat patres peccatores, nõ ſolet autem ſcriptura nomine mortuorum nominare priſcos illos Patriarchas, ſed proprio nomine, quorum Deus dicitur eſſe, & tamen non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.

Sanctorũ vita functorum preces offert preces.

2. Mac. vltim.

Gẽ. 4. 10

Ap 6. 10

Theodo.

mortuos quos vocet.

Matth. 22. 32.

5 Quia] Græca ſic habent. Quia auertimus ſuper cor noſtrum omnem iniuſtitiam patrum noſtrorum, qui peccauerunt coram te. Vel reduximus, aut reuocabimus, vt alij legunt. Nã cogitatio, ac recordatio peccatorũ à patrib. cõmiſſorũ, adiũcta propriis, plurimũ valet ad humilẽ confeſſionẽ, & idcirco ſæpe à ſanctis hominib. ſuſcipitur. Quia verò reuocatio peccatorũ in memoriã, eo tendit, vt doleamus, & deſeramus ea, propterea ad ſenſũ reſpiciẽs Vulg. dixit: Quia cõuertimur ab iniquitate patrum noſtrorum, qui peccauerunt ante te. Quam lectionẽ ſecutus eſt Theo. ita textũ Græcũ

Ratio diuerſa lectionis.

Theodo.

ſuis, quæ in nobis mandauit. Nihilominus nos verbo eius non paruimus, vt iremus per itinera præceptorum eius, quæ ob oculos nobis propoſuit.

[4] Nunc tamen domine Deus Iſrael, qui populum tuũ eduxiſti de terra Ægypti manu valida, cum ſignis, & prodigijs, cum potentia magna, brachioque ſublimi, nomenque tibi, quale hodie apparet, peperiſti: peccauimus quidem, & impiè egimus domine Deus noſter, atque in tuis omnibus iuſtificationibus ſcelerate nos egimus: auertatur à nobis quæſo ira tua, quoniam relicti ſumus per pauci inter gentes, ad quas nos diſperſiſti. Exaudi preces noſtras domine, & ſupplicationes, & [5] propter te nos eripe, & da nobis gratiam apud eos inuenire, qui nos è patria eduxerunt, vt vniuerſa terra agnoſcat te eſſe dominum Deum noſtrum, cuius nomine vocatum eſt Iſrael, cum eius progenie. [6] Reſpice nos domine ex domo ſancta tua, atque ad nos attende, curamque noſtri ſuſcipe inclina aurem tuam, vt nos exaudias. Aperi oculos tuos, & vide, quoniam non mortui iam apud inferos demorantes: è quorum viſceribus ſpiritus euocatus eſt gloriã atque iuſtitiam tibi tribuent. Sed anima triſtis ob magnitudinem mali, quæ incurua incedit, ac debilis, & oculi deficientes, & homo abſtemius, & eſuriẽs gloriam tuam domine prædicabit, ac iuſtitiam. Neque enim iuſte factis patrum, vel regum noſtrorum freti, preces noſtras miſeras producentes, effundimus domine ante conſpectum tuum. [10] Sed quoniam indignationem tuam, atque iram in nos immiſiſti, quemadmodum per ſeruos tuos prophetas denunciaueras, cum diceres. Sic dicit dominus, humerum veſtrum, ac ceruicem ſubmittite ad ſeruiendum regi Babylonis. & ſedes terræ, quas veſtris dedi maioribus, retinebitis. Quod ſi vocem domini audire nolueritis vt ſeruiatis regi Babylonio, [11] expellã vos faciam ex vrbibus Iuda, ac Ieroſolymis, cum voce iocunditatis ac gaudij, cum voce quoque ſponſi, ac ſponſæ, terraque tota deſerta erit habitatoribus. Nos autem non audiuimus vocem tuam, vt ſeruiremus regi Babylonio. Re itaque comprobaſti ſermones tuos, quos per ſeruos tuos prophetas locutus es, adeo [12] vt oſſa regum patrumque noſtrorum ſuo ex loco alio deportarentur: & ecce eadem ad ardorem ſolis, glaciemque noctis proiecta iacent: illique acerbiſſimis doloribus, fame gladio atque exilio interierunt. Templum autem tuum, quod de tuo nomine vocatum eſt, in eum ſtatum redegiſti, quem hæc dies oſtendit, propter prauitatem domus Iſrael, & domus Iuda. Sane tu domine Deus noſter ſecundum omnem benignitatem & miſericordiam tuam magnam egiſti nobiſcum, quemadmodum per Moſem ſeruum tuum teſtatus es eo die, quo legem tuam filijs Iſrael iuſſiſti præſcribere, verbis his: Si vocem meam non audieritis, profecto turba hæc [13] magna, & multa quæ quaſi examen apum bombat, ad ſummam paucitatem redigetur inter gentes, ad quas ego vos diſpergam. Nam ſcio altas iſtos gẽs non eſſe audituros, quod ſint populus

ſuper nos, quia iuſtus eſt dominus in omnibus operibus ſuis, quæ mandauit nobis, &
non audiuimus vocem ipſius, vt iremus in
præceptis domini, quæ dedit ante faciem
noſtram.| Et [4] nunc domine Deus Iſrael, 10
qui eduxiſti populum tuum de terra ægy-
pti in manu valida, & in ſignis, & in prodi-
gijs,| & in virtute tua magna, & in brachio 11
excelſo, & feciſti tibi nomen, ſicut eſt dies
iſte:| peccauimus, impiè egimus, iniquè geſ- 12
ſimus domine Deus noſter, in omnibus iu-
ſtitijs tuis.| Auertatur ira tua à nobis, quia 13
derelicti ſumus pauci inter gentes, vbi diſ-
perſiſti nos.| Exaudi domine preces noſtras, 14
& orationes noſtras, & educ nos [5] propter
te: & da nobis inuenire gratiam ante faciem
eorum, qui nos abduxerunt.| Vt ſciat om- 15
nis terra, quia tu es dominus Deus noſter,
& quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper
Iſrael, & ſuper genus ipſius.| Reſpice do- 16
mine de domo ſancta tua in nos, & inclina
aurem tuam, & exaudi nos| Aperi oculos 17
tuos, & vide: quia non mortui, qui ſunt in
inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt à viſ-
ceribus ſuis, dabunt honorem, & iuſtifica-
tionem domino: [6] Sed anima, quæ triſtis eſt 18
ſuper magnitudine mali, & incedit curua, &
infirma, & oculi deficientes, & anima eſu-
riens dat tibi gloriam, & iuſtitiam domino.
Quia non ſecundum [9] iuſtitias patrum no- 19
ſtrorum nos fundimus preces, & petimus
miſericordiam ante conſpectum tuum do-
mine Deus noſter.| [10] Sed quia miſiſti iram 20
tuam, & furorem tuum ſuper nos, ſicut lo-
cutus es in manu puerorum tuorum pro-
phetarum| dicens: Sic dicit dominus, incli- 21
nate humerum veſtrum, & ceruicem veſtrã,
& opera facite regi Babylonis: & ſedebitis
in terra, quam dedi patribus veſtris.| Quod 22
ſi non audieritis vocem domini Dei veſtri
operari regi Babyloniæ: [11] defectionem ve-
ſtram faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris
Ieruſalem,| & auferam à vobis vocem iu- 23
cunditatis & vocem gaudij, & vocem ſpon-
ſi, & vocem ſponſæ, & erit omnis terra ſine
veſtigio ab inhabitantibus eam;| & non au- 24
dierunt vocem tuam, vt operarentur regi
Babylonis, & ſtatuiſti verba tua, quæ locu-
tus es in manibus puerorum tuorum pro-
phetarum, vt transferrentur [12] oſſa regum
noſtrorum, & oſſa patrum noſtrorum de
loco ſuo:| & ecce proiecta ſunt in calore 25
ſolis, & in gelu noctis: & mortui ſunt in do-
loribus peſſimis in fame, & in gladio, & in
emiſſione.| Et poſuiſti templum, in quo in- 26
uocatum eſt nomen tuum in ipſo, ſicut hæc
dies, propter iniquitatem Iſrael, & domus
Iuda.| Et feciſti in nobis domine Deus no- 27
ſter

ſter ſecuodum omnem bonitatem tuam: Et
ſecundum omoem miſerationem tuam illã
28 magnam: ‖ ſicut locutus es io manu pueri
tui Moyſis in die, qua præcepiſti ei ſcribere
29 legem tuam coram filiis Iſrael, ‖ dicens: Si
non audieritis vocem meam, multitudo
hæc ¹¹ magna conuertetur in minimam in-
30 ter gentes, quo ego eos diſpergam: ‖ quia
ſcio quod me non audiet populus. Populus
eſt enim ¹¹ dura ceruice: & conuertetur ad
31 cor ſuum io terra captiuitatis ſuæ, ‖ & ſciẽt,
quia ego ſum dominus Deus eorum, & da-
bo eis cor, & iotelligent: aures, & audient.
32 ‖ Et laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ,
33 & memores eruot nominis mei. ‖ Et auer-

¹¹ duræ ceruicu. Sed in terra captiuitatis ſuæ ad cor ſuum reuertentur. & me dominum ſuum agnoſcẽt; & dabo eis cor vt intelligant, & aures vt audiant; vt me prædicent in terra captiuitatis ſuæ. & vt mei nominis recordentur, atque celebrent & recedent à dorſo ſuo duro, & à prauis ſuis facinoribus; recordabuntur enim quo eu ſi erint patres eorum, qui peccauerunt in me, & reducam eos in terram, quam iureiurando promiſi patribus eorum, Abraham, Iſaac, & Iacob, vt ea potiantur, ideoque multiplicabo eos, vt non diminuantur. ¹ Fœduſque cum eis perpetuum conſtituam. vt ego ſim eis in Deum, ipſique viciſſim ſint mihi in populum: neque amplius populum meum Iſrael è terra, quam eis dedi, proyciam.

tent ſe à dorſo ſuo duro, & à malignitatibus ſuis: quia reminiſcentur viam patrum ſuo-
34 rum, qui peccauerunt in me. ‖ Et reuocabo illos in terram, quam iuraui patribus eo-
rum Abraham, Iſaac, & Iacob, & dominabuntur eis: & multiplicabo eos, & non mino-
35 rabuntur. ‖ Et ſtatuam illis ¹¹ teſtamentum alterum ſempiternum, vt ſim illis in Deum, &
ipſi eruot mihi in populum: & non mouebo amplius populum meum, filios Iſrael à terra,
quam dedi eis.

ARGVMENTVM.

CONFITETVR pænam iuſtè illatam ſecundum legis ſtatutum: deinde Deum ad miſericordiam flectit, productis in medium rationibus, quod videlicet populus eius ſit ex Ægypto erutus, & nunc diminutus, & afflictus, omnibuſque inuiſus: vt gentes celebrent liberatoris nomen, vt habeat à quo laudetur, & colatur: & demum quia ira ſe facturum promiſerat per prophetas ſuos: quod videlicet poſtquam calamitatibus perdomuiſſet, & emolliſſet captiuos, ad ſanam mentem reductos, ad terram ſuam tandem reducturus fuiſſet.

COMMENTARIVS.

Verbum ſtatuere quid. 1. STATVIT.] Verbum ἔστησε ſtatuit, non eſt, diſpoſuit, aut decreuit, vt exponunt Hugo, & Lyra, ſed adimpleuit, vt Dionyſius, executioni mandauit, ad exitum deduxit: nam verbum iam ſæpius factum per ſuos prophetas, ad reges, principes, magiſtratus, & populum vniuerſum, ipſo euentu confirmauit, & re ipſa ſtare fecit. Eadem verba vſurpauit Daniel cap 9.12. *Dan 9. 12.* Et ſtatuit ſermones ſuos, הקים iakem ſuſcitauit, vel ſtabiliuit, ideſt, adimpleuit: nec tamen addidit, ad omnem Iſrael, & Iuda, vt hoc loco: per quos Hugo intelligit, decem tribus, & duas: nam comminationes Moſis, & prophetarũ, & his, & illis interminatæ ſunt in re ipſa acciderunt: modo vero Iudæis mala immiſſa proſequitur ad quos tantum eſt ſermo prophetæ.

Dira fames in obſidione Ieruſalẽ 2. *Carnes*] Ad ſupplicij grauitatem augendam, & comprobandam, adhibet exemplum infame, quæ adeo quoſdam oppreſſit, vt filios, filiaſque ſuas comederint in obſidione Ieruſalem. Prænunciauerat, ac cõminatus fuerat hanc ſummam immanitatem Moſes Deuteron. 18. 52. *Thren. 4. 6.* quem Threnorum 4.10. ſupra retulimus: & nouimus completam in obſidione Samariæ. 4. Reg 6. *4 Reg. 10.* Comminatus quoque fuerat Ezechiel vrbi Ieruſalem cap. 5. 9. 10. *Ezech. 5. 9. 10.* diceos: Et faciam in te, quod non feci, & quibus ſimilia vltra non faciam, propter omnes abominationes tuas: ſiquidem patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres ſuos: Secutus Moſem: nouimus quoque completum in obſidione Ieruſalem. ex 4. cap. Threnorũ 10. Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos, facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei: & ex hoc loco, nam rem geſtam hîc narrat Ieremias, reſpondentem Moſis comminationibus.

Iudæi nũ captiui fuerint finitimorũ regum tempore captiuitatis. 2. *In circuitu.*] Si loquatur de extremo exitio Ieruſalem non videtur omnino verum, quod facti ſint mancipia regnorum finitimorum; cum re vera nõ niſi à Chaldæis in ſeruitutem ſint redacti, quanuis & gentes finitimæ, ei rei auxiliũ præſtiterint, Chaldæis coniunctæ, qua de re ſæpe quæruntur prophetæ; exultabant enim de ruina Iſrael, inſultabãtque; de qua exultatione explicat hũc locum *Theod.* Theodoretus. At Hugo, Lyra, & Dionyſius non de hac extrema Iudæorum ſeruitute intelligunt hanc ſententiam: ſed in vniuerſum de ſeruitute, qua vni- *Variæ expoſitio.*

nyſmos. Nam illud inter prima vota proponebant, vt Daniel cap. 9. 17. Illuſtra, ſeu oſtende faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum quod deſertum eſt. Et cum precabantur ad illud ora ſua conuertebāt, vt idem Daniel cap. 6. 10. Qui cum comperiſſet conſtitutam legem, ingreſſus domum ſuam, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Ieruſalem, tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo, ſicut & ante facere conſueuerat.

Dan. 9. 17.
Dan. 6. 10.

7. *Mortui.*] Hæc eſt ratio, quare debeat à Deo exaudiri, quoniam iam vita functi non poſſunt laudare, & ſua confeſſione iuſtum fuiſſe Deum oſtendere in ſua punitione: ſicut humiles, afflicti, & calamitatibus depreſſi, qui confitentur ſe iuſte puniri, & affligi. In hanc enim ſententiam ad morbos, aliaſque calamitates repellendas, ac deprecandas huiuſmodi ratione nonnulli viri Dei vſi ſunt, quos referemus.

Quæſtio. Quid nomine mortuorum accipiendū. 1. expoſ. pro peccatoribus accipit. Theod. Pſ. 113. 17. Ecc. 15. 9. Pſ. 49. 16. Refellitur.

Dubium tamen in primis ſeſe offert ad huius loci elucidationem, quid ſit nomine mortuorum accipiendum. Hugo non reprobat eorum ſententiam qui mortuos hic vocari exiſtimant peccatores, qui vita ſpirituali, ſeu forma, aut anima, quę eſt gratia, priuati ſunt. Nam Theodoretus illa verba Pſal. 113. Non mortui laudabunt te domine, neque omnes, qui deſcendunt in infernum: de iis exponit, qui inanimis idolis ſeruiunt: nec verum Deum laudare ſolent, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, vt dixit Eccleſiaſticus capite 15. Ne illi dicat Deus. Pſal. 49. 16. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum. Verum hi immerito nomen proprie poſitum ad impropriam transferunt ſignificationem: maxime cum & peccatores, & ſi reprehendantur quod ore confiteantur Deum, factis autem negent, & quod verborum ſplendore eum laudibus efferant, at praua ſua actione obſcurant, ac deturpant: confitentur tamen, & laudant, vtcunque, quorum nomine precabatur Ieremias, & non inutiliter.

Secūda Hebræorū expoſitio ſumitur pro cadaueribus. Pſ. 29. 10.

Hebræi voce mortuorum per Synecdochen, volunt intelligi cadauera mortuorum, quæ iacent in ſepulchris, cum certe anima non moriatur. Probatur autem eorum ſententia ex illo dicto Dauidis in Pſalm. 29. 10. Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? Nunquid confitebitur puluis, aut annunciabit veritatem tuam? Vbi de corpore ſuo putrido, aut in puluerem redacto loquitur. Deinde & verba noſtri prophetę ſatis eam indicant, cum verba illa, non mortui, qui ſunt apud inferos, ſatis reſtringantur iis, quę ſequuntur, quorū ſpiritus acceptus eſt à viſceribus ſuis. Quid enim eſt mortuus ſine ſpiritu, niſi corpus inanime iacens in ſepulchro? De quo tandem veriſſime dicitur, quod non confiteatur, neque laudet Deum; cum cadauer ſpiritu vacuum neque cogitare, neque loqui poſſit. At licet hoc modo poſſet vtcunque huius formæ loquendi veritas defendi; illis tamē locutionibus nihil aliud volunt prophetæ ſignificare, quam mortuos, non ſola cadauera. Nam Dauid ſe vocat puluerem ſi deſcendat in ſepulchrum, hoc eſt, quod ſi moriatur, corpore in puluerem redacto, non confitebitur Deum, neque annunciabit eius veritatem. Et Ieremias hic tantum adduxit per elegantem deſcriptionem hominum mortuorum, ex definitione mortis deſumptam: nam cum mors ſit, corporis, & animæ diſſolutio: mortui erunt, quorum ſpiritus à corpore ablatus eſt, aut euocatus: quæ deſcriptio cadaueri non conuenit, cum non comprehendat, & ſpiritum, & corpus diſſoluta; ſed corpus ſine ſpiritu.

Reijcitur hæc expoſitio.
Mortis deſcriptio.

3. expoſ.

Tertio ſunt alij, qui nomine mortuorum pathetica oratione velint intelligi ſtatum mortuorum Poëticè, tantum quatenus oppoſitum viuentibus; nam ſic conſideratus obſcurus eſt, tenebroſus, acerbus, & vitę huius ſtatui contrarius, nihilq; habens iocunditatis, nec in eo vlla eſt Dei memoria, vllane laus: ita videtur per antithesim accipi Pſal. 113. Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum: Sed nos, qui viuimus benedicimus domino. Sed hi preſſe admodum coarctant nominis mortuorum ſignificatum, ad mortis naturam, & proprietates, quæ ſicut vitæ, ſic omnium bonorum vitam comitantium priuatio eſt.

Pſ. 113. 17.
Refellitur.

4. expoſ. pro dānatis accipit. Refutatur.

Quarto Græci Patres, & Latini communiter in expoſitione pſalmorum, & ſuper hunc locum Hugo, & Dionyſius nomine mortuorum intelligunt, animas damnatorum, quæ in inferna loca detruſę, neque confitentur, neque laudant Deum: ſed potius blaſphemant, & male dicunt. Sed huic intelligentiæ aduerſantur ſancti viri Dauid, & Ezechias, qui precabantur hac oratione Deum, ne vita priuaret, cum in inferno non forēt cum alijs mortuis Deum laudaturi: & certe non deprecabantur mortem, ne deſcenderent in gehennam. Præterea quia animis damnatorum non conuenit mortuorum deſcriptio allata hoc loco, è quorum viſceribus euocatus eſt ſpiritus, cum ex animi viſceribus non ſit ablatus ſpiritus, ſed è corporis?

5. expoſ. pro animabus, tā piorū quā impiorum accipit.

Quinto huic dictæ intelligentiæ addit Lyra quod ſermo ſit de animis tam improborum, quam iuſtorum, quæ omnes tunc temporis in infernum deſcendebant, illi quidem in æternum gehennæ ſupplicium, hi verò in ſinum Abrahæ, in quem Chriſtus deſcendit. Vtrobique autem nulla erat laus, aut confeſſio Dei, vtilis, fructuoſa, aut meritoria, iuxta illud Eccl. 9. 10. Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtāter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas. At licet hæc vera ſint, ratio vero iam dicta ex verbis huius loci deſumpta refellit: & hanc expoſitionem, vt præcedentem: & prophetæ nullam rationem habent de confeſſione, & laude ſibi vtili, & meritoria: ſed de ea, quæ gloriam Deo tribuat, & laudem: nam ex huius diminutione, & ceſſatione volunt Deum permouere, vt exaudiat preces ſuas, & è malis eripiat.

Eccl. 9. 10.
Reijcitur.

Sexta, & vera expoſitio, vt Vulgus accipit.

Sexto igitur illud verius eſt, ex vulgari modo loquendi, in morte eſſe, aut in inferno, aut mortuorum nomine, intelligi ſtatum defunctorum, quatenus diſtinguitur ab ſtatu viuentium: non quidē Poeticè pro acerbitate ſumpto, & obſcuritate mortis, & inferni, vt ſupra refutauimus, ſed pro conditione ſtatus, quatenus extra ſtatum ſunt viuentium, & in alia vita degunt. Vulgus enim eundem Petrum, qui in viuis fuerat, arbitratur degere in mortuis, & iacere in ſepulchro, & in infernis contineri. Vnde cum dicitur non eſt in morte, qui memor ſit tui, idem eſt, ac ſi dicas: apud eos, qui iā vita exceſſerunt, & morantur cum mortuis, non cōſiderato cadauere iacēte in ſepulchro, aut anima detruſa in infernum, aut ad ſinum Abrahæ delata, nulla eſt tui memoria. Similiter intelligēdū, quod additur, in inferno quis cōfitebitur tibi? Cōprobat

autem hanc acceptionem modus loquendi noſtri A prophetæ, qui mortuos vocat illos, quorũ ſpiritus è viſceribus euocatus eſt: relatiuũ autem, non refert ſpiritus, aut viſcera, ſed mortuos, ex vtriſq; ſeparatis tamen, conſtantes. Sicut enim homo dicit corpus, & animã vnita in cõpoſito: ita homo mortuus dicit nõ corpus ſolum, neq; ſolam animã, ſed vtrumq; diſſolutũ, & ſeparatũ: licet de huiuſmodi homine vulgo dicatur, quod iaceat i ſepulchro: ratione ſcilicet corporis, aut quod ſepultus eſt in inferno ratione animæ: imo his modis loquendi, in morte, in inferno, aut qui ſunt apud inferos, Scriptura hominem mortuũ intelligit: quãuis hęc parti conueniant, vel corpori, vel animę. Et quia ſancti viri hæc in ſua cauſa loquuntur, de quibus minime ſentiendum eſt quod vitã precarentur, ne abirẽt in gehennam mortui: inferni aut inferorum nomine, B licet aliqui velint intelligi ſinum Abrahę, verius, & vſui Scripturæ conformius, accipiemus ſepulchrũ. Vt accepit Iacob Gen. 37.35. cũ dixit: Deſcendã ad filium meũ lugens in infernum, hoc eſt lugere non deſinam, donec me ſepulturæ mãdetis: & c. 44.29. Deducetis canos meos cũ mœrore ad inferos: hoc eſt, me ſenio confectũ cogetis celerrime mori, & in ſepulchrũ abire. Et Pſ. 29.4. Domine eduxiſti ab infero animã meam: ſaluaſti me à deſcẽdentibus in lacũ, vel ſepulchrũ: ideſt, reuocaſti me à morte, vitã mihi reſtituiſti, ne deſcenderem in ſepulchrum. Pſ. 87.4. Repleta eſt malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit: ideſt, preſſus calamitatib⁹ ad ſepulchrũ penè perueni, ad extremum vitæ ſum deductus. Sed clariſſime omnium tradit hoc nobis Iob 17.13. Dum ſepulchrũ deſcribit futurũ ſibi domiciliũ. Si ſuſtinuero infernus domus mea eſt, & in C tenebris ſtraui lectulũ meum. Putredini dixi pater meus es tu: mater mea, & ſoror mea vermibus: quę cũ cadaueri contingant, de ſepulchro illius domo Iob loqui perſpicuũ eſt. Quod ſi contra hãc intelligentiã obijcias, ex ea verius, quã ex alia ſequi falsã eſſe illã ſcripturæ ſententiam, quod mortui neque confiteantur, neq; laudent Deum. Cum ſi nomen mortuorũ, & corpus, & animũ ſeorſim ſumpta cõprehendat: non poſſit in dubiũ verti quin mortui, iuſti ſaltem, ſecundum animam, & munere fungãtur: huic obiectioni in ſequenti dubio fiet ſatis.

Inferni nomine intelligitur ſepulchrũ

Gen 37.35.

Gen 44.29.

Pſ. 29.4

Iob 17.13.

Obiectio

Quæſtio quod genus laudis, vel cõfeſſionis mortuis denegetur?

Dubium alterũ mouetur circa eandem ſcripturæ ſententiã, quod genus confeſſionis, & laudis mortuorũ ſtatui denegatur in Scriptura ſacra, cũ affirmat: non mortui gloriã, laudemq; iuſtitiæ domino D tribuent? Nã cũ per mortuos nõ accipiamus cadauera in anima, nec ſolos animos gehẽnæ addictos, vel etiã in ſinũ Abrahæ delatos, vbi Deus laudatur, ſed eos qui è vita exceſſerunt: & ex his non pauci laudent, & confiteantur Deũ, & ſi non ad meritum, ad Dei tamen gloriam, reſtat perquirere de quo genere laudis, vel confeſſionis loquatur diuinus ſpiritus in ſcriptura ſua id mortuis negante.

Quæſtio nis ſolutio publicã confeſſionẽ mortuis negari.

Pſ. 6.6.

Dicimus ergo ſcripturam laudẽ, & confeſſionem mortuis denegare non quamcunq;, ſed publicam, ſolemnẽ, quæ vocibus humanis, adiunctis muſicis inſtrumentis, fieri ſolebat in tẽplo corã cętu fideliũ per odarum, hymnorũ, canticum, pſalmorum, & ſimiliũ canticorũ concẽtum: cuiuſmodi apud mortuos nulla eſt memoria, nulla celebratio. Hunc ſẽſum nobis indicat Dauid multis in locis Pſ. 6.6. In periculoſo morbo conſtitutus petit ſeruari in vita, vt Deũ inter viuos celebret. Quoniam, inquit, non eſt in morte, qui memor ſit tui, in inferno autẽ quis cõfitebitur tibi: hoc eſt, celebrabit publicè odis cõpoſitis laudabit. Hoc enim ſignificat verbum Hebræũ ידה iadah: vnde nomẽ oda Gręcis deriuatum eſt. Eadẽ ratione ne abſorbeatur à morte poſtulat Pſ. 29.10. Quę vtilitas in ſanguine meo, dũ deſcẽdo in corruptionẽ? &c. Pſ. quoq; 113. dũ precatur pro liberatione Iſraelis, ſubijcit: Deum ſibi cęlum elegiſſe, terram autẽ dediſſe filiis hominum, in qua viuant, ac Deũ laudent, quia nõ mortui laudabunt te domine, neq; omnes qui deſcendunt in infernum. In Pſ. demũ 117.17. Gratulabundus, quod inter inimicos agens fuerit ereptus, ne enecaretur ait, Dextera domini fecit virtutẽ, dextera domini exaltauit me. Non moriar, ſed viuã, & narrabo, vel vt narrẽ opera domini fidelibus, quod mortuus pręſtare nõ poſſem. Caſtigans caſtigauit me dominus, & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iuſtitiæ, ideſt, tẽpli, in quo iuſti cõgregantur: ingreſſus in eas cõfitebor domino, vel celebrabo te coram vniuerſa Eccleſia. Clariſſime confirmat hunc ſenſum Ezec. apud Iſa. cap. 38. qui cũ cõualuiſſet ex infirmitate, in gratiarũ actionem, ſic locutus eſt. Ego dixi in dimidio dierum meorũ vadam ad portas inferi. Dixi non videbo Iah Iah in terra viuentiũ, hoc eſt, non perfruar Dei præſentia in tẽplo: non aſpiciã hominem vltra, & habitatorẽ quietis, & infra. Tu autem eruiſti animã meam vt non periret, quia proieciſti poſt tergũ tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te: nõ expectabunt qui deſcendunt in lacũ veritatẽ promiſſionum tuarũ, vt eam notam faciant aliis: viuẽs viuẽs ipſe cõfitebitur tibi, ſicut, & ego hodię, pater filius notã faciet veritatem tuã. Iehouah ſaluum me C fac, & pſalmos noſtros cantabimus ad muſica inſtrumẽta, cũctis dieb⁹ vitę noſtræ in domo domini.

Pſ. 29.10.

Pſ. 113.17.

Pſ. 117.17.

Iſ. 38.

Quod ſi inquiras, cur viri illi ſanctiſſimi tã ſolicite mortẽ deprecarẽtur, infirmitates, exilia, aliaſque calamitates, quæ ad mortẽ ducunt, & vitã ſibi eripi tã moleſtè ferrẽt? Hac potiſſima ratione adiecta, ne publico Eccleſię concentu priuarentur. Ea videtur vnica ratio poſſe aſſignari: quod ſi mors eſſet eligenda, & optanda, ob id maxime vt quis Deo frueretur, eiuſque diuinũ aſpectum intueretur: at ante Chriſti aduentũ nulli patuit aditus ad cęlũ, vbi Dei vultus eſſet cõſpiciendus: dũ vero hoc nõ dabatur, optatius, ac magis cũ virtute coniunctũ videbatur hic permanere: vt Dei conſpectu quoquo modo poſſent potirẽtur, & eius laudes, & opera admirãda D celebrarent, aliiſque annunciarent: & quæ in cœlo præſtanda eſſent, pro humana infirmitate adimplerent, qui eſt finis hominibus hac vita fruẽtibus præſtitutus: optatius inquã, & honeſtius videbatur, quã vita priuatos in perpetuo ſilentio dormire, ab hac viuendi ratione, cœleſti quam ſimillima, repulſos. Hanc ob rẽ cõmendantur vota ſanctorum illorum priſcorũ videndi templũ, eiuſq; concentibus fruẽdi, cũ longe aberant ab eo: atque illud verſus: Suas preces fundabant, oraq; cõuertebant. Ita ſæpe Dauid lamentatur quod adeſſe prohibitus eſſet laudibus in tẽplo celebribus, vt non ſemel deſſet in canticis graduũ, & in toto Pſ. 83. Quã dilecta tabernacula tua domine virtutũ, concupiuit, & defecit anima mea in atria domini, &c. cum exul apud Paleſtinos moraretur. Ad hoc etiam compoſuerunt captiui Babylone in illam elegiam in Pſalmum 136. contentam, Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Daniel quoque conſueuerat orare

Patres veteres mortem ſolicite auertere conabãtur

Optima ratione, quod iã Dei conſpectu nõ poſſet.

Optatum erat in vetere lege viuere ad laudãdum Deũ quã in ſilentio iacere.

Dauid optabat eſſe in templo.

Pſal. 83

Pſ. 136.

verſus

Daniel orabat verſus templũ. 3 Reg. 8.46.

verſus Ieruſalem iuxta Salomonis condictum 3. Reg. 8. 46. Quod ſi peccauerint tibi,&iratus tradideris eos inimicis ſuis,&captiui deducti fuerint in terram inimicorũ longe, vel prope, & egerint pęnitentiã io corde ſuo in loco captiuitatis,& cõuerſi deprecati te fuerint in captiuitate ſua, dicẽtes:Peccauimus, inique egimus, impie geſſimus, & reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimicorũ ſuorum, ad quã capriui ducti fuerint,& orauerint te contra viam terræ ſuæ,quã dediſti patrib. eorũ,&ciuitatis quã elegiſti,& templi,quod ædificaui nomini tuo,exaudies in cœlo,in firmamento ſolij tui, orationes eorum,& preces eorũ,& facies iudicium eorum, & propitiaberis populo tuo,qui peccauit tibi, & dabis miſericordiã corã eis, qui eos captiuos habuerint,vt miſereantur eis. Hãc formã ſecuti captiui in hac deprecatione dicebant. Reſpice domine de domo ſancta tua in nos, nempe vt digni raddamus,vt liberi in ea te laudemus, & iuſtũ cõfiteamur. Cum mortui:& qui cũ mortuis numerantur captiui, id præſtare minime valeant. Hoc autẽ idcirco tã ſollicite procurabant, quod Dei præſentiam in templo multis modis fuiſſent experti,quibus eius diuinitate fruebãtur, qua tamẽ mortui non gaudent. Vude vere tunc illud Pſ. 113. 16. dicebatur Cœlũ cœli domino,terrã autem dedit filiis homioũ: quod tũc Deus glorioſus ſe ſolo frueretur in cœlo, nullum ex hominib. admittens,terram autẽ dedit filiis hominum,vt in ea ipſum laudarent,ac colerent:nã mortoi,qui in perpetuo ſilenrio iacent,nõ ſic laudant, celebrantq; dominum,ſed viuentes ſolum. At reſeratis, poſt aſcenſum Chriſti,hominibus,cœli forib. iam cœlũ cœli nõn Deo ipſi tantum conſtitutum eſt domicilium, ſed & hominibus illud communierat pro ſua bonitate,iu quo illius conſpectu perfruãtur,& propterea qua mente,quibuſque votis illi patres expectabant ſuam vitam produci,& in patriam reduci,ea ſola adhibita ratione,ne vel mortui,vel exules, Dei præſentia priuarentur, qui in tẽplo ipſum laudantibus, ác confitentibus ſeſe oſtendebant: eiſdem & multo vehemeorioribus ſancti noui teſtamenti exoptabant hanc vitã miſeriam breuiorem fieri ab hoc exilio liberari, & diſſolui, & eſſe cum Chriſto,quanto clarius nũc in cœlo,vera Dei præſentia,quã tuuc typica, potiuntur,& vtique eadem ratione ducti, nempe vt laudarent,atque celebrarent Deum,eiuſque cõnſpectu fruerentur, illi quidem vitam longam, in patria,hi autem breuem exoptant, quia illis cœlũ typicũ erat templũ vnicũ, ac celebratiſſimũ,nobis verum, in quo videbimus Deum ſecuti eſt.

Dei præſentia in templo exhibebatur.

Pſalm. 113.16. Cœlum domino, terra autem hominibus aſſignata ante aſcenſũ Chriſti ad cœlos. Cœlum poſt aſcẽſũ Chriſti hominib. communicatum.

Patres veteris & noui teſtamẽti diuerſis votis eandem Dei gloriam expetebãt.

8 *Sed anima.*] Hæc ſententia ſi Græcam litteram ſequamur ita habet, ſed anima mœſta ſuper magnitudine, quæ incedit incurua, & debilitata, & oculi deficientes,&anima eſuriens,gloriam & iuſtitiam dabunt tibi domine Et relatiuum quæ & participia illa,Græcè neutra,nõ poſſunt conuenire cum anima,quæ generis eſt fœminei, ſed cum τὸ μέγεθος neutrius,ac proinde ſentiendũ eſt prophetã deſcribere formã exulis, cuius corpus alioqui magnum,& robuſtũ.propter calamitates exilij, & captiuitatis incuruum incedit, ac debile. Oculoſque habet præ debilitate deficientes, denique totus homo ieiunio preſſus in aſſidua eſurie eſt. Quia enim multũ refert pœnitenti, & volenti placare Deum, & ad cõmiſerationem promouere externa ſigna ex interuo dolore prodeuntia,proferre: quibus ipſe oſtendit quo animo ſit aduerſus peccata,&erga Deum: Idcirco Ieremias habitũ triſtium captiuorum depingit nempe animo eſſe triſti,ac deiecto in corporis ſtatura incurua,& debili,qualem habebat,qui dicebat Pſ. 108. Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, quæ oculos habet deficientes,& caligãtes præ lacrymis, vt de ſe dixit Iere. Thren. 2. 11. &demum. quæ ſit hominis famelici, qui pręinedia fere deficit, nã animã eſurientẽ,hominẽ vocat cibo egentẽ. vt Ecc. 4. 2. animã eſurientẽ ne deſpereris. & Ier. 31. 2. Omnẽ animã eſurientẽ ſaturaui: pro omnẽ hominem,per ſynecdochen. Vulg. autem, magnitudinem, non ad figuram,ſeu ſtaturam corporis retulit, ſed ad malum,dixit enim,ſuper magnitudine mali, hoc eſt,propter ſummam miſeriam in qua ſunt, nã de malo pœnæ intelligit Theod. qui ſic legit: Anima enim anxia ſurſum aſcendit, ſpiritus curuus,& infirmus,oculi deficientes,& anima eſuriens,dabũt ſibi gloriam,& iuſtitiã domine. Nã qui in grauiſſimas,inquit,calamitates delapſi ſunt,& in deſperatione melioris fortunæ conſtituti; deinde mutationem quandam adepti tuam ingenue collaudant clementiam. Sic ſanè Iudæi depreſſi calamitate captiuitatis,& miſeriis,quib. in ea afficiebãtur in obliuione Dei poſiti ſurſum corda extulerunt,& ad Deum accurrerunt, & eius miſericordis clementiam glorificauerunt:& iuſtitiam, quã in eis puniendis exercuit.ad meliorem frugem,vt reduceret, prædicauerunt, ita ſane miſericordia ſuperexaltat iudicium:nam experientia compertum eſt magnos peccatores Dei miſericordia cõuerſos,grauiorib. ſuppliciis ſe afficere, & diuturniorib. & ſuauius quidem, quod ſponte ſumpta ſint,& ipſa inferni ſupplicia ſuſciperent,ſi concederetur:quã eſſet pœne,quã,ſi iuxta leges iuſtitiæ punirentur,luerent: Eſtque Deo gratiſſimum hoc genus iudicij, quod exaltatur diuina clementia peccatorib. preſtita, at in eo magis glorificatur Deus,quam ſi in inferno quis puniretur?

Pſalm. 108.24.

Thre. 2. 11.

Eccl. 4. 2. Ier. 31. 2.

Vulgata lectio.

Theodo.

Calamitas euocat ad Deum.

Miſericordia ſuperexaltat iudiciũ.

9 *Iuſtitiam.*] Quartam adſtitit rationem longo ſermone explicatam vſque ad finem capitis, qua oſtendit ſummã Dei clementiam, &miſerationẽ, ad inſtar peritiſſimi medici ſumma ex arte curãtis dum populum ob morbum multas ob cauſas incurabilem, poſt admonitiones & comminationes prophetarũ, quos ad eos miſerat, vaſtatione vrbis,ac prouinciæ, tẽpli celeberrimi conflagratione,duriſſima ſeruitute, quaſi quodam cauterio aut vſtulatione,ad morbi cognitionẽ,& optatam ſalutẽ, traduxit: qua adepta in antiquã demũ patriam reducturũ ſe promiſerat. Ait ergo: Nos quidẽ ex parte noſtra nihil habemus,quod corã proferamus,vt te ad miſerendum noſtri conſtringamus: nã ſi quid haberemus, ad id maximè nobis prodeſſent obſequia, ſiue ſeruitia, meritaue Patrum, regũq; noſtrorũ, propter quæ iuſte poſſemus exigere quaſi iure noſtro ante miſericordiã. At nulla iuſtè facta ab eis præſtita cognoſcimus, imo multa demerita. Sic Theod. & Dion. quãuis ſecundum Hugo,& Lyram,ad maiorem ſubmiſſionem,& ad magis promerendam à Deo clemẽtiam ſe aiunt nolle rationem habere in hac cauſa meritorũ, ac iuſte factorũ Patrũ,regũq; ſuorũ, vt Noë, Abrahæ, Iſaac, Iacob, Dauidis, Exech. Ioſiæ, quæ quidẽ proferri poſſent. Sed æis præteritis ad aliã rationẽ reſpicere. Sed priori modo loqui prophetam oſtendit quod Dan. c. 9. 18. eadem orandi

Quarta ratio, qua poſtulat exaudiri.

Nulla ſibi eſſe merita quib. audiantur oſtendit qua ratione. Dã. 9.18

Lectio diuerſa à Græco.

Habitus extern⁹. pœnitentis.

forma vſus ait: Neque enim in iuſtitiis noſtris proſternimos preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Volunt ergo ſalutem ſuam totam miſeranti Deo, non ſuis iuſtitiis, neque patrum ſoorũ, ac regum, qui paolo ante præceſſerant, tribus, vt Deum ſibi magis deuinciant. Non, inquiunt, noſtris, noſtrorumque maiorum freti meritis, proiicimus miſerationem noſtram in conſpectum tuum. Sic habet hic Græca littera, & Hebraica Danielis, vbi ſupra: pro quo Vulgatus diait, fundimus preces, & petimus miſericordiam, ſeu proſternimus preces noſtras ante conſpectum ſuum. Nam tam verbum Hebraicũ הפיל hiphil, quam Græcum καταβάλλειν humilem habitum ſignificat eorum, qoi ſe ad aliorum pedes proiiciunt, ac proſternunt.

Proſternit preces quis.

10 *Sed.*] Ratiooem iam exorditur, ea vero eſt breui ſermone compilata. Sed ſummam tuam benignitatem, & miſericordiam producimus, qua multis licet noſtris peccatis irritatus, tanquam pater nos caſtigans ad eas anguſtias nos redegiſti, in quibos modo ſumus: vt colla ſponte tibi ſubiaceamus, te Deum noſtrum recognoſcentes, ac ſperantes de meliora: Nam ſicut tuis ſuppliciis ad bonam frugem nos conuertiſti, ſic facies cum tentatione prouẽtum, & reduces nos in patriam, vbi creſcamus, & ſemper id te curante viuamus.

Ex miſericordia ſumma affligi malos, vt ſalutẽ acquirant.

11 *Defectionem.*] Ex Græco ſic legimos. Defectionem faciam de ciuitate Iuda, & de foris Ieruſalem, vocis lætitiæ, & vocis gaudij: vocis ſponſi, & vocis ſponſæ, & erit omnis terra in nioium ab habitantibus: Comminatio eſt prophetis vſitata, qua dicunt, faciam ceſſare genus omne læſiæ, com ei nullus futurus ſit locus, ſed lamẽtationi, & luctui, quam prænunciauit Ieremias cap. 7. 34. & cap. 16. 9. & 10.

12 *Oſſa.*] Completa fuiſſe probat quæconqoe Deus fuerat comminatus per ſuos prophetas: Et ad comprobationem adducit duo maxima mala, vnom eſt, Oſſa regum, ac maiorum è ſepulcris expulſa, inſepulta iacere, nam ſic fuerat vaticinatus Ieremias c. 8. Eſt autem inſepulti corporis deſcriptio: diſiectum eſſe, ac cœlo aperto expoſitũ eaqoe ſemper fuit habita miſerrima conditio iure, atque honore ſepolturæ carere cum calamitas mortem comitator. Alterum malum eſt, templum magnificentiſſimum, & auguſtiſſimum in ſummam vaſtitatem redactum eſſe.

Oſſa è ſepulcris diſiecta in obſidione Ieruſalẽ.
Iere. 8.

13 *Magna*] Completa etiam docet, qoæ per Moſem fuerat Deos comminatus legis transgreſſoribus Deuteron. 4. 25. & 28. 62. & cum eo loco multitudini ſtellarum, qoæ non poſſunt numerari, comparauerit populi turbam: hic alia vtitur ſimilitudine propheta, dicẽs. Si non audieritis vocem meam, profectò examẽ hoc magnom, & frequens, ad ſummam paucitatem redigetur βομβών examen apum ſignificat, à ſonitu quem edunt apes, dictum, nam bombare apes, ſeu bombulare dicuntur.

Deut. 4. 25. Deut. 28. 62.

14 *Duræ.*] En tibi cur tam doris flagitiis affecerit Iodæos, quod populus eſſet duræ ceruicis, & dorſi contumacis: vt grauiorib. onerib. edomandi eſſent, & iugo legis obiicieodi. Vnde colligimus, cũ Deus ſit medius peritiſſim⁹, & nouerit qoo morbo quiſque laboret, & qoo remedio illi mendendum ſit ex grauitate remedij rectè colligi à nobis morbi grauitatem, & cum tam grauiter percuſſerit populum ſuum, grauiſſimo duri cordis morbo laboraſſe. Et quemque hanc apod ſe regulam ſeruare debere, flagella adhibita ſibi à Deo, infirmitatis, ignominiæ, ſtimuli carnis, & ſimilium, quo fuerint maiora, & cordis duritiem, & dorſi curuitatem, & internam ſuperbiam eſſe grauiorem, quæ à tã ſcientiſſimo medico tam duro remedio curetur.

Populus duræ ceruicis duriori onere domãdus.
Grauiori morbo grauius remediũ adhibet medicus Deus.

15 *Teſtamentum.*] Dubium eſt vtrum his verbis extremis promiſſio reditus, è Babylooe, ac fœlicitatis in Iudæa fruendæ cõtineatur: an promiſſio legis euangelicæ? Theodoretus de reditu, & fœlicitate poſt illum temporali exponit. Et quidem illa promiſſio, quod in terra captiuitatis ſuæ eſſent redituri ad cor: & reducẽdi in terram priſcis patribus promiſſam: completa exiſtimatur, cum per Cyrum ſunt donati libertate: iuxta antiquam pollicitationem per Moſem factam Leuit. 26. 42. & Deut. 4. Qood autem ſubiicit: Et ſtatoam illis teſtamentum alterum ſempiternum, vt ſim illis in Deum, & ipſi mihi in populom, & non amouebo amplius popolum meum filios Iſrael à terra, quam dedi eis. Vt verum comprobetur de fœdere ſempiterno, & permanente habitatione in terra, debet cum coodirione intelligi, vt notat Dion, quia Moſes, qoem hic loquentem inducit propheta, ſub ea & comminatiooes ſuas protulit, & pollicitationes. Leuit. namque 26. 5. ſic ait: Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, &c. & v. 14. Quod ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mãdata mea: ego quoque hæc faciam vobis, &c. Similiter loquitur Deut 28. c. Qood ergo iterum diſperſi fuerint è terra ſoa, & nunquam amplius in ea permanſerint, ſua culpa, quod fœderi non ſteterint, ſibi cõquiſierũt, nam ſi ſtetiſſent, ſemper Deus illis fuiſſet Deus, & maximè filium ſuum eis mittens, & ipſi eſſent populus Deo, & Chriſto filio eius dilectiſſimo: nam hoc fœdus idem vſq; ad finem permanſiſſet, & etiam fœdus de lege vetere ſeruanda in nouum legis euangelicę mutaretur. Nihilominus Hugo, Lyra, & Dionyſ. iis verbis putant res ſpirituales temporis euangelij promitti: nam fœdos nouom verius dicitur ſempiternũ, poſt quod aliud non eſt futurum, & per quod inducitur populus fidelis, in terram viuentium, è qua nunquã amplios amouebitur. Simili explicatione expoſuimus c. 30. Ieremiæ & ſanè cum vti diximos Ierem. 32. cap n. 16. omnem fælicitatem promiſerit Deus Iudæis, intra modicom tempus compleodam ſiue temporalem, ſiue ſpiritualem, poſt reditum è Babylone, credibile eſt non tam reſpexiſſe ad temporalem felicitatem tenuem ſatis, quæ potiti ſunt à tempore ſecundi templi, quam ad ſpiritualem adductam per Chriſtum, quæ promiſſiones omnes ad perfectum adduxit.

Quæſtio Num fœlicitas temporalis, an ſpiritualis promittatur? Theodoretus de tem. eam hoc explicat.
Leuit. 26. 42. Deut. 4.
Teſtamẽtum æternum ſub conditione promittitur, Leuit. 26. 5. Deut. 28.
Verior expoſit.
Ierem. 30. Ier. 32.
Deus omnem fœlicitatem promiſit, ſed præcipue ſpiritualem.

PRO-

PROPHETIÆ BARVCH.

CAPVT TERTIVM.

1 ET nunc domine omnipo-
tens Deus Iſrael, anima in
anguſtiis, & ſpiritus anxius
2 clamat ad te: | audi domine,
& miſerere, quia Deus es mi-
ſericors, & miſerere noſtri, quia peccaui-
3 mus ante te. | Quia tu ſedes in [1] ſempiter-
4 num, & nos peribimus in æuum. | Domine
omnipotens, Deus Iſrael, audi nunc ora-
tionem mortuorum Iſrael, & filiorum ip-
ſorum, qui peccauerunt ante te, & non au-
dierunt vocem Domini Dei ſui, & agglu-
5 tinata ſunt nobis mala. | Noli meminiſſe
iniquitatum patrum noſtrorum, ſed me-
mento manus tuæ, & nominis tui in tem-
6 pore iſto: | quia tu es dominus Deus no-
7 ſter, & laudabimus te domine: | quia pro-
pter hoc dediſti timorem tuum in cordi-
bus noſtris, & vt inuocemus nomen tuum
& laudemus te in captiuitate noſtra, [5] quia
conuertimur ab iniquitate patrum noſtro-
8 rum qui peccauerunt ante te. | Et ecce nos
in captiuitate noſtra ſumus hodie, qua
nos diſperſiſti in improperium, & in ma-
ledictum, & in [6] peccatum, ſecundum
omnes iniquitates patrum noſtrorum, qui
9 receſſerunt à te domine Deus noſter. | Au-
di Iſrael mandata vitæ: auribus percipe, vt
10 ſcias prudentiam. | Quid eſt Iſrael quod
11 in terra inimicorum eſt. | Inueteraſti in
terra aliena, coinquinatus es cum mor-
tuis: deputatus es, cum deſcendentibus
12 in infernum | Dereliquiſti fontē ſapientiæ.
13 | Nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes
14 vtique in pace ſempiterna. | Diſce vbi ſit
prudentia: vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus,
vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vitæ, &
virtus: vbi ſit lumen oculorum, & pax.
15 | [o] Quis inuenit locum eius? & quis intra-
16 uit in theſauros eius? [11] | Vbi ſunt principes
gentium, & qui dominantur ſuper beſtias,
17 quæ ſunt ſuper terram? | Qui in auib. cœ-
18 li ludunt, | qui argentum theſaurizant, &
aurū, in quo confidunt homines, & nō eſt
finis acquiſitionis eorū? qui argentum fa-
bricant, & ſolliciti ſunt, nec eſt inuentio
19 operum illorum: | exterminati ſunt, & ad
inferos deſcenderunt, & alij loco eorum
20 ſurrexerunt. | Iuuenes viderunt lumen, &
habitauerunt ſuper terram: viam autē di-
21 ſciplinæ ignorauerunt · | neque intellexe-
runt ſemitas eius, neque filij eorum ſuſce-

PARAPHRASIS.

DOmine omnipotens Deus Iſrael, anima [1] in anguſtiis poſita, & ſpiritus anxius ad te clamat. Audi domine & patere te miſeratione commoueri, quia Deus miſericors es: miſerere inquam, quoniā [3] peccauimus aduerſum te. Tu enim æternam degis vitam, nos vero illam, quam habemus perpetuo amittimus. Domine omnipotens Deus Iſrael audi quæſo [4] preces Iſraelitarum, tam eorum qui iam deceſſerunt quā ſuperſtitum filiorum qui peccauerunt in te, & voci domini Dei ſui non paruerunt: quamobrem his tot malis ſumus implicati, ne reuoces in memoriā [5] mor eſto potentiæ: quam alias in nos liberando ſoles exercere, nominiſq; tui, quod in hoc tempore nos eruendo illuſtrius reddes, cognoſcent enim omnes, quod tu ſis dominus Deus noſter, & nos te domine prædicabimus. Nā ideo timorē tuum cordib. noſtris inieciſti vt nomen tuum inuocaremus, ac te in exilio noſtro collaudaremus, [5] quippe qui reuocauimus in cor noſtrum omnem iniuſtitiam patrum noſtrorū, qui in te peccauerūt, vt ab ea auerteremur. Ecce nos in exilio noſtro, quo diſperſiſti nos, ſumus hodie opprobrio execrationi, & debiti exactioni obnoxij: iuxta omnes iniquitates patrū noſtrorum, qui à domino Deo noſtro defecerunt, quas nos luimus. [7] Audi Iſrael præcepta vitæ, aureſq; præbe ad prudentiam cognoſcendam. Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum degis? quod in aliena regione conſenuiſti? quod cum mortuis contaminatus es? quod è numero eorum exiſtimatus es, qui deſcendunt in infernum? Fontem ſapientiæ deſeruiſti. Nam ſi viam Dei tenuiſſes, vtique in ſempiterna vixiſſes tranquillitate. Diſce hinc vbinam ſit prudentia, vbi fortitudo, vbi ſit intelligentia: vt ſimul cognoſcas vbi ſit longinquitas vitæ, in quo vita, in quo lumen oculorum, in quo pax ſita ſit. [10] Quiſnam eius nactus eſt locum aut quis in eius theſauros penetrauit? [11] Vbi ſunt principes gentium, & qui beſtiis terræ dominantur? qui auibus cœli ad ſuos ludos, & voluptates abutuntur, qui recondunt theſauros argenti, & auri quo homines maximè confidunt: nec vllum finem faciunt illud acquirendi. Nam operum ex argento fabricatores ſtudioſiſſimi, quæ ne cogitatione quidem comprehendi poſſunt, extincti ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alii in eorum locum ſuffecti ſunt, iuniores quidem, qui hanc lucem aſpexerunt, & terram incoluerunt, viam vero ſcientiæ non cognouerunt, neque intellexerunt ſemitas eius, nec eorum filii eam ſunt amplexi: longe enim

ab ea abſuerunt. Nec in Chanaan audita eſt, neque viſa in Theman. Neque poſteri Agar, prudentiæ terrenæ ſtudioſi, neque Meram negotiatores, aut Theman, neque fabularum interpretes, ceterique prudentiæ conquiſitores, viam ſapientiæ cognouerunt, aut ſemitarum eius vnquam meminerunt. Quam ingens eſt domus Dei, o Iſrael, quã longe patet locus poſſeſſionis eius, quam amplus eſt, & infinitus quam excelſus, & immenſus, quã multos habet habitatores. In eo præ aliis extiterunt Gigantes, iam inde ab initio celebres ingenti corporũ magnitudine præditi, artiſque bellicæ peritiſſimi. Non tamen hos elegit dominus, neque viam ſcientiæ ipſis tradidit, ſed perierunt inopia ſapientiæ, quia prudẽtia deſtituti ſunt. quis vnquam hominum aſcendit in cœlum & comprehendit illam? aut quis deduxit eam è nubibus? Quis traiecit mare, & inuenit eam, & inde potius quam aurum puriſſimum apportauit? nullus eſt qui viã eius nouerit. qui qui ſemitam illius perpenſam ſuaque prudentia eam adinuenit. Qui terram ſtabiliuit in tempus ſempiternum, eamque impleuit iumentis quadrupedibus. Quo emittente lumen progreditur, & cum tremore obſequitur reuocanti. Stellas vero in locis vnicuique deſignatis relucentes, hilares ſimul, atque vocat, aiunt, adſumus ac cum lætitia fulgent ſuo creatori: Hic eſt Deus noſter cui non eſt comparandus alius. hic adinuenit omnem ſcientiæ rationem, eamq; tradidit Iacob ſeruo ſuo, Iſrael dilecto ſuo. Qui poſtea in terra Viſus eſt, atque inter homines verſatus.

perunt eam, à facie ipſorum longe facta eſt
|Non eſt audita in terra Chanaan, neque 22
viſa eſt in Theman. |Filij quoque Agar, 23
qui exquirunt prudentiam, quæ de terra
eſt nogotiatores Merrhæ, & Theman, &
fabulatores, & exquiſitores prudentiæ, &
intelligentiæ: viam autem ſapientiæ neſcierunt,
neque commemorati ſunt ſemitas eius. |O Iſràel, quam magna eſt domus 24
Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius? |ma- 25
gnus eſt, & non habet finẽ, excelſus, & immenſus.
|Ibi fuerunt gigantes nominati 26
illi, qui ab initio fuerunt, ſtatura magna,
ſcientes bellum. |Non hos elegit domi- 27
nus, neque viam diſciplinæ inuenerunt:
propterea perierunt. |Et quoniam non 28
habuerunt ſapientiam |interierunt prop-
ter ſuam inſipientiam. |Quis aſcendit 29
in cœlum, & accipit eam & eduxit eam de
nubibus? |Quis tranſfretauit mare, & in- 30
uenit illam? & attulit illam ſuper aurũ ele-
ctum? |Non eſt qui poſſit ſcire vias eius, 31
neque qui exquirat ſemitas eius: |Sed 32
qui ſcit vniuerſa, nouit eam, & adinuenit
eam prudentia ſua: qui præparauit terram
in æterno tempore, & repleuit eam pecu-
dib. & quadrupedibus: |qui emittit lumẽ 33
& vadit: Et vocauit illud, & obedit illi in
tremore. |Stellę autem dederunt lumen 34
in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt: |Vocatæ 34
ſunt, & dixerunt, adſumus: & luxerunt ei
cum iucunditate, qui fecit illas. |Hic eſt 35
Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. |Sic adinuenit omnem viam di- 36
ſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. |Poſt hæc in terris vi- 37
ſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

ARGVMENTVM.

Abſoluit ſuam orationem anxia quadam deprecatione, deinde iocunda parænesi oſtendit, omnis mali, in quod deuenerat populus cauſam fuiſſe quod diuinam ſapientiam, ſeu prudentiam quam nulli hominum datum eſt apprehendere, ſed Dei filius opus eſt, ſuo populo manifeſtatam: deſeruiſſent, dum à Dei lege receſſiſſent,

COM-

COMMENTARIVS.

In anguſtiis poſitus homo clamat, & clamanti ſuccurrit Deus

1 IN ANGVSTIIS.] Deprecationem inchoat à ratione ineluctabili: quæ Deum omnipotentem ad ſuccurrendũ compellit. nẽpe vndiquaq; ad eas anguſtias redactum eſſe quempiam, vt ſaluti alia via non pateat remedium, niſi ex Deo, ad quem noo patet aditus niſi clamore. Quemadmodũ enim belluæ alicui à venatorib. vndiquaq; in locum anguſtum, ac deſperatum adactæ, nihil ſupereſt, niſi vociferari, ac vti leonem rugire, ſeſeque poteſtati dedere venatorũ: ita animus multis, ac variis calamitatib. inter anguſtas macerias arctatus, vt vel viuendum ſit, vel moriendum, anxius, & ſolicitus, ad deſperatorum remedium accurrit, nẽpe ad inuocandum Deum, qui ſolus poteſt liberare, & illi ſe totũ ſubmittẽdum. Et quia Deus natura miſericors eſt: & natura miſericordiç ſemper ad miſerendum, miſerorum impellat: eorum præcipuè, qui à Deo ſolo ſibi poſſe ſuccurri certi fiunt, eique ſe totos committunt in angu- B ſtiis poſiti, & angore afflicti: credibile minime eſt, in tẽpore anguſtiæ, ac tribulationis illum nolle ſubuenire, cum id promiſerit Pſa. 49. Inuoca me in die tribulationis, eruã te, & honorificabis me. Nã ſi Loch Gen. 19. 8. ſe lege hoſpitum conſtrictum iudicabat ad tres illos adoleſcentes, qui ad ſe diuerterant, incolumes ſeruãdos, quia ingreſſi ſunt, inquit, ſub vmbra culminis mei, quidnã de Deo exiſtimandum eſt, qui omnia poteſt, ac nouit mederi, quin velit eos cuſtodire, qui ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis eius, non tanquam hoſpitis, ſed tanquam patris amantiſſimi? Sanè omnes in anguſtiis poſiti, Deum depræcati exauditi ſunt. Nã 1. Reg. 1. 10. Anna cũ eſſet amaro animo orauit ad dominum, flens largiter, & impetrauit C Samuelem. Dauid ſæpe, vt Pſ. 119. 1 Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Et Pſal. 142. 4. Anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum: & ſubdit quaſi iam auditus: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam propter nomen tuum. Et Ionas c. 2. dum de ventre piſci oraret, inquit, Cum anguſtiarentur in me anima mea, domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum: & dixit dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam. Idem contigit Tobiæ c. 3. qui ingemuit, & cœpit orare cũ lacrymis. Propterea inducit noſter propheta populum in anguſtiis poſitum, & angore, & ſolicitudine preſſum, ad Deum clamantem, vt D inducat ad miſerendum. Quemadmodũ & Chriſtus meus Luc. 22. 44. factus in agonia prolixius orabat: & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram: qui tamen ſolus à morte imminẽte nũ eſt liberatus hominis gratia.

Pſalm. 49. 15. *Gen. 18. 8.* *Omnes in anguſtiis poſiti exauditi.* *1. Reg. 1. 10.* *Pſalm. 119. 1.* *Pſalm. 142. 4* *Ion. 2. 2* *Tob 3. 1* *Chriſto ſolus derelictus.* *Luc. 22. 44*

Confeſſio delicti Deũ ad miſerationẽ inducit.

2 *Peccauimus.*] Ratio alia eſt, quæ ſane ſi ſeorſim accipiatur ad vltionẽ potius irritare debet, & ad puniendum: Nam qui ſibi parci poſtulat, nũ explicare dicit, occidi filium tuũ, idcirco mihi parce: ſed excuſat factum ſuũ, quod caſu, & nolẽs occiderit. At hoc loco Theod. & Hug. volunt intelligi peccauimus, pro dolemus de peccatis. Quãuis hoc non ſit neceſſe, quia cõfeſſio peccatorum corã Deo, vt illa dimittat, dolorem de perpetratis includit, & animi ſummiſſionem, quæ Deum natura miſericordem impellit ad miſerendum.

Theod.

A 3 *Sempiternum.*] Comparata humana mortalitate cum Dei æternitate, ponit ante oculos Dei humanam fragilitatem: quæ eſt ſimilis humanæ cõditionis confeſſio. quaſi dicat, vt inquit Theod. Tu es æternus, nos autem tẽporanei: tu ſempiternus, & interitui minimè obnoxius; vita autẽ noſtra exiguæ menſuræ dimẽſiõne continetur. Verum ratio alio tendere videtur, vt excuſet peccata præterita, quæ ex humana fragilitate prodierunt, propter quam, non adeo grauia ſunt, vt nõ eis ſit miſerendum. Nam vt ſapiens illa Thecuitis dixit Dauidi, 2 Reg. 14. 14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur, nec vult Deus perire animam, ſed retractat cogitãs, ne penitus pereat qui abiectus eſt: ita modo ait propheta. Tu quidem, ô Deus, ſedes in ſempiternum, nunquam à ſtatu tuo mutaris: ſed quieſcis in eo, à quo nequaquam deficere potes. At nos ſumus adeo fragiles, vt vita noſtra deficiat prope diem, & ad interitũ perueniat tandẽ, ſimiliter & nos quotidie præ fragilitate, à recto deflectimus, ac peccam⁹. Tu igitur retractare debes ſentẽtiã tuã, ne popul⁹ abiectus penit⁹ pereat.

Fragilitate oppoſuit vt parcat Deus. 2. Reg. 14. 14

4 *Orationem.*] Communes preces obiicit Deo mortuorũ Iſrael, hoc eſt, ſanctorum Patriarcharum Abrabam, Iſaac, Iacob, & ceterorum, qui dũ in viuis agerent pro poſteris orauerunt, nec ceſſant in Limbo fundere preces, vt 2. Mac. vlt. dixit de Ieremia Onias: hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael, hic eſt, qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate. Sic intelligunt Hugo, Lyra, & Dion. Verum exiſtimo proferri in mediũ coram Deo, miſeram ſortem eorum omniũ, qui perierant tum Ieroſolymis, tum in via, tum in exilio, & deinde filiorum, qui omnes tam filij, quam patres mortui, licet peccauiſſent, nõ parẽdo voci domini: at tacite miſera calamitate poſtulãt vindictam de hoſtibus, & libertatem. Quemadmodũ Gen 40. 10. ſanguis iuſti Abel clamabat ad Deũ, & vltionem de homicida poſtulabat. Aut certè animæ mortuorum idipſum ſuis precibus afflagitabãt è ſinu Abrahæ, quemadmodum Apoc 6. 10. animæ interfectorum clamabãt voce magna dicentes: Vſquequo domine ſanctus, & verus, non iudicas, & nõ vindicas ſanguinem noſtrum de iis qui habitant in terra? Vnde clare colligit Theo. animi immortalitatẽ. Hos vero mortuos ſtatim vocat patres peccatores, nõ ſolet autem ſcriptura nomine mortuorum nominare priſcos illos Patriarchas, ſed proprio nomine, quorum Deus dicitur eſſe, & tamen non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.

Sanctorũ vita functorum preces. *2. Mac. vltim.* *Gẽ. 4. 10* *Ap 6. 10* *Theodo.* *mortuos quos vocet.* *Matth. 22. 32.*

5 *Quia*] Græca ſic habent. Quia auertimus ſuper cor noſtrum omnem iniuſtitiam patrum noſtrorum, qui peccauerunt coram te. Vel reduximus, aut reuocabimus, vt alij legunt. Nã cogitatio, ac recordatio peccatorũ à patrib. cõmiſſorũ, adiũcta propriis, plurimũ valet ad humilẽ confeſſionẽ, & idcirco ſæpe à ſanctis hominib. ſuſcipitur. Quia verò reuocatio peccatorũ in memoriã, eo tendit, vt doleamus, & deſeramus ea, propterea ad ſenſũ reſpiciẽs Vulg. dixit: Quia cõuertimur ab iniquitate patrum noſtrorum, qui peccauerunt ante te. Quam lectionẽ ſecutus eſt Theo. ita textũ Græcũ

Ratio diuerſæ lectionis. *Theodo.*

intelligens. Quia auerſati ſumus, inquit, in corde A noſtro, omnem iniquitatem patrum noſtrorum, qui peccauerũt ante te. Non ſequimur, ait, patres, nec iuxta eorum inſtitutionem ambulamus, ſed inſequimur leges tuas: & quidem verbum ἀπεστρέψαμεν, & conuertimus ſuper eos, ſignificat, & auerſati ſumus ſuper eos, hoc eſt, ſummo corde, aut intimo corde ſumus auerſati iniuſtitias patrum noſtrorum, quod eſt conuerti ex corde ab illis, vt Vulgatus dixit.

Debiti exactione præmebantur.

6 *Peccatum.*] In exilio, ait, ſum' ad opprobriũ, & ad maledictionem κὰι εἰς ὄφλησιν, & indebitum: nã ὀφλήματα κὰι ὄφλησις propriè debitum ſignificat: vt conſtat ex dominica oratione, & dimitte nobis ophilimata, debita noſtra. Math. 6. 12. & Mat. 18. 30. 32. 34. & ſæpe aliàs. & videtur velle ſignificare duram ſeruitutem: quæ cupiditati, ac libidi- B ni eorum, à quibus captiui, ac oppreſſi tenebãtur expoſiti, acerbiſſima tribulatorũ exactione præmebantur, qui cum ſoluere præ tenuitate non valerent, perpetuo debitores remanebant, & ære alieno obligati, & propterea multis moleſtiis exigentium affligebantur: Eſt autem valde miſerum alus obligatum degere. Vulgatus autem debitũ pro peccatũ accipit, vt in dominica oratione accipitur, cum dicimus, Et dimitte nobis debita noſtra, id eſt pecata noſtra: quia ſicut debitor manet ſub iure creditoris, ei adſtrictus, etiã vt in carcerẽ detrudat donec ſoluat minimum quadrantẽ, ita peccator ſub iure Dei, donec ablato honori ſatiſfaciat, & diabolo carnifici vt eum detrudat in carcerem tartareum: & pœnis æternis addicat, donec ſoluat quod debet: & quia nunquam erit ſoluendo, in æternum punietur. Ait ergo po- C pulum in ſuo exilio ſicut expoſitus erat opprobrio, & maledictioni, ſic quoque & peccato, quia ab omnib. eſtimamur, ait, vt viliſſimi peccatores, pœnis, ac ærumnis digni, quas ſuſtinemus, vt Hugo, & Lyra exponunt. Erat enim ignominioſum valde Iudæis eſſe, aut haberi peccatores, quo nomine ipſi gẽtes per opprobrium vocabant. Vnde apud Paulum ad Galat. 2. dicebant nos natura Iudæi, non ex gentibus peccatores. Dionyſius putat in peccatum ſignificare, traditos eſſe in varias peccandi occaſiones: cum ex idolatrarum aſſidua conuerſatione, non niſi eorum mores imbibere, eiſque aſſueſcere ſequeretur: quemadmodum illi ſuperbi Philoſophi, de quibus loquitur Paulus ad Roman. 1. Traditi ſunt in paſſiones ignominiæ. Sed prior ſenſus magis conſonat, & lectione Vulgati, & rei de qua agitur: de pœnis enim loquitur, D quas incurrerant propter peccata patrum ſuorũ, & quibus ipſi afficiebantur à Chaldæis.

Mat. 6. & 18.

Peccator debitor eſt Dei.

Peccatores haberi Iudæis ignominioſum.

ad Gal.

Rom. 2. 26.

Legis tranſgreſſio omnium malorum cauſa.

7 *Audi.*] Ex hoc loco incipit libri huius ſecunda pars quæ finita deprecatione, oſtendit cauſam tãtorũ malorum fuiſſe, non ſectatos fuiſſe diuinæ legis prudentiam, quam Deus ſolus illi populo communicauit, illis omnibus in ſua ignorantia, & inſipientia relictis. Conuertit ergo ſermonem ad populum, dicens: Audi Iſrael præcepta vitæ, hoc eſt parænesim ſeu admonitionem, aut exhortationem, cui ſi te accommodaſſes vtique viueres, & incolumis in tua patria permaneres: iuxta Dei promiſſum Deuteron. 4. 1. Et nunc Iſrael audi præcepta, & iudicia, quæ ego doceo te, vt faciens ea, viuas, & poſſideas terram, quam dominus Deus patrum veſtrorum daturus eſt vobis. Et Salomon vno verbo hoc explicuit, Eccleſiaſt. 8. 5. Qui cuſtodit, ait, præceptum non experietur quicquam mali. Notat bene Theodoretus, præcedenti populi orationi ſubiici hîc à propheta diuinum reſponſum.

Deuter. 4 1

Eccl. 8. 5

Theod.

8 *Quid.*] Interrogatione, ac reſponſione, vrget populum, & coram manifeſtam facit cauſam tantorum malorum. Quid hoc noui? inquit, Theod. Quid hoc tam præter opinionem? qui populus meus vocabatur illuſtris omnium, ore celebris, ſeruus pro libero, alienigenarum virorum & impiorum conuiua, præ malorum exceſſu accedit ad mortuorum ſimilitudinem. Quadruplici verbo explicat miſerum populi ſtatum in quem deuenerat, quod Dei legi non obtemperaſſet, & quod in terra inimicorum ageret eorum inſultib. probus, & exactionibus ſemper expoſitus, qui inter amicos, & fratres prius degebat: & quod in terra aliena conſenuiſſet, præ labore & anxietate, ac ſolicitudine, qui noluit pacificè conſeneſcere in ſua, & longam degere ætatem: & quod cum mortuis eſſet contaminatus. Quod cum Hugo, Lyra, & Dionyſius de mortuis ſpiritaliter intelligant, quia Iudæi conuerſantes cũ Chaldæis idololatris, & multis aliis vitiis coinquinatis, & ipſi contaminabantur, vt illi, qui contra legem mortuos contingebant: melius tamen Theo. de mortis ſimilitudine intelligit, quam ob grauitatẽ malorum incurrerant, erat enim populus in illa captiuitate quaſi mortuus, & Babylone quaſi in quodam ſepulcro poſitus. Vnde quod dicit, cũ mortuis pollutus es, ad exaggerationem dixit, quod omnes Iudæi in Babylone, quaſi in ſepulcro recluſi, ſe inuicem tangendo vt mortui eum mortuis contaminabantur. Addit quartum: Reputatus es cum iis, qui in infernum ſubaudi, deſcenderunt. Quia vitiis contaminatus Chaldæorũ, inſtar eorũ, inferno addictus es, vt exponunt Hugo, Lyra, Dion. At Theod. eodẽ modo intelligit hoc dictum, quo ſuperius exiſtimatus es è numero eorũ qui deſcendunt in infernũ, ſeu in ſepulchrum: reputatus es, vt mortuus. Nam hac forma loquendi vtuntur Hebræi, cum ſalutem alicuius deſperatã ſignificant. Idcirco ſup. verſ. 4. dixerat: Audi orationẽ mortuorũ Iſrael. & c. 2. v. 17. de ſeipſis dicebant: Aperi oculos tuos, & vide, quia non mortui quales nos ſumus, qui ſunt in inferno, dabunt honorem & iuſtificationem domino.

Reſponſum Dei poſtulantib. venũ datum.

Theodo.

Status populi miſer quatuor excauſis

Theodo.

Cũ mortuum eſſe eſt affligi.

Theodo.

9 *Fontem.*] Interrogationi præcedenti hæc reſpõſio ſubiungitur. Vocat autẽ fontẽ ſapientiæ Deũ iuxta omnes Interpretes. Nam vt ait Eccleſ. c. 1. Omnis ſapientia à domino Deo eſt, & fons ſapiẽtiæ verbum Dei in excelſis: & ingreſſus illius mãdata æterna: qui & Pſ. 35. 10. vocatur fons vitæ. & cum ait Dauid, apud te eſt fons vitæ. & fons aquæ viuus Iere. 2. Me delinquerunt fontẽ aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ cõtinere nõ valent aquas. Tunc autẽ deſeruiſſe dicitur populus fontẽ ſapientiæ, cũ riuulũ ex fonte manantẽ, non eſt inſecutus, nẽpe ſapientiã, quæ eſt legis Dei obſeruatio, nec viã ad eũ ducentẽ perpetuo tenuit: Nã ſi ducẽ legẽ tenuiſſet, in pace vixiſſet ſempiterna. Vt dicitur etiã in Pſ. 80. Si populus meus audiſſet me, Iſrael ſi in viis meis ambulaſſet pro nihilo forſitã inimicos eorũ humiliaſſem: & ſuper tribulãtes eũ miſiſſem manũ meã, &c. Hinc ait, poteris ex præteritis malis diſcere cauere futura, & cognoſcere, vbi ſita ſit vera prudentia in rebus agendis, vbi virtus, ſeu fortitudo ad hõ-

Deus fõs ſapientiæ.

Eccl. 1.

Pſa. 35. 10.

Ier. 2. 13

Pſalm. 80. 14.

Legis obſeruatio bonorũ origo.

ſtibus

ſtibos reſiſtendum, vt accipinnt Theodoretus, & Hugo, oon enim hîc loquitur de virtutibua moralibus, vt volunt Lyra, & Dionyſius: vbi ſit rerum agendarum intelligentia, nempe in obſeruatione legis diuinæ. Et ſimul poreris cognoſcere bona inde ſecuta, contraria malis, quæ ea legis negligentia ſucceſſerunt. Nempe vitæ longeuitateoi, quæ promittitor ſeruantibus legem Pſal. 33.13. Quis eſt homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos. Diuerte à malo, & fac bonum. Et Eccleſiaſtici 41.16. dicitur: Bonæ vitæ numerus dierum. Et Exod. 20. & ſæpe alias, parentes honorantibus filiis promittitur longeno tempore viuere. Salomon quoque caput 3. Prouerb. ita eaorditur: Fili mi ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat: longitudinem enim dierum, & anoos vitæ, & pacem apponent tibi. Et infra de ſapientia dicit: Longirudo dierũ in dextra eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria.

Longeuitas vitæ promiſſa piis.
Pſ. 33.13
Eccl. 41.16.
Exod. 20.12.
Pr. 3.1.

Secundo vbi ſit ζωὴ vita, quam Vulgatus dixit, victus, quo vitam ſuſtinemus: Vbi lua oculorum, & pax? Sæpe in Scriptura lea Dei, & mandatorum eius obſeruantia dicitur vita, lux, & pax, qoia hæc bona à Deo poſtular, & apportat obſeruantibus: Nam de vita habes Deuteron. 30.20. Elige vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum, & diligas Dominom Deum tuom, atque obedias ei, ipſe eſt enim vita tua, & longitudo dierum tuorum. De luce Pſal. 118.104. Lucerna pedibos meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Et Pſalm. 18.9. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos, mentis videlicet, nam menti, ſeu rationi imponitur præceptũ, quod ideo dicitur lux quod oſtendat viam ad Deum. Nam inquit Salomon Proo. 6.23. Mandatum lucerna eſt, & lex, lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ. Denique pax eſt, quia paa multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalom Pſalm. 118.165. Nam vt lex Dei docet ſubdere ſe Deo, eique debitum obſequium præſtare, & proximo benefacere, & ſibi ipſi conſulere: ita triplicem pacem apportat, cum Deo, com proximo, & cum ipſomet legis obſeruatore: & hanc quidem moltam, ac periocũdam, qualem habent filij Dei.

Vita, lux, pax ex lege mandat.
Deu. 30.20.
Pſ. 118.104.
Pſ. 18.9.
Præceptum Dei cur lux?
Pr. 6.23
Pſal. 118.165.

[10 *Quis*.] Quo doceat populom magni ducere ſapientiam, quam deſeruerat, oſtendit illius raritatem: ſiquidem nullus hominum quantumuis potens, quantumuis induſtria polleat, vel aut, fortitudine, ad venandas feras, vel aues: ad conquirendas diuitias, & humanam prudentiam adipiſcendam, nulla ratione throoum eius adire permiſſus eſt: nec hoc tam ſingulare beneficium reuelatum eſt ſapientibus, & prudentibus. Deus ſolus largitor eſt, ac diſtribotor eius, & populo ſuo illam communicat. Non fecit taliter omni nationi, & iodicia ſua non manifeſtauit eis Pſalm. 147. & Deuteron. 4.6. Hæc eſt, dicitur, veſtra Sapientia, & intellectus corã popolis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant, En populus Sapiens, & intelligens, gens magna. Nec eſt alia natio tam grandis, qoæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicot Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Cum ergo donum Dei ſit rarom, & ſingulare, & excellentiſſima ſit Sapientia, quæ cæteris omnibos populis nõ fuerit impartita, & communicata, & à Deo ſolo emanauerit, & reuelata ſit populo Iſraelitico, eo maiore ſtudio ab eo eſt amplectẽda. Ioterrogando vero oſtendit nullum eſſe qui poſſit adire locum eius, hoc eſt fontem, vnde profluit, & recouditos eius theſauros inuenire: fons aotem Sapientiæ Deus. Similiratiocinatione idipſum oſtendit Iob, eleganti ac iocunda collatione, nam cum omnia quantumuis recondita perueſtiget homo, ſolum Dei Sapientiam ſcrutari non poteſt cap. 28. Sapientia vero, ait, vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligentiæ? Neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium: & infra: Vnde ergo Sapientia venit, & quis eſt locus intelligentiæ? Abſcondita eſt ab oculis omnium, volucres quoque cæli latet.

Sapientia ex raritate pretium
Pſ. 147.20.
Deuter. 4.6.
Iob 28.12.

11 *Vltſunt*] A partium enomeratione probat nulli hominum contigiſſe ſapientiam, niſi cui Deus illam communicauit. Nam ſi aliquibus, maxime potentiſſimis regibus, ac aliis hominibus artibus, ac ſciẽtiis huius vitæ præſtãtiſſimis: at ij Sapientiam adipiſci non potuerunt: ergo neque reliqui. Enumerat in primis gentium principes potentiſſimos, & qui venatione feras ſibi ſubiiciunt, & aues volantes aucupio. Hoc eſt quod dicit. In auibus cœli illuduut, quia arte venatoria illudunt auibus, id eſt, qoaſi per ludom decipiunt aoes, ficto, aut diſſimulato canto auium ſimilium, aut cibo ſubiecto laqueo, modisve aliis eiuſmodi. Aut quia ad ſuas luſiones, ac voluptates auibus captis abutuntur. Deinde eos, qui omni ſtudio ei rei vacant, vt theſauros argenti, & auri recondant, nullum finen ſuæ cupiditati imponentes. Præterea enumerat argentum fabricantes, & ſolicitos: per qoos vel intelligit inſignes aurifices, qui ea argento multa, eaque præclara vaſa conficiunt: aut qoi pecuniam cudunt, aut homines locupletes, que argentum omni ratione comparant, vt multa opera ſibi fieri faciant: & ad hunc finem, ſoliciti ſunt maximè in argento comparando, & ſtudioſi valde, in eo affabre operando, & nouis operibus excogirandis, adeo vt nemo ea animo poſſit complecti. Qui tamen tam potentes, tam induſtrij, tam ſtudioſi nouorum operum, Sapientiam inuenire non potuerunt, ſed abſque eius adeptione extincti ſunt, ijs omnibus opibus, & operibos relictis aliis, qui in eorum locum ſucceſſerunt. Qoi quidem, cum iuuenes eſſent, hac luce dum fruuntur habitauerunt ſuper terram, omnibos bonis à maioribus ſuis, arte, & induſtria comparatis potiti, & tamen rationem, qua ad Sapientiam graderentur penitus ignorauerunt: Itaque nec ipſi, nec filij eorum tantum bonum aſſequi potuerunt: nec radius diuinæ cognitionis illis affulſit. Atque hactenos probauit ſuam propoſitiouem Propheta in ijs, qui & arte, & induſtria voluptati deſeruierant.

Nemini cõtigiſſe Sapientiam, niſi cui Deus dedit, à partium enumeratione probat.
Neque potentia neque arte, neque diuitiis comparatur Sapientia.

12 *Chanaan*.] Proſequitur probare quod cœperat in alio hominum genere, eorom, qui vtilitati augendæ per negotiationem ſtudebãt, & ingenium in Poëtica, & Philoſophia exercebant, qui licet artem negociandi callerent, & fabulas interpretarentur, & rerum naturalium, moraliumque notitiam conquirerent, at nec in mente venit eis quærere, necdom inuenire Sapientiã. Chananæos in primis numerat artis nauigatoriæ peritiſſimos, quos Græci Phænices vocant: qui celebratiſſimi ſunt negociatorum nomine, & apod ſacros & apud profanos ſcriptores: nam eorum vaſtitiem, atque induſtriam in mercatora nauigatione facienda, omnes celebrant. De illis enim ſic ait Huſeas cap. 12.7. Chananæus, in manu habet ſta-

Neque negotiatione, neque poeſi, neque Philoſophia
Chananæi, ſeu Phœnices arte nauigandi, & mercatura peritiſſimi.
Hoſea. 12.

teram doloſam: calumniam dilexit. Et Iſaias teſtatus eſt cap. 23. 8. Tyri principes fuiſſe negociatores, & inſtitores eius inclytos terræ. Et Sophonias 1. 11. Vlulate, ait, habitatores pilæ, conticuit omnis populus Chanaan, diſperierunt omnes inuoluti argento: propterea Salomon mulierem frugi commendans Prouerb. vltimo 24. dixit: Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo. Et Ezechiel cap. 17. 4. Tulit medullam cedri, & tranſportauit eam in terram Chanaan in vrbem negociatorum poſuit illam. Homeros non ſemel de Phœnicum arte nauigandi locutus in Odiſſea 15. ſic cecinit. Illuc autē Phœnices nauibus deuenerant viri ingenioſi, infinitos ducentes ludos naue nigra. Græcè

Ἔνθαδε δὲ φοίνικες ναυσίκλυτοι ἤλυθον ἄνδρες.
Τρῶκται μυρί' ἄγοντες ἀθύρματα νηὶ μελαίνῃ.

Et poetæ quidem, & hiſtorici Phœniciam, & vrbes eius Tyrum, ac Sidonem celebrant. De his ſic ait Ioſephus lib. 1. contra Apionem. Itemque habitatoribus Phœniciæ maritimæ ſtudentibus circa contractus, atque negocia amore pecuniæ requiſita. Phœnices ergo propter negociationem ad Græcorum prouinciam nauigantes, repente ſunt agniti, & per illos Ægyptij, & omnes à quibus ad Græcos onera deuehebāt, immenſa maria proſcindētes. Quoniam vero Theman iungitur cum Chanaan, & mox ſequitur gens Agarena, videtur Propheta de Theman, ſeu Idumæa mentionem feciſſe, quaſi de regione negociatorum. Nam filios Agar, ſeu Iſmaelitas in hac arte ſolitos exerceri, docet nos liber Geneſis 37. 25. Vbi fratres Ioſeph, illum vendiderunt Iſmaelitis negociatoribus, qui portabant de Galaad aromata, & reſinam, & ſtacten in Ægyptum, & illi vendiderunt Putiphari. Geneſ. 39. 1. Quod vero ſit ſermo de prudentia, aut arte negociandi, oſtendit repetitio ſubiecta. nec mercatores, ſeu negociatores Meran, & Theman. Vulgatus correctus legit, negociatores Merrhæ, & Theman. Merrha autem fortaſſe regio eſt, vnde ortus eſt Iadias Meronathites, qui erat ſuper aſinos Dauidis 1. Paralip. 27. 30. ſicut Vbil Iſmaelites ſuper camelos: aut eſt regio Merome, in qua Zabulon, & Neptali obtulerunt morti animas ſuas. Iudic. 5. 18. aut certè Maara Sidoniorum de qua Ioſue 13. 4. qui præcipui erant mercatores, à quibus Tyri orti ſunt. Itaque de induſtria & peritia in negociando harum omnium gentium loquitur Propheta.

Sed videtur Propheta voluiſſe diſtinguere triplex genus exquiſitæ prudentiæ apud triplex genus hominum, aut etiam apud vnum, diuerſum, tamen artificio, aut ſcientia. Nam Chananæi, ſeu Phœnices ſuam prudentiam, e Theologia illis peculiari concoquebant, de qua Euſebius lib. 1. de Euangelica præparatione cap. 7. illi habebantur primi literarum inuentores, quòd Iaatus Phœnix primus elementa literarum conſcripſerit, primi quoque putantur naues conſtruxiſſe: primique herbarum vires, & cantus ad medicinam inuenerunt, vt ibi refert Euſebius. Et lib. 10. cap. 11. Primum, aiunt, ex Phœnicia Cadmum myſteria, & ſolemnitates Deorum, Græcis tradidiſſe, ſimulacrorum conſecrationes & hymnos, & literarum elementa, vnde Lucianus li. 3.

Phœnices primi (famæ ſi creditur) auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Themanitas vero, ſui Idumæos ſapientiæ fuiſſe peruestigatores oſtendit Abdias v. 8. cum dicit: Perdam Sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Eſau, & Ier. c. 49. 7. Nunquid non vltra eſt Sapientia in Theman? periit conſiliū à filiis, inutilis facta eſt Sapiētia eorum. Idem de Agarenis, ſeu Iſmaelitis probat hic locus, quo dicitur: Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra eſt: diuerſum quippe eſt, callide, aut prudenter negociari, & prudentiam exquirere, hoc enim fit per morū Philoſophiā illud per artē negociandi & tamen nec hi ad veram Sapientiam peruenerunt. Secundo loco enumerat induſtrios mercatores, & callidos negociatores Meranitas, & Themanitas, qui opibus augendis, & pecuniæ conquirendæ vacantes, ad prudentiam filiorum huius ſeculi euecti ſunt, longe ſemoti à via prudentiæ lucidiores, ac veræ. In tertio loco collocat Mithologos, hoc eſt interpretes, & explicatores fabularum, quas Poëtæ doctiſſimi confinxerunt, ſub quarum integumentis Sapientiam quandam occultarunt. Nam & res diuinas, & naturales, & ad mores pertinentes ſub illis ſignificabant, & propterea Petrus in ſecunda ſua epiſt. cap. 1. 16. Doctas fabulas vocauit, cum ait, Non doctas fabulas ſequuti, notam fecimus vobis Domini noſtri virtutem, & præſentiam: doctas fabulas, inquit, quas Clemens lib. 6. recognitionum, in perſona Apionis, aiebat, habere rationem quandam cognatam, & Philoſophicam, quæ per allegoriam exponi poſſet, cuiuſmodi erant fabulæ de variis Deorum transfigurationibus, hoc eſt Metamorphoſis Domini Ieſu non fuit talis, ſed vera, & glorioſa. Theodoretus per fabulatores intelligit eos, qui parabolice diſputare ſolebant: erat autem Siris conſuetudo per ſimilitudines, & parabolas de omnibus diſſerere, vt notat Hieronymus ſuper 18. Matthæi. Et Ethnicus Eunapius in vita Libanij, Mithologis adiungit inueſtigatores intelligentiæ, per quos videtur intelligere Philoſophos, qui omne ſuum ſtudium in inueſtigatione rerum poſuerunt, cauſas rerum naturalium, & effectus, moraliumque rationes ſummo conatu perquirentes: qui tamen veram Sapientiam, vtilem prudentiam, & intelligentiam diuinorum profuturam non perceperunt.

13 *Quam.*] De qua domo loquatur, cum dicit, O Iſrael, quam magna eſt domus Dei, concertant interpretes. Hugo de templo Ieroſolymitano intelligit. Quod refutat Theodoretus, quia hic eſt ſermo de templo Dei maximo, & immenſo, & interitus experti: quod templo illi conuenire non poteſt: quod modicum fuit, & tandem interiit: nec tunc erat, cum Propheta hæc verba protulit. Lyra putat nomine domus Dei hic ſignificari cœlum. Videturque hanc expoſitionem probare Theodoretus, cum ei conueniant verba Prophetæ, ſiquidem amplum eſt, & longe patens, locus magnus, & penè infinitus, ac immenſus, in quo diuitias gloriæ ſuæ manifeſtat Deus, & in Scriptura ſacra non ſemel domus Dei dicitur: & Chriſtus Ioan. 14. 2. dicit: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. In hac autem domo ſuam ſedem habet Sapientia, cuius theſauri ſunt humano ingenio incomprehenſibiles. Verum quorſum hoc loco de cœlo tam ſubito ſermonem ordiretur Propheta? & ad probandum Sapientiam nulli contigiſſe, quid præſtaret quod domus Dei eſſet ampla, excelſa, infinita, & immenſa? nunquid hominibus

minibus non poſſet Propterea communicari? & A nunquid, tibi io domo bac, ſi cœlis eſt fuerunt gigantes, quibus non eſt Sapientia impartita? non ergo eſt cœlum? Quare Ambroſij placet intelligentia 6. lib. exameron cap. 3. quam ſequitur hoc loco Dionyſius, qui nomine domos Dei mundum hunc intelligunt late patentem, & terra, cœloque diſtentum. Nam cum ſortem pauperi non minus felicem cōtigiſſe quam diuiti probare vellet Ambroſius, ita eloquitur. Attende tibi pauper, quia ſi tibi deeſt pecunia non deeſt gratia, & ſi oon eſt domus ampla, non diffuſa poſſeſſio, cœlum patet, terra libera eſt. Omnibus in commune elementa donata ſunt: patent æque diuitibus, atque pauperibus ornaméta mundi. Nunquid pulchriora precioſiſſimarum domorũ aurata laquearia, quam cœli facies ſtellis inſignita fulgentibus? Nunqoid latiora diuitum rura, quam ſpacia terrarum. Maiorem domum tu habes pauper, in qua clamas, & exandiris. O Iſrael, inquit Propheta, quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius? Domus Dei diuiti eſt communis, & pauperi: ſed forte dole. qnod nullum tibi auratotom licbnorum lumen refulgeat? ſed multo illuſtrior tibi lumini circunfuſo luna reſplender, &c. Nec eſt Scripturæ inſuetum domum, ſeu templum Dei huoc mundum appellates. Sic namque diait Iehouah Iſaiæ 66. Cœlum ſedes mea eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum, quæ eſt iſta domus, quam ædificabitis mihi, & quis eſt iſte locus quietis meæ? quæ verba refert Stephanus Actuum 7. 49. quaſi dicat, hunc ampliſſimum mundum eſſe domum Dei: quare ne puteris me in veſtra domo, quam mihi ædificaſtis, ita arcte contineri poſſe, vt non in cœlo, & in terra vniuerſa poſſim adorari & coli. Recte porro Diogenes apud Plurharchum ad finem libri de C tranquillitate animi. Eſt mundus, inquit, fanum quoddam ſanctiſſimum, & maaime Deo dignum. Tum etiam Philo lib. 2. de Monarchia initio, & Lactantius lib. de ira Dei cap. 14. in quo tanquam diuini templi antiſtes, quaſi ſacerdotio functurus pro creaturis vniuerſis, homo eſt cooſtitutus, & propterea ſummus Hebræorũ Sacerdos in veſte ſua totum referebat orbem: nam vt dicitur Sap. 18. in veſte poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum. Iam quod hoc loco domus Dei pro mundo vniuerſo accipienda ſit probat in primis, quod cum multos eoumeraſſet homines potentes, induſtrios, artifices, ſapientes poëtarum explanatores, & Philoſophos, ne infinitos alios percenſendo, fatigaret audientes, quid plures, inquit, referam cum ſi omnes vellem percenſere: mihi totus orbis percurrendus eſſet, amplus, & D longe patens, magnus, & infinitus, excelſus, atque immenſus, nam cælo excelſo, terraque conſtat immenſa, in qua infiniti ſunt, qui licet ad prudentiam, & Sapientiam anhelarent, at veram Sapientiam non attigerunt. Deinde quia adiecit: ibi fuerunt Gigantes nominati, &c. Et licet exiſtimet Lyra, hoc aduerbium referendum eſſe ad terram Chanaan in qua Num. 13. 33. dicitur, ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enacb, de genere giganteo, quibus comparati locuſtæ videbamur: vt velit dicere Barucb. ibi, boc eſt, in terra. Chanaan, aut Theman fuiſſe gigãtes, quos tamen non elegit Deus, verum cum ſuauius referatur ad domum Dei, de qua paulo ante erat ſermo, de ea

Ambroſij verior ſententia domus Dei eſt mundus. *Pauperi ac diuiti cōmuno domicilium.* *Iſa. 66. 1.* *Act. 7. 49.* *Diogenes.* *Plutharchus.* *Philo.* *Lactantius.* *Mūdus templū.* *Mundi Sacerdos.* *Sap. 18. 24.* *Ratio huius intelligentiæ.* *Altera ratio.* *Num. 13. 33.*

A debet intelligi. Arguit enim à maiori ad minus: nullum præter te ô Iſrael, in hac ampliſſima mundi domo elegit Dominus, cui ſuam Sapientiam communicaret. Nam ſi aliquos elegiſſet, maxime gigantes illos, qui ab orbe condito fuerunt celebres, & proceræ corporis ſtaturæ, & rei bellicæ peritiſſimi, quaſi his indiguiſſet Deus ad ſui imperij conſeruationem, & amplificationem. At hos minime elegit, neque viam ad Sapientiam eis oſtendit, ſed perierunt omnes prudentia deſtituti in aquis diluuij: is enim eſt exitus omnium, qui cognitionis diuinæ ſunt expertes. Singulare, ac maximum beneficium collatũ eſt populo Iſraelitico, dum in vniuerſo orbe, alijs innumeris populis, & gentibus relictis, multis dotibus, & atributos donatis, ac nobilitatis, illum vnicum, & modicum elegit Deus, cui ſuam legem ferret, & ſuam Sapientiam communicaret. Quod ſi hæc, & maiora applicemus populo Chriſtiano, quam glo- B rioſe laudandus eſt is, qui eum elegit.

14 *Quis.*] Nullam in eſſe homini facultatem Sapientiam acquirendi, ſiue potentiam conſideres, ſiue opes, ſiue artem, ſeu induſtriam, ſiue Sapientiam humanam, ſiue corporis magnitudinem, & fortitudinem, hactenus oſtendit, iam ſimiliter docet nullius hominis diligētiam ſatis eſſe vt locum eius inueniat. Nullus eſt ita celer volatu, vt cœlũ potuerit conſcendere, vt ibi eam nactus fuerit, & è nubibus eam deduxerit: nullus ita velox nauigator, vt traiecerit mare, & inde pluris faciens quam aurum, eam apportauerit. Nullus inquit, quia nullus eſt, qui cognouerit viam, qua ſit ad illam inueniendam eundum, nullus qui vel mente concipiat ſemitas eius. Sumpta eſt hæc ſententia ex Moſe Deut. 30. 12. Vbi, vt oſtenderet facilitatem habendi Sapiētiam, ſi Deus dederit, difficul- C tatem à natura ortam, abſque Deo, de qua loquitur hoc loco Baruch, ſic inducit populum cauſantem: mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie non ſupra te eſt, neque procul poſitum: nec in cælo ſitum vt poſſis dicere. Quis noſtrum valet ad cælum aſcendere, vt deferat illud ad nos, neque trans mare poſitum, vt cauſeris, & dicas. Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſque deferre? Per cœlum autem poteſt & aër intelligi: cum addatur, & deduxit eam de nubibus, tantum enim vult oſtendere locum ſuperiorem, ad quem nemo poſſit aſcendere, cum certum ſit è cælo nobis Sapientiam fuiſſe deductam, Deo illam immittente, & tamen quemadmodum trans mare apud Indos, vbi autem electrum repetitur, Sapientia nequaquam inuenietur, ita neque apud cœlum, de quo hic eſt ſermo. Certũ ergo ſit om- D nibus apud nullum hominum inuentam eſſe Sapientiam, neque vllo io orbis loco eam poſſe inueniri, ſed tantum apud Deũ fontem Sapientię.

15 *Sed qui.*] Iam ex dictis concludit apud nullum alium eſſe ſapientiam, niſi apud Deum, quem periphraſi nobis deſcribit ea orbis creatione, & gubernatione. Is ſolus eſt cognitor eius, & auctor: qui in initio ſtabiliuit terram, in æternum duratutam, & repleuit eam pecudibus, & quadrupedibus, Græce κτηνῶν τετραπόδων, iumentis quadrupedibus, quæ Hebræi vocant Behemoch, & modo cum emittit per ſingulos dies lumen ſolis, circumcurſat orbem, & cum vult reuocare redit ſol obſequens cum tremore, & ſtellas collocat in ſuis ſtationibus, & cum hilaritate lucent ex

Beatus populus, cui Deus ſuam ſapientiam communicauit. *Beatiſſimus populus Chriſtianus.* *Nulla humana diligentia ſufficit ad inueniendā ſapientiam* *Deut. 30. 12.* *Cœli nomine aër intelligitur.* *Dei glorioſa periphraſis.*

eis, ac ſimul vt vocatæ foerint reſpondent, præſto ſimus: & luxerunt cum lætitia ſuo A creatori: Nam & illæ, ſicut cætera omnia ad nutum deſeruiunt: hunc autem, quem

Concluſio omnium dictorū.

hactenus periphraſi quadam deſcripſerat, iam tandem exprimit cum ſubdit: hic eſt Deus noſter, cui nullus gentium Deus conferendus eſt:

Solus Deus eſt fons auctorque Sapientiæ.

hic eſt auctor omnis ſapientiæ, cum vere ſit fons eius, & inter omnes populos, & gentes ſoli Iacob, aut Iſraeli eam manifeſtauit: vt merito dictum ſit: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis, quare hæc tā ſingularis præſtantia beneficij debet fideles, quibus hæc Sapientia eſt tandem per Chriſtum communicata, in omnis grat, ac pij animum memoria retinere.

Pſ. 147. 20.

Singulare fidelium beneficium.

16 *Viſus eſt.*] Grauis ſeſe quæſtio offert circa hæc extrema verba, vtrum contineant hiſtoriam, an Prophetiam. hoc eſt, vtrum loquantur de latione legis in monte Sinay, & conuerſatione Dei cum populo in deſerto, an de aduentu filij Dei in humana natura, quando Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis Ioan. 1. docuit Apoſtolos ſuos, ac fideles omnem viam diſciplinæ? B

Quæſtio de ſenſu literali huius loci.

Ioan. 14

Prima ſententia de hiſtoria latæ legis.

Quidam, quos referunt Lyra, & Dionyſius, arbitrati ſunt hoc loco referri potius hiſtoriam latæ legis, quam Prophetiam aduētus Chriſti. Probant in primis ex Prophetæ ſcopo, is eſt populo captiuo oſtendere cauſam ſui exilij fuiſſe, quod deſeruiſſent legem Dei, quæ eſt diuina Sapientia, illi inter omnes populos communicata, ex quo tam ſingulari beneficio inducit illum, vt eam ex corde diligat, & obſeruet.

Ratio prima.

Ratio ſecunda

Secundo quia illa verba. Et tradidit illam Iacob ſeruo ſuo, & Iſrael dilecto ſuo, omnes intelligunt de ſupernaturali cognitione, & diſciplina, quam Deus communicauit Iacob, & Iſrael, quo nomine vel poſſumus intelligere perſonam Iacob, poſtea dicti Iſrael, cui Deus ſeipſum, ſuaque dona manifeſtauit. C Geneſ. 28. 12. & Geneſ. 32. 24. Vel melius poſteritatem Iacob, & Iſrael: nam ex nomine parentis vocabatur populus ille Iacob, & Iſrael, & quidem ſeruus, ac dilectus, vt frequens eſt in Pſalmis, & quocumque modo accipiamus verum comprobatur quod illam prudentiam ſuam, & ſcientiam ſuæ diſciplinæ tradidit Iacob: ſiquidem Abraham inter omnes gentes elegit, vt ſibi reſeruaret cum ſua poſteritate, & Iſaac, & Iacob, & inter illa cognitio veri Dei communicata eſt filiis eorum, qui ſoli fideles erant Deo, & hic quidem Deus, qui elegit Abraham, Iſaac, Iacob, tanquā fideles ſeruos, poſtea viſus eſt in monte Sinay, & cum hominibus eſt conuerſatus, vt oſtendemus. D Vel ita accipe, vt dederit omnem viam ſcientiæ Iacob, & Iſraeli in Patriarchis: Deinde per Moſem lege lata, Exod. 20. 21. 23. Poſt quod viſus eſt in terris, nempe in monte Sinay, cum Exodi 24. 9. Aſcenderunt Moſes, & Aaron, Nabad, & Abiu & Septuaginta ſeniores Iſrael, & viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius, quaſi opus lapidis Saphyrini, & quaſi cœlum, cum ſerenum eſt. Nec ſuper eos, qui procul receſſerant de filiis Iſrael miſit manum ſuam, videruntque Deum & comederunt, ac biberunt, atque ita viſus eſt, & conuerſatus cum hominibus.

Gen. 28. 12.

Gen. 32. 24.

Exo. 20. 21. 23.

Exo. 24 9.

Ratio tertia.

Deus vere viſus in monte Sinay.

Tertio quia vere, & proprie dicitur. Deus viſus in monte Sinay, & conuerſatus cum hominibus. Siquidē vere, & non deluſis oculis videbāt Deū in ea figura, in qua apparebat: & omnia, quæ eo apparente, accidebant, & montem fumantem, & fulgura: & Sanctorum millia, A qui illum comitabantur. Deuteron. 32. 2. ſimiliter conuerſatus eſt cum illo populo totis 40. annis: ſiquidem circunduxit eum, & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui. Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos ſuos. Dominus ſolus dux eius fuit cap. 32. Deuteron. ipſe enim præcedebat eos: & è tabernaculo fœderis docebat quid eſſet agendum. Nam loquebatur Dominus ad Moyſem facie ad faciem ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. Exodi 33. 11. & Numero. 12. 8. ore ad os loquor ei, & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt. Recte ergo dicitur Deus in terris tunc viſus, & cum hominibus conuerſatus.

Deu. 32. 2.

Exo. 33. 11.

Num. 12. 5.

Ratio quarta.

Quarto aliqui ſunt interpretes, qui hæc verba de Sapientia, ſeu via diſciplinæ intelligunt, dum interpretantur. Poſt quod B in terra viſa eſt, & cum hominibus conuerſata: nam Græca verba ὤφθη & συνανεστράφη, cum Deo, & cum via diſciplinæ recte conueniunt, & cum hac melius, quia ſtatim explicando quæ ſit hæc via diſciplinæ, hæc prudentia, de qua tot, tantaque protulit encomia, dicit in initio capitis 4, hic eſt liber præceptorū Dei, & lex in æternum duratura, Ergo locus hic verius, & proprius loquitur de lege diuina oſtenſa hominibus in monte Sinay, & cum hominibus conuerſata, de qua dixerat, quod nullibi inueniretur: nec vllus eſſet, qui eam poſſet adipiſci: Non ergo eſt improbabile loqui Prophetam de lege populo illi lata, & de Deo hanc Sapientiam docente: cum tamen recte hæc Dei in Sinay apparitio & legiſlatio typus ſit apparitionis filij Dei in vera humanitate, & C legis Euangelicæ ab eo latæ.

Secūda ſententia communior.

Tertullianus. Cyprianus Athanaſius. Gregor. Nazian. Chryſoſtomus. Theodoretus. Idacius Ioann. Max. Ruffin. Bernar.

Ratio prima.

Oppoſitam huic expoſitionem ſequuntur omnes Sancti patres, & interpretes: exiſtimantque hanc eſſe veram prophetiam de apparitione vera, & Epiphania filij Dei, qui in terra caro factus viſus eſt, & cum hominibus per triginta tres annos conuerſatus: ita intelligunt Tertullianus lib. aduerſus Praxeam cap. 6, Cyprianus lib. 2. Teſtimon. aduerſus Iudæos ad Quirinum capite 6, Athanaſius q. 36. ad Anthiochum, Gregorius Nazian. oratione 4. de Theologia: & oratione 49. de fide. Chryſoſtomus hom. 2. in Mathæum & homelia de Trinitate, Theodoretus hoc loco, Idacius Clarus Hiſpanus lib. 3. aduerſus Varimandum, Ioannes Maxentius lib. Dialogorum 2. cap. 15. Ruffinus in Symbolo, & Bernardus Sermone 13. in Cantica: ſic etiam exponunt omnes Com- D mentatores Hugo, Lyra, & Dionyſius & alij. Et probatur, quia cum verè, & propriè poſſunt Scripturæ verba explicari, explicanda ſunt: ſed hæc verba: Poſt hęc in terris viſus eſt, & cū hominibus cōuerſatus eſt, non ita propriè explicātur de Deo in figura viſo, & ambulante, & habitante cum illo populo, ac de Deo, & homine Chriſto Ieſu, qui verè viſus eſt ab hominibus, & cū illis cōuerſatus: Ergo de illo debent ad literam intelligi.

Ratio ſecunda

Deinde quia non ſine ratione, poſtquam ex omnibus ſupra dictis collegiſſet Propheta quis eſſet ſapientiæ fons, & diſciplinæ genitor, ac dixiſſet, hic eſt Deus noſter, & non eſt alius, qui cum eo comparetur, qui inuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo, adiecit. Poſt hęc, id eſt, poſt quam ſuam legem dedit illi populo, per ſeruos ſuos Prophetas, & vidit nihil, aut parum profuiſſe: venit ipſe tandem aſ-

ſumpta

ſumpta homanitate, & cum hominibos eſt coouerſatus, aliam præſtantiorem legem per ſeipſum illis ferens: nam multifariam, multiſque modis loquens nobis Dominus in Prophetis, nouiſſime locutus eſt nobis io filio. Ad Hebræ. 1. Atque ita optime omnes & Græci, & Latini Patres intellexerunt ſuppoſitum duorum illorum verborum ὤφθη & συνανεστράφη fuiſſe θεὸν Deum. Ideoque vertunt viſus eſt, & conoerſatus. non ἐπιστήμην ſcientiam, vt dicatur, viſa eſt, & conuerſata: & eſt ſeuſus piiſſimus, & Chriſti pietati maxime conueniens.

Ad Hebræ. 1.

Non puto tamen reſpuēdam Lyræ ſententiam, qoi exiſtimat hanc ſecundam eſſe perfectiorem expoſitionem, quia prior illa conuerſatio fuit huius typos, & figura, & quidem ſi antecedentia, ſe- A quentiaqoe attendamus, in quibus clare agitur de lege lata in monte Sinay, & alias animaduertamus commune Sanctorom axioma fuiſſe, filium Dei apparuiſſe in hominis figura ſæpiſſime illis priſcis Patriarchis, & Prophetis, vt Adæ ad auram poſt meridiem, Abrahæ ad quercum Mambre, Iacob cum luctatus eſt cum eo, & ſæpe alias, non renuemus affirmare primo, & ad literam hæc verba congruere Deo legem fereoti in moote Sinay, & ſeſe in terris Moſi, & illi populo viſendum præbenti, & cum illis tanquam patrem conuerſanti. Deinde plene & perfecte, & in veritate illo typo adumbrata Chriſto homini, ac Deo è Virgine nato, & ab hominibus viſo, & cum illis conuerſato: & hanc rationem ſecotos Sanctos patres de filio Dei incarnato optimo iure intellexiſſe.

Sententia media vera.

Filius Dei apparuit priſcis patribus

Sancti patres myſticum ſenſum ſecuti.

PROPHETIÆ BARVCH,

CAPVT QVARTVM.

1 [1] HIC liber mandatorum Dei,
& lex, quę eſt in æternū: omnes, qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem
dereliquerunt eam, in mor-
2 tem. | Conuertere Iacob, & apprehende
eam: ambula per viam ad ſpleodorem eius
3 contra lumen eius. | Ne tradas alteri [2] glo-
riam tuam, & dignitatem tuam genti alie-
4 oæ. | Beati ſumus Iſrael, quia quę Deo pla-
5 cent, manifeſta ſunt nobis. | Animæ quior
eſto populus Dei, [3] memorabilis Iſrael:
6 | Venuodati eſtis gentibus non in perdi-
tionem, ſed propter quod in ira ad iracun-
diam prouocaſtis Deum traditi eſtis aduer-
7 ſariis. | Exacerbaſtis enim eum, qui fecit
vos, Deum æternum, immolantes dæmo-
8 oiis, & non Deo. | Obliti eoim eſtis Deum,
qui nutriuit vos, & contriſtatis nutricem
veſtram Ieruſalem. | Vidit enim iracundiā
9 à Deo venientem vobis, & dixit: Audite
[4] confines Sion, adduxit eoim mihi Deus
10 luctum magnum. | Vidi enim captiuitatem
populi mei, filiorum meorum, & filiarum,
11 quam ſuperduxit illis æternus. | Nutriui
enim illos cum iucunditate: dimiſi autem
12 illos cum fletu, & luctu. | Nemo gaudeat
ſuper me viduam, & deſolatam: à multis
derelicta ſum propter peccata filiotum
meorum, quia declinauerunt à lege Dei.
13 | Iuſtitias autem ipſius neſcierunt, nec am-
bulauerunt per vias mandatorum Dei, ne-
que per ſemitas veritatis eius cum iuſtitia
14 ingreſſi ſunt. | Veniant confines Sion, &
memoreoτur captiuitatem filiorum, & fi-
liarum mearū, quam ſuperduxit illis æter-
15 nus. | Adduxit enim ſuper illos gentem de
longinquo, gentem improbam, & alterius
16 lioguæ. | Qui non ſunt reueriti ſenem: oe-

PARAPHRASIS.

[1] HÆC ſcientia, cuius ſolus Deus autor eſt, liber eſt præceptorum Dei, & lex ab eo lata in æternum duratura. Quicumque eam apprehendunt perueniunt ad vitam, qui vero derelinquunt, mortem ſibi aſciſcunt. Conuertere ergo Iacob, & eam apprehēde, & perge obuiam lumini eius, vt ad ſplendorem eius ambules. Ne patiaris [2] gloriam tuam, & commoda, ac dignitatem, quæ Deus tibi contulerat legem obſeruanti, genti alienæ, cui ſubiectus es, concedere. Nam vel hoc ſolum beati ſumus o Iſrael, & nulli cedere debemus, quod quæ placita ſunt Deo nobis ſunt manifeſtata. Bono animo eſſe populo mi, in quo [3] memoria conſeruatur Iſrael, alioqui interiret. Venditi quidem eſtis gentibus, non tamen ad interitum, ſed idcirco in hoſtium poteſtatem traditi eſtis, quoniam Deum ad iracundiam prouocaſtis. Exacerbaſtis enim eum, qui vos creauit dum Dæmoniis ſacrificaſtis, & non Deo: & obliti eſtis Dei æterni, qui genuit vos, & contriſtatis eam, quæ vos aluit Ieruſalem. Vidit enim quanta vos inuaſerit ira Dei, ac in hunc modum locuta eſt. Audite [4] vicinæ vrbes Sioni, quanto me luctu Deus affecerit. Nam filiorum meorum, ac filiarum vidi captiuitatem, quam æternus Deus illis attulit. Quos enim nutriui cum lætitia, eoſdem cum fletu, luctuque dimiſi. Nemo gaudeat de me vidua, à multiſque deſerta, quoniam deſolata ſum propter peccata filiorum meorum, qui à lege Dei deflexerunt. Non agnouerunt iudicia ipſius, neque in viis mandatorum eius ambulauerunt, nec inſtiterunt ſemitis iuſtitiæ eius. Adeſte vicinæ Siō, ac memorate captiuitatem filiorum, filiarumque mearum, in quam æternus ille eos induxit. Adduxit enim in eos gentem è longinquo, gentem improbam, ac barbaram, ac ignotæ linguæ, homines, qui neque ſenes reueriti ſunt, nec miſerti puerorum qui à vidua dilectos filios abduxerunt, & deſolatam filiabus orbauerunt. Ego autem quid opus vo-

bis poſſum afferre? Qui enim hæc vobis intulit mala, is vos è manu inimicorum veſtrorum eripuerit. Ite filij, ite. nam ego ſola derelicta ſum? habituque proſperitatis exuto, ſaccum induam deprecantium, in hoc tempore calamitoſo, ad æternum clamatura. Bono animo eſtote filij, & clamores veſtros ad Deum tollite, qui vos è dominatu manuque inimicorum veſtrorum liberabit. Ego enim iam ab æterno illo Deo ſalutem veſtram ſperare cœpi: lætitia que mihi à Sancto allata eſt, fore vt quamprimum ab æterno ſeruatore noſtro, obtingat vobis miſericordia. Emiſi vos quidem cum luctu, ac fletu, ſed Deus mihi vos cum gaudio, & lætitia in perpetuum reſtituet. Vt enim vicinæ Sion captiuitatem ve ram viderunt ita breui videbunt ſalutem veſtram allatam à Deo, quæ ſumma cum gloria, atque ſplendore ſempiterno vobis obueniet. Ferte patienter o filii iram à Deo in vos pr fectam. Vos quidem veſter inimicus perſecutus eſt. Ac breui videbitis illius interitum, & ceruicem eius conculcabitis. Delicati mei per vias aſperas abierunt, quaſi grex direptus ab inimicis abiecti ſunt. Bono animo eſtote filii: & ad Deum clamate. Nam qui hæc vobis induxit mala veſtri recordabitur. Quemadmodum enim ad declinandum à Deo intentum veſtrum habuiſtis animum, ita ad eum conuerſi decies tanto magis ipſum quærite, ita qui hæc mala vobis immiſit, is cum ſalute veſtra, perpetua iocunditate perfundet. Bono animo e o Ierusal m is enim, à quo es nominata, conſolabitur te. Miſeros homines, prædica qui vexauerunt te, quique è ruina tua perceperunt gaudium, miſeras, atque infelices ciuitates, quibus filii tui ſeruierunt, miſeram illam, quæ filios tuos accepit. Vt enim in ruina tua gauiſa eſt, & in caſu tuo lætata, ſic, in ſua ſolitudine mœrebit. Exultationem, quam capit ex ſumma frequentia, auferam illi, ad ſolitudinem reducens, & glorationē eius in luctum conuertam. Ignis enim ſuperueniet in eam ab æterno Deo ad multos dies, diuque à dæmoniis habitabitur. Circumſpice ad Orientem Ieruſalem, & intuere iucunditatem venientem tibi à Deo tuo. Ecce filii tui, quos dimiſeras ab Oriente vſque ad occaſum adueniunt congregati in verbo Sancti Dei gaudentes ob eius gloriam.

que puerorum miſerti ſunt: & abduxerunt
dilectos viduæ, & à filiis vnicam deſolaue-
runt. | Ego autem quid poſſum adiuuare 17
vos? | Qui enim adduxit ſuper vos mala, 18
ipſe vos eripiet de manibus inimicorum
veſtrorum. | Ambulate filij, ambulate: ego 19
enim derelicta ſum ſola. | Exui me ſtola 20
pacis, indui autem me ſacco obſecrationis,
& clamabo ad Altiſſimum in diebus meis.
| Animæquiores eſtote filii, & clamate ad 21
Dominum, & eripiet vos de manu princi-
pum inimicorum. | Ego enim ſperaui in 22
æternum ſalutem veſtram: & venit mihi
gaudium à Sancto ſuper miſericordia, quæ
veniet vobis ab æterno ſalutari noſtro. | Et 23
miſi enim vos cum luctu, & ploratu: redu-
cet autem vos mihi Dominus cum gaudio
& iocūditate in ſempiternum. | Sicut enim 24
viderunt vicinæ Sion captiuitatem veſtrā
à Deo, ſic videbunt & in celeritate ſalutem
veſtram à Deo, quæ ſuperueniet vobis cum
honore magno, & ſplendore æterno. | Filii 25
patienter ſuſtinete iram, quæ ſuperuenit
vobis: perſecutus eſt enim te inimicus
tuus, ſed cito videbis perditionem ipſius:
& ſuper ceruices ipſius aſcendes. | Delicati 26
mei ambulauerunt vias aſperas: ducti ſunt
enim, vt grex direptus ab inimicis | Ani- 27
mæquiores eſtote filij, & proclamate ad
Dominum: erit enim memoria veſtra ab eo,
qui duxit vos. | Sicut enim fuit ſenſus ve- 28
ſter vt erraretis à Deo: decies tantum ite-
rum conuertentes requiretis eum. | Qui 29
enim induxit vobis mala, ipſe rurſum ad-
ducet vobis ſempiternam iucunditatem
cum ſalute veſtra | Animæquior eſto Ie- 30
ruſalem, exhortatur enim te qui te nomi-
nauit. | Nocentes peribunt, qui te vexaue- 31
runt in tua ruina, punietur. | Ciuitates, qui- 32
bus ſeruierunt filij tui punientur, & quæ
accepit filios tuos. | Sicut enim gauiſa eſt 33
in tua ruina, & lætata eſt in caſu tuo, ſic
contriſtabitur in ſua deſolatione. | Et am- 34
putabitur exultatio multitudinis eius, &
gaudimoniū eius erit in luctum. | Ignis 35
enim ſuperueniet ei ab æterno in longitur-
nis diebus, & habitabitur à dæmoniis in multitudine temporis. | Circūſpice Ieruſalem ad 36
Orientem, & vide iocunditatem à Deo tibi venientem. | Eece enim veniunt filij tui. 37
quos dimiſiſti diſperſos, veniunt collecti ab Oriente vſque ad Occidentem in verbo
Sancti gaudentes in honorem Dei.

ARGVMENTVM.

DOCET in primis ſapientiam, de qua hactenus, eſſe legem Dei, ob cuius tranſgreſſionem traditi ſint Chaldæis, ad correptionem quidem, non ad interitum. Deinde inducit Ieruſalem vt matrem ſuam orbitatem, ac filiorum captiuitatem lamentantem: quos vt de ſalute confidant hortatur, quod Deus, qui punierat, eos eſſet cum lætitia reducturus. Tandem ipſam conſolatur Ieruſalem, propoſita ruina Babylonis, & læto filiorum aduentu.

COMMENTARIVS.

Theod. libri legis nomine Chriſtũ accipit.

1. HIc.] Theodoretus exiſtimat initium huius A capitis loqui de libro legis Euãgelicæ dato per vnigenitum filium Dei incarnatum, vt conſequatur ad id, quod in fine pręcedentis capitis dictũ de illo eſt. Poſt hęc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus: & probat, quia legi veteri non conuenit quod hic dicitur, lex in æternum duratura, cum illa finẽ acceperit. At lex euãgelica ſemper eſt duratura, cũ illi nulla alia ſucceſſura ſit. Verum magis ad mentẽ prophetæ, & conformius eius ſermonibus intelligunt, Hugo, Lyra, & Dionyſ. quod poſtquam excitauit Sapientiæ deſiderium ex eius precioſitate, & ſingularitate: & quod ſolus Deus eius ſit auctor: nunc vno verbo explanat quam vocauerit hucuſque ſapientiam, ſeu prudentiam, ſeu ſcientiæ diſciplinã, nempe librum legis Dei, ſeu legem ipſam, quam tulit Deus in monte Sina: quam qui tranſgreſſi ſunt perierunt, at qui ſeruarunt ſeruati ſunt: vt hinc ſcias apud Scripturam ſacram, & B apud Deũ, ſcire, & noſſe Deum, ſcientiam, ſapiẽtiã & prudentiã, de qua multa Iob, & Salomõ, eſſe obſeruantiam præceptorũ Dei, & ſcire Deo ſeruire.

Verior expoſitio liber legis lata in Sina.

Sapientia in Scriptura eſt obſeruãtia legis Dei

Deuter. 4. 5.

Vnde Moſes Deute. 4. 5. Scitis, ait, quod docuerim vos præcepta, atq; iuſtitias, ſicut mãdauit mihi dominus Deus meus: ſic facietis ea in terra, quã poſſeſſuri eſtis, & obſeruabitis, & implebitis opere. Hæc eſt enim veſtra ſapiẽtia, & intellectus coram populis. Vt audiẽtes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens, & intelligens, gẽs magna. Quod autem de veteri loquatur lege probatur, quia ad eam apprehendendã hortatur populũ Babylone captiuum, ſi redimi velit: ſiquidẽ propter eius tranſgreſſionẽ, captiui fuerant: non autẽ hortatur ad apprehendendam legẽ Euangelicã, quæ nondũ erat lata, & quam non fuerant tranſgreſſi. Nec obſtat quod C nominet eam legem æternam, cum nõ fuerit æterna: nam lex illa vetus nõ ſemel dicitur in æternum permãſura Ex. 12. 24. Cuſtodi, ait verbũ iſtud legitimũ tibi, & filiis tuis vſq; in æternum, Pſ. 104. 10. Et ſtatuit illud Iacob in præceptum, & Iſrael in teſtamentum æternum. Pſ. 110. 8. Fidelia mãdata eius confirmata in ſeculũ ſeculi: & mandauit in æternũ teſtamentum ſuũ. Et Pſ. 118. 152. Initio cognoui de teſtimoniis tuis, quia in æternũ fundaſti ea. Æternũ enim pro longiſſimo tẽpore ſolet accipi in ſcripturis, vt alias diximus: Et lex illa æterna dicta eſt, quia durauit per omnia ſecula, per quæ voluit legiſlator vt duraret: & deinde cum euangelica lege permanſit quoad moralia præcepta, & quoad eius complectionem, & perfectionem, dixit enim Chriſtus de illa Math. 5. Non veni legem ſoluere, ſed adimplere. Et Paulus ad Rom. 3. 31. legem ergo deſtruimus per fidem? abſit, ſed legem ſtatuimus.

Lex cur æterna dicatur?

Ex. 12. 24.

Pſ. 104. 10.

Pſ. 110. 8

Pſ. 118. 152.

Æternũ pro tempore longiſſimo.

Æterna fuit lex.

Mat. 5. 17.

ad Rom. 3. 31.

2. *Gloriam.*] Græca ſic habent. Ne des alteri gloriã tuam, & quæ ſunt vtilia tibi genti alienæ. Dion. per gloriã intelligit legẽ, quod ſi de euãgelica eſſet ſermo, fortaſſe vere dictũ eſſet, ne patiaris tuã ignauia, auferri à te legem euangelicã, & regnum Dei, & dari gentilibus. Tene quod habes, ne alius accipiat coronã tuam. Melius Hugo, & Lyra, indicant, ſignificari honorẽ, ac gloriam, qua ille populus pręomnibus aliis ornabatur, quod Deũ verũ haberet Deũ, eumq; coleret, obſeruando legẽ illius, quam quidem gloriã tranſgrediens legẽ, amiſit: ſimul cũ cõmodis omnibus, & priuilegiis, quibus omnibus gẽtibus præeminebat. Tunc autẽ dare dicitur gloriam ſuam alteri, & cõmoda ſua Chaldæis: cum ſua culpa meruit, vt Deus in alteram gentem illã transferret: quamuis ſua miſericordia tunc non fecit, & vt cõmoda illius, patriã, templũ, & omnes opes traderet Chaldæis, genti alienę, qui dominati ſunt eorum.

Mat. 21. 43.

Ap. 3. 11.

Gloria cũ priuilegiis ex lege aufertur eam nõ ſeruãti.

3. *Memorabilis.*] Memoriale Iſraël, legimus ex Græco, quãuis Vulg. verterit: memorabilis Iſrael, quod nõ ſit in obliuione apud Deũ, qui populum ipſum liberaturus eſt, vt exponunt Hugo, Lyra, & Dion. iuxta Græcũ autem ſignificat, in illo populo totius Iſraelis memoriã conſeruati, qui ſi defeciſſet, omnino periret: iuxta illud Iſ. 1. 9. Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles eſſemus.

Memoriale Iſrael qua

Iſ. 1. 9.

4. *Confines.*] Inducit Ieruſalem tanquam matrem, quæ ſuo ſinu, gremioq; aluerat, ac fouerat tãquam filios ciues ſuos, conquerentẽ de ſua ſorte, & de hoſtiũ crudelitate, ac ſuis filiis ſpẽ concitantẽ. Vocat autẽ vicinas, finitimaſq; ciuitates, ſibiq; olim ſubditas, vt illis comitibus ſuã conſolaretur orbitatẽ. C Et quidẽ quæcumq; ventura prophetauerat Ieremias cõpleta fuiſſe ex hac lamentatione ſatis conſtat. Vt quod adduxiſſet in eã gentẽ de longinquo, improbam, ac barbarã: vt prædictum eſt Deut. 28. 49. & Ier. 5. 15. Barbari appellantur ij, quorũ nobis ſermo eſt ignotus, vt apud Paulum 1. ad Corinth. 14. 11. Ero ei barbarus, & ipſe mihi: ſi id quod legitur, ac recitatur non intelligatur.

Ieruſalẽ cõuocat vicinas ad fletũ vt olim ad lætitiam.

Deute. 28. 49.

Ier 5. 15.

Barbari quid?

1. Corin. 14. 11.

5. *Stola.*] Depoſui, ait ſtolam pacis. Erat ſtola veſtis talaris, ac muliebris quam Paulus 1. ad Timothæum 2. 9. vocat χαταςολὴν, genus veſtis precioſę, & honorificæ mulieribus conuenientis, qua vti ſolerent in tempore pacis, hoc eſt, proſperitatis, & iocunditatis: pro qua ſumit ſaccum deprecationũ, ideſt veſtem lugubrem, quæ eſt veſtis pœnitentium, & veniam obſecrantium: quemadmodum rex Niniue Ionę 3. abiecit veſtimentum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere: & præcepit ita indui homines, & iumenta.

Habitus pœnitẽtiũ.

Paulus ad Timo. 2. 9.

Ion. 3. 6.

6. *Salutem.*] De ſalute ſpirituali, quæ obuentura A eſt per Chriſtum Seruatorem intelligunt hæc dicta Lyra, & Dionyſius: ſed verius de liberatione è captiuate Babylonica, tanquam typo redemptionis per Chriſtum: vt Theodoretus, Hugo, & ipſe quoque Lyra interpretantur: cui oon eſt difficile accommodare quæ ſequuutur.

7. *Inimicus.*] Chaldæus, vt omnes intelligunt, præter Theodoretum, qui accipit vicinos hoſtes Idumæos, Ammonitas, Moabitas: Sed Chaldæis per Perſas, Medoſque deuictis, ait inſultabis, & pede ceruicem eorum conculcabis. Nam Cyro beneuoli Iudæi, Chaldæos iam caudam factos viderunt: uiſi velis cum Theodoreto de vicinis gentibus intelligere, quæ inſultabaur populo Dei: ſed poſtea commutata ſorte ſubiecti fueruot Iudæis, B vt vaticinati ſunt Prophetæ, & præſertim Abdias: ita redempti per Chriſtum inſultant de hoſtibus ſuis ſpiritualibus, & peccatis, & ceruices eorum conculcant: iuxta illud Pſal. 90. Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leouem, & draconem.

Chaldæus in caudā factus, Iudas in caput.

Abdias. *Fidelis victor inſultat de hoſtibus.* *Pſ. 90. 13*

8. *Anima quiet.*]. Iam ſermooem conuertit propheta ad Ieruſalem, vt conſoletur, primum oſtendens vltionem ſumendam de hoſtibus, deinde reditum iocũdum, ac fęliciſſimum filiorum ſuorum è Babylone. Atque in vniuerſum inquit παρακαλέσει σε, conſolabitor te, vt legit Theodoretus, & omnes interpretantur: Vulgatus autem vertit, exhortaturque, oam, & hanc habet ſignificationem verbum παρακαλέω, vnde nomen Paraclisis, & Paraclitus: ſic Paulus 2. ad Corint. 1. eodem verbo Gręco, & nomine vſus, à Vulgato transfertur ver- C bo couſolandi, & exhortandi. Benedictus Deus, ait, & Pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui cõſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per exbortationem, qua exhortamur, & ipſi à Deo. Alij vertunt, vt in præcedentibus: per conſolatiouem, qua & nos couſolatur Deus: & ſimiliter in iis, quæ ſubſequuutur. Exhortari autem aliquẽ, vt depoſita triſtiua, ſperet meliora: quod depreſſis hoſtibus, ad priſtinum ſtatum reſtituerut, quid eſt, niſi conſolari? ita hoc loco: Exhottatur te, & conſolatur, iubens bono aſiimo eſſe.

Cõſolatio Ieruſalem. *Paracaleo cõſolor, & exhortor ſignificat* *2. Ad Cor. 1. 4*

9. *Nomen tuũ.*] Sunt qoi exiſtiment ſermonẽ bonc fieri ad Eccleſiam in illo exilio penè extinctam, ac delerã, cui in tanta calamitate, ac defotmitate nulla erar facies: at poſtquam reſtituta eſt à Deo, nouũ D nomen ab eo accepit: iuxta illud Iſa. 62. 2. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini uominauit. Itaque ſecundum hanc intelligentiam præteritum, uominauit, accipiendum eſt pro futuro. Cum tamen Theodoretus, Hugo, Lyra, & Dionyſius in ſua ſignificatione pręteriti verbum illud intelligant. Hugo exponit, qui te nominatam, illuſtrem, ac celebrem per orbem fecit: nempe Deus: eſt enim periphraſis illa Dei. Hoc licet verum ſit, quia à Deo accepit quod eſſet ciuitas iuter omnes orientales celeberrima, & glorioſa: ſed alia eſt huius formæ loquendi ſignificatio. Dionyſius exiſtimat eſſe ſermonem de nomine Ieruſalem, quod Deus illi impoſuit, & ſæpe per ſuos prophetas expreſſit. Verum aliunde illud uomen habuit. Nam primum vrbem dictam, Zedech, inde viri periti conijciunt, quod primi eius reges Melchizedech, & Adouizedech vocabantur, quaſi dicas regem iuſtitiæ, & dominum iuſtitiæ. Poſtea dicta eſt Salẽ, vt conſtat ex Pſ. 75. Et factus eſt in Salẽ locus eius, & habitatio eius in Sion. Salem autem pacem ſignificat, nam per Chriſtum in ea vrbe iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt. Deinde vocata eſt Ieruſalem, ex coniunctione duorum vocabulorum. Nam cũ Abraham filium ſactificaturus Gen. 22. nomẽ loco dediſſet Adoui Iereh, dominus prouidebit. Ex verbo Iereh, & antiquo Salem, formatum eſt nomen Ieruſalem, ideſt, prouidebit, aut videbit pacẽ. Aut ſi mauis cum eruditis aliis, à Iebuſæis terrifico nomine vocitatam Ieruſalem, à ירו vel ירא Ieru, & Salem, quod eſt, timete Salem, vt vel ipſo nomine vicinis vrbibus timorem incuterent. Hoc ergo nomine non uominauit vrbem illam Deus, ac proinde non loquitur de ea uominatione propheta. Theodoretus melius videtur intelligere de ea nominatione, frequenti in prophetis, qua dici ſolet, vrbs, ſuper quam iuuocatum eſt nomen domini, hoc eſt, quæ domini eſſe vocatur: nã quemadmodum templum dictum eſt, domus, ſuper quã nomen domini inuocatum eſt, quia dicebatur domus Iehouah, ita vrbs vocabatur, vrbs Iehouah ciuitas ſancti, Iſaiæ 52. 2. ciuitas Dei: Iob. 13. 11. vnde 2. Reg. 11. 13. 36. & ſæpe alias dicitur, Ieruſalem, quam elegi, vt maneat nomeu meũ ibi. & 4. Reg. 21. 4. de Manaſſe dicitur, quod extruxit aras in domo domini, de qua dixit dominos, io Ieruſalem ponam nomen meum. Ideò Ieremias cap. 3. 17. dixit vocabunt Ieruſalem ſolium domini: & boc propter templum domini in ea vrbe ædificatum. Dominus ergo, cuius templum erat in Ieruſalem, C & vnde ipſa, & uomen glorioſum, & celeberrimũ accepit, vt vocaretur ciuitas domini, & ſancti, cõſolatur modo eam.

Ieruſalē à Deo nominata. *Iſ. 62. 2.* *Ieruſalē vnde nomen habuit.* *Zedech.* *Salem.* *Pſ. 75. 3* *Ieruſalē* *Gen. 22* *A Iebuſæis vocata.* *Theod.* *Ieruſalē nominata ciuitas Dei:* *Iſ. 52. 2.* *Iob 13. 11.* *2. Reg. 11.* *4. Reg. 21. 4.* *Ier. 3. 17*

10. *Ignis.*] Igne combuſtam Babylonẽ per Medos, & Perſas, & iu ſolitudinem redactam, relictã fuiſſe auibus feralibus, & beſtiis ſoliuagis in domiciliũ, Iſaias prædixerat cap. 13. 19. & Ier. cap. 50. 39. & 40. Propterea ait, habitabunt dracones, cum fatuis ſicariis, & habitabuot in ea ſtruthioues. Sicut ſubuertit dominus Sodomam, & Gomorrham, & vicinas eius, ait dominus: non babitabit ibi vir, & non incolet eam filius bomiuis. Vbi uomen Hebræum ציים quod dæmonia ſolet vertere Vulgatus, per metaphoram, quod bomines terreant, explicuimus: ſic eadem ipſa pœna deſtructa eſt, qua Ieruſalem ipſa deuaſtauerat.

Babylon igne cõbuſta. *Iſ. 13. 19* *Ier. 50. 39.*

11. *Orientem.*] Hypotypoſis eſt, qua res futura quaſi D præſens ante oculos ponitur ad maiorem confirmationem, vt fecit Iſ. cap. 60. 4. cum dixit: Attolle oculos tuos per circuitum, & vide, omnes iſti congregati venient tibi. Iubetur autem circũſpicere ad Oriẽtem, quoniam ex Perſia, & Media, per Cyrum venit libertas filiorum, & gaudium matri Ieruſalem, quoniam ad Orientem erant illi, vt oſtendimus ſuper Ierem. 50. cap. num. 4. vel etiam ſi intelligamus Babylonem, quæ à Septentrione erat, nihilominus erat verſus Orientem. Et loquitur de filiis è captiuitate liberis redeuntibus, iuxta verbũ Sancti: hoc eſt iuxta promiſſioues factas per prophetas Iſaiam, Ieremiam, & alios, de fœlici, lætoq; reditu poſt ſeptuaginta annos: ita Theodoretus cum ceteris interpretibus de hac hilaritate matris pro filiorum libertate è captiuitate Babylonica, hunc locum intelligit.

Hypotypoſis futura fœlicitatis. *Iſ. 60. 4* *Perſia et Media orientales Iudæa.* *Ier. 50.* *Theod.*

PROPHETIA BARVCH.

CAPVT QVINTVM.

1 EXVE te Ieruſalem ſtola luctus, & vexationis tuæ: & indue te decore, & honore eius, quæ à Deo tibi eſt,
2 ſempiternæ gloriæ. | Circundabit te Deus diploide iuſtitiæ, & im-
3 ponet mitram capiti honoris æterni | Deus enim oſtendet ſplendorem ſuum in te om-
4 ni, qui ſub cœlo eſt. | Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum:
5 Pax iuſtitiæ, & honor pietatis. | Exurge Ieruſalem, & ſta in excelſo: & circunſpice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente Sole vſque ad Occidentem, in verbo Sancti gaudentes Dei memoria.
6 | Exierunt enim à te * pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos dominus ad te portatos in honore ſicut filios regni.
7 | Conſtituit enim Deus humiliare omnem montem excelſum, & rupes perennes, & conualles replere in æqualitatem terræ: vt ambulet Iſrael diligenter in honorem Dei.
8 | Obumbrauerunt autem, & * ſyluæ, & omne lignum ſuauitatis Iſrael ex mandato
9 Dei. | Adducet enim Deus Iſrael cum iucunditate in lumine maieſtatis ſuæ, cum miſericordia, & iuſtitia, quæ eſt ex ipſo.

PARAPHRASIS.

1 *EXVE habitum lugentis, & afflictæ, o Ieruſalem, & gloriæ ſempiternæ, quam Deus tribuit tibi, decorem indue. Veſtire diploide diuinæ iuſtitiæ, qua vltus te es de hoſtibus tuis. Et capiti tuo mitram imponens honorificam, qua Deus æternus te voluit ornare. Deus enim ſplendorem tuum omni nationi, quæ ſub cœlo eſt, declarabit. Nam ſempiternum hoc à Deo tibi nomen imponetur, Pax iuſtitiæ, & gloria pietatis. Exurge Ieruſalem, & in edito conſiſte loco, vnde ad Orientem reſpiciens, videas filios tuos collectos ab ortu Solis vſque ad occaſum: verbo completo Dei, memoriaque Sancti exultabundos. Nam qui abs te, * pedibus ducti ab hoſtibus egreſſi ſunt. eos Deus cum gloria, dignitateque euectos, quaſi regios filios ad te reducet. * Conſtituit enim Deus, ne quid obſtet redeuntibus, montes deprimere, ſcopuloſque perennes, & valles complere ad terram æquandam, vt tuto Iſrael Dei gloriæ protectus iter ſuum conficiat. Syluæ quoque, & arbores odorem ſuauiſſimum ſpirantes, ſuam Iſraeli Dei iuſſu vmbram præbebunt. * Deducet enim Deus Iſraelem cum lætitia, lumine gloriæ ſuæ; cum miſericordia, & ea iuſtitia, quæ ab eo profecta erga populum ſuum cognoſcitur.*

ARGVMENTVM.

IVBET Ieruſalem veſtis mutatione lætitiam ſuam oſtendere, propter certum, iocundiſſimumque reditum filiorum è captiuitate Babylonica, Deo præeunte, ac rebus omnibus in via illis collætantibus.

COMMENTARIVS.

Quæſtio de ſenſu huius capitis. De Eccleſia Chriſti 1. expoſ. Verior expoſit. Theod.

DVAIVM autem eſt virum, quæ hoc capite A dicuntur iuxta literam conueniant reditui populi è Babylone: an potius reditui è captiuitate peccati ad libertatem gratiæ Euangelicæ? Nam Hugo, Lyra, & Dionyſius de lætitia iocunda Eccleſiæ filios Chriſti ſanguine redemptos ſuſcipientis exponunt. Cum quæ hic promittuntur excellentiora ſint, quam vt Ieruſalem terrenæ ſuns filios redeuntes è Babylone excipienti, poſſint conuenire. Nihilominus Theodoreto placet, & Hugoni, qood duo alij non abnouunt, promitti lætum, ac felicem reditum populi è captiuitate Babylonica, tanquam typom fœliciſſimi, ac iocundiſſimi filiorum Eccleſiæ, Chriſti libertate redeuntium è captiuitate Satanæ. Nam quod ſublimioribus verbis illum deſcribat poëticæ triboendum eſt, quæ internam liberorum lætitiam, quam ex libertate accepturi videbantur: externa circuitiooe verborum, & confiicta montium, ſcopolorum, ſyluarum, arborumque illis arridentium lætitia, & ad gaudentium exultatiooe, ſignificauit: quemadmodum prophetis eſt conſuetom. Quo enim triſtes conſolantur, & afflictis afferant tranquillitatem, molta vndique coaceruant, quæ ad eam tem conferre poſſiut: vt in Pſal. 113. Videmus qoam inſignibus tropis depinxerit Dauid lætitiã populi exeoutis ex Ægypto, & timorem, quo depreſſi hoſtes, illis iter præbierunt. Ita modo lætitiam redeuntium è Babylooe oſteodit primom è veſtium mutatione, deinde è noui nooiinis impoſitione. Tertio ex modo redeundi; quarto ex viæ facili tranſitu oemine impediẽte. Tum etiam ex voloptate itineris, arboribos odoriferis vmbram præbentibus: denique, quod ceterorum fons eſt, è Deo glorioſo præeunte. Quæquidem omnia melius, ac perfectius completa ſunt in filiorum ad Eccleſiam redeuntium lætitia, & via facili Chriſti exemplo, & miſeratione reddita.

Prophetarum mos. Pſ. 113. Lætitia ad terruſalẽ redeuntiũ deſcriptio.

Veſtis pro temporum varietate diuerſa.

1. *Exue.*] In præcedenti capite, verſu 20. indoxit Propheta Ieruſalem exuram veſtem iocunditatis, & pacis, induiſſe ſaccum pœnitentis, & veniam deprecaotis: nunc veſtitus lugubris in iocundum mutatione oſtendit ex triſti in meliorem, & optabiliorem conditionem mutationem. Siquidem pro dioerſa temporum conditione triſtioribus, aot lætioribus veſtibus vtebantur. Ita Iſaiæ 61. 3. dicitur vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis D coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis, pro ſpiritu mœrotis. Et Iudith cap. 10. Abſtulit à ſe ciliciom, & exuit ſe veſtimentis vidoitatis ſuę, & lauit corpus ſuum, & vnxit ſe myro optimo, & diſcriminauit crinem capitis ſui, & impoſoit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimeotis iocooditatis ſuæ. Similiter exhortatur Ieruſalem, vt depoſito veſtitu lugubri, qoem induerat facta quaſi vidua domina gentium in tempote afflictiſſimo, nempe ſacco, ſeu cilicio remoto, & atra veſte, vt Thetis apud Homerum lib. 18. Iooem aditura, cum Achillem filium breui ad Troiam periturum deploraret, ſeſe velo nigerrimo operuit: decoram veſtem, & glorioſam, qualem Deus illi daturus erat, indoeret. Explicatius autem tradit genus veſtis, qood ſignificat hanc cõmutationem, nempe diploidem ioſtitiæ, & mitrã honoris: Et licet Theod. potet iuberi induere habitum ſacerdotalẽ, nempe diploidẽ, ſeu chlamidẽ: & mitram, ſeu cidarim in qua erat inſcriptum nomen Dei ineffabile Iehouah; qoo indicatur reſtitutio templi, ac rẹligionis, & diuini cultus: melius tamen, & mulieri, qualis fingitur Ieruſalem, accõmodatius, ceteri intelligunt de veſte iocunda, & precioſa, quam feſtiuo tẽpore fœminę induebant, in ſignum lętitię, & proſperitatis. Et quidẽ diplois veſtimentum ſignificat duplex, hoc eſt, pelle, aut panno infertũ, quod Hebraicè eſt מְעִיל Meil, paliũ aut tunica, ſuprema veſtis. In Pſ. enim 108. 29. Hebræum illud LXX. diploida verterunt, dicentes, & operiantur ſicut diploide confuſione ſua. Et tamẽ de Thamar filia Dauidis 2. Reg. 13. 16. dicitur. Quæ B induta erat talari tunica: huiuſcemodi enim filiæ regis virgines meilim veſtibus vtebantur, vel paliis: erat enim ſupremum tegumentũ: de quo ait, quod ſciſſa talari tunica, ibat ingrediẽs, & clamãs. Huioſmodi ergo diploide, tunica talari, ſeu palio muliebri iubet indui Ieruſalem. Vocat autem diploidem, ſeu palium iuſtitiæ, hoc eſt iuſtum, qood Deus miſericors iuſto ſupplicio afficiẽs inimicos, & oppreſſores Ieruſalem, pro ſua miſericordia compenſet gloria dedecus, & triſtitiam hilaritate, & miſeram captiuitatem iocunda libertate.

Iſ. 61. 3. Iud 10. 2. Homer. Theod. Diplois quæ veſtis. Pſ. 108. 29. 2. Reg. 13. 16.

Mitra ornamentum eſt capitis muliebre, ex qua faſciolæ dependebant, quod ſe ablaturũ à filiabus Sion comminatus eſt Deus Iſ. 3. 20. cũ dicit: In die illa auferet dominus ornamentũ calceamentorũ, C torques, armillas, & mitras. Huiuſmodi mitrã Iudith impoſuit ſuper caput ſuũ, vt diximus. Eſſe autem capitis ornamentum, & Varro docet lib. 1. de lingua Latina, & Plinius lib. 35. cap. 9. cũ ait: Capita mulierum mitris verſicoloribus operuit. Et Virg. lib. 9. Æneid. Et tonicę manicas, & habent redimicula mitræ. Vbi Seruius Pilea ſunt virorum, mitræ fœminarum, quas calanticas dicunt, quæ ſunt tegmen muliebre, quod capiti innectitur, iuxta illud Tulij in Clodium: Tunc cum vincirentur pedes faſcijs, cum calãtica capiti accõmodares. Iubetur Ieruſalem imponere ſuo capiti mitrã gloriæ ęternæ, hoc eſt, mitram glorioſam, quæ eam oſtendat æterna gloria affectam: qoam illi contulit Deus, pro corona capitis eius, quæ ceciderat, vt dictũ eſt cap. 5. Thren. propterea addit, Deom oſtenſurum ſplendorem ſuũ, & potentiam in Ieruſalem, omni D nationi, quæ ſub cęlo eſt. Quod quã excellẽtius in eccleſia, Chriſti meritis, de faucib⁹ herebi erepta, impletũ ſit, quiſq; ſecũ poteſt melius perpendere.

Mitra. Iſ. 3. 20. Varro Plinius. Virgil. Tullius Thr. 5. 16

2. *Nominabitur.*] De⁹ inquit, efficiet, vt sãta pacis pace, tãta religionis pietate, vt omnes perpetuo, te hoc nomine cõpellent admirãtes. pax iuſtitię, hoc eſt, abondans incolumitate, & ſalute, Dei miſericordia vindicata de hoſtibus, & reſtituta: & honor, ſeu gloria pietatis, qoia Dei cultu, religione, ac pietate celeberrima eris, & apud omnes glorioſa. Hęc promiſſio, quoniã excelſior eſt, quã vt Ieroſalẽ poſt reditũ è Babylone poſſit cõuenire: cum nec tãta pace, nec tãta religione exculta fuerit, quanta hic promittitur in ſẽpiternũ futura, Theod. Hugo, Lyra & Dion. cogũtur exiſtimare hãc promiſſionẽ Eccleſię Chriſti factã, & in ea impletã: vt breuiter expreſſit Zacharias Luc. 1. 74. vt redempti de mano inimicorum, ſine timore ſeruiamus ei, in ſanctitate, & iuſtitia corã ipſo omnibus diebus noſtris.

Theod. Fœlicitas Eccleſiæ promittitur.

Ad hoc enim iuſtè ſumus liberati: vt piè Deum colamus: & quidem non eſt ignorandum, quod alio in loco verum eſſe comprobauimus, Deum dum fœlicitatem promiſerit, & pacem, & inſignia bona Ieruſalem poſt reditum è Babylone, ideo ea ſumma, & excellentia promittere, quod reſpiciat tempus totum à reditu vſque ad Chriſti aduentum. Nam quemadmodum multa completa ſunt, per Machabæos, duces inſignes, ita omnia completa ſont per Chriſtum ſummum Imperatorem, qui paulò poſt Machabæos, pacem, & pietatem auxit vrbis Ieruſalem, ſummo iure partam, & ex iuſtitia, qua de hoſtibus triumphauit: de qua Iſaias cap. 32.17. Et erit opus iuſtitiæ, pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum: & honor impenderur pietati: cum colentes Deum honore, & gloria afficientur: nam in memoria æterna erit iuſtus Pſalm. 111. & memoria iuſti cum laudibus Prouerb. 10. ita honorificata Ieruſalem ſplenduit, auctore Deo omni nationi, quæ ſub cœlo eſt, cum aduentu Spiritus ſancti illuſtrata, & inflāmata per Apoſtolos loquebatur magnalia Dei.

Chriſtus cumulatiſſime promiſſa expleuit

Iſ. 32.7.

Pſal. 111. 7

Pro. 10. 7.

3. *Exurge.*] Effert animum Ieruſalem, vt attendat ad filios ſuos redeuntes ex Oriente, & eos, qui è variis regionibus, ad quas aufugerant illis accedebant, in Dei verbo, quia freti promiſſionibus Ieremiæ, & aliorum prophetarum veniebant, ſumma affecti lætitia, ſummi Dei memoria, eius gratiæ, ac miſericordiæ memores. Sic exponunt Theodoretus, & Hugo. Sed Lyra, & Dionyſius de Chriſti exponunt Eccleſia, quæ ſummo afficitur gaudio videns multitudinem filiorum ad ſe in Dei verbo redeuntium, iam eius memoria imbutorum. Videtur autem hæc excitatio ſumpta ex Iſaia capite 52. Conſurge, conſurge induere fortitudine tua Sion: induere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem, ciuitas ſancti excutere de puluere. conſurge, ſede Ieruſalem, ſolue vincula colli tui captiua filia Sion.

Eccleſiæ gaudium. e. pluer. rel ſtructione.

Theod.

Iſ. 52.4.

4. *Pedibus.*] Hac antitheſi ex collatione calamitoſæ migrationis cum glorioſa reuerſione, oſtendit diſſimilem conditionem, & fortunam populi. Vnde qui pedites erant, portabuntur in equis, & curribus iuxta illud Iſaiæ 66.20. Et adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus donum domino, in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem ſanctum meum Ieruſalem. Hoc enim eſt, quod dicit, portandos quaſi filios regum: quod an ſit impletum. Theodoretus exiſtimat hoc dictum propter honorem, & gloriam, qua affecti à Cyro redierunt. Ceteri de Angelorum euectione, & portatione fidelium ad cœleſte regnum intelligunt. Sed aliqua ex parte impletum in redeuntibus è Babylone oſtendit beneuolentia, & liberalitas, qua eo proſecuti ſunt Cyrus, & Darius reges Perſarum, qui vt legimus 1. Eſdræ 1. 4. & 6. iuſſerunt eos adiuuari argento, auro, & ſubſtantia, & pecoribus. Et capite 7.15. Conceſſit ſumere argentum, & aurum, quod inueniſſent in vniuerſa prouincia Babylonis quin cap. 2. 66. refertur numerus equorum, mulorum, camelorum, & aſinorum, quibus vehebantur. qui perueniebat ad 8136. Et 3. Eſdræ c. 2. dicitur: Et Darius rex miſit vna cum eis equites mille. donec deducerent eos in Ieruſalem cum pace, & cum muſicis, & cum tympanis, & tibiis, & omnes fratres erant ludentes, & fecit eos aſcendere ſimul cum eis: quæ confirmat Ioſeph. lib. Antiq. 11. cap. 4.

Iſa 66. 20.

Theod

Iocūdus reditus è Babylone Cyrus Darius.

1. Eſdra 1. 4.

Ibi. 57. 15.

Ibidem. c. 2. 66

3. Eſdra. 3. 2.

Ioſeph.

Nam audito nuncio primum gratias egerunt Deo pro reddita ſibi patria. Deinde ad epulas, & comporationes verſi, per huiuſmodi hilaritates continuos ſeptem dies exegerunt, ob receptam patriam, ceu natalitiam feſtiuitatem denuò celebrantes. Deinde duces Ieroſolymitanæ profectionis ex ſua quemque tribu elegerunt, comparantis, & iumentis, quæ vxores, ac liberos veherent: Deducentibuſque quos Darius ad hoc ipſum miſerat, genialiter viam emetiebantur hilares, perſonantibus omnia tibiis, & cymbalis perſtrepentibus, proſequente per luſum, ac lætitiam, & reliqua Iudæorum multitudine. Ecce qua lætitia quaſi filij regij ab equitibus regum deducebantur redeuntes: omnibus è via ſublatis impedimentis, vt ſequentibus allegoriis propheta prænunciat. Quod ſi hæc in typo cum illo populo facta, in ſpirituali reditu ſpiritualiter facta in fidelibus conſideremus: deducentes Angelos Dei, pro equitibus Darij inueniemus, cum lætitia, & gaudio inenarrabili, via difficili è Babylone in cœleſtem Ieruſalem, ſed ita ad æqualitatem plana, vt montes, & valles, ac æterni ſcopuli illis conſiderent, ac ſeſe demitterent, vt tutum, ac planum iter haberent.

Via ad æternā Ieruſalē iocūda.

5. *Conſtituit.*] Iocunda allegoria, aſperitatem, ac difficultatem itineris, quæ intercludere poſſet reditum populi, & dubium, perplexumque reddere, oſtendit Deum temperaturum, omniaque impedimenta ſublaturum, & quæ aſpera eſſe videbantur ita commutaturum, vt ad eorum iter plana, & expedita, & accommodata forent. Huic ſimili forma loquendi hanc itineris commoditatem, ſummamque facilitatem ſolet ſcriptura explicare, vt Numer. 21.15. de filiis Iſrael caſtrametantibus è regione Arnon, ex libro bellorum domini dictum eſt. Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati ſunt, vt requieſcerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum. Et Iſa. cap. 40.3. ſic concinit: Parate viam domino, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri: omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Sumpta enim occaſione ex difficultate intermediæ ſolitudinis, qua ducendi erant captiui Babylonem poſteri Ezechiæ, de quo cap. 39. dixerat: conſolatur Ieruſalem promittens facilem viam ad Chriſtum ex gentibus. Ita ergo modo promittit ſe montes, & ſcopulos perennes, qui longo tractu prominent, deprimere, & demiſſas valles cōplere, & extollere, vt terra in planiciem exæquetur: nam montium altitudo, & vallium depreſſio inæqualem, & præruptam terram faciunt. Hæc autem viæ ſecuritas, & difficultatis remotio ob id fiet, vt Iſrael iter conficiat tuto, hoc eſt, ſine vllo periculo, ad Dei gloriam, vt Dei gloria manifeſtetur, qui tam facilem, ac tutam viam ſuo populo præbuerit. Et quidem Hugo ambigit. Verum re ipſa hęc montiū, ſcopulorumq; demiſſio ad populi gratiam facta ſit: cū ita populo Iſraelitico ex Ægypto venienti, ſeſe ſcopuli demiſerint in torrētibus Arnon? Sed abſq; certo teſtimonio hoc affirmare nō eſt neceſſe: allegoria enim eſt, & ſub ea rem ſignificatā conſiderare docemur. Eā autē rectè explicat Theodoretus: omnem, inquiēs, aſperitatem repreſſit: Diſſoluit Babylonios, qui videbantur eſſe ſimiles montibus excelſis: eos autem, qui ſub iugo illorū tenebantur, & humilibus vallibus ſimiles erant, ſurſum oculos erigere fecit. Nobis ergo ſecuritas reditus vndecūq; parata eſt.

Via difficultas remouenda.

Num. 21. 15.

Iſ 40.3.

Iſ. 39.

Theod.

Poſſumus & intelligere, opera, ac iuſſo regum Perſarum ita repreſſos omnes Iudæorum hoſtes, qui obuij erant in via, vt qui montium inſtar, aut ſcopulorum ſeſe obijciebant, & qui per inſidias quaſi præruptam terram, & foueam, vt impingerent ſe ſummittebant: omnes ſuos conatus reprimerent: & licet inuiti, ſuis opibus, & auxiliis hilariter in patriam dedocerent: nam ita repreſſos fuiſſe hoſtes Iudæorum, qui viam, ac opera eorum impediebāt, legimus in Eſdra. Quid igitur vt ſuis fidelibus iter tutum præberet obuios montes, hoc eſt, potentes demitteret: ſcopulos perennes, diuites perennitatis amatores deijceret, & foueas peccantiū illis obiectas, terra compleret, ne quod illis in patriam cœleſtem proficiſcentibus impedimentum obijcerent, vt fecit cum populo ſuo per ſolitudinem pergenti, cum hoſtes omnes obuios illi ſubiecit.

1. Eſd. 6. *Iter tutū Deus ſuis parat.*

6. *Syluæ.*] Non contentus tam beneuola pollicitatione Deus, qua facilitatem, ſecuritatemque itineris pollicitus eſt redeuntibus è captiuitate Babylonica, addit & aliam contra incōmodum, quod pati poſſent ex ſolis ardore: nec tantum proſpicit de neceſſariis, ſed etiam de iis, quæ ad delitias faciunt. Quemadmodum enim olim populo progredienti in Palæſtinam nubes opaca aduerſus Solis ardorem vmbram efficiebat, ita hic pollicetur ſyluas, & arbores eandem itineris commoditatem è Babylone redeūtibus præbituras: ait ergo obumbrauerunt autem & ſyluæ, & omne lignum fragrātiæ Iſraeli mandato Dei: quidam codices, vt Complurenſis legunt ἐσκίρτησαν exultauerunt, ſyluæ, arboreſque, vt alludatur ad exitum Iſrael de Ægypto, quando vt dicitur Pſal. 113. 4. Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium, ad ſignificandam lætitiam pergentium. Sic modo ait, ſyluas, & arbores odoriferas oſtenſuras gaudium ſuum populo redeūti: quem ſenſum indicat Theodoretus dum legit, Syluæ condenſæ, & vmbroſæ, atque omne lignum ceſſit in odorem ſuauem Iſraeli. Sed communior lectio, ἐσκίασαν obumbrarunt, quam ſequitur Vulgatus, commodior eſt ad ſignificandum non defuiſſe, vmbram redeuntibus è Babylone, pro vmbra nubis protegentis olim Iſraelem per deſertū progredientē. Ponitorq; præteritū pro futuro, ob certitudinem, & lignum pro arbore, more Hebræo. Significat vero hac ſyluarū, arborumq; odoratarum obumbratione futura: opera, ac patrocinium gentium, quæ Dei iuſſu, per edicta regum, populum hilariter deducebant. Nam, vt ait Theodoretus, ſyluas figurate vocat gentes interiacentes quæ non ferebant Deo fructum pietatis: Iſraelem tamen redeuntem cum omni obſequio honorificè proſequutæ ſunt. Et ſanè cum diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum, ſicut ſyluæ arborum infructuoſarum, turbæ infidelium, & improborum, obumbrant Iſraelem contra æſtum vitiorum, ne ſe extollat dum proſpere pergit in virtutis via. Nam ad hoc datus eſt Paulo Angelus Sathanæ: & iuſtis quibuſque ſui carnifices interni, & externi, vt ſub illis contineantur in officio. Ita arbores fragrantiæ, & virtutibus odorificæ, nempe iuſtorum turbæ, obumbrant quoque Iſraelem ſuis exemplis, & exhortationibus, vt celerius pergat, & ne offendat in via, Deo à dextris, & à ſiniſtris exiſtente, ne vllo modo commoueatur.

Deus delitias prouidet redeuntibus Ieruſalē. *Pſ. 113. 4.* *Theod.* *Ex. 13. 21.* *Theod.* *Ad Rom. 8. 28.* *Probi, & improbi obūbrāt in via virtutis.* *2 ad Co. 12. 7.* *Pſ. 15. 8.*

7. *Adducet.*] Cauſam omnium horum bonorum oſtēdit, Deum ducem Iſraelis: nam ſicut olim fuit illis in velamento diei, & in loco ſtellarum per noctem: ita præter obumbrationem prædictam contra Solis æſtum per diem: quoc ad noctem pollicetur lumen gloriæ ſuæ, quo illuminati pergere cum lætitia poſſent: cum enim redeuntium corda ſumma Deus perfundet lætitia: oculi hilares redditi clarius videbunt: & iocundius iter ſuum conficient: nam Deo duce omnia leuia, & facilia: & ſicut egredientibus ex Ægypto Iſraelitis Moſes obſecrauit Deum, vt ipſe præcederet in via, alioqui non profecturis, & ipſe promiſit ducatum præſtiturum, vt præſtitit: eundem ducatum hic ſe præſtiturum promittit. Cum miſericordia, & iuſtitia, quæ ab ipſo. Miſericordia vſus eſt erga populum, iuſtitia vero contra Babylonios, & ceteros hoſtes, vt notant Theodoretus, & Hugo. Illi enim peccantes per caſtigationem emolumentum adepti ſunt, hos vero victoria reddidit dementiores, & magis impios: quare hi iuſte puniti: illi miſericorditer liberati: quo factum eſt, vt cognoſcant omnes à Deo vtrumque proficiſci, & miſericordiam liberalem, & iuſtam punitionem. Ita enim fiet tandem, cum iter ſuum iuſti confecerint ſub lumine, & ducatu Dei glorioſi: vt in extremo iudicio cognoſcatur, quam miſericorditer iuſtos liberauerit, & quam iuſtè improbos, qui illis erant impedimento in via, in infernum detruſerit perpetuo cruciandos. Nos vero ſupplicemos Deo vniuerſorum, vt è captiuitate dura peccatorum liberatos, ita nos ducat, noſtræ peregrinationis dux, & imperator, vt lumine vultus ſui intermedio pergentes non declinemus ad dexteram, vel ſiniſtram, ſed incedamus via regia, quæ ducit ad vitam, Amen.

Deus dux via Sap. 10. 17. *Ex. 33. 15* *Deus dux cū miſericordia, & iuſtitia.* *Theod.* *In die iudicii via iuſtorum, & improborū patebit.*

PRO-

PROPHETIÆ BARVCH

CAPVT SEXTVM.

[1] *Exemplar epiſtolæ, quam miſit Ieremias ad [2] abducendos captiuos in Babyloniam, à Rege Babyloniorum, vt annunciaret illis ſecundum quod præceptum eſt illi à Deo.*

1 PROPTER peccata, quæ peccaſtis ante Deum abducemini in Babyloniam captiui a Nabuchodonoſor rege Babylo-
2 niorum. ‖ Ingreſſi itaq; in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis vſque ad generationes [1] ſeptem: Poſt hoc autẽ educam vos inde cum
3 pace. ‖ Nunc autem videbitis in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, oſtentantes me-
4 tum Gentibus. ‖ Videte ergo ne, & vos ſimiles efficiamini factis alienis, & metuatis, &
5 metus vos capiat in ipſis. ‖ Viſa itaq; turba de retro, & ab ante, adorantes, dicite in cordibus veſtris: Te oportet adorari domine.
6 ‖ [1] Angelus enim meus vobiſcum eſt: ipſe
7 autem exquiram animas veſtras. ‖ Nam lingua ipſorum polita à fabro, ipſa etiam inaurata, & inargentata falſa ſunt, & non poſſunt
8 loqui. ‖ Et ſicut virgini amanti ornamenta:
9 ita accepto auro fabricati ſunt. ‖ Coronas certe aureas habent ſuper capita ſua Dij illorum. vnde ſubtrahunt ſacerdotes ab eis aurum, & argentum, & erogant illud in ſe-
10 metipſos. ‖ Dant autem & ex ipſo proſtitutis, & meretrices ornant: & iterum cum receperint illud à meretricibus, ornant Deos
11 ſuos. ‖ Hi autem non liberantur ab ærugine
12 & tinea. ‖ Opertis autem illis veſte purpurea, extergunt faciem ipſorum propter puluerem domus, qui eſt plurimus inter eos.
13 ‖ Sceptrum autem habet, vt homo, ſicut iudex regionis, qui in ſe peccantem non inter-
14 ficit. ‖ Habet etiam in manu gladium, & ſecurim, ſe autem de bello, & à latronibus non liberat. Vnde vobis notum ſit, quia
15 non ſunt Dij. ‖ Non ergo timueritis eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile
16 efficitur, tales ſunt & Dij illorum: ‖ Conſtitutis illis in domo, oculi eorum pleni ſunt
17 puluere à pedibus introeuntium. ‖ Et ſicut alicui, qui regem offendit circumſeptæ ſunt ianuæ: aut ſicut ad ſepulchrum adductum

PARAPHRASIS.

[1] Exemplum epiſtolæ, quam miſit Ieremias ad captiuos Babylonem, [2] abducendos à Rege Babyloniorum, in qua ipſis exponeret, quæ à Deo habuit mandata.

PROPTER peccata quæ in Deum commiſiſtis captiui Babylonem abducemini à Nabuchodonoſore Babyloniorum rege. Ingreſſi itaque Babylonem, eritis ibi per multos annos, & per longum tempus, vſque ad annos [1] ſeptuaginta: poſt quos inde cum pace vos educam. Interim Babylone videbitis Deos aureos, argenteos, ac ligneos in humeris geſtari, metum gentibus incutientes. Cauete igitur ne & vos conformantes ad eorum ſuperſtitiones, eis ſimiles efficiamini, & metus deorum illorum vos inceſſat. Cum ergo videbitis turbam à fronte, & à tergo eos adorantem, intra vos ipſos mente dicite. Te oportet, O domine, adorare. Nam Angelus quidem meus vobiſcum eſt, & ego ipſe vindex ero illarum vobis iniuriarum. Nam lingua illorum à fabro polita eſt, ipſa vero & ſi inaurata & inargentata, falſa ſunt, nec loqui poſſunt: & tanquam virgini ornatum adamanti, atque affectanti, vndecunque ornamenta conquiruntur: ita auro accepto illis ornatum aſciſcunt, coronaſque conficiunt, quas eorum capitibus imponant, euenit autem aliquando, vt ſacerdotes aurum & argentum, ex ipſis ablatum, in ſemetipſos conſumant, quin etiam dabunt ex illis meretricibus, quas intra domeſticos habent parietes. Rurſuſque cum receperint illud ex meretricibus, ornant eos tanquam homines indumentis. Et ne ab ærugine quidem vindicare ſe poſſunt, aut tinea: quamuis purpureo ſint amicti veſtimento, & eorum faciem extergant propter puluerem, qui è domo copioſus ſuper eos excitatur. Et hic quidem ſceptrum habet in manu, vt quidam regionis iudex, qui in ſe peccantem nequit interficere: ille alius pugionem in dextera gerit, aut ſecurim qua ſe à bello, aut latronibus eripere non poteſt. Quibus ex rebus facile intelligitur illos non eſſe Deos. Quare non eſt quod eos metuatis. Sicut enim vas hominis confractum inutile redditur, tales ſunt & iſtorum Dij: quorum in ædibus collocatorum oculi pleni ſunt puluere pedibus ingredientium excitato. Et [2] ſicut cuipiam, qui regem iniuria affecit atria circumcludi ſolent: aut ſicut mortuo ad ſepulchrum adducto, ita ſacerdotes ædes eorum oſtijs muniunt,

clauſtris, ac vectibus ne à latronibus expolientur. Lucernas eis accendunt, & quidem plures quam ſibi ipſis, quarum nullam videre queant, quippe qui inſtar trabis ſunt in domo. Corda eorum aiunt elingi à natis è terra ſerpentibus, à quibus cum veſtimentis ſuis exeduntur, nec tamen ſentiunt. Facies eorum nigreſcunt fumo in ædibus orto. Super corpus illorum, & caput aduolant noctuæ, atque hirundines, ceteræque aues: eodemque aditum etiam feles habent. Vnde ſciatis Deos non eſſe, quamobrem ne eos metuatis. Neque vero auro quod circumpoſitum eſt ad pulchritudinem, ac ſpeciem, niſi quis æruginem abſterſerit, vnquam fulgebunt. Neque enim tunc cum conflarentur, vllum ſenſum habebant, haud dubium quin & in progreſſu ſine ſenſu ſint. Ex omni pretio ſunt empti, in quibus nullus ineſt ſpiritus. Inopia pedum ad ingrediendum ipſorum, hominum humeris geſtantur ſuam ipſorum ignominiam ſignificantes. Erubeſcere etiam oportet talium cultores cum nunquam ſi aliquis eorum ceciderit, ſurgere queat, aut ſi quis rectum ſtatuerit per ſeipſum ſtare, aut ſi inclinatus ſeipſum poſſit erigere. Sed ſicut mortuis humeris illis ſupponuntur. Hoſtiis illorum venditis abutuntur ſacerdotes, ſimiliter quoque mulieres ex iiſdem in penum condentes, reponenteſque, nihil vel inopi, vel infirmo impertiunt. Denique ſacrificia illorum & mulier, quæ menſtrua patitur, & puerpera contingunt. Quamobrem cum ex his intellexeritis non eſſe Deos, non eſt cur illos timeatis. Nam vnde vocentur Dij? an quia mulieres Diis aureis, argenteis, & ligneis donaria apponunt? Sacerdotes autem ſciſſis tunicis, & barba, capiteque raſo, & detecto, in templis ipſorum ſedent: cum coram Diis ſuis rugiunt vociferantes, quaſi qui in cœna mortui lamentantur. Veſtimenta eorum auferunt ſacerdotes, & vxores ſuas inde liberoſque veſtiunt. Neque vero ſi aliquo aut maleficio, aut beneficio ab aliquo affecti fuerint, poſſunt rependere. Nec conſtituere regem poſſunt nec tollere. Neque item diuitias cuiquam dare, aut malum poſſunt retribuere. Nam ſi quis eis votum faciens non reddiderit, non repoſcent. Ex morte hominem eripuerint nunquam, neque imbecillum à potentiore liberauerint. Homini cæco viſum non reſtituent, neque in neceſſitate conſtituto opem ferent. Viduæ non miſerebuntur, nec in pupillum vllum beneficium conferent. Lapidibus è monte erutis ſimilia ſunt iſta lignea, aurata, argentataque idola, cultores eorum pudore afficientur. Quomodo igitur illi aut habendi ſunt Dij, aut appellandi? præſertim cum ipſi Chaldæi eorum ignominiam prodant, qui ſi viderint mutum loquendi facultate deſtitutum præſentantes Belo, poſtulant, vt loquatur: quaſi ille vllum ſenſum habeat: quæ cum ipſi animaduertant, miſſa faciunt, ſenſum enim non habent. Quid? quod mulieres in ſuis diuerticulis funibus circumſeptis ad vias ſedent, & oſſa oliuarum ſuis adolentes Diis,

mortuum, ita tutantur ſacerdotes oſtia
clauſuris & ſeris, ne à latronibus expo-
lientur. | Lucernas accendunt illis, & qui- 18
dem multas, ex quibus nullam videre poſ-
ſunt: ſunt autem ſicut trabes in domo.
| Corda vero eorum dicunt eligere ſerpen- 19
tes, qui de terra ſunt, dum comedunt eos, &
veſtimentum ipſorum, & non ſentiunt.
| Nigræ fiunt facies eorum à fumo, qui in 20
domo fit. | Supra corpus eorum, & ſicut ca- 21
put eorum volant noctuæ, & hirundines,
& aues etiam ſimiliter, & cattæ | Vnde ſcia- 22
tis quia non ſunt Dij. Ne ergo timueritis
eos. | Aurum etiam, quod habent, ad ſpe- 23
ciem eſt. Niſi aliquis exterſerit æruginem,
non fulgebunt: neque enim dum conflaren-
tur, ſentiebant | Ex omni pretio empta 24
ſunt, in quibus ſpiritus non ineſt ipſis. | Sine 25
pedibus in humeris portantur, oſtentantes
ignobilitatem ſuam hominibus. Confun-
dantur etiam, qui colunt ea | Propterea ſi 26
ceciderint in terram, à ſemetipſis non con-
ſurgunt: Neque ſi quis eum ſtatuerit re-
ctum, per ſemetipſum ſtabit, ſed ſicut mor-
tuis munera eorum illis apponentur. | Ho- 27
ſtias illorum vendunt Sacerdotes ipſorum,
& abutuntur: ſimiliter & mulieres eorum
decerpentes neque infirmo, neque mendi-
canti aliquid impertiunt, | De ſacrificiis eo- 28
rum fœtæ, & menſtruatæ contingunt.
Scientes itaque ex his quia non ſunt Dij, ne
timeatis eos. | Vnde enim vocantur Dij? 29
Quia mulieres opponunt Diis argenteis, &
aureis, & ligneis: | Et in domibus eorum ſa- 30
cerdotes ſedent, habentes tunicas ſciſſas, &
capita, & barbam raſam, quorum capita nu-
da ſunt | Rugiunt autem clamantes contra 31
Deos ſuos, ſicut in cœna mortui | Veſti- 32
menta eorum auferunt ſacerdotes, & ve-
ſtiunt vxores ſuas, & filios ſuos. | Neque ſi 33
quid mali patiuntur ab aliquo, neq; ſi quid
boni, poterunt retribuere: neq; regem con-
ſtituere poſſunt, neque auferre. | Similiter 34
neque dare diuitias poſſunt, neque malum
retribuere. Si quis illis votum vouerit, &
non reddiderit: neque hoc requirunt: | Ho- 35
minem à morte non liberant, neque infir-
mum à potentiori eripiunt | Hominem cæ- 36
cum ad viſum non reſtituunt, de neceſſitate
hominem non liberabunt. | Viduæ non mi- 37
ſerebuntur, neque orphanis benefacient.
| Lapidibus de monte ſimiles ſunt Dij illo-
rum, lignei, & lapidei, & aurei, & argentei. 38
Qui autem colunt ea confundentur.
| Quomodo ergo æſtimandum eſt, aut 39
dicendum, illos eſſe Deos? | Adhuc enim 40
ipſis Chaldæis non honorantibus ea: qui
cum audierint mutum non poſſe loqui,

offerunt illud ad Bel, poſtulantes ab eo lo-
41 qui: | quaſi poſſint ſentire qui non habent
motum, & ipſi cum intellexerint, relin-
quent ea: ſenſum enim non habent ipſi
42 Dij illorum. [10] Mulieres autem circumda-
tæ funibus in viis ſedent, ſuccendentes
43 [11] oſſa oliuarum. | Cum autem aliqua ex ip-
ſis attracta ab aliquo tranſeunte dormierit
cum eo, proximæ ſuæ exprobrat quod ea
non ſit digna habita, ſicut ipſa, neque funis
44 eius diruptus ſit. | Omnia autem quæ illis
fiunt, falſa ſunt. Quomodo æſtimandum,
45 aut dicendum eſt illos eſſe Deos? | A fabris
autem, & ab artificibus facta ſunt. Nihil
aliud erunt, niſi id quod volunt eſſe [12] ſacer-
46 dotes. | Artifices etiam ipſi, qui ea faciunt,
non ſunt multi temporis. Numquid ergo
poſſunt ea, quæ fabricata ſunt ab ipſis, eſſe
47 Dij? | Reliquerunt autem falſa, & oppro-
84 brium poſtea futuris. | Nam cum ſuperue-
nerit illis prælium, & mala: cogitant ſacer-
dotes apud ſe, vbi ſe abſcondant cum illis.
49 | Quomodo ergo ſentiri debeāt quoniam
Dij ſunt, qui nec de bello ſe liberant, neque
50 de malis ſe eripiunt? | Nam cum ſint lignea,
inaurata, & inargentata, ſcietur. [13] Poſtea
quia falſa ſunt ab vniuerſis gentibus, & re-
gibus: quæ manifeſta ſint, quia non ſunt
Dij, ſed opera manuum hominum, & nul-
51 lum Dei opus cum illis. | Vnde ergo no-
tum eſt, quia non ſunt Dij, ſed opera ma-
nuum hominum, & nullum Dei opus in
52 ipſis eſt? | Regem regioni non ſuſcitant,
53 neque pluuiam hominibus dabunt. | Iudi-
cium quoque non diſcernent, neque re-
giones liberabunt ab iniuria: quia nihil
poſſunt: ſicut [14] corniculæ inter medium
54 cœli, & terræ. | Etenim cum inciderit ignis
in domum Deorum ligneorum, argenteo-
rum, & aureorum, ſacerdotes quidem ipſo-
55 rum fugient, & liberabuntur. | Quomodo
ergo æſtimandum eſt, aut recipiendum
56 quia Dij ſunt? | Non à furibus, neque à la-
tronibus ſe liberabunt Dij lignei, & lapidei,
& inaurati, & inargentati, quibus hi, qui
57 ſortiores ſunt, | aurum, & argentum, & ve-
ſtimentum, quo operti ſunt, auferent illis,
58 & abibūt, nec ſibi auxilium ferent. | Itaque
melius eſt eſſe regem oſtentantem virtu-
tem ſuam: aut vas in domo vtile, in quo
gloriabitur qui poſſidet illud: vel oſtium in
domo, quod cuſtodit, quæ in ipſa ſunt,
59 quam falſi Dij. | Sol quidem, & Luna, ac ſi-
dera cum ſint ſplendida, & emiſſa ad vtili-
60 tates, obaudiunt. | Similiter & fulgur cum
apparuerit, perſpicuum eſt: idipſum autem
61 & ſpiritus in omni regione ſpirat. | Et nu-
bes, quibus cum imperatum fuerit à Deo

vt eo amuleto prætereuntium oculos, cordaque ad amorem erga ſe accedant: Ac quum quæpiam ipſarum attracta ab aliquo prætereuntium, cum eo ſtupri conſuetudinem habuerit, alteri exprobrat quod non digna ſicut ipſa habita ſit, nec funiculus diuerticuli eius diruptus ſit. Hæc enim eſt caſtitas, qua illi coluntur Dij: omnia ergo quæ fiunt in illis erroris ſunt plena. Quomodo igitur exiſtimandum, aut ſentiendum illos eſſe Deos? A fabris, & aurificibus ſunt fabrefacta, non ſunt ergo natura Dij, ſed tales, quales eorum [12] artifices eſſe voluerunt. Ipſi quoque illorum effectores, non eius naturæ ſunt vt diu viuant, vitam igitur præſtare non poterunt iis, quæ ab ipſis effecti ſunt: quomodo ergo Dij eſſe poſſunt? Etenim res vanas, & fallaces, dignaſque dedecore futuris hominibus reliquerunt. Nam vbi bellum ipſis malaque ingruerint, conſultant apud ſe ſacerdotes, vbi nam: cum idolis ſeſe abdant. Quid eſt igitur cur non exiſtimemus eos nullo modo eſſe Deos, qui neque in bello, neque in malis ceteris tueri ſe nec eripere poſſunt? Nam lignea cum ſint, auro argentoque obducta, falſa eſſe [13] poſthac palam fiet, liquidoque conſtabit gentibus omnibus, ac regibus non eſſe Deos, ſed opera manuum hominum, quibus nihil inſit diuini. Quis non cognoſcet non eſſe illos Deos? Neque enim regem alicui regioni conſtituent, nec hominibus pluuiam dabunt. Nec iudicium inter eos exercuerint, nec cum ſint imbecilles iniuriam propulſabunt, ſimiles [14] corniculis inter cœlum, terramque volantibus. Etenim ſi ædem Deorum ligneorum, inauratorum, aut argentatorum ignis inuaſerit, ſacerdotes quidem fugient, & incendium euadent: ipſi vero quaſi trabes medij comburentur. Nec vero regi, aut hoſtibus vnquam reſiſtent. Quomodo igitur exiſtimandi, aut recipiendi, quaſi ſint Dij? nec furum, aut latronum manus euadent Dij lignei, aurati, & argentati, cum illi ipſis potentiores ſint: nam aurum, & argentum, veſtitumque quo ſunt amicti, auferentes, abibunt, nec illi ſibi ipſis opem ferent. Potior itaque rex eſt ſuam declarans fortitudinem: aut vas in domo vtile, quod commodum erit domino ſuo, quam ij falſi, fictique Dij: potior domus ianua, quæ intus ſunt cuſtodiens. Nam Sol quidem, & Luna, reliquaque ſydera, cum ſplendida ſint, cum ad munia ſua emittuntur, facile obediunt. Similiter, & fulgur mox vt apparuerit, facile cadit ſub aſpectum, ſecuturi prænunciunt tonitrus. Eodemque modo ventus in omni perflat regione: & nubes à Deo totum orbem permeare iuſſæ, ipſum mandatum obeunt, atque perficiunt. Ignis etiam ad conſumendos montes, ſyluaſque deſuper emiſſus, iuſſa perficit. Hæc verò idola, nec formis, aut facultatibus illis ſimilia ſunt. Vnde nec Dij habendi ſunt, nec appellandi, qui nec iudicium exercere poſſunt, nec vllum in homines conferre beneficium. Itaque cum cognoueritis non eſſe Deos, ne metuatis ipſos: neque enim regibus

vnquam aut benedicent felices reddendo, nec maledicent miſeros efficiendo. Neque gentibus è cælo ſigna edent, ne Solis inſtar fulgebunt, neque vt Luna illuminabunt. Beſtiæ illis præſtantiores ſunt, quæ ſub tectum fugiendo, ſibi ipſis prodeſſe poſſunt. Manifeſtū eſt igitur nobis eos nullo modo eſſe Deos, quare ipſos ne timueritis. Nam quod eſt in cucumerario '' ſtatua ad terrendas aues nihil defendens. Hoc ſunt iſtorum lignei, inaurati, atque inargentati Dij. Inſtar ſunt ſpinæ hortenſis, cui quæuis auicula inſidet: denique cadaueri in tenebris proiecto ſimiles ſunt iſtorum Dij lignei, aurati, & argentati. A purpura quoque, & ' ſplendore ſupra illos marceſcente cognoſcetis non eſſe Deos Nam ipſi quoque tandem excedentur, & regioni afferent dedecus in qua ſunt. ' Præſtat igitur homo iuſtus, qui caret ſimulachris: longiſſime enim aberit ab ignominia.

perambulare vniuerſum orbem, perficiunt
quod imperatum eſt eis. | Ignis etiam miſ- 62
ſus deſuper, vt conſumat montes, & ſyluas:
fecit quod præceptum eſt ei. Hæc autem
neque ſpeciebus, neque virtutibus vni eo-
rum ſimilia ſunt. | Vnde neque exiſtiman- 63
dum eſt, neque dicendum, illos eſſe Deos,
quando non poſſunt, neque iudicium iu-
dicare, neque quidquam facere homini-
bus. | Scientes itaque, quia non ſunt Dij, ne 64
ergo timueritis eos. | Neque enim regibus 65
maledicent, neque benedicent. | Signa 66
etiam in cœlo Gentibus non oſtendunt,
neque vt Sol lucebunt, neque illumina-
bunt vt Luna. | Beſtiæ meliores ſunt illis 67
quæ poſſunt fugere ſub tectum, ac prodeſſe
ſibi | Nullo itaque modo nobis eſt mani- 68
feſtum quia ſunt Dij, propter quod ne ti-
meatis eos. | Nam ſicut in cucumerario formido, nihil cuſtodit: ita ſunt Dij illorum li- 69
gnei, & argentei, & maurati. | Eodem modo, & in horto ſpina alba, ſupra quam omnis 70
auis ſedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris ſimiles ſunt Dij illorum lignei, & in-
aurati, & inargentati | A purpura quoque, & '' murice, quæ ſupra illos tineant, ſcietis ita- 71
que quia non ſunt Dij. Ipſi etiam poſtremo comeduntur, & erunt opprobrium in re-
gione. | Melior eſt homo iuſtus, qui non habet ſimulachra: nam erit longe ab op- 72
probriis.

ARGVMENTVM.

IEREMIAS Dei nomine hanc conſcripſit epiſtolam, quam captiui Iudæi ſecum deferrent Babylonem: ne Chaldæorum ſuperſtitione ineſcati eis ſimiles efficerentur, multiſque rationibus oſtendit Deos illorum eſſe contemnendos, nec vllo modo timendos: tum ex origine, quod non ſint natura Dij, ſed humana arte, homo autem artificio ſuo nihil vitæ dare poteſt: Tum ex conuerſatione: nullam enim habent facultatem, è communibus, & ſingularibus, hoſtium latronumque iniuriis ſe liberandi, niſi hominum adſit opera. Tum ex defectu iuſtitiæ, cum nec iniquis, nec iuſtis bene poſſint facere, aut male. Tum ex turpiſsima, falſaque qua coluntur religione, Deo vero minime conuenienti: ex quibus omnibus fit manifeſtum, non homines ſolum, verum Solem, Lunam, ceteraque aſtra, imo domus ianuam, & beſtias ipſas Diis illis eſſe potiores, ſiquidem Dij, nec ſibi, nec aliis commodi aliquid apportant: cetera vero omnia, vel ſibi, vel aliis conferunt vtilitatem. Præſtat igitur homo iuſtus veri cultor Dei. Sumpſit autem Scriptura ſacra, ac proſecuta eſt hoc ipſum argumentum multis in locis, ſed præcipue Sapientiæ 13. Iſaiæ, 44. & 46. & Ieremiæ 10.

COMMENTARIVS.

Baruch tráſtulit hãc epiſtolã ex archetypo Ieremiæ.

1. EXEMPLAR.] Antigraphon, hoc eſt exemplar epiſtolæ. Eſt enim deſcriptum è primo exemplari, quod archetypon dicitur, quiſi primogenia, princepſque forma: vnde Baruch hanc ſcripſit epiſtolam, quæ Græcè tantum habetur: quamuis primum Hebraicè fuerit conſcripta, ſed vbi ſit, nouit nemo. Meminit illius lib. 2. Mach. cap. 2. in primis verbis. Inuenitur autem in deſcriptionibus Ieremiæ prophetæ, quod iuſſit eos ignem accipere, qui tranſmigrabant, & dedit illis legem ne obliuiſcerentur præcepta domini, & vt non errarent mentibus videntes ſimulachra aurea, & argentea, & ornementa eorum. Tertullianus quoq; in Scorpiaco aduerſus Gnoſticos de tribus pueris loquens. Proinde, ait, & trina fraternitas cum dedicatio imaginis regiæ vrbem vrgeret officio, non ignorauerunt quid fides, quæ ſola in illis captiua non fuerat, exigeret, moriendum ſcilicet aduerſus B idololatriam. Meminerant enim & Ieremiæ ſcribentis ad eos, quibus illa captiuitas imminebat. Et nunc videbitis Deos Babyloniorum aureos, & argenteos, & ligneos portari ſuper humeros, oſtentantes nationibus timorem. Cauete igitur ne & vos conſimiles ſitis Allophylis, & timore capiamini, dum aſpicitis turbas, adorantes retro eos, & ante: ſed dicite in animo veſtro. Te domine adorare debemus. Hactenus Tertullianus. Poſt quem Euſebius in ſcriptis de propheticorum librorum appellationibus, ſic ait: Cur epiſtola Ieremiæ dicitur? Quia ipſam ſcripſit Ieremias ad captiuum populum, vt eundem aduerſus idola confirmaret: neque ipſa intuebantur, ad eorum cultum cum iis, à C quibus colebantur, raperentur. Eadem penè Athanaſius in ſynopſi ſcripturæ, dum agit de Ieremia. Iulius præterea Firmicus lib. de erroribus profanarum religionum ad Conſtantinum, & Conſtantem Auguſtos, qui habetur lib. 5. ſacræ Bibliothecæ cap. 29. magnam partem huius epiſtolæ refert contra idololatriam loquens: Ieremias etiam, inquit cum præcepta Deo iubente plebi daret: hac populum oratione conuenit. Dicite autem in corde veſtro, tibi oportet adorare domine. Angelus autem meus vobiſcum eſt. Legem autem exquirã ab animabus veſtris, &c. Demum ſunt qui exiſtiment ſummam huius epiſtolæ, contineri verbis illis cap. 10. 11. Sic ergo dicetis eis: Dij, qui cœlos, & terram non fecerunt, pereant de terra, &c. quæ Chaldæus ſic expoſuit. Hoc eſt exemplar epiſtolę, D quam miſit Ieremias propheta ad reſiduos ſeniores, qui erant in captiuitate Babel. Si dixerint vobis populi inter quos eſtis, colite idola domus Iſrael: ſic reſpondebitis, & ſic dicetis eis. idola, quæ vos colitis ſunt idola, in quibus non eſt vtilitas vlla: de cœlo non poſſunt deducere pluuiam, & de terra non poſſunt producere fructus: ipſa & cultores eorum pereant de terra, & deſtruantur de ſub cœlis iſtis. Verum longe diuerſam eſſe hanc ab illa Epiſtolam in eum locum diximus.

2. Mac. 2. 1. — *Tertull.* — *Euſeb.* — *Athan.* — *Iulius Firmicus.* — *Ier. 10. 11.*

De tempore quo miſſa eſt hac epiſtola.

2. *Abducendos.*] Tempus huius epiſtolæ deſignatur. Hugo, Lyra, & Dionyſius legunt in hac epigraphi. Ad captiuos abductos in Babyloniam. Cum autem dicatur ſtatim in epiſtula. Propter peccata, quæ in Deum commiſiſtis, captiui Babylonem abducemini. Reſpondet Hugo ſcriptam fuiſſe epiſtolam dum eſſent in itinere, quo tempore partim erant abducti, partim abducendi. Reſpondent Lyra, & A Dionyſius, epiſtolam quidem ſcriptam antequam abducerentur: miſſam vero poſtquam iam abducti erant, vt habet epigraphe. Verum nullus ſui dicti affert probabilem aliquam hiſtoriam. Quare abſque dubitatione vlla dicere oportet hanc epiſtolam ſcriptam fuiſſe ab Ieremia excipiente Baruch ante extremam captiuitatem, & ita legendũ, Ad captiuos abducendos. Tum quia Græcè, qua ſola lingua hęc epiſtola reperitur ſcripta, in omnibus codicibus legimus πρὸς τοὺς ἀχθησομένους, ad adducendos, & ita transferunt Vulgatus, Tigurina, Pagninus, & ceteri interpretes. Tum quia verba illa epiſtolæ: Abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonoſor: & illa. Itaque Babylonem ingreſſi eritis ibi annis plurimis: nulla ratione poſſunt intelligi dicta exiſtentibus Babylone, ſiue ij fuerint, qui cum Ioakin tranſmigrauerant, ſiue B qui poſtea ducti ſunt cum Sedecia. Tum demum, quia ita legit, & intellexit Tertullianus in prædicto loco, cum dixit, Epiſtolam ſcriptam ab Ieremia ad eos, quibus illa captiuitas imminebat. At curioſius perſcrutemur quo tẽpore præciſe ſcripta fuerit? Et ſi quidem coniectari oportet, cum poſt tranſmigrationem Iuakin ſcripta fuerit, & imminente iam captiuitate ad abducendos Babylonem à Nabuchodonoſora captiuos: captiui autem non dicantur, niſi iam capti, & qui venerant in poteſtatem Nabuchodonoſoris, nondum tamẽ Babylonem adducti: colligi videtur tunc Ieremiã animum adiecisse ad hæc monita tradenda Iudæis iam captis, cum Nabuzardan, illo donato liberta- C ti, cogebat omnes in vnum locum, vt eos deduceret Babylonem cum rege Sedecia. Nam zelo Dei veri cultus incitatus præſciens periculum certum idola Chaldæorum adorandi, & colendi, voluit eos præmunire hoc tam ſalutari antidoto, ne Deo relicto, ſe vilibus ſimulachris proſternerent: & in exilio, quod medicinæ loco datum fuerat ad idololatriam curandam in eundem morbum grauius reciderent. Confirmat hoc liber ſecundus Machabæorum ſupra adductus, qui tunc docet dediſſe Ieremiam iis, qui tranſmigrabant præcepta domini, de vitandis ſimulachris, & eorum cultu, cum iuſſit eos ignem accipere, haud dubium quin ignẽ, quem ſacerdotes de altari occulte acceptum, abſconderunt in valle, in puteo alto, & ſicco vt dicitur cap. 1. 19. At tunc ignem hunc acceperunt, cum ipſe D Ieremias in ſpeluncam montis Nebo intulit tabernaculum, arcam, & altare incenſi, & oſtium obſtruxit, vt cap. 2. verſu 4. refertur, quod accidit vrbe diruta, & templo ſuccenſo, cum Iudæi tranſmigrabant, & cum Perſidem captiui ducebantur, vt dicitur illis in locis. Tunc ergo dedit illis hanc epiſtolam, vt eos in vera religione contineret. Quam ſententiam tradit Proſper lib. de Promiſſ. Dei. P. 2. cap. 33. hoc modo ſententiam diuinam Ieremias plebi iam captę, & regibus per epiſtolam expreſſit, dicẽs: Propter peccata, quę peccaſtis &c.

Dat ad captiuis poſt vrbẽ dirutã cum captiui ducebãtur. — *2. Mac. 1. 19.* — *2. Mac. 2. 4.* — *Proſper.*

Quæſtio Quot annos cõtineãt ſeptem generationes?

3. *Septem.*] Græcè dicitur, ἕως γενεῶν ἑπτά, vſque ad generationes, ſeu ætates ſeptem. Grauè circa locum hunc mouetur dubium: quot annos intellexerit complexos ſeptem generationibus, ſeu ætatibus? Nam quacumque ratione ætatis nomen accipias, non extenditur ſupra centum annos, vt ſumitur ab Eccleſiaſtico cap. 18. neque deſcendit infra annos 14. generationi, vt minimum, aptos.

Eccleſ. 18. 8.

At illi ſeptingeotos annos, hi vero nonaginta octo faciunt ſepties multiplicati. Qood ſi tot annos durat totam ceptiuitetem Baruch affirmat, Ieremiæ ſuo magiſtro, vel potioſipſe ſibi Ieremias, repugnat, qui illam ſeptuaginte tantum annis definiuit cep. 25. & 29. vt propterea nonnulli à canonicis libris hunc Baruch reiecerint. *Iere. 25. & 29.*

Solutio 1. Lyranus hoc loco noo vult certum numerum annorum deſignari, ſed reditum defioit è Babylone poſt ſeptem generationes, nempe eas, in quibus homo ſit eptus ad generandum: rune certè ordinarie cum ſexdecim annorum ſit, eut decem, & octo, qui numerus ſepties multiplicatus accedit ad centeſimum ſextum, vel centeſimum viceſimum. Cum eutem ille incipiat hos annos numerare á tranſmigratione Ioacin, & abſoluat in ſeptimum annum Derij Artaxerxis, qui miſit Eſdram: nempe, vt ille ſubputat, ſpecio centum viginti ennorum, aut ceotum viginti nouem, aut trigiota: rectè ſe complexum fuiſſe ſeptem illes noſtri Baruch generationes arbitratos eſt. *Refutatio.* At plane deceptus eſt, cũ Baruch de ſpecio illo notiſſimo à Magiſtro ſuo Ieremia definito Septuaginte ennorum loquetur, nõ de centeſimo viceſimo, aut trigeſimo. Præterea quia ſi vera ſunt quæ ſupra decreuimus Ieremiam benc epiſtolam tunc ſci ipſiſſe, cum iam iam ebducebantur captiui Babylonem, nun potuit in hec enumeratione complecti vndecim annos tranſactos à tranſmigratione Ioacin: quos ſi demeris eb illo ſpacio iã generatio pauciores annos baberet: & ſupputatio illa, & in hoc, vt in aliis multis, deficeret, quæ operoſum eſſet modo tefellere.

Solutio 2. Dionyſius duplici retione ſoluit hunc nodum, vel accepto nomine generetionis pro ætate apte generationi, quæ ſit qoetuordecim anoorum. Sed tunc quioque generetiones complereot annos ſeptuaginta, quæ incluſæ in eo numero ponuntur, doabus aliis prime, & ſeptima excloſis, etque omoes ad illum oumerum concurruot, quinque incluſiuè, vt vulgo dicitur, duæ vero excluſiuè. Vel vt numetus ille ſeptem, non pro certo numero accipietur, ſed pro completo, & perfecto, ita vt ſeptem gooerationibus denotetur perfecta hominis ætas, & abſolota vitæ periodos, quæ eſſe ſolet ſeptuaginta annorum, vt defioiuit Dauid Pſalm. 89. *Pſ. 89. 10.* *Refutatio.* Verum vtreque ſolutio dura valde eſt: cur enim Ieremias, coi tam notus erat nomerus ille ſeptuegenerius, tem obſcute ed populi cooſolationem illum implicaret, viginti octo annis additis, aut numero ſeptenario indiſtinctè accepto: cum ſæpe certum illum numerum populo explicuerit: quem non dubium, qoin & io hoc loco poſitum omnes intellexerint?

Solutio 3. Benedictos Pereira ex ooſtre ſocietate diligantiſſimus ſcriptor lib. 10. io Danielem ſoper cap. 9. tres affert rationes hunc nodum explicandi. Nem primũ dicit, vocabulum, ſeptem, poſitum eſſe pro oumero indefinito, vt non ſemel in ſcriptora repetitur, ita vt dicat Prophete manſuros Iodæos in captiuitate vſque ed generatiooes ſeptem, boc eſt multas: & ſuſtineri quidem poſſet hæc intelligentia, niſi propheta iam dixiſſet indefinite, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis: & gratia explicandi eddidiſſet, vſque ed generatiooes ſeptem, quo tempus definiret indefinitum. Deinde reſpoodet poſſe accepi nomen generationis pro ætate quindecim annorum, apta ad genetandũ, dommodo quinque intermadias generationes plenas, integreſqoe intelligamus, duas extremes inchoatas. Nam ſi illas inchoemus à tranſmigretione Ieconiæ, ad quem, & ad eos, qui cum eo ereot Babylone epiſtola ille ſcripta eſt, & finiamus in primo enno Cyri, quo ſoluta eſt captiuitas, inueniemus vnũ ſupra octoginta annos, de quibos boc loco fit ſermo, cum dicitur, vſque ed ſeptem generationes, hoc eſt, non vſque ad pleoos 105. annos, quos illæ conficiunt, ſed vſqoe 81. ſumptis annis plenarum quinque generetionom, ſeptuaginte quinque: & ſex reſiduos ex duebus extremis. *Refutatio.* Sed io bec ſolotione duo ſupponit falſa, & epiſtolam miſſam ad Iecooiam, & tranſmigretos: cum iam ſupre oſtenderimus anno vndecimo Sedeciæ ſcriptam: oec ſi ita eſſet, opotteret incipete annos à tranſmigratione, quæ iam eret facta, cum Ieremies epiſtolam ſcripſit: & à tranſmigratiooe vſque ad Cyrum prætetiiſſe enoos 81. cum ſupta caput 29. Ieremiæ ſeptueginta ſolos enumereuetimus. Denique eddit tertiam ſolutionem, hoc loco ſermonem eſſe ab vndecimo anno Sedeciæ, vt bebet veritas: ſed finiti annos ſeptem generationum in ſeptimo anno Artaxerxis longimani, quo pars qoædem Iudæorum tediit cum Eſdra, vt refett ipſe cepita 7. & 8. A captiuitate vero Sedeciæ vſque ad hanc Eſdræ reuetſionem numerantur centum ſeptuaginta anni: qui ſeptem generetionibos diſpertiti, ſingolas facient viginti & vnius annorum. At cum in hac epiſtola cum omoi loquatot captiuitate, omni illi pollicetur ootam illem liberetionem poſt completem ſeptimam generetionem efficiendem: atque adeo de celebri ille ſeptuagenaria annorũ recẽſione debet boc loco Ieramias locurus intelligi.

Solutio vera. Sententie eorum auctorum mihi verior, ac ſimplicior videtur, qui certum numerum hic putant definiri, vel ſeptem decedum, vt eſſignat Hugo, & illi, quos boc loco refutat Lyre: vel ſepties ſeptem, vt eliis videtur. Nem com nomeo Græcum, genea, & vulgare, generetio, & letinum ætas, quemuis annotum numerum ſigoificet, & quoduis tempus, vt affirmauit Seruius ſupta 3. librum Georgicon Virgilij, non eſt cur tenuamus numerum ſeptem, aut decem annorum, ætatem, aut generetionem vocare. *Seruius Aetatis nominis varia vſurpatio.* Cur enim eodem hoc nomine licuit Halicarneſſeo lib. 1. Romanorum antiqoitatum, ſpacium centum annorum complecti. *Halicarnaſſeus.* Aliis ſpeciom ſeptuagiota annorum. Mectobio lib. 1. io ſomoiũ Scipionis cep. 6. quadraginta nouem, aut quinquaginte. *Macrobius.* Plutharcho lib. de defectu oraculorum, & Cenſotino triginta. *Plutarc. Cenſorinus.* Herodoto lib. 1. viginti tres annos, com dicat Heraclidas tenuiſſe Lydię regnũ pet 505. annos, ſeu per duas, ac viginti ætates. *Herod.* Euſebio quoq; licuit lib. 10. de Præpar. Eueng. cep. vlt. hoc nomen ſpecio 20. annorom eſſignare. *Euſebius.* Et Aug. ſuper Pſ. 104. generationem dicit eſſe ætetem, qoa quis potens eſt generandi, hanc veto minimũ, eſſe 15. aonorum. *Auguſt.* Si Suidas, & Mediei pro ſeptem annis hoc nomen vſorpant. *Suidas.* Cur non licuit Ieremiæ, & eius ſcribæ Beruch hoc oomine ſpaciũ 10. annorũ, etiam definire, vel ſeptẽ? Præterea cur etiã claſſici euctores ætatem pro anno accipiunt: & oobis non cõcederut pro ſeptem, vel decem vſurpere? *Varro. Virgil.* Varro etiã dixit: Ætatem vix decimem ingreſſus: Et Virg. 3. Georg. At tribus exectis, vbi querta venerit ætas, carpere mox gyrum incipiat. Vbi Seruius, querta ætas, id eſt, quartus annos: Nem ætatem, inquit, plerumque generaliter dicimos pro anno, pro trigiota, pro centum, pro quouis tempore.

Plinius

Plinius. Plinius quoque lib. 8. naturalis hiſtoriæ cap. 40. Canum, ait, generibus annui partus, iuſta ad pariendum annua ætas. Quod ſi ratio aliqua ſubeſt, cur alios quoſcumque numeros generationem, ſeu ætatem appellemus, ſubeſt quidem non leuis cur decennam ætatem nominemus, cum numerus denarius perfectus ſit, & terminus numerandi, nam ad decem peruenimus, nec progredimur, ſed redimus ad primum numerandi rationem: Vnde numerus decennarius reuolutus bis facit vicenarium, ter recenſitus facit triginta, ſexies ſexaginta, & ſepties ſeptuaginta, & ſic in reliquis. quare non eſt cur generationis, ſeu ætatis nomine ille numerus, vti alij, deſtituatur. His ita conſtitutis. Dicimus duobus modis poſſe intellegi locutum Ieremiam, cum vndecimo anno Sedeciæ dixit: Eritis ibi vſque ad generationes ſeptem, vel vſque ad primum annum Cyri, quo ſoluta eſt primum captiuitas, impletis Septuaginta annis à transmigratione Iechoniæ, vt ipſe Ieremias vaticinatus eſt cap. 25. & 29. ſuper quod caput numero 4. nos late probauimus, hanc rationem numerandi, & ita hoc loco nomen generationis, ſeu ætatis accepit pro hebdomada annorū ſepties reuoluta, quæ perfectam facit ætatem, vt dixit Macrobius, & quæ hebraicū fulcit iubileum: nam quadraginta nouem implet annos, & quinquageſimus iubilæi conſequitur. Quod ergo ait Propheta hoc eſt. Eritis ibi vſque ad ſeptem hebdomadas annorum, quæ faciunt ſeptem generationes, ſeu ætates, ſingulas ſeptem annis conſtantes, hoc eſt, vſque ad quadraginta nouem annos, vel quinquaginta. tot enim cōcinnātur ex 24. Nabuchodonoſoris, quos vixit ab vndecimo Sedeciæ, & 23. Euilmerodach, & tribus Balthaſaris, cui Cyrus ſucceſſit, ſecundum noſtram enumerationem ſtabilitam ſupra c. 27. numero 4. imo ſecundum Beroſi, Alphæi, Ioſephi, & Euſebij computationem, cuius meminimus in cap. 29. numero 4. Queſt. 2. in quarta ſententia, quibus annis finitis, poſtea cum pace educti ſunt Iudæi, data à Cyro libertate, vt hoc loco pollicetur Ieremias. Secundo poteſt Ieremias locutus intelligi de ſeptuaginta annis ab vndecimo Sedeciæ, vſque ad ſecundum Darii Hiſtaſpis, de quibus loquutus eſt Zacharias, vt oſtendimus loco dicto q. 3. & ſic nomine ſeptē generationum ſeu ætatum, accepit ſeptem decadas, vt recte Hugo, & recentiores nonnulli, tot enim probauimus interceſſiſſe inter duos illos reges. Ait ergo Propheta. Eritis ibi vſque ad ſeptem generationes, nempe vſque ad ſeptuaginta annos: poſtea vero inde cum pace vos educam. His igitur duobus modis ſatis ſuperque difficilis nodus manet diſſolutus.

Iere. 25. Iere. 29. Iere. 27. 4. Iere. 29.

De pompa, qua Dij circumducebant. 4 *Portari.*] Latiſſime Propheta ponit ante oculos Iudæorū, ritus, ac ceremonias, quibus Babylonij ſuos Deos colebant, quos & gentes aliæ obſeruarunt in ſuorū cultu Deorū, de quibus, nō eſt quod hic ſigillatim dicamus, cū multi viri eruditiſſimi hac de re libros noſtro ſeculo concinnauerint. Tantū de ſolenni ſupplicatione, qua per vrbes Dij in lecticis portabantur vnū verbum loquemur, nā de hac portatione ſimulacrorum hic fieri ſermonem agnoſcunt Hugo, & Lyra, de qua videtur loqui Iere. c. 10. 5. portata tollentur, quia incedere non valent: & Iſai. c. 46. 7. Portāt illum, inquit, in humeris geſtantes, & ponentes in loco ſuo, & ſtabit, ac de loco ſuo non mouebitur. Dixit de hac

Iere. 10. 5. Iſai. 46. 7.

Tertullianus. pompa Tert. li. de Spectaculis c. 7. Sed circenſium paulo pompatior ſuggeſtus, quibus proprie hoc nomen pompa præcedit, quorum ſit in ſemetipſā probās, de ſimulacrorū ſerie, de imaginū agmine, de curribus, de thenſis, de armamaxis, de ſedibus de coronis, de exuuijs, quāta præterea ſacra, quanta ſacrificia præcedāt, intercedāt, ſuccedant, quot collegia, quot ſacerdotia, quot officia moueātur, ſciunt homines illius vrbis, in qua dæmoniorum conuentus conſedit, & ſtatim, viderit ambitio, ſiue frugalitas eius quo Deum offendit, qualiſcumque pompa Circi, & ſi pauca ſimulacra circumferat, in vno idololatria eſt: & ſi vnam thenſam trahat, Iouis tamen plauſtrum eſt. *Plutharchus.* Plutharchus de ſimulacro Apollinis Heliopolitani, vt refert Gyraldus in hiſtoria Deorum, Syntag. 7. Vehebatur, inquit, ferculo veluti deuehebantur in pompa ludorum Circenſium imagines Deorū. Depingit graphice Apuleius in ſuo de Aſino aureo, vndecimo libro, ſolennem Deæ Iſidis, ſeu lunæ pompam, ad hunc modum. *Apuleius: Pompa ſolennis deſcriptio.* Inter has oblectationes ludicras popularū, quæ paſſim vagabantur: iam ſoſpitatricis Deæ peculiaris pompa moliebātur. Mulieres candido ſplendentes amicimine vario lætantes geſtamine: Verno florentes coronamine: quæ de gremio per viam. qua ſacer incedebat comitatus, ſolum ſternebant floſculis. Aliæque nitentibus ſpeculis pone tergum reuerſis, venienti Deæ obuium commonſtrarent obſequium: & quæ pectines eburneos ferentes geſtu brachiorum, flexuque digitorum, ornatum, atque obpexum crinium regalium fingerent. Illæ etiam, quæ ceteris vnguentis, & geniali balſamo guttatim excuſſo, conſpergebant plateas. Magnus præterea ſexus vtriuſque numerus, lucernis, tædis, cereis, & alio genere ficti luminis ſyderum cœleſtium ſtirpem propitiantes: ſymphonæ dehinc, ſuaues fiſtulæ, tibiæque modulis dulciſſimis perſonabant: eas amœnus lectiſſimæ iuuentutis veſte niuea, & cataclyſta præniteus ſequebatur chorus, carmē venuſtum iterantes. Ibāt & dicati magno Serapi tibicines, qui per obliquum calamum ad aurem porrectam dextram, familiarem templi, Deique modulum frequentabāt: & plerique qui facilem ſacris viam dare prædicarent. Tunc influunt turbæ ſacris diuinis initiatæ, viri, feminæque omnis dignitatis, & omnis ætatis linteæ veſtis candore puro luminoſi: illæ lympido tegmine crines madidos obnolutæ: hi capillū deraſi funditus vertice prænitētes, magna religionis terrena ſydera, æreis, & argenteis, imo vero aureis etiam ſiſtris: argutum tinnitum conſtrepentes, & antiſtites ſacrorum proceres illi qui candido linteamine cinctū pectoralem ad vſque veſtigia ſtrictim iniecti, potentiſſimorū Domini proferebāt inſignis exuuias. Nec mora cum Dei dignati pedibus humanis incedere prodeūt, hic horrendū, ille ſuperum cōmeator, & inferum: nunc atra, nūc aurea facie ſublimis: attollens canis ceruices arduas Anubis, leua caduceū gerens, dextra palmā virentem quatiens, cuius veſtigiū continuū ſequebatur, bos in erectum leuata ſtatū, bos omnia parētis Deæ fœcundū ſimulacrū, quod reſidens humeris ſuis proferebat vnus è miniſterio beato greſſu geſtuoſo: ferebatur ab alio ciſta ſecretorū capax, penitus cœlās operta magnifica religionis: gerebat ali⁹ felici ſuo gremio ſōni ſui numinis venerādā effigiā: & quæ ſequūtur. Idcirco hic tam fuſe relata vt pudeat nos, quod ab Ethnicis

Quid Chriſtianis.

in pompa falſorum Deorum ſolenni: in religioſo apparatu, in cantu, in ſacris veſtibus, in reliquis omnibus Deo debitis ornamentis, & officiis, ſuperemur, cum vnum è Diuis per vias deducimus, & quod admirabilius eſt, ipſum Chriſti corpus circumferimus. Nam ſi in Deorum, argenteorũ, ligneorum, lapideorũ miniſteriũ, & obſequium opes ſuas, ornamenta, inſtrumenta, voces, geſtus, & mentes ipſas adeo deuotas, conſecrabant, quid nos facere oportet, in veri Dei cultum, & in veri Chriſti Dei filij corporis honorem, & obſequiũ? Quod ſi arcam Dei tanta pompa Dauid curauit adduci, ipſo præludente in omni muſico inſtrumento, in humeris Leuitarum, vt refertur 2. Reg. 6. & 1. Paralip. 13. & 15. Et nos illis antecellere debemus in deducendo ſacro ſancto myſterio, quanto magis profanis hominibus, qui falſos Deos tam religioſe colebant, quibus fretis mente ad Deum erecta dicere iubemur: Te oportet adorari Domine.

2. Reg. 6. 1. 1. Para. 13. 3. & 15. 3.

Michael præpoſitus Iudæorum.

5 *Angelus.*] Ad conſolationem populi in captiuitatem euntis Deus duo inſignia beneficia pollicetur, alterum eſt, Angelus meus vobiſcum, nempe Michael toti Hebrææ genti præfectus, quem præmiſit olim illi per ſolitudinem proficiſcenti, & ingredienti Paleſtinam Exod. 33. Mittam, ait præcurſorem tui Angelũ, vt eijciam Chananæum, &c. Et qui venit in adiutoriũ Gabrieli contra Principem Græcorum, atque Perſarum impedientem liberationem, quam Gabriel procurabat Dan. lib. 10. 13. capite autem 12. 1. dicitur Michael princeps magnus, qui ſtat pro filiis populi Iſrael, quibus duobus, quia munus liberandi Iudæos è captiuitate Deus mandauerat, vt notauit Dionyſius lib. de cœleſti Hierarchia cap. 4. ideo ipſi dicuntur eius curam habere. Alterum beneficium eſt, & ipſe requirens animas veſtras, nam ſic habet textus Græcus, quorum verborum ſenſus non eſt, ego requiram à vobis, aut puniam vos, ſi Diis illis adhæſeritis, nam conſolationis verba ſunt, ſed ego curam vitæ veſtræ ſuſcipiam, nec iniurias vobis illatas impunitas patiar, ſic intelligunt Hugo, Lyra, & Dionyſius, vt Geneſ. 9. ſanguinem veſtrum requiram de manu beſtiarum, id eſt, vos de beſtiis vlciſcar. Et Pſalmo 9. 13. Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt, non eſt oblitus clamorem pauperum. Porro in eo ſumma Dei in ſuos beneuolẽtia declaratur, quod non ſolum Angelos cuſtodes, ac vindices, & adminiſtros ſalutis eorum conſtituit, ſed ſeipſum patronum, ac vltorem de inique eos tractantibus præbuit, & eorum, quos in exilium iuſte mittere propter commiſſa ſcelera decreuit, non dereliquit, paternam curam, & Dei populum amantis D patrocinium.

Exod. 33. 2. Dan. 10. 13. Dan. 12. 1. Dionyſ. Gen. 9. 5. Pſ. 9. 13.

Similit. duplici irridet Deos.

6 *Sicut.*] Duabus ſimilitudinibus oſtendit Deos irriſione dignos, quod in templis ſuis, ſacriſque ædibus teneantur incluſi, ne à latronibus deſpolientur, prior eſt: ſicut reo læſæ maieſtatis occluditur aula regia ne poſſit fugere poſterior: aut ſicut mortuum ad ſepulcrum adductum ſolent tutari cuſtodes, ne ſcilicet precioſis veſtibus, aut rebus aliis, quæ cum illis humari ſolent ſpolientur: ita ſacerdotes modis omnibus tutantur Deos ſuos, ne precioſis ornamentis, quibus amicti ſunt à latronibus ſpolientur, ſic Hugo, Lyra, & Dionyſ. iuxta vulgatam interpretationem. Sed ſi verba ipſa Græca transferamus, vnam videntur tantũ præ- A ferre ſimilitudinem. Sic enim habent & ſicut cuipiam, qui affecit iniuria Regem circumcludi ſolent atria, tanquam ad mortem ἀπηγμένῳ abducto, vel potius abducendo: nam participium medium eſt cum præcedẽti caſu dandi, cuipiam, conueniens, vt transfert Tigurina: quo ſignificatur, Deos illos, inſtar eſſe maledici hominis, qui eſt, aut reus læſæ maieſtatis: aut propter alia crimina morte damnatus, & propterea omni cura cuſtoditur ne effugiat, ita illi à Sacerdotibus cuſtodiũtur, oſtiis, clauſtris, ac vectibus muniti, ne à latronibus expolientur, quia ipſi ſe non poſſunt cuſtodire. Habet nihilominus ſuam rationem tranſlatio Vulgati, ſicut & Pagnini: Nam ſi legamus paſſiue, adducto ſimilitudo eſſe poteſt diuerſa, & ſicut ad mortem adducto, id eſt, ad ſepulcrum circum eluditur, ne ornamentis ſpolietur.

B 7. *Mortuis.*] In Græco habetur. Sed ſicut mortuis τὰ δῶρα, ipſis opponuntur, dona, ſeu munera transfert Tigurina, & alij, nam anathemata, & aphieromata ornamenta ſunt, & munera Diis dicata, & conſecrata, quæ in parietibus, & columnis templorum ſuſpendũtur, aut eis oblata apponuntur. Ridet autem Deos illos, quod mortui ſint, & dona, quæ illis dantur, non ſunt aliud, quam mortuis parẽtare, aut in ferias dare. Sed quia idem nomen veteribus ſignificabat palmũ minorem quaternum digitorum, Vulgatus, & Pagninus putarunt rei qua de agitur accomodatius ſi acciperent pro fulcimẽto, quod oporteret Deos illos, vt pote mortuos, palmo, humeriſq; fulcire ne deciderent.

Sacerdotum ritus.

8 *Fœta.*] Oſtendit ſacra illa idola impura eſſe, ac proinde falſa, & non timenda, quod gratia ſanctitatis prohibita in lege ipſis Iudæis, & eorum Sacerdotibus, Babylonijs conſulta eſſent. Nam in C primis puerperæ mulieri, & menſtrua patienti ſacrorum contrectatio prohibetur Leuit. 12. c. ante purificationem: cuius apud Chaldæos nulla ratio habebatur. Præterea Iudæorum ſacerdotibus interdictum eſt Leuit. 10. Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta veſtra nolite ſcindere, ne forte moriamini, oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos, & Leuit. 19. 27. Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam. Et Ezech. 44. 20. Caput autem ſuum non radent, neque comam nutrient, ſed tondentes attondent capita ſua. At Sacerdotes idolorum tunicis diſciſis, & capite, barbaque raſis in templis conſidebant, aut munia exercebant, quod Ægyptiis lege ſtatutum ſacerdotibus, auctore Herodoto lib. 2. vt ſemper deraſo ſint capite, vt que tertia quaque die corpus eradant. Apuleius quoque lib. 11. quem ſupra produximus. hi capillum, ait, deraſi funditus, verticem D præmittentes, quapropter calui à poëtis ſolent vocari: vt à Iuuenali Satyra 6. Qui grege linigero circundatus, & grege caluo. Cumque in omnibus ſacris, qui rem diuinam faciunt velare caput ſoleant, vt aſſerit Plutarchus in Problemat. c. 11. quam conſuetudinem inuenit in Italia Æneas vt ex Baſſo docet Macrobius lib. Satur. 3. ca. 6. Chaldæorum ſacerdotes detecto nudoque capite ſacra faciebant, vt mos fuit Rheæ ſacrificulis, vt teſtes ſunt iam dicti. Addit tertio deprecandi modum tam diuerſum ab eo, quam Dei veri Sacerdotes obſeruabant, nã vociferatione, clamore, & rugitu, inſtar eorum, qui in ferali cœna lamentantur, de qua dictum eſt ſuper 16. Ieremiæ, lamentatione tam peragebant. Vt illi, quibus incidens

Leuit. 12. 2. Leuit. 10. 6. Leuit. 19. 27. Ezech. 44. 20. Herodotus. Apuleius. Iuuenalis. Plutarchus. Macrobius. Sacerdotum mos ... deprecandi. Ier. 16.

Elias

3. Reg. 18. 23. Elias 3. Reg. 18. 17. dicebat, Clamate voce maiore, Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Clamabant ergo voce magna, & incidebāt ſe iuxta ritū ſuum cultris, & lanceolis, nec audiebatur, nec aliquis reſpondebat, nec attendebāt orantes. quippe quod ſimulacra gentium argentum, & aurū opera manuum hominū. Os habent, & non loquentur, oculos habēt, & non videbunt. Aures habent, & non audient, nares habent, & nō odorabunt. Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt, nō clamabunt in

Pſ. 113. 4. gutture ſuo, Pſal. 113. 4. Etenim prædicta rituum

Diuerſitas religionis ex ritu diuerſo. diuerſitate conſtat religionū, ac Deorū diuerſitas, ſiquidem illa vera religio eſt, quæ à Deo vero præcipitur, illique præſtatur: illa vero falſa, quæ non aſſumitur ex veri Dei præcepto, aliique ab eo præſtantur: Vnde colligere poſſumus mundi leges, ac ritus, quos mundi huius ciues obſeruant, vt mundo placeant, falſos eſſe, ſuperſtitioſos eſſe: vel eo maxime quod ex præſcripto Dei non ſint, ſimiles ſunt leges carnis, & quæ à Dæmone latæ ſunt, & ab eius cultoribus obſeruant.

Deorū imbecillitas. 9 *Adhuc.*] Ex illorum Deorū imbecillitate oſtendit eos non eſſe Deos, quod poteſtate careant maleſaciendi, aut benefaciendi, qua Deus pollet omnipotens, cuius eſt regem conſtituere, & abdicare.

Iſai. 45. 1. Iob. 12. 18. Nam Cyrum dixit ſe accinctuū, & Babylonicum regnum ei traditurum: iuxta illud Iob. ca. 18. Qui cingulum regum diſſoluit, & vinculo, aut Zona lumbos eorum accingit. Tum etiam è periculo mortis eruere non valent, indigentibus ſubuenire, viribus, ac facultatibus naturalibus carētibus, vt viſu, auditu, &c. eas reſtituere. Nā Deus noſter in cœlo omnia quæcumque voluit fecit in cœlo &

Pſal. 113. 3. in terra. Pſ. 113. 3. quam Deorū imbecillitatem aliquando agnoſcentes Chal. vilipendunt. Cū enim vident aliquem mutum, adducunt illū ad Belū, & rogant Deū, vt det ei loquendi facultatem, cūque animaduertant non reſpondere, nec vllū ſenſum habere, vt ſane nullū habet, nō poſſunt ipſi intelligentes relinquere ea, ſenſum enim non habent: ſic habet textus Græcus, vult enim ſignificare ſtuporem, & ſtoliditatem Chald. qui cū intelligant Deum illum non poſſe præſtare quod petunt, non poſſunt ſibi perſuadere illū relinquere, in qua re oſtendunt ſe quoque, vt Deos ſuos, ſenſu carere.

Ier. 10. 8. Iſai. 44. 19. Et vt dixit Iere. c. 10. 8. Obruteſcere, fierique ſtultos, & inſanos, & Iſaias c. 44. 19. Non redit, ait, ad cor ſuum, nō eſt ſenſus, nec intelligentia, vt dicat partem eius cōbuſſi igni. Vulgatus aliter expreſſit verba Græca, & ipſi, ait, cum intellexerunt, relinquent ea, ſenſum enim nō habent ipſi Dij illorum quaſi dicat, & Chal. cum intellexerint Belum nihil præſtare muto, dimittunt, abeuntque vilipendentes Deos ſuos adeo imbecillos, quos vident ſenſum nullum habere; multo ergo magis Iudæi ipſi derelinquere, ac vilipendere deberent ipſoſmet Deos: ita interpretantur Hugo, Lyra, & Dionyſ.

Locus difficilis. 10 *Mulieres.*] Loci huius explicatio difficilis, quod gentilitium præferat morē, quem penitus cognoſſe operoſum eſt. Sed laborandum nobis, aliorum adiutis lucubrationibus lucem aliquam obſcuræ ſententiæ afferre, variis dicendi modis in medium

Falſos Deos ritus ſædus probat. productis, vt accommodatiorem ſeligamus. Illud autem cenſeo præmittendum obſcœnam Babylonicarum feminarum conſuetudinem non aliam ob cauſam adductam à Propheta, quam vt rem,

Conſuetudo turpiſſima Virginum Babylonicarum. qua de agit, cōprobet, nēpe illos Deos falſos eſſe, quibus tam ſuperſtitioſis, ac fœdis ritibus ſacrificetur. De mulieribus ergo loquitur, quæ pro religione, ac cultu præſtando, ac ſtrenæ precio ſacro virginitatis proſtitutæ ſoluendo, ſeu offerendo Veneri, ad vias ſedebant hoſpites, quibus poſſent modis ad turpē quæſtū allicientes. nec alio quam precio meretricio meretricæ Deæ perſoluto, Deā ſibi propitiam deuinciebant, ita ſuas ſibi virgines initiabat, ac inaugurabat caſtiſſima Dearum, cum lege ſacra liceret nulli, matrimonium prius inire, quam Virginitatem hoſpiti prodegiſſent. Ex quo, proprio corpore ſacram pecuniam conquirerent, in ſacrū Deæ vſum erogandā, quam iure optimo meretricis, ſeu proſtibuli mercedem vocat Script. Sacra, & à templo omnino reiicit Deut. 23. & Mich.

Deut. 23. 18. Mich. 1. 7. 1. Refert autem eam conſuetudinem in primis:

Herodotus. Herod li. 1 cum ait: Porro cū ſemel illic conſederint mulieres Babylonicæ, non prius domū regrediūtur, quam hoſpitū aliquis pecuniam in ſinum mulieri iniecerit, & cū eadem è fano ſeorſum abductam habuerit. Hoſpitem autem illum, qui pecuniam obtulit, dicere oportet. Tanti ego tibi

Mylitta Dea Venus. Deam Mylittam imploro. Mylittam enim Aſſyrij Venerem appellant. Ac vero pecuniam illam, quantulacumque ſit, nō eſt fas reiicere, ſiquidem

Auguſtinus. in ſacrum conuertitur vſum. Auguſt. præterea li. 4. de Ciuit. Dei c. 10. tres Veneres referens, Virginum, coniugatarum, ac meretricum, huic, inquit, Phœnices donum dabant, de proſtitutione filiarum, antequā iungerent eas viris. Cōfirmat hunc

Cœlius morem Cœlius Antiquarum lectionum li. 8. cap. 11. Apud alios, inquiens, ſic ferme legimus, Babylonicis mulieribus morem fuiſſe ex oraculo quodam cū hoſpitibus turpiter permiſceri, turba, & cultu plurimo apud Aphrodiſium cōmeantibus, Thominge ſingulis coronatis. Qui vero admittebatur poſito ſuper genibus argento quantum videretur: mulierem mox longe à fano abductam inibat: idque argentum Veneri fuiſſe ſacrum, de-

Strabo. Iuſtinus ſumpſit ex Strabone li. 16. Geographiæ. De Cyprus Virginibus idem refert Iuſtinus li. 18. Mos, ait, erat Cypriis, Virgines ante nuptias ſtatutis diebus, dotalem pecuniā quæſituras, in quæſtum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri ſoluturas. His ita prælibatis, videndum eſt quid ſibi velit illud. Mulieres funiculis circundatæ, aut accinctæ in viis ſedent?

Expoſitio prima. In primis Hugo, Lyra, & Dionyſ. neſcio quam hiſtoriam huic loco affinxerunt, nempe mulieres conſueuiſſe quaſi criminis alicuius reas conſidere in viis, aut compitis alligatas, quaſi pœnam luentes. Deinde iuuenis aliquis accedit quaſi à Deo miſſus, qui vnam diſſoluit, & ab ea pœna liberat, eaque potitur, quo facto gloriabunda redit eo vnde rapta erat, & exprobrat alteri, quod non ſit digna habita, cui Deus aliquem mittat, qui eam diſſoluat, & ea pœna liberet. Verum nec hiſtoria ex aliquo fido ſcriptore deſumpta eſt, ſed efficta potius, nec quicquam habet, quo Deos falſos exprobret, quod potiſſimum Propheta prætendit.

Expoſitio ſecunda. Funiculus pro tentorio
Pſ. 138. Secundo ſunt alij, quibus viſum eſt idcirco mulieres illos dictas circundatas funibus, quod in tabernaculis conſiderent funibus eius modi diſtentis. Nā Scripturæ conſuetudine, funiculus tentorium, aut habitaculum ſignificat, conſtat id ex Pſalmo 138. v. 3. ſemitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti: quæ ex Hebræo ita habent,

&accubitum meum cinxiſti, hoc eſt, ſemper mihi adeſt, ſiue circa facienti, ſiue iacenti: Vel vt expoſuit Chaldæus, & quãdo ambulo in via, & accumbo ad vacandum legi. Ex Ieremiæ quoque cap. 10. 20. Tabernaculum, ſeu tentorium meum vaſtatum eſt, & omnes funiculi mei diſrupti ſunt, non eſt qui extendat vltra tentorium meum, & qui erigat cortinas meas. Ratio autem huius ſignificati eſt, quod funibus extruerentur tentoria: ait enim Tacitus lib. 4. hiſtor. inciſis tabernaculorũ funibus, ſuiſmet tentoriis couperros trucidabant & dicta tabernacula notauit Iſidorus lib. 5. Originum cap. 10. quod cortinæ diſtentæ funibus, tabulis in terra ſtantibus appenderentur, quæ tentoria ſuſtinerent: Vnde & tentorium vocatum quod tendatur funibus, & palis. Iam feminas impudicas eiuſmodi tentoria ſibi ſolitas compare, colligi non obſcure poteſt ex illis verbis Amos 2. 8. iuxta Septuaginta, & veſtimenta ſua funibus alligantes velamina faciebant. Nam vt commentatur Theodoretus, ex veſtimentis faciebant in templis vmbracula, quibus velarentur ad liberius peccandum: iuxta illud Ezechiel. 16. Expoſuiſti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres: Et, ſumens de veſtimentis tuis feciſti tibi excelſa, hinc inde conſuta, & fornicata es ſuper eis. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, vel habitaculum fornicationis, vt vertunt 70. Vel ædificaſti tibi lupanar, vt exponit Hieronymus, & abominabilem feciſti decorem tuum, & diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti. Hoc autem conſuetum fuiſſe Babylonicis mulieribus, de quibus hoc loco ſermo eſt, conſtat nobis ex Herodoto lib. 1. ita referente. Vna iiſdem Babyloniis lex eſt omnibus modis execranda. Nempe omnibus mulieribus indigenis commune eſt, ſemel in vita ad Veneris templum deſidentibus cum externis viris conſuetudinem habere. Ceterum cum pleræque ſint diuitiis tumentes, quæ ſui copiam facere recuſent, hæ vehiculis cameratis ſubuectæ pro templo conſiſtunt, relicta interim à tergo magna famulitij turba. Pleræque etiam hunc in modum faciunt. Ad templum Veneris ſedent, nodis, corollisque tempora reuinctæ, è quibus dum aliæ ſeorſum abeunt, aliæ regrediuntur. Nam diuerticula vndecumque ſic funiculis diſtincta, aditum præbent exteris ad mulieres illas, quam cuique libuerit deligendam. Porro cum ſemel illic conſederint, &c. vt ſupra. Neque mulieri etiam permittitur hoſpitem aliquem repudiare. Sed quicumque is eſt, qui pecuniam obiecerit primum, hunc illa ſequitur citra delectum. Poſtremo vbi iam congreſſa fuerit cum externo muliere, Dea expiata, domum reuertitur. Ac deinceps haud ita multo condoxeris. Iam quæ forma ſunt elegantiori, citius (vt par eſt) expediuntur, quæ vero deformes diutius coguntur deſidere pro templo, antequam legi faciant ſatis. Fitque interdum, vt vno, atque altero anno, aut etiam triennio, atque diutius expectare oporteat miſeras. Alicubi, nempe in Cypro ſimilis quædam lex eſt. Hactenus Herodotus, in quibus vides feminas diuites in vehiculis cameratis expectare: Pleraſque alias in diuerticulis funiculis diſtinctis, quæ quid aliud ſunt quam tabernacula, aut tentoria, in quibus ad triennium poſſent commorari. De his ergo loquitur Ieremias, quæ eiuſmodi funiculis circundabantur, hoc eſt, tentoriis continebantur incluſæ, dum voti compotes fierent, mox enim funes, id eſt, tentoria dirumpebantur, & domum, propitia Dea, regrediebantur. At multa ſunt, quæ hæc ſermonem Ieremiæ non conuenire oſtendunt, primum quod Ieremias loquitur de mulieribus, quæ ipſæ circundatæ, ſeu vt alij legunt, amictæ eſſent funibus, non quod in tentoriis eſſent ex funibus conſtructis, ſed quod corpore amictæ eſſent ſchœnis, ſeu iunceis funibus. Deinde quia plane Herodotus non accipit diuerticola pro domiciliis, ſeu tentoriis, ad quæ è via diuertitur, ſed pro ſemitis tranſuerſis, per quas ab itinere, alio diuertitur, quæ funibus diſtinguebantur è via diuertentibus hoſpitibus ad illas mulieres conſidentes ad templum, quibus liberum eſſet per illa diuerticula egredi, regredique funibus integris relictis, non diruptis. Præterea Propheta in viis ſedere dicit, & Herodotus, ac Strabo, non in locis, vbi, iuxta fanum conſident, nec in tentoriis, ab hoſpitibus referunt cognoſci, ſed longe à fano, extra illa diuerticula abductas. Ad hoc ergo ſuperflua erant tentoria, in viis autem ſubdio ſolere meretrices conſidere ad Venerem pollicientes, oſtendit factum Thamar Gen 38. 14. quę depoſitis viduitatis veſtibus, aſſumpſit Theriſtrum, & mutato habitu ſedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam, quam cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem. Nulla ergo ratione conuenit prædictus ſenſus verbis Ieremiæ.

Ierem. 10. 20. — *Tentoriũ quid?* — *Tacitus* — *Iſidorus* — *Amos. 2. 8.* — *Ezech. 16. 15.* — *Herodotus.* — *Lex nefaria.* — *Reiicitur hæc expoſitio.* — *Gen. 38. 14.*

Tertio & hic ſenſus adhibetur, Mulieres Babylonicas dici funiculis circundatas, quod ſertis de iuncis, floribuſque contextis, cincta haberent capita. Nam funibus, ſeu ſchœnis, vt eſt in Græce, ornabant caput in honorem Veneris, cui iuncea vincla grata erant, vnde & ſchœnis ipſa vocabantur, & ab ipſa Plautus meretriculas vocat ſchœnicolas, & Ouidius dixit Faſtorum 4. Cumque ſuo Veneri data grata Syſimbria lacte. Teſtaque compoſita iuncea vincla roſa. Atque hunc ſenſum cõfirmant Herodotus, & Strabo, ille quidem dum ait, Ad templum Veneris ſedent nodis, corolliſque tempora reuinctę: hic vero. Quælibet thooinige, hoc eſt vinculo, ſeu funiculo aliquo coronatur. Sed licet hic intelligendi modus propius accedere videatur ad veritatem, omnino tamen eam non attingit, cum ſermo Prophetæ feminas illas, non caput, vel tempora ſolum, ſed corpus ipſum accinctas funibus, circundataſque ſignificet: nec eſt cur funiculus dirumperetur capitis eius, quæ voti compos facta erat, & non alicuius, niſi id lege perageretur.

Expoſitio tertia. — *Plautus* — *Ouidius*

Quarto igitur vero ſimilius eſt loqui Prophetã de mulieribus, quæ corpore ſchœniis, ſeu iunceis funiculis reuinctæ in viis ſedebant, eo ſigno tranſeuntibus copiam ſui faciẽtes, quam Veneri ſemel in vita debebant. Quod ſi de virginibus innuptis accipiamus, ſchœnium, ſeu funiculum, quo accinctæ dicuntur, cingulum intelligemus, κεςὸν Ceſtum dictũ, ſignum virginitatis, & gratiarum, amorumque conciliatorem, quod tunc primum diſſoluebatur, cũ noua nupta thalamum ſubiret. Perſcribit Ceſtum Homerus Iliados 6. & Theocritus in Adonidis epitaphio, refertque Eraſmus in Chiliadibus, in Adagio. Ceſtum habent Veneris, ita Zona pro virginitate capiebatur, & Zonam

Expoſitio quarta vera. — *Ceſtus Zona.* — *Homerus.* — *Theocritus.* — *Zona pro Virginitate*

Varro. & Zonam ſoluere dicebâtur, viri, primo conſortio, vt ea Varrone affert Auguſt. lib. 4. de Ciuit. c. 11. & apud multos poëtas celebre eſt. Vnde Virgines illæ Babylonicæ eiuſmodi cingulo, Zonave, aut funiculo Virginali præcinctæ, niſi prius ab externo aliquo diſcingerentur, & funiculus dirumperetur, inceſta copulatione, ita à ceſto dirupto vocata, in honorem Veneris, matrimonium non inibant, & hoc eſt quod vna alteri exprobrabat, quod funiculus eius non eſſet diruptus. Si autem de quibuslibet mulieribus etiam vxoratis locum hunc intelligendum putemus, vt videntur ipſo nomine ſignificare Propheta. Herodotus, & Strabo, & *Curtius* aſſerit Curtius lib. 5. loquens de corruptis moribus Babylonis, dum liberos, ait, coniugeſque cum hoſpitibus ſtupro coire, modo precium flagitij detur, parentes, maritique patiuntur, & de ea turpitudine, qua vt legi, & Deæ Veneri obſequerentur, indicatis illi feriis, ſui copiam faciebant primo cuique volenti, qua in re ſe obſequium præſtare Deæ exiſtimabant, mulier eo ſigno præcincta conſidebat, quo agnoſceretur Veneri obſequutura: earum vſu feminarum ſchæuio, ſeu iunceo funiculo accincta: iunceo fortaſſe quod minio facilius illineretur ad ornamentum: nam *Ariſtophanes.* Ariſtophanes ſchænion, ſeu funiculum miniatum, ſeu minio vocauit imbutum: & in Seleucia *Strabo.* proxima Babyloni ciuitate, ait Strabo lib 16. ex palmaceis trabibus, & columnis ædificia fieri circum columnas ſchoenia, ſeu funiculos extrita ſtipula confectos poni, quos poſtea illinientes coloribus pingebant. Cingulum autem hoc tunc ſolui, & funiculus dirumpi dicebatur, vt Zona Virginum, cum ab hoſpite abducta mulier Veneri faciebat ſatis. Atque de his ſatis, cum diuinare in re obſcura magis, quam veritatem attingere nobis conceſſum ſit. Et mirari licet ex noſtris multas *Feminarum laſciuia* non ſchænis ſolum, ſed omni ornamentorum genere quid cordi ſit oſtentare, & calceis, veſtimentis, monilibus, theniis, Zonis, cincinnis, & calamiſtratis capillis, fertis, ac torquibus, totoque demum corpore, ad Venerem omnes pellicere, non diſſimiles mulieribus Babylonicis Chriſtianas.

Oliuarū oſſa quæ. 11 *Oſſa.*] Nomen πίτυρα, quod hoc loco vertitur oſſa oliuarum, nempe contuſa, & detrita, ſordes ſignificat, & excrementa quædam ſeu farinæ purgamenta, quæ furfures interpretātur ceteri interpretes. Sed ad alia purgamenta ſignificanda tra- *Athenæus.* ductum nomen eſt, ſiquidem Philemon apud Athenæum lib. 2. cap. 14. ſic ait, Pityrides oliuæ tritæ *Callimachus* dicuntur, at nigræ ſtemphilides. Callimachus etiam ibidem oliuas diſtinguit Gergerimam, & Pityrim. Hęc autem cremabātur, ad incantamentum amatorium, quo tranſeuntes ad amandum allicerentur: vt ſicut illa igne conflagrabant, ita illi amoris ignibus vrerentur. Habemus huius ve- *Theocritus.* neficij teſtimonium apud Theocritum in Pharmaceutria, vbi in eidyllio Simætha venefica iuuenem Delphidem, quem deperibat hoc carmine ſibi nititur deuincire:

Incantamenti genus.

Mola quidem in igne conſumitur, ſed aſperge
Theſtyli infelix, &c.
Sparge ſimul, & hæc dicas. Delphidis oſſa ſpargo.
Sicut hanc ceram, ego, Deo adiuuante, liquefacio,
Ita præ amore ſtatim liqueſiat Myndius Delphis:
Vtque voluitur hic æneus orbis ope Veneris,
Sic ille voluatur ante noſtras fores.
Lynx trahe tu illum meū virum ad domum noſtram,
Nunc ſacrificabo, vel ſuccedam pyrina, & mox,
Talia in ciſtella venena me dico ſeruare,
Quæ, o Luna, ab Aſſyrio hoſpite conficere didici.

Hoc ergo veneficij, ſeu incantamenti genus ad amores conciliandos, ex Aſſyria profectum eſt, & Babylone cōſuetum. De hoc igitur noſter loquitur abſque dubio Propheta. Quo recte probat Deos illos falſos eſſe, qui his ſcilicet delectentur. Nam in primis turpitudinem commendabant, dum eam honeſtam, ſanctāque, & Deo placentem ex lege oſtendebant. Eamque precio, Deo perſoluto, cohoneſtabant: ſic enim ei tanquam lenoni cuidam pecuniam cogebant ex corporis quæſtu, & vt ſupra verſu 10. dixit recepto ex meretricibus ornant Deos ſuos, quod etiam Micheas dixerat *Mich. 1. 7.* cap. 1. Omnes mercedes eius comburentur igni, & omnia idola eius ponā in perditionem, quia de mercedibus meretricis congregata ſunt & vſque ad mercedem meretricis reuertentur. Demum ex *Quod genus incenſi adolerēt Dijs ſuis.* fumo furfuris combuſti, aut oſſis oliuæ contriti illi thimiama ſuauiſſimum adolebant, perdignum maieſtate Deorū incenſum, qui excrementis, purgamentis, & ſordibus quibuſque gaudent, & quæ ab hominibus in ſterquilinium reijciuntur, delectantur, quo homines ad ima, & ſordidiſſima quęque deprimāt. At Deus noſter puriſſimus cum ſit *Deus noſter puritate gaudet.* puriſſimis rebus delectatur, & gaudet. Caſtitatem in primis deamat in omnibus cultoribus ſuis, & pręcipue in ſacerdotibus, & virginibus, mercedē meretriciam longe à ſe, & à ſacro vſu propulſat. *Deu. 23. 18.* Deuteron. 23. Non offeres mercedem proſtibuli, nec precium canis in domo Domini Dei tui: quia abominatio eſt vtrumque apud Dominum Deum tuum. Quam legem tulit poſtea imperator Seuerus, vt refert in eius vita Lāpridius. Atque ea, quæ *Lampridius.* ſibi offerri præcipit, & adoleri, ea primitiis, & optimis, abſque macula, & ſorde, diligit. Holocautomata, ſimilam, ouem teneram, & immaculatam: Thimiama ex odoriferis ſpeciebus confe- *Dæmon gaudet rebus turpibus.* ctum: nam optima quæque Deo debentur: at Dæmoni purgamenta, ſordes, & oſſa oliuarum, dura, & igni apta, abſque oleo miſericordiæ: quod illuminat ardentes coram Deo lucernas, & ſanat morbos, & conſeruat lucem, quibus omnibus denudata oſſa, & detrita, falſo Deo digna parantur incenſa. Quid optimi dabit hominibus dæmon, qui optimis quibuſque relictis, turpiſſima, atque ſordiſſima quæque ſibi deligit, & comparat?

12 *Sacerdotes.*] Nomen τεχνῖται fabros, ſeu artifices ſignificat, & ita hoc loco transferunt alij, & ad rationem Prophetæ roborādam valet hæc lectio. Non enim Dij falſi amplius habere poſſunt, quam quod fabricatores eorum eſſe, aut habere voluerunt. At ipſi effectores dicūtur, nam vitam habere *Dei iuxta affectū fabricabant.* non poſſunt, non poterunt ergo eam dare Diis à ſe fabricatis. Vulgatus legit, Sacerdotes, tanquam auctores Deorum fabricatorum, ipſi enim pro arbitratu ſuo, atque affectu fabricari ſibi Deos faciebant, nam quo liceret ſibi facere quidquid appeteret perſuaderet, Deum ſibi deligebat quilibet, ſuum vitium approbantē, ſuoque exēplo ad illud inducentē. Vnde tot fabricabantur Dij, quot erāt hominū affectus improbi, quos excuſare, aut ſcelere Deorum cohoneſtare volebant. Hinc Iſidorus *Iſidorus* Sententiarum lib. 3. cap. 13. de ſimili poëtarum fabricatione dixit, Poëtæ ideo in libris ſuis Vene-

tem impudicam. Martemque adulterum Deum appellare voluerunt, vt perſuaderent mentibus hominum, quaſi Deum imitari malum, vt dum libidinoſa perſuaſione eorum flagitia confidenter committunt non quaſi homines perditos, ſed quaſi cœleſtes Deos imitari viderentur.

13. *Poſtea.*] Dupliciter poteſt intelligi de cognitione falſitatis Deorum, & eorum abolitionis locutus, vel ſecundum prudentiam: re ipſa ex euentis gentibus, ac regibus, tandem conſtabit non eſſe Deos, quod à malo ingruente nec ſe, nec alios poſſint liberare, nec cuiquam boni aliquid conferre: qua ratione videtur exponere Hugo hunc locum. Vel quod ſpiritu Prophetico prænoſcat, ac prædicat certiſſima, lucem Euangelicam, quæ per Chriſtum, & Apoſtolos mundo vniuerſo affulgebit, qua non vnus, aut alter, ſed reges, & gentes vniuerſæ cognoſcent errorem Deorum ſuorum, & illos deſpicient, & legi Euangelicæ adhærebunt. Cuius modi ſunt multæ, & illuſtres promiſſiones, & comminationes in prophetis, quæ grauiſſimum caſum illorũ, interitumque denunciant, & gentes ad puriſſimum, & ſalutiferum Dei cultum peruenturas, vt Pſalm. 85. 9. Omnes gentes, quaſcumque feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum: ſic interpretantur Iulius Firmicus, Lyra, & Dionyſius & videtur hunc ſenſum comprobare quod dicitur vniuerſe ſcietur poſtea, quia falſa ſunt ab vniuerſis gentibus, & regibus: indicat enim generalem gentium cõuerſionem, & Idololatriæ interitum, qui nunquam contigit, niſi luce Euangelica omnibus affulgente. Sicut enim in vno quoque homine vitia vniuerſa nõ corruunt, virtuteſq; nõ infunduntur niſi Chriſto, eiuſque gratia ei elluceſcente, ita in vniuerſo idololatria non interiit, niſi Sole Euangelij circundante, & illuſtrante omnia.

Doctrina Euangelio affulgente. *Pſal. 85. 9.* *Iulius Firmicus.*

14 *Cornicula.*] Imbecillitatem Deorum ad propulſandas iniurias, cornicis ſimilitudine oſtendit inter Cœlum, & terram volantis: ita enim hæc auis imbecillis eſt, & ignaua, vt telum iaculatum præ debilitate fugere vix poſſit: & quamuis aliarum auium dux eſſe exiſtimetur, & ad prouocandum præ ſimplicitate audacior, at omniũ cedit facillime. Nam prouerbio illi. cornicum oculos configere, hoc eſt, ſapientiſſimorum quorumque veterum, quos duces habuimus in ſcientiis, nouo aliquo ſtudio, & inuento obſcurare eruditionem; hinc locus datus eſt, quod cornicula viuaciſſima multa longo tempore nouerit, quibus poſſit alias aues ducere, & citra periculũ in propria reuocare. Tum etiam illud: Aquilam cornix prouocat, hinc exortũ eſt, quod peculiare tradatur eſſe cornicib⁹ aquilam irritare, cum tamen illa negligat prouocantem, intelligens nimirũ ſibi ab illa noceri non poſſe. Accommodatur autem, cum imbellis, ac leuiuſculus homuncio, qui neque prodeſſe valeat, neque lędere, maximis viris oblatrat. Quemadmodum ergo κορώνας, ſeu cornices dum per aëra volãt ſagittas proiectas propulſare nec ſciunt nec valent, etiam ſi aliarum ſint volucrum duces, ſic Dij gentium iniurias ſibi illatas quantumuis Dij ſcientiſſimi, & cultorum ſuorum duces habeantur, nequeunt vel euitare, vel propulſare: imo imbecilliores illis ſunt, quę periculum fugere norunt, hi autem nec norunt, nec noſſe poſſunt.

Corniculæ natura. *Simile ex cornicibus quale.*

15 *Formido.*] Tribus ſimilitudinibus oſtendit Deos illos falſos nihil timendos, cum cogniti ſint nihil eſſe. Nam primum ſimiles ſunt terriculo aut ſtatuæ ad abigendas aues in cucumerario erectæ, quę primo aſpectu deterret aues, ac fugat, deinde pulſo timore, quoniam experiũtur non moueri, nec poſſe nocere, libere inuolant in cucumeres. Prætera ſunt ſimiles ramno, ſeu ſpinæ hortenſi, quæ ad id deſeruit, vt pungat aues, & in fugã conuertat: at illæ nihil læſæ, abſque vllo terrore ſpinæ inſident. Tertio ſunt ſimiles cadaueri in tenebris proiecto, à quo nemo fugit, quia nullum habet motum, nullam ad nocendum vim: Tales igitur ſunt Dij falſi, tantum Deorum ſimilitudinem, & imaginem habentes: ſed nihil habent, quo diuinum terrorem incutiant, & ſane improbis prælatis hæ conueniunt peraccommode ſimilitudines, cum ſint veluti formido, aut ſtatua in cucumerario, aut in vinea ſua: cui merito dici poſſit, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo ad Sobnam præpoſitum templi, & dices ad eum, quid tu hic, aut quis hic? Iſai. 22. 15. Et ô paſtor, & idolum. Zachari. 11. Nihil enim aliud habent quam ſimilitudinem prælati. Videntur eſſe ſpinæ hortenſes, quæ ſuis aculeis pungant, & pellant ſcelectos, & improbos ex horto ſuo: at illi cum videant ſpinam abſque aculeis, inſident illi, & adherent, eiuſque exemplo contegunt, ac tuentur vitia ſua: eſt denique veluti cadauer, quod nullam habet vim, nullam ſolicitudinem, ac curã, nullum Prælati motum. ſunt denique ſimiles idolis, & ſimulacris, à quibus nihil poteſt ſperari.

Dij quibus ſimiles. *Prælatis quos referant.* *Iſai. 22. 15.* *Zach. 11. 17.*

16 *Murice.*] Græce legimus, Apurpura καὶ τῆς μαρμάρου τῆς ἐπ᾽ αὐτοῖς σητομένης, & nomen quidem marmores, marmore, transferunt Hugo, Lyra, Dionyſ. & Iſidorus, & in vulgatis quibuſdam codicibus ita legebatur: ſed & nomen purpuræ, cui ſubiungitur, repugnat huic ſignificationi: & verbũ σητομένης, quod putreſcere ſeu marceſcere ſignificat, & marmori non conuenit. Alij igitur, quoniã marmor ſolet accipi pro fulgore, ſeu candore, aut luciditate. qua interea ſolet, hoc loco trãſtulere à ſplendore ſuper illos marceſcente. Solet etiam accipi pro marmoris rubei rubore, quod rubra tinctum eſt, idcirco Vulgatus in Complutenſi codice, & in correcto habet, murice, qui à purpura diuerſus, cõchilium, dicitur. Ait ergo, ex purpureo colore, & muriceo, quo idola nitent, marceſcente, facile cognoſcetur illos non eſſe Deos: & tum demum cum ipſi Dij exedentur tinea, aut vetuſtate, & corrumpentur, nam regio, in qua culti fuerint, opprobrium ſentiet, ac dedecus, quod Deus coluerit, qui corrupti, & diſiecti humi iaceant, ab omni bono ſpe ſſuodati. Similes illis fient, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis: nam quemadmodũ omnia bona huius mundi, quibus ornabantur, atterentur, & marceſcent: ita & ipſi tandem exedentur vermi, qui non morietur, dum in inferno cruciabuntur.

Marmor quid noter.

17 *Melior.*] Melior igitur, inquit, eſt homo iuſtus non habens idola, aut enim longe ab opprobrio. Concluſio eſt totius epiſtolę, qua breui ſententia, collatione facta veri Dei cultus cum falſo, huic illum præfert: & hoc ex comparatione viri habentis idola, cum non habente; qui habet enim, & colit, opprobrium, & dedecus ſibi pariet, cum omni regione colentium illa: at non habens idola longe erit ab ignominia, & opprobrio: & quidem artificioſe, cũ prius oſtendiſſet idola nihil eſſe ex omnimoda

Concluſio Epiſtolæ.

moda impotẽtia,& inutilitate eorũ: & res omnes A tam artificiatas, vt oſtium, ant columnas: quam naturales, vt ſolem, lunam, fulgur, ignem: quam etiam animatas, vt beſtias: & rationis participes, vt regem: meliores eſſe, ex virtute, quam habent, & vtilitate, quam præſtant: cum colligat ex omnibus dictis melior eſt, igitur homo iuſtus idola nõ habens; hominem iuſtum præfert, & ipſis idolis, & earum cultorib. & rebus omnibus cœleſtib. & terreſtribus, & regi cuilibet. Siquidem ipſi Dei ipſius eſt ſimulacrum, & idolũ merito colendus, & obſeruãdus: vt Dei imago: ipſe ex virtute Dei, quam participat omnipotens eſt ad ea omnia efficienda, quæ res omnes cœleſtes, & terreſtres efficiunt: nam ex poteſtate Chriſti ſuper cœlum, & terram Apoſtolis collata: quicquid opus eſſet ad Dei cultum amplificandum exhibebant, & re- B gibus ipſis, & principibus ſuperiores erant. Vnde & vtiliſſimus eſt vniuerſo orbi, ipſum quaſi columna ſuſtinens, quaſi oſtium cõſeruans, quaſi ſol illuminans, quaſi ventus perflans, quaſi fulgur illuſtrans, quaſi nubes irrigans, quaſi rex omnibus præſtans. Quod ſi ſpiritum eius ſpeculemur ab omni idolo rerum caducarum, & affectu ſemotũ: inueniemus ſibi dominantem, & rebus alijs: ac proinde non tantum longe ab opprobrio & dedecore, quo afficiendus eſt, qui rebus caducis affectus cum ipſis pereuntibus peribit: ſed gloria, & honore coronatus ponetur ſuper omnia opera Dei; paulominus à Deo ipſo diminutus, & Angelis æqualis, & rerum omnium dominus conſtitutus, vt dicitur in Pſalm. 8. vt propter hanc ſolam hominis exaltationem, admirandus ſit dominus in cœlo & in terra.

Homo iuſtus rebus præfertur omnibus.

Matth. 28. 18.

Iuſtus orbi vtiliſſimus.

Pſ. 8. 6.

Pſal. 8

Dubiũ. Reſtat circa hoc caput explicare cauſam, propter quam Ieremias tantum inuectus ſit in ſimulachra ipſa muta, imbecillia, & inutilia, cum Chaldæi, ad quos proficiſcebantur Iudæi, ſolem, lunã, & cœleſtia alia ſigna colerent: quæ ſimulacris, quod Deo pareant, & homini vtilia ſint, hoc loco proponit? Ioannes quidem Damaſcenus in hiſtoria Barlaam, & Ioſaphat triplex numerat idololatriæ genus: Chaldæorum, qui ſolem, lunã, ſigna cœleſtia, & elementa colebant, contra quos recte inuehitur ſapiens Sap. 13. Græcorum, qui homines mortuos colebãt pro dijs, quorum initium Graphicè depingit idem Sapiens c. 14. Ægyptiorum, denique qui prædictis non contenti animantia vilia, ac ſordida, & ſaxa ipſa, & ligna diuinis honoribus affecerunt, contra quos cap. 13. locutus eſt ſapiẽs. Ieremias ergo cũ alias monuerit ciues ſuos, à ſignis cœli, ne timueritis, &c. Vt fecit c. 10. hoc loco ſimulacrorum tantum mentionem fecit quod iam Chaldæi huic turpi cultui ſe ſubiecisſent, vt in ſimulacris ipſis, vel cæleſtia ſigna, vel humana repreſentantibus, aliquid ineſſet diuini exiſtimarent: atque adeo ipſis tanquã dijs diuinum honorem præſtabant. Deinde ſatis Iudæos admonuit, ne ſolem, lunam, & ſydera, ignẽ, fulgur, ventum, & nubes, cæteraſque res naturales, tanquam deos colerent, eum miniſtros Dei eſſe, eique per omnia parere ad vſus hominibus neceſſarios oſtendit, Nam ſi Deo ſubſeruiunt, & obediunt, non ſunt dij, cum Deus omnibus imperet, & eum hominis vſibus, tanquam mancipia dominis, maximè ſi iuſti ſunt, & Deo chari: nulli ſimulacro rerum caducarũ, nec re, nec affectu addicti: & à Deo quem colunt ex corde, æterna gloria remunerandi. Amen. Die 29. Iulij, Anni 1601.

Damaſ.

Idololatriæ genus triplex.

Sap. 13. 2

Sap. 4. 14.

Sap. 13. 10.

Ierem. 10. 2.

De multis ſimulacris cur tantum ſit locutus rerum.

Ad honorem, & gloriam ſummæ Triadis, Patris, Filij, & Spiritus ſancti:
Et Deiparæ Virginis Mariæ.

Aaa iiij

INDEX

PRÆCIPVARVM QVÆSTIONVM QVÆ IN HIS COMMENTARIIS TRACTANTVR, LEVIORIBVS PRÆTERMISSIS.

QVÆSTIO I.

VTRVM Ieremias fuerit ex vtero ſanctificatus? Ierem.1.n.9.

Quæſtio 2.

Vtrum Iudæis fuerit licitum repudium? Ierem. 3.n.3.

Quæſtio 3.

Vtrum populus Iſraeliticus decem tribub. contentus, fuerit hæreticus? Ierem.3.n.9.

Quæſtio 4.

Quando arca deſierit eſſe in populo? Ierem. 3. n.20.

Quæſtio 5.

Vtrum iuramentum præceptum fuerit, an permiſſum tantum? Ierem.4.n.3.

Quæſtio 6.

Vtrum nec vnus iuſtus repertus fuerit Ieroſolymis. Ierem.5.n.1.

Quæſtio 7.

Vtrum præceperit Deus aliquando Holocauſta, & victimos? Ierem.7.n.18

Quæſtio 8.

Quod fuerit idolom Moloch, & quis locus Topheth illi ſacer. Ierem.7.n.24,

Quæſtio 9.

Quo affectu maledixit diei ſuæ Ieremias? Ierem. 20.n.11.

Quæſtio 10.

Num Ioakim Ieroſolymis obierit, an Babylone? Ierem.22.o.8.

Quæſtio 11.

Vtrum Ioakim inſepultus fuerit relictus Ierem. 22.n.8.

Quæſtio 12.

Vtrom Iechoniæ fuerint filij Ierem. 22.n.16.

Quæſtio 13.

Vtrum de poſteris Iechoniæ ſederit aliquis in throno Dauid. Ierem.22.n.16.

Quæſtio 14.

Quod nomen prædictum foerit Chriſto Imponendum. Ierem.23.n.8.

Quæſtio 15.

Quis fuerit terminus.70. annorum captiuitatis Babylonicæ. Ierem.29.n,4.

Quæſtio 16.

Qood initium eorumdem.70.annorum? Ierem. 29.u.4

Quæſtio 17.

Quod initium, & quis finis.70.anuorum, de quibus locutus Zacharias? Ierem.29.n.4.

Quæſtio 18.

Num promiſſio de reditu poſt 70. annos facta fuerit tranſmigratis, an captiuis? Ierem.29.n.7.

Quæſtio 19.

Vtrum Achab, & Sedecias fuerint ſenes Suſannæ. Ierem.29,n.8.

Quæſtio 20.

Vtrum caput trigeſimum loquatur de temporali captiuitate; Ierem.30.initio.

Quæſtio 21.

Vtrum vox in Rama audita, & Rachel plorans filios ſuos. ſit accipienda de innocentibus? Ierem. 31.n.9.

Quæſtio 22.

De conuenientia, & differentia fœderis ooui cum veteri? Ierem.31.n.21.

Quæſtio 23.

Quemnam agrum vendebat Ieremiæ Hanameel Ierem.32.n.3.

Quæſtio 24.

Qua ratione Deus puniat in filiis peccata parentum. Ierem.39.n.9.

Quæſtio 25.

Num cadauer Sedeciæ regis fuerit combuſtom? Ierem.34.n.4.

Quæſtio 26.

De quonam dixerit Ieremias ſpiritus oris noſtri Chriſtus dominus Threno.4.n.22.

Quæſtio 27.

Quis ſit auctor libri Baroch. Baruch.1.n.2.

Quæſtio 28.

Vtrum tempore captiuitatis fuerit populus Ieroſolymis, & cultus Dei? Baruch.1.o.7.

Quæſtio 29.

Qua ratione verum ſit mortuos nõ laudare dominum? Baruch.2.n.7.

Quæſtio 30.

Nom de Chriſto ſit illa ſententia accipienda, & poſt hæc in terris viſus eſt. Baruch.3.n.16.

Quæſtio 31.

Quot annos contineant ſeptem generatiooes? Baruch.6.n.3

INDEX
LOCORVM SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HIS COMMENTARIIS
INTER ALIA, OBITER EXPLICANTVR.

EX GENESI.

CAP. 4.7. Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male ſtatim in foribus peccatum aderit? Ierem.51.n 3. Thren.1.n 29.

cap. 4.13. Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear. Ierem,31.n.3.

cap. 9.5. Sanguinem veſtrum requiram de mano beſtiarum. Baruch 6.n. 5.

cap. 14.18. At vero Melchiſedech rex Salem proferens panem,& vinum. Ierem.31.n.21.

cap. 15.9. Sume mihi vaccam trienoem, &c. & v.17. Cumque ſol occubuiſſet, facta eſt caligo tenebroſa,& apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. Ierem.31. n.21.

cap. 22.17. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſoorum. Ierem 15 o. 8.

cap. 37.35. Deſcendam ad filium meum viueos in infernnm. Baruch.2 n.7.

cap. 44.29. Adducetis canos meos cum mœrore ad inferos. ibid.

cap. 49.15. Iſachar aſinus fortis factus eſt tributis feruiens. Thre.1. n.4.

cap. 49.27. Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia. Iere. 6.n.2.

Ex lib. Exod.

Cap.1.21. Et quia timuerunt obſtetrices Deum ædificauit eis domos. Thre.4.n.2

cap.12.24. Cuſtodi verbum iſtud legitimum tibi, & filiis tuis vſqoe in æternum. Baruch 4. n. 1

cap. 20.5. Ego ſum dominus Deus tuus fortis, zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generatiooem. Ieremiæ 32.o.8.

cap.24.11. Videruntque Deum, & comederunt ac biberunt. Iere. 31.n. 21

Ex Leuit.

Cap.19.23. Qnando ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno,&c. Ierem.31. n.5

Ex Numeris.

Cap.19.9.13 Vt ſint in cuſtodiam, & in aquam aſperſionis. Thre.1.n.14,

Ex Deuter.

Cap.13.1. Si ſurrexerit in medio tui prophetas, & prædixerit ſignum, atque portentum, & euenerit quod locutus eſt: & dixerit tibi, eamus, & ſeqoeremos deos alienos, noo audies verba prophetæ illius. Ierem.28.n.3.

cap.23.1. Non intrabit eunuchus eccleſiam Dei. Thre.1.21

cap.24.4. Non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt coram domino. Ierem.3.n.3.

cap.32.12. Dominus ſolus dux eius fuit, & non erat cum eo deus alienus. Baruch.3. n. 16.

Ex Ioſue.

Cap.11.2. Quæ cum audiſſet Iabin, rex Aſor. Ierem.49.n.32.

Ex libris Regum.

1. Reg.1.15. Effudi animam meam in conſpectu domini. Thren.2.n.22.

1.Reg.7.6. Et conuenerunt in Maſphath, hauſeruntque aquam, & effuderunt in coospectu domini. Thre.2.n.34.

1.Reg.13.18. Tertius vertit ſe ad iter termini imminentis valli Seboim. Ierem.12.n.13.

1.Reg.25.2. Vir erat in ſolitudine Maon, & opus eius in carmelo. Ierem.48.9

2.Reg.8.2. Percuſſit Moab, & menſus eſt eos funiculo, menſus eſt autem duos funiculos, vnom ad occidendum,& vnom ad viuificandum. Thre. 2.n.16

3.Reg.7.20. Malogranatorum aotem ducenti ordines erant in circuitu capitoli ſecundi. Ierem. 52.n.2

4.Reg.3.27. Arripienſque filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum. Ierem. 7.n. 25.

4.Reg.25. 8. Meoſe quinto, ſeptima die menſis venit Nabuzardan, & ſuccendit domum domini. Ierem.52. n.8.

Ex Paral.

2.Par.36 6. Cōtra hunc aſcendit Nabuchodonoſor rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Baby-

Babylonem. Ierem. 22. n. 8

Ex Ezdra.

2. Eſdræ 13. 3. Separauerunt omnem alienigenam, ſeu miſtionem, ab Iſrael. Ierem. 25. n. 9

Ex Iob.

Cap. 4. 2. Conceptum ſermonem tenere quis poterit? Ierem. 36. n. 5.

cap. 31. 10. Scortum alterius ſit vxor tua, vel molat alteri vxor tua. Then. 5. n. 10.

cap. 39. 15. Quando derelinquit oua ſua in terra, tu forſitan in puluere calefacies ea, &c. Thre. 4. n. 4

Ex Pſalmis.

Pſalm. 4. 4. Et ſcitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum. Baruch 2. n. 4.

Pſalm. 5. 11. Sepulcrum patens eſt guttur eorum. Ierem. 5. n. 17

Pſalmo 6. 6. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui. Baruch. 2. n. 7

Pſalmo 9. 13. Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt. Baruch 6. n. 5.

Pſalmo 17. 31. Deus meus, impolluta via eius. Thre. 4. n. 22

Pſalmo 30. 17. Illuſtra faciem tuam ſuper nos. Thre. 4. n. 23.

Pſalmo 38. 9. In capite libri ſcriptum eſt de me. Ierem. 36. n. 2

Pſalm. 39. 7. Sacrificium, & oblationem noluiſti, holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti. Ierem. 7. n. 18.

Pſalmo 68. 13. Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta. Thre. 3. n. 42

Pſalmo 69. 22. Dederunt in eſcam meam fel. Iere. 21. n. 22

Pſalmo 75. 3. Factus eſt in pace, vel in Salem locus eius. Baruch 4. n. 9

Pſalmo 76. 5. Anticipauerunt vigilias oculi mei. Thre. 2. n. 23.

Pſalmo 76. 18. Sagittæ tuæ tranſeunt, &c. Thren. 3. n. 8

Pſalmo 77. 67. Et repulit tabernaculum Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit: ſed elegit tribum Iuda. Ierem. 3. n. 9

Pſalm. 87. 17. Et terrores tui conturbauerunt me. Ierem. 50. n. 22.

Pſalmo 88. 30. Et thronum eius ſicut dies cœli. Baruch 1. n. 10.

Pſalmo 101. 18. Reſpexit in orationem humilium. Ierem. 48. n. 8

Pſalmo 107. 20. Eripuit eos de interitionibus eorum. Thren. 4. n. 24.

Pſalmo 108. 24. Caro mea immutata eſt propter oleum. Thre. 4. n. 11

Pſalmo. 113. 4. Montes exultauerunt vt arietes. Baruch. 5. n. 6

Pſalmo 113. 16. Cœlum cœli domino, terra autem dedit filiis hominum. Baruch 2. n. 7

Pſalmo 113. 17. Non mortui laudabũt te domine, neq; omnes qui deſcendunt in infernum. Baruch 2. n. 7

Pſalmo 118. 54. Cantabiles mihi erãt iuſtificationes tuæ, in Iſagoge ad Thren. cap. 6

Pſalmo 138. 3. Semitam meam & funiculum meũ inueſtigaſti. Baruch. 6. n. 10

Pſalmo 144. 9. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Ierem. 32. n. 8.

Ex Prouerbiis.

Cap. 25. 19. Dens putridus & pes lapſus, qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ, & amittit palliũ in die frigoris.

cap. 25. 20. Acetum in nitro qui carmina cantat cordi peſſimo. Ierem. 2. n. 23.

Ex Cantico canticorum.

Cap. 32. Surgam, & circuibo ciuitatem. Ierem. 31. n. 14.

cap. 7. 5. Oculi tui.

cap. 8. 1. Quis mihi det te fratrem meum, &c. Ierem. 3. n. 14

cap. 8. 6. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, &c. Iere. 22. n. 13.

Ex Eccleſiaſtico.

Cap. 1. 36. Neſcis incredibilis timoris domini.

Ex Iſaia.

Cap. 11. 5. Erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Ierem. 31. n. 14.

cap. 15. 5. vectes eius vſque ad Segor vitulam conternantem. Iere. 48. n. 24

cap. 40. 2. Loquimini ad cor Ieruſalem, &c. Suſcepit de manu domini duplicia. Threnor. 4. n. 28

cap. 54. 13. Dabo filios tuos doctos à domino. Ierem. 31. n. 23

Ex Ezechiele.

Cap. 1. 4. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat, &c. & in medio eius ſimilitudo quatuor animaliũ &c. Iere. 9. n. 14

cap. 2. 9. Ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber. Ierem. 36. n. 2

cap. 12. 7. Et perfodi mihi parietem manu, & in caligine egreſſus ſum in humeris portatus. Ierem. 39 n. 4

cap. 12. 13. Et adducam eum in Babylonem, & ipſam non videbit. Iere. 39. n. 6

Ex Daniele.

Cap. 9. 12. Et ſtatuit ſermones ſuos, &c. Baruch 2. n. 1

cap. 9. 24. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt, &c. Thre. 4. n. 28

cap. 13. 61. Et conſurrexerunt aduerſus duos preſbyteros, &c. Iere. 29. n. 8

Ex Heſea.

Cap. 12. 14. Ad iracundiam me prouocauit Iſrael in amaritudinibus ſuis Iere. 31. n. 12

Ex Amos.

Cap. 9. 7. Nunquid non Iſrael aſcendere feci de terra Ægypti, & Palæſtina de Capadocia, & Cyros de Cyrene? Iere. 47. n. 6

Ex Michaa.

Cap. 1. 8. Faciam planctum velut draconum. Ierem. 51. n. 17

cap. 4. 3. Et interficies domino rapinas eorum. Thre. 1. n. 34

Ex Sophonia.

Cap. 1. 7. Sanctificauit vocatos ſuos Ieremiæ 1. n. 9

Ex Zacharia.

Cap. 1. 12. Iſte ſeptuageſimus annus eſt. Ieremiæ 29. n. 5

cap. 10. 3. Super hircos viſitabo, Ieremiæ 50. n. 18

Ex libris Machab.

2. Machab. 2. 1. Inuenitur in deſcriptionibus Ieremiæ. Baruch 6. n. 1

2. Mach. 2. 7. Ignotus erit locus, donec congregationem populi, & tunc dominus oſtendet hæc, Iere. 3. n. 20

Ex Matthæo.

Cap. 1.11. Iechonias genuit Salathiel. Ieremiæ 22.n.16

cap.1.25. Et non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum. Ierem. 1.n.9

cap.2.17. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Ieremiam prophetam, vox in Rama audita eſt. Rachel plorans filios ſuos, &c. Ierem.31.n.9

cap.8.12, Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Thren.3.n.39. Ierem.37.6

cap.10.4. Iudas Iſcariotes. Ierem.49.n.29

cap.12.30. Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Ierem.10.n.11

cap.21.13. Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Iere.7.n.6

cap.27.27. Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti &c. Ierem.31.n.21

cap.26.7. Emerunt agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum. Iere.21.n.6.

cap.27.25. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Iere.26.n.3

Ex Marco.

Cap.6.5. Et non poterat ibi virtutem vllam facere. Iere. 20.n.11

cap.7.31. Inter medicos fines decapoleos. Ierem. 49.n.8

Ex Luca.

Cap.10.42. Porro vnum eſt neceſſarium. Thren. 3.n.15

Ex Ioanne.

Cap.8.18. Antequam Abraham fieret ego ſum. Iere.1.n.9

Ex Actibus.

Cap.10.13. Abſit domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum. Ierem. 31.n.5

Ex Paulo.

ad Rom.3.9. Optabam anathema eſſe à Chriſto pro fratrib. meis. Iere.20.n.11

2.ad Cor.1.9. Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habemus. Iere. 48.n.32

2.Cor.1.30. Ideo & per ipſum amen Deo ad gloriam noſtram. Iere.11.n.6

2.ad Cor. 11.26. Nocte & die in profundo maris fui. Iere.37.n 9

2. Theſſalon.2.3. Ne quis vos ſeducat vllo modo quoniam niſi venerit diſſeſſio primum, & reuelatus fuerit homo peccati. Ierem.3.n.9

1.ad Tim.2.8. Volo viros in omni loco orare, leuantes puras manus. Thren. 2.n.35

ad Hebr.6.4. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminari, & prolapſi ſunt, iterum renouari ad pœnitentiam. Ierem.20.n.11

ad Hebr.10.26. Voluntarie peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia. Iere.20.n.11

Ex Iacobi epiſt.

Cap.2.13. Superexaltat miſericordia iudicium. Baruch 3.n.8

Ex Petri epiſt.

2.Pet.1.16. Non doctas fabulas ſecuti. Baruch 3.n.12

2.Pet.1.19. Et habemus firmiorem propheticum ſermonem. Iere.37.n.6

Ex Ioannis Epiſt.

1.Ioan.3.4. Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas. Thr.5.n.9

Ex Apocalyp.

Cap 3.14. Hæc dicit, Amen. teſtis fidelis, & verus. Iere.11.n. 6

INDEX

RERVM INSIGNIORVM
IN HIS COMMENTARIIS
CONTENTARVM.

PRIOR NVMERVS CAPVT, POSTERIOR numerum deſignat.

A

ASumpta pro propter Ierem. 51. n. 3
Ab menſis Iulius Thren. 1. n. 5
abdemelech Æthiopus quis Ier. 38. n. 5
abſynthij natura Iere. 9. n. 9
abſyuthio pingueſcit pecus, tribulatione virtus. ibid.
ac אך dictionis Hebrææ ſignificatio Ierem. 32 n. 14
accaronis ſitus Ier. 47. n. 1
achab, & Sedecias ſenes Suſannæ Ier. 29. n. 8
achab, & Sedecias à quo interfecti ibidem
achab, & Sedecias combuſti & lapidati ibidem
adam vbi conditus Ierem. 49. n. 25
adoleſcentia Iſraelis quæ Ierem. 2. n. 2. & 3. n. 8
aduerbij, priuſquam, acceptio Ierem. 1. n. 9
adulatio ignem grandem excitat Ierem. 11. n. 16.
ægyptus per Chaldæos deſtructa, quando iterum habitata? Ierem. 46. n. 18
ægyptum in fuga vetita Iudæis ob idololatriam. Ierem. 44. n. 8
ægyptij improbos inſepultos relinquebant Ierem. 8. n. 1
æmulatione prouocat Deus ad pænitentiam. Ierem. 3. n. 13. & 14.
ætas filiorum Ioſiæ Ierem. 22. n. 5
ætatis varia acceptio Baruch 6. n. 3
æthiopia duplex Ierem. 46. n. 4
agareni mercatores Baruch 3. n. 12
agnus manſuetus quis? Ier. 11. n. 18
ahicam liberat Ieremiam Ierem. 26. n. 7
alexandriæ magnitudo Ier. 4. n. 18
altaria extra templum vetita Ierem. 3. n. 10
amaris ducimur ad dulcia Iere. 28. n. 4
ambitio in ædificijs taxatur Ier. 22. n. 6
amen quid notet Ierem. 11. n. 6
amicus ſæuior inimicus Ierem. 20. n. 9
amicitia falſa Ierem. 38. n. 8
ammonia dicta ab ammone Ioue Ierem. 46. n. 16.
ammon prouinciæ deſcriptio Ierem. 49. num. 1.
ammonitarum ſcelera duo Ierem. 49. n. 3
amor Dei erga ſuos Ierem. 2. n. 37
amor Dei perpetuus Ierem. 31. n. 3
anathemata ſuſpenſa dijs Baruch 6. n. 7
anathoth patria Ieremiæ Ierem. 1. n. 4
angeli mali concitant bella Ier. 25. n. 3
angeli cuſtodes iubentur cedere Ierem. 51. n. 6.
angelorum miniſterio operatur Deus Ierem. 49. n. 17
anguli populi duces Ierem. 31. n. 26
anima in morte, aut inferno conſtituta, qualis Thren. 1. n. 1
anima vaſtata digna fletu Thren. 1. n. 4
animæ deſtitutæ bonis, & à Deo tactæ motus Thren. 1. n. 5
animæ è pia vita in impiam tranſmigratio. Thren. 1. n. 7
animæ pulchritudo deperdita Thren. 1. n. 10
animam hoſtis quam deuaſtet Thren. 1. n. 21
anima dæmon ſubiecta quam vilis Thren. 1. n. 22
animal Ezechielis quid notet Ierem. 9. n. 14
anni ſeptem ſeruorum qui accipiendi Ierem. 34. n. 10
anni 70. captiuitatis quando incæperint, & finierint Ier. 29. n. 4
anni 70. Zachariæ, & Ieremiæ diuerſum habent initium, & finem ibid.
anno 7. Nabuchodonóſoris quot Iudæorum ducti captiui Ier. 52. n. 4
anno item 18. quot ducti captiui. Ierem. 52. n. 5
anno deinde 23. quot ducti captiui Ierem. 52 n. 6
anni, quibus prænunciata vaſtitas Babylonia Ierem. 51. n. 22
annuli vſus triplex Ierem. 22. n. 13
antichriſti perſecutio Ierem. 30. n. 5
anticipationis vſus in ſcriptura Ierem. 40. n. 1

antiochia Siriæ Rablatha Ier. 39. n. 5
antiquum ebur precioſum Thren. 4. n. 8
apis Ægyptiorum fuga Ierem. 48. n. 9
apoſiopeſis vſus in ſcriptura Ier. 10. n. 25
apoſtoli piſcatores, & venatores Ierem. 16. n. 8
apoſtolorum, & paſtorum cura unium Ierem. 23. n. 4
apoſtoli prægustatos fructus communes faciebant. Ierem. 31. n. 5
apoſtoli ſucceſſores principum, & ſacerdotum legalium. Ierem. 33. n. 14
apoſtolorum fluenta Ierem. 31. n. 7
aquæ Gabaon quæ? Ierem. 41. n. 5
ara ſanguine tincta peccata manifeſtat. Ier. 17. n. 1
ararat Armenia Iere. 51. n. 33
aratro vrbes ædificabantur, & euertebantur. Ierem. 26. n. 4
arbori felici ſimiles qui Deo fidit Ierem. 17 num. 9
arca noë vbi reſederit? Ierem. 51. n. 13
arca in Silo quot annus fuerit? Ierem. 7 n. 8
arca fœderis ſcabellum Dei. Thren. 2, n. 3
arca nulla fuit à templo ſecundo Ierem. 3. n. 2
arca in poſteriore Chriſti aduentu manifeſtanda. Ierem. 3. n. 20
aroer ciuitas Ier. 48. n. 16
arphad quæ vrbs? Ierem. 49. n. 27
arula prunis plena ad ſermones Dei comburendus. Ierem. 36. n. 8.
aſcalonis ſitus, ac deſcriptio Ier. 47. n. 5
aſceuez quam gentem notet? Ierem. 51. n. 13
aſor multiplex Ierem. 49. n. 32
aſor chanaam regnorum caput ibidem
aſoritas qui referant Ierem. 49. n 32
atrium carceris quod Ierem. 32. n. 1
attonſi in comam qui Ierem. 9. n. 36
auaritia taxatur Ierem. 22. n. 6
auari enoment diuitias Ierem. 51. n. 20
auctor capitis 52. Ieremiæ quis? Ierem. 52. initio.
auditores leues verbi Dei Baruch 1. n. 16
aulonica regio Ierem 49. n. 32
azoti ſitus Ierem. 47. n. 1
azoti reliquiæ Ierem. 25. n. 11

B

Baal, ſeu Belus quis Deus Ierem. 9. n. 8
babylonis ſitus, & deſcriptio Ierem. 51. n. 12
babylonis magnitudo Ierem. 51. n. 15
babylon 70. Leucas diſtat ab Ieruſalem. Ierem. 36. n. 1
babylon Pekod dicta Ierem. 50. n. 16
babylon Seſach cur dicta Ierem. 25. n. 14
babylonis imperium cur erectum Ier. 50. n. 1
babylonis reges tres Ierem. 27. n. 4
babylon malleos Domini Ierem. 51. n. 11
babylonis vaſtitas ferarum habitatione prænunciata. Ierem. 50. n. 23
babylonis finis, & menſura Ier 51. n. 9
babylon deſeritur ab omnibus Ierem. 50. n. 13
babylon quando capta Ierem. 50. n. 17. & 51. n. 19
babylon qua via fertilis fiebat, capta. Ierem. 51. n. 25
babylon igne combuſta Baruch 4. n. 10
babylonis ſpiritualis excidium Ierem. 51. n. 17
balthaſar Rex Babylonis, nepos Nabuchodonoſoris. Ierem. 27. n. 4
balthaſar idem qui Euilmerodach Baruch 1. n. 10
balthaſar, Baruch, & Danielis diuerſus ibidem
baltheus amorem Dei ſignat Ierem. 13. n. 2
baruch quis fuerit Baruch 1. n. 5
baruch puſillanimitas Ierem. 45. n. 1
baruch ſalutem fratrum pro leui deſpicit damno. Ierem. 45. n. 31.
baruch non fuit auctor libri eius nomine inſcripti. Baruch 1. n. 2.
baruch in fratres exules beneuolentia Baruch 1. n. 3
baruch tranſtulit epiſtulam ex archetipo Ieremiæ Baruch 6. n. 1
baſſan quæ regio Ierem. 50. n. 14
beatus ſolus populus, cui ineſt Dei prudentia Baruch 3. n. 3.
beleunmer deuorata Ierem. 51. n. 21
belus, qui & Saturnus Babyloniorum Deus Ierem. 50. n. 3
beli templum Ier. 51. n. 28
beli feſtum Ierem. 51. n. 19
belli apud Carcbanim hiſtoria Ierem. 46. n. 2
benadad quis? Ierem. 49 n. 30
beneficijs obiectis pudet peccator Ierem. 2 n. 2
beneficijs affectus hoſti pertimeſcendus Baruch 2. n. 4
bethacarem quæ vrbs Ierem. 6. n. 4
bicrah quod animal Ierem. 2. n. 25
boſra gemina Ierem. 49. n. 16

C

Cadauera proborum odoribus confecta Ierem. 34. n. 4
cæcitatis malum Thren. 2. n. 9
cæli non ſunt animati Iere. 10. n. 2
cælum Domino ſoli, terra hominibus conceſſa ante aduentum Chriſti Baruch 2. n. 7
cælum hominibus reſeratum poſt Chriſti aduentum ibid.
cæli nomine aër Baruch 3. n. 34
calamitas ad Deum trahit Baruch 2. n. 8
calamus aromaticus quis Ier. 6. n. 18
calathus quid Ierem. 24. n. 2
caligo calamitatem notat Ierem. 13. n. 8
calix verborum lenocinium Ierem. 51. n. 6
calix iuſtam Dei vltionem ſignat Ierem. 25 n. 7
calix aureus Babylon Ierem. 51. n. 6
calicem propinandi mos Ierem. 25. n. 7
calliditas impij Ierem. 5. n. 21
caluitium notat euerſionem Ier. 47. n. 7
cappadocia quæ regio Ierem. 47. n. 6
captiuitates Iudæorum tres Ierem. 29. n. 4
captiuitas vitiorum Thren. 2. n. 25
captorum quæ gens Ierem. 47. n. 6
carcer tenebroſus qualis Thren. 3. n. 4
carcer Cyzicenus profundum maris Pauli Iarem. 37. n. 6.
carceres horridi ibidem
cariotb vrbs Iudæ Ierem. 48. n. 29
carmelus mons Ierem. 2. n. 9. & 4. n. 20
carmen cur mores obtineat. Iſagog. ad Lamentat. cap. 6.
carminis lugubris vis ibid.
carmen alphabetarium ibid. c. 7.
caſus miſerandi præ oculis habendi Ierem. 49. n. 16.

catapultæ

catapoltæ bellicum inſtrumentum Ierem.32.n.13
cedareni qui Ierem.41.n.31
eccleſiaſma quid Ierem.25.n.16
ceruæ natura Ierem.14.n.4
ceſtus Iona virginitatis Baruch 6.n.10
chaldæa aquilo oaris Ieruſalem Ierem.1.n.16 & 4.n.13
chamaam quis locus Ierem.41.n.6
chamos, & Beelphegor Deus Moabitarum Ierem. 48.n.10
chriſtus propheta gentium Ierem.1.n.8
chriſtus, & Apoſtoli, fulcimentum mundi Ierem.5.n.12
chriſtus reconditorium theſaurorum Dei Ierem.10.n.19
chriſtus panis ligno crucis affixus Ierem. 11. num.19
chriſti typus Ieremias Ierem.11.n.22
chriſtus tozico interfici tentatus ibid.
chriſtus tradidit dilectam animam ſuam morti. Ierem.12.n.11
chriſtus peregrinus, & viator Ierem.14.n.6.7.& 8
chriſtus vir vagus ibid.n.9
chriſtus vir rixæ Ierem.15.n.14
chriſtus exactor diligens ibid.
chriſtus redemptor promiſſus Ier.16.n.7
chriſtus petra Ier.18.n.4
chriſti non fuit regnum temporale. Ierem.22.n.16
chriſti munia erga ſuos Ierem.23.n.2
chriſtus germen iuſtum Ierem.23.n.5
chriſtus legiſlator, gobernator, & iudex. Ierem. 23.n.6
chriſtus Iehouah iuſtitia noſtra Ierem. 23. n.8.
chriſtus Dauid antonomaticè Ier.30.n.6
chriſtus dux fidelium Ierem.30.n.9
chriſtus infirmorum ſalus Ierem.31.n.7
chriſtus quæ bona attulit Ierem.31.n.18
chriſtus vtriuſq; teſtamenti legiſlator. Ierem. 31.n.19
chriſtus primo venit ad Iudæos ibid.
chriſtus pater patratus Ierem.31.n.21
chriſtus 120. regalibus venditus Ierem.32.n.4
chriſtus promiſſus Ierem.33.n.10
chriſtus Iehouah ibid.
chriſtus vt Ieremias, fleuit ſuper Hieruſalem Thren.1.n.4
chriſtus docuit mortificationem Thren.1. n.31.
chriſtus vir ſolus, qui ſuſtinuit afflictionem. Thren.3.n.1.
chriſtus vir antonomaticè ibid.
chriſtus ſolus hominum ſuſcepit principatum ibid.
chriſtus ſolus hominis ſaluator ibid.
chriſtus ſcopus ſagittarum Dei Thren.3.n.7
chriſtus Iehouah eſt Chriſtus Ieſus Thren. 4.n.22
chriſtus, gratia hominis, non eſt ab anguſtia liberatus. Baruch 3.n.1
chronotaxis prophetiarum Ieremiæ compendium. Iſagog. ad Ierem. c.4
chronotaxis latior prophetiarum Ieremiæ 4. libris diſtincta, poſt Iſagog. ad Ieremiam.
ciconiæ natura Ierem.8.n.7
cingulo lineo comparantur iuſti Ierem.13. n.3
cippus, & neruus Ierem.20.n.2
circumciſio cordis prodeſt Ierem.9.n.17
ciues magnarum vrbium periculis magis patent. Ierem.44.n.1
cithiim quæ gens Ierem.2.n.11
coccinum quid Ierem.4.n.21
color purpureus candidus Threno.4.n.8
columba dictus Nabuchodonoſor Ierem.25. n.19.& 50.n.3
columnarum Iachin, & Booz altitudo Ierem. 52.n.2.
commutatio rerum in vaſtata Ieruſalem quanta. Thren.2.n.38.& 40.
compotatorum exitus quis Ierem.51.n.19
concionatorum leuitas, & adulatio Ierem. 6. n.12
concionatorum vitia Ierem.23.n.16
concionatoris verba qualia Thren.2.n.25
confeſſio delicti ad miſericordiam mouet. Baruch 3.n.2
confidentia humana qui reprimenda Ierem. 9.n.14
coniugati ſint quaſi non coniugati Iere.16.n.1
conioratio impiorum contra probum Ier.6.n.6
coniuratio, aut defectio à Deo ſub Manaſſe Ierem.11.n.11.
conſcientia peccato pungitur Thren.1.n.29
conſuetudo comburendi cadauera Ierem.34. n.4.
conteſtari quid ſit? Ierem.11.n.8.
conuerſio difficilis, niſi per ſupplicia Ierem.13. num.21
conuerſio gentium promiſſa Ierem.16.n.10
conuerſio Dei gratia confeſtim fit Iere.31.n.10
conuiuium parentale Ierem.16.n.3
conuiuium vini Ierem.51.n.19
conuiuiorum defectus, molæ, & lucernæ defectu ſignatus Ierem.25.n.5
conuiuijs vſus lucernarum frequens ibid.
cor facile mobile nobilius Ierem.10.n.9
cor quid ſignificet Ierem.51.n.1
corniculæ natura Baruch 6.n.14
corniculæ fabula Ierem.12.n.13
coruu quid notet Thren.2.n.5
corpus caducum Ierem.46.n.8
coculi natura Thren.4.n.4
culpæ cognitio placat Deum Thren.3.n.29
cultus cum profectu cultorum Baruch 1.n.12
cura diuerſa proborum, & improborum in Ieremia enecando Ierem.38.n.7
cyri exercitus è multis regibus coactus Ierem. 50.n.24
cyrus Lydos priuſquam Babylonem cepit ibid.
cyrus, & Darius Medos Babylonem vaſtarunt Ierem.50.n.25
cyrus Euphratem alio deriuauit Ierem.51.n.15

D

Dæmon rebus turpibus gaudet Baruch 6.n.11
dæmonum cibus Ier.7.n.17
dæmones animarum piſcatores, ac venatores Ierem.16.n.18
dæmonum, vti chaldæorum, auiditas. Ier.50.n.11
dæmon voraciſſimus Ier.51.n.17
damaſci deſcriptio, & etymon Ier.49.n.25
dan quæ ciuitas Ier.4.n.15
daniel eunuchus Ierem.29.n.2

daniel quint annorum captos Ierem. 29.n.8
daniel orabat verſus templum Baroch 2.n.7
daniel imitatur Ieremiam in orando Ierem. 29.num. 2.
daniel legebat Ieremiam, & Baruch Baruch 1. nom. 13
daniel connumerator Iob, & Noë Ier.29.n.8
daniel liberat Suſannam ibid.
dauid optabat eſſe in templo ibid.
dauidi in throno ſucceſſor non defuit Ierem. 33. n.11
debitor Dei peccator Baruch 3. n. 6
debiti exactione preſſi Iudæi ibidem
decapulis quæ Ierem. 49. n. 32
deden vrbs quæ Ierem.49.n.18
dereliqoiſti à Deo miſera ſors Iere.5. n.12
detractoris officium Ierem.6.n.22
deus cum idolis collatos Ierem.50. n.22
dei glorioſi periphraſis Baruch.3.n.15
dei nominis etymon Ierem.17.n.8
deus puritate gaodet Baruch.6.n.11
dei præſentia in templo Baruch.2.n.7
deo patent. quæ homini celantur Ierem. 49.n.11.
deus viſus in monte Sina Baruch.5.n.16
deus probos improbis commiſcet ad pietatem ſe-tendam Ierem.1.n.4
deus ante punitionem ſæpius monet Ierem. 1.n.7
deus per omnes ſenſus monet Ierem.1.n.15
dei in monendo homines ſolicitudo Ierem. 7.n.9
deus, vti cubilarius, mane monet. ibidem
deus præſto ad puniendum, & remunerãdom pro lege ſua Ierem.1.n.14
deos pollicetur pacem ex bello Ierem.1.n.10
deus Iſraelem iſti ſponſam ad ſe reuocat Ierem. 2.n.2.
deos puniturus, homines iudices conſtituit Ierem.2.n.6
deos inopinatos comprehendit Ierem.2.n.28
dei extremum ſupplicium non punire Ierem. 1. n. 32.
dei charitas in repudiatam Ierem.3.n.3
deus per gradus auget pœnam, vt corrigat Ierem.5 n.1
deus æque bonus in poniendo, vt in benefaciendo ibidem
deus in ſe cõmiſſorum oblitos commiſſa in homi-nes punit Ierem.6. n.9
deos medici inſtar, culpis medetur ibidem,& 30.n.8
deus prius beneoole monat, deinde metu in cuſſo Ierem. 6. n. 15
deus vindex fædifragorum Ierem. 34.n.15
deus medici inſtar amaris potionibos purgat Ierem.36.n.6.
deum iratum neque opes, neque honores placabũt Ierem.49.n. 30
dei cura in ſuis tutandis Ierem.51.n.11
deos caſtigat ad ſe vt reuocet Threno 1.n.9
deus caſtigat vt proficiat Threno 1. n.31
dei patientia Threno 2. n.29
deus non ex corde affligit Threno 3.n.24.& 25
deus quibus officijs tempore aduerſo placandus Baroch.1.n.5
deus grauiori morbo grauius adhibet remedium Baruch 2.n.4
deus delicias parat redeuntibus Ieruſalẽ. Bar.5.n.6
deus non præcepit holocauſta ſponte ſua Ier.7.n.18
deus pars Iacob. Ierem.10.n.22
dei bonitas in populo Iſrael tibi adglotinando Ierem.13.n.3
dei filij amor in ad glutinanda ſibi carne humana ibidem
deus ſanctos congregat, diſgregat peccatores Ierem.13. n.6
dei bonitas nobis imitanda Ierem.17.n.8
deus figulo comparatus, homo luto Ierem.18.o.1
deo renuente nihil firmum Ierem.21.n.3
deo omnia ſunt prope Ierem.23.n.14
deo parendom in omoibos Ierem. 29.n.10
deus prægustator operum Ierem.31.n.5
deo nemo reſiſtit Ierem.44. n.4
deus, & puniendo, & miſerando cur dictus labora-re Ierem.15. n.7
deorum ſortitio Threoo 3.n.15
deos falſos turpis oſtendit cultus Baruch.6.n.15
deos iuxta affectum fabricabant gentiles Baruch. 6. n. 12
deorum imbecillitas Baruch 6.n.9
deorum ruina euangelij affuſſio Baruch 6 n.13
diabolus perdicæ ſignatus Ierem.17. n.11
dibon vrbs Ierem.48.o.15
dies hominis qui Ierem.17.n.16
dies pro tempore Threno.1.n.43
dies cæli, diuturni, felices Baruch.1.n.10
diplois quæ veſtis Baruch.5.n.1
doctrina niſi prægustata ab Apoſtolis, noxia Ierem.31.n.5
dolia duo Ierem .24.n.4
dolor ad culpam delendam datus Threno 1.n.24
domicilium commune pauperi, ac diuiti mundus Baroch.3.n.13
domus dei mundus ibidem.
domus dei Silo quando deſtructa Iere.7. n.8
domus hiemalis, & æſtiua Ierem.36.n.8
domus pro familia Ier.42.n.4
draconis natora Ierem.51.n.17
ducum munus Ierem.50,n.19
duplicia Deus reddit quando Ierem. 16. n.9

E

Ebor antiquum pallidum Thren.4.n.8
ebur antiquum idem ac precioſum ibidem
ebor arte porpereum ibidem
eccleſia eſt in Repoblica, quid ſit Ier.3.n.9
eccleſia Chriſti ædificata Ierem.31.n.4
eccleſiæ epithera Ierem.31.n.15
eccleſia dolet filiorum præuaricationes Threno. 1. n. 13. 24. 41
eccleſiæ pedes prælati Thre. 1. n.18
eccleſiam quomodo ſpoliat inimicus Thre.1.n.21
electionis modus auctoritatem parit prophetis Ierem.1. n 8
elamit quæ gens Ierem 49.n.37
elam arcu peti Ierem.49.n.39
emath quæ ciuitas Ierem.4.n.13
emath ſitos, & deſcriptio Ier.49.n.26
ephraim mons Ier.50. n.14
ephraim decem tribus dictæ. Ierem.7.n.10.& 31.n.6
ephraim Deo dilectus cor Ierem.31.n.11
ephraim quando protectus à Deo Ier.7.n.10
ephræ, ſeu vaffres Ægypti rex quot annis regnauit Ierem. 44. n. 9

epicedium Ieremiæ pro Ioſia Thren. 4. n. 22
epilogus prophetiæ Ieremiæ Ier.51 n.28
epiſtula ad captiuos 4. anno Ioakim miſſa. Ieremiæ 29. n. 1
epiſtola ad tranſmigratos anno 1. Sedeciæ miſſa. Ierem. 10. n. 1. & 13.
epiſtolæ Ieremiæ ad abducendos auctoritas Baruch 6.n.1
epiſtolæ eiuſdem miſſæ tempus Baruch 6. n. 2
equi emiſſarij qui Ier.5.n.11
ergaſtula quæ eſſent Ier.37. n.6
erubeſcentia in malis neceſſaria Ierem.6. n.13
eſdras 4. menſes conſumpſit in reditu è Babylone. Ier.36.n.1
eſuries nulla in Eccleſia Ier.31. n.8
ethan vallis Ierem.50. n 25
euangelij propria compellatio patris Ier. 3. n.7 & 24
euchariſtia abundat in Eccleſia Ier.31. n.8
euilmerodach ſecundus rex Babylonis, filius Nabuchodonoſoris Ierem.27. n.4
eunuchi dicti qui? Ierem.29. n.2
euphrates fluuius Iere.2.n.20
examinatio per afflictionem Ier.9. n. 5
excommunicatio triplex Hebræis. Thren.1. n.34
exedra quæ dicatur Ier.35.n.3
exempli Ierem.4. n.4
exemplis ſanctorum, iſti pannis detritis peccatores extrahendi Ierem.38. n.7
exitus probat veram prophetiam Ierem.37.n.8

F

Faber, & incloſor qui Ierem.24. n.3
fabulæ doctæ quæ Baruch 3.n.12
facere pro ſacrificare Ierem.3. n.20
falſum Deo imponere grauiſſimum. Ierem.28. n.5
fames dira in obſidione Ieruſalem Baruch 2. n 2
felicitas temporalis, & ſpiritualis ſimul promiſſa. Ierem. 31. n.4
felicitas omnis promiſſa Baruch 2. n. 15
femina virum circumdans, plebs Chriſtum ſecuta. Ierem 31.n.14
feminarum laſciuia Baruch 6.n.10
feneſtræ mortis in animum ſenſus Ier.9.n.13
feſta non celebrata ſine exhortatione ex lege Baruch 1.n.12
fidei varia ſignificatio Thren.3. n.14
fides in Deum quando facienda Ier.1. n.20
fides Dei firmo argumento probata Ier.31. n.25
fides in rebus caducis inutilis Ier.12. n.31
fidens Deo vir rarus Ier.17. n.6
fidelium primorum exultatio Ier.31. n.6
filia Sion plebs dicta Thren.1. n.10
filius Dei apparuit priſcis patribus Baruch 3. n. 16.
filius quarta progenies æthiopis natus niger. Ier.32. n.9
filij enndatores ſcelerum patrum puniti Ierem.32. n.9
filij, vt morbos, ita mores parentum referunt ibid.
filij puniuntur pro parentibus ad medicinam ibid.
filij puniti ne prolabantur in parentum ſcelera ibid.
filij quarti ſceleratorum, non vltra, ex miſericordia puniti ibid.
finis tempus maturitatis Thren.4.n.20
floribus deducenda Moab, vti defuncta Ieremiæ 48. n.11
fœcialis quod munus Ierem. 31. n.21
fœcundi mundo ſteriles Deo Ierem.22.n.16
fœdus Dei cum populo cur repetitum Ierem. 11. n.3
fœdus quid Ierem.31. n.21
fœderi ineundo tria neceſſaria Ierem. 31. n.21
fœdus roboratum ſacrificio ibid.
fœdus confirmatum epulo ſacro ibid.
fœdus vetus dicto modo ictum Ierem.31.n.21
fœdus nouum ſimiliter ibid.
fœdus nouum quo loco initum ibid.
fœdus nouum Chriſti ſacrificio, & epulo roboratum ibid.
fœdus nouum cur dictum ibid.
fontes oculi terræ Thren.1.n.32
fornax duplex ferrea, & aurea Ierem.11.n.4
fragilitas humana ad parcendum inducit. Baruch 3. n. 5
fratrum caſus, vt noſtri, dolendi Thre.1.n.44
fratrum caſus alijs cautela ibid.
fugæ Sedeciæ via Ierem.39.n.4
fugiendum è medio Babylonis Ier.51.n.4
fuga ſine Deo inutilis Ierem. 43. n. 3
funiculus quid notet Thr.2.n.16
funiculo vrbes dirutæ ibid.
furor iræ quis dicatur Thr.1.n.24
furoris Domini guttæ afflictiones Ierem.42. n.5

G

Gabaon diſtat ab Ieruſalem 40. ſtadijs Ierem. 41. n. 5
gad tribus ſedes Ierem 49. n.3
galaad quæ regio Ierem.8.n.25
galaad montis ſitus Ier.50.n.14. & 22.n.2
gaza Paleſtinæ diuerſa à Perſica Ierem.47.n.1
gaza percuſſa à Pharaone anno nono Sedeciæ, Ierem. 47. n.2
gazophilatium quid Ier.35.n.3
gehenna vnde dicta Ierem 7.n.24
generationis varia ſignificatio Baruch 6. n. 3
genere femineo pro neutro vtuntur Hebræi Ierem. 33. n. 1.
germen nomen Chriſti Ierem.23.n.5
geth ſitus Ierem.47.n.2
gloriam Deo dare quid Ierem.13. n.7
gloriam eandem veteres cum nouis patribus expectabant Baruch 2.n.7
gloria ex lege ablata non ſeruanti Baruch 4.n.2
godolias adumbrat Chriſtum mediatorem Ierem.40.n.6.
godoliæ bonitas ibid.
gratiam omnium fons bonorum Baruch 1.n.11
gratiæ, legiſque diſcrimen ex virtute Ier.20.n.11

H

Habitus mulieris deficientis Thre.1.n.33
hæreticorum mores Thren.1.n.9
hac vrbs gemina Ierem.49.n.6
hananias Septembri interijt Ierem.28.n.6
hanameel, cum alijs locis, ratio Ierem 31.n.26
hebdomada quid Ierem.50. n.20
helcias Ieremiæ pater ſacerdos non ſummus Ierem. 1. n. 3.
heliopolis ciuitas ſolis Ierem.43.n.5
hirondinis nomen Ierem.8.n.7
hypocriſis notatur Ierem.2.n.23
homo bruteſcit ſcientia ſua Ierem. 10.n.20
homo Adam, & Enos cur dictos Ier.17.n.8
homo in anguſtiis multa pollicetur Ier.34.n.16

homo vetus detrahendus, vt vinum è fecibus. Ieremiæ 48. n. 13.
hominis miſeria poſtulat lenius puniri. Ier. 10. n. 29
humilitatis ſignum proſterni Thren. 3. n. 21
hyacinthus flos, & lapis Ierem. 10. n. 12

I

Idololatriæ genus triplex Baruch 6. n. 17
idololatriæ peccatum quando ceſſauit in Iſrael. Ierem. 50. n. 15.
idololatriæ pœna inſtabilitas Threnot. 1. n. 14
idololatriæ remedium tranſmigratio, vt fornicationis fuga Threnor 1. n. 14
idumææ deſcriptio Ierem. 49. n. 10
idumæi cur ſuperbi Ierem. 49. n. 19
iechonias cur dictus chonias Ierem. 22. n. 13
iechonias filios habuit Ierem. 22. n. 16
iechonias nullum filium habuit regem ibid.
iechonias quam infelix ibid.
iechoniæ diſpar exitus à Sedecia Ier. 52. n. 8
ieiunium cum oratione coniunctum Ier. 14. n. 13
ieiunium ſeptimo die noni menſis Ier. 36. n. 3
Iehouas nomen ſolius Dei Thren. 4. n. 12
ieremiæ nominis etymon Iſagoge ad Ieremiæ c. 1.
ieremias lapidibus obrutus Iſagoge c. 1. & Ierem. 43. n. 5.
ieremiæ ſcopus in præfat. libri primi
ieremias cum Sophonia, & Olda prophetauit Ierem. 1. n. 1
ieremias ſacerdos Ierem. 1. n. 2. & 3
ieremias verus propheta Iere. 1. n. 5
ieremiæ ætas, & tempus prophetiæ Ier. 1. n. 6. & 11
ieremias ſanctificatus qui dicatur Ierem. 1. n. 9
ieremias gentibus prophetauit Ierem. 1. n. 10
ieremias munus recuſat Ierem. 1. n. 11
ieremias puer eligitur Ierem. 1. n. 11
ieremias in locis publicis prædicauit Ierem. 1 n. 1 & 11. n. 7
ieremias typus Chriſti Ierem. 11. n. 22
ieremias ſeductus qui dicatur Ierem. 20. n. 5
ieremias qui maledixit diei ſuo Ier. 20. n. 11
ieremias 11. annos tulit catenas Ierem. 27. n. 1
ieremias nouit ſe verum prophetam Ier. 28. n. 3
ieremias 5. anno Ioakim liber Ierem. 36. n. 5
ieremias, & Baruch à Deo abſconditi Ierem. 36. n. 11.
ieremiæ fuga in Anathoth Ierem. 37. n. 2
ieremias percutitur Ierem. 37. n. 4
ieremiæ cibus deſignatus Iere. 37. n. 10
ieremias in cæuum mittitur ad collum Iere. 36 n. 4
ieremias nudus iniectus in lacum Ierem. 38 n. 7
ieremias captiuos vbique comitatur Ierem. 42 n. 1
ieremiæ charitas perſeuerans Ierem. 42. n. 3
ieremias Abdiæ verba vſurpat Ier. 49. n. 13
ieremias Trenodus in iſagoge ad Lament. c. 6
ieremias malum imprecatur vtile patranti. Threno. 1. n. 46.
ieremiæ cibus Thren. 3. n. 8
ieremiæ virginitas, Iſagoge c. 1 Ierem. 16. n. 2
ieremiæ charitas iſti Pauli Iſago. cap. 1
ieremias non eſt in Paradiſo ibid.
ieremiæ ad ſepulchrum mira patrantur ibid.
ieremiæ libri Iſagoge cap. 2
ieremiæ ordo prophetandi Iſago cap. 4
ieremiæ pro tranſmigratis ſolicitudo Baruch 1 n. 5
ierias nepos Hanniæ capit Ieremiam Ier. 37. n. 1
ieruſalem quando condita Ierem. 32. n. 4
ieruſalem nominis varia ratio Baruch 4. n. 9
ieruſalem 70. leucas diſtat à Babylone Ier. 36. n. 1
ieruſalem triplici muro cincta Ier. 39. n. 3
ieruſalem de ſorte Iude, & Beniamin Ier. 6. n. 2
ieruſalem decor, & teneritudo Ierem. 6. n. 5. Thren. 1. n. 10
ieruſalem in malo mira mutatio Ierem. 6. n. 8
ieruſalem ruina Thren. 2. n. 31
ieruſalem domina gentium Thren. 1. n. 4
ieruſalem quinque obſidiones Ierem. 29. n. 4
ieruſalem obceſſa 8. Sedeciæ Ierem. 34. n. 1
ieroſolymæ exciſæ in tribus mutatio Thren. 1. n. 1
ieroboam Ephraimita, non alij reges Ier. 7. n. 10
ignis afflictionis, & tentationis Thren. 1. n. 27
imperio pro ſeruando orat eccleſia Ier. 3. n. 9
imperiorum tranſlatio Ierem. 50. n. 14
impij quæſtionem mouent Deo, vt capiant, pij vt tueantur Ierem. 12. n. 1
impij iuſtis miniſtrant Ierem. 50. n. 25
impoſſibile quid ſcripturæ Ier. 13. n. 17
improbi nomine præferunt ſupplicium Ier. 50 n. 16
incantator quis Ier. 8. n. 19
incantamenti genus Baruch 6. n. 11
incarnata verbi fructus Ier. 31. n. 15
incenſi genus, quod dijs adolebatur Baruch 6. n. 11
incidere ſe vetitum Iudæis in funere Ier. 16. n. 4
incredibiles pro increduli Baruch 1. n. 16
index Chronotaxeos, & vulgati Iſagoge c. 6
infantes ad concionem vocati Baruch 1. n. 5
infernus pro ſepulcro Baruch. 2. n. 9
inferno plexi dolent quod potuerint cauere Thren. 1. n. 13
infirmitates ex Dei ira quãdoque venire. Ier. 16. n. 2
ingratus hyenæ ſimilis Ierem. 12. n. 13
inſtitutio externa quid conferat Ierem. 31. n. 23
inſtrumentum contractum quale Ier. 32. n. 5
ioachim qua dea liberatus Ier. 52. n. 8
ioakim rex deceſſit Ieroſolymis Ier. 22. n. 8
ioakim regni Chronologia ibid.
ioakim inhumanus manſit ibid.
ioakim librum Ieremię diſciſſum combuſſit Ierem. 36. n. 9.
ioakim Sacerdos frater Azariæ Baruch 1. n. 7
ioakim ſacerdos Ieroſolymam miſſus ad fratres conſolandos Baruch 1. n. 8
ioannes Baptiſta ex vtero ſanctus Ier. 1. n. 9
ioannes Nazaræus Thren. 4. n. 7
ioiadas non ſummus pontifex Ier. 29. n. 9
ioiadas, & Sophonias iudices de prophetijs ibid.
ionicæ modulationis vis Iſagoge ad Lament. c. 6
ioſue de tribu Ephraim Ierem. 7. n. 8
iouis pellis diphtera Ier. 36. n. 2
irriſorum ſupplicium Thren. 3. n. 43
iſmael refert perſecutores proborum Ier. 41. n. 3
iſrael cur virgo dicta Ier. 14. n. 15
iſraelem, hæreticum fuiſſe Ierem. 3. n. 9
iſrael num è captiuitate redierit Ier. 50. n. 51
iſraeliticæ terræ termini Ier. 50. n. 14
iuda obtinuit regnum cum religione Ier. 3. n. 9
iuda charior Deo quam Iſrael Ier. 3. n. 12
iudæa gentium morſibus expoſita Baruch 2. n. 6
iudæis vetitum commercium gentiũ. Thre. 1. n. 11
iudæorum ruinæ cauſa Ierem. 50. n. 7
iudæis quot captiui ducti Ier. 52. n. 7
iudææ gentis vaſtitas. ibid.

iudæorum

iudeorum ſalus ex Babylonis exitio. Ierem.51.n.22
iudæi Babylone coluerunt idola. Iere.16.n.6
iudex homo non poteſt filium pro patre punire. Iere. 3x.n.9
iudicis tres virtutes. Ier.11.n.20
iudiciaria ſedes in porta noua templi. Iere.26.n.3
iudicia in portis. Thre.2.n.17
iudicio in extremo nuda omnibus omnia. Ierem.17.n.1
iudicia cum aliquo loqui, quid. Iere.1.n.18
iugum iniquitatis dormit, ac vigilat. Thre.1.n.28
iugum à Deo impoſitum ferendum. Thr.3.n.20
iurare cum ſuis comitibus licuit. Iere. 4.n.3
iurare cur non laudetur, & præcipiatur, vt alij actus religionis. Ierem.4.n.3
iurare quomodo prohibuit Chriſtus. ibidem
iurandum per Chriſtum, vti per Deum. Iere.23.n.8
iuſtitia iuſtificationem quandoque notat. Iere.51.n.7
iuſtitia rebus præfertur omnibus. Baruch.6.n.17
iuſtus orbi vtiliſſimus. ibid.
iuſti ſi puniuntur, impij non eximentur. Iere. 49.n.15

K

Kir ciuitas Moab, & Mediæ. Iere.48.n.21

L

Labor Dei qualis. Thre.3.n.44
lacrymarum qui vſus. Thr.1.n.32
lacus, quid notet. Iere.37.n.6
lacus in Maſphat. Iere.41.n.4
lætitia Ieroſolimam redeuntium. Baruch 5.initio
laguncula quod vas. Ierem.19.n.1
lamentationum titulus à prima dictione, &c. Iſago.ad Lament.c.2
lamentationes non pro Ioſia. Iſago.c.3
lamentationes 11. Sedeciæ anno confectæ ad ruinam Ieruſalem deplorandam. iſago.c.3
lamentationum argumentum. ibid.ca.4
lamentationib. deflet hiſtoriam prophetatam. ibi.c.4
lamentationes ſuper Ieruſalem prædictæ. ib.c.4
lamentationum ſermonis ornatus ibidem c.5
lamentationes mitigant dolorem. ibidem c.6
lamentationes Ieremiæ antonomatice. ibi.c.6
lamentationum artificium ſecundum affectum. ibid. cap.7
lamia quod genus animantis. Thr.4.n.3
lapſus in proſperis non aduertitur, vt in aduerſis. Thr.1.n.11
laudis nomine quid accipiendum. Ier.7.n.11.& 11.n.12
leuitarum prædia qui vendebatur. Ier.32.n.3
lex æterna cur dicta. Baruch.4.n.1
lex improbis frequens in ore. Ierem.12.n.5
lex nnua in viſceribus fidelium. Ier.31.n.22
legis veteris cultus quando abolendus. Ier.3.n.19
legis tranſgreſſio cauſa malorum. Baruch 3.n.7
legis obſeruantia bonorum origo. ibid.
lex nefaſta mulieres proſtituendi. Baruch 6.n.10
leges carmine pueri edocti. iſag.ad Lament.c.6
legiſlatorum quorundam doli. Ier.x3.n.16
libare quid. Ierem.1.n.19
liber Ieremiæ non ſeruat ordinem temporis. iſag.c.3
liber lamentationum diuerſus à prophetis. iſagoge ad Lament.c.2
liber à Ioakim conſtructus non continebat Lamentationes. ibi.c.3
liber legis latæ in Sina. Baruch.4.n.1
liber Baruch canonicus. initio Baruch
liber Baruch Hebraicè ſcriptus. ibid.
liber Baruch eum habet ſcriptorem, & promulgatorē. Baruc.1.n.2.
liber Baruch lectus vtilis. Baruch 1.n.1
liber Baruch quando ſcriptus. Baruch n.4
librorum ſacrorum finis, & fructus. Ierem.36.n.13
libris inſcribi ſuas promiſſiones cur iubeat Deus. Ier.3.n.3
libri genealogiarum. Iere.22.n.16
libri Hebræorum volumina plicabilia. Iere.36.n.2
libri qualibus pagellis conſtabant. ibidem
libri reſcripti ab Ieremia nullam continebant lamentationem. Iere.36.n.13
librorum Ieremiæ numerus. iſago.ad Ierem, c.2
libri ſummerſione prædicta Babylonis ſubuerſio. Iere. 51.n.27.
libri ſummerſio, quid moneat. ibid.
libri cuiuſque initio tria expendenda. Ierem.1.initio, & præfat. Lamentationum.
librorum piorum lectio vtilis. Baruch 1.n.6
libertas ex Ægypto ſuperat eam, quæ ex Babylone. Iere.23.n.2
libertas per Chriſtum ceteris præminet. ibidem
lingua arcui comparata. Iere.1.n.3
lingua Græca comparatiuo vtitur pro ſuperlatiuo. Ierem.37.n.6
longanimitas Dei illuſtres victorias reportat. Ieremiæ 15.n.20
longanimitas patienti neceſſaria. Thre.3.n.17
luctus pro mortuis, Iudæis conſuetus. Iere.22.n.8
lumbaris ſignum reipſa præſtitum. Iere.13.n.2
lupus veſpertinus, quis. Iere.5.n.8
luti conſideratio vtilis. Iere.18.n.1
luxuria pro idololatria. Ierem.5.n.9
lybia, & Lydia quę prouinciæ. Iere.4.n.6

M

Magdalus quæ vrbs? Iere.44.n.1
maledictio pro optantis interiectione in vſu Hebræis. Ierem.20.n.15
mali affliguntur ex miſericordia. Baruch 2.n.10
malogranatorum columnæ numerus. Ierem.52.n.2
manaſſe ſcelerum cur Deus recordetur. Ierem.15.n.5
manna, an minha legendum. Baruch 1.n.9
manus ſignificatio. Ierem.6.n.6
manus dare ſeruire. Thre.5.n.5
maria prægnas prænunciatur Ierem.31.n.14
mare metaphorice Babylon. Iere.48.n.32
mari Babylonis mare Perſarum obiectum. Ierem.51.n.20
marmor quid notet. Baruch.6.n.16
mater vrbs primaria. Ierem.15.n.10
medicorum copia in Galaad? Iere.8.n.26
mediæ ſitus. Ierem. 50.n.4
mediocritas vrbes tutatur. Ierem.9.n.5
memoria vitæ actæ vrget tepidos. Ierem.14.n.6
memphis quæ vrbs. Iere.2.n.18
menni Armeniæ gentes. Iere.51.n.13
metha quæ gens. Baruch 3.n.12
merita maiorum proſunt poſteris. Iere.31.n.9
meritis tacitis miſeria Deo obiecta, vt miſereatur. Baruch n.9
merodach regis nomen, non idoli. Iere.50.n.3
methodus in exponendo ſeruanda. Iſag.Iere.c.10
michael præpoſitus Iudæorum. Baruch 6.n.5
milites ſanctificari quid. Ierem.22.n.3
militum Nothſerianorum præſidium. Iere.4.n.14
milliaria, & lapides idem. Ierem.31.n.9
milui natura, & nomen. Ierem.8.n.7
minarum grauitas pœnas graues notat. Ier.6.n.11
miricæ natura. Ierem.17.n.7
miricæ ſterili, & ſartæ ſimilis non fidens Deo. ibid.
miſerationum perennis fons Deus. Thren. 3.n.13

miſeria mouetur ad miſerendum Deus. Thren.2.n.40
miſericordia Dei in peccatores. Ierem.3.n.8
miſericordia ſuperexaltat iudicium. Ier.32.n.8. Baruch 2.n.8
miſericordiæ cum iuſtitia collatio Ier.32.n.8
mithologi qui Baruch 3.n.12
mithra capitis ornamentum Baruch 5.n.1
moab Arabia deſerti, & vrbs Iere.48 n.1
moabitæ à Nabuchod. capti, reſtituti Ier.48.n.31
moabitæ cum aliis gentibus liberæ per Cyrũ redierunt Ier.12.n.19.
molere pro re venerea Thr.5.9.10
moloch, & Melchom idem Ier.7.n.24
moloch cultus in Topheth Ier.7.n.24
moloch ſacrificium infantium horrendum ibidem
montes electi ad cultum Deorum Ier.3.n.10
montes vetiti Iudæis ad ſacrificandum Ier.3.n.10
mors vita quibus optatior Ier.20.n.11
mortem metuebant veteres ſancti Baroch 2.n.7
mortis memoria ſumma philoſophia Thr.1.n.18
mortui non laudant publice Deum Baruch 2.n.7
mortui ſæculi qui Thr.3.n.4
mortui qui viuis feliciores Ier.22.n.5
mos oſſa extrahendi, & comburendi in odium Ierem. 8.n. 1
mos ſponſam ad ſponſum deducendi Ier.48.n.11
mundus templum Dei Baruch.3.n.13
mundi ſacerdos ibidem
mundi interitus prænuncia, vti Babylonis Ier.51 n.22
mundi omnia conſumenda, vt Babylonis Ier.51.n.24
mylitta dea Venus. Baruch 6.n.10

N

Nabochodonoſoris anni imperij Ier.17.n 4
nabuchodonoſor, & Chaldæorum ferocia Ierem.5. n.6.& 16
nabuchodonoſor anno 3. aut 4. Ioakim obſedit Ieruſalem Ierem.36.n.1
nabuchodonoſor è ſepulchro extractus Ier.8.n.2
nabuzardan comes ſtabilis Nabuchodonoſoris Ierem. 52.n.1
nabuzardan princeps coquorum refert gulam cum luxuria ibidem
nabozardan quos è Iudæis abſtulerit Iere.52.n.3
natalium defectus ad humilitatem Ier.48.n.20
nazaræi quod genus hominum Thr.4.n.7
nazaræi quando cœperint ibidem
nazaræos Chriſtus ibidem
neceſſitas compellis ſanctos, alios adire Ier.21.n.1
nitri natura, & vis Iere.2.n.23
no Amon, quæ vrbs, & vnde dicta Ier.46.n.16
no deſtructa, & non reſtituta Ier.36.n.18
nomen Dei profanatum perfracto iuramento Ierem. 34.n.12
nomina, quæ abſurdum præ ſe ferunt, cum conditione explicanda Ier.20.n.11
nox calamitatem notat Thr.1.n.5
nubes ſpirituales ignem colliſione excitant Iere.10. n.17.& 18

O

Obedientia Dei ex hominum obedientia Ier 35.n.
obedientia Iechoniæ remunerata, vt inobedientia Sedeciæ punita Ier.24.n.5. & 6
obliuionis malum Ier.4.n.23
obſecrat eccleſia per dominum Ieſum Baruch.2.n.5
odij in Ieremiam cauſæ Ier.11.n.22
officia Chriſti domini Ier.23.n.6
olla quem notet Ier.5.n.15
olla poſt virgam, ſupplicium poſt flagellum ibid.
onagri natura Ier.2.n.26. & 14.n.4
onus quid Ier.23.n.17
onus dura prophetia Thr 2.n.26
onus liberandi hominem nemo non recuſat Thren.3. n.1
ophaz, ſeu ophir quis locus Ier.10.n.11
operari pro ſacrificare Baruch 1.n.17
opes improborum hoſtes, proborũ Chriſtus comedit Ier.49.n.8
opum affluentia quid mali apportet Ier.46.n.13
opulentorum ſecuritas miſera ibidem
opus pro facultatibus Ier.48.n.9
operis Ieremiæ diſtributio Iſag ad Ier.c.6
orandi forma tribus conſtat Baruch.1.n.3
orandum pro regibus Baruch 1.n.10
orantis habitus leuare manus Thr.2 n.35
oratio humilis ex corde Ier.36.n.6
oratio laus dicta Thr.2.n.32
orationis vti aquæ effuſio Thr.2 n.34
oratio Moſis, & Samuelis prælata aliis Iere.15.n.1
oratio cum ſpe quando impetret Ier.7.n.12
orationis amotio graue malum Ier.7.n.12
oratio pro peccatore non inutilis Ier.11.n.12
oratio in anguſtiis poſitorum exaudita Baruch. 3.n.1
orationis in anguſtiis poſiti vis ibidem
orationis modulatæ ad conſolandum vis Iſagoge ad lament.c.6
ordinatus motus affectus mouet ibid.
oronaim vrbs gemina Ier.48.9.5
os pro voto, aut deſiderio Ier.12.n.5
os domini qui ſint Thr.1.n.35
oſculari terram mos gentium Thr.3.n.21
oſſa populi, Iuda, & Beniamin ob robur Ier.10.n.14
oſſa è ſepulchris diſſipata in obſidione Ieruſalem Baroch 2.n.12
oſſa oliuarum quæ Baruch 6.n.11
oues Chriſti quibus paſcuis paſtę Ier.23.n.3

P

Palæſtinæ ſitus Ier.47.n.1
paleſtinæ, Phœniciæq; vrbium ſitus, ac diſtantia ibid. n.5
panem mœſtis frangendi mos Thr.1. n.33
panem in luctu frangere vetitum Iudæis Ierem.16.n.5
parakaleo conſolor, & exhortor Baruch 4 n.8
pardi natura Ier.5.n.9
paſſor nominis Ethimon Ier.20 n.4
paſſur non ſummus pontifex Ier.20.n.1
paſtorum munus Ier.6.n.22
paſtores euangelici promiſſi Ier.33.n.9
patientia expectatio dicta Ier.29.n 5
patientiæ prophetarum, & Apoſtolorum collatio Ier.15.n.14
patientiæ documenta optima Thr.3.n.12
patientis impatientiſque diſcrimen Ier.24.n.4
patienter fert aſſuetus ab adoleſcentia Thr.3.n.58
patres duplices, vt duplex natiuitas Ier.11.n.11
paupertas afflictio eſt Thr.3.n.1
peccator in abiectione ſe inuenit Ier.2.n.28
peccator inſtabilis Ier.14.n.12
peccator iuſte punitur Thr.1.n.36
peccatoris ſtatus Thr.1.n.3.& 4.n.1
peccatores haberi ignominioſum Hebræis Thr.3.n.6
peccatum antonomatice idolatria Thr.1.n.14
peccati vaſtitas Thr.2.n.9
peccatum cauſa calamitatum Ier.2.n.16.& 3.n.5
peccati damna Ier.3.n.30
peccatorum remiſſio in ſolo nouo fœdere promiſſa Ier.31.n.24

peccatum regere, aut detegere dicitur Deus. Ier. 13. n. 21
peccatum Iudæ grauius quam Iſraelis Ierem. 3. n. 12
peccatum pro pœna peccati. Ierem. 51. n. 3
pecunia venditi agri Ieremiæ Iere. 32. n. 4
perdicis natura. Iere. 17. n. 11
pericula euadentes interrogandi. Ier. 48. n. 16
periculo alieno cauenda ruina. Thren. 1. n. 14
perſia, & Media orientales Iudeæ. Baruch 4. n. 10
perſonæ mutatio frequens ſcripturæ. Thr. 4. n. 24
petram ad Chriſtum petendum. Ier. 48. n. 19
phatures vrbs Ægypti. Ier. 44. n. 1
phœnices primogenito ſacrificabant. Ier. 7. n. 24
phænicum Theologia. Baruch 3. n. 12
phænices, ſeu Chananæi periti mercatores. ibid.
philoſophi prudentia vacui. ibid.
phrygiæ modulationes vis. iſago. ad Lament. c. 6
piorum hominum forma. Baruch 1. n. 6
placentas reginæ cœli faciendi apparatus. Ier. 7. n. 14
pluuia temporaria, & ſerotina. Iere. 3. n. 6
pœna cum iudicio, aut furore inflicta. Ierem. ton. 30.
pœna ingens ingentem arguit culpam. Ierem. 13. n. 16
pœnitentia expurgatur cor. Iere. 4. n. 5
pœnitentia munimen contra hoſtes. Ier. 4. n. 7
pœnitentia porta pacis. Iere. 33. n. 5.
pœnitentis externus habitus. Baruch 2. n. 8. & 4. n. 5
poeſis Hebraicæ ratio iſag. Lamen. c. 5
poetarum diuinorum variæ elegiæ. ibid. c. 6
pompa qua dij circunducebantur. Baruch 6. n. 4
pompæ ſolemnis deſcriptio. ibid.
populus ad concionem vocatus. Baruch 1. n. 5
populi forma tempore captiuitatis. Baruch 1. n. 7
porta Benjamin Iere. 20. n. 3
porta ſterquilinij nefaſta. Ierem. 19. n. 3
portæ corporis nefaſtæ quæ ibidem
portæ terræque. Ierem. 15. n. 8
porta noua templi, quibus dicta nominibus. Ier. 26. n. 3
porta Miſne, in qua Academia. Ierem. 39. n. 3
porta piſcium Ioppen ducebat. ibid.
portarũ luctus ob iudiciorum ceſſationem. Thr. 1. n. 8
portio proborum, & improborum. Iere. 10. n. 22
portio Dei Iacob. Iere. 10. n. 23
portio Iacob Deus. Iere. 10. n. 22
præceptum domini lex. Baruch 3. n. 9
prædicationis munus qua mente ſuſcipiendũ. Ier. 1. n. 11
prædicatoris verbi Dei honos. Ier. 15. n. 25
prædicatoris virtus, & officium. Ierem. 1. n. 13
prædicatores iaculatores ſagittarum. Ier. 50. n. 10
prædicator oblocutionibus ne terreatur. Iere. 20. n. 6
præficarum munus. Iere. 9. n. 11
prælatorum munus. Ierem. 15. n. 26
prælatorum pro ouibus ſollicitudo. Thr. 2. n. 9
prælati improbi quos referant. Baruch 6. n. 15
prænunciatio malorum totum belli genus. Ier. 51. n. 14
præpoſitus templi, qui diceretur. Ier. 20. n. 1
præcioſa quoque cum defuncto ſepulta, & combuſta. Ierem. 8. n. 1
priapus idem qui chamos. Ier. 48. n. 10
primitiarum ſanctitas. Ier. 2. n. 4
principes arietes cur dicti. Thr. 1. n. 10
principes deliciarum deſtruxerunt vrbem, & templum Ierem. 39. n. 10
principis munia. Thre. 3. n. 1
principatus penes Pontifices à captiuitate. Ier. 22. n. 16
probator Iudæorum Ieremias. Ier. 6. n. 21
probator omnium Chriſtus, & iuſtus. ibid.
proborum improborumque diſcrimen. Baruch 2. n. 5
prophanare quid. Ierem. 31. n. 5
proficere pro generare. Ierem. 12. n. 4
promiſſa magna quæ. Ier. 33. n. 2
promiſſione vna bona temporalia, & ſpiritualia promiſſa Ierem. 31. n. 16
Prophetarum initio tria expectanda. Ierem. 1
Prophetæ veri ſigna. Ier. 1. n. 2
prophetæ munus quando Ieremiæ iniunctum. Ierem. 17. n. 15.
prophetæ neceſſaria duo, donum loquendi, & futurorum cognitio. Iere. 1. 12
prophetæ veri, & falſi diſcrimen. Ierem. 23. n. 15
prophetarum de populo ſolicitudo. Iere. 15. n. 2
prophetæ ſcribebant pro forib. prophetias Ier. 22. n. 16
prophetæ futura prædicunt, & præſentia non prætereunt. Ier. 33. n. 4
propheta vno aut altero verbo oſtendunt ſe in ſpiritu vidiſſe. Ier. 13. n. 2
prophetæ falſi cauendi. Iere. 27. n. 5
prophetiæ duplex genus. Ier. 28. n. 3
prophetia quomodo mutari poſſit. ibi.
prophetia quatuor modis impletur. Ier. 30. n. 9
prophetiæ ſub ſignis editæ ab Ieremia tredecim. iſag. ad Ierem. c. 7
prophetiæ verbo editæ triginta quatuor. ibid. c. 8
proſperitas parit obliuionem Dei Ier. 32. n. 12
proſperitas ex pietate nata. Iere. 22. n. 7
prudentiæ triplex genus. Baruch. 3. n. 12
prudentia veri, memoria finis. Thren. 1. n. 18

Q

Quomodo admirantis aduerbium. Thr. 1. n. 1. & 7

R

Rabbath vrbs Amon. Iere. 49. n. 4
rachodes oppidulum in veſtigiis No. Iere. 46. n. 18.
ramah quæ ciuitas. Ier. 31. n. 9
ramah triplex. ibid.
ratio ad conſolandum probos afflictos. Ier. 12. n. 8
ratio qua exaudiamur, copia beneficiorum. Baruch 2. n. 4
ratio alia per Deum ipſum, & nomen. Baruch 2. n. 5
ratio alia vt Deus rite colatur. Baruch 2. n. 6
rebellis inconſtans. Ierem. 49. n. 8
rechabitæ qui, & quæ vitæ ratio. Ierem. 35. n. 5
rechabitæ fugiunt Ieroſolymam metu Chaldæi. Iere. 35. n. 1
rechabitis pauperibus promiſſa vita pacifica. ibid. n. 7
rechabita ſacerdos. Iere. 35. n. 9
reditus poſt 70 annos quibus promiſſos. Ierem. 29. n. 7
reditus è Babylone iocundus. Iere. 31. n. 7. Baruch 5. n. 1
reditus è Babylone poſt diem Paſchæ. Iere. 31. n. 7
reditus ad Chriſtum quam fœlix. Ier. 31. n. 7
regina cœli quæ, & quo ritu culta. Ier. 7. n. 15. & 44. n. 6
regio maiorem vrbis partem notat. Ier. 44. n. 2.
regni ſtabilimentum iuſtitia. Iere. 22. n. 1
regnum Chriſti è gentibus. Ierem. 10. n. 7
reguli ſerpentis natura. Ierem. 8. n. 18
reges è ſapientibus eligi, mos gentium. Ier. 10. n. 7
regum familiares quales. Ier. 51. n. 26
religio è Silo cum regno tranſlata. Ierem. 7. n. 8
religionis contemnentis malum. Ierem. 43. n. 1
religio inſtaurata lectione & explicatione legis. Baruch 1. n. 13
renes, & cor cur coniungantur. Ierem. 11. n. 20
repudium licitum olim. Ier. 3. n. 3
repudio quatuor requiſita. Iere. 3. n. 3
reſina quid, & qualis. Ierem. 8. n. 25
reſpublica nulla ſine religione & ſacrificio. Ier. 11. n. 14
reſpublica principes magis tenentur legibus. Ier. 5. n. 5
rete ſupplicium ineuitabile. Thre. 1. n. 27
riſus ex deſpecto pœna. Ierem. 48. n. 18

tithmi Hebræorum. iſag.ad Lament. c.5
ritus idolorum, & Chriſti collatio. Ier.7.n.24
ritus ſacrificandi homines nec Deo, nec hominibus placuit. Ier.7.o.24.& 25

S

Sabbatum terræ quod. Ier.17.n.4
ſabbati nomine omnis cultus. Thr.2.n.13
ſabbatis lectio legis, & prophetarum conſueta. Baruch. 1.n.12
ſabæ reginæ patria. Ier.6.n.28
ſacerdotes ſui muneris admonentur. Ier.22.n.2
ſacerdotes annuli ad obſignandum fideles. Ier.22.n.13
ſacerdotum perſonam qui gerunt. Ier.23.n.12
ſacerdotum ritus. Baruch 6.n.8
ſacerdotes nudo capite ſacrificabant. ibidem
ſacerdotium per Chriſtum teſtaurandum. Ier.33.n.12
ſacrificium quotuplex. Ier.17.n.21
ſacrificium internum, & externum. Ier.6.n.19
ſacrificium externum ſine interno inutile. Ier.6.n.19 & 11.n.14
ſacrificium Euchariſticum placet Deo ex ſe. Ier.6.n.19
ſalomonis, & Ioſaphat claſſes in Tharſis. Ier.10.n.10.& 12
ſalutem qui procurat animarum, Deo, eiuſque verbo ſimilis. Ier.15.n.25
ſamaria, Sichem, Silo, quantum ab Ieroſolymis diſtarent. Ierem.41.n.2
ſamaria vnde dicta. Ier.50.n.14
ſamaritani primi Chriſtiani. Ier.31.n.4
ſannir quid notet. Ier.17.n.2
ſanctificandi verbi ſignificata. Ier.1.n.9
ſanctificati vnctione reges ſacerdotes, & prophetæ. Ier.1.n.9
ſanctitas ſimulata facile ruit. Iere.10.n.4.& 13
ſanctorum defunctorum vſus precum. Baruch 3.n.4
ſapientia ſcientia legis Dei. Ier.8.n.9
ſapientia obſeruantia legis Dei. Baruch 4.n.r
ſapientiæ fons Deus. Baruch 3.n.9 & 15
ſapientiæ precium ex caritate. ibidem
ſapientia non niſi à Deo. ibid. n.11
ſapientia nulla re humana comparatur. ibid.n.11.& 12
ſapientia nulla humana diligentia habetur. ibid. n.14
ſapientia gentium circa idola. Ier.10.n.8
ſaphirus qui lapis. Thr.4.n.9
ſaraias præfectus recreationis. Ier.51.n.26
ſathanæ regni vaſtitas. Ier.50.n.23
ſaturnus idem qui Melchom. Ierem.7.n.24
ſaturni, ſeu Melchom figura. ibidem
ſcabellum Dei fit diaboli. Thr.2.n.9
ſcribarum munus. Ierem.8.n.8.& 52.n.3
ſcribi in cœlo, & in terra qui dicti. Ier.17.n.13
ſcripturæ mos rebus magis quam verbis docere. Iero. 13.n.2
ſcriptura rem turpem verbis tegit Thr.5.n.10
ſedecias profectus Babylonem ad ſalutandum Nabuchodonoſorem. Ier.51.n.25
ſedeciæ, & Ioakim exitus diſpar. Iere.52.n.8
ſedecias cauea incluſus ductus Babylonem. Ier.39.n.6
ſedecias cum ſuis deliciis captiuus. Ier.38.n.12
ſedeciæ carcer. Baruch 1.n.5
ſedeciæ timor ne traderetur. Ier.38.n.9
ſedecias rex quando, & vbi mortuus. Ier.34.n.3
ſedeciæ cadauer aromatibus delibutum. Ier.34.n.4
ſedere tribus modis. Thr.2.n.2
ſedere confidentis eſt. Thr.3.n.19
Sellum Ioachaz filius Ioſiæ. Ier.22.n.5
ſemeias Pſeudopropheta quis. Ier.29.n.9
ſenſus per omnes mouet Deus. Ierem.1.n.15
ſententia in ſuperbiam, & luxuriam Moab. Ier.48.n.32
ſententia à ieiuniis ferenda. Ier.21.n.5
ſepulchrorum locus. Ier.26.n.6
ſermonis Ieremiæ genus. iſag.ad Ier.c.9
ſeruorum manumittendorum ratio. Ier.34.n.6
ſeruus vernaculus quis. Ier.2.n.16
ſeruitus quid notet. Thr.1.n.7
ſeſac Babylon cur dicta. Ier.25.n.14
ſeſſio, & reſurrectio quid. Thr.3.n.42
ſi, iurantis particula. Ier.15.n.15
ſi, aut ſi non mirantis particula. Ier.49.n.23
ſiclus, ſtater, ſolidus, argenteus, idem. Ierem.32.n.4
ſiclus valet quatuor regales Hiſpanos. ibid.
ſigna cœleſtia quî non metuenda. Ier.10.n.2
ſihor fluuius quis. Ier.2.n.20
ſilo vrbis deſcriptio. Ier.7.n.8
ſimulacra duplicia. Ier.10.n.3
ſodomæ ſubuerſio ſubita. Thr.4.n.6
ſoli peccare dicuntur qui Deum agnoſcunt. Ierem. 32.n.14
ſophonias non fuit ſummus ſacerdos. Ier.29.n.9
ſorek vinea quæ. Ier.2.n.22
ſors diuerſa obedientium, & inobedientium. Ierem. 28.n.4
ſpei præconium. Ier.17.n.8
ſpes erigitur beneficij memoria. Baruch 6.n.4
ſpiritus ſancti ignis. Thr.1.n.27
ſpiritus narium noſtrarum Chriſtus. Thr.4.n.23
ſpiritus malus dominatur peccatori. Thr.1.n.9
ſtare coram, vel in conſpectu domini eſt ei miniſtrare. Ier.31.n.9
ſtruthionis natura. Thr.4.n.4
ſultan Turcarum ethimon. Ier.51.n.8
ſuperbia deceptio quædam. Ier.49.n.19
ſuperbia quo præcipitet. Thr.1.n.14
ſuperbi conditio. Ier.49.n.18
ſuperbi tandem ſuccumbunt. Ier.23.n.10
ſupplicium grauiſſimum deſeri à Deo. Ier.14.n.6
ſupplicium prælatis imminet. Thr.1.n.29
ſupplicio detegitur culpa latens. Thr.1.n.14.& 15
ſuſannæ hiſtoria quando acciderit. Ier.29.o.8

T

Taphnis quæ vrbs. Ier.2.n.18.& 43.n.2
tapſar quid ſit. Ier.51.n.14
taxi natura venefica. Ierem.11.n.19
taxus ingrati ſymbolum. ibidem
taxus clauo æneo infixo innoxia fit. ibidem
templum Deo gratum quod. Ier.7.n.2
templi portæ. Ier.7.n.r
templi fiducia peccare. Ierem.7.n.5
templum ſpelunca latronum. Ier.7.n.6
templi miniſteria multa. Ier.35.n.9
templum, in quo audit orantes Deus. Baruch 2.n.6
tempus modicum ad agendum de ſalute. Ier.6.n.7
temporis opportunitas ad captandam ſalutem. Ierem. 6.n.7
temporis commemoratio affectum excitat. Ier.31.n.20 Baruch 1.n.4.
tenebræ exteriores quæ dictæ. Ierem.37.n.6. Threnor. 3.n.39
tentorium quid. Baruch.6.n.10
terræ filij. Ier.17.n.3
terra vocatur cœleſtis patria. Ier.30.n.3
terrores mundi qui. Ier.50.n.22
terrores idola vocata. ibidem
teſtamentum vetus tribus ornatum. Ier.31.n.20
thabor montis ſitus. Ier.46.n.18
tharſis multa ſignificat. Ier.10.n.10

tharſis lapis præcioſus ibidem
tharſis Cilicia,in quam Ionas nauigabat ibidem
tharſis mare ſignificat ibi.
tharſis Africa, ſeu Carthago ibid.
tharſis tarteſſus Hiſpaniæ ibidem
tharſis Indiæ regio ibid.
tharcuæ vrbis deſcriptio. Ier.7.n.3
theman quæ regio Ier.49.n.11
theſauri abſconditi in agro poſſeſſio Ier.32.n.17
theſaurus occultus venrorum cauſas notat Ier.10.n.19
timor ex cognitione Dei Ier.5.n.13
tirus, & Sidoo vaſtatæ iuxta prophetias Ier.47.n.8
tirus poſt 70 annos reſtituta ibi.
tituli Lamentatioonum quis auctor iſag.io Lament.c.1
titulus Lamentationum non eſt ſcriptura ſacra ibid.
tondendi caput vſus Iere.7.n.10
topheth quis locus Ier.7.n.24
torcular ſuppliciumuotat Threnor.1.n.31
toxicum quid ſit Ier.8.n.15
tranſmigratio trina Iudæorum Ier.1.n.7
tranſmigratio perfecta,quæ Ier. 13.n.13
tribulatione frequenti admonet Deus Ier.14.n.13
tribulatione ſe inuenit homo Ier.10.n.25
tribulatio reducit ad cor. Thr.1.n.13.& 34
tributi nomine quid Thr. 1.n.4
triſtitia, aut dolor ſoli peccato dolendo vtilia Ierem. 36.n. 10
tuba Prophetæ,& Apoſtoli Ier.6.n.15
turdetani leges, & hiſtorias verſibus conſeruabant iſago.ad Lameot.c.6

V

Væcordia hominum Ier.5.n.19
vagina mucronis Dei patientia Ier.47.n.9
vallis amœna in vallem ſtragis mutata ob peccatum Ierem.7.n.26
vaſa Dei quæ Ier.22.n.15
vaſa iræ Dei duplicia Iere.50.n.17
vaſa miſericordię Ier. 50.n.17
vaſa templi ter Babylonem aſportata Baruch.1.n.8
vaſa quæ reducta Ieroſolymam ibi.
velocitas non eripit è manu Dei Thr.4.n.21
ventus duplex,ad purgandũ,& ad perdendũ Ier. 4.n.11
ventus orientalis Ier.18.n.7
verbum reuelationem,& denuntiatiouem ſignat Iere. 1.n.1
verbi Dei vis Ier.5.n.15.6.n.11.23.n.15
verbi Dei cum ſufflatorio ſimilitudo Ier.6.n.23
verbum ſtatuere, complere eſt Baruch 2.n.1
verbi vnus reduplicatio quid ſignet Ier.8.n.12
veritas odium parit Ier.38.n.4
veritas pro fidelitate Ierem.5.n.3
veſpera pro nocte Ier. 5.n.8
veſtis pro temporum varietate diuerſa Baruch 5.n.1
veſtis lugubris ibid.
veſtis ſcindendæ in luctu mos Ier.36.n.10
via ad Chriſtum parata Ierem.31.n.12
viam Dei qui impediant. Ier.3.n.4
viam ſpiritus ingredientes monentur afflictionum Ier.20.n. 5
viæ dux Deus Baruch 5.n.7
viam tutam ſuis parat Deus Baruch 5.n.5
via ad æternam Ieruſalem iocunda Baruch 5.n.4.& 5
viæ Sion,duces fidelium,lugent Thr.1.n.8
viæ Siou diuerſæ viuendi rationes ad charitatem ducentes ibidem
via iuſtorum,& iniuſtorum patebit in die iudicij Baruch 5.n.7
viam virtutis adumbrant tam probi quam improbi Baruch 5.n.6
viatoris officium Ier.14.n.8
victima Deo grata Ier.50.n.20
videre Dei miſereri Thr.1.n.18.& 38
vidua tripliciter dicta Threno.1.n.3
vigiliarum ratio,& numerus Thr.2.n.33
vincula,& furcas tulit Ieremias Ier.27.n.2
vincti terræ qui Thr.3.n.25
vindemiator demum Ier.29.n.10
vinum afflictiooem ſignificat Ier.13.n.4
vir vnus iuſtum ioſignem ootat Ier.5.n.1
vir ioclytum ootat ibid
virum voum iuſtum quanti Deus faciat Ier.5.n.1
vir vnus probus pro multis Ier.42.n.1
vir aut homo Dei,idem qui propheta Iere.35.n.4
vir non dicitur viriosſus,ſed bellua Iere. 5.n.1
vir vni intentus inexpugnabilis Ierem.50.n.21
vir probus deceptus à tribus inimicis Thr.1.n.37
virgæ vigilantis vis,& hieroglyphicum. Ier.1.n.14
virgines choris feſta celebrabant Thre.1.n. 8
virginitas proſtituta veneri dicata Baruch 6.n.10
viſio repetita celeritatem norat Iere. 1.n.15
vita ſanctorum meditanda Ier.6.n.14
vitæ maiorum exitus ſpeculandi Ierem. 6.n.14
vita ad pietatem qui traducenda Iere.29.n.3
vitia,hoſtes in ſe parant impij Iere.13.n.15
vitula conternans quæ Ier. 48.o.24
vitulus aureus in vexillo Ier.7.o.24
vltio qui ſumenda Ierem.11.n.21
vmbra Chriſti quid notet Thr.4.n.25
vocati multi, pauci electi Ier.50.n.1
vox Dei tonitrum Ier.10.n.16
vs,ſeu Auſitis quæ regio Ierem.25.n.10.

Z

Zachariæ & Ioiadæ filij cædes Thr.2.n.37
zelo charitatis repetit prædicationẽ Ierem. Ier.20.n.7

F I N I S.

1-5-2